6
8-e
28

9
14 E
25

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

14-9-22

18 18
25


J. 1/74

1/45 · D

IVNII IVVENALIS, ET A. PERSII FLACCI, SATYRAE CVM DOCTISSIMORVM VIRORVM COMMENTARIIS

atq; Annotationibus, omnium quorum in hūc diem aliquid editum extat, quorum nomina uerſa pagina declarabit. His acceſſere [redacted] Secundi Curionis noua Scholia, quibus tum prætérita ab alijs explicantur, tum male intellecta corriguntur: quinetiam Græca quibus Britannicus in Iuuenalis commentarijs uſus eſt, Latinorumq; autorū loci, quæ omnia miris modis corrupta fuerant, reſtituuntur.

Additus eſt Index copioſiſſimus, & utiliſsimus.



SOC. IESV * BIBL. SEC. COL. ROM.
IHS
BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO

BASILEAE M. D. LI.

601

EXPLICATORVM NOMINA

IN IVVENALEM.

Ioannis Britannici perpetui commentarij.
Cælij Secundi Curionis Scholia non contemnenda.

IN PERSIVM

Iodoci Badij Aſcenſij familiares commentarij.
Ioannis Britannici perpetui commentarij.
Ioãnis Baptiſtę Plautij explicationes accuratiſsimę atq; eruditiſs.
Aelij Antonij Nebriſſenſis breues explicationes.
Ioannis Murmellij Ruremundenſis Ecphraſes & ſcholia cõmodiſsima.
Hermanni Buschii docta & nova Epiſt. qua Persii mens, & scopus qui fuerit in prologo, & Satyra prima demonſtratur.
Ioannis Scopæ adnotationes aliquot
Cælij Secundi Curionis Scholia.
Quod ſi qui prętere aliquid notarunt, obſeruarunt, enodarunt in his duobus poetis, ut Politianus, Beroaldus, Egnatius, & Cæl. Rhodiginus, & alij, id nequaquam in hoc opere deſiderabitur.

DE SATYRA ET QVID A COMOEDIA DIFFERAT per Ioannem Britannicum.

SAtyra carmen eſt, ut Diomedi placet, apud Romanos maledicũ, ad hominum uitia carpenda comœdiæ priſcæ charactere compoſitum, à qua in hoc tantum differt, quod illa Iambicis & eiuſmodi uerſibus conſtat, & perſonis introductis nouæ fere comœdiæ par eſt, & uitia hominum cum denominatione continet perſonarum. Hæc autem, id eſt Satyra, in hexametros aſſurgit, libertate ſimplex: Neq; enim perſonas aperte nominat. Priſcę comœdiæ princeps, & inuentor fuit Suſarion Megarẽſis Tripodiſcius Philini filius, qui quum prauæ mulieri coniunctus eſſet, abeunte muliere in pompa Dionyſiorum theatrum ingreſſus quatuor cecinit carmina Iambica, quæ ſola ex omnibus eius ſcriptis extant. Audite populus, Suſariõ hęc dicit filius Philini Megarẽſis Tripodiſcius, Malum ſunt mulieres, ſed tamen ò populares non adeſt inuenire domum ſine malo. Sic enim prima comœdia ſcomma habebat apertum. Licuit itaque aperte ſic uituperare uſq; ad tempora Eupolidis. unde Oratius: Eupolis atq; Cratinus Ariſtophanesq; poetę: Atq; alij quorum comœdia priſca uirorũ, Si quis erat dignus deſcribi, quòd malus aut fur, Quòd mœchus foret, aut ſicarius, aut alioquin Famoſus, multa cum libertate notabãt. Sed quum poetæ abuti licẽtius ſtilo, & paſſim lædere ex libidine cœpiſſent plures bonos, ne quiſquam in alterum crimen infamiæ poneret, lata lege per Alcibiadem ſiluerunt. Ex priſca igitur comœdia quæ maiore laſciuit licẽtia, Satyra, quæ auctore Quintiliano tota noſtra eſt, manauit: In qua primus inſignem adeptus laudem eſt Lucilius, qui quoſdam, ut ſcribit Fabius, ita deditos ſibi amatores habuit, ut eum omnibus poetis præferre non dubitarent, quamuis Oratius (non ſine tamen ſuſpitione æmulationis) eum in Sermonibus ſuis lutulẽtum fluere diceret, & aliquid eſſe quod tollere poſſis. Secundus poſt hunc Oratius, qui etiam Lucilio multo terſior ac purus magis habetur, & ad notandos mores magis præcipuus. Tertius Perſius annumeratur, qui iudice Fabio multum & uerè gloriæ quamuis uno libro meruit. Quartus uero Iuuenalis habetur, qui & uenuſtate carminis, & Satyræ dignitate ſeruata ita commendatur, ut ſi alijs omnino præponendus nõ ſit, certe uel eis par habendus. Satyram nomẽ accepiſſe à uarijs cauſis ſcribunt Diomedes Grammaticus, Porphyrio & Aeron, id eſt, à Satyra lance quæ inſerta uarijs multisq; primitijs in ſacra inſerebatur, & à copia & ſaturitate rei ſatyra uocabatur, Siue à lege ſatyra, quæ uno rogatu multa ſimul comprehendit, quod ſcilicet & ſatyra multa poemata comprehendantur, cuius ſatyræ legis Lucilius meminit in primo, Per ſatyram ædiſſem factũ qui legibus ulnat. & Salluſtius in Iugurtha. Deinde quaſi per ſatyram ſententijs exquiſitis in deditionem accipitur. Siue à ſatyris, quod ſimiliter in hoc carmine ridiculæ res pudendæq; dicũtur, quę uelut à Satyris dijs ſyluestribus proferũtur & fiunt, hocq; ueriſimilius. Nã in comœdia priſca, quę in uitia hominum apertius, ut dictũ eſt, inuehitur, ſalibusq; & iocis abſoluitur, Satyri introducti ſunt dij ſyluestres & procaces iocularia & laſciua inter ſe iactantes. Hi ſunt (ut autor eſt Pollux) ſatyrus canus, ſatyrus impubis, ſatyrus adoleſcens, Silenus pater; atq; id genus perſonæ fictæ: A ſatyris igitur introductis ſatyra nominata eſt, quod nomen hæc, quæ tota, ut diximus, noſtra eſt, & ab illa antiquiore defluxit, accepit, ſeruauitq;. Hoc poematis genere Iuuenalis ſexdecim ſcripſit ſatyras.

VITA IVVENALIS INCERTO AVTORE.

IVnius Iuuenalis quibus parentibus natus fuerit, pro comperto non ha
betur. Ex Aquino oppido Volſcorũ oriũdum fuiſſe docet ipſe in fine ter
tiæ ſatyræ. Et quotiens te Roma tuo refici properãtem reddet Aquino.
Temporibus Traiani ſatyras ſuas ſcripſiſſe nemo niſi parũ peritus diffi-
tetur. Nec audiendi ſunt qui exiſtimarunt eum regnãte Domitiano flo-
ruiſſe, quum is poeta ſcribente iam defunctus fuiſſet: quod abunde ſatis ipſe multis in
locis indicat, ut illic in ſecunda ſatyra, Qualis erat nuper tragico pollutus adulter. Nã
quum ait, erat nuper: planiſſime oſtendit, eum mortuum fuiſſe, præterea in tam aper-
tam eius reprehenſionem uiuentis non inſurrexiſſet. Et alibi in eadem ſatyra: Quum
tot abortiuis fœcundam Iulia uuluam Solueret, & patruo ſimiles effunderet offas. ubi
intrepide demõſtrat ab eo uiolatam fuiſſe fratris filiam, quod neutiquam feciſſet ſi tũc
temporis uixiſſet. Et alibi deceſſiſſe apertiſſime docet: Quum iam ſemianimum lace-
raret Flauius orbem Vltimus, & caluo ſeruiret Roma Neroni. Et alibi, ſed olim Prodi
gio par eſt in nobilitate ſenectus. Vnde fit ut malim fraterculus eſſe gigãtum. Quibus
omnibus ſatis conſtat, poſt mortem Domitiani poetam ſcripſiſſe. qua uero ætate, quo
ue loco mortuus fuerit, quum certi nihil habeatur, alijs inquirẽdum relinquimus. Nec
alijs aſſentimur, qui eum à Paride hiſtrione & delitiolo Domitiani in exilium actum
fuiſſe autumant, & ibi mortuum: deq; eo intellexiſſe Sydonium Apollinarem quũ ait,
Nec qui conſimili deinde caſu, Ad uulgi tenuem ſtrepentis auram, Irati fuit hiſtrionis
exul. Neq; enim fieri potuit ut à Paride in exiliũ miſſus fuerit, quum ſatyras ſuas (ut di
ximus) ſcripſerit ſub Traiano, & Paris gratia & autoritate tantũ ualuerit apud Domi-
tianum. unde quum Sydonius nec Iuuenalem nec alium quenquam nominauerit, de
quouis alio intelligere potuit.

EX CRINITO.

IVnius Iuuenalis patria fuit Aquinas. Quæ res non modo percipitur ex in
ſcriptione ueterum codicũ, ſed his etiam uerſibus, qui ſub perſona Vmbri
cij dicũtur. Ergo uale noſtri memor, & quoties te Roma tuo refici prope
rantẽ reddet Aquino: Me quoq; ad Eluinã Cererẽ, noſtrãq; Dianã Con
uelle à Cumis. Natus eſt patre libertino, ut quidã credũt. Alij ab eo inſtitu
tũ, proq; filio habitũ dicũt. Tẽporibus Domit. principis floruit, etſi ad Neruæ ac Traia
ni ætatẽ peruenit. quod indicatur multis atq; uarijs locis, præcipueq; hoc carmine. Et
ſpes & ratio ſtudiorũ in Cæſare tantũ. Solus eñ triſtes hac tẽpeſtate Camœnas Reſpe
xit, cũ iã celebres notiq; poetæ Balneolũ Gabijs, Romæ cõducere furnos Optarent.
In hoc enim gratulatur Neruæ, ꝙ inter alios principes maxime præſtaret ſummis offi
cijs atq; effectib. in proſequẽdis atq; honeſtandis diſciplinis. Quidã putarũt referendũ
eſſe ad Cæſ. Domitianũ qui magnopere ſimulauit ſtudiũ poeticę, ut auctores ſunt Ta
citus & Suetonius. Frontonem Grammaticum primo audiuit, ſummaq; diligentia ab
eo dicitur inſtitutus. Qui Romæ docuit illis temporibus magna celebritate nominis,
ut Gellius teſtatur. Deinceps probauit ingenium ſuũ in foro & cauſis agendis. In quo
magis uidetur elaboraſſe pro ueteri conſuetudine declamãdi, quàm ut uerſari diu uel
let in eo ſtudiorum genere. Neq; deſunt qui referant eruditum fuiſſe Iuuenalem præ-
ceptis atq; inſtitutionibus Quintiliani, qui per ea tempora maxime excelluit inter cæ
teros rhetores. Verſatus eſt maximo ſtudio in ſcribendis Satyris, ſecutus exemplũ Lu
cilij atq; Horatij. Qua in re haud mediocrẽ laudem adeptus eſt iudicio eruditorum,
compoſitis quinq; uoluminibus. In his enim facile oſtendit quàm acrem ſe atq; uiolen
tum præberet accuſandis atq; inſectandis hominum uitijs, ut qui moleſtiſſimo animo
ferret corruptos ciuitatis mores. Inter amicos præcipuo affectu coluit Voluſium Bi-
thynicum & Coruinum. Val. quoq; Martialis plurimum detulit Iuuenali, ſuumq; ſtu-
dium atq; ſingularem beniuolentiam pluribus locis teſtatus eſt, ut his uerſibus appa-
ret. Cum Iuuenale meo quæ me cõmittere tentas, Quid non audebis perfida lin
gua loqui? Quidam Grammatici tradunt eundem acceſſiſſe ad ultimam ſenectutẽ,
& in remotiſſimam Aegypti partem miſſum à Cæſ. Domitiano ſub prætextu deman-
datæ dignitatis, ibiq; ſenio confectum ac nimio uitæ tedio perijſſe, quod ego nõdum
reperio apud eos auctores, qui pro receptis ac fide dignis habentur.

OTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUE

IOANNIS BRITANNICI COMMENTARIA
IN SATYRAS IVNII IVVENALIS.

SEMPER *Ego auditor tantum?*] Temporibus Iuuenalis magna in Vrbe poetarum A
copia uigebat:qui ferè quondie aliquid recitabant.Ad hos audiendos rogabantur
& noti & amici.Vnde ſcribit Tranquillus:Auguſtum recitãtes benigne & patienter
audiuiſſe:nec tantũ carmina & hiſtorias,ſed & orationes & dialogos. Orat.itẽ. Hic
ſponſum uocat:hic auditum ſcripta,relictis omnibus officijs.Hoc tamen mulus mo
leſtum omnino erat:unde eſt illud
Plinij,Magnum prouentum poe-
tarum annus hic attulit:toto men
ſe Aprili nullus ferè dies fuit, quo B
non recitaret aliquis. Iuuat me ꝙ
uigent ſtudia:proferunt ſe ingenia
hominum & oſtentant:tametſi ad
audiẽdum pigre coitur:pleriꝗ in
ſtationibus ſedent,tempusq́ audi
endo fabulas conterunt:ac ſubin-
de ſibi nunciari iubent:an iam re-
citator intrauerit:an dixerit præfa
tionem,an ex magna parte euolue
rit librum.Et paulo inferius. Nũc
ocioſiſsimus quiſꝗ multo ante ro
gatus,& identidem admonitus,aut non uenit,aut ſi uenit:queritur ſe diem, quia non perdiderit
perdidiſſe.Idem etiam indicat Corn.Tacitus De claris oratoribus,loquẽs de poetis.Rogare ultro
& ambire cogũtur:ut ſint qui dignẽtur audire:& ne id quidem gratis.Poeta igitur ueluti audiẽdo
rum diuturna carminũ alienorum moleſtia affectus erũpit:non tam audiẽdi faſtidium indicans C
ſuum,ꝙ diutinam ignauiam ſuam accuſans:quòd ipſe nihil adhuc ſcripſerit,quum & ipſe poſsit
ſcribere. Sed quũ uaria ſint poematũ genera,in quibus uerſari poſsit : Satyram ait ſe uelle potius
quàm aliud genus poematis tractare:adhibita ratione:quòd ampla ſibi ad ſcribendum ſuggera-
tur materia.Principium igitur more ſatyrico ex abrupto fecit:ut Perſius,O curas hominum.Ora
tius,Qui fit Mecœnas? *Semper.*] Hoc dicit:quum ex nimio audiendi faſtidio:tum ex diuturno
ſilentio:quaſi qui magnã ætatis ſuæ partem per inertiam abſumpſerit:quum nihil interea ipſe ſcri
pſerit. *Auditor tantum?*] Subaudi ero.ſ.alienorũ ſcriptorum. *Nunquam ne reponam?*] Nũquam
ego ſicut cæteri,aliquid ſcribam & recitabo? Nõ ignoro,hunc locum uarijs exponi modis: ego ta
men omiſsis quæ parum ad rem faciunt,hoc ſumptum eſſe à debitore contenderim: qui quũ pre
cium creditori reddit,reponere dicitur:unde Sen.in epiſt.lxxxij.ad Luciliũ.Ergo nec quod debet
creditori ſuo reponere quiſquã ſcit alius quàm ſapiens.Idem lib.vi.De beneficijs. Ideo non eſt tre
pidandum quàm cito reponamus.loquitur enim de beneficio referẽdo.Plaut.in Perſa. Des mihi
nummos ſexcentos:quos continuo tibi reponam in hoc triduo aut quatriduo.Ergo,inquit poe-
ta:quum alios poetas audiuerim,eorumq́ ſim debitor tanquam qui ab eis multa acceperim,nũ-
quam ne eis reponam?nunquam ne eis reddam quantum acceperim:ac per hoc nunquam ne &
ego ſcribam? *Vexatus totiens.*] Nam, ut diximus:non ſine aliqua animi moleſtia audiebantur
recitantes. *Theſeide.*] recitatione Theſeidos,id eſt geſtorum Theſei : de quibus multa Plutar. & D
Diod.in v.& Ouid.in Metam. *Codri.*] Nomen eſt poetæ ſui temporis:quẽ in iij.Saty.pauperem
fuiſſe oſtendit.Lectus erat Codro Procula minor. *Rauci.*] Clamoſi:ut referas ad faſtidium poe
tæ:quaſi qui nimio eius clamore offenſus ſit. C. *Rauci.*] id eſt, recitando defeſsi, & uoce com-
preſsi.Rauci enim fiunt,& uoce obtuſi,cum alijs de cauſis,tum clamore,nimiaq́ uocis contentio
ne.hinc Martialis:Exercet raucos tertia cauſidicos.Nam Cicadæ non tam clamore, quam natura
ſunt raucæ. S. *Impune ergo mihi.*] Ergo inquit alius mihi recitauerit togatas, alius elegias,ali-
us alia:& ego non reponam? C. & pœna talionis afficiã,ut & illi uiciſsim me audiant recitantẽ?
Nam impune ſine pœna ſignificat. S. Orat.in ult.epiſt.Sed mẽte recepta Obturẽ patulas impu
ne legẽtibus aures.Et in Arte poetica. Ne ſpiſſę riſum tollant impune coronę. *Ille.*] id eſt alius.
Togatas.] .ſ.comœdias. Erant enim togatę.& palliatę,togatę Romanę erãt ab habitu togę quę
Romana eſt:palliatæ uero Græcæ à pallio,quod Græcorũ eſt.Togatarum autẽ quatuor ſunt gene
ra:ſunt enim togatæ:quæ prætextatæ dicũtur,in quibus imperatores negocia agebant publica. &
reges Romani,uel duces inducuntur,perſonarũ dignitate & ſublimitate tragœdijs ſimiles.Prętex
tatæ autem dicuntur:quia ferè regum,uel magiſtratuũ in eiuſmodi fabulis acta comprehendun-
tur. Secũdum genus togatarum,tabernariæ dicuntur, humilitate perſonarum,& argumẽtorum

IVNII IVVENALIS AQVINATIS Satyra prima.

Prima docet Satyræ cauſam,formamq́ libelli.

SEMPER ego auditor tantum?
nunquam ne reponam?
Vexatus totiens rauci Theſeide
Codri?
Impune ergo mihi recitauerit ille
togatas?

A ſimilitudine comœdijs pares, in quibus nō magiſtratus regesue, ſed humiles homines & priuatæ
domus inducuntur: quæ quia olim tabulis tegerentur, cōmuniter tabernariæ ſunt appellatæ. Ter
tium gēnus Atellanæ ab Atella ciuitate Oſcorum: in qua primum cœptæ, argumētis dictisq; ioculari
laribus ſimiles ſatyricis fabulis Græcis. Quartum planipedæ: quæ Græce dicūtur mimi: dictæ ob
humilitatem argumēnti ác uilitatem actorum, qui non cothurno aut ſocco utuntur in ſcena, aut
pulpito: ſed plano pede. uel ideo
quód non ea negocia continent,
quæ in perſonarum turribus, aut
in cœnaculis habitātium ſunt: ſed
in plano & humili loco. lege Dio-
medem grammaticum, & Dona-
tum in Terēt. *Hic.*] alius. *Ele-*
gos.] Elegi uerſus ſunt impariter iuncti. hexametro enim & pentametro conſtant. Quis autem
eorum inuentor fuerit: grammatici auctore Orano Certant, & adhuc ſub iudice lis eſt. Ini-
tiu autem primo fuerunt deflendo deſiderio mortuorum, mox ad amores traducti: ſed tamen
nomen retinuerunt à miſerabili cantu quo olim mortuos deplorabant. nam ἐλεῶ idem eſt quod
B miſereor. unde Sapho. Elegi flebile carmen. *Ingens Telephus.*] Ingens tragœdia de Telepho.
Qui (ut auctor eſt Diodorus. in quinto.) Herculis & Auges filius fuit. Hunc Teutrantus rex My-
ſiæ ſucceſſorem regni inſtituit: qui quum bello Troiano auidius Græcos à Myſia arceret. uite
implicitus ab Achille percuſſus in fœmore ſiniſtro conſulto oraculo accepit, nullo modo poſſe
ſanari, niſi ab eodem repercuteretur, à quo uulnus accepiſſet. Ad Achillem profectus nouo ge-
nere medicinæ, & tunc primum excogitatæ: hoc eſt rubigine: ſiue ab ærea, ſiue à ferrea cuſpide
fuerit, ſanatus eſt. Ita enim auctore Plin. lib. xxxiiij. cap. xv. depingebatur, eam decutiens ex gla-
dio. hinc nata eſt fabula. quód eadem repercuſſus eſt cuſpide, qua fuerat ab Achille uulneratus.
Ouid. Vulnus Achilleo quæ quondam fecerat hoſti, Vulneris auxilium pelias haſta tulit. Alij
uero tradiderunt ſanatum fuiſſe non rubigine, ſed herbarum remedio per Achillem. unde Clau-
dianus ad Adrianum. Sanus Achilleis remeauit Telephus herbis. Notat igitur ſui temporis poe-
tas, qui longo uerborum anfractu & Telephi & Oreſtis tragœdias ſcripſere. *Oreſtes ſcriptus.*]
id eſt Tragœdia de Oreſte. cuius magnitudinem tantam fuiſſe ſatyrice oſtendit, ut ne uolumine
quidem ipſo quamuis extrema paginæ parte, & à tergo ſcripto connneretur. Oreſtes enim Aga-
memnonis Mycenarum regis filius, & Clytemneſtræ, quum accepiſſet patrem ab expeditione Ilia
ca reuerſum, ab Aegiſto adultero, & Clytemneſtra interemptum, ſibiq; ab eiſdem inſidias ten-
C di, capta opportunitate utrunq; necauit. Cuius parricidij conſcientia exagitatus in inſaniam &
furorem uerſus, uidere ſibi uidebatur matrem ſe ardentibus facibus & ſerpētibus atris inſequen
tem. unde Verg. Armatam facibus matrem & ſerpentibus atris Quum fugit: ultricesq; ſedent in
limine diræ. Cæterum quum monitu Pyladæ, ut furijs liberaretur, Apollinis templum ingreſſus
eſſet, & inde exire uellet, ei furias occurriſſe tradit Pacuuius: ad quod reſpexit Verg. Vltricesq; ſe-
dent in limine diræ. Omitto quomodo in Tauricam regionem, ubi Iphigenia erat ſacerdos Dia-
næ, peruenerit: undeq; abrepto Palladio cum ſorore ſua in Italiam cōfugerit. de Oreſte multæ ſcri-
ptæ fuerunt tragœdiæ. unde Verg. Aut Agamemnonius ſcenis agitatus Oreſtes. Oreſtem trage-
diam cantauit in ſcena Nero: auctore Tranquillo. Oreſtem autem, ſic dixit tragœdiam de Ore-
ſte: ut alibi Atreum, id eſt tragœdiam de Atreo: Cuius & alueolos, & lenam pignerat Atreus.
Plena iam margine.] Plena etiam exteriore parte paginæ. quæ ſolet ad ornamentum libri relin-
qui uacua. Margo autem capitur pro extremitate omnium rerum: Plin. loquens de teſtudinibus.
Sed roſtri margines acuti. C Margo incerti generis eſt. de maſculino Ouid. Nec brachia lon-
go Margine terrarum porrexerat amphitrite. *Summi libri.*] id eſt extremi, uel extrema parte ſcri
pti. unde dicitur ſcriptus & in tergo. S *Et in tergo.*] Oſtendit Plin. Iunior in ea epiſt. quæ incipit
Pergratum eſt mihi. ad Macrum. ea uolumina quę etiā in tergo ſcripta fuiſſent Opiſthographa fu
D iſſe appellata. ab ὄπισθεν, id eſt retro & γράφω ſcribo. ſic enim ſcribit. Electorum quoq; commen-
tarios centum ſexaginta reliquit opiſthographos quidem, & minutiſsime ſcriptos. Vlpianus De
bonorum poſſeſsione ſecundum tabulas ſic ait: Chartæ appellatio & ad nouam chartam defer-
tur, & deleticiam. proinde & ſi opiſthographo quis teſtatus ſit, hinc peti poteſt bonorum poſ-
ſeſsio. Quod ergo ſcriptum dicit poeta in tergo, Græci opiſthographon appellauere. Quod o-
ſtendit & Porphyrio apud Orat. in Epiſtolis his uerbis. Nemo te ornabit atq; deſcribet: ſed aut ca
rie conſumeris, aut fient ex te opiſthographæ epiſtolæ. Nam apud ueteres libri in uolumina com
plicabantur, ita ut interiori tantum parte ſcriberentur dicebanturq; uolumina quód inuolue-
rentur. unde Iuuen. Quæ pſalteria penem Maiorem quàm ſint duo Cæſaris anticatones: ex quo
apparet libros ſolitos colligi in uolumina. unde contra dicebant euolui quum explicabantur.
Carpens ergo poeta longas poetarum ambages in ſcribendis fabulis oſtendit non ſolum tota uo
lumina interiore parte, ſed etiam exteriore contra conſuetudinem ſcribi. Si damnauerit. Quod
& Martial. oſtendit alloquens librum. ad ſalariorum Curras ſcrinia protinus licebit, Inuerſa pue
ris arande charta. In tergo igitur, id eſt exteriore parte membranæ. Inde illud eſt Sidonij Apolli-
naris ad Conſtantinū: Iam copioſum te ni fallor pulſat exemplar: Iam uenitur ad marginem um-
bilicorū. Iam tēpus eſt (ut ſatyricus ait) Oreſtem noſtrū uel ſupra terga finiri. *Nota magis nulli.*]

> Hic elegos? impune diem conſumpſerit ingens
> Telephus? aut ſummi plena iam margine libri,
> Scriptus & in tergo necdum finitus Oreſtes?
> Nota magis nulli domus eſt ſua, quàm mihi lucus

Tam

Tam multi, inquit, temporibus noſtris exiſtunt ſcriptores, qui quotidie opera ſua mihi recitent, A
ut nulli magis nota ſit domus ſua, ꝙ mihi eſt lucus Martis: & alia huiuſmodi fabulamẽta. ut hoc totum ad multitudinẽ recitantiũ referat quos audiuerat: ſimulq́ oſtendat ſe etiã poſſe ſcribere, quãdo docti & indocti paſsim ſcribant. *Lucus Martis.*] Hoc eſt hiſtoria De origine Vrbis. Nam in luco Martis ſacro ad Albã incluſa Rhea ab Amulio patruo, tanquam per ſpeciem honoris ſacerdos electa, Romulũ & Remum Vrbis cõditores, incertum ſtupro, an ex Marte conceptos enixa eſt. De hoc multa Iuſti. lib. xuij. Liu. primo ab Vrbe condita. & Dion. primo. Lucus itẽ fuit Martis in Põto: ubi uellus aureũ ſeruabatur. Mart. Cuſtodem Scythici fuiſſe luci. Qui autẽ Athenis appellatus eſt Areopagus, non lucus, ſed Martis uilla dicitur.

Martis; & Aeolijs uicinum rupibus antrum
Vulcani. quid agant uenti; quas torqueat umbras
Aeacus; unde alius furtiuæ deuehat aurum

Et Aeolijs uicinum rupibus antrum.] Multi hoc loco dubitãt, de quo antro Vulcani poeta intellexerit. Nõnulli enim Hieram putant unã ex ſeptẽ inſulis Aeolijs intelligi: quas Itali uno uocabulo Vulcanias appellãt. Nam exiſtimatur natura ſoli ignea, per occulta commertia aut mutuari Aetnæ incẽdia, aut ſubminiſtrare. Sed quum omnes deo ignium ſacratæ ſint, Hieram uolunt Vulcano præcipue ſacratam: quum plurimum colle eminentiſsimo B
noctu ardeat: de hacq́ poetam intellexiſſe. uerũ hoc non procederet: quum enim dicit, antrum uicinum rupibus Aeolijs, oſtendit antrum ipſum inter ſeptem inſulas nõ numerari ſed ſegregari ab eis: uicinumq́ & proximum eſſe, ita ut de Hiera nequaquã ſit intelligendũ: unde nos exponimus antrum Vulcani uicinum rupibus Aeolijs, Aetnam montem Siciliæ, qui Vulcano ſacer eſt: & ex quo inſulæ (ut diximus) aut accipiunt incendia, aut ei ſubminiſtrant. Eſtq́ uicinus rupibus Aeolus, qui etiã Cyclopes tulit, nunc aſsiduis ignib. flagrat. Sacrũ fuiſſe Vulcano docet Solin. his uerbis. Vulcano Aetna ſacer eſt. in Aetnæ uertice hiatus duo ſunt crateres nominati: per quos eructatus erumpit uapor pręmiſſo prius fremitu per ęſtuantes cauernarũ latebras &c. Sic & Valer. Flaccus in ſecũdo Argonauticõn. Accipe ait bellis mediæq́ ut puluere pugnæ ſit comes, Aetnæi genitor quæ flammea geſsit Dona dei, hoc eſt Vulcani. nam nõ minus Aetnæ mons dictus eſt à poetis domus Vulcani: ꝙ Lemnos & inſulę Aeolię. unde Valer. Flaccus. Lemnos chara deo: nec fama nouor Aetnæ, Aut Liparis domus. Montẽ autem Aetnam uicinũ eſſe Aeolijs teſtatur ſic Strab. Imminet autẽ Aetna littori Catanenſi, & Liparitanis inſulis, quas plerique Aeolias uocant: ita ut omnino de Aetna intelligendum ſit: de cuius incendio, rationibusq́ incendij multi ſcripſerant ante Iuuenalem: ſicut Verg. Cuius carmen adhuc extat, in quo perpetui ignis multas oſtendit rationes: docetq́ à poetis falſo traditum ſedem eſſe Vulcani, his uerſibus. Principio, ne quem capiat fallacia C
uatum Sedes eſſe dei: tumidisq́ è faucibus ignem Vulcani ruere, & clauſis reſonare cauernis. Poetæ enim cecinere Vulcanũ in antro Aetnæ habitare, & ex faucibus ſuis ignẽ euomere: unde Iuuen. Aetnam appellauit antrũ Vulcani. ait ergo nulli domũ ſuam magis eſſe notam, ꝙ ſibi eſt deſcriptio Aetnæ, & eius incendij quod eſt uicinum rupibus Aeolijs. Inſulæ autẽ Aeoliæ ſeptem ſunt numero in freto ſiculo Epheſtiæ nominatæ. i. Vulcaniæ. Lipare, Hiera, Strongyle, Didyme, Eriphuſa, Phœnicuſa, Euonymos, dictæ ab Aeolo, qui ibi temporibus Iliacis regnauit. C. Lucũ Martis locum Romæ fuiſſe teſtis eſt Varro de Ling. lat. Et qui de Vrbis regionibus ſcripſere, ut P. Victor, & Blondus, tria antra Romæ fuiſſe dicũt, In regione ſecũda antrũ Cyclopis, in quarta, Vulcani: in octaua Caci. Itaq́ per lucũ Martis, & Vulcani antrũ, nõ male fortaſsis intelligas loca, in quibus poetę cõuenirent, ut ſua poemata recitarẽt. S. *Quid agant uenti.*] Quæ natura ſit uentorũ. Horũ eñi alij ſunt frigidiſsimi, quales à Septẽtrione ſpirãt. Ii enim & reliquos cõpeſcunt, & nubes abigũt. alij hũidi, ut Auſter, Aphricus, & præcipue Auſter Italiæ. alij ſicci: ut Corus & Vulturnus. alij niuales: ut Aquilo & Septẽtrio. Grãdines ſeptẽtrio importat & Corus. æſtuoſus Auſter. Tepidi Vulturnus & Fauonius. Saluberrimus autẽ omniũ Aquilo: noxius Auſter: & magis ſiccus. Ventus aũt eſt (ut quidam diffiniũt, auctore Sen.) aer fluens in unam partem: quia nũquam aer tam immobilis eſt, ut non aliqua ſit in agitatione. De uentis igitur multi ſcripſerant: ut Sen. in naturalib. Veteres qua D
tuor tantum ſeruauere per totidem mũdi partes. Ideo nec Homerus plures nominat: mox autem poſterior ætas octo addidit: ratione nimis ſubtili & conſciſſa. Sunt ergo bini in quatuor cœli partibus, de quibus abunde lib. ii. Plin. Victr. & Gell. & (ut diximus) Sen. in nat. Ordo autem talis eſt, ut potius inferioribus, quàm ſuperioribus cõiungantur. Platani Frontonis clamant: quid agant uenti &c. Sicq́ oſtendit in ædibus Frontonis ſub platanorum umbris uaria quotidie à poetis recitari. *Quas torqueat umbras Aeacus.*] Aliqui hunc locum ſimpliciter accipiunt. id eſt quæ de inferis ſcribantur, apud quos Aeacus iudex ſit cõſtitutus. Cęterũ ad id poeta reſpicit, quod ſcribit Plato in Gorgia ſuo. ſic enim inducit Iouem loquentem. Conſtitui tres alios meos iudices: duos quidem ex Aſia Minoem. ſ. & Rhadamantũ: unum uero ex Europa Aeacũ, qui mortuos iudicabunt in triuio, ex quo portãt uiæ, altera ad beatorum inſulas, altera ad tartarum: & Aſiaticos quidem Rhadamantus iudicabit. ab Europa igitur qui uenerint Aeacus. Minoi autẽ committã, ut iudicet ſi quid alijs occultũ exiſtat, ut ſic iuſtiſsime procedat iudiciũ, rectaq́ ſit animarũ tranſmiſsio. Ait ergo poeta ſibi notum eſſe ex frequenti poetarũ recitatione, Aeacum iudicẽ eſſe apud inferos, qui animas Europeas iudicet tantũ. *Torqueat.*] Iudicet, & puniat. Ouid. Noxia mille modis lacerabitur umbra, tuasq́ Aeacus in pœnas ingenioſus erit. *Vnde alius furtiuæ deuehat aurum Pelliculæ.*]

A Id eſt expeditionem Argonautarum: uidelicet unde Iaſon aureum uellus ſuſtulerit. Cuius rei hiſtoria nota eſt ex Diodoro in quinto. Strabo aũt libro undecimo, aurei uelleris fabulam ſic interpretatur. Apud Colchos torrẽtes deferre aurũ, quod barbari perforatis tabulis, pellibusq́; uilloſis excipiũt: unde fabulæ ortũ eſt figmentũ. De Argonautis autem apud Latinos ſcripſit Valerius Flaccus, apud Græcos uero Orpheus primus, mox Apollonius. *Furtiuæ.*] Hoc eſt quæ furtum & inſcio Aeeta, ſubrepta fuit.

Pelliculæ: quantas iaculetur Monychus ornos,
Frontonis platani, conuulſaq́; marmora clamant
Semper; & aſsiduo ruptæ lectore columnæ.
Expectes eadem à ſummo minimoq́; poeta.
Et nos ergo manum ferulæ ſubduximus: & nos
Conſilium dedimus Syllæ: priuatus ut altum

Quãtas iaculetur Monychus ornos.] Pugnã dicit: quæ fuit inter Lapythas & Centauros populos Theſſaliæ: quæ hiſtoria ita ſe habet. Quum enim (ut diximus in Achilleida) Pyrithous Hippodamiã duxiſſet uxorem, circumuicinos populos omnesq́; deos cõuocauit ad nuptias præter Martẽ. Qua re indignatus Centauros iam mero calefactos, ad rapiendã Hippodamiam cõcitauit aduerſus Lapythas: eo certamine ferunt Centauros deletos fuiſſe.
B Sed hoc ueritas habet, Centauros (ut ſcribit Strabo) aut funditus à Pyrithoo deletos fuiſſe, illorum agro prorſus deſolato, aut ipſarũ nomine gentiũ nuſquã amplius exiſtente, nec tali eorũ conuentu perdurante, ſi quid tamen adhuc reſtat, mendores ne non inſigniri. *Monychus.*] Nomen eſt proprium Centauri. Ouidius, Fecerat attonitos noua heu dedecus ingens, Monychus exclamat. Lucanus, aut te iactantem Monychon ornos: dictio eſt compoſita μόνος enim ſolus dicitur & ὄνυξ unguis. equinos enim pedes Centauri habuiſſe feruntur. Homerus autem ſæpe dat hoc epitheton equis, quòd ſolidis ſint ungulis, & non fiſsis. *Ornos.*] Orni arbores ſunt, quæ maximæ in montibus proueniunt. Verg. Cantando rigidas deducere mõtibus ornos. *Frontonis platani.*] Partem pro toto, id eſt ædes Frõtonis. Hic eſt ille Fronto de quo & Martialis. Vota tui breuiter ſi uis cognoſcere Marci, Clarum militiæ Fronto, togæq́; decus. Frontonum cognomina à fronte ſunt dicta, ſicut Capitonum à capite, auctor eſt Cicero in primo De natura deorum, Eſt autẽ ſenſus. In ædibus Frõtonis quotidie poetæ aliquid recitant, ita ut tota domus quotidie aſſiduis clamoribus reſonet: ac per hoc ſciat quę à uariis poeris tractẽtur. Nã nobiles Romani ædes ſuas recitãtib. cõmodabant: unde & alibi: Maculonus cõmodat ędes. Et Cor. Tacitus de Claris oratoribus, loquens de poetis ſic ſcribit. Nã & domum mutuatur, & auditorium extruit, & ſubſellia conducit, & libellos diſpergit &c. Per platanos autem ædium luxum &
C magnificentiam oſtendit. Platanus enim umbræ gratia ex alieno petebatur orbe. tam late enim rami uagabantur ut etiã in ſcamnis patulis arboris epularentur quindecim conuiuæ aſsiſtentibus etiam miniſtris. Tantũq́; honoris poſtea increuit, ut uino infuſo enutrirẽtur. cõpertum maxime id prodeſſe radicibus, quod primus excogitauit Hortẽſius. Lege Plin. lib. xij. cap. i. *Marmora conuulſa.*] Quæ aſsiduo recitantiũ clamore ex parietibus conuelli, & labefactari uidẽtur. Nam potentiorũ parietes marmorum cruſtis integebantur. Seneca ad Lucil. Vt parietes aduectis tranſmarinis marmoribus fulgeãt: & alibi ad eundẽ. Quid loquar marmora: quibus tẽpla, quibus domus fulgẽt. Primus aũt fuit Mamurra Formianus præfectus fabrorũ Cæſaris in Gallia, qui Romæ cruſtis marmoreis parietes domus ſuæ in mõte Cęlio operuit, auctor Plin. *Clamãt.*] Reſonãt: reboant. *Colũnæ ruptæ.*] Ita dictũ, ut illud Verg. Et cantu querulæ rũpunt arbuſta cicadæ, & illud, Fregit ſubſellia uerſu. *Aſsiduo lectore.*] Aſsiduo lectoris & recitatoris clamore. *Expectes eadem.*] Cum indignatione legendũ, ꝙ non ſolũ docti ſcribant, ſed etiã indocti, iuxta illud Oratij. Scribimus indocti, doctiq́; poemata paſsim. *Et nos ergo manũ.*] Senſus eſt: quum docti, inquit, & indocti ſcribãt: poſſumus ergo & nos ſcribere, quũ & Grãmaticen & Rhetoricen didicerimus. Erit aũt ordo: & nos ſcribemus, manũ cũ ferulę ſubduximus, & conſiliũ dedimus Syllæ. poteſt etiã alius eſſe ſenſus & melior ut ſit. Ergo & nos iam Grãmaticen & Rhetoricen didicimus, ut ſileamus, & nihil ſcri
D bamus: quũ omnes & docti & indocti pariter ſcribãt: ut omnino ſenſus ſit nimia indignatione interciſus. Eſtq́; legendũ ea interrogatione, qua contrariũ uidemur uelle facere, quaſi dicat num didici Grãmaticen & Rhetoricen, ut ſileam, & nihil ſcribã ut omnino hæc extrinſecus ſubaudiamus. Et ita dictũ eſt. Et nos ergo manum: ſicut illud, Impune ergo mihi: *Ferulæ ſubduximus.*] Id eſt ſubtraximus: ac per hoc iam à Grãmaticis eruditi receſsimus. Ferulæ, uirgæ, qua manus puerorũ feriũtur: de qua Columella. Nec manibus mites ferulas, nec cruribus æque. & infra: Capparis, & triſtes hinulæ, ferulæq́; minaces. Martialis in Apophoretis. Ingratæ nimium pueris, grataeq́; magiſtris. Eſt autem infirmiſsimum uirgultũ fœniculo perquã ſimile, unde Plin. folijs fœniculo, inani caule, natura eadem quæ anetho, & fructu ſimilis. De hac multa & Theophraſt. nulli autore Plin. fruticum leuitas maior quàm ferulæ, ob id geſtata baculorũ uſum ſenectuti præbet. *Conſilium dedimus Syllæ.*] Oſtendit (ut diximus) artem oratoriã ſe etiam didiciſſe, in qua cũ uerſaretur, ſæpe exercitationis gratia ſuaſorias declamauit. Nam in ſcholis ſuaſoriæ tractandæ proponebantur adoleſcentibus. Deliberat Agamemnon, an Iphigeniã immolet, negante Chalcante nauigari poſſe. Itẽ deliberant Athenienſes, an tropbæa Perſica tollant, Xerxe minitante rediturũ ſe, niſi tollerentur. Deliberat Cicero, an promittente ſalutẽ Antonio, orationes ſuas cõburat. Item deliberat Sylla an deponat dictaturam, promittẽte Senatu impunitatẽ. Ait igitur Iuuenalis talem declamãdo ſua

ſoriam

ſoriam, ſuaſiſſe Syllę, ut dictaturā deponeret. nam dare conſiliū, eſt ſuadere. Quintil. Quū Ciceroni dabimus conſiliū: ut Antoniū roget. *Priuatus altū dormiret.*] Hæc erat ratio ſuaſionis: ut depoſita dictatura, quā ſibi ipſe ad centū & uiginti annos aſciuerat, tanq̃ grauiſsimis ſolutus curis altius dormiret. Nā Sylla: quū imperiū eius rogatione Sulpitia trāſferretur ad Mariū, indignatus ex Aſia in Italiā reuerſus eſt: & ante urbē aduerſariorū ſeptuaginta amplius milia ad portam Collinā A

Dormiret: ſtulta eſt clementia, quum tot ubiq;
Vatibus occurras, perituræ parcere chartæ.
Cur tamen hoc potius libeat decurrere campo,
Per quem magnus equos Auruncæ flexit alumnus,
Si uacat, & placidi rationem admittitis, edam.
Quum tener uxorem ducat ſpado: Neuia Tuſcum

occidit, ingreſſus urbē quatuor milia inermium, nulla ſeruata fide, in uilla publica interfici iuſsit. Marij cineres erutos in Tyberim ꝓiecit. Poſt tantā hāc crudelitatē, per ſummū animi & corporis cruciatū expirauit Puteolis, quū dictaturā depoſuiſſet. morbus aūt quo cōſumptus eſt, phthiriaſis eſt appellatus. i, pedicularis ἀπὸ τῶν φθειρῶν quos pedes, & pediculos uocamus, corpore ſeipſum erodēte, & ſuppliciū ſibi gignēte. unde eſt illud Sereni. Sylla quoq; infelix tali lāgore pereſus, corruit: & miſero ſe uidit ab agmine paſci. Quā fœditatē, ne uiſentes intelligerēt, ſomno diſsimulabat. De quo Pli. ita ſcribit lib. vij. Age nō exitus uitæ eius omniū proſcriptorū ab illo calamitate crudelior fuit, erodēte ſeipſo corpore, & ſupplicia ſibi gignēte: qđ ut diſsimulauerit, & ſupremo ſomno eius, cui immortuꝰ quodāmodo eſt: credamus ab uno illo inuidiā gloria uictā. ad quod poeta uidetur alludere, quū ait, ut altū dormiret, eo genere morbi oſtēdit Plin. lib. vij. & Apul. iij. Floridorū Pherecidem orationis ſolutæ autorē conſumptū eſſe. *Priuatus.*] Depoſito imperio. *Dormiret altū.*] Id eſt profundo ſomno. Orat. Ter uncti trāſnando Tyberim, ſomno quibus eſt opus alto. *Stulta eſt clemētia.*] Anthypophora eſt, quaſi aliquis dixerit chartā non eſſe perdendā, & ipſe reſpōdeat, Stulta eſt hęc clemētia, tanti facere tam modicā chartæ iacturā. & ita extenuat nō ſine ſumma animi modeſtia uires ingenij ſui, quaſi ſciat paucos fore à quibus opus ſuū legatur. Martial. Scribere uerſiculos, miſeras & perdere chartas. Clemētia autē proprie eſt lenitas ſuperioris aduerſus inferiorē, & tēperantia animi in poteſtate ulciſcēdi, auctore Seneca. *Perituræ.*] Quàm ſcio periturā, quum nemo lecturus ſit carmen. *Quum tot ubiq; uatibus occurras.*] C. quom omnia plena ſint poetarū. S. *Cur tamē hoc potius.*] Rationē affert quare potius Satyrā, q̃ aliud poematis genus ſit ſcripturus: ordo autē erit & ſenſus, edam, i. dicā, manifeſtabo, Cur tamē potius libeat mihi decurrere, hoc cāpo: hoc genere poematis ſatyrici, ſumpta metaphora ab ijs, qui equos, & currus agūt per ſpacioſos cāpos. C

C. Campus enim, ut etiā Regio, pro materia, & argumēto, ad tractandū ſubiecto, capitur. Cic. off. i. Hinc Rhetorū campus, de Marathone &c. In procœmio libri ſecūdi De orat. Bene dicere autē inquit, quod eſt ſciēter, & peritè, & ornate dicere, nō habet definitā aliquā regionē. S. *Arūcæ magnus alūnus.*] Periphraſis eſt Lucilij, qui ex Arūca Rutulorum ciuitate natus, primus apud Latinos ſcripſit ſatyrā. In eo mira fuit, ut docet Quint. eruditio & libertas atq; inde acerbitas, & abūde ſalis. natus autē eſt anno antequā Carthago in ditionē Romanorū per Scipionē redacta eſt: mortuus quo anno Furius Bibaculus poeta natus eſt Cremonæ, & Cymbri ſuperati ſunt à Mario. Alūnus is proprie dicitur, qui alitur. Plin. Italia alūna omniū terrarum, eadē & parēs. Ouid. Pax nutrit Cererē, pacis alūna Ceres. Nō ignoro ab Diuo Auguſtino nominari Iouē alumnū, quaſi qui oñia alat. Verū apud alios auctores tali ſignificatione, aut nunq̃, aut raro inuenies: unde fallūtur, qui putant Italiā dictā alūnam à Plin. ꝙ alat. quū hoc dicat Italiā. ſ. tanquā filiam ab omnibus terris alimēta accipere, eandēq; tanquā matrē omnibus prębere: ſed quū hoc lōge clarius ſit, q̃ ut indigeat explicationis plura nō addemus. *Flexit equos.*] Perſtat in trāſlatione, quia dixit cāpo: equos ergo. i. ſtilū ſuum. *Si uacat.*] Si ociū eſt ad audiendū. Dicimus enim mihi nō uacat, per imperſonale. i. ociū nō eſt. Et ego uaco. i. ocioſus ſum, & habeo ociū. Sen. Nō uacat mihi uerba dubie cadētia cōſectari. Et paulo inferius. Nō uaco ad iſtas ineptias, ingens negociū in manibus eſt. Vaco itē capitur pro operā do: ut Cic. uacat diligēter ſtudijs liberalibus, itē uſurpatur pro carere. C. & pro D uacuū eſſe: ut Verg. Hoſte uacare domos, item cū dicimus. S. ego uaco culpa. *Quū tener uxorē.*] Vna eſt ex ratiōibus, quare potius ſatyrā q̃ aliud genus carminis ſit ſcripturus. eſt enim ſenſus & ordo. Difficile eſt nō ſcribere ſatyrā, quū tener ſpado ducat uxorē &c. i. difficulter te cōtineas, quin ſatyrā ſcribas. ſequitur enim, nam quis tam patiēs, & illud, facit indignatio uerſum. Quaſi dicat etiā ſi nolis nō poſsis tibi tēperare, quominus ſatyrā ſcribas. *Ducat ſpado.*] Indignatio eſt in libidinem mulierū: quę cū à Domitiano, autore Trāquillo, reuocata eſſet lex Iulia in adulteros, mœchis ſuis nubebāt, ne ſupplicio afficerētur. Inter mœchos aūt erant & ſpadones. Mart. ꝙ nubis Proculina cōcubino, Ne lex Iulia te notare poſsit: Non nubis Proculina, ſed fateris, Et mœchū modo, nūc facis maritū. alibi: At prius ò mores & ſpado mœchus erat. Simul etiā poeta ridet legē ipſam, cui iam excogitata eſt fraus. Nam quū reuocata ſit ad pudoris ſanctitatē tuendā: mulieres impudēter ſpadonibus, ut diximus, nubebāt quibus oblectatæ fuerāt. Spado autem & eunuchus uoces ſunt Græcæ, idemq; ſignificāt. dicitur aūt ſpado à σπάω ꝙ eſt auell[...] & aufero: ꝙ ab eo teſticuli auellantur. Vlpianus ait: Spadonū nomine eos etiā contineri, qui natura ſpadones ſunt. Eunuchus autē dicitur ἀπὸ τοῦ εὐνὴ. i. cubile, & ἔχω cuſtodio, quia id genus hominū adhibebatur ſeruandis cubilibus regum & principum. *Tener.*] Nam ſpadones molles ſunt & effœminati. *Neuia Tuſcum.*]

A Alia indignatio in mulierum impudentiam, quæ tẽporibus Domitiani in uenationes & pugnas
theatrales deſcendebant. unde Martialis, Hæc iam fœminea uidimus acta manu. Statius in ſyluis:
Stat ſexus rudis, inſciusq́ꝫ ferri, Et pugnas capit improbus uiriles. Credas ad Tanaim ferumq́ꝫ
Phaſim Thermodontiacas mouere turmas. Neuia autem nomen eſt impudicæ mulieris: & pro
quacunq́ꝫ impudenti muliere ponitur, quæ in uenationes & pugnas theatrales deſcenderet.

Figat aprum, & nuda teneat uenabula mamma.
Patricios omnes opibus quum prouocet unus,
Quo tondẽte grauis iuueni mihi barba ſonabat.
Quum pars Niliacæ plebis, quum uerna Canopi
Criſpinis tyrias humero reuocante lacernas,
Ventilet æſtiuum digitis ſudantibus aurum,

Aprum Thuſcum.] Emphaſim habet:
quaſi qui cæteris eſſet ferior. Mar-
tialis, Thuſcæ glandis aper popu-
lator, & ilice multa, Iam piger, Ae-
tholiæ fama ſecunda feræ. *Nuda
mamma.*] Habitum expreſſit pro-
cumbẽtis in uulnera feræ. ſic enim
mammæ è ſinu exerũtur. Illud au-
tem eſt fatuum quod aliqui ad ri-
tum Amazonum referũt, quæ ſibi
dextram mammillam adurebant, ſimpliciter enim locus eſt accipiẽdus. *Mamma.*] Eadem dici
B tur & mammilla, & papilla, & uber. Mammam item ueteres pro matre acceperunt, ſicut Tatã pro
patre. Martialis, Mammas atq́ꝫ Tatas habet Afra, ſed ipſa Tatarum Dici & mammarum maxima
mamma poteſt. *Patricios omnes.*] De Cinamo tonſore ſui tẽporis intelligit, qui muneribus mu-
lieris locupletatus eſt uſq́ꝫ ad cenſum equeſtrẽ, mox damnatus in Sicilia exulauit, de quo ſic Mar
tialis, Qui tonſor fueras tota notiſsimus urbe, Et poſt hæc dominæ munere factus eques: Sicani-
as urbes Aetneaq́ꝫ regna petiſti, Ciname, quum fugeres triſtia iura fori. Qua nunc arte graues to-
lerabis inutilis annos? Quid facit infelix & fugitiua quies? Non rhetor, non grammaticus, ludiue
magiſter, Non Cynicus, nõ tu Stoicus eſſe potes. Vendere nec uocem Siculis plauſumq́ꝫ theatris.
Quod ſupereſt, iterum Ciname tonſor eris. *Patricios.*] Nobiliores denominatos à patribus.
Nam condita Vrbe Romulus centum legit ſenatores, quibus reipublicæ curam demandauit: hos
patres ob uenerationem appellauit. Aucta mox ciuitate reliqui reges numerum ſenatorum am-
pliauerunt, eosq́ꝫ patres conſcriptos appellauere. unde hoc poſtea ſeruatum eſt, ut ſenatores pa-
tres conſcripti nominarentur. Qui ergo ex ijs patribus naſcebantur, patricij ſunt appellati.
Prouocet.] Poſsit opibus prouocare, & ſe ſuperiorem oſtendere. *Grauis.*] Moleſta, & mini-
me grata, qualis ſolet eſſe iuuenibus. *Sonabat.*] Tondendo. C. Imitatus eſt Vergilij uerſum
in Bucolicis, Candidior poſtquam tondenti barba cadebat. S. *Quum pars.*] Indigna-
C tur Iuuenalis, Criſpinum hominem Aegyptium ex ſeruili conditione ad cenſum equeſtrem eſſe
prouectum. Nam Domitiano fuit gratiſsimus, eiusq́ꝫ conſiliorũ particeps. cum Iuuenalis ubiq́ꝫ
inſectatur: & præcipue ea ſatyra: Ecce iterum Criſpinus adeſt. E diuerſo Martialis laudat, Sic placi
tum uideas ſemper Criſpine tonantem. Nec te Roma minus quàm tua Memphis amet. *Pars
Niliacæ plebis.*] Id eſt ſeruus ex plebe, quaſi dicat ex infimo loco apud Aegyptios natus. hincq́ꝫ eſt
potiſsimum indignatio. *Niliacæ.*] Aegyptiæ. Nilus enim fluuius eſt Aegypti. *Verna.*] A-
lumnus. Inter ſeruum & Vernam hoc intereſt, quòd ſerui appellantur, qui in poteſtatem noſtram
uenerunt, aut iure belli: aut ære comparati. Vernæ uero, qui domi ex ancillis naſcuntur, tametſi
in ſeruitute ſunt. omnis enim ancillæ fœtus domini eſt. Inde dicimus uernaculum omne quod in
tra parietes domeſticos alitur, ut gallinam uernaculam, equum uernaculum, & linguam uerna-
culam. *Canopi.*] Canopus ciuitas eſt Aegypti dicta auctore Strabone à Canopo gubernato-
re Menelai, qui ibi ſepultus eſt. *Ventilet.*] Hinc pendet omnis poetæ fremitus: quòd homo Ae
gyptius, & ſeruili conditione, ea ſit mollicie, ut annuli æſtiui ſint etiam ei ponderoſi. *Ventilet.*]
Quaſi refrigeret annulũ eximendo illum è digito, & in aera leuiter iactando. Nam uentilare, eſt in
aere aliquid iactare. Apuleius in Aſino aureo, Aureos refulgentes manu mea uentilabam. Inde di
cimus uentilare frumentum, & uentilabrum inſtrumentum iactandi frumenti. Ventilare etiam
D eſt uentum facere. Tranquillus in Auguſto. Atq́ꝫ etiam uentilante aliquo cubabat. *Aurum æſti-
uum.*] Id eſt annulos, quos tempore æſtatis geſtabant. nam eo delitiarum peruenerant Romani,
ut annulos haberent, alios æſtiuos, alios hyemales, ac ſi dicat leuem bracteam, & filum aureum.
nam quod tempore æſtatis per leuitatem geſtamus, æſtiuum appellamus, ut ueſtes æſtiuas. In an-
nulis autem (ut ſcribit Plinius libro trigeſimo tertio capite primo) alij põdera & magnitudinem
auri oſtentabant, alijs plures quàm unum geſtare labor erat, alij bracteas inſerebant leuiorẽ ma-
teriam, & propter caſum gemmarum totam ſollicitudinem amputabant, quibus pro annulis u-
tebantur. per annulum aut aureum, oſtendit poeta Criſpinum equeſtris fuiſſe, & cenſus & digni-
tatis. Nam annuli (ut ſcribit Plinius) Diſtinxere alterum ordinem à plebe, ut ſemel cœperant eſſe
celebres, ſicut tunica ab annulis ſenatum tantum. Sed annuli plene medium ordinem, tertiumq́ꝫ
plebi & patribus inſeruere. *Humero reuocante lacernas.*] Id eſt reiectis lacernis in humeros: quaſi
nimis ponderoſis. tali habitu fuiſſe & Coloſſum Domitiani oſtendit Statius in prima Sylua. It ter
go demiſſa chlamys. Humeri autore Plinio, hominis tantum ſunt, armi quadrupedum. *Tyri
as.*] Purpureas nam Tyrus inſula fuit Phœniciæ, prælato mari ſeptingentis paſsibus diuiſa. Nũc
uero (autoribus Plinio & Quinto Curtio) Alexandri oppugnantis operibus continens. Omnis
eius nobilitas, Conchylio atque purpura conſtat, *Lacernas.*] Lacernæ conficiebantur ex ua-

rijs

tijs coloribus. unde apud Martialem in Diſtichis loquuntur lacernæ coccinæ: Si Veneto Praſino A ue faues, qui coccina ſumis, Ne fias illa transfuga ſorte uide. Item lacernæ Beticæ loquuntur ſic. Non eſt lana mihi mendax, nec mutor aheno: Sic placeant tyrię, me mea unxit ouis. Lacernæ autem tum albæ, tum purpureæ ſumebantur in ſpectaculis. Martialis, Spectabat modo ſolus inter omnes, Nigris unus Oratius lacernis, Quum plebs & minor ordo maximusq́, Sancto cũ duce candidus ſederet. Toto nix cecidit repẽte cœlo. Albis ſpectat Oratius lacernis. alibi & in diſtichis, Amphitheatrales nõ commendamur ad uſus, Quum tegit albentes noſtra lacerna togas. Idem in quinto: Edictum domini deiq́ noſtri. Dum laudat modo Phaſis in theatro, Phaſis purpureis rubet lacernis. & paulo infra. Illas purpureas & arrogantes Iuſsit ſurgere lectius lacernas.

Nec ſufferre queat maioris pondera gemmæ.
Difficile eſt ſatyram non ſcribere: nam quis iniquæ
Tam patiens urbis, tam ferreus, ut teneat ſe?
Cauſidici noua quum ueniat lectica Mathonis
Plena ipſo: & poſt hunc magni delator amici,
Et cito rapturus de nobilitate comeſa

Gemmæ maioris.] Id eſt prægrandem gemmam, ut ſit deſcriptio annuli leuioris bracteæ, cui lapis prægrandis ſit inſertus. Appellatione gemmæ in- B telligimus omnes lapillos precioſos. Sabinus tamen ad Vitellium ait, Gemmas eſſe perlucidę materiæ, uelut Smaragdos, Chryſolitos, Amethyſtos: Lapillos autem cõtrariæ ſuperioribus naturę: ut obſionos, Veientanos: Margaritas autem nec gemmis nec lapillis connneri. C. Hoc uerũ ſit in Iure ciuili, in alijs literis, non ſit. Vide Laurentium Vallam Eleg. libro ſexto, capite ultimo. S. *Nam quis tam patiens.*] Quis enim, inquit, poſsit pati tantam urbis iniquitatem, ut non moueatur ad ſcribendum. Eſt autem ratio quare ſit difficile non ſcribere, quum etiam alia ſint notatu grauiora. *Vt teneat ſe.*] Temperet ſibi ne ſcribat. *Cauſidici noua.*] Hinc maxime mouetur poeta ad ſcribendum ſatyras, quòd ſub Domitiano frequens, & pene publice accuſandi rabies exiſteret, quæ omni bello ciuili grauius togatam ciuitatem conficeret, adeo aures Imperator delationibus patefaciebat, ut nihil propemodum tutum eſſet, ita ut delator delatorem timeret. Vnde ſic conqueritur Plinius in Panegyrico de Domitiano. Vidimus delatorum iudicium, quaſi graſſatorum, quaſi latronum. non ſolitudinem illi nouerant, ſed templum, ſed forum inſederant. nulla iam teſtamenta ſecura, nullus ſtatus certus, non orbitas, non liberi proderant. Multi igitur, inter quos & Cauſidici, quum in ea re quæſtum & principis gratiam eſſe cognoſcerent, relictis actionibus forenſibus, ad delationes ſe conferebant: ut Matho & Pompeius Falco, qui iiſdem temporibus accuſabant, ut alibi notatur à Iuuenale. Sæuior illo Pompeius tenui iugulos aperire ſuſurro. C ro. Cauſidicum fuiſſe Pompeium oſtendit Plinius Epiſtola quæ incipit, Conſulis an exiſtimem te in tribunatu cauſas agere decere? Notat igitur omnes delatores ſub perſona Mathonis: quem ex paupere diuitem factum eſſe uideri uult quæſtu delationum. Pauperem fuiſſe oſtendit alibi Iuuenalis, Matho deficit. Martialis, Parua rogas magnos, ſed non dant hæc quoq́ magni. Vt leuius pudeat iam Matho parua roga. *Lectica.*] Non tantum ea dicebatur lectica, qua nocturno tempore quieſcerent, ſed qua etiam geſtarentur, non tam primores uiri, quàm matronæ. Inſtar cubiculi erat, & lecticarii dicebantur ſerui, qui lecticam geſtabãt humeris, Græce hexaphorum dixere lecticam, quæ à ſex ſeruis, Octophorum uero, quæ ab octo geſtaretur. In ea erant & feneſtræ. unde alibi, Clauſa lectica feneſtra. Tranquillus in Auguſto, A cœna in lecticulam ſe lucubratoriam recipiebat. alibi Iuuenalis, Latis ſpecularibus antrum. nam antrum appellat lecticam: cui ſpecularia adhibebantur. Quemadmodum & noſtra ætate uidimus fœminam quandam primariam Gallicam geſtari lectica ex corio cocto cum feneſtris, adhibitis ſpecularibus uitreis, ea autem geſtabatur non à ſeruis, ſed à duobus equis mediam lecticam intercipiennbus. Lecticam autem uelis auleiſue circumſeptam fuiſſe docet Plutarchus in Eumene ſic, Quo accepto Eumenes incitatis lecticariis curſu delatus, ex utraque lecticæ parte ſummouit auleum, magna lætitia manum protendens. *Noua.*] Nuper comparata delationibus, quum antea eſſet pau- D per. *Plena ipſo.*] Quaſi qui commodius geſtaretur ſolus, ut delicatus, & luxurioſus. *Delator.*] De Marco Regulo intelligit qui (ut ſcribit Plinius in Epiſtolis) omnium bipedum fuit nequiſsimus. Multorum enim nobilium ſub Domitiano cædes molitus fuerat. Caſsios enim & Camerinos accuſauit, qui ſub Nerone interempti ſunt. Et hunc (ut ipſe refert) tam Bebius Maſa, quàm Metius Carus, ualde timebant. nam Regulo intemperanter laceranti Herennium Senecionem, reſpondit Carus, Quid tibi cum meis mortuis? Nunquid ego Caſsio, aut Camerino moleſtus ſum? quos ille ſub Nerone accuſauerat. *Delator.*] Occultus accuſator, nam deferre eſt occulte accuſare. *Magni amici.*] Id eſt imperatorij, hoc eſt imperatoris amici & familiaris, nam magna amicitia appellatur imperatoris, ut alibi poeta. In quorum facie miſeræ magnæq́ ſedebat Pallor amicitiæ. ut oſtendat ne amicos quidem imperatoris tutos fuiſſe à delationibus. *Rapturus.*] Abſumpturus. nam partem bonorum delationibus conſequebantur, nobilibus ipſis aut in exilium eiectis, aut trucidatis ab imperatore. C. Huiuſmodi delatores, interceptores, quadruplatoresq́ uocabantur. In Rhetoricis ad Herennium libro ſecundo. Quadruplator, ut breuiter deſcribam, capitalis eſt. Liuius, Populum Romanum quadruplatoris & interceptoris litus alienæ perſonam laturum. S. *Nobilitate comeſa.*]

A Nobilibus abſumptis, & laceratis ab imperatore. Nam (auctore Tranquillo) nihil penſi habuit,
quin prædaretur omni modo bona uiuorum ac mortuorum: uſquequaq; & accuſatore & crimi-
ne corripiebatur. Satis erat obijci qualecunque factum, dictum aduerſus maieſtatem principis.
Hinc eſt ut alibi conqueratur poeta: Vnde fit ut malim fraterculus eſſe gigantum. Eius crudelita-
tem in Panegyrico Traiani ſic taxat Plinius, Quũ nuper immaniſsima bellua uelut quodam ſpe-
cu incluſa, nunc propinquorũ ſan-
guinẽ lamberet, nunc ſe ad clariſsi-
morũ ciuiũ ſtrages cædesq; pro-
ferret &c.

Quod ſupereſt: quẽ Maſſa timet, quẽ munere palpat
Carus, & à trepido Thymele ſummiſſa Latino.
Quum te ſummoueant, qui teſtamenta merentur
Noctibus, in cælum quos euehit optima ſummi
Nunc uia proceſſus uetula ueſsica beatæ.
Vnciolam Proculeius habet, ſed Gillo deuncem:
Partes quiſq; ſuas ad menſuram inguinis, hęres,
Accipiat ſane mercedem ſanguinis, et ſic

Quod ſupereſt.] Quod
adhuc ab imperatore non eſt cor-
roſum & correptum. *Maſſa.*] Be-
bium Maſſam intelligit, & ipſum
delatorem. Senſus eſt autem, Be-
bius ipſe Maſſa, qui delator erat,
delatorem timebat apud princi-
pem, qui tantopere delatores foue-
B bat. De Bebio Maſſa ſic Plinius in
epiſtola ad Macrinum. Legati rurſus inducti, iterum me iam præſentem aduocatum poſtulaue-
runt, implorantes fidem meam, quam erant contra Bebium Maſſam experti. *Carus.*] Delator
& ipſe fuit, de quo Martialis, Ecce reum Carus te detulit, adſit agellus. Plinius libro primo, ad Vo-
conium (ut paulo ante dictum eſt) eius meminit. *Palpat.*] Cui munere blanditur. Nam pal-
pare, ſiue palpari idem eſt quod blandiri. Oratius, Cui male ſi palpere recalcitrat, undiq; tutus.
Lucilius, Hic ubi me uidet ſublanditur, palpatur, caput ſcabit, Inde dicuntur palpones adulato-
res. Perſius, Ius habet ille ſui palpo. *Trepido Latino.*] Latinus mimus fuit, cuius iocis & uxo-
ris Thymeles mimæ plurimum delectatus eſt Domitianus, unde Martialis. Qua Thymelen ſpe-
ctas deriſoremq; Latinum, Illa fronte precor carmina noſtra legas. *Submiſſa.*] Vtrum ad coi-
tum, an ad placandum. Oſtendit autem poeta, ne perſonã quidem gratam imperatori fuiſſe tu-
tam à delationibus. Nam Latinus timens delatorem, ei clanculo ſubmittebat uxorem ad placan-
dum. Non ignoro à nonnullis, qui ætate noſtra in liberalibus ſtudijs poſtremas partes non fe-
runt, longa uerborum contentione diſputatum, Thymelen mimam fuiſſe, quæ itidem, ut Lati-
nus à Domitiano populoq; fauorabiliter ſpectaretur. Sed non uxorem Latini, quæ omnia, quum
friuolis fulciantur argumentis, nihil uideo, cur adhuc potius Latini non credam, quàm aliam mu-
C lierem. Quum præſertim Iuuenalis oſtendat Zelotypum fuiſſe Thymeles. Credibilius enim eſt
Latinum Zelotypum fuiſſe uxoris, quàm alterius, quæ corpus uulgaret. Sed quum res non ma-
gni ſit momenti unicuiq; ſua ſit exiſtimatio. Illud tamen conſtat, mulieri nomen inditum ab ar-
te ſcenica. *θυμέλη* enim pulpitum, ſiue ſcenam ſignificat. & *θυμελικὸς* hiſtrionem, nam & ipſa
placuit theatris. Vnde Apuleius in Apologia appellat choragium thymelicum, id eſt ſcenicum
apparatum & inſtrumentum his uerbis. Non me fugit à Fulgentio, choragium falſo exponi fu-
nus uirginale. *Quum te ſummoueant.*] Alia eſt ſcribendæ ſatyræ indignatio, quòd ſcilicet multi
uetularum conſuetudine locupletarentur. Nam quum uetulis prurientibus officium ſuum prę-
ſtitiſſent, ab eis poſtea, defraudatis liberis, hæredes ſcribebantur. Martialis, Inſectaris anus, ô
quantum cogit egeſtas. quibus uerbis innuit, talia adulteria licet iocunda non fuiſſent, fructuo-
ſa tamen extitiſſe. *Summoueant.*] A bonis tuis paternis. *Noctibus.*] Nocturno concubi-
tu. *Merentur teſt.*] Id eſt bona, quæ per teſtamentum aſſequuntur. *Quos euehit.*] Ordo eſt
quos ueſsica uetulæ beatæ, quæ optima nunc eſt uia ſummi proceſſus, euehit in cœlum. *Veſ-
ſica.* Pruritus & libido. *Vetulæ beatæ.*] Diuitis & opulentæ. Papinius in ſyluis, Iam ſe (quiſquis
is eſt) inops, Beatus, conuiuam ducit eſſeglorioſum. Propertius, Noli nobilibus, noli conferre
beatis. *Vehit in cælum.*] Id eſt ad excelſiſsimos opulentiæ gradus perducit, & proinde tan-
D quam dij habentur. *Optima nunc uia.*] Adiuuandum geſtu, ut ſit per irriſionem dictum.
Summi proceſſus.] Summi progreſſus ad diuitias. *Vnciolam Proculeius.*] Antiqui ut recita-
uimus apud Perſium, Patrimonium in duodecim partes diuiſerunt, ita ut nomine aſsis totum
contineretur. unde dicitur hæredem te reliquit ex aſſe, id eſt ex toto. as in duodecim partes di-
uiditur, Sextantem, quæ ſexta eſt pars aſsis, Quadrantem, quæ quarta: Trientem, quæ tertia:
Quincunx à numero eſt unciarum: Semis dimidium aſsis: Septunx à ſeptem & uncia: Bes, dem-
pto triente: Dodrans, quadrante: Dextans, ſextante dempto: Deunx, dempta una uncia. Vncia au-
tem erat minima pars & duodecima aſsis. Eſt ergo ſenſus. Adulteros pro membri ſui qualita-
te & laboribus accipere præmia. Proculeius ergo, tanquam male mentulatus unam tantum ac-
cipit unciam patrimonium ex teſtamento. Gillo autem draucus reliquum patrimonij accipit, id
eſt deuncem, quod eſt totum dempta una uncia, quæ iam debetur Proculeio. per Proculeium
autem intelligit uirum parum mentulatum, per Gillonem autem bene mentulatum. *Quiſ-
que hæres.*] Legendum eſt irriſione ſatyrica & adiuuandum geſtu: æquum, inquit eſt, ut unuſ-
quiſque pro portione membri, laboribusq; ſuis accipiat partes patrimonij. *Mercedem.*]
Appoſitio eſt. *Sanguinis.*] Nam ſemen hominis (ut tradunt phyſici) nihil aliud eſt quàm
ſanguis concoctus, & ideo mutat colorem, ut lac quoque in mammillis. *Inguinis.*]

Inguen

Inguen ab auctoribus accipitur pro parte genitali tam in mare quàm in fœmina, unde Tran- A
quillus in Nerone. Virorumq; ac fœminarum ad ſtipitem deligatorum inguina inuaderet. Cor-
nelius Celſus libro ſeptimo dicit teſticulos dependere ab inguinibus per ſingulos neruos.

Palleat.] Adulteri enim exhauſti ſanguine intemperato coitu, pallent non minus quàm qui pe-
dibus anguem calcauere. *Vt nudis.*] C. Imitatur Vergilij uerſum, ex Aeneid. ſecundo. Improui-
ſum aſpris ueluti qui ſentibus an-
guem Preſsit humi nitens. S. Or-
do eſt, & ſic palleat, ut pallet ille q;
preſsit anguem calcibus nudis,
aut ut pallet Rhetor dicturus.

Palleat, ut nudis preſsit qui calcibus anguem,
Aut Lugdunenſem rhetor dicturus ad aram.
Quid referam, quanta ſiccum iecur ardeat ira?
Quũ populũ gregibus comitũ premat hic ſpoliator
Pupilli proſtantis? at hic damnatus inani
Iudicio (quid enim ſaluis infamia nummis?)
Exul ab octaua Marius bibit, & fruitur dijs

Ad aram Lugdunenſem.] Hoc au-
tem eſt ex hiſtoria. Nam Caligu-
la edidit in Gallia Lugduni miſcel-
los ludos, ſed & certamen quoq;
Græcæ, Latinæq; facundiæ, quo
certamine ferunt uictoribus præ-
mia uictos contuliſſe, eorundem & laudes cõponere coactos. Eos autem qui maxime diſplicuiſ- B
ſent, ſcripta ſua ſpongia linguáue delere iuſſos, niſi ferulis obiurgari, aut flumine proximo mergi
maluiſſent. Qui ergo in hoc certamẽ deſcendebãt, incerti euentus rei pallebãt. C. Lugdunũ au-
tem ciuitas eſt Galliæ Celticæ, mercimonijs nobilitata & quaternis quotannis nundinis, totius Eu-
ropę maximis & celeberrimis. S. Eam condidit Numatius Plancus (ut tradit Euſebius) ubi
Arar Rhodano commiſcetur. C. *Rhetor.*] Orator hoc loco. Cicero in Oratore: Sed & Græce
ab eloquendo ῥήτωρ, & Latine eloquens dictus eſt. Is autem eſt, qui ueras tractat agitq; cauſas, ut ui-
rum doctum, copioſum, & ſapientem decet. Rhetor tamen Latinis ſæpius is dicitur qui dicendi
præcepta tradit, quem Cicero, & Quintilianus declamandi magiſtrum uocant. Nam non ueras,
ſed ad exercitationem fictas cauſas tractat. S. *Quid referam quanta.*] Alia indignationis cauſa. in
ſpoliatores enim cum pupillorum, tum prouinciarum inuehitur. *Quid referam?*] Quid dicam?
quantum mihi æſtuent præcordia, quum uideam quendam, qui ſpolijs pupilli locupletatus, eo
deliciarum peruenit, ut lectica magno grege comitum ſequente per Vrbẽ geſtetur? Quem au-
tem poeta deſignet, nulla extat certa hiſtoria. Illudq; falſum eſt, quod de Cecilio Claſsico aliqui
tradiderunt. in omnes ſpoliatores nullo modo dici poſſe uidetur, quum dicat hic ſpoliator: quaſi
qui temporibus ſuis omnibus eſſet notiſsimus. *Proſtantis.*] Differentia eſt inter proſtare & pro-
ſtituere. Nam proſtare uerbum eſt neutrum abſolutum, & ſignificat turpitudine corporis quæ- C
ſtum facere. Proſtituere autem eſt actiuum, ſignificatq; quod proprium eſt lenonis, marem uel
fœminam publicæ libidini gratia quæſtus exponere. unde & ſcortum ipſum appellamus pro-
ſtibulum, uel quòd proſtet, uel quòd ante ſtabula hę ſedebant, ſicuti ante Alicariæ meretrices ap-
pellabantur in Campania, ſolitæ ante piſtrina Alicariorum uerſari, quæſtus gratia, hæc Feſtus.

Premat populũ.] Hinc maxime indignatur poeta, quòd rapinis pupilli locupletatus, tanto
per Vrbem faſtu & pompa incedat, ut premat & urgeat populum quum geſtatur lectica. unde &
alibi: Et ingenu curret ſuper ora Liburno. *Gregibus comitum.*] Vel clientum uel ſeruorum: nam
comitem accipere debemus (inquit Vlpianus, de iniurijs) eum qui comitetur & ſequatur. Et (ut
ait Labeo) ſiue liberum, ſiue ſeruum, ſiue maſculum, ſiue fœminam. Et ita comitem diffinit, qui
frequentandi cuiuſcunq; cauſa, ut ſequeretur deſtinatus eſt. Inter comites utique & pædagogi e-
rant. *At hic damnatus.*] In auariciam ſui temporis, cum publicam, tum priuatam. Conqueri-
turq; iudicia uana eſſe & iniqua. Hocq; maxime propter Marium Priſcum hominem Beticum.
Hic enim quum Aphricam prouinciam, cui proconſul præfuerat, ſpoliaſſet (nam ob innocen-
tes condemnandos, interficiendos etiam, pecunias acceperat) accuſantibus Aphris, Cornutus
Tertullus, ſeptingenta milia quæ acceperat Marius, ærario inferenda cenſuit, Mario urbe Ita-
liaq; interdicendum. Notat igitur poeta iniquitatem ſui temporis, quum id quod prouincialibus D.
reſtituendum fuit, in ærarium ſit delatum. *At hic.*] Marius. adiuuandum geſtu, & eo riſu, quo
ſolemus rem nefandam improbare, ut ſit ſenſus. Tantum abeſt ut hic Marius, qui condemna-
tus eſt, ſolicitudine angatur, ut etiam hilare & ſplendide uiuat, quaſi qui talem condemnationem
paruifaciat. Sicq; innuit ex bonis prouincialium apud eum magnam partem eſſe relictam. Or-
do autem eſt. At hic Marius damnatus inani iudicio, ab octaua hora bibit exul. reliqua dicun-
tur per parentheſim. At hic Marius, ita dictum à poeta, quaſi uiueret præſensq; eſſet. *Inani iudi-
cio.*] Inane iudicium appellat, quod prouincialibus nihil profuerit, quum eis pecunia non ſit re-
ſtituta, ſed in ærariũ delata. *Quid enim ſaluis infamia nummis.*] Anthypophora eſt, quaſi aliquis di-
xerit. Inane iudicium non eſt appellandum ò poeta, quando graui infamia ſit aſperſus: & pro-
inde reſpondeat, Quid nocet infamia ſaluis nummis? Ironice autem enunciandum & uultuoſe,
ut oſtendat hominem improbum infamia à uitijs non abſterreri. *Exul.*] Nam (ut dictum eſt)
urbe & Italia ei interdictũ eſt in biennium. *Ab octaua.*] Statim poſt octauam horam. C. Id
eſt hora à ſolis ortu ſecunda. nam dies ciuilis Romanis media nocte incipiebat uſque ad meri-
diem. S. nam comediſſe ante nonam horam, menſæ deſtinatam, hominis erat diſſoluti & lu-
xurioſi: poſt nonam igitur comedebant. Martialis, Imperat extructos frangere nona toros. id eſt

lectos

A lectos diſcubitorios. *Ab.*] A,& Ab,plerunque pro poſt ponuntur.Plinius,A conceptu decimo die dolores capitis.A,item eleganter uſurpatur, quum inter partes diſsidentes uolumus ſignificare alterutrius propugnatores & amicos, ut qui à Sylla erant, in Marium arma ſumpſerunt: & qui à me non erunt,ego contra illos ero. In alia etiam ſignificatione accipitur, quum in ſeruis munus operamq; diſcernit. Nam quum Romani ex ſeruis ſuis, alijs uterentur ad iter, ut mitterent eos quò liberet,eos appellauere à pedibus,ut ita dicerẽt: uoca à pedibus, trade hoc à pedibus, à pedibus uenerũt. ita ut ſemper intelligantur ſerui, ut ſit, Serui à pedibus uenerunt, & uoca ſeruos ſcilicet à pedibus,& reliqua.

Iratis:at tu uictrix prouincia ploras.
Hæc ego non credam Venuſina digna lucerna?
Hæc ego non agitem?ſed quid magis heracleas?
Aut Diomedeas?aut mugitum labyrinthi?

Martialis,Cur non menſa ubi ponitur à pedibus:id eſt cur à te menſa non ponitur à pedibus, id eſt ſeruis à pedibus, ut ſit datiuus caſus. eoſdem circumpedes appellat Cicero tertia actione in Verrem. Circumpedes autem homines formoſos & literatos ſuos eſſe docebat. Verres, inquit Cicero,quum dicebat ſuos eſſe circũpedes, Maleoli fuiſſe negabat. unde & poeta in ſexta ſatyra. Ad
B motum à pedibus,id eſt ſeruis à pedibus. Alijs autem ad literas exſcribendas quum dictarentur, qui libellos à ſupplicibus datos exciperent,curamq; haberent,illos à manu, hos à libellis dixere. Suetonius in Cæſare,Philomenem à manu ſeruum, qui necem ſuam per uenenum inimicis promiſerat, non grauius quàm ſimplici morte puniuit. idẽ in Auguſto. Gallo à manu quòd pro epiſtola prodita denarios quingentos accepiſſet, crura effregit. Amanuenſes,etiam eoſdem appellauit in Nerone. idem in Domitiano: Epaphroditum à libellis capitali pœna condemnauit. Idem in Claudio: Suſpexit Polybium à ſtudijs, qui ſæpe inter duos Conſules ambulabat, ſed ante omnes Narciſſum ab epiſtolis, & Pallantem à rationibus, hoc eſt quibus uteretur ad ſtudia ſua, hoc eſt qui legerent & percurrerent,quum ſtudijs uacaret. Græci eos Anagnoſtas appellant. ἀναγινώσκω enim idem eſt quod lego) & qui ſcriberent epiſtolas, quiq; omnium rerum rationes colligerent, ut accepti & expenſi. *Fruitur dijs iratis.*] Ille dicitur frui dijs iratis,qui licet eos infenſos ſibi ob ſcelera habeat,nullam tamen ab ijs ſentit punitionem,ſed interim per omnia uitam hilarem agit. Marius ergo licet deos haberet iratos ob flagitia, in ſumma tamen hilaritate uiuebat, nullum ab ijs ſentiens incommodum. idem dictum eſt à Iunone apud Senecam conquerente, Herculem ab uti ira ſua. Superat, inquit, & creſcit malis, iraq; noſtra fruitur, in laudes ſuas Mea uertit odia. quaſi dicat,licet ei irata ſim,nullum ex hoc ſenſit incommodum. *Prouincia uictrix.*] Quæ ob
C tinuiſti,ut Marius damnaretur. Prouincia dicitur quaſi procul uicta ab Italia. Nam Italia prouincia non appellatur,ſed quę extra Italiam ſunt,unde Plinius Iunior. Italicus ne es, an prouincialis. Plinius libro tertio De naturali hiſtoria ſcribens de Gallia Narbonenſi, Italia,inquit,uerius eſt, quàm prouincia. apud Columellam titulus eſt De natura prouincialium uinearum, ubi intelligit omnes uineas præter Italicas. C. Sed Italia tunc Rubicone flumine terminabatur, reliqua appellabatur Gallia,ut Geographi docent. S. *Ploras.*] Pecunia non reſtituta tibi. Conqueritur etiam Saluſtius in Iugurta,prouinciales ſæpe ſpoliari,his uerbis. Non peculatus ærarij factus eſt, neque per uim ſocijs ereptæ pecuniæ, quæ quanquam grauia ſunt, tamen pro conſuetudine iam pro nihilo habentur. *Hæc ego non credam.*] Senſus eſt,ego non credam ſæculi noſtri ſcelera, digna carmine ſatyrico quale Oratius multa lucubratione ſcripſit. *Venuſina lucerna.*] Id eſt carmine ſatyrico, quo maxime Oratius uitia temporis ſui eſt inſectatus. Venuſia autem ciuitas eſt in confinio Apuliæ & Lucaniæ patria Oratij, quod ipſe oſtendit in Sermonibus. Sequor hunc Lucanus, an Appulus anceps. Nam Venuſinus arat finem ſub utrũq; colonus. eſt in uia Appia. *Lucerna.*] Carmine lucubrato. *Agitem.*] Inſequar & notem. *Sed quid magis.*] Tacitam obiectionem diluit. Reſpondet enim ijs qui poſſent dicere, longe ſatius eſſe,ſi ſcribantur fabulæ. *Quid magis.*] Subaudi ſcribam. *Heracleas.*] Id eſt ærumnas & fabu
D las de Hercule confictas. De quibus multa Diodorus in quinto. Heracleas autem legendum eſt non Herculeas. ἡρακλῆς enim Græce dicitur Hercules Latine, & poſſeſsiuum Heracleus penultima producta, hac ratione,quòd apud Græcos Heracleus ſcribitur per diphthongum ει,ſicut Aeneas, & Spondeus, & Medea: quæ diphthongus conuertitur in e longã apud Latinos. Heracles autem interpretatur Iunonis gloria. ἥρα enim Græce Iuno Latine,& κλέος gloria:quaſi Iunone perſequẽte magnam ſit gloriam adeptus. *Aut Diomedeas.*] Fabulas, quæ de Diomede & ſocijs eius narrantur: nam Diomedes Tydei & Delphiles filius Aetoliæ rex, quum bello Troiano Venerem transfixa manu uulneraſſet conantem Aeneæ filio ſuo auxilium ferre,id paſſus eſt incommodi ut Venus in ultionem ſui furorem libidinis Aegialę uxori eius immiſerit. Quæ correpta amore Stheneli cuiuſdam calamiſtrati,quem Diomedes domi tanquam bonorum ſuorũ gubernatorem reliquerat,cum eo concubuit,& ab eo adiuta maritum è bello Troiano redeuntem, nõ admiſit: ille uero ſeu ab uxore fugatus,ſiue pudore uxoris adulteratæ in Italiam nauigauit ad Daunum regem Appuliæ,ubi Arpos & Beneuentum condidit. Mox eum ferunt in inſulas contra Italiam nauigaſſe,ibiq; nũquam uiſum,ſocios in fluctibus ſubmerſos, in aues eſſe à Pallade conuerſos,quæ Diomedeæ dicuntur. De quibus Plinius, Ouid. & Solinus. *Aut mugitum labyrinthi.*] Id eſt fabulam uulgatam de Theſeo,de quo multa Diodorus in quinto,& Plutarchus in eius uita,

Quæ

Quæ fabula ita ſe habet. Androgeus Minois filius, quum Athenas conſenſu omnium Atheni- A
enſium conceſsiſſet, regnante Aegeo, ſuperaretq; athletas omnes, in amicitiam uenit filiorum
Pallantis. At Aegeus ueritus, ne aliquando à Pallantiadis propter amicitiã Androgei, auxilio Mi
nois pelleretur regno: Androgeum poſitis inſidijs proficiſcentem Thebas obtruncat. Minos ac-
cepta iniuria, bellum Athenienſibus indixit: ſuperatis imperauit, ut ſeptem pueros tondemq; uir

Et mare percuſſum puero: fabrumq; uolantem:
Quum leno accipiat mœchi bona, ſi capiendi
Ius nullum uxori, doctus ſpectare lacunar,
Doctus & ad calicem uigilanti ſtertere naſo:

gines ſingulis annis Minotauro
quoad uiueret, uorandos mitte-
rent. inter hos quũ Theſeus mit-
teretur, præcepit Aegeus guberna
tori: ſi Minotaurum ſuperaret fi-
lius, ut albis uelis domum redi-
ret: nigris ſi periſſet. Theſeum in
Cretam delatũ Ariadne Minois filia, eius pulchritudine capta, occidendi Minotauri rationẽ, La-
byrinthiq; egreſſum docuit. Mugitũ igitur intellige Minotauri, qui in Labyrintho Cretenſi cuſto-
diebatur: quiq; à Theſeo fuit interfectus: erat enim biformi ſpecie. *Labyrinthi.*] Labyrinthus ædi
ficij genus fuit: quod itinerũ ambages, occurſusq;, ac recurſus inexplicabiles continebat, crebris
foribus ad fallendos occurſus, redeundumq; in errores eoſdem. Labyrinthos quatuor docet fu- B
iſſe Plinius. Primum in Aegypto. Hincq; tradunt Dędalum ſumpſiſſe exemplar Labyrinthi, quem
fecit in Creta. Sed centeſimam tantum portionem eius imitatum. Secundus hic fuit ab Aegyptio
Labyrinthus. Tertius in Lemno. Quartus in Italia: omnes lapide polito fornicibus tecti. *Et mare
percuſſum puero.*] Hoc eſt fabulam confictam de Icaro & Dędalo eius patre. Dędalus enim Athe-
nienſis fuit (ut ſcribit Diodorus.) Mitionis filius, præclarus architectus, qui à patria fugit, damna-
tus ab Areopagitis. Talus enim ſororis filius, quum ab eo erudiretur, ingenij acumine rotam pri
mum figularem adinuenit. Mox cum ſerpentis maxillam inueniſſet, ſecuiſſetq; modicum ligni,
imitatus ſerpẽtis dentium ſpiſsitudinem, ſerrã ferream excogitauit. Inuenit præterea tornũ. Quũ
igitur pluribus in rebus hominibus profuiſſet: & proinde celebris eius eſſet apud omnes fama: ab
Dædalo, inuidia urgente interemptus eſt, quaſi ei turpe eſſet gloria uinci ab adoleſcente. Damna-
tionem igitur fugiens in Cretam uenit, Minoi ob artem fuit gratus. Labyrinthum enim autore
Plinio ei (ut diximus) extruxit. Sed quum Paſiphae Minois uxor tauri pulcherrimi amore depe-
riret, ei Dædali arte ſuppoſita in boue lignea incluſa, decantatum fabulis Minotaurum genuit. Fer
tur Minos iratus, quum eum ad ſupplicium quæreret, nec is inueniretur, præmia inuenientibus
propoſuiſſe. Dædalus deſperata nauigatione, alas ſibi à Paſiphae abſconditus fabricauit, & Icaro
filio ſuo. Sed quum Icarus altius iter, ut adoleſcens, peteret: liquefacta calore cæra, laxatisq; ala- C
rum compagibus in mare decidit. Pater uero in Siciliam ad regem Cocalum delatus eſt. Percuſ-
ſum igitur mare puero, ſubaudi Icaro, à quo poſtea Icariũ mare denominatum cõſtat. C. Vt eſt
apud Ouidium, Icarus Icarias nomine fecit aquas. S. *Fabrumq; uolantem.*] Dædalum. Sed hęc
omnia fabuloſa ſunt. Hiſtoria autem hoc habet. Vela Icarum, & malum, antemnamq; Dædalum
inueniſſe, & proinde fictum eos uolaſſe ſupra mare. Dædalus item autore Plinio dicitur inueniſ-
ſe fabricam materiariam, & in ea ſerram, aſciam, perpendiculum, terebram, glutinum, ichthiocol
lam. *Quum leno accipiat.*] Fœdam ſui temporis auariciam notat, quo multi mariti pecuniæ
cupiditate ducti, uxores ſuas ab alijs tractari permittebant, ijdem edocti diſsimulare turpitudi-
nis conſcientiam, ſuſpiciendo ſcilicet lacunaria, aut ſtertẽdo quum mœchus ingrediebatur. idem
etiam ab Oratio notatur. Sed iuſſa coram non ſine conſcio, Surgit marito, ſeu uocat inſtitor, ſeu
nauis Hiſpaniæ magiſter, Dedecorum precioſus emptor, id eſt qui magno precio emit adulte-
ria. Senſus eſt. Ergo hæc ego magis fabulamenta ſecter, quum mihi ad reprehendendum tam
multa obſcœna occurrant, ut maritus uxoris ſuæ pudicitiam uendat? *Leno accipiat.*] Domi-
tianus (autore Tranquillo) probroſis fœminis lecticarum uſum ademit, iusq; capiendi legata hæ
reditatesq;, nam multi adulteri plerunq;, præteritis liberis, bona ſua relinquebant mœchis ſuis.
Sed quum poſtea per legem Domitiani mœchæ adulterorum ſuorum bona capere non poſſent, D
ea bona maritis, qui tanquam uxorum ſuarum lenones erant, relinquebantur. Ait ergo Iuuena-
lis inuentæ legi, inuentam fraudem. *Leno.*] Id eſt ipſe maritus, qui diſsimulato uxoris adul-
terio eam tractari ab adultero permittit. Nam leno autore Vlpiano is dicitur: qui mulieres quę-
ſtuarias proſtituit, & is qui alterius negociationis nomine hoc genus uitæ exercet, utputa, ſi quis
cauponam exercens, in ea corpora quæſtuaria habeat, ut multi ſolent ſub prætextu inſtrumenti
cauponij proſtitutas mulieres habere. *Si capiendi.*] Id eſt quia ius capiendi legata & hæredita-
tes ſublatum eſt uxoribus lege Domitiani. *Lacunar.*] Appellatione lacunaris & laquearis (nam
utrunq; accipimus in eadem ſignificatione) intelligimus tabulata penſilia cœnationum reliquo-
rumq; ædificiorum. C. Cicero in Tuſculanis, Gladium è lacunari ſeta equina appenſum,
demitti iuſsit. de laqueari, Vergilius. Dependent lychni laquearibus aureis. S. *Stertere.*] Dif-
ferentia eſt inter ſtertere & dormire, ut quicunq; ſtertit dormiat: ſed non omnis qui dormit ſter-
tat: eſt enim ſtertere, dormiendo ſtrepitũ per nares emittere. *Naſo uigilanti.*] Quia reuera non
dormiat, ſed ſomnum ſimulet. C. à Cepio quodam ſumptũ, qui Pararenchon dictus eſt, quòd
dormientem ſimularet, quo impunitius uxor mœcharetur. unde illud, non omnibus dormio,
ut Feſtus, & Cælius Rhodoginus libro uigeſimo ſecundo, capite decimo ſexto ſcribit. S.

Quum fas eſſe putet curam ſperare cohortis,
Qui bona donauit præſepibus: & caret omni
Maiorum cenſu, dum peruolat axe citato
Flaminiam: puer Automedon nam lora tenebat,
Ipſe lacernatæ quum ſe iactaret amicæ.
Nónne libet medio cæras implere capaces

A *Quum fas eſſe putet.*] Cornelium Fuſcū deſignare uidetur: qui puer aurigæ officiū pręſtiterit Neroni. Nam id in gratiā eius, qui eodē aurigandi ſtudio tenebatur, multi ex nobilibus faciebāt. Putabat enim Nero pudorē aurigationis ſuæ tolli poſſe cęterorū nobilium multitudine aurigantiū: temporibus poſtea Domitiani cohortiū prætorianarū præfectus bellū geſsit aduerſus Dacos, ubi occubuit. Vnde alibi. Et qui uulturibus ſeruabat uiſcera Dacis, Fuſcus marmorea meditatus prælia uilla. Nobilem fuiſſe Fuſcū, oſtēdit Tacitus his uerbis. Procurator aderat Cornelius Fuſcus ingēs ætate, clarus natalibus: poſt Neronis tēpora ſenatorio ordine depoſito ſe in ociū quietis cupiditate cōtulit. Sicq́; poeta Fuſcū notat non ſine ſumma indignatione: φ quū fœdam egerit adoleſcentiā: audeat poſtea dignitatibus & honoribus ſe dignū putare: quaſi poeta innuat, homines tantū uitioſos ad honores prouehi & ſublimari. Nā B (ut diximus) Fuſcus præfecturā cohortiū prætorianarū adeptus eſt: quū indignus uideri poſſet iam fœdata adoleſcētia aurigatione. Alij etiā ſunt qui nō de Fuſco: ſed de Tigillino intelligendū putent, qui Neroni gratiſsimus fuit, & præfectus cohortis prætorianæ. is ætatem ſuam impudice & libidinoſe egit. De quo ſic ſcribit Tacit. Ophonius Tigillinus, obſcuris parētibus, fœda pueritia, impudica ſenecta, præfecturā uigilum, & prætorij, & alia præmia uirtutū, quæ uelocius erat uitijs adeptus: crudelitatē mox, deinde auaritiā, & uirilia ſcelera exercuit: corrupto ad omne facinus Nerone: quædam ignaro auſus poſtremo eiuſdē deſertor & proditor. Idem paulo inferius ſic ait: Tigillinus accepto apud Sinueſſanas aquas ſupremæ neceſsitatis nūcio, inter ſtupra cōcubinarum & oſcula, ſectis faucibus cōcidit. Idem alibi. Ne dum ille ſcenicus Tigillino. ſ. cū pellicibus ſuis comitante arma cōtra cieret. Hinc ergo apparet Tigillinū gratiſsimū fuiſſe Neroni, & bona ſua concubinis & pellicibus condonaſſe. potuit etiā in gratiā principis aurigare. Sed quum in ambiguo ſit, de quo poeta potiſsimū intelligat, unuſquiſq; ſi neutrū horū probabile uiſum fuerit, aliquid quod ad loci explanationē faciat, excogitet. Satis eſt hunc locum ex ijs eſſe apud poetam, de quibus adhuc quærendū ſit. *Cohortis.*] Cohors pars decima eſt legionis. Nam in legione decē cohortes eſſe debere tradūt, qui de re militari ſcripſere. Cōſtabatq́; equitibus & peditibus, ſed maiore ſemper peditū numero. lege Vegetiū & Modeſtum. *Præſepibus.*] Id eſt equis alendis, ſi ad aurigationem referas: ſi autē ad ſtupra cōcubinarum: præſepibus expone lupanaribus, & pellici-C bus ipſis. Cic. in Piſonem. Verū audis in præſepibus, audis in ſtupris, audis in cibo & uino: melius autē eſt referas ad aurigationē: φ bona impēderit alendis equis. Nam ſequitur, dum peruolat axe citato Flaminiam, puer Automedon. *Dum peruolat.*] Cōſumpſit inquit bona maiorum dum in gratiam Neronis aurigat, & aurigæ officiū præſtat ipſi Neroni. Qui (autore Tranquillo) Sporum ſuum auguſtarū ornamentis excultum, lecticaq́; uectum, & circa conuentus mercatuſq́; Græciæ, mox Romæ circa ſigillaria comitatus eſt idētidem exoſculans. Et licet Tranquillus lectica uectum ſcribat, potuit tamen & curru geſtari. *Flaminiam.*] Id eſt uiam, quā Caius Flaminius Lepidi collega, deuictis Liguribus ab Roma Ariminū uſq; ſtrauit. *Puer Automedon.*] Id eſt ipſe Fuſcus auriga, ſiue Tigillinus: ut Automedontē poſuerit pro auriga: qui Diorei fuit filius, & auriga Achillis: unde à poetis uſurpari ſolet pro auriga. Ouid. Tiphis & Automedon dicar amoris ego. *Ipſe.*] Id eſt Fuſcus ſeu Tigillinus. *Quum ſe iactaret.*] Hoc eſt cum ipſe Nero per multa laſciuiæ blandimenta comitaretur Sporum, & ſæpe oſcularetur. Nam iactare ſe alicui, eſt ſeipſum illi dare, ingerere, inſinuare. *Amicæ lacern.*] Id eſt Sporo, quē ideo appellat amicā lacernatam, quia quū perdite cum amaret, conatus eſt excectis teſtibus etiam in muliebrē naturam transfigurare: cū etiam cū dote & flammeo, perſolēni nuptiarū celeberrimo officio deductū, pro uxore habuit. ergo ami-D cam lacernatam genere fœminino poeta per cauillationem appellauit: ac ſi diceret, amicæ maſculæ: hoc eſt amicæ, quæ uir omnino erat. Nam lacerna ueſtis eſt uirilis: de qua antea, Tyrias humero reuocante lacernas. *Nonne libet.*] Aliam affert cauſam ſatyræ ſcribendæ. Nonne, inquit, etiam in quadriuio, & propatulo libeat nihil ſcribere: quaſi loco minime ſcriptoribus conuenienti: quum poetæ ſecreta & ſeceſſus ſoleant quærere. Quum iam Regulus, qui per falſa teſtamenta eſt locupletatus, tanto faſtu uehatur per urbem, ut petulantius nihil ſit. Sicq́; poeta conqueritur, in precio & honore duntaxat illos eſſe, qui per ſcelera ad eximias opes peruenere: qualis fuit ipſe Marcus Regulus: de quo ſupra diximus illic. Magni delator amici. De eo ſic Plinius Iunior: Aſpice Regulum, qui ex paupere & tenui ad tantas opes per flagitia proceſsit: ut ipſe mihi dixerit, quum conſuleret quàm cito ſexcenties ſeſtertiûm impleturus eſſet, inueniſſe exta duplicata: quibus portendi milies & ſexcenties habiturum: & habebit: ſi modo, ut cœpit, aliena teſtamenta (quod eſt improbiſsimum genus) falſis his, quorum ſunt illa, dictauerit. Hunc laudat Martialis aſſentando: quum diues & potens eſſet, ut etiam Plinius docet, eundem teſtamentorum captatorem oſtendit omniumq́; bipedum nequiſsimum appellat. *Nónne libet*] Impetus eſt. Sic alibi. Vltra Sauromatas fugere hinc libet. *Cæras.*] Tabellas cæratas, in quibus antiqui ſcribere ſolebant. *Capaces.*] Amplas, & quæ multa capiant: quum & materia ampla ſit.

Quadri

Quadriuio.] Quadriuia dicuntur ſpacia, unde quatuor uiæ deflectantur, ſicut triuia unde tres. A *Quum iam ſexta.*] Hinc eſt omnis indignatio. *Sexta ceruice.*] Id eſt exaphoro, hoc eſt lectica geſtata à ſex ſeruis, qui lecticarij ut diximus appellabantur. *Hinc atq; inde.*] Id eſt cuius latus neutra ex parte ſit ſtipatum: quum ſolus ſit in lectica. Nam delicati erat & luxurioſi ſolum geſtari, ut ſupra de Mathone cauſidico. aut reuera patens, id eſt qui ab utraque parte pateret: & conſpici poſſet. *Cathedra.*] Id eſt lectica, quam etiam ſellam appellant. Martialis libro quarto, in Afrum ſalutantem. Nec ulla cathedra eſt, Cui non mane feras irrequietus aue. *Pene nuda.*] Pene uacua, quum in ea nemo eſſet præter eũ. nam & littus nudum in quo nulli ſint habitatores appellamus. Papinius in Syluis. Nec littora pauper Nuda tenes, id eſt uacua & ſine ædificio. Alij autem (quod omni- B

Quadriuio? quum iam ſexta ceruice feratur
Hinc atq; inde patens, ac nuda pene cathedra,
Et multum referens de Mecœnate ſupino
Signator falſo, qui ſe lautum atq; beatum
Exiguis tabulis, & gemma fecerat uda.
Occurrit matrona potens, quæ molle calenum
Porrectura uiro miſcet ſitiente rubetam:
Inſtituitq; rudes melior Locuſta propinquas

no placet) intelligunt nudam, id eſt detracto uelamento, ut conſpiciatur: nã lecticæ ita ſe habebãt, ut ab utroq; latere poſſent aperiri. *Multum referens.*] Scilicet delicijs, ac ſi dicat mollis & delicatus, qualis fuit Mecœnas: cum enim delicatum fuiſſe oſtendit Seneca his uerbis. Quomodo Mecœnas uixerit notius eſt, quàm ut narrari nunc debeat, quomodo ambulauerit, quomodo delicatus fuerit. Non oratio eius æque ſoluta eſt, quàm ipſe diſcinctus. Item non ſtatim hæc quum legeris, hoc ubi occurret: hunc eſſe, qui ſolutis tunicis in urbe ſemper inceſſerit. nam etiam quum abſenus partibus Cæſaris fungeretur, ſignum à diſcincto petebatur. alibi Iuuenalis, Veſtem Purpuream teneris quoq; Mecœnatibus aptam. ab Oratio Malthinus appellatur μαλθακὸς enim mollem ſignificat & delicatum. Demiſsis Malthinus tunicis obambulat. *Supino.*] Molli & delicato & negligenti. Martialis, Nuſquam delicię ſupiniores, id eſt molliores. Supinus item pro ſuperbo & erecto ponitur. Perſius, Italo quòd honore ſupinus, Fregerit heminas Areti ædilis iniquas. ſupinũ etiam dicimus quum quis uerſa facie ad cœlum cubat. *Signator.*] Signatores ait Pedianus eos eſſe, qui aut teſtamentis, aut cauſis ſe ſubſignabant. hi autem teſtes erant quos ſeptem eſſe oportebat, qui teſtamentis ſignacula imponebant, atq; ſe ſubſcribebant, nequa fraus fieri poſſet. poſſunt autem omnes teſtes, ut tradit Iuſtinianus imperator, uno annulo ſignare teſtamentum.

Falſo.] Aduerbium eſt, id eſt falſo ſignator, ut ſit falſarius ſignator. *Lautum.*] Delicatum, & C diuitem. nam lauti appellãtur, qui in uictu delicatiora & electa ſectantur, politioriq; cultu domeſtico uiuunt. *Exiguis tabulis.*] Modicis teſtamentis, id eſt quæ modico uerborum anfractu cõdita eſſent, & omnia bona uni relinquerent, non adhibita multa ſcriptione, ut illud in ſatyra duodecima, Atq; omnia ſoli Forſan Pacuuio breuiter dabit, id eſt paucis uerbis, quũ eum relinquat hæredem ex aſſe. *Gemma uda.*] Id eſt annulo ſignatorio, qui ſaliua humectatus imprimitur ceræ. Nam multi ſignauere gemma annulo inſerta, multi auro tantum: ut Claudij Cæſaris principatu repertum. *Occurrit matrona potens:*] Ita dictum quaſi ei ambulanti occurrat matrona uenefica: uel occurrit, in mentem mihi uenit, ut ſit: ad eſt etiam matrona uenefica, quæ reprehẽdenda eſt mihi. Et per hanc, quancũq; ueneficam nonnulli intelligi uolũt, quæ temporibus poetæ ueneficia miſcerẽt. Alij uero de Agrippina Claudij uxore (in qua opinione & nos ſumus) intelligi uolunt, quæ (ut ſcribit Tranquillus) Claudium maritum medicato ſuſtulit boleto poſt adoptatum Neronem. Nam poeta ita plerunq; de mortuis loquitur, ac ſi uiuerent, præſentesq; eſſent: ut de Criſpino, Mario, Priſco, Mathone cauſidico. *Potens.*] Vtpote Claudij imperatoris uxor, & mater Neronis. Nã matrona ſemper dicitur de nobilioribus. Suetonius in Veſpaſiano ſic ait, Agrippinam timens potentem adhuc apud filium. Aut potens, quod ut autor eſt Cornelius Tacitus, ſummam rerum ex arbitrio diu moderata fuerit. *Porrectura molle calenum.*] Id eſt ueneno uino inditum. D Nam ueneno uinũ miſceri temporibus Iuuenalis maxime in uſu erat. Martialis, Diceris hac cœlebs factus quater eſſe lagena, id eſt ueneno lagenæ infuſo. *Molle.*] Leue, & ſuaue. Vergil. Tunc & molliſsima uina. *Calenum.*] Vinum Campanum à Calibus ciuitate Campaniæ, de qua Vergilius libro ſeptimo. Quiq; Cales linquunt: tota enim Campania (autore Plinio) optimi uini eſt feraciſsima. *Rubetam.*] Veneficium ex rubeta. Ranæ enim rubetæ (ut ſcribit Plinius libro octauo.) & in terra & in humore uiuunt, plurimis refertæ medicaminibus, quæ deponere quotidie, & reſumere paſtu dicuntur, uenena tantum ſibi reſeruantes. Idem in undecimo. Et aqua & uinum interimit Salamandra ibi mortua, uel ſi omnino biberit, unde potes. Item rana, quam uocant Rubetã, tantum inſidiarum eſt uitæ: dictæ autem rubetæ à rubis, in quibus maxime uerſantur. *Viro ſitiente.*] Pro ſitienti, ut ſit caſus pro caſu. ſic Ouidius, Et fas omne facit fratre marita ſoror, pro fratri. Et Vergilius, Hæret pede pes, id eſt pedi, & alibi, Nec ſoſpite dirum Optabis nato funus, pro ſoſpiti nato. *Locuſta.*] Id eſt ipſa matrona tanquam Locuſta magiſtra. (Eſt enim caſus nominatiui.) Nam Locuſta mulier fuit ueneficij periti ſsima, quæ imperante Nerone ueloci ſsimum & præſentaneum uenenum coxit, quod Britannico cœnanti dedit, quo guſtato ſtatim concidit. *Melior.*] Peritior cæteris. *Inſtituit.*] Docet. *Rudes propinquas.*] Rudes alias matronas uicinas.

A Alluditautem ad hiſtoriam. Nam & Nero Locuſtæ pro nauata opera impunitatem, prædiaq; am
pla, ſed & diſcipulos dedit. *Efferre.*] Verbum eſt funebre. Terentius, Effertur, imus, ad ſepul-
chrum uenimus. *Nigros.*] Veneno ſublatos. *Per famam & populum.*] Endiadis eſt, id eſt per
famam populi. nam uarius ſolet eſſe populi tumor, orta ueneficij ſuſpitione. *Aude aliquid.*] mira
excandeſcentia hoc dictum, adiuuandumq; eſt geſtu, ut & rei indignitas, & indignatio dicentis ex
primatur. non eſt, inquit, mirum,
ſi tam multa flagitia fiunt in urbe,
quum iam nullus ſit in precio, niſi
qui ſit impēſe ſceleratus: ut ſit ſen-
ſus. Si uis in urbe Roma in aliquo
eſſe precio, aude aliquid dignum
carcere, aut exſilio: unde Plinius Iu
nior ad hanc ſententiam ſic ait. In
ea ciuitate, in qua iampridem non
minora præmia, immo maiora ne
quitia & improbitas, quàm pudor & uirtus habent. ſicq; poeta improbos temporis ſui mores no

Per famam, & populum nigros efferre maritos.
Aude aliquid breuibus Gyaris, & carcere dignum,
Si uis eſſe aliquis: probitas laudatur, & alget.
Criminibus debent hortos, prætoria, menſas,
Argentum uetus, & ſtantem extra pocula caprum.
Quem patitur dormire nurus corruptor auaræ?

B tat. *Breuibus Gyaris.*] Hoc eſt paruis inſulis, qualis eſt Gyarus una ex Sporadibus. nam dam-
nati in inſulas paruas relegabātur tāquam ad pœnā grauioris exilij, unde illud in ſatyra decima.
Vt Gyari clauſus ſcopulis paruaq; Serypho. Titus (autore Tranquillo) delatores aſsidue in foro
flagellis ac fuſtibus cæſos, ac nouiſsime traductos per amphitheatri harenā: partim ſubijci in ſer
uos, ac uenire imperauit, partim in aſperrima inſularum deuchi. *Criminibus debent hortos.*] Du-
pliciter hic locus exponi poteſt, ut ſit ſenſus: Romani, inquit, debere uidentur, (ut recitauimus ex
ſententia Plinij) ingentia præmia improbis, & ſceleratis: ut ex eo pendeat, Aude aliquid breuibus
Gyaris. uel ſic, quod magis placet: ſi, inquit, improbus & nefarius fueris, opes & dignitates adipi-
ſceris: nam alij ſcelerati, qui hortos delicatos, magnifica prætoria, & alia huiuſmodi bona poſsi-
dent, debent ea omnia criminibus, quia adepti ſunt illa per crimina & flagitia. Eſtq; translatio à
debitore, qui creditori debet pecuniam mutuo acceptam. Sic enim dicimus, induſtriæ magiſtri
omnem doctrinam tuam debes: Et patriæ conſeruatio Ciceroni debetur. Vnde eſt etiam illud
Plinianum in ſeptimo. Verſum heroicum Pythio oraculo debemus, ut ſit ſenſus. Agnoſcimus be-
neficio oraculi Pythij uerſum heroicum nos habere, & illud octauo. Corporum tutela peco-
ri debetur: erit ergo ſenſus. Scelerati homines agnoſcunt bona quæ poſsident, beneficio ſcelerum
ſe eſſe adeptos. *Hortos.*] Qui ad amœnitatem tantum & uoluptatem parantur uarijs conſi-
C ti arboribus. Hortos magnificentiſsimos habuit Mecœnas in Exquilijs. Item Lucullus, in qui-
bus Meſſalina uxor Claudij occiſa fuit. *Prætoria.*] Hoc loco magnifica in agris ædificia in-
telligit: unde Tranquillus in Caligula, in extructione prætoriorum atq; uillarum. idem in Tito.
Cuncta prætoriorum ſuorum ornamenta, operibus, ac templis deſtinauit. Martialis, Ad lapi-
dem Torquatus habet prætoria quartum. Prætorium etiam appellamus imperatoris taberna-
culum in caſtris, unde Præfectus prætorij, & Cohors prætoriana quæ circa prætorium uigilaret,
atque aſsideret. *Menſas.*] Citreas intelligit, quæ tantæ erant taxationis, ut tanto auro repende
rentur. Martialis, Accipe felices athlantica munera ſyluas, Aurea qui dederit dona minora da-
bit. ex Athlante enim monte Mauritaniæ mittebantur: harum ſumptus fœminæ (ut docet Pli-
nius libro decimotertio) uiris exprobrabant, quum ipſis luxus margaritarum exprobraretur à
uiris: eæ præcipuo erant in precio, quæ caudas pauonum undatim imitarentur: unde Seneca de
Tranquillitate, placet menſa non uarietate macularum conſpicua. *Argentum uetus.*] Id eſt po-
cula argentea antiquis (ut ait Seneca) nominibus artificum nobilia, ea & Archetypa diceban-
tur. ἀρχαῖος enim antiquum ſignificat & τύπος formam. Plinius item ſcribit, Subito ars cælan-
di argenti exoleuit: ſola iam uetuſtate cenſetur uſq; attritis cælaturis, ut ne figura quidem diſcerni
poſsit. *Et ſtantem extra pocula caprum.*] Nam uariæ in poculis figuræ excidebantur, maximeq; ca
D per, quod animal ſit infenſum Baccho. Martial. in decimotertio. Stat caper in phiala Thebani uel
lere Phrixi Cultus, ab hoc mallet uecta fuiſſe ſoror. *Stantem extra.*] Id eſt extantem & cæla-
tura eminentem. Ouidius in Metamorphoſ. Sed Altius extantem ſignis, multæq; in pondere
maſſæ, Ingentem manibus tollit cratera duabus. *Quem patitur.*] Alia indignationis cauſa.
Duo enim reprehendit: & quòd ſoceri, ut libidinentur nurus ſuas precio corrumpant, & quòd
nurus lucri cupiditate ſoceris ſuis nefando concubitu obſequantur. Alij uero (quod non placet)
exponunt: quòd reprehendant ſoceros qui pecunia nurus corrūperent: ut pueris ſui facerent co-
piam, quibus poſtea deprehenſis ipſi ſoceri abuterentur. *Corruptor.*] Stuprator, nam corrum-
pere plerunq; accipitur pro adulterare & ſtuprare. Tranquillus in Cæſare. Conſtans opinio eſt
plurimas & illuſtres fœminas corrupiſſe. idē in Domitiano, Fratris filiam adhuc uirginē non mul
to poſt alij collocatā ultro corrupit. Idem in eodem. Nec defuerūt, qui affirmarent corruptū Do-
mitianum, & à Nerua ſucceſſore mox ſuo, id eſt ſtupratum. Corrumpere item capitur quum ali-
quem precio inducimus ad aliquid inhoneſtum faciendum. unde dicimus corruptum eſſe iudi-
cem: corrumpere etiam dicimus, quum aliquem à uirtute in uitia deflectimus, unde appellamus
mores urbis eſſe corruptos, id eſt deprauatos, & à prioribus ueſtigijs obliquatos. *Auaræ.*] Quę
magis lucro quàm pudicitiæ conſulat. *Quem.*] ſcilicet poetarū. *Patitur dormire.*] Silere & non
moue

mouerí ad ſatyram ſcribendam. *Quem ſpõſæ turpes.*] Quem.ſ.poetã patiuntur dormire, & non A
excitari ad ſatyram.aliud enim obſcœniſſimũ uitium ſui tẽporis notat,hoc eſt uiros uiris nuben-
tes.nam multi reperiebãtur,qui ſolenni nuptiarum ritu nuberent,quod & à Nerone factum fuiſ-
ſe ſcribit Tranquillus,ut ante diximus.Item alibi Iuuenalis,Quadringenta dedit Gracchus ſeſter
tia dotem.& paulo infra.Quæ cauſa officij?quid quęris?nubit amicus.ſponſas igitur turpes,intel

Quem ſponſæ turpes?& prætextatus adulter?
Si natura negat,facit indignatio uerſum
Qualemcunq; poteſt,quales ego,uel Cluuienus.
Ex quo Deucalion nimbis tollentibus æquor
Nauigio montem aſcendit,ſorteſq; popoſcit,
Paulatimq; anima caluerunt mollia ſaxa:
Et maribus nudas oſtendit Pyrrha puellas,
Quicquid agũt homines,uotũ,timor,ira,uoluptas,

lige uiros,qui uiris nuberẽt. *Adul
ter prætextatus.*] Illud etiam cõque
ritur poeta,quòd pueri in ea æta-
te quæ ab omni turpitudine maxi
me reſilire debet,iam adulteria no
uerint,quod & ætate noſtra non
ſine quadã naturæ iniuria fieri ui-
dimus. *Prætextatus.*] Id eſt puer
adhuc.Nam prætexta ueſtis erat
qua pueri,uſq; ad quartumdeci-
mum ætatis ſuæ annum utebãtur,
dicta (autore Macrobio) quòd ei B
purpura prętexeretur.amicitiã puerilem prętextatã appellat Martialis,Tu mihi ſimplicibus Man
ni dilectus ab annis,Et prætextata cultus amicitia.ut autẽ prætexta uteretur ætas puerilis,inſti-
tutum fuit Tarquinij Priſci qui deuictis Sabinis triumphũ egit,filiumq; ſuum annos quatuorde-
cim natum,q hoſtem interfeciſſet:bulla aurea,& prætexta donauit.unde hæc ingenuorum puero
rum inſignia eſſe cœperunt.Quum antea inſtituto Tulli Hoſtilij tertij Romanorum regis,præte-
xta eſſet magiſtratuum.Bulla uero geſtamẽ triumphantiũ,ſumpto uſu ab Ethruſcis ſuperatis:ſed
de hoc ſupra latius dictum eſt ex auctoritate Macrobij. *Si natura negat.*] Tam multis,inquit,tãq;
uarijs contaminata eſt ciuitas uitijs,ut ſi à natura negatũ ſit carmen ad ea exagitanda:ipſa tamen
animi indignatio carminis faciũdi rationem ſubminiſtret.bene autẽ ait ſi natura negat.Nam ex
ſententia Democriti poetica natura magis quàm arte cõſtant:in qua perſuaſione eſt & Cicero pro
Archia,ubi ait,Cæterarum rerum ſtudia,& doctrina & præceptis,& arte cõſtare,poetam natura
ipſa ualere,& mentis uiribus excitari,& quaſi diuino quodã ſpiritu inflammari.Eſt autem ſenten
tia generalis,quam tamen ſibi accommodat,ut dicat ipſam indignationẽ poſſe uel facile unicuiq;
etiam rudi uerſum ſubminiſtrare. *Qualemcũq; poteſt.*] Scilicet facere,etiam ſi non ſit decora ele
gantia. *Quales ego uel Cluuienus.*] Senſus eſt & ordo.indignatio facit uerſum qualemcunq; po-
teſt,& talem qualem ego facio,uel Cluuienus facit.Satyrice autem meritum ſuum ſe nominando C
extenuat,ut licentius Cluuienum notet,ut malũ poetam ſui temporis.Solent enim poetę breuiter
& urbaniter per tranſitũ homines notare,ut alibi Lauſeiam,ut mulierẽ bibacem & ebrioſam no-
tat.Quantũ Lauſeia bibebat.Oratius,Damalim.Nõ multi Damalis meri,Baſſum threicia uincat
amyſtide. *Ex quo Deucalion.*] Senſus eſt & ordo,Quæcũq; uitiorũ genera ualuerunt inter mor-
tales,ex quo genus humanum reſtauratũ à tempore Deucalionis,uotum ſcilicet,ira,timor & cæ-
teri affectus ſunt farrago & materia noſtri libelli.Pollicetur ſe de omni genere uitiorũ eſſe dicturũ,
quæ inter mortales uiguerũt,uſq; à tẽporibus Deucalionis. *Deucalion aſcendit montem.*] Nota eſt
fabula carmine Ouidij.temporibus enim Deucalionis & Pyrrhę eius uxoris diluuium fuit,quo
uniuerſus orbis ſubmerſus eſt.Deucalion uero ſolus cum Pyrrha in cacumen mõtis Parnaſi fugi
ens,illic tandiu fuit,quoad æquor deſcẽdit.Mox ceſſante diluuio in planum deſcendentes,oracu
lum Themidis de reſtauratione humani generis conſuluerunt,acceperuntq; oſſa matris poſt ter
ga iacienda.ſic enim poſſe genus humanum recuperari.Quum igitur diu anxij fuiſſent,ubi nam
poſſent oſſa matris inuenire,demum intellexit Deucalion,terram matrem eſſe omnium rerum,la
pides uero oſſa terræ dici.Itaq; cũ ab utriſq; lapides iacti eſſent poſt terga:qui à uiro iacti ſunt in
uiros,qui à muliere in fœminas conuerſi ſunt.Sicq; humanũ genus eſt reparatum:ueritas uero
alia eſt.Nam (ut ſcribit Iuſt.libro undecimo.) Amphictheonis Athenarũ regis temporibus aqua- D
rum illuuies maiorem Græciæ partem abſumpſit,ſuperfuere quos refugia montium ceperunt,
aut ad regem Theſſaliæ Deucalionem ratibus euecti ſunt,à quo propterea genus humanum con-
ditum dicitur. *Montem.*] Parnaſum. *Nimbis tollẽtibus.*] Hymbribus æquor augẽtibus,Nimbi
ſunt proprie hymbres repentini,præcipites,& improuiſi,Pluuiæ uero ſunt iuges. *Sortes.*] Ora
cula Themidis. *Caluerũt anima.*] Secundum eos locutus eſt,qui igneam animam eſſe dixerunt.
Quicquid agũt homines.] Omnes,inquit,animi affectus,quibus hominũ mentes perturbãtur,& ſic
à ratione diſcedunt,ſunt farrago & argumẽtum operis noſtri. *Votum.*] Deſideriũ,& appetitio
alicuius boni.poeta alibi.Quid tam dextro pede concipis ut te Conatus nõ pœniteat,uotiq; pera
cti? *Timor.*] Opinio magni mali impendentis. *Ira.*] Ex philoſophis quidã(ut ſcribit Sene
ca in primo de ira)dixerũt,iram breuẽ inſaniam eſſe,unde Orat.Ira furor breuis eſt.Alij uero (ut
ſcribit Cicero in Tuſc.)Iram libidinem eſſe ulciſcẽdi eius,qui uideatur læſiſſe iniuria.Seneca libro
ſecũdo de ira diffinit.Ira eſt cõcitatio animi ad ultionem uolũtatis iudicio pergentis. *Volupt.as.*]
Duplicẽ ſcimus eſſe uoluptatẽ,& honeſtam,& inhoneſtam.Honeſtam,quũ illam ponimus ad de-
monſtrandã animi hilarem affectionẽ,ut ſi dicamus,ex lectione Plinij non ſolum fructũ,ſed & mi
rificam cepi uoluptatẽ.inhoneſtã,quũ ex turpi aliqua re dicimus nos uoluptatẽ ſummã cepiſſe.

A *Gaudia.*] Scribit Seneca ad Lucilium, Gaudiũ niſi ſapienti nõ contingere. eſt enim, ut inquit, animi elatio ſuis bonis, uiribusq; fidentis. uulgo tamen ſic loquimur, ut dicamus magnũ gaudium nos ex illius conſulatu, aut ex nuptijs, aut ex partu uxoris percepiſſe, quæ adeo non ſunt gaudia, ut ſæpe initia futuræ triſtitiæ ſint: gaudio autem iunctum eſt non deſinere, nec in contrarium uerti. itaq; quum dicit Vergilius, Et mala mentis gaudia, diſerte quidem dicit, ſed parum proprie. Nullum enim malum gaudiũ eſt.

Gaudia, diſcurſus, noſtri eſt farrago libelli.
Et quando uberior uitiorum copia? quando
Maior auaritiæ patuit ſinus? alea quando
Hos animos? neq; enim loculis comitantibus itur
Ad caſum tabulæ, poſita ſed luditur arca.
Prælia quanta illic diſpenſatore uidebis
Armigero? ſimplex ne furor ſeſtertia centum

uoluptatibus hoc nomen impoſuit, & quod noluit expreſſit. *Diſcurſus.*] Animi noſtri euagatiões, quibus ad uarias rapimur cupiditates. Nam hominũ mentes rationis oblitæ tranſuerſæ ferũtur, eaq; cupiunt & appetunt, quæ plerũq; magis nocent quàm proſunt. poteſt etiam in rebus honeſtis diſcurſus exiſtere. Diſcurſus ergo ad animũ,
B non ad corpus referas, ut ſit: ipſi affectus, & perturbationes animi, quibus quaſi quibuſdã furijs mens hominis nunc huc, nunc illuc agitur. poteſt etiam referri ad labores matutinos ſalutãdi potentiores, per urbem enim diſcurrendo ſalutandi officium peragebãt. Martialis libro ſeptimo, Diſcurſus uarios, uagumq; mane, Et faſtus & aue potentiorũ. ſed prior ſententia magis placet. *Farrago.*] Materia & argumẽtum, metaphoricos autem dictum. Nam farrago proprie eſt id quod ex pluribus ſatis pabuli cauſa datur iumẽtis, dicta Varroni quòd primum in farracea ſegete ſeri cœpta, aut quòd ferro cæſa ſit. *Libelli noſtri.*] Operis noſtri, quo ſatyras cõplectimur. *Et quando uberior.*] Subaudi fuit, quàm nunc & ætate noſtra? ac ſi dicat, nunquã fuere plura uitia neq; maiora. *Vitiorũ.*] Id eſt animi prauitatum. *Maior ſinus.*] Metaphora ſumpta à nauigantibus, quorum uela quanto maiorẽ explicant ſinum, tanto maiorem uim uentorũ excipiunt. *Alea quando.*] Subaudi magis uexauit, uel habuit, uel aliquid tale. in alea ſunt talus, teſſera, alueolus, & omnia id genus, quæ in uarietate fortunę conſiſtunt. Eſt enim alea ipſe caſus ſiue euentus ludi. Plautus in Curculione. Talos poſcit ſibi in manum, prouocat me in aleam, ut ego ludam. Martialis, Alea parua nuces, & non damnoſa uidetur. unde & alea aliquãdo pro fortuna & euentu ponitur. Liuius, Nec tam celebrem aleam uniuerſi certaminis timens. ſic etiã illud Plin. de Cic. extra omnẽ aleam ingenij poſitus, id eſt extra omnem ſortem & euentum ingenij, adeo ut nemo ſit Cicerone pręſtãtior: ut ſit me-
C taphora ab alea, id eſt ludis, qui omnes ſunt in fortuna & caſu. Apuleius in quarto Metamorph. Ancipitis machinę ſubiit aleam, id eſt fortunã & dubiũ euentũ. *Neq; enim loculis.*] Tanto, inquit, ſtudio aleæ tenentur, ut in ludum deſcendant non cũ modica pecunia, ſed tota arca. Loculi enim capſulæ ſunt, uel crumenæ, & receptacula nummorũ, & annulorum, & id genus precioſarũ rerũ. alibi, Gẽmaq; princeps Sardonicus, loculis quæ cuſtoditur eburnis. Oratius in Sermonibus: ut hæres iam circum loculos & claues lætus ouansq; Curreret. Apuleius in quarto Metamorph. Iubet decem aureos (ut ipſe habebat) ex loculis annumerari. Martialis, Hos tuſi de flaua loculos implere moneta Non decet, argentum uilia ligna ferant. Loculis etiam alia ſeruari legimus, ut illud apud Plinium in ſeptimo, Pollicem Pyrrhi in dextro pede, cum reliquo corpore cremari non potuiſſe tradunt, conditũq; loculo in templo. *Caſum tabulæ.*] Ad dubium ludi euentum. nam huiuſmodi ludi fortunæ & caſui, ut diximus, ſunt ſubiecti. Caſum autem à cadẽdo dicimus, quòd in tabula iacti tali caſu efficiant, aut uenerẽ, aut caniculam, aut aliud punctũ. ſicq; cadere dicitur punctum quod fortuito, non induſtria uenit. unde Terentius in Adelphis, Quaſi quum ludas teſſeris: ſi illud maxime quod eſt opus, iactu nõ cadit, illud quod cadit forte, id arte ut corrigas, id eſt euenit. Cicero libro primo De diuinatione, Quatuor tali iacti, caſu Venerem efficiunt. Idem alibi, Dixi multa de caſu, ut uenereũ eſt. *Tabulæ.*] Luſoriæ ſcilicet in quam iaciuntur tali fritillo: alio uo-
D cabulo ipſam tabulam alueolum appellamus. *Prælia quanta.*] An rixas & altercationes, quæ ſępe inter colluſores oriuntur. An aſsiduum ludentium certamen, quemadmodum Vergilius nocturnos concubitus prælia uocauit. *Diſpenſatore armigero.*] Exiſtente illic armigero, hoc eſt ſeruo armigero, qui officium præſtat diſpenſatoris domino ludenti. Nam armigeri ſerui erant, qui dominum ſuum ſequentes ſcutum, reliquaq; arma gerebant. Plautus in Caſina, Potius quàm illic ſeruo des armigero nihili atq; improbo. Et paulopoſt eundem ſcuugerulum appellat ſic. Qui (malum) homini ſcuugerulo dari iubet. Tranquillus in Auguſto. Germanorum manum uſq; ad cladem Varianam inter armigeros circa ſe habuerat. Ait nunc poeta, eum fungi officio diſpẽſatoris, utpote qui ludenti domino nummos ſubminiſtret. Nam diſpenſator ſeruus erat: qui æs diſpenſabat, curamq; habebat uniuerſæ rei domeſticæ, de quo illic ſenſit Iuuenalis, Et qui diſpenſat frangit ſibi. eum Græci œconomon appellant. unde ab ære diſpẽdendo dictus eſt. Nam pecunia pendebatur. unde & ſtipendium æs quod dabatur militibus dictum, quòd ſtipem pendebant. & ſic diſpendium, quòd in diſpendendo ſolet minus fieri, damnum ſignificat, contrà compẽdium eſt lucrum. unde diſpendioſus, damnoſus. Compendioſus lucroſus. *Simplex ne furor.*] Scilicet ille cenſendus eſt? ſignificat extra omnes rationis terminos qui centum ſuſtinet ſeſtertia ludo aleæ perdere, & ſeruum frigentem negligit, nec ueſtit. *Seſtertia centum.*] C. Id eſt, duo milia

ducen

ducēta,& quinquaginta coronatorū,ut hodie loquimur.nam ſingula ſeſtertia,mille ſeſtertios nū mos cōtinent,hoc eſt ſcutatos ſiue coronatos XXV.Itaq; ſeſtertius genere maſculino, & nummus idem ſunt,id eſt quarta denarij Romani pars.nam denarius,decuſsi, id eſt decē aſsibus ualebat. Dictus ſeſtertius , quaſi ſeſquitertius, quòd duos aſſes & ſemis caperet.Seſtertium autem genere neutro,mille nummos,ut dixi,continebat. uide Budæum de aſſe,& Georgium Agricolam. S. A

Perdere? & horrenti tunicam non reddere ſeruo?
Quis totidem erexit uillas? quis fercula ſeptem
Secretò cœnauit auus? nunc ſportula primo
Limine parua ſedet,turbæ rapienda togatæ.
Ille tamen faciem prius inſpicit,& trepidat,ne
Suppoſitus uenias,& falſo nomine poſcas.
Agnitus accipies,iubet à præcone uocari

Horrenti.] Frigenti.Perſius,Scis comitem horridulum, trita donare lacerna. *Quis totidem erexit uillas.*] Nimium in extruendis uillis luxum notat . nam non una contenti uilla pluresextruebant,marmoribusq; adornabāt.Villa propriè eſt ędificiū erectum ruri.Plin. Neq; fundus uillam quærat , neq; uilla fundum. *Quis fercula ſeptē*] In luxum ciborum & lautitiā priuatam inſurgit . Sic Seneca , Deinde ad cœnas lautitiasq; trāſfertur. & illic commendatio ex nouitate,& ſola ordinis commutatione captatur. Eſt ergo ſenſus & ordo. B *Quis auus .*] Id eſt antiquus tam luxurioſus , uel in cibis, uel ædificijs , ut nunc penè omnes, ſunt? ex frugalitate igitur & ſimplicitate antiquorum damnat luxuriam,& ciborum, & ædificiorum ſui temporis. Nam frugalitas antiquis fuit(autore Valerio) quaſi quædam mater bonæ ualetudinis , inimica luxurioſis epulis,& aliena nimiæ uini abundantiæ, & ab omni immoderato Veneris uſu auerſa. *Cœnauit ſecreto.*] Nō conqueritur quòd in propatulo nō cœnent quod ab antiquis factitatum eſt, qui mos tēporibus Iuuenalis & multo ante deſiuerat,Sed ꝙ intra priuatas ædes multijugæ,luxurioſæq;,& lautæ parētur cœnæ.Secreto ergo in domo priuata. *Septē fercula.*] Varia,& diuerſa ciborū genera,numerum poſuit finitū pro infinito.Appellatione autē ferculorū intelligimus patinas. Orat. Multaq; de magna ſupereſſent fercula cœna.Seneca deteſtans luxum ſui tēporis.Hodie utrū tandem ſapientiorē putas:qui uerſatilia cœnationū laquearia ita coagmentāt, ut ſubinde alia facies, atq; alia ſuccedat.& totiens tecta,quotiēs fercula mutētur,hoc eſt cibi & patinæ.Fercula etiā appellantur quęcūq; feruntur in pompa triūphorum,ludis,& ſacris.unde Cicero in Officijs,Cauendū eſt,ne tarditatibus utamur ingreſſu mollioribus:ut ſimiles pomparū ferculis eſſe uideamur . Trāquillus in Cęſare,Pōtico triumpho inter pōpæ fercula trium uerborū prætulit titulū,ueni,uidi,uici. C *Nunc ſportula primo.*] Cōſueuerant diuites Romani,ut liberalitatē & munificentiā ſuam oſtenderēt,ad rectā cœnam admittere pauperes cliētes,à quibus comitati fuiſſent.Rectam autē cœnam intelligo,ꝙ apud diuitē ſplendide & laute cœnarēt.Sequitur enim. Votaq; deponunt quanquam longiſsima cœnæ.nam cum dominis cœnare cōſueuerunt. unde Tranquillus in Nerone ait, Publicæ cœnæ ad ſportulas ſunt redactæ.Sed quum ea conſuetudo forte faſtidioſa uideretur, rectam cœnam reuocauit Nero ad ſportulā.Poſtea uero Domitianus ſportulam ad cœnam rectam.unde Martialis libro octauo, Promiſſa eſt nobis ſportula,recta data eſt.uerum apparet id nō ſeruatum mortuo Domitiano,quū poeta hæc ſcripſit.Dabātur igitur obſonia plerūq;,& pecuniæ ex ſportula.unde Tranquillus in Domitiano, ita ſcribit . Atq; inter ſpectacula muneris largiſsimum epulum,ſeptimontiali ſacrorum quidē die,ſenatui, equitiq; panarijs,plebeis ſportellis cum obſonio, diſtributis.Martialis,Dat Baiana mihi quadrantes ſportula centum.Cæterum ſportula nō dabatur tantum ex priuato,quantum etiam ex publico uectigali clientibus & pauperibus, dabaturq; etiā in nuptijs.Apuleius in ſecunda Apol.Quippe ita placuerat in ſuburbana uilla potius ut iungeremur,ne ciues denuo ad ſportulas cōuolarent.Quum igitur hanc tantum pauperes captarēt, conqueritur Iuuenalis,Nunc tantam eſſe Romanorū auaritiam,ut & nobiles, diuites,& magiſtratus,eam quoq; captare nō pudeat.ſportæ autem,& ſportellæ,& ſportulæ,nummorum (autore Pediano)erant receptacula, denominatæ à Sparto herba hiberica , ex qua conficiebantur.Plautus D in Menechmis,Sportulā cape,atq; argentum:eccos tris nummos habes? Verum ſportula nō tantum pro receptaculo nummorum,quantum etiam pro munerib. quæ clientibus(ut diximus) dafentur,ponitur,ut ſit continens pro contento. *Nunc.*] Hoc tēpore:hac ætate noſtra auariſsima. *Parua.*] Cōqueritur imminutā eſſe prioris ſportulæ liberalitatē. *Primo limine.*] Primo ædium ingreſſu. *Turbæ togatæ.*] Id eſt quam uiliores & pauperes clientes deberēt capere.Nam (ut ſcribit Aſconius) toga communis habitus fuit,& marium & fœminarum.unde Vergilius,Romanos gentēq; togatam.Sed poſtea prætexta honeſtorum tantū fuit,toga uiliorū,unde pauperes clientes,ut uiles quum ibant ſalutatum,ſumebant togam. Martialis, Mane uel à media nocte togatus ero. Eiuſdē diſtichon eſt in Apophoretis , cui inſcriptio eſt toga.Si matutinos facile eſt ubi rumpere ſomnos,Menıita ueniet ſportula multa toga. *Ille tamen.*] qui ſportulam diſpartitur. *Faciem prius inſpicit.*] Hinc apparet ſportulam non omnibus pauperibus, ſed tantum his conſueuiſſe dari , qui in officio fuiſſent circa diuitem. faciem etiam intuetur, an ex clientibus ſit. *Suppoſitus.*] Subdititius , & loco alterius poſitus. *Falſo nomine.*] Expoſitio eſt ſubdititij. *Agnitus.*] Ex clientibus domini. *Iubet à præcone uocari.*] Hinc eſt omnis poetæ indignatio, quòd ſportula nunc nobilioribus erogetur,quæ antea dūtaxat dabatur,ut diximus pauperibus. *A præcone.*].

A Præco is dicitur, qui iubēte magiſtratu clara & elata uocé aliquid ad populū enunciat: à præcinen
do. *Ipſos Troiugenas.*] Satyrica indignatione dixit ipſos, quaſi quos rei pudere deberet. *Troiu-
genas.*] Nobiliores, quaſi quorū origo ſit à Troianis: ironicos autem dictum. *Vexant.*] Cele-
brant & frequentant. *Et ipſi.*] Quaſi dicat & ipſi, quos pudor rei abſterrere deberet. *Nobi-
ſcum.*] Scilicet clientibus. *Da prætori.*] Verba ſunt diſpenſatoris. Veteres omnem magiſtratū

Ipſos Troiugenas: nam uexant limen & ipſi
Nobiſcum: da prætori, da deinde tribuno.
Sed libertinus prior eſt, prior, inquit, ego ſum.
Cur timeam, dubitemue locum defendere? quãuis
Natus ad Euphratem, molles quod in aure feneſtræ
Arguerint, licet ipſe negem: ſed quinq; tabernæ

cui pareret exercitus, prętorem ap
pellauerunt, quòd præiret exerci-
tui, teſte Varr. à quo & in caſtris ta
bernaculum ducis prætorium eſt
appellatū, & porta prætoria in ca-
ſtris, qua exercitus in prælū educi
tur, quia initio prętores erant, qui
nūc cõſules, & hi bella adminiſtra
bãt. Eum etiã (ut tradit Liu. lib. v.)
prętorē dixerunt, qui ex patribus
creatus ius in urbe diceret, penes quē magiſtratū omnis publici, priuatiq; iuris poteſtas, ut & no-
B uū ius condere, & uetera abrogare facultas eſſet. Idq; ob magiſtratus honorē ius honorariū eſt uo
catum. Quum tamen regia illi eſſent inſignia, ut apparatu cõſulibus par uideretur, lictores nõ am
plius ſex habuit, de quo Pompeius De origine iuris ſic ſcribit. Prętor creatus eſt, quū cõſules auo
carentur bellis finitimis, neq; eſſet, qui in Vrbe ius redderet. Isq; urbanus eſt dictus, quòd in urbe
ius diceret. Poſt aliquot deinde annos, non ſufficiente eo prætore, quòd multa turba etiam pere-
grinorum in ciuitatē ueniret, creatus eſt & alius prætor, qui peregrinus appellatus eſt. Capta dein
de Sardinia, mox Sicilia & Hiſpania, deinde Narbonēſi prouincia, totidē prætores, quot prouin-
ciæ in ditionē uenerant, creati ſunt. Cicero in ſecundo De legibus, Iuris diſceptator, qui priuata iu
dicet, iudicariue iubeat, prætor eſto, iuris ciuilis cuſtos eſto, huic poteſtati parēto. *Tribuno.*] Tri
bunorum duo extitere genera. tribuni ſcilicet plebis, & tribuni militum. Tribuni militum dicti
ſunt, ꝙ terni ex tribus tribubus, Ramnium, Lucerum, Tacienſiū olim ad exercitum mittebãtur.
Tribunorum autem militum officium eſt, milites in caſtris continere, ad exercitationem produ-
cere, claues portarum ſuſcipere, uigilias interdum circuire, frumentationibus cõmilitonum in-
tereſſe, frumentū probare, mēſuræ fraudē coercere, delicta caſtigare, principijs frequēter intereſ-
ſe, querelas cõmilitonum audire, ualitudinarios inſpicere: ex his etiã erant Tribuni, qui diceban-
tur ærarij ab eo (ut ſcribit Var.) ꝙ attributa illis erat pecunia, quã militibus redderēt. Idq;, ꝙ attri
C butū erat, dicebatur æs militare. De tribunis ærarijs ſic Trãquillus in Cæſare. Tribunos ærarios ꝙ
erat tertiū ſcilicet genus iudicū, ſuſtulit. Tribuni plebis in monte ſacro à plebe creati ſunt qui eam
defenderēt: quū plebs à patribus ſeceſsiſſet, anno fere xvij poſt reges exactos. De tribunis multa le
ges apud iuriſcõſultos, Liuium, Vegetiū, Appianū, Modeſtum, Varronē, Feſtum, Gellium, & Plu
tarchum. *Sed libertinus.*] Verba ſunt Iuuen. libertinū more ſatyrico ridentis, qui magiſtratui nõ
ſolum ſe æquet, ſed etiam præponat: adiuuandū autem eſt pronunciatione: libertinus autē genera
liter eſt accipiendū, id eſt ipſi libertini. *Prior eſt.*] Se potiorē magiſtratu facit, ſequitur enī, prior
ego adſum. Libertini dicuntur (auctore Caio de ſtatu hominū) qui ex iuſta ſeruitute manumiſsi
ſunt. *Defendere locum.*] Tueri locū meum, ſicq; poeta oſtendit homines per diuitias efferri in ſu-
perbiã. *Natus.*] Subaudi ſim. *Ad Euphratis.*] In Armenia, id eſt ex ſeruili ſim cõditione. Nam
Euphrates fluuius eſt (autore Strabone) qui ex Niphane mõte Armeniæ defluit in mare rubrum:
prius tamen Babyloniã per medium diuidit, & Tygri cõiunctus Meſopotamiã facit: illinc ſerui
multi mittebantur. *Molles quod in aure feneſtræ Arguerint.*] Id eſt quàm rem. [me natum eſſe in Ar
menia, ſiue Cappadocia, quæ ſunt cõterminę, arguerint molles feneſtræ, id eſt oſtenderint & pro-
bauerint mollia aurium foramina. Nam in Oriēte (ut ſcribit Plin. lib. xi. cap. xxxvij.) uiris aurum
geſtare in auribus decus exiſtimabatur. Idem in proœmio lib. xij. ſic ait loquēs de unionibus. Ad
D hoc excogitata ſunt aurium uulnera, quæ autē ad ornamenta aurium geſtabantur inaures appel
latæ ſunt. Plin. lib. ix. cap. lv. Antonia Druſi, murenæ quam diligebat, inaures addidit. Plautus in
Pœnulo. Quia incedūt cum annularis auribus. Vnde & in Pentateucho Moſi ſic ſcriptum eſt. Di
xitq; ad eos Aaron, Tollite inaures aureas de uxorū, filiorumq; & filiarum ueſtrarum auribus, &
afferte ad me. *Licet ipſe negem.*] Etiam ſi uelim ipſe negare, me ex ſeruili conditione eſſe & Ar-
menum. *Sed quinq; tabernæ.*] Hinc ſtultam hominis elationē oſtendit, qui diuitijs & bonis tan-
tum fortunæ gloriatur. Quinq;, inquit, ſunt mihi tabernæ, quæ parant mihi quadringenta, id eſt
quæ ex uectigali & prouentu reddunt mihi quadringēta ſcilicet ſeſtertia, C. id eſt quadringenta
milia ſeſteruūm, quæ ſumma ad noſtram conſuetudinem redacta, efficit ferè decem milia corona
torum. S. Erat autem cenſus equeſtris, qui enim eam ſummam habebant inter equites Roma-
nos numerabantur, Tiberij edicto, ut ſcribit Plinius libro trigeſimo tertio capite ſecundo. Qui
conſtituit, ne cuius geſtandi annuli aurei eſſet, niſi cui ingenuo, ipſi patri auoq; paterno ſeſter-
tia quadringenta cenſus fuiſſent, & lege Iulia theatrali in quatuordecim ordinibus ſedendi. Ro-
mæ autem quædam ædificia quinq; tabernæ appellantur iuxta forum: eædem ſeptem dictæ ſunt.
Liuius ab Vrbe condita libro trigeſimo ſexto. Pluribus ſimul locis circa forum incendium ortū.
Eodē tempore ſeptē tabernæ, quæ poſtea quinq;, & argentarię, quę nūc nouē appellantur, arſere.

Quid confert purpura maius.] Sẽſus eſt. Nobilis ipſe, qui per prætextã deſignatur, nã ut diximus ex auctoritate Pediani, prætexta erat honeſtorũ, id eſt nobiliũ, toga uiliorũ. Et ut oſtẽdit Plin. pro maieſtate pueritiæ erat prętexta, & curiã, id eſt ſenatores diſtinguebat ab equite. *Quid cõfert*] Quid affert: quid inuenit: quod maius optet, quàm quod ego poſsideo, ſi ipſe nobilis, qui per Coruinũ deſignatur, ad paupertatẽ redigatur: id eſt quid inuenit ipſe nobilis & ſenator, ſi pauper ſit, quod maius poſsit ſibi optare, quàm quod ego poſſideo: quaſi oſtẽdat nõ ſolũ ſe cenſum equeſtrẽ, ſed etiã ſenatorũ ſuis opibus ſuperare. nam quũ cenſus equeſter eſſet quadringentorũ miliũ, ut diximus, ſenatorius erat, autore Trãq. in Auguſto, octingẽtorũ, quã ſummã quũ Auguſtus amphaſſet, duodecies centies ſeſtertiũ taxauit. Videturq́ poeta alludere ad M. Valeriũ Coruinũ, qui ad cẽteſimũ annum uitã produxit, exactaq́ iam ætate in agris, eos coluit. A B

Quadringẽta parant: quid cõfert purpura maius
Optandum, ſi Laurenti cuſtodit in agro
Conductas Coruinus oues: ego poſsideo plus
Pallante, & Licinis: expectent ergo tribuni.
Vincant diuitiæ, ſacro nec cedat honori
Nuper in hanc urbem pedibus qui uenerat albis.
Quandoquidem inter nos ſanctiſsima diuitiarum
Maieſtas; & ſi funeſta pecunia templo

Purpura] .i. prętexta, quæ ideo prætexta dicebatur, quòd purpurę, autore Macr. prętexeretur. Purpura aũt piſcis eſt ex genere cõcharum, ex cuius faucib. liquor, ut ſcribit Plin. elicitur, aptus ad tingẽdas ueſtes. Murex item eiuſdẽ generis eſt, & conchyliũ: oſtrũ etiã in eadẽ ſignificatione accipimus. Verg. Tirioq́ ardebat murice lana. Idem, Vt gẽma bibãt, & Sarrano dormiat oſtro. Iuuen. Horũ ego nõ fugiam conchylia, id eſt ueſtes purpura tinctas. *Si cuſtodit oues.*] Si in paupertatẽ prolapſus eſt, ut paſcẽdæ ſint ei oues alienę. *In agro Laurẽti.*] Laurentũ oppidũ fuit prope Lauiniũ in antiquo Latio. *Coruinus.*] Nobilis, qualis fuit familia Coruinorũ, quæ cognomẽ ſumpſit à Valerio Coruino, qui Cõſule Camillo Furij Camilli filio ſingulari dimicãs certamine aduerſus præferocem Gallũ, eum cõfecit, adiuuãte coruo, qui galeę Valerij inſidẽs, ungũb. & roſtro in Gallũ inſiliebat, ita ut parta uictoria Valerius Coruinus ſit cognominatus. *Pallãte.*] Pallas ex Arcadia fuit, auctore Tacito, Libertinę cõditionis, quẽ unũ & Narciſſum alium libertũ adeo dilexit Claudius, autore Trãq. ut decreto quoq́ ſenatus nõ pręmijs modo ingẽtibus ſed & quęſtorijs, prætorijsq́ ornamẽtis ornari libẽter paſſus ſit: tantũ præterea acquirere & rapere, ut querẽte eo quondã de fiſci exiguitate, nõ abſurde ſit dictũ, abũdaturum, ſi à duobus libertis in cõſortiũ reciperetur: eũ poſtea Nero ueneno ſuſtuliſſe creditus eſt, quòd immẽſam pecuniã lõga ſenecta teneret. *Et Licinis.*] Licinũ diuitẽ fuiſſe oſtẽdit Perſius illic, Nũc Licini in cãpos, tũc Craſsi mittit in ædes. Iuuen. alibi, Diſpoſitis diues armis uigilare cohortẽ, Seruorum noctu Licinus iubet attonitus, pro Electro, ſignisq́ ſuis: phrygiaq́ colũna. Eiuſdẽ ſic meminit Sen. in Epiſtolis, Vbi notat eos, qui aſsidue ſuũ ſtatum uariant. Licinũ diuitijs, Apiciũ cœnis, Mecœnatẽ diuitijs prouocat. Eum unũ, ut diximus apud Perſiũ fuiſſe ex Auguſti Libertis principis indulgẽtia prædiuitem placet intelligere. Scribit enim Trãquillus ſic, Multos libertorum in honore & uſu maxime habuit, ut Licinũ, Enceladum, aliosq́. Nõ ignoro Craſſum, auctoribus Valerio & Plinio, cognomento diuitem, primum omniũ Romanorũ diuitem fuiſſe. Sed nunc de diuitibus, qui pauloante fuiſſent loquitur. *Expectent ergo Tribuni.*] Verba ſunt Iuuenalis indignantis impudentẽ & petulantem ſuperbiã in homine ſeruili. *Vincant diuitiæ.*] Adiuuandũ pronunciatione & irriſione. Nimirũ, inquit, diuitiæ præferri debẽt. *Honori ſacro.*] Id eſt tribuno. Nã ueteres lata lege ſanxerũt, tribuni inuiolabiles, ſacroſanctiq́ haberẽtur, ſtatuendo, ut qui tribunũ lęſiſſet, eius caput Ioui ſacrum eſſet, familia ad ædem Cereris uenum iret, cum autẽ hominem ſacrum appellauere, quẽ populus iudicauit ob maleficiũ, & qui eum occidit parricidij nõ damnatur. Nam Lege tribunitia cauetur, ſi quis eum qui ſacer ſit, occiderit, parricida ne ſit. Si quis ergo tribunũ, ut ſacroſanctũ uiolaſſet, morte poenas pendebat. Sacroſanctũ dicebatur, auctore Feſto, quod iureiurãdo interpoſito erat inſtitutũ, ut ſi quis uiolaſſet, morte poenas pẽderet. *Nuper*] Id eſt qui nõ diu uenit in Vrbem. Nam nuper dicitur de lõgiori tẽpore, ut illud Liuianũ in Epiſtola. Nuper diuitiæ auaritiã, & abũdantis opes, deſideriũ per luxum atq́ libidinẽ, pereũdi, perdẽdiq́ omnia inuexere. Hoc enim potuit eſſe ſupra centũ annos, ex quo luxus & libido Vrbẽ inuaſere. De breuiore etiã tempore dicimus, ut de anno, uel mẽſe, uel diebus paucis. Plin. M. Perpenna & nuper L. Voluſius Saturnius omniũ, quos in cõſulatu ſentẽtia rogauerãt ſuperſtites fuerũt. Itẽ Cic. in Reth. ad Herenniũ, & quoniã nuperrime dictũ facile memoriæ mãdatur. *Pedibus albis.*] Pedibus gypſatis & cretatis. Nã ut ſcribit Plin. lib. xxxv. cap. xvi. Eſt quoddã genus cretæ, quæ argẽtaria appellatur, nitorẽ argenteũ reddẽs. eſt & uiliſsima, & qua pedes uenaliũ ſeruorum tranſmare aduectorũ denotare inſtituerũt maiores. Vnde Tibullus, Barbara gypſatos ferre cataſta pedes. Ouidius in Amoribus. Nec tu ſi quis erit capitis mercede retẽtus, Deſpice gypſati nomen inane pedis. *Quandoquidem.*] Adiuuandum pronunciatione, id eſt quandoquidẽ diuites pro dijs ipſis habentur. *Maieſtas ſanctiſsima.*] ſubaudi eſt, id eſt colitur, & in maxima eſt ueneratione: maieſtas appellatur apud Valeriũ honor ſine honore. magna enĩ erat Catonis maieſtas etiã ſine honore. i. ſine dignitate aliqua. Ergo maieſtas honor eſt, ſiue amplitudo & dignitas quędã, per quã hominẽ ipſum in ueneratione habemus. *Pecunia*] Vocatiuus eſt caſus, dicta à pecude, quòd nota pecudis feriretur, autor eſt Plin. *Funeſta*] C D

A exitioſa.Nam multis exitio eſt dum aut paratur per pericula,aut cuſtoditur domi.unde poeta ali
bi.Sed plures nimia cõgeſta pecunia cura Strãgulat.Vnde & Plinius ait:aurũ ad perniciẽ uitę re-
pertũ. C. *Nondũ habitas.*] Cõtrà ſenſit Varro & Auguſtinus De ciuit.dei.nam pecuniã cultã à Ro
manis ambo teſtãtur,ſub nomine Aeris dei,ſiue ut Auguſtinus,Aeſculani.Ergo ironicos,hoc di-
cit Satyricus. S. *Vt colitur pax.*] Paci templũ erexit magnificentiſsimũ Veſpaſianus & Titus fi-

> Nondum habitas,nullus nũmorum ereximus aras,
> Vt colitur pax,atq; fides,uictoria,uirtus,
> Quæq; ſalutato crepitat concordia nido.
> Sed quum ſummus honor finito computet anno,

lius. autor eſt Plin. & Trãquillus,
Domitianus auxit,In eo uaſa tem
pli Hieroſolymitani , & uniuerſa
donaria conſtituit. *Atq; fides.*]
Numa Pompilius fidei ſolenne in
ſtituit:ad id ſacrarium flamines bi
gis,curru arcuato uehi iuſsit, ma-
nuq; uſq; ad digitos inuoluta rem diuinã facere,ad quod Verg.reſpexiſſe uidetur. Illic cana fides.
ſignificantes fidem tutandam,ſedẽq; eius,etiam in dextris ſacratam eſſe.Fides,ut ſcribit Cicero in
partitionibus:eſt firma opinio.Vnde dicimus fidem Chriſtianã,id eſt firmam opinionẽ de Chri
ſto.fides item eſt fida mandatorum executio,fidem etiam dicimus,quum corde ea credimus quę
B oculis non cernimus.dicta eſt autẽ fides,ut idem Cicero eſt autor in officijs à fio,quod id fieri de-
beat,quod dictũ & promiſſum eſt.Templum fidei fuiſſe in Capitolio oſtendit Cicero in.iij.officio
rum his uerbis.Qui igitur iuſiurandum uiolat:is fidem uiolat,quam in Capitolio uicinam Iouis
optimi maximi,ut in Catonis oratione eſt,maiores noſtri eſſe uoluerunt. *Victoria.*] Templum
in honore uictoriæ extructum fuiſſe ab Arcadibus in colle Auẽtino docet Dionyſius in primo li-
bro , à quibus & ſacrificia eidem ſunt cõſtituta. C. Eam enim filiam fabulantur Arcades fuiſſe
Pallantis,qui fuit Lycaonis. S. *Virtus.*] Virtuti & honori M.Marcellus templũ condidit:au-
tor eſt Plutarchus,Valerius,& Liuius. *Concordia.*] Non nulli in hac perſuaſione fuerunt, Cõcor
diam ſub imagine Ciconiæ coli, inter quos fuit Georgius Merula præceptor meus uir eruditiſ-
ſimus,qui in Cõmentarijs ſuis ſic ſcriptũ reliquit,Ciconia auis eſt,quæ ut Diuus Ambroſius ſcri-
bit Romano uſu pia uocatur,ob hanc uidelicet cauſam , quòd ciconiarum pulli parentibus iam
ſenio confectis,& longa ætate inualidis,& opem & alimenta miniſtrant in mutuam recompenſa-
tionem.Nam & Græci antipelargoſin retributionẽ appellant deducto uocabulo à ciconia:quam
illi pelargon dicunt.Prouerbium Græcum eſt,antipelargin pro referre gratiam. Vnde in regum
ſceptris ſuperne ciconiam figurabant,infernẽ uero hippopotamum,quippe ſignificantes uim iu
ſtitiæ parere,quando hippopotamus animal ſit uiolentiſsimum.ciconiam autem eſſe auem piam
C his uerbis indicat Petronius ſatyricus, Ciconia etiam grata , peregrina , hoſpita , pietatis cultrix.
quod & Solinus cõfirmat his uerbis.Eximia illis ineſt pietas. Etenim quantũ tẽporis impẽderint
fœtibus educandis, tantum & ipſi à pullis ſuis inuicem aluntur. Angelus uero Politianus in Mi-
ſcellaneis ſuis ſcribit,Cornicem eam eſſe,qua concordiæ effigies repræſentaretur,cuius uerba hęc
ſunt.Cornices,inquit Helianus Græcus ſcriptor,qui libro De animalibus tertio, de hac aue ſcri-
bit,inter ſe fidiſsimę ſunt,& quũ ſocietatẽ inierint,maximo ſe opere diligũt . Neq; id genus anima
lia uideat quiſquã licenter miſceri,& temere.quin hoc quoq; dictitãt,qui res iſtiuſmodi callent, al
tera extincta cõparem uiduam degere.Cæterũ id quoq; audio ueteres in nuptijs , poſt Hymeneũ
cornicem inuocare,ſignumq; id concordiæ dari his conſueuiſſe , qui liberorum creandorũ gra-
tia conueniſſent:tum qui ſedes auiũ,& uolatus obſeruãt, inauſpicatum eſſe captãtibus auguria di
cũt,unius tantũ cornicis obſequiũ.Sic ille,additq;,ſed in numiſmatis aureis duobus Fauſtinę Au
guſtæ manifeſtã prorſus imagũculam nuper mihi Laurentius Medices oſtendit cũ titulo ipſo con
cordiæ.nõ poſſem huic opinioni nõ ſuffragari:niſi id obſtaret,ꝙ cornix roſtro nõ crepitat,quod
facit ciconia.Nã ut ſcribit Plinius,fuere qui ciconijs linguas nõ eſſe cõfirmarent. Vnde roſtro tan
tum crepitant.Solinus Pliniũ ſecutus ſic ſcribit,Aues iſtas ferunt linguas nõ habere, ſonum autẽ
quo crepitant,oris potius ꝙ uocis eſſe.Vnde Ouidius in Metamorph. Ipſa ſibi plaudat crepitãte
D ciconia roſtro.quid de hac hiſtoria ſentiendum ſit alij dijudicẽt,ego adhuc quærendũ cenſeo. Cõ
cordiæ autẽ ædem à diuerſis Romanorũ extructam fuiſſe cõſtat.eam enim uouit Camillus,ut ſcri
bit Plutarchus in uita eius,his uerbis.Poſtridie autẽ congregati decreta tulere,ut cõcordiæ,quem
admodũ Camillus uouerat,in foro & cõcione ingens,pro rebus bene geſtis templum moliretur.
De quo Ouidius primo Paſtorũ,Cãdida te niueo poſuit lux proxima tẽplo, Qua fert ſublimes al
ta moneta gradus. & paulo infra.Furius antiquũ populi ſuperator Hetruſci, Vouerat & uoti fece
rat ille fidẽ.Poſtea uero Gn.ille Flauius ſcriba Appij Cæci,Annio libertino patre genitus, qui dies
faſtos publicauit,æream facit in Græcoſtaſi,quę tunc ſupra comitiũ erat. Inciditq; in tabula ærea
eam ædem CCCIIII.annis poſt Capitolinam dedicatã.Hęc Plinius libro xxxiij.Ex quo apparet æ-
dem illam Cõcordiæ Capitolinã fuiſſe eam,quã iuxta templum Iunonis monetę, ut dictũ eſt,teſti
monio Ouidij,Camillus uouerat.Tertiũ templum cõcordiæ Tiberius dedicauit,autor eſt Tranq.
Salutato nido.] Quũ ad nidũ uolat.ſtrepit enim roſtro,uideturq; aduentẽs pullos ſalutare. *Sed
quũ ſummus honor.*] Auaritiã ſui tẽporis taxat.Senſus enim eſt.Si diuites,inquit, & magiſtratus,qui
ſportulã captauere,finito anno,computant quantũ lucri ſibi attulerit ſportulæ ratio,quid facient
comites.quaſi dicat in hoc comites magis occupati eſſe deberẽt,utpote,quibus tota uita inde pen
deat. *Sũmus honor.*] Prætor,tribunus,propter illud,da prętori,da deinde tribuno. *Cõputet.*]
dinume-

dinumeret,& ſubducat. *Quid refera.*] Quid emolumẽti afferat. *Comites.*] Clientes & togati. A Nam ut diximus comites hi dicuntur ſecundũ Labeonẽ, qui frequentandi cuiuſcũq; cauſa, ut ſequerentur deſtinati ſunt. *Hinc.*] Ex ratione ſportulæ. *Toga, calceus hinc eſt.*] Ex ſportula enim omnia ſibi coemebant, quæ & ad uictum, & cultũ pertinerent. Vnde Mart. lib. v. Sportula nulla datur: gratis conuiua recũbis. Dic mihi quid Romæ Gargiliane facis? Vnde tibi togula eſt? & fuſcæ penſio cellę: Vnde datur quadrãs, unde uir es Chiones?

Sportula quid referat, quantum rationibus addat.
Quid faciẽt comites, quib. hinc toga, calceus hic eſt,
Et panis, fumusq; domi? denſiſsima centum
Quadrantes lectica petit, ſequiturq; maritum
Languida, uel prægnans, & circumducitur uxor.
Hic petit abſenti, nota iam callidus arte,
Oſtendens uacuam, & clauſam pro coniuge ſellam.
Galla mea eſt, inquit, citius dimitte: moraris.
Profer Galla caput. noli uexare: quieſcit.
Ipſe dies pulchro diſtinguitur ordine rerum.
Sportula, deinde forum, iuriſq; peritus Apollo.
Atq; triumphales, inter quas auſus habere
Neſcio quis titulos Aegyptius, aut Arabarches,

Fumusq; domi.] Satyrice fumũ dixit ligna uiridia: ex quibus magna uis exit fumi, nam talia pauperi emẽda ſunt. *Denſiſsima lectica.*] Nouã captandæ ſportulæ notat artem. multi enim mariti collocatas in lecticis uxores ſuas, aut languidas, aut prægnantes circũducebant, multi etiã lecticas uacuas ſimulantes in his eſſe coniuges ægrotas, coq; modo B ſportulam captabant. *Denſiſsima.*] Id eſt frequẽs lectica, ut oſtendat id fieri à multis: nõ aũt multis ſtipata. *Centũ quadrãtes.*] .i. ſportulã ipſam, ex qua (ut diximus) dabantur interdũ nummi. Martialis, Dat Baiana mihi quadrãtes ſportula centum. Interdum obſonia, ut diximus ex teſtimonio Tranquilli. *Sequiturq; maritum.*] .ſ. ipſa in lectica. *Maritum.*] Pedibus præcedentem. *Hic.*] Alius.

Abſenti.] Vxori. *Arte nota.*] Fraude iam omnibus manifeſta. *Sellam.*] Lecticam. Tranquillus in Nerone. Interdiu quoq; clam geſtatoria ſella delatus in theatrũ. Idem in Othone. Tunc aditus propere muliebri ſella in caſtra cõtendit, ac deficiẽtibus lecticariis laxato calceo reſtitit. Nã inſtar, ut diximus, cubiculi erat. ut alibi, Namq; facit ſomnum clauſa lectica feneſtra. Tranquillus in Auguſto, A cœna in lecticulam ſe lucubratoriã recipiebat. *Inquit.*] .ſ. maritus. *Galla mea eſt.*] .ſ. uxor, ita uocata. *Citius dimitte.*] Verba mariti, ut cito dimittatur erogata ſportula. *Moraris.*] Id eſt ſi moraris ad dandam ſportulam, ait citius dimitte nos. uel moraris, cum interrogatione, & leni increpatione, ut ſit maritus, qui leniter increpet diſpenſatorem q nimis cunctetur ad C dandam ſportulam. *Profer Galla caput.*] Verba diſpẽſatoris uolentis uidere an ſit intus Galla. *Noli uexare.*] Dicit maritus: noli uexare, noli inquietare, dormit enim laſſa. *Ipſe dies.*] Ignauiam pariter & auaritiã diuitum Romanorũ carpit, qui hoc modo diem cõſumerent, ut clientibus ſemper comitantibus primo ſportulam captarent, mox in forũ ocioſi tranſirent. ſicq; per ſummã indignationẽ, diuitum ut diximus, notat auaritiam, qui circũductis per uaria urbis loca clientibus, tam ingrati ſint, ut ne eos quidem in cœnam, quam ſummis uotis ſperauerãt, inuitent, ſed eos omni ſpe cœnæ deſtitutos dimittant. *Diſtinguitur.*] Diuiditur. *Pulchro ordine.*] Ironicos. *Sportula.*] Scilicet petitur. *Deinde forum.*] Scilicet Auguſti, quod is inter publica & plurima opera extruxit cum æde Martis ultoris. Fori extruendi cauſa fuit hominum & iudiciorum multitudo, quę uidebatur non ſufficientibus duobus, etiam tertio indigere. Itaque feſtinantius necdum perfecta Martis æde publicatum eſt, cautumq;, ut ſeparatim in eo publica iudicia, & ſortitiones iudicum fierent. hæc Suetonius. *Iuriſq; peritus Apollo.*] Forum ipſum Auguſti, ut dixi, intelligit. Nam ibi ſtatua Apollinis eburnea fuit, ut docet Plinius libro ſeptimo, capite quinquageſimotertio. Vnde facete poeta, peritum iuris Apollinem nominauit, quaſi qui aſsidue lites audiendo iuris factus eſſet peritus. Non placet ut intelligas de templo Apollinis, quod extructum fuit autore Tranquillo in ea parte palatii, quæ à fulmine diſiecta fuerat: ubi Coloſſus erat Apollinis æreus D quinquaginta pedum in Bibliotheca templi: ſed de foro, ut diximus, Auguſti. ibi enim, & non in templo Apollinis iura reddebãtur. Et illic erat ſtatua, ut dictum eſt, Apollinis eburnea, ita ut uideretur potuiſſe iura ciuilia diſcere. Ad quod etiam reſpexit Oratius loquens de Bolano garrulo tracto in ius. Sic me ſeruauit Apollo, id eſt iudices ſedentes in foro Auguſti, *Atq; triumphales.*] Scilicet imagines petuntur, ac per hoc ipſum forum Auguſti. Nam ibi autore Tranquillo, ſtatuas omnium triumphali effigie, in utraq; fori ſui porticu dedicauit. Legimus tamen & in aliis foris ante Auguſtũ ſtatuas poni ſolitas. unde Scipio Naſica, autore Plin. ſtatuas, quas ſibi quiſq; per ambitionẽ in foro ponebat, ſuſtulit. *Inter quas.*] Indignatur poeta, q inter ſtatuas triũphales, quæ nõ ſolum in foro, ſed etiã paſsim per totã urbẽ erãt erectæ, Criſpinus natione Aegyptius, & conditionis libertinæ, ſtatuam triũphalem habuerit. Nam de Criſpino intelligere omnino uidetur, quũ ſequatur Aegyptius. *Neſcio quis.*] Satis cõtumelioſe dictũ neſcio quis, quaſi uilis & ignobilis. *Aegyptius aut Arabarches.*] Bene autẽ dixit Aegyptius, aut Arabarches, Nam Aegyptus & Arabia conterminæ ſunt, ita ut poeta uideatur neſcire recte diſcernere patriam eius, dictũq; eſt cum contemptu patriæ: quaſi dicat undecunq; fuerit patria ei fuit barbara, & ipſe uir barbarus. *Arabarches.*] Arabũ princeps, ridicule dictum, aut princeps Arabum, hoc eſt ſeruorũ, qui eſſent Romæ

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

A ex Arabia. C. Ex Arabia in Aegyptũ ingens animaliũ copia abduci fuit ſolita, cui uectigal impoſitũ erat, quod Arabarchia dicebatur, cuius fit mentio in Iuriſconſultorũ libris. hinc qui ei uectigali præfectus erat, Arabarches dicebatur. Hinc quoq; Cicero Attico epiſtolarum libro ſecundo, Pompeium Arabarchem appellat, quòd Arabiæ partem, quæ Syriæ coniuncta eſt, domuiſſet, non M. Antonium, ut Cælius Rhodiginus putauit. S. *Titulos.*] Imagines cum titulis, & inſcriptionibus ſuis.

Cuius ad effigiem non tantum meiere fas eſt.
Veſtibulis abeunt ueteres, laſsiq; clientes,
Votaq; deponũt, quanquam longiſsima cœnę,
(Spes hominum) caules miſeris, atq; ignis emendus.
Optima ſyluarum interea, pelagiq; uorabit
Rex horum, uacuisq; thoris tantum ipſe iacebit.
Nam de tot pulchris, & latis orbibus, & tam
Antiquis, una comedunt patrimonia menſa.
Nullus iam paraſitus erit. ſed quis ferat iſtas

Non tantum meiere fas eſt.] Hinc maxime apparet poetæ indignatio: eſt enim ſenſus. Adeo, inquit, ſtatua illa Criſpini cõtemnenda eſt, ut non ſolum urina reſpergenda ſit, ſed etiam ſpurcio ri re. Tali enim nota affici ſolent, quæ maxime cõtemnuntur. unde Tarẽtini alterũ ex legatis Romanorum urina reſperſerũt. Nero item, autore Tranquillo, in ludibriũ re-
B ligionis, Deam Syriam, urina cõtaminauit. *Meiere.*] Vrinam mittere. Perſius, Extra meite. *Veſtibulis.*] A domo diuitis recedũt: quos comitati ſunt per multos labores, hincq; eſt omnis poetę indignatio. Veſtibulũ autẽ quid fuerit docet ſic Gellius in Noctibus Atticis. Qui domos amplas antiquitus faciebãt, locũ ante ianuam relinquebãt, qui inter fores domus & uiam medius eſſet. In eo loco, qui dominũ eius domus ſalutatũ uenerãt, priuſquã admitterentur conſiſtebãt, & neq; in uia ſtabant, neq; intra ædes erant. Ab illa grandis loci conſiſtione, & quaſi quadam ſtabulatione ueſtibula appellata ſunt ſpacia grãdia ante fores ædium relicta, in qui bus ſtarẽt, qui ueniſſent, priuſquã in domũ intromitterentur, ut ue in cõpoſitione ualde ſignificet. Vt illud Orat. Ve pallida lecto deſiliat mulier. Et apud Varr. De re ruſtica. Quod quæ poſtea concipiunt fiunt uegrãdes, atq; imbecillæ. Perſius. Vt ramale uetus uegrandi ſubere coctũ. alij uero à ueſtiẽdo dictũ putant ueſtibulũ, ꝙ primas partes ædiũ ueſtiat. uel à Veſta dea: cui omnis ædiũ introitus ſit cõſecratus. de ueſtibulis etiã ſic meminit Vitruuius in ſexto. Cõmunia autẽ ſunt quibus etiã inuocati ſuo iure de populo poſſunt uẽire. Verg. Veſtibulũ ante ipſum, primoq; in limine Pyrrhus. *Laſsi.*] Longa erratione dum comitantur diuitẽ. *Clientes.*] Dicuntur quaſi colentes, qui patricios colant, à quibus defendũtur, patroni autẽ dicti quaſi patres. Clientelas & patrocinia
C inſtituit Romulus. *Veteres.*] Hinc cõqueritur maxime Iuuen. ꝙ in ueterem clientem, & familiarem ſint tam ingrati. *Deponũt.*] Abijciunt. *Cœnæ.*] .ſ. rectæ. *Quanquã longiſsima.*] C. Id eſt prolixa & benigna ſibi pollicerẽtur. S. *Spes hominũ.*] Acclamatio poetæ in miſeriã clientũ, qui diu ſperauerant ſe apud diuitẽ cœnaturos. *Caules.*] Caulem accipimus ſæpenumero pro braſſica, ſed generale eſt uocabulũ. ſignificat enim ſcapũ ipſum in herbis & leguminib. dicimus enim caulem ciceris, caulem fabæ, & caulem betæ, id eſt ſcapũ ciceris, fabæ, & betę. *Interea.*] Dum pauperes clientes infeliciter cœnant domi ſuæ. *Optima ſyluarũ.*] In ſordidã gulam Romanorũ inſurgit, qui opiparas ſibi ſolis cœnas pararent, nullo prorſus adhibito, nec cliente, nec paraſito. *Vorabit.*] Indignatione ſatyrica dictũ, quaſi magnus helluo. *Rex horum.*] Rex alias regnatorem, alias diuitem ſignificat, alias patronum ut hoc loco, ad ſignificandos clientes, qui æque ac paraſiti dominum ſequuntur ut cœnent. Nam ſicut paraſitus eſt regis, & libertus patroni, ita rex eſt paraſiti, & patronus liberti. Vnde Terẽt. Nemo pro merito grauã regi refert. Paraſitus apud Plautũ in Captiuis ita loquitur. Nam poſtquã meus eſt rex potitus hoſtiũ. appellat enim paraſitus Philopolemũ regem ſuũ, apud quem ſæpe cœnabat. Terent. alibi, regẽ pro diuite poſuit. Regẽ me eſſe oportuit, id eſt diuitẽ. *Vacuis thoris.*] Lectis diſcubitorijs. Nam antiqui tribus ſtratis lectis epulabantur. C. Vnde Triclinia, dicta ſunt, id eſt cõclauia & cœnacula. Cicero pro Murena. Atq; ille
D rogatus ut trieliniũ ſterneret, ſtrauit pelliculis hœdinis lectulos punicanos. S. Oratius, Sępe tribus uideas lectis cœnare quaternos. Terẽt. Dedit lectulos pedib. ilígneis faciẽdos, ubi potetis uos. Mart. Imperat extructos frangere nona thoros. *Vacuis.*] Quia ſolus cœnat, ut ſordidus. *Nam de tot pulchris.*] Hoc dictũ eſt in profundam gulam, & luxuriã ciborum. eſt enim ſenſus: tam laute, tantoq; impẽdio epulãtur diuites Romani, ut una cœna abſumãt patrimonia. Vnde Seneca, in deteſtationẽ gulæ ſic clamat. Nunc conuiuiorũ uigebit furor & fœdiſsimũ patrimoniorum exitium culina. *Vna menſa.*] Vna cœna. *Orbibus latis.*] Mẽſis citreis orbiculatis, de quibus ſupra illic: Prætoria, mẽſas. *Antiquis.*] Id eſt quæ fuiſſent multorũ per ſucceſsionẽ dominorum. unde Seneca, Placet menſa nõ uarietate muſcularũ conſpicua, nec per multas elegantiũ dominorum ſucceſſiones ciuitati nota. *Nullus iam paraſitus erit.*] Ita, inquit diuitũ auaritia adoleuit, ut ſoli tantũ cœnent, & laute & delicate, neq; ullo adhibito paraſito, qui ſæpe ioci cauſa à diuitibus in cœnã admittebatur. fit aũt paraſitus à παρὰ quod eſt iuxta & σίτος cibus. eſt enim is qui nobiles, & potẽtes ſectatur gratia gulæ, paratusq; ad omnia aſſentari. unde apud Terẽt. de Gnatone paraſito. Quicquid dicũt laudo. Si negant nego. aiunt aio. Inde eſt paraſitor uerbum. Plaut. in Amphytrione, Amanti paraſitor, hortor, aſto, admoneo, gaudeo. Et, ante ſupparaſitabor patri. *Sed quis ferat iſtas.*] Non ceſſat conqueri poeta, diuites Romanos auaros pariter eſſe & luxurioſos: auari, inquit, ſunt

paupe

pauperibus clientibus,quibus nihil dant:luxurioſi uero ſibi,qui tam delicatis,tamq́ precioſis epulis ſaginantur.Monet autem poeta nihil magis eſſe uitandum quàm iſtam luxuriæ, & ſordium turpem ſocietatem. *Sordes.*] Auaritiam,quum nihil dant clientibus.Sordidi appellantur auari.Sumpta metaphora à ſordibus ueſtium:quòd nō minus hominū uita auaritiæ morbo cōmaculetur quàm ueſtimenta maculis & ſordibus.Nam ſordes proprie opponuntur mūdicijs,& lautitiæ.unde Terentius.Harum uidere ingluuiem, ſordes, & inopiam, ſalus eſt adoleſcētulis, unde etiam ſordere apud ueteres uſurpatum eſt,pro ſordidū eſſe.Actius in Aegyſtho.Cuius manus materno ſordet ſanguine ſparſo. Sordere etiam capitur proeo, quod eſt putere,& male olere, ut illud Vergilij A

Luxuriæ ſordes?quanta eſt gula,quæ ſibi totos
Ponit apros. animal propter conuiuia natum?
Pœna tamen præſens,cum tu deponis amictum
Turgidus,& crudum pauonem in balnea portas.
Hinc ſubitæ mortes,atq; inteſtata ſenectus.

Sordent tibi munera noſtra,id eſt tibi putent,& ſordida uidentur,id eſt fœda & immunda, poni autem ſordidos pro auaris docet Cicero ad Acilium. Propter quoſdam ſordidos homines, qui beneficia Cæſaris uendunt. Oratius,Sordidus à tenui diſtabit uictus oſella. *Luxuriæ.*] Tantæ lautitiæ & tanti apparatus,quū uentrem ſuum precioſis,& uarijs cibis opiment. *Quanta eſt gula.*] Acclamatio in deriſionem gulæ:quaſi diues non poſsit ſibi uentrem implere,quum omnino modicæ rei ſit capax,niſi integrum aprū ſibi apponat.Seruilius Rullus,ut ſcribit Plin.lib.octauo, pater eius Rulli,qui in Cicer.cōſulatu legem agrariam promulgauit,primus Romanorū ſolidum aprum epulis appoſuit. *Totos.*] Integros,Tiberius tamen autore Trāquillo, ut parſimoniam publicam exemplo quoq; iuuaret,dimidiatum aprum appoſuit. *Animal propter conuiuia natū.*] Veluti acclamatio in deteſtationem gulæ:quo uno uitio nihil putat homini turpius:& ideo multo carmine id inſectatur:quaſi,inquit,aper ob nullā aliam ſit natus rem,q̄ ut delicata de ſe præbeat pulpamenta.Videtur ad id reſpexiſſe:quod ſcribit Varro in ſecundo De re ruſtica.Suillum pecus donatum à natura dicūt ad epulandū. *Natum.*] Quaſi ad hoc genitum & inuentum, Oratius. Natis in uſum lætitiæ ſcyphis,Pugnare Thracum eſt. *Pœna tamen præſens.*] Quaſi punitionē deſideret poeta tantæ gulæ,ſed pœna,inquit,ab eis non abeſt: nam ex nimia repletione contrahunt morbos,quibus etiam moriuntur.Tale etiā eſt dictum apud Plinium loquentē de ebrietate. Hinc pallor & genæ pendulæ,oculorū ulcera,tremulæ manus,effundentes plena uaſa.Et quàm ſit pœna præſens,furiales ſomni,& inquies nocturna oſtendūt.Seneca ad Luciliū. Multos morbos multa fercula fecerūt. *Præſens.*] Subita & præſentanea:quæ nō diu ſit expectanda. Vnde præſentiſsimū periculum,præſentiſsimum uenenum,id eſt ſubitū & præſentaneū: quod ſtatim occidat.præſens etiam ſignificat non modo quod eſt huius temporis,ſed etiam alterius, Quintilianus loquēs de Cicerone iam mortuo ait.Poſtea uero quàm triumuirali proſcriptione cōſumptus eſt, paſsim qui oderant,qui inuidebant,qui ęmulabantur,adulatores etiam pręſentis potentiæ non reſponſurum inuaſerunt:ergo præſentis potentiæ,quæ tunc erat præſens, ut præteritum reſpiciat. *Quū tu deponis amictū.*] Quū in balnea deſcendis.Nam tūc ex nimia repletione,& cibo crudo,in balnêis uis morbi inopinata obrepit:iuxta autē balnea locus erat, qui Apodyteriū, Latine uero ſpoliarium uocabatur.ubi,qui balnea ingreſſuri erant,ueſtes deponebant apud Capſarium, qui ut ſcribit Vlpianus, mercede ſeruanda in balneis ueſtimenta ſuſcipiebat. *Turgidus.*] Nimia repletione.Aemulatio eſt Perſiana.Turgidus hic epulis atq; albo uentre lauatur. *Crudum Pauonem.*] Id eſt incoctum,non perfectum in ſtomacho.Nam crudum dicimus quod ad maturitatē non peruenerit:ut poma cruda.Et quod coctum non ſit:ut caro cruda.Crudum item hominē:qui cibum non conficiat.Oratius in Sermonibus.Namq; pila lippis inimicū,& ludere crudis.Crudū etiam cibum,qui non cōficiatur in ſtomacho:in qua ſignificatione hoc loco accipit poeta. Cicero libro nono,ad Petum.Satius eſt,hic cruditate,quàm iſtic fame ſcilicet perire.Columella in primo limine.Mox deinde ut apti ueniamus ad ganeas,quotidianam cruditatem lacônicis excoquimus.Cicero ad Caſsium,Ferunt P.Syllam alij à latronibus interfectum,alij cruditate. Cruditates autem ſcribit Macrobius euenire,aut qualitate ſucci,in quem cibus uertitur ſi non ſit aptus humori qui corpus obtinuit,aut ipſius cibi multitudine,non ſufficiente natura ad omnia quæ congeſta ſunt, concoquenda.Crudum ergo pauonem appellat:quem ob nimiam epularū ingurgitationē concoquere nō potuit. *Pauonē.*] Primus Hortēſius augur,ut ſcribit Plin.lib.x.cap.xx. poſuit Pauonem cœna aditiali. Nā ita appellabatur cœna pontificū,autore Feſto.De qua Macrobius & Varro De re ruſtica libro terno. Primus, inquit Hortenſius pauones augur, aditiali cœna poſuiſſe dicitur. Eandem etiam adipalem appellauere. *In balnea.*] Nam Romani ante cœnam, autore Celſo,exercebantur:poſt eam exercitationem,balnea ingrediebantur. Appianus mentionem faciens de Catone ſic ait.Circa ueſperam è balneo ad cœnam tranſit. Apuleius in decimo libro de Aſino aureo. Qui quum ſe refecturi, clauſa cellula,balneas petiiſſent. Et idem in octauo.Diſpoſita cœnula, balneas obeunt. De hac conſuetudine plura diximus apud Perſium illic,Turgidus hic epulis. *Hinc ſubitæ mortes.*] Subaudi ſunt ex nimia epularum ingurgitatione. Hinc monet poeta, frugalitate nihil eſſe, nec laudabilius, nec utilius, multosq; ex nimia cibi & potus intemperantia mortuos, *Inteſtata.*] Non facto teſtamento: quia morte repentina intereunt.

B C D

Inteſta-

A Inteſtatus autem uidetur dici non tantum is qui teſtamentum non fecit, ſed etiam qui teſtamento liberis ſuis tutores non dederit. quantum enim ad tutelam pertinet, inteſtatus eſt. autor Paulus De legitimis tutoribus. *It noua fabula.* Id eſt recens & ſubitus rumor diſsipatur per omnia conuiuia. Nam in conuiuijs de uarijs & nouis rebus ſolet eſſe ſermo. Oratius, Fabula quanta fuit conuiuiorum. *Nec triſtis.*] Sine aliqua doloris ſignificatione. nemo enim eſt, qui de eo aliquam præ

It noua, nec triſtis per cunctas fabula cœnas,
Ducitur iratis plaudendum funus amicis.
Nil erit ulterius quod noſtris moribus addat
Poſteritas, eadem cupient, facientq; minores.
Omne in præcipiti uitium ſtetit: utere uelis,
Totos pande ſinus. dicas hic forſitan, unde
Ingenium par materiæ? unde illa priorum
Scribendi quodcunque animo flagrante liberet,
Simplicitas, cuius non audeo dicere nomen?
Quid refert dictis ignoſcas Mutius, an non?
Pone Tigillinum, tęda lucebis in illa,
Qua ſtantes ardent qui fixo gutture fumant,
Et latum media ſulcum deducit arena.

ſe ferat triſtitiam: quia nihil per teſtamentum legauerit, ſicq; poeta miſeram humanæ fragilitatis conditionem oſtendit. *Ducitur.*] Verbum eſt funebre, id eſt ad buſtum fertur. Verg. Et triſtia funera ducũt. *Plaudendum.*] In quo magis lætitiæ quàm doloris oſtenditur ſignificatio, quum nihil ſit relictum, unde poſsint triſtitiam ſimulare. *Iratis amicis.*] Quia nihil B relictum ſit. Oratius in Sermonibus, Adde iratum patruum, uicinos: iraſcuntur enim quum omnia per luxum ſint abſumpta. Perſius, Sed cœnã funeris hæres Negliget iratus, quòd rem curtaueris. *Nil erit ulterius.*] Adeo inquit, inter mortales emerſere uitia, ut putem nihil addi poſſe ulterius à poſteris. Eadem ſententia eſt & Claudiani in Eutropiũ. Nil adeo fœdũ eſt, quod non exacta uetuſtas Ediderit, longiq; labor cõmiſerit æui. *Moribus.*] Vitijs. eſt enim uocabulum mediũ. dicimus enim bonos mores, & malos mores. *Minores.*] Nepotes, poſteri. *In præcipiti.*] In ſublimi: quaſi omne uitiũ emerſerit ex imo in altum. *Vtere uelis.*] Hortatur ſeipſum poeta ad ſcribendũ, ſumpta metaphora à nauigantibus, qui nacti proſperum uentum, pandũt uelorũ ſinus. quaſi dicat explica librum tuum, & utere ſtilo tuo ad ſcribendum nactus huberẽ materiam. *Dicas hic forſitan.*] Occupatio, id eſt poſſis fortaſſe dicere: unde ſit mihi ingenium par materiæ, quaſi dicat materiam eſſe huberiorẽ quàm ingenio ſuo poſsit explicari. *Simplicitas.*] Monitorem introducit antiquam illam ſcribendi li C bertatem non eſſe poetis, quæ olim fuit & Lucilio & Oratio. Nam ante libertatẽ occupatã ab imperatoribus Lucilius mira carminis acerbitate nominatim etiam hominum uitia carpſit. de quo ſic Oratius, At qui primores populi arripuit, populũq; tributim. Perſius, Secuit Lucilius urbem, Te Lupe, te Muti: & genuinum fregit in illis. Omne uafer uitium ridenti Flaccus amico, Tangit: & admiſſus circum præcordia ludit. *Simplicitas.*] Libertas ſcribendi: quia ſimpliciter amoto omni uelamẽto carpebãtur uitia delinquentiũ. nam ſimpliciter ille dicit, qui libere & aperte dicit quod ſentit. *Priorũ.*] .ſ. poetarum. *Cuius.*] .ſ. ſimplicitatis, id eſt libertatis. *Non audeo dicere nomen.*] Ita, inquit libertas ſcribendi perijt, ut nõ audeam eam nominare, quaſi nefas ſit. Nam ea nõ audemus nominare, quæ fœda abominandaq; ſint: ſicq; infelicẽ ſuorum temporũ notat cõditionem, quũ omnino ſublata libertate, omnia nutu imperatorũ gererentur. *Quid refert.*] Adeo, inquit tutum fuit Lucilio libere loqui, & ſcribere: ut paruipẽderit iraſceretur ne Mutius Scæuola an non: quòd ſcriptis ſuis libere notatus. libere enim loqui poterat, quia libertas nondum oppreſſa erat ab imperatoribus. *Quid refert.*] Quid, inquit, prodeſt. *Ignoſcat dictis.*] Scriptis & carminibus, quibus proſciſſus erat. *Mutius.*] Nam Mutium Scæuolam inſectatus eſt Lucilius, & quendam Lupum, ut diximus. *Pone Tigillinum.*] Potuit, inquit, libere & impune Lucilius notare uitia: quia libertas à tyrannis adhuc occupata non erat. uerũ modo, ſi uolueris hominẽ poten- D tem & gratũ imperatori notare, qualis fuit Tigillinus Neroni, non erit tibi tutũ, quia afficieris ſupplicio. *Pone.*] Scribe, & nota. *Tigillinũ.*] Id eſt hominẽ potentẽ & gratũ imperatori: qualis, ut dixi, fuit ipſe Tigillinus Neroni. De Tigillino dictũ eſt ſupra illic, Quũ fas eſſe putet curã ſperare cohortis. *Tæda lucebis in illa.*] Id eſt ardebis quidem uiuus, quemadmodum multi imperante Nerone arſerunt. Exiſtimo id genus ſupplicij deſignari, de quo Seneca ad Lucilium his uerbis. Cogita hoc loco illam tunicã alimẽtis igniũ & illitam & intextam, quicquid aliud præter hæc commenta eſt ſæuitia. Qui enim afficiebantur, induti tunicam illam intextam & illitã fomentis ignium alligati palo adurebantur. Talem tunicam appellat Iuuenalis moleſtam illic: tunica punire moleſta. aliud genus non abſimile ſupplicij notatur à Vulcatio Gallicano in uita Auidij imperatoris his uerbis. primus etiam id ſupplicij genus inuenit, ut ſtipitem grandem poneret pedum octoginta & centum: & à ſummo uſq; ad imum damnatos ligaret & ab imo focum apponeret: incenſiſq; alijs, alios fumi cruciatu, umore etiam necaret. *Tæda.*] Illo igne, Nam tęda arbor eſt reſinam deſudans, & ideo apta ad comburendum. Ouidius, In Heroidibus Ardet ut ad magnos picea tęda deos. De ea lege Pliniũ. *Qui ſtantes ardent.*] Aut quia alligabantur ſtipiti circumiecto igne: aut quia, ut ſcribit Seneca, ſtipes per medium hominem agebatur, ut per omnes artus emergeret.

Et latum media.] Ordo eſt. Lucebis in illa tæda: qua ardẽt ſtantes, qui fumãt fixo gutture. E qua

ardet ille,qui deducit ſulcũ latũ in media harena.Nã multi in media harena theatri cremabantur. A
Trãq.in Caligula,Atcelanæ poetã ob ambigui loci uerſiculũ,media amphitheatri harena igne cre
mauit. *Deducit ſulcũ.*] Aut quia forte unco trahebãtur, aut ꝙ damnati,& in media harena alliga
ti ſtipiti pedibus ſulcũ faciebant circũ ſe uoluẽtes,terrore ignis admoti.Aliqui legũt deducis,ut ſit
ſenſus.Si Tigillinũ notare uolueris afficieris eo ſupplicio,quo ardẽt ſtantes. Et fruſtra laboras:ac
ſi dicat notatio & reprehenſio tua
nihil omnino proficit. aras eñ ſte
rilem harenam: ut illud. Et littus
ſterili uerſamus aratro.ut ad pro/
uerbiũ illud Græcũ alludat, quòd
de his dici ſolet, qui in difficili re
laborant ἄμμον μετρεῖν, hoc eſt hare
nam metiris.Alij uero legunt,Et la
tum media ſulcum qui ducit hare
na:ut ſic exponas. Ardebis in illa
tæda,qua ſtantes ardent:& qua ar

Qui dedit ergo tribus patruis aconita,uehatur
Penſilibus plumis,atq; illinc deſpiciat nos?
Quum ueniat contra,digito compeſce labellum,
Accuſator erit,qui uerum dixerit,hic eſt.
Securus licet Aeneam,Rutulumq; ferocem
Commitas:nulli grauis eſt percuſſus Achilles,
Aut multum quæſitus Hylas, urnamq; ſecutus.

dẽt ille,qui ducit ſulcũ media harena: ut conueniat primo ſenſui. *Qui dedit ergo tribus.*] Cũ indi B
gnanõe legẽdum,& adiuuãdum geſtu.Eſt eñ ſenſus & ordo. Ergo,qui tres patruos ſuos ueneno
ſuſtulit uehatur penſilibus plumis:ut ſit quaſi conceſsio,ideſt in delitijs ſecurus uiuat,& poetas cõ
temnat:quandoquidem nulla eis conceſſa eſt libertas notandi uiuentium flagitia.de Tigillino au
tem intelligit,ut ſit reſponſum ad illud Pone Tigillinũ. Nam is homo omnium nequiſsimus tres
patruos ueneno,ut ſcribit Probus necauit,ut eorũ hęreditatibus potiretur: ſubtractiſq; annulis,
& falſo tabulis ſignatis,hęreditates ſummo ſcelere conſecutus eſt.Nec illud obſtat quòd iam Tigil
linus ſub Othone mortuus eſſet.Nam poeta nõ ſecus de mortuis loquitur, ꝗ ſi uiuerent, & præ/
ſentes eſſent:ut per taxationem ſcelerum pręteritorum,moneat recte uiuendum eſſe. *Aconita.*]
Venena.Nam aconitum eſt herba,quę in ſaxis naſcitur:& ut ſenſit Ouid. ſpuma Cerberi reſperſa
fuit,quũ ad ſuperos tractus eſt ab Hercule.dictum ἀπὸ τῆς ἀκόνης, id eſt à caute. unde Ouidius,Quæ
quia naſcũtur dura uiuacia caute,Mortales aconita uocãt.Plinius item ait dictum quòd in nudis
cautibus,quas aconas uocant,naſcatur.Solinus uero ab Acone portu Heracleæ. *Penſilibus plu-
mis.*] Lectica, in qua erant lecti plumei.penſilia appellantur omnia,quæ in aere pendent, aut co/
lumnis,aut alia re ſuppoſita:& lectica penſilis,quòd ſeruorũ humeris ſuſtẽtetur.Vuas penſiles di
cimus,quæ ſuſpendantur:& hortos penſiles,qui in ſublimi ſint.Seruius tamen ait plumas penſi/
les,dici molles,& contrà molles penſiles:ut illud Vergilij.Pilentis matres in mollibus. *Digito cõ- C
peſce labellum.*] Verba ſunt monitoris ſuadentis poetæ tacendum eſſe:affore accuſatorem illi, qui
dixerit uerum, ut ſit ſenſus.O Iuuenalis ſilentium tibi fac indicas:nam profecto non deerit tibi ac
cuſator,ſi uerum ſequi uolueris tuis carminibus,qui dicet:hic eſt o imperator,id eſt hic eſt ille qui
hominum uitia notat. *Qui uerum.*] Tacitę occurrit reſponſioni. potuiſſet enim dicere: accuſa/
bitur tantum,qui mẽdacio uſus fuerit,& falſo aliquẽ notauerit. Immo,inquit, accuſabitur etiam
qui uera dixerit,ut legendum ſit uerum & non uerbum. *Securus licet Aeneam.*] Senſus eſt:potes,
inquit,ſine aliquo periculo tuo hiſtorias ſcribere,quales cõmemorant de Aenea & Turno Rutulo
rum duce. *Committas.*] Carmine tuo,ſcribendũ cõmittas,id eſt componas,& in certamen dedu
cas.Nam cõmittere eſt aliquem cum aliquo in certamen deducere.Suetonius in Auguſto,Specta
uit autem ſtudioſiſsime pugiles:& maxime Latinos,nõ legitimos atq; ordinarios modo, quos e/
tiam cõmittere cum Græcis ſolebant.Martialis,Cum Iuuenale meo quæ me cõmittere tentas. In
qua ſignificatione uidetur accepiſſe alibi Iuuenalis quum ait,Cõmittit uates:quaſi dicat in certa/
men poetas deducit,quaſi alter cum altero de uirtute carminis certare poſsit.Cõmittere item acci
pitur pro tradere:ut illud,Committo me tuæ fidei,id eſt trado.Et illud Terentianũ,Ouẽ lupo cõ/
miſiſti.Qui ergo huiuſmodi hiſtorias & bella ſcribunt,cõmittunt & in certamen deducunt impe
ratores cum imperatoribus,quum deſcribunt eos ſimul pugnantes. *Nulli grauis eſt percuſſus A- D
chilles.*] Nemo,inquit,offenditur,ſi de Achille uulnerato,& huiuſmodi hiſtorijs ſcripſeris.Achil/
les autem percuſſus fuit à Paride in templo Apollinis Thymbrei, quũ illic amatam Polyxenã u/
xorẽ accepturus eſſet.inſidijs enim Paridis poſt ſimulachrũ Apollinis latẽtis ſagitta confixus eſt.
fingitur id factum Apolline arcum tenẽte.unde Verg.Dardana qui Paridis direxit tela manuſq;
corpus in Aeacidæ. *Aut multum quæſitus Hylas.*] Subaudi nulli grauis eſt.nemo, inquit, offendi/
tur,ſi talia à poetis deſcribuntur.Hylas Thiodamantis regis Driopum fuit filius:quem Hercules
cum Argonautis nauigans rapuit, patre eius prius occiſo,ꝙ poſcenti ſibi cibum denegaſſet. Sed
quum Hercules Hylam ad Aſcanium flumen miſiſſet ad hauriẽdam aquam,à tribus nymphis ob
pulchritudinẽ in fontem raptus eſt.Eum diu multumq; quæſitũ,quum Hercules nõ inueniſſet:ſa
cra inſtituit,ubi Hylas ſolenniter clamaretur:ad quod illud dictum eſt à Vergilio, Hinc adiungit
Hylam nautæ quo fonte relictum,Clamaſſent.ut littus Hyla Hyla omne ſonaret:fictum autem eſt
nomen à uerbo ὑλάω ꝙ eſt reſono,& latro.Diodorus uero & Strabo ſecuti magis hiſtoriam ſcri/
bunt,Hylam Herculis comitem unum fuiſſe ex Argonautis:qui in Bithynia iuxta Pruſiadem ur/
bem perierit:ubi in memoriam eius,feſta quædam celebrabantur,in quibus per montes uagi ac
ſaltantes Hylã uocabant.Valerius uero Flaccus libro tertio Argonauticon narrat ab Iunone Her

A culi infenſa, quum is in ſylua una cum Hyla remum ſibi quæreret, Dryopem unam nympharum
monitam, ut Hylam puerum formoſiſsimum, qui per ſaltus & fontem eius uagaretur, ad ſe rape/
ret, Idq; ut facilius fieret, ceruum ſuſcitauit, quem ilico cōſpectum Hylas inſequitur hortante Her
cule. ceruus fugiens puerū protraxit ad fontē, & intactas leuis ipſe ſuperfugit undas: puer amiſſo
ceruo, curſuq; defatigatus ad fontē ſtetit, bibentē nympha ad ſe ſub aquas traxit, amiſſum quære
bat Hercules rurſus Hylam. & rur
ſus Hylam per longa reclamās a/
uia.

Enſe uelut ſtricto, quotiens Lucilius ardens
Infremuit, rubet auditor, cui frigida mens eſt
Criminibus, tacita ſudant præcordia culpa:
Inde iræ, & lachrymæ: tecum prius ergo uoluta
Hæc animante tubas, galeatum ſero duelli
Pœnitet, experiar quid concedatur in illos
Quorum Flaminia tegitur cinis, atq; Latina.

Quæſitum] Scilicet ab Hercule.
Enſe uelut ſtricto.] Diſſuaſio eſt,
ne ſcribat, à terrore periculi immi
nētis. Solet, inquit, auditor, quem
ſcelerum cōſcientia exagitat, quo/
tiēs à poeta notatur, affici rubore,
ꝙ uitia ſua detegantur. proinde in
reprehenſorē incēditur ira: quod
idenudem etiam accidit tempori/
B bus Lucilij, quotiens infremuit in uitia hominum. *Rubet auditor.*] Sceleris cōſcientia afficitur ru
bore, ac proinde ad uindictam inflāmatur. *Mens frigida criminibus.*] Quaſi deficiēs & pene mor
tua criminum conſcientia, ut ſolet corpus frigere, cū mortuum eſt. *Præcordia.*] Dicuntur pro
prie mēbranæ illæ, quas Græci phrenas appellāt, quibus exta homini ab inferiore uiſcerum par/
te ſeparātur, dicta præcordia quia cordi prætenſa ſunt. Hæc ex Ariſtotele De animalibus libro, &
Plinio eadem. Verum ab autoribus plerunq; accipiuntur pro corde, & ijs quæ cordi ſunt proxi/
ma. *Inde iræ & lachrymæ*] Subaudi ſunt ex reprehenſione ſcelerū ſuorum, & hæc eſt itē diſſuaſio
à terrore periculi conſequentis. Sic Perſius. Vide ſis, ne maiorum ubi forte limina frigeſcant: ſonat
hic de nare canina litera. Qui enim notātur, ex indignatione iram cōcipiunt, prorūpuntq; in la/
chrymas. Oratius, Qui me cōmouit, melius nō tangere clamo, Flebit & inſignis tota cātabitur ur
be. flebit enim quia ſentiet ſe notari. *Tecū prius.*] Cōſilium eſt, quid ſit ei agendū. *Voluta.*]
Cogita & cōſidera. *Hæc.*] Aut quæ tibi propoſui pericula, aut quæ ſequūtur. *Animāte tuba.*]
Proponit exemplum alieni incōmodi, ne idem patiatur, & ſibi caueat. Eſt enim ſenſus, militē, in/
quit, qui ſe ſtimulāte tuba, in aciē immiſit, cōſilij ſui pœnitet: ſed ſerò, qa aut uulneratur, aut inter/
ficitur. ſicq; apte ſimilitudinē accōmodat poetæ, ne idē patiatur. C. Lego ego: Ergo uoluta, Hæc
anime ante tubas, ut poeta ſe ipſe adhortetur, ad cogitādum periculū, antequā pugnā ineat. i. an/
C tequā ſtylum in Romanos principes ſtringat. *Sero pœnitet.*] Sero ſapit, cum non prodeſt. S.
Duelli.] Id eſt belli, unde & perduelles apud ueteres dicebantur hoſtes. Ex duello factum eſt bel
lum, ut ſcribit Fabius lib. vij. *Experiar.*] Verba poetæ ad monitorē. Si uiuos, inquit, notare ſi/
ne periculo non potero, experiar quid mihi liceat in mortuos. Et ita pollicetur ſe tantum de mor/
tuis dicturum. Vnde illud ſciendum à poeta nullum potentē uirum, niſi nomine mutato, fictoq;
nominari. *Flaminia & Latina.*] Pleræq; uiæ fuerunt celebres, quæ ab Vrbe procul ducerent, ut
Latina, Appia, Valeria, Aemilia, Flaminia. In duabus autē ex his, ſcilicet in Latina & Flaminia ſepe
liebantur mortui extructis ſepulchris ab utroq; latere uiarum: unde extant multa epigrāmata ad
uiatores. Et Iuuenalis alibi. Cliuoſæ ueheris dum per monumenta Latinæ. Via Latina media erat
inter Valeriam & Appiam. ad Caſinum oppidum coniungitur Appiæ: ubi Capua decem & no/
uem diſtans ſtadijs. Hæc Strabo in quinto.

SATYRA II

Arguitur ſatyra probitas ſimulata ſecunda.

VLTRA Sauromatas fugere hinc libet,
    & glacialem
Oceanum, quotiens aliquid de moribus
    audent
Qui Curios ſimulant, & Bacchanalia
uiuunt,

VLTRA *Sauromatas.*]
Hæc ſatyra eos inſecta
tur, qui cū obſcœniſsi
me uiuant, diſsimula/
ta morum prauitate a/
D lios caſtigāt, & quandam præ ſe fe
runt bonitatē, quod hominum ge
nus eſt improbiſsimū. Verum eos
imprimis tangit qui per ſummam
naturæ iniuriam more mulierum
nupſerunt. Ait igitur poeta, quum
talia hominum mōſtra ferre non
poſsit, in animo ſibi eſſe extremas
orbis partes petere. *Libet*] Impe
tus eſt. *Sauromatas.*] Quos Latini Sarmatas, Græci autore Plinio, Sauromatas appellant: po/
puli Scythiæ ſunt inhabitantes loca circa Meoudē paludē, ſpatio quindecim dierū Oceanū uer/
ſus, regio arboribus uacua eſt, originē ducunt ex Amazonibus & Scythohis. De his Herodotus li
bro quarto. Dionyſius Halicarnaſſeus, Plinius, Florus, Strabo, Ouidius in Ponto ſuo, & Triſti/
bus. *Glacialem Oceanum.*] Id eſt Septētrionalem, quaſi ubi nulla ſint mortalium domicilia. O/
ceanus autem appellatur omne mare, quod ambit terram. *Audent de moribus*] Subaudi loqui:
diſſerere, aut aliquid tale, tanquā uiri boni. *Qui Curios ſimulant.*] Qui ſimulant, ſe ea eſſe conti/
nentia

nentia & bonitate, qua fuit Curius Dentatus, qui terna agri iugera uiritim populo diuidens, ſibi A
deinde totidem conſtituit, dicens neminẽ eſſe debere, cui non tantũ ſufficeret. Legatis Samnitum aurum offerentibus, quũ ipſe in foco rapam torreret, malo, inquit, hic in fictilibus meis eſſe, & aurum habentibus imperare. Quũ interuerſæ pecuniæ argueretur, cadum ligneũ, quo uti ad ſacrificia cõſueuerat in mediũ protulit, iurauitq; ſe nihil amplius de prǽda hoſtili in domũ ſuã cõuertiſſe.

Indocti primum, quanquam plena omnia gypſo
Chryſippi inuenias: nam perfectiſsimus horum
Si quis Ariſtotelem ſimilem, uel Pittacon emit,
Et iubet archetypos pluteum ſeruare Cleanthas.
Fronti nulla fides: quis enim non uicus abundat
Triſtibus obſcœnis? caſtigas turpia, qum ſis
Inter Socraticos notiſsima foſſa cynædos.

Bacchanalia uiuunt.] Bacchanaliter, nomẽ pro aduerbio, id eſt more uerſanuũ in Bacchanalibus, quæ ſacra noctu in Vrbe celebrabantur à maribus, & mulieribus: ibi ſtupra promiſcua ingenuorũ, & fœminarum erant plura. de iis Liuius libro nono, De bello Macedonico ſic. Bacchanalia ſacrum Græcum, & quidem nocturnum, ſcelerum omnium maximum ſeminarium. Ibi enim horrenda dictu fiebant. *Indocti primum.*] Quum ſint, inquit, indocti, neq; B
ullam operam præſtent uirtuti, uolunt tamen uideri magna eruditione, & ſapientia. habent enim domum uariis philoſophorum imaginibus refertam, ut uirtutis uideantur cultores. Vnde Cicero in ſeptimo libro Epiſtolarum ad Fabiũ Gallum ſcribit, ut ſigna ſibi emat ad ornandã bibliothecam. C. Et in Epiſtolis ad Atticum, ſæpiſsime idem ſcribit. S. *Gypſo Chryſippi.*] Id eſt ſtatuis Chryſippi ex gypſo: nam ex gypſo figuræ ducũtur. Eſt autem calci non abſimile. de quo Plinius lib. xxxvi. *Chryſippi*] Chryſippus Solenſis, ſeu, ut alii dicũt, Tarſenſis Apollonii filius, Zenonis, ſiue Cleanthis fuit diſcipulus: ut Valerius uero ſcribit, Cleanthis præceptor ingenioſus quidem & acutiſsimus in omni genere orationis, & ſubtilitate diſputandi adeo acer, ut illud iactatum ſit, deos, ſi dialectica uti uellent, non alia uſuros, quàm Chryſippea: De eo multa Laertius & Valerius Maximus. Et nos plura recitauimus apud Perſium illic. Inueritus Chryſippe tui finitor aceruí. *Nam perfectiſsimus horum.*] Subaudi eſt. Eſt autem ironia, ut ſit ſenſus. Exiſtimat ſe perfectiſsimum omniũ, modo ſibi emerit ſtatuam: aut Ariſtotelis, aut alterius philoſophi ad bibliothecǽ ſuǽ exornationem. *Ariſtotelem.*] Ariſtoteles Platonis fuit diſcipulus, Peripateticæ ſectæ princeps, Alexandri Magni præceptor. Dicimus Ariſtotelem per e ante l non Ariſtotilem: quod docet deriuatio: Ariſtotelicus, & non Ariſtotilicus. *Ariſtotelem ſimilem.*] Id eſt ſtatuã ſimilem ipſius Ariſtotelis, hoc eſt, quæ Ariſtotelem referat. *Pittacon.*] Hic unus fuit ex ſeptem ſapientibus, Mity- C
leneus, qui Mitylenis ſumptus dux aduerſus Athenieſes, ſingulari certamine Phrynonem ducem rete obuolutum interemit. *Archetypos Cleanthas.*] Id eſt antiquas Cleanthis imagines. opera enim antiquis nominibus artificũ nobilia archetypa ſunt appellata, quaſi quæ principali eſſent forma. Ea enim in precio fuiſſe oſtendit (ut diximus in priore ſatyra) Plinius his uerbis. Subito ars cǽlandi argenti exoleuit, ſola iam uetuſtate cenſentur uſq; attritis cælaturis, ne figura diſcerni poſſit. *Cleanthas.*] Accuſatiuus eſt Græcus. Cleanthes philoſophus fuit Stoicus, qui Zenonis ſcholæ ſucceſsit: quam poſtea Chryſippo reliquit. inopia urgẽte noctu ex puteis ad irrigandos hortos Athenienſium aquã hauſit, qua mercede interdiu ſtudiis liberalibus uacabat. unde à Græcis phreantles eſt appellatus, id eſt hauriens puteos. Nam φρέαρ Græce, puteum ſignificat Latine, & ἀντλῶ haurio. De hoc Seneca ad Lucilium: Patricius Socrates non fuit, Cleanthes aquam traxit, & rigando horto locauit manus. *Pluteum.*] Poſuit pro bibliotheca. Sic Perſius, Nec pluteum cædit, nec demorſos ſapit ungues. qua ſignificatione uidetur accepiſſe Sidonius, quum ait. Hic libri affatim in promptu: uidere te crederes aut grãmaticales pluteos, aut Athenæi coneos, aut armaria extructa bibliopolarum, & bibliothecarum. Feſtus Pompeius ſcribit, Pluteos numero pluratiuo fuiſſe crates corio crudo intectas, quæ ſolerent opponi militibus opus facientibus, quas militares appellarent. Nunc etiam tabulas ſignificare quibus aliquid præſepitur: poſſumus ergo in- D
telligere aut bibliothecas, aut pinacothecam, id eſt repoſitorium tabularum pictarum. Nam per totam domum oſtentabant tales imagines tanquam bonarum artium cultores. unde dixit, quãquam plena omnia gypſo. Victruuius tamen in Architectura ſua libro quinto oſtendit pluteum id eſſe quod inter ſuperiores & inferiores columnas eſt. *Fronti nulla fides.*] Subaudi habenda eſt. Sic Martialis, Nolito fronti credere, nupſit heri. Eſt enim ſenſus. Multi ſeueritate ſupercilii ſummam præ ſe ferunt bonitatem, quum turpiſsimis omnino ſint moribus. *Quis enim.*] Quis, inquit, in Vrbe locus eſt, qui non abundet hominibus ſeueris, eiſdemq; obſcœnis, id eſt iis qui triſti ſupercilio graues & cenſorii uideri uolunt, quum ſint obſcœniſsimis & fœdiſsimis moribus.

Vicus.] Vici in Vrbe fuerũt ſupra mille, dictiq; ſunt à uia ut ſcribit Varro, quòd ab utraq; parte uiæ ſunt ædificia. à uico fit uicinus & uicinia. uicos etiam appellamus ipſas uillas, hoc eſt pagos. *Caſtigas turpia.*] Hinc omnis eſt poetæ indignatiò, quòd fœdiſsimus aliena caſtiget uitia, ut oſtendat id quod ait Cicero in Saluſtium, Oportere hominem omni carere uitio, qui in alterum paratus eſt dicere. *Notiſsima foſſa.*] Notiſsimus paticus, qui draucis abutaris, à quibus fodiaris. *Socraticos cynædos.*] Inter eos qui quum ſint patici & uitioſiſsimi de moribus diſſerũt more Socraticorum, uoluntq; uideri philoſophi Socratici. Nam Socrates primus, ut recitauimus

A apud Perſium, autore Cicerone in Tuſculanis, fuit, qui è cœlo philoſophiam deuocauit, & in ur-
bibus collocauit, & in domos etiam introduxit, coegitq́ de uita & moribus bonis & malis quære
re, quum antea philoſophi in rerum natura perſcrutanda eſſent occupati, quum igitur hi de mori
bus loquerētur, Socratici uidebātur. *Cynædos.*] Paucos à κινεῖν quod eſt moueo τὰ αἰδοῖα pudēda

Hiſpida membra quidem, & duræ per brachia ſetæ
Promittunt atrocem animum: ſed podice leui
Cæduntur tumidæ medico ridente mariſcæ.
Rarus ſermo illis, & magna libido tacendi:
Atq; ſupercilio breuior coma: uerius ergo,
Et magis ingenue Peribonius: hunc ego fatis
Imputo, qui uultu morbum inceſſuq́ fatetur.
Horum ſimplicitas miſerabilis, his furor ipſe
Dat ueniam: ſed peiores, qui talia uerbis
Herculis inuadunt, & de uirtute locuti

Hiſpida membra.] Occurrit illis, qui poſſent dicere eos ex cultu corporis uideri & bonos & ſeue-
ros. Verum, inquit, eſt mēbra hir-
ſuta & piloſa promittere ſeuerita-
tē in illis, ſed reuera cynædi ſunt,
& turpiſsimi. *Podice.*] Podex ca
pitur pro circulo ani. Oratius in
Odis, Hiatq; turpis inter aridas na
tes podex, uelut crudæ bouis.
Leui.] Depilato. Nam leue ap-
pellatur, quum habet primam lon
gam, quod ſine pilis eſt. Macrob.
Leue autem eſt mulierum corpus
B quaſi naturali frigore denſetur.
Mariſcæ tumidæ] Metaphoricos
ulcera innata ex turpi attritu ma-
riſcas appellat. Nec ſine ratiōe. Nam ut autor eſt Celſus, In ſede ulcus naſcitur ſimile fungo, & ideo
medici fungum appellauere. Iuniores uero ficum: ex genere autem ficorum eſt mariſca. Columel
la & ex eo Plinius, Ficos mariſcas in loco cretoſo ſerito. Martialis, Infanti melimella dato, fatuasq́
mariſcas *Ridente.*] Quia turpitudinis cauſam nouit. *Rarus ſermo.*] Illis ſubaudi eſt, id eſt ra-
ro loquuntur, quo ſeueriores uideantur. multiloquium enim hominem leuitatis arguit. *Libi-
do.*] Cupiditas & magnum tacendi deſiderium. Nam libido præter tritam illam & notam ſignifi-
cationem, hoc eſt Veneris pruritū, capitur pro cupiditate, & ueluti appetitu ſiue uolūtate, ut hoc
loco. Et apud Terentiū in Ecyra. Neq; libidini tuæ aduerſabor. Item infra, Potius q̃ aduerſum ani
mi tui libidinem eſſet cum illo nupta. Et apud Plinium in ſeptimo, Quis hunc iure felicem dixerit
periclitatum ad libidinem inimici, hoc eſt arbitrium uoluntatem & nutum inimici. Cicero in Tu-
ſculanis libro tertio, Ita diffinit uocabulum. Altera cupiditas quæ recte uel libido dici poteſt, quæ
eſt immoderata appetitio opinati magni boni, rationi non obtemperans, uel cupiditas recte dici
poteſt. unde in Reth. ad Herennium, Pro cupiditate modeſtiæ partibus utemur, ſi nimias libidi-
C nes honoris pecuniæ, ſimiliumq́ rerum uituperabimus. *Atq; ſupercilio breuior coma.*] Incedūt,
inquit, breui capillo, ut infamiam uitent, quam ſolent ſubire comati. Nam prouerbium fuit apud
Græcos. Nullus comatus, qui idem cynædus non ſit. *Supercilio.*] Supercilium dictū eſt, quod
ſit ſupra cilium, eſt autem cilium extremus ambitus genæ ſuperioris. In ſupercilijs hominis, pars
animi eſt, negamus annuimus, hæc maxime indicant. Faſtus ſuperbia hic ſedem habet. Vnde poe
ta in Carmine obſcœno. Carminis incompti luſus lecture procaces, Conueniens latio pone ſuper
cilium. *Verius ergo.*] Minus, inquit Peribonius reprehendendus eſt, & ſi pudicitiā ſuam uul-
go proſtituit: id enim facit urgentibus ſic fatis, quibus aduerſari nō poteſt. *Verius ergo.*] ſub-
audi facit, id eſt apertius, & ſimplicius amota omni ſimulatione. *Imputo.*] Aſcribo. *Fatis.*]
Secūdum eos loquitur, ut eſt apud Senecam, qui aīt, Ducunt uolentem fata, nolentem trahūt. Fa
tum autem Cryſippus, autore Gellio, ita diffinit. Fatum eſt inquit ſempiterna quædam, & indecli
nabilis ſeries rerum, & cathena uoluens ſemetipſam, ſeſe & implicans per æternos conſequentiæ
ordines, & quibus apta, connexaq́ eſt. *Morbum.*] Vitium, & turpitudinem ſuam. Iuriſconſul
ti differentiam facientes inter morbum & uitium tam uaria ſentiunt, ut non facile intellectu relin
quant ſignificatum uocabulorum. Modeſtinus De uerborum ſignificatione ſcribit, morbū, tem-
poralem eſſe corporis imbecillitatem: Vitium uero perpetuum corporis impedimentum, ueluti
D ſi luſcus ſit: nam luſcus uitioſus eſt. Sabinus uero refert Labeonem quid eſſet morbus ita diffiniſ
ſe: morbus eſt habitus cuiuſq; corporis contra naturam, qui uſum eius facit deteriorem: ſed mor
bum aliàs in toto corpore accidere dicit, aliàs in parte corporis. Totius corporis morbus eſt, ue-
luti eſt phthiſis, aut febris: partis aūt ueluti cæcitas, aut pedis debilitas, multaq́ quę addūt alia. De
mum alij dicunt uitiū eſſe perpetuū morbū, cū acceſſu & diſceſſu, ſed hoc ſi ita eſt: neq; cæcus, neq;
eunuchus morboſus eſt contra Labeonis ſententiam. *Horum.*] Talium, qualis eſt Periboni-
us. *Miſerabilis*] Digna miſeratione. Nam miſerabilis eſt non qui miſeretur, ſed cuius nos miſe
remur. *Ipſe furor.*] Ipſa amentia, qua uexatur urgentibus fatis ut proſtet. *Sed peiores.*] Sen
ſus eſt. Improbiores inquit ſunt ij, qui quum obſcene uitam agunt, aliorum uitia ſeueriſsime re-
prehendunt, & inſectantur. *Talia.*] Scilicet uitia, & turpitudines. *Verbis Herculis*] Id eſt gra
uibus & ſeueris, qualibus Hercules uſus eſt, quum uoluptatem incuſando repulit à ſe, ſecutus uir
tutem. Nam Hercules: ut eſt autor Xenophon in eo libello quem ſcripſit De dictis & factis Socra-
tis memoratu dignis, quod & Cicero de Offic. libro primo, & Diuus Baſilius recitat. Cum adole-
ſcens eſſet, diu multumq́ dubitauit quam uiam teneret, uirtutis an uoluptatis, Ambigēti duæ ma
tronæ apparuere uirtus ſcilicet & uoluptas, quarum utraq; ſedulo inſtabat ut ſe ſequeretur: Au-
dita utriuſq; cohortatione, incuſata grauiſsimis uerbis uoluptate, uirtutem ſecutus eſt. Hi ergo
quum

quum turpiſsimi eſſent, de uirtute multa diſputabant, magnaq́ uerborum grauitate uitia damnabant: quemadmodum & Hercules uoluptatem damnauerat ſecutus uirtutem. A *Clunem agitant.*] Obſcœna patiuntur & muliebria. *Ego te ceuentem.*] Proponit poeta ridiculam ſatis cuiuſdam Sexti cinædi caſtigationem, qui cum Varillum alterum cinædum, diſsimulata ſua ipſius turpitudine grauiter increparet, ab eo reprehenſus eſt & deluſus ut deterior ſe: ſicq́ poeta philoſophice oſtendit oportere alieni uitij correctorē, omni prorſus uitio carere. unde ſequitur, Loripedem rectus derideat. Eſt ergo ſenſus. Varillus infamia temporibus poetæ notiſsimus, quum à Sexto cinædo reprehenderetur, remordens dixit: egone ceuentem uerebor? quum te non ſim deterior.

Clunem agitant? ego te ceuentem Sexte uerebor?
Infamis Varillus ait, quo deterior te?
Loripedem rectus derideat, Aethiopem albus.
Quis tulerit Gracchos de ſeditione querentes?
Quis cœlum terris non miſceat, & mare cœlo,
Si fur diſpliceat Verri? homicida Miloni?
Clodius accuſet mœchos? Catilina Cethegum?
In tabulam Syllæ ſi dicant diſcipuli tres?
Qualis erat nuper tragico pollutus adulter
Concubitu; qui tunc leges reuocarat amaras

Ceuentem.] Verbum eſt in obſcœnis, & patici motātis clunem. Ad quod alluſit Perſius loquēs de adulatore, an Romule ceues. B *Quo deterior te.*] Subaudi ſum.

Loripedem rectus.] Bonus inquit malum notet, ſed non malus malum. *Loripedem.*] Plinius libro quinto, capite octauo oſtendit in India eſſe loripedes, qui anguium modo ingrediantur & ſerpant. Vnde loripedem dicimus, qui tarde incedat, & claudicet. Plautus in Penulo. Ne quicquam hos patronos mihi elegi loripedes tardiſsimos: ubi locum correximus: nam procos ſcriptum eſt pro patronos. erit ergo ſenſus, rectus rideat aut trahentem corpus per humum, aut reuera claudicantem obtortis pedibus. Videnturq́ dici à loro, quòd pedes habeant loreos, hoc eſt molles & obtortos, ueluti eſt lorum molle, & obtortum, quos Græci, autore Plinio, Himantopodas appellarunt. ἱμὰς enim lorum ſignificat ſiue corigiam, ποὺς pedē. unde poeta in ſatyra decima, Nec prætextatū rapuit Nero loripedem. *Aethiopem.*] Aethiopia ut docet Plinius libro quinto, duplex eſt, altera circa occaſum ad Atlantem montem Mauritaniæ, altera circa ortum, Aegypto contermina. Aethiopum qui uicina Aegypti loca incolūt, alij utraſq́ Nili ripas inſulaſq́ in Nilo ſitas habitant. hi Arabiæ proximi ſunt. Alij Mediterraneas tenent regiones uerſus Arabiam ſitas. Maior pars Aethiopū nigro colore eſt: de quibus plurima Diod. lib. iiij. digna memoratu. Dicti aūt ſunt Aethiopes, autore Plin. ab Aethiope Vulcani filio. Alij uero tradūt nominatos, q̄ ſint ſolis calore aduſti ab αἴθω, q̄ eſt uro. C *Quis tulerit.*] Quis non indignetur, ſi ſeditioſus uir quales Gracchi, ſeditioſum reprehendat? Tiberius enim & C. Gracchi fratres, Aphricani ſuperioris ex filia nepotes, utriq́ tribuni plebis, quum leges agrarias non ſine nobilitatis indignatione tuliſſent, cæſi fuerunt. Tiberius in Capitolio à P. Scipione Naſica fragmento ſubſellij, Caius in Ponte ſublicio, aut ſua, aut ſerui Eupheri manu. *Quis cœlum terris*] Quis ita non confundatur, & clamet ut eſt apud Terentium, O terra, o cœlum, o maria Neptuni. Sic enim faciunt qui ira uehementi incenduntur.

Diſpliceat Verri.] C. enim Verres, Cn. Pompeio, & M. Craſſo cōſulibus in Sicilia quæſtor fuit: quam per triennium nemine ſuccedente tenuit, ubi libidinoſe, auare, crudeliterq́ uerſatus eſt. ſuccedente tandem Metello, reuerſus Romam à Siculis repetundarū eſt accuſatus: cauſam egit Cicero, cuius actiones adhuc extant, Verrinæq́ appellantur. *Homicida Miloni.*] Homicidam appellat Milonem, quòd occiderit P. Clodiū. C. Qua de re uide Ciceronē, & Aſconium Pediană. S.

Clodius accuſet mœchos.] Nam Clodius de cuius cæde modò dictum eſt, quum Pompeiam uxorem Cæſaris perdite amaret, habitu muliebri ingreſſus eſt domum Cæſaris tunc ſummi Pōtificis, ubi ſacra Bonæ deæ quæ quotannis in domo Pontificis celebrari conſueuerāt, noctu celebrabantur. præterea Clodius ſororem ſuam germanam cōſtuprauerat. *Catilina Cethegum.*] Nam L. Catilina uir patricius inita conſpiratione cum pluribus rempublicam opprimere conatus eſt. Eius D conſilium Cicero conſul prudentia ſua diſcuſsit. Inter coniuratos fuit Cethegus uir magnæ audaciæ. ait ergo poeta intolerandum eſſe, ſi Catilina coniurator ipſe, & coniurationis princeps, accuſet Cethegum ſceleris eiuſdem conſcium. *In tabulam Syllæ.*] Sylla primus fuit qui tabula proſcriptionem propoſuit, idq́ ſuperatis partibus Marianis. quē poſtea triumuiri Auguſtus, Lepidus, & M. Antonius imitati, unuſquiſq́ aduerſarios ſuos, propoſita tabula, proſcripſit. Itaq́ poeta cos diſcipulos Syllę appellat, quaſi imitatores, qui idem quod Sylla, fecerunt. *Qualis erat.*] Domitianum à crudelitate notat, quem triumuiris comparat, & eis cæde hominum, non abſimilem dicit. *Qualis erat.*] Periphraſis eſt ipſius Domitiani, qui Iuliam Titi fratris filiam iam uiro collocatam corrupit, & quidem uiuo etiam Tito, mox patre & uiro orbatam ardentiſsime palamq́ dilexit, ut etiam cauſa mortis extiterit coactæ conceptum à ſe abigere. unde Plinius Iunior ad Cornelium ſic ſcribit, Domitianum, ut illuſtraret ſeculum ſuum exemplo aliquo ſeueritatis, Corneliam Maximillam Veſtalem uirginem abſentem, inauditamq́ damnaſſe inceſti, quum ipſe fratris filiam inceſto non polluiſſet ſolum, ſed etiā occidiſſet. Nam uidua abortu perijt. *Tragico cōcubitu.*] Nefando, qualem tragici conſcribere ſolēt, qui ſtupra, inceſta, parricidia, & id genus nefanda flagitia in ſuis tragœdijs tractant. *Reuocarat leges amaras.*] Nam legem Iuliam quæ erat cōtra adul-

Omnibus, atq; ipſis Veneri Martiq́; timendas,
Quum tot abortiuis fœcundam Iulia uuluam
Solueret, & patruo ſimiles effunderet offas.
Nónne igitur iure ac merito uitia ultima fictos
Contemnunt Scauros, & caſtigata remordent?
Non tulit ex illis toruum Laronia quendam
Clamantem totiens, ubi nunc lex Iulia? dormis?
Ad quem ſubridens, felicia tempora, quæ te
Moribus opponunt, habeat iam Roma pudorem.
TERTIVS è cœlo cecidit Cato: ſed tamen unde

A teros reuocauerat. Lege item cauerat, ne quis mas caſtraretur. Earũ legum meminit ſic Mart. Ludus erat ſacræ cõnubia fallere tędæ, Ludus & immeritos execuiſſe mares. Vtraq; tu prohibes Cæſar, populisq; futuris Succurris, naſci quos ſine fraude iubes. Nec ſpado iam, nec mœchus erit te præſide quiſquam: At prius, o mores, & ſpado mœchus erat. *Amaras.*] Nam deprehenſi in adulterio ferro puniebantur lege Iulia, ut docet Iuſtinianus in Inſtitutionibus. *Ipſis Veneri Martiq́.*] Quippe & ipſi in adulterio ſunt deprehenſi. Nam Venus cum Marte cõcubuit: Vulcanus quum id reſciuiſſet accuſante Sole, lectũ tenuiſsimis & adamãtinis retibus cinxit, eosq; in amplexibus iacentes & implicatos aperto cubiculo omnibus dijs præbuit uidendos. C. Hinc Ouid. Mulciberis capti, Marsq; Venusq; dolis. S. *Abortiuis.*] Abortiuos appellamus im B maturos fœtus, & ante legitimum tempus æditos. Tranquillus in Augusto, Illos ſenatores, quos uulgus abortiuos uocabat, ad modũ priſtinũ & ſplendorẽ redegit. Plin. in xiiij. Aegyptus & Ecbolinam habet abortiuos facientẽ. Abortus, etiam inuenitur in alia ſignificatione pro ipſa. ſ. abortione. unde Plinius in ſeptimo, Vno abortu duo puerperia egeſta. *Iulia.*] Titi fratris filia. *Vuluam.*] de uulua Plin. multa ſcribit lib. xi. cap. xxxvij. ſic, Quod alio nomine locos appellant, hoc in reliquis animalibus uuluam. Hæc uiperæ & intra ſe parientibus duplex. Oua generantiũ annexa precordijs. Et in muliere geminos ſinus ſub utraq; parte laterũ habet. Funebris quotiẽs uerſa ſpiritũ incluſit. Quibus uerbis oſtendit Plin. in muliere locos & uuluã dici, idemq; eſſe, ſed in reliquis animalibus uuluam tantũ non locos. Eſt autẽ uulua cõceptabulũ fœtus in aluo, dicta q fœtũ inuoluat: uterus idẽ eſt, quod uulua, idq; nõ ſolũ in mulieribus, ſed etiã in reliquis animalibus. Plin. in viij, de aſinis loquens. Sed incõtinens uterus urinã genitalem reddit, ni cogatur in curſum uerberibus, à coitu. Vuluam lautæ fuiſſe gulæ cõſtat. Orat. in Epiſtolis Obeſo Nil melius turdo: nil uulua pulchrius ampla. *Offas.*] Id eſt, fruſta carnis, & fœtus immaturos. Nam offam appellamus quicquid in tumorem creſcit. unde Iuuen. in ultima Satyra. Et nigram in facie tumidis liuoribus C offam, offam porcinã cum cauda, offam penitã dicebant. Plinius appellat offas amygdalas contuſas, & in unum conuolutas his uerbis: Amygdalinum oleum, quod aliqui uocant neopum, areſactis & in offam contuſis exprimitur. Et in xiij. cap. x. Purgatũ enim pomum tundunt, ſeruantq; ceteros offas. *Similes patruo.*] Domitiano, qui (ut dictũ eſt) eam inceſtauerat. *Nónne igitur.*] Senſus eſt, Merito inquit flagitioſi & ſcelerati cõtemnunt illos, qui cum ſint uitioſi, diſsimulata morũ turpitudine repræſentant Scauros uiros graues & ſeueros: nam ubiq; à ſcriptoribus pro uiris ſeueris & grauibus ponũtur. Iuu. Satyra xi. Quũ tremerẽt autẽ Fabios, durũq; Catonẽ, & Scauros, & Fabricios, rigidiq; ſeueros Cenſoris mores etiam collega timeret. M. enim Aemylium Scaurum ſummæ integritatis extitiſſe illud declarat apud Plin. q à Vario tribuno plebis poſtulatus, quaſi ſocios & Latiũ ad arma coegiſſet, reſpõdit. Scaurus negat, utri potius credendum putatis: poteſt etiam hic locus referri ad hiſtoriam. Nã ut ſcribit Saluſtius, Aemylius Scaurus ex omnibus cõiuratus nobilis homo fuit, impiger factioſus, auidus potẽtiæ, honoris, diuitiarũ: cæterũ callide uitia occultãs, ut ſit, nõne uitioſi hi cõtemnunt iure fictos Scauros, id eſt improbos & ſceleratos, qui uitia ſua nõ aliter occultant, q̃ M. Aemylius Scaurus occultauit. *Vitia ultima.*] Id eſt homines extremorũ uitiorũ per Hypallagen. *Caſtigata*] Ab ijs qui præ ſe ferũt quandã morũ ſanctitatẽ. *Remordẽt.*] Cõtra mordẽt: ſumptũ à canibus, qui alieno laceſsiti morſu, remordẽt. *Nõ tulit.*] Satis D urbane poeta inducit mulierẽ, quæ uirorũ uitia inſectetur. *Laronia.*] Mart. Laroniam oſtendit fuiſſe diuitẽ & uiduam. Abnegat & retinet noſtrũ Laronia ſeruũ, Reſpondens orba eſt diues, anus uidua. *Clamantẽ toruũ.*] pro torue, nomen pro aduerbio. *Lex Iulia.*] Hoc enim clamabat quaſi adulteria &c. flagitia ſibi diſplicerẽt. Erat enim ut dictũ eſt, lex Iulia lata ab Iulio Cæſare: quæ temeratores (ut modo diximus) nuptiarũ ferro puniebat. *Dormis?*] Quę nõ excitaris ad coercẽdos adulteros. *Ad quẽ.*] Intellige clamantẽ. *Subridens.*] Parũ ridens uelut indignabũda. Nã ſub in cõpoſitione plerũq; parum ſignificat, ut ſubtriſtis, id eſt aliquantulũ triſtis. Subiratus paululum iratus. Perſius, Subriſit molle puella. *Subridens.*] Subaudi ait. *Felicia tempora*] Ironicos dictũ.

Opponũt.] Tanq; qui obſtes uitijs. *Habeat iam Roma pudorẽ.*] Iã pudore inquit Roma uincatur ne quid turpe faciat, quum exemplũ habeat tam probatorũ uirorũ: eſtq; per ironiã pronunciandũ. C. Eſt autẽ pudor, ut Ariſtoteles in Eth. definit, metus quidã, dedecoris & infamiæ. S. *Tertius è cœlo.*] Licet plures, ut præclare docet Gellius, fuerint Catones, duo tamẽ magni fuere nominis, ut grauiſsimi & ſeueriſsimi, Cato Cẽſorius, qui libros De re ruſt. ędidit, & Cato qui poſt mortem Vticẽſis eſt cognominatus. recte igitur hũc per ironiã appellat tertiũ, tanq; grauẽ & ſeuerũ cenſorẽ: quaſi cælitus demiſſum in terras. Cenſoriũ aũt Catonẽ oſtẽdit Sen. ad Luciliũ nõ minus reip. fuiſſe utilẽ, q̃ Scipionẽ, alter eñ cũ hoſtibus noſtris bellũ, alter cũ moribus geſsit. *Sed tamẽ unde.*]:

Hac

Hæc interrogatio illuc tendit, ut oſtendat illum eſſe nequiſſimũ: quando more cinædorũ & mol-
lium unguentatus ſit. *Opobalſama.*] Odores precioſiſsimos ex ſucco balſami: opobalſama enim A
dicũtur ſucci balſami. opos enim ſuccũ ſignificat. Xylobalſamũ autem appellatur lignũ balſami.
Xylon enim Græce lignũ ſignificat Latine. Carpobalſamũ fructus. Carpos eñ fructũ ſignificat. Ar
bor ipſa balſamũ dicitur, quæ ut docet Plin. inciſa uitro, aut lapide, oſſeisue cultellis ſuccũ emittit,

Hæc emis: hirſuto ſpirant opobalſama collo
Quæ tibi: ne pudeat dominum monſtrare tabernæ.
Quod ſi uexantur leges ac iura, citari
Ante omnes debet Scatinia. reſpice primum
Et ſcrutare uiros: faciunt hi plura, ſed illos
Defendit numerus, iunctæq; umbone phalanges.
MAGNA inter molles concordia: non erit ullum
Exemplum in noſtro tam deteſtabile ſexu.
Tædia non lambit Cluuiam, nec Flora Catullam.
Hiſpo ſubit iuuenes, & morbo pallet utroq;.

qui omnibus odoribus præfertur:
& uni terrarũ Iudeę arbor cõceſſa.
Hirſuto.] Hiſpido, & piloſo, ad
diſſimulandũ mollicię. *Dominũ*]
pharmacopolã. *Tabernæ.*] Offi
cinæ unguẽtariæ: quas Græci my-
ropolia appellant, dicta taberna,
ꝙ tabulis claudatur. unde & taber
nacula dicta ſunt, & inde cõtuber-
nales. *Ne pudeat.*] Ironice dictũ,
& geſtu adiuuandũ. *Quod ſi uexẽ-
tur leges.*] Sẽſus eſt, ſi exiſtimas, in B
quit, ut grauis cẽſor, leges eſſe citã-
das in adulteria, in primis lex Sca
tinia eſt citãda: quæ lata fuit cõtra eos, qui muliebria patiebãtur: nam poeta tota ſatyra inſectatur
tale genus hominũ, ut ſpurciſſimũ, qui lege Scatinia puniebãtur, quã Scatinius quidã Aricinus tu
lit, cuius ita meminit Cic. in tertia Philippica. Quod autẽ municipiũ nõ contemnit is, qui Aricinũ
tantopere deſpicit, uetuſtate antiquiſsimũ: hinc Voconiæ, hinc Scatiniæ leges. Eius legis ſic memi
nit Auſonius ſcribẽs in mollem & effœminatũ. Scatiniã metuens, nõ metuit Ticiam. Lege Scatinia
quoſdã ex utroq; ordine cõdemnauit Domitianus. autor Tranquillus. Alij cõtra pedicones ſta-
tutã falſo cõtendunt, nomẽq; accepiſſe ab eo C. Scatinio, qui autore Valerio libro ſexto uim filio
Marcelli inferre auſus eſt, & accuſante patre damnatus. Nam leges nomẽ accipiũt à latoribus, non
autẽ à reis & ſontibus. Et tota indignatio poetæ eſt in molles & patientes muliebria. hanc pœnam
ſtatuebat lex Scatinia, ut qui ingenuũ ſtupraſſet, ſeſtertiũ decem milia exolueret. *Leges ac iura.*]
Lex à iure ciuili hoc modo differt, ut lex ſit tanquã iuris ciuilis mater. Nã ut ſcribit Papinianus ius
ciuile eſt, quod ex legibus, plebiſcitis, ſenatuſcõſultis, decretis principũ, auctoritate prudentiũ ue-
nit. Iuris præcepta hęc ſunt honeſte uiuere, alterũ non lædere, ius ſuũ unicuiq; tribuere. Ius autore
Celſo, eſt ars boni & æqui. Ius nõnunquã pro neceſsitudine cũ dicimus, ueluti eſt ius cognatio- C
nis, uel affinitatis. De iure aũt multa in Digeſtis lib. i. Lex aũt eſt, ut diffinit Ariſt. in Rhet. ſuis, cõmu
nis ciuitatis cõſenſus, qui ſcriptis præcipit, quõ unumquodq; agendũ ſit. Nam ut ſcribit Modeſti
nus: Virtus legis eſt imperare, uetare, permittere, punire. C. *Faciunt hi plura.*] Plura peccant, &
plura committunt. S. digna reprehẽſione ꝙ mulieres. *Sed illos.*] Occurrit tacitę quæſtioni.
poſſet enim dicere: quare non puniuntur, ſi plura ſcelera cõmittunt. reſpondet illos defendi, quia
multi ſint, & alterum alterius uicinum occultare. nam quod malo exemplo fit à multis, ſolet im-
punitum eſſe, & quodammodo deſinit eſſe probri loco commune maledictum, malefactum úe.

Phalanges iunctæ umbone.] Sumpta eſt translatio à re militari, in qua pedites ſe inuicem tuentur
ab hoſte. Nam phalanx, ut à Seruio diſſentiamus, non eſt, ut ipſe exponit, legio lingua Macedo-
nica, licet per quandam ſimilitudinem apud Vergilium in ſecundo ita accipiatur. Et iam Argiua
phalanx: ſed proprie phalanx eſt, quum pedites ita ſe inſtruunt aduerſus hoſtem, ut pares om-
nes connexis ſcutis impetum faciant in hoſtes. Vnde ſæpe Cæſar in Commentarijs facta phalan-
ge. Sed quia hoc primum fuit à Macedonibus inuentũ, ut ſcribit Liuius libro tertio, De bello Ma-
cedonico, Ideo phalanx uocabulũ eſt Macedonicũ, uerba ſunt Liuij. Et cohortes inuicẽ ſub ſignis,
quæ cuneum Macedonum (phalangem ipſi uocant) ſi poſſent ui perrumperẽt, emittebat: unde &
Vegetius libro quarto De re militari oſtendit phalangem conſtructionem quãdam eſſe militum: D
quam modo cuneatam modo quadratam appellat, quæ inſtar cunei & quadratæ formæ compo-
ſita in hoſtem progrederetur. Quintus etiam Curtius huius rei ſic meminit. Macedones phalan-
gem uocant peditũ ſtabile agmen, quũ uir uiro, arma armis conſerta ſunt. Plin. libro ſeptimo ait
phalanges ſignificare fuſtes quibus Afri prælium cõtra Aegyptios primi fecerunt. Phalangis ſiue
phalangiũ (nam utrunq; dicitur) eſt autore Plinio genus aranei. *Vmbone.*] Hoc loco, ſcuto. Vm
bo autẽ proprie pro media parte ſcuti eminẽtiore capitur. *Non erit ullum.*] Non inuenies, inquit,
rem tam nefandã in ſexu fœmineo, ut mulier mulierẽ ineat, quod inter uiros frequenti eſt in uſu:
carpit tamẽ Iuuen. alibi Laupheam & Medulinã, ꝙ tribades eſſent inter ſe. Lenonũ ancillas poſita
Laupheа corona Prouocat, & tollit pẽdentis præmia coxæ: Ipſa Medullinæ frictũ criſantis adorat:
Tale monſtrũ libidinis dicitur Sapho excogitaſſe, unde maſcula eſt appellata. Orat. in Epiſtolis,
Temperat Archilochi muſam pede maſcula Sapho. *Tædia nõ lambit Cluuiam.*] Fellatorem notat,
qui & lambere & lingere alterum dicitur. Mart. Lingas non mihi, nam proba & puſilla eſt. Mulie-
res etiam id turpitudinis exercuerunt. Philœnen enim notat Mart. Vndenas uorat in die puellas.

Hiſpo ſubit iuuenes.] Nomen fictum, infamis cuiuſdã. *Subit iuuenes.*] Vtrum ad fellãdum, an ut
ineatur à draucis. *Vtroq; morbo.*] Vtraq; turpitudine nefandã, quum & fellaret, & pedicaretur,

A *Nunquid nos agimus.*] Adeo inquit impudentes eſtis, ut officia etiam muliebria uſurpetis, quod nos non facimus. Nam nos cauſas in foro, quod ueſtrum eſt, non agimus. Id enim turpiſsimum habebatur in mulieribus. Vnde impudẽtiæ notãtur Aphrania Licinij Buteonis uxor, & Calphurnia, & Ameſia, quòd cauſas egerint, ut ſcribit Valerius. Cauſas negotia forẽſia, & lites. C. *Ciuilia iura.*] Nunquid nos (inquit mulier aliqua) nouimus ciuilia iura. Nam quod quiſq; populus

Nunquid nos agimus cauſas? ciuilia iura
Nouimus? aut ullo ſtrèpitu fora ueſtra mouemus?
Luctantur paucæ, comedunt colliphia paucæ.
Vos lanam trahitis, calathiſq; peracta refertis
Vellera: uos tenui prægnantem ſtamine fuſum
Penelope melius, leuius torquetis Arachne,
Horrida quale facit reſidens in codice pellex.
Notum eſt, cur ſolo tabulas impleuerit Hiſter

ipſe ſibi ius conſtituit, (ut iuriſperitus definit) uocatur ius ciuile, quaſi ius propriũ ipſius ciuitatis. S.

Fora ueſtra.] Tria enim erãt fora, ubi iura reddebãtur. Papinius in Syluis. Nec ſaltem tua dicta continentem, Quæ trino iuuenis foro tonabas. Mart. Lis te biſdecimę numerantẽ frigora brumæ, Conterit una, tribus Gargaliane foris. De quibus ſic Tranq. in Aug. Fori ex-
B truendi cauſa fuit hominũ & iudiciorũ multitudo, quæ uidebatur, nõ ſufficientibus duobus, etiã tertio indigere, horũ primũ appellatum eſt Romanũ, uel uetus. alterũ extruxit C. Cæſar. Papin. in prima Sylua. Cæſarei ſtat ſede fori. Tertium, ut dictum eſt, erexit Auguſtus, cũ æde Martis ultoris Mart. in octauo. Foroq; triplici ſparſus ante equos omnis, id eſt ante omnes iudices, qui ex equeſtri ordine eligebantur. Idem in tertio ad Sextum, Cauſas inquis agam Cicerone diſertius ipſo, Atq; erit in triplici par mihi nemo foro. Dicta autem fora à ferendo, quòd eò lites ferantur. Fora item appellamus loca, ubi res uenales exponuntur. Vnde dicimus forum frumentarium, forum olitorium, forum uinarium, ubi frumenta, olera, & uina uenduntur. *Luctantur paucæ.*] Si forte inquit acciderit ut mulieres luctentur, paucæ tamen luctãtur. neq; enim negare potuit. nã alibi à Iuuenale notãtur, Endromydas Tyrias, aut fœmineũ ceroma, Quis neſcit? aut quis nõ uidit uulnera pali? Quem cauat aſsiduis ſudibus ſcutoq; laceſsit. *Colliphia.*] Id eſt panes luctatorũ ad confirmanda membra. κῶλον enim membrum ſignificat, ἶφι robur. aliqui dicunt à κόλλιξ, qui eſt panis ſubcinericius. Plautus in Perſa. Colliphia mihi ne incocta detis. *Vos lanam trahitis.*] Aut carminatis, aut è colo ducitis. *Vellera.*] Lanæ dicuntur & lanicia à uellendo, & laniando, eo q; ante inuentã tonſurã ex oue laniarentur uellerẽturq;. *Calathis.*] Dictio eſt Græca, apud nos nõ ſolum ſignificat calicem uinariũ. ut illud Verg. Vina nouum fundam calathis Aruiſia nectar. Et in
C diſtichis Martialis calathi loquũtur, Nos ſatyrus, nos Bacchus amat, nos ebria Tigris, Perfuſos domini lambere docta pedes: ſed etiam pro genere ciſtæ ponitur ut hoc in loco. Et Vergilius in Bucolicis. Tibi lilia plenis Ecce ferunt nymphæ calathis. *Melius Penelope torquetis.*] Superatis inquit nendo Penelopen ipſam, & Arachnem. utraq; enim lanificij opere laudatur. Penelope Icarij & Polycaſtæ filia uxor Vlyſsis, ſummæ pudicitiæ exemplo fuit ſeculo ſuo, lanificio & telam texendo abſentiam & mariti deſiderium ſolabatur, & procos fruſtrabatur, quibus, ut tradit Homerus in Odyſſea, promittebat ſe in matrimoniũ traditurã, quum abſoluta eſſet tela. Sed quod interdiu texuerat, noctu retexebat: quod tetigit Ouid. Nec mihi querẽti ſpacioſam fallere noctem, Laſſaret uiduas pendula tela manus. *Arachne.*] Puella fuit Lyda, quæ, ut ferũt fabulę, in lanificio cum Pallade certauit, & quũ dea forte ſuperaret, ab ea in araneam eſt cõuerſa. Hæc autore Plinio, linũ & retia inueniſſe fertur, filius uero Cloſter fuſum. *Horrida.*] Inculta. *Quale.*] Scilicet ſtamen.

Facit pellex.] Nam pellices, quũ ſenuerint, ab amatoribus deſertæ ad ſtamina, lanificiũq; ſeſe accõmodant uictum quæritantes. Vnde Oratius in Odis de turpi anu, Te lanæ prope nobilem Tõſæ Luceriam nõ cytharæ decent. Pellex proprie appellatur illa, quæ cõſuetudinem adulterij cũ eo habet, cui ſit uxor, diciturq; pellex non tantũ uiri, quantũ etiam uxoris. unde Saluſtius in Ciceronem, Filia matri pellex, ubi iucũdior atq; obſequẽtior quàm parẽti par eſt. Dolobella, ut ſcribit
D Suetonius obijciens Cæſari, q Nicomedi ſe obſcœne ſummitteret, eum appellat pellicem reginæ. à pellice fit pellicatus, ſicut à concubina cõcubinatus. *In codice.*] Id eſt uili ſcamno, id eſt trunco. Nã, ut ſcribit Theophraſtus, ea pars arboris, quæ terræ inhæret, radix uocatur, ſupra radicem uſq; ad ſcamnũ arboris codex, ſiue caudex & trũcus dicitur: ex ſcamno exeũt rami, ex ramis ſurculi. C. At ego exiſtimo ſatyricum, codicis nomine συμβολικῶς & operte, robur intellexiſſe, in quo meretricula iam annoſa, ob perpetratũ ſcelus fuerit impacta, atq; inibi nẽdo uitam tolerare ſolita ſit. Huc etiã reſpexit Propertius, cũ inquit, Noſtraq; quod Petale tulit ad monumẽta coronas, Codicis immũdi uincula ſentit anus. Itẽ Plautus in Pœnulo, codicẽ robuſtũ uocat. Erat aũt locus in carcere, robur, in quẽ demitti ſeu potius præcipitari malefici ſolebãt, quo tutius & fœdius haberẽtur. quale fuit Tullianũ illud Romæ de quo Salluſtius & Cicero. Equidẽ arbitror robore etiã ueteres ſignificaſſe cõpedes ligneas ex robore fiſſo factas, quas hodie Cippos appellãt. uide Cal. Rhodig. lib. vij. cap. viij. S. *Notũ eſt cur ſoli*] Satis uerecũde Laronia eos inſectatur, qui draucis abutebãtur, qualis fuit Hiſter Pacuuius, qui captatiõe teſtamẽtorũ locupletatus, libertũ draucũ ſuũ reliquit heredẽ. de Hiſtro alibi poeta. Mora nulla per Hiſtrũ Pacuuiũ, qn illud ebur ducatur ad aras. Scimus inquit quare Hiſter Pacuuius libertũ ſuũ reliquerit ſolũ heredẽ. *Tabulas*] ſ. teſtamẽti. Nã tabulę numero plur. dicũtur, quibus cõtinentur cõtractus, & cõuenta, ut tabulę dotis, tabulę uẽditionis

tionis,tabulę emptionis,& teſtamenti.A tabulis fit tabulariũ & tablinum,quorum utrunq; ſignat locũ,ubi actus publici cõuenentur.De quo eſt apud Verg.in Georg.Inſanumq; forũ,aut populi tabularia uidit.Plin.lib.xxxv.cap.ij.Tablina codicibus implebãtur,& monumentis rerum in magiſtratu geſtarum.dicimus autẽ tablinũ, ſicuti figlinum,quod Græci pinacothecam appellant:differentia tamen illa eſt quòd in pinachotecis tabulæ pictæ,in tablino rerũ,ut diximus,in magiſtra- A

Liberto,dederit uiuus cur multa puellæ.
Diues erit,magno quæ dormit tertia lecto.
Tu nube,atq; tace:donant arcana cylindros.
De nobis poſt hæc triſtis ſententia fertur.
DAT ueniam coruis,uexat cenſura columbas.
Fugerunt trepidi uera ac manifeſta canentem
Stoicidæ:quid enim falſi Laronia? ſed quid
Non facient alij, cum tu multitia ſumas
Cretice? & hanc ueſtem populo mirante,perores
In Proculas,& Pollineas? eſt mœcha Labulla.
Damnetur ſi uis,etiam Carphinia,talem

tu geſtarum monumenta continebantur. De extructione tablini & pinacothecę Victruuius lib.vi.capite quarto. *Cur multa puellæ.*] Id eſt uxori ſuæ adoleſcenti,ut ſcilicet turpitudinem taceret. *Diues erit magno*] illa inquit ingentia munera conſequetur à marito, quę tacebit,quum is à draucis inibitur.

Tu nube.] Cum indignatione dictum,quaſi puellæ audius uirorũ ſceleribus matrimoniũ aſpernentur. *Cylindros.*] Lapillos eſſe oblongos ad ornatũ mulierũ oſtendit Plin.xxxvij.cap.ſexto. Loquẽs de Beryllis,qui mira longitudine placebant,& ſetis elephantorũ religabantur:ait enim ſic. Cylindros quidam ex his facere malunt q̃ gemmas,quoniam eſt ſumma cõmendatio in longitudine. Quidam quod angulos putant ſtatim naſci,& perforatos gratiores fieri medulla candoris exempta,additoq; auro repercuſſa,aut omnino caſtigata cauſa perſpicuitatis, ad craſsitudinem.Cylindros autem appellant,quòd formati ſint ad ſpeciem cylindri id eſt columnellæ, qua area æquari ſolet.Verg.in primo Georg.Area tum primum ingenti eſt æquanda cylindro,nomen autem accipità uolubitate, nam κυλίνδω idem eſt quod uoluo. *Poſt hæc.*] Scelera ueſtra, quum deberetis uos ipſi de uobis ſumere ſupplicium. *Cenſura.*] Animaduerſio & punitio,nam cenſores moribus ciuitatis præerant. *Coruis.*] Sceleratis,impuris,& ſpurcis,quales habentur corui,qui fœda ſequuntur,& qui ore coire dicuntur.Martialis,Corue ſalutator, quare fellator haberis. *Colũbas.*] Simplices & bonos,quales ſunt columbæ,ut ſit ſententia catholica. *Stoicidæ.*] Impuri & flagitioſi,qui præferebant Stoicorũ integritatem,& more Stoico de uirtute diſputabant contendentes,uirtutem ſolum bonum eſſe,dicti ἀπὸ τῆς στοᾶς, id eſt porticu.Zeno enim in porticu Athenis primus cœpit docere,ad quẽ audiendum diſcipuli eo confluentes,quum antea Zenonij dicerentur,poſtea ab ipſa porticu Stoici ſunt appellati,de qua porticu intellexit Perſius noſter. Quæque docet ſapiens braccharis illita Medis,Porticus inſomnis.ubi pluſcula de porticu diximus. *Stoicidæ.*] Forma patronimica,ſicuti Priamidæ,in prima declinatione. *Quid falſi.*] Subaudi dixit. B C

Sed quid.] Hoc etiam in mollicięm uirorum dicit poeta quos,uel orãtes in impudicitiam mulierum non pudebat ueſtes tenuiſsimas induere,ut corpus etiam perluceret. Vnde Plinius in reprehenſionem tantæ molliciei ſic ait.Nec puduit has ueſtes.ſ.bombicinas,etiam uiros leuitate uſurpare, propter onera æſtiua,in tantum à lorica gerenda diſceſſere mores, ut oneri ſint etiam ueſtes.Ait ergo poeta,mulierum impudicitiam accuſas? quum ipſe tu multo magis ſores condẽnandus,qui ea mollicie alijs ſis futurus exemplo? *Non facient alij.*] Argumentũ à maiori ad minus. *Multitia.*] Veſtes tenuiſsimas dictas à mollicie,ut quibuſdam placet:ut alijs uero à mulcendo,q mulcerẽt & gratæ eſſent tenuitate ſuã : bombicinas autem uidetur intelligere, de quibus ex Plinij autoritate diximus,Nam Bombices telas aranearum modo texunt ad ueſtem luxumq; fœminarum:quæ bombicina appellantur,tantæ tenuitatis ut denudet fœminam ueſtis bombicina. De ueſtibus multitijs ſic meminit Flauius Vopiſcus in Aureliano ſcribente præfecto ærarij. Dabis ad æditionem Circenſium tunicas multitias uiriles decem,lineas Aegyptias uiginti . Mantilia Cypria paria duo. *Cretice.*] A Creta,quæ primam habet ſyllabam longam. C. Nam Critice,à Criſi,id eſt à iudicio eſt breuis prima,ut eſt apud Horatium libro ſecundo,Epiſtola prima, Vt Critici dicũt leuiter curare uidetur.Apud Martialem autem Cretice, nomen eſt proprium:Aequalis liber eſt Cretice qui malus eſt,libro ſeptimo.Ergo,aut Creticum. S. Intelligit Aeacum de quo ille.Quas torqueat umbras Aeacus,ut ſit ſenſus.Quid nõ faciẽt alij,quũ tu,qui tanq̃ Aeacus iudex & cognitor uitiorũ ſumas tales habitus ueſtiũ. poſſet etiã referri ad unũquenq; primariũ Romanorum,quẽ per Metellũ Creticum deſignaret,ut ſit ſenſus,quid nõ facient alij,quum tu ex primarijs & principibus ciuitatis ſumas tales ueſtes.Nam Metellus Creticus is fuit, qui Cretã Romano imperio adiecit. *Perores*] Oratiõe urgeas,nã peroratio fit in fine orationis,qua maxime aduerſarius urgetur. *In Proculas & Pollineas*] .ſ.in adulteras Proculæ.Pollineæ ſimiles. *Et mœcha Labulla*] Sẽſus eſt,Labulla & Carphinia,quæ adulterę ſunt,ſi adulterij admiſsi cõuincantur in iudicio, maius tamẽ præ ſe ferẽt honeſtatis ſtudiũ. nõ eñ talẽ ſumẽt togã,ut indecentẽ ornatũ.mulieres eñ cõuictæ adulterij,cogebãtur toga uirili indutæ in publicũ procedere.autores ſunt Porphy.& Aſc. unde Orat.in Serm.Quid intereſt,in matrona ancilla peccesue togata. cõtrà uero ſtola erat matronarũ. *Damnetur.*] Cõuincatur adulterij. *Talem togã.*] Tã tenuẽ ueſtẽ,qualia ſunt multitia tua. D

Sed

A *Sed Iulius ardet.*] Introducit Creticum excuſantẽ turpem ueſtitũ. *Nudus agas.*] Verba poetæ.i.nudus eas,ſi te calor urget.quaſi innuat non minus turpe eſſe,tali corporis amictu, ꝙ nudum agere. *Minus eſt inſania turpis.*] Reſpõdet ijs qui poſſent dicere,illũ iudicatũ iri inſanũ,qui nudus ambulauerit.Ait ergo poeta,Inſania,minore eſt digna reprehẽſione,ꝙ talis ornatus. *En habitum.*] Indignãtis ſunt uerba poetæ, & inſultãtis,quaſi dicat,o ꝙ dignus habitus,in quo te ſpectarẽt priſci Romani illi,qui agricolaudõi intẽti erãt,&qui paucis annis ante uictores ꝑ rep . crudelia uulnera acceperẽ.oꝗ riderẽt te.ut oſtẽdat illũ fuiſſe futurũ ludibrio & priſcis Romanis,&qui paulo ante ſua tẽpora pro repub.multa præclara feciſſent. *Modo uictor*] i.paucis annis ante.i.noſtris fere tẽporibus,ac ſi dicat noſtra ætate. *Vulneribus crudis.*] Id eſt per cruda uulnera uiB ctor.i.aſpera & crudelia,nã à crudo ſit crudelis. *Illud uulgus montanum.*] rudis ille populus,qui priſcis fuit tẽporibus,qui ceſſanubus bellis agriculturã exercebat, ut de Quintio Cincinato legitur,& alijs ciuibus Romanis. *In corpore iudicis.*] Argumentũ eſt à minore ad maius. quaſi dicat, ſi mulutia teſtẽ

Non ſumet damnata togam.ſed Iulius ardet,
Aeſtuo.nudus agas,minus eſt infamia turpis.
En habitum,quo te leges,ac iura ferentem
Vulneribus crudis populus modo uictor,& illud
Montanum poſitis audiret uulgus aratris.
Quid?non proclames,in corpore iudicis iſta
Si uideas?quæro an deceant multitia teſtem.
Acer,& indomitus,libertatisq́ magiſter
Creticepelluces. DEDIT hanc contagio labem,
Et dabit in plures:ſicut grex totus in agris
Vnius ſcabie cadit,& porrigine porci,
Vuaq́ conſpecta liuorem ducit ab uua.
Fœdius hoc aliquid quandoq́ audebis amictu.
NEMO repente fuit turpiſsimus.accipient te
Paulatim qui longa domi redimicula ſumunt

nõ decẽt,multo minus iudicẽ decebũt.Nam quãto quis excellẽtior eſt,tanto magis eũ decet honeſtatis eſſe cultorẽ.& tanquã cæteris uirtutis ſpeculũ. *Quæro an deceãt*] Quaſi dicat nõ decent,ſi ergo nõ decẽt teſtẽ,minus cõueniunt iudici. *Acer & indomitus*] Inſultat ſæpe poeta molli uiro. *Libertatisq́ magiſter*] qui uideatur morũ grauiſsimus cẽſor,& qui in libertatẽ uelit aſſerere flagitioſos Nã de animi libertate intelligit,nõ corporis. *Pelluces*] Trãsluces,cõpoſitio eſt à per & luceo,ſed mutatur r in l.dicimus etiã Perluceo. *Dedit hãc cõtagio labem*] Sũpta eſt translatio à peſtilenti animali,cuius cõtactu & cõſuetudine reliqua animalia facile cõmaculantur.Ergo uitia,inquit,aliena C in te hanc labẽ deduxerũt,& plures in dies deducẽt.Vnde Sen.de Trãquillitate uitæ.Serpũt em̃ uitia & in proximũ quẽq́ tranſiliũt,& contactu nocẽt.unde & contagiũ dictũ eſt,& cõtagio,& cõtages.eſt aũt morbus qui cõtactu facile cõtrahitur. *Labẽ.*] Maculã & uitiũ. Labes proprie dicitur in ueſtimẽtis,ſed per translationẽ uitia quoq́ animi labes appellamus. *Sicut grex*] Ita,inquit,uitia ſerpẽt in unũquenq́ ut porrigine unius porci reliquus grex cõtaminatur.Qui parũ cõſiderate loquũtur,dicũt gregem tantũ de minoribus intelligi animalibus:quũ conſtet gregẽ nõ ſolũ de omni animaliũ genere,ſed etiã de hominib.dici.Terẽt.Vt me in gregẽ ueſtrũ recipiatis. Et alibi Iuuen.Cũ grege Chaldęo.Sen.ad Luciliũ.Elephantorum gregẽ excelſiſsimus ducit. *Scabie.*] Scabies autore Celſo,eſt durior cutis rubicũda,ex qua puſtulæ oriũtur quędã humidiores,quędã ſicciores.Exit ex qbuſdã ſanies fitq́ ex ijs cõtinuata exulceratio pruriẽs,ſerpitq́ quibuſdã cito,atq́ in alijs quidẽ ex toto deſinit in alijs uero certo tẽpore anni reuertitur. quo aſperior eſt, quoq́ prurit magis,eo difficilius tollitur. *Porrigine*] Eſt aũt porrigo morbus,quo nõ ſolũ porci, ſed & homines infectãtur,de qua ſic Corn.Celſus,Porrigo eſt,ubi inter pilos quædã quaſi ſquãmulæ ſurgũt,hæ quoq́ à cute reſoluũtur,& interdũ madent,ſæpius ſiccæ ſunt,fereq́ id in capillo fit, rarius in barba,aliquãdo etiã in ſupercilio. *Vuaq́ cõſpecta*] Vua enim facile corrũpitur cõtactu corrupti acini. *Fœdius hoc aliquid*] Futurũ inquit eſt ut aliquid etiã in poſterũ turpius facias hoc amictu, D hoc eſt lõge etiã indecẽtius cõmittas,ꝙ quæ per turpẽ habitũ peccaſti. C. *Nemo repẽte.*] Veriſſima ſentẽtia,quã multis ſimilibus probauit.ut enim graues & periculòſi corporis morbi ex humoribus paulatim corruptis exiſtũt,ſic ex conſuetudine uitiorum paulatim homines flagitioſiſsimi fiunt,id quod de alijs quoq́ rebus licet intelligere. S. *Accipiẽt te paulatim.*] In eam turpitudinem laberis,qua inter ſe ſacerdotes Mineruæ uiuunt.Sicq́ poeta deſcẽdit in reprehenſionẽ ſacerdotum,quorũ collegium(autore Trãquillo)Mineruæ in Albano Domitianus inſtituerat, ex quo ſorte ducti magiſterio fungerentur,redderentq́ eximias uenationes,& ludos ſcenicos. Horũ epulas,luxũ,molliciem ſcenicã,& reliqua turpia inſectatur, oſtẽditq́ eos nihil differre à mulieribus colẽtibus Bonam deam,aut à ſacerdotibus Cotyttia celebrãtibus:guláq́ eorum maxime reprehẽdit,qui lautiſsimę epularentur.Vnde & à Martiale Dapes lautæ Albanæ appellantur.Deniq́ indignatur ex ſacerdotibus quendam cornicini,cuius opera in ludis illis Albanis utebãtur, nupſiſſe. Omnis ergo poetæ fremitus eſt in turpitudinem & molliciem ſacerdotum Albanorum. *Accipient te.*] Scilicet in conſortium ſuum. *Qui longa domi redimicula.*] Oſtẽdit eos à mulieribus non eſſe abſimiles,quæ celebraturæ ſacra Bonæ deæ ſumunt redimicula, id eſt ornamenta & uincula capitis cõuenientia ſexui muliebri,& monilia aptant collo.Idem, inquit,faciunt iſti ſacerdotes in Albano ut more mulierum ſacrificia colant Bonæ deæ, & quod proprium eſt mulierum ſibi uſurpent

pent. Nam ſacra Bonæ deæ fiebāt, ut ſcribit Plutarchus in uita Ciceronis & Cæſaris, quotannis in domo Maximi pontificis pro ſalute populi Romani. Iis nemini uiro intereſſe licebat, à mulieribus tantū celebrabantur. Vnde Cicero in Oratione in P. Clodiū ſic, Hominemq; eum qui puluinaribus Bonæ deæ ſtuprū intulerit, eaq; ſacra, quæ uiri oculis, ne imprudentis quidem aſpici fas eſt, non ſolū aſpectu uirili, ſed flagitio ſtuproq; uiolarit. Alij tamē ita interpretātur, nō quòd Bonā deam illi ſacerdotes colant, ſed q illorū ritus & ludi ſcenici nihil pene differāt à ſacris Bonæ deæ, quæ mulieres operātur. Deam autē bonam etiam Maiam & Terram dixere, eandēq; etiam Faunā, Opem, & Fatuā. Bonam, q omniū nobis ad uictū bonorū cauſa eſt: Faunā q omī uſui animantiū fauet: Opē, q ipſius auxilio uita cōſtet: Fatuā à fādo, q infantes partu ędiri nō prius uocē ędunt, q̄ attigerint terrā. A

Frontibus, & toto poſuere monilia collo:
Atq; Bonam teneræ placant abdomine porcæ,
Et magno cratere deam: ſed more ſiniſtro
Exagitata procul non intrat fœmina limen.
Solis ara deæ maribus patet: ite prophanæ
Clamatur: nullo gemit hic tibicina cornu.
Talia ſecreta coluerunt orgia tæda

Atq; Bonam.] Ordo eſt. Atq; placāt Bonam deam. *Abdomine teneræ porcæ.*] Omnia, inquit, in ſacris Bonæ deæ faciunt, quæ ad eius cultū pertinent, Nam ſus prægnans ei, ut ſcribit Macrobius, mactabatur, quæ hoſtia propria eſt terræ. *Abdomine.*] Id eſt ſumine. Plin. in xi. cap. xxxvij. ait, antiquos uocauiſſe abdomē quod nūc ſumē. *Magno cratere*] Nam in ſacris eius erat uas uini, quod mellariū appellabatur, & uinū lac dicebatur. *Sed more ſiniſtro.*] Sed in his ſacris cōtrario ſe gerūt ritu. Nam quū ſacra à mulieribus tantū celebrentur, ipſi contra ritum ſacrorū eas excludunt, & ſoli inter ſe molles & effœminati celebrāt. *More ſiniſtro.*] More cōtrario, quum à mulieribus ſoleant excludi mares, ita ut ne effigies quidē maris in eo loco ſit fas cōſpici. Nam & picturæ mariū uelis integebātur. unde alibi, Teſticuli ſibi cōſcius unde fugit mus. Varro enim tradit, eam adeo pudicam fuiſſe, ut extra Gynæceū nunquā ſit egreſſa, nec nomē eius in publico fuerit auditum, nec uirum unquā uiderit, uel à uiro uiſa ſit: propter quod nec uir templum eius ingreditur. *Ite prophanæ clamatur.*] Iubent, inquit, magno clamore mulieres abeſſe. B

Prophanæ.] Sacer & prophanus uocabula ſunt cōtraria. Sacrū enim eſt (ut Trebatius libro primo, De religionibus refert) quicquid eſt quod deorū habetur. unde Vergilius, huius diffinitionis memor, ubi ſacrum nominauit, admonitionē deorū pene ſemper adiecit. Sacra Dodonææ matri, diuiſq; ferebam. Item ſacra Ioui Stygio quæ rite incepta paraui. Prophanum omnes pene cōſentiunt id eſſe, quod extra fanaticam cauſam ſit, quaſi porro à fano, & religione ſecretum. unde ad Herennium, Locus quæritur celebris, an deſertus, ſacer an prophanus, publicus an priuatus: ubi liquido oſtendit uocabula eſſe oppoſita. Porphyrio exponens illud Oratij, Odi prophanum uulgus, ait prophanos eos dici, qui ſacris initiati nō ſunt, qui fanum intrare nō poterant. *Gemit hic tibicina.*] Nam in eius ſacris adhibebantur modulationes, & tibicinæ canentes cornibus. Sed hic inquit, nō ſunt tibicinæ, non ſunt mulieres, ſed uiri tantū. *Talia orgia.*] Oſtendit poeta eorundem ſacerdotū molliciē nihil differre à ſacerdotibus deæ Cotyttus, eſt enim ſenſus. Nō diſſimilia, inquit, ſunt ſacrificia quæ ſacerdotes inſtituti à Domitiano Mineruæ in Albano colunt, ab ijs, quæ feruntur ab Athenieſibus culta, quæ Cotyttia appellata ſunt. Nam Athenienſes inſtituerant Cotyttia ſacrificia peregrina ſumpta à Thracibus, quæ nocturnis peruigilationibus celebrarētur, in quibus impudica, turpiaq; multa fiebant, De quibus uidetur intellexiſſe Oratius in Epodis. Inultus ut tu riſeris Cotyttia uulgata ſacrū liberi cupidinis? Canidia enim ſaga minatur Oratio, quia talia ſacrificia ei cōmiſſa ridens diuulgauerit. Cotyttia aūt ut ſcribit Porph. ſacrū cupidinis eſſe dicitur, quia maleficia hęc, quę per inferna ſacra fiunt, ad amorē pertineāt. unde apparet & hos ſacrificos talia ſacrificia, ut impudica & ad amorē pertinentia tractare. His tribus peruigilijſq; deā Cotyttio præeſſe uoluerunt, & proinde Cotyttia nominata ſunt. unde Strabo ſic inquit: Athenieſes aūt ſicuti reliquis in rebus hoſpitū & externorū ſtudioſi perſtiterūt, ſic & in deis. externa enim multa ſuſcepere ſacra, ita ut in comœdijs cōplura, & Thracia, & Phrygia decātata ſint. Eam tamē deam alij Cotytto, alij uero Cotyn appellauere. Vnde Strabo libro x. Similia, inqt, ſunt, quæ apud Thraces celebrātur, quę Cotyttia & Bēdidia, apud quos & Orphica initiū habuerūt. Ipſam ſane Cotyn, quę Edonis colitur, & eius inſtrumēta memorat Aeſchylus. ſic & Syneſius appellat his uerbis δαίμων ἀποφαίνων τὸν ἄνδρα ἡμίγυνον αὐτίχρημα καὶ ἑταιρικὸν τῷ κότυϊ. Confidens demōſtra uirum ſemimarem ſtatim ſodalēq; Cotys. quē locum exponens Suidas Cotyn deam coli ait turpiū præſidē. Alibi tamē idē Syneſius Cotytto appellat, ubi ait Ἑρμῇ μὲν καὶ Ἡρακλεῖ τῷ παλαίστρας ἐφόρω οὐδ' εἰ κατὰ μικρὸν πρόσεστι· κοτυττοῖ δὲ καὶ τοῖς ἄλλοις ἀτίμοις Ἀττικοῖς δαίμοσιν ὑπουργεῖ· Id eſt Mercurio quidē & Herculi palæſtræ præfectis nunquam cōgruit. Cotyttoni autem, & alijs apud Atticos deſpicanſsimis adminiſtrat. quibus uerbis declarauit eum de quo agit in Epiſtola fœdiſsimis eſſe moribus, qui Cotyttoni inſeruiat. Cōtra igitur hæc nocturna Cotyttia Eupolis poeta comicus, ut referūt quidam commentatores Ariſtophanis, ſcripſit comœdiā, quā Baptas appellauit. de qua ſic Platonius meminit, ubi de comœdiarum differentijs agit: ἴσμεν γοῦν τὸν Εὔπολιν ἐπὶ τῷ διδάξαι τοὺς Βάπτας ἀποπνιγέντα εἰς τὴν θάλασσαν ὑπ' ἐκείνων, εἰς οὓς καθῆκε τοὺς Βάπτας. Scimus, inquit, Eupolim, quum Baptas fabulam docuerit ab his ipſis in mare ſubmerſum, contra quos Baptas emiſerat. Lucianus quoq; in ea oratione, quæ inſcribitur ad ineruditum C D

A ditum multos emptitantem libros,in hãc ferme ſententiam.Dic mihi,inquit,etiam ne Aeſchinis orationẽ aduerſus Timarchũ legis,an uero omnia illa ſcis,& noſti ſingula: Ariſtophanem uero & Eupolim ſubiſti,Baptas integram fabulam perlegiſti,unde etiam Probus ſic ſcribit. Baptæ comœdiã,inquit,fuit,in qua Eupolis inducit uiros Athenienſes ad imitationem fœminarum ſaltantes laſſare pſaltriam Cotytto.Cotytto apud Athenienſes pſaltria,quam effœminati colunt noctu illam adeuntes.De Baptis & Cotytto Angelus Politianus in Miſcelaneis ſuis elegantiſsime diſſeruit.

Cecropiam ſoliti Baptæ laſſare Cotytto.
Ille ſupercilium madida fuligine tinctum
Obliqua producit acu,pingitq́ꝫ trementes
Attollens oculos,uitreo bibit ille Priapo,
Reticulũq́ꝫ comis auratum ingentibus implet
Cærulea indutus ſcutulata,aut galbana raſa.

Orgia.] Proprie dicuntur ſacrificia Bacchi. ὀργάζω enim orgia celebro.unde Strabo libro decimo ſcribit ſic,Plurimi igitur Græcorũ totum cerimoniale negotiũ,quod orgia uocantur, Bacchanaleq́ꝫ, & Choricum, & ſacrorum myſteria Libero patri attribuuerunt.Cæterũ tamen orgia pro omnibus ceremoniis capiuntur.unde idem B Strabo:Cybelem præcipuo uenerantur honore,eius orgia frequentantes. *Secreta tæda.*] Id eſt myſtica face,nam noctu talia ſacrificia peragebantur. *Baptæ.*] Sacerdotes molles & effœminati,à quibus forte Eupolis denominauit comœdiã ſuã à βάπτω quod ſignificat tingo & lauo,ꝙ qui ſacris initiabantur lauarentur aqua calida primum. Ariſtophanes,primum ex ritu ueteri me lauerunt. *Laſſare.*] Nam in ſacris ſaltantes fictam fortaſſe perſonam Cotyttus laſſabant. Probus, ut diximus, ait fuiſſe pſaltriam,quam effœminati Athenienſes noctu colunt eam adeuntes. *Cotytto.*] Accuſatiuus eſt Græcus. *Cecropiam.*] Atticam à Cecrope rege,qui primus Athenienſiũ rex regnauit in Attica ante Deucalionis tempora,quem omnis antiquitas fabulata eſt, biformem fuiſſe,quia primus marem fœminæ matrimonio iunxit. *Ille ſupercilium.*] Molliciem adhuc inſectatur in iiſdem ſacerdotibus,qui more mulierum decoris eſſent ſtudioſi.ſupercilia enim fuligine denigrabant,quod ſolitum fieri oſtendit Plinius libro uigeſimooctauo, ubi ait, Capilli defluuia Vrſinus adeps,miſtoladano & lantho continet,alopeciasq́ꝫ emendat,& raritatem ſuperciliorum cum fungis lucernarum,ac fuligine,quæ eſt in roſtris earum. *Producit.*] Extendit,& emendat. *Obliqua acu.*] Calamiſtro. *Pingit.*] Oculos enim ſibi tingebant. Plinius in undecimo, Palpebræ in genis homini utrinq́ꝫ,mulieribus etiam infectæ quotidiano,tanta eſt decoris affectatio,ut tingantur oculi quoq́ꝫ.Ouidius in Arte amandi. Nec pudor eſt oculos tenui ſignaſſe fauilla: C Vel prope te nato lucide Cydne croco.per oculos igitur intellige genas,quæ inficiebantur. Vnde Diuus Cyprianus in tractatu,De habitu uirginum,de impudicis uiris ſic ſcribit:Illi docuerũt, & oculos circumducto nigrore fucare,& genas mendacio ruboris inficere,& mutare adulterinis coloribus crinem &c.ſic & Diuus Hieronymus ad matrem & filiam in Gallia commorantes ſcribit,Oculos ſtibio linit. *Ille.*] Alius ex ſacerdotibus. *Vitreo Priapo.*] Nihil,inquit,omittũt quod ad molliciem,nequitiamq́ꝫ pertineat.Nam & poculis,inquit,utuntur in conuiuio effigiatis inſtar inguinum,quam obſcœnitatem notat Plinius libro decimoquarto loquens de ebrietate.Iam uero,quæ uaſa adulteriis cęlata:tanquam per ſe parum doceat libidines temulentia:ita uina ex libidine hauriuntur.Idem etiam in prooemio libri trigeſimi tertii, his uerbis, In poculis libidines cęlare iuuit,ac per obſcœnitates bibere,panibus etiam per obſcœnitatem ſic formatis ueſcebãtur.Martialis,Si uis eſſe ſatur noſtrum potes eſſe Priapũ.Ipſa licet rodas inguina,purus eris.

Reticulumq́ꝫ.] Tegmen eſt capitis mulieris à rete dictum,ad cuius ſimilitudinem eſt factũ,quali & noſtris temporibus matronæ utuntur & aureis & ſericeis.De eo ſic Lampridius,Matronas autem regias contentas eſſe debere uno reticulo,atq́ꝫ inauribus,& Bacchato monili.genere maſculino protulit Plinius libro duodecimo, ubi de natura thuris.ſic enim ſcribit:perſona adiicitur capiti,denſuſue reticulus.Nam apud ueteres capillos puellę,aut humeris diffluentes,aut reticulo col D lectos geſtare conſueuerunt.Propertius,Nec de more comæ per leuia colla fluentes. *Scutulata.*] Id eſt ueſtes ſcutulis diſtinctas,quas Galli inſtituerunt.unde ſic Plinius, Plurimis uero litiis texere,quæ polymita appellant,Alexandria inſtituit,ſcutulis diuidere Gallia. *Cærulea*] Color Cæruleus inter uiridem & nigrum eſt,proprieq́ꝫ Thalaſsicus.unde poetæ mare reliquasq́ꝫ aquas cæruleas appellant.idem etiam dicitur color Venetus.unde Vegetius libro quarto,De re militari ſcribit,Nautas ueſte Veneta eſſe induendos,& uela nauium exploratoriarum colore Veneto eſſę tingenda,hoc eſt cæruleo.Nam ut idem,inquit Vegetius, ſimilis eſt fluctibus marinis, ita ut color cæruleus,& Venetus, & Thalaſsicus idem ſit,id eſt color ſimilis marinis fluctibus. Thalaſſan enim uocant Græci mare. *Raſa.*] Veſtimenta,quæ pilo carerent.Nam abſolutum poſitum eſt raſa,& numero plurali apud priſcos in uſu fuit,Toga raſa & pexa,quæ contrariæ erant. Nam raſa ſine pilis erat,pexa uero uilloſa.De quibus ſic Martialis,Raſam tu mihi mitte togam.Et alibi,Togamue pexam.Plinius item ſcribit,Lanam Hiſtriæ,Liburniæq́ꝫ lino propiorem quàm lanę eſſe alienam pexis,& quam ſola ars ſcutulato textu cõmendat,ita ut bene conueniat togæ raſæ,quæ ſcutulato textu conficiebatur,id eſt breuibus ſcutis diſtinguebatur. *Galbana.*] Galbanum genus eſt coloris albi,ut aliqui putant,& ſublucidi,quod mollium & delicatorũ fuiſſe oſtendit non ſolum Iuuenalis ſed & Martialis, quum hominem muliebriter indutum galbanatũ appellat. unde

etiam

etiam idem Mart. mores appellat galbinos, id eſt molles & effœminatos. Tunicam galbinã à colore galbano appellat: ſic Flau. Vopiſcus in Aureliano. Inter hęc fuit Tetricus chlamyde coccea, tunica galbina. Galbanum item, ut ſcribit Plinius libro duodecimo, arbor eſt Syriæ in Amano monte ſimilis ferulæ, reſinã producens puram & translucidam. A

Et per Iunonem domini.] Omnia inquit faciũt, quæ mulierũ ſunt: ut etiam nõ per Geniũ, ſed per Iunonem domini iurẽt ſerui. Nam placuit quibuſdam, ut autor eſt Seneca ad Luciliũ libro decimonono epiſtola cxi. unicuiq; noſtrum pædagogum dari deum: non quidem primarium, ſed hunc inferioris notæ ex eorum numero, quos Ouidius ait de plebe deos: Stoici uero affirmarunt ſingulis & Genium & Iunonem dari. unde & Plin. lib. primo, cap. ſeptimo ſic inquit. Quamobrẽ maior cœlitum populus etiam quàm hominũ intelligi poteſt: quum ſinguli ex ſemetipſis totidem deos faciãt, Iunones Genioſq; adoptando ſibi. ex quo uidetur innuere mares cõſueuiſſe per deos maſculos, fœminas uero per deas iurare. unde poeta ait ſacerdotes ipſos more fœmineo per Iunonẽ iurare, ſicuti iurat ſiue imprecatur Quartilla apud Petronium his uerbis. Iunonẽ meam iratã habeã, ſi unquam me meminerim uirginem fuiſſe. Licet Socrates apud Platonem in Gorgia, iuret per Iunonem, ita ut de hoc adhuc quærendũ cenſeam. B

Et per Iunonem domini iurante miniſtro.
Ille tenet ſpeculum patici geſtamen Othonis,
Actoris Aurunci ſpolium, quo ſe ille uidebat
Armatum, cum iam tolli uexilla iuberet.
Res memoranda nouis annalibus, atq; recenti
Hiſtoria, ſpeculum ciuilis ſarcina belli.
Nimirum ſummi ducis eſt occidere Galbam.

Ille tenet ſpeculum.] Ex ſacerdotibus inquit alius tam grãde habet ſpeculũ, quo ſe polit, q̃ grande fuit illud Othonis, quo ſe in acie uidebat. De quo ita & Sydonius Apollinaris. Poſt ſpeculi immanis pompam, quo ſe ille uidebat: hinc turpis, quòd pulcher Otho. Idem alibi. Galbam ſternis Otho ſpeculo, qui pulcher haberi dum captas. ſicq; per tranſitum molliciem Othonis ſugillat, qui, ut ſcribit Tranquillus, adeo mollis fuit & mundiciarum muliebriũ ſtudioſus, ut uulſo corpore, & galericulo capiti propter raritatẽ capillorũ adaptato & adnexo incederet, & nemo dignoſceret: quin & faciẽ quotidie raſitabat, & pane madido linebat. Idq; inſtituit à prima lanugine, ne barbatus unquã eſſet. *Geſtamen.*] Appoſitio eſt, hoc eſt quale ſolebat geſtare Otho ſtudioſiſsimus formæ. *Patici Othonis.*] Id eſt patientis muliebria. Nam (ut ſcribit Tranquillus) Neroni cõſuetudine mutui ſtupri cõciliatus eſt. *Actoris Aurũci ſpolium.*] Alia appoſitio. Hoc autẽ hemiſtichiũ Virgilianũ in dedecus dicit Othonis, qui nõ iam ingentẽ haſtã more Actoris uiri fortiſsimi portabat, ſed ingens ſpeculũ, ut mollis & effœminatus: legendũq; eſt ironicos, quaſi dicat non iam ſpolium ablatũ hoſti, qualis fuit haſta, quã Turnus Actori abſtulit. Æneid. xij. C

Ille.] .ſ. Otho, Quũ iam tolli uexilla iuberet. quũ iam in hoſtes acies dirigeret ſublatis ſignis. *Res memoranda.*] Acclamatio eſt in deriſum Othonis, ut ſit nõ memorãda, ſed ſupprimenda. *Nouis annalibus atq; recenti hiſtoria.*] Inter annales & hiſtoriã hoc intereſt: quòd Annales, quantum potuimus colligere ex uerbis Gellij, ſunt libri cõtinentes res geſtas plurium annorum, obſeruato cuiuſq; anni ordine: unde & nomen accepere. nudi autem ſunt & ſimplices, ueluti cõmentarij, qui breuiter rem cõplectentes materiã præbeãt uolentibus ſcribere hiſtoriã: neq; enim affectus mouẽt, neq; alacriores ad rẽp. defendendã, neq; ſegniores ad rem perperã faciendã annales cõmouere poſſunt. Hiſtoria uero eſt rerũ geſtarũ narratio, uel demõſtratio, dicta ab ἱστορῶ quod eſt idẽ quod narro. unde Cic. in ij. de Oratore. Erat hiſtoria annaliũ confectio: res omnes ſingulorũ annorum mandabat literis Pontifex Maximus, efferebatq; in albũ, & proponebat tabulã domi, poteſtas ut eſſet populo cognoſcẽdi: hiq; annales maximi nominabantur. Verg. Itaq; omniũ rerum peritiſsimus inducit Æneã tanquã pontificem dicere, Et uacet annales noſtrorũ audire laborum. Quũ ergo Æneas ut põtifex inducatur, merito annales appellat hiſtoriã. Hiſtoria ut ſcribit Gellius, qua ratione, quoue cõſilio geſtæ ſunt res demõſtrat. Ex annalibus igitur tanquã ex breui, nudaq; materia ſumebatur hiſtoria, quæ rem huberius perſcribit, quæ affectuũ plena eſt. ergo annales id omnino ſunt, quòd hiſtoriæ: ſed hiſtoriæ nõ omnino id quod annales ſunt, tanquã alterum ſit ſpeciale nomen, alterũ generale: ſicuti quod eſt homo, id neceſſario animal eſt: quod eſt animal, non id neceſſe eſt ut ſit homo. D

Speculum ciuilis ſarcina belli.] Veluti acclamatio in cõtemptum tantæ mollicięi: quòd inter cætera belli machinamenta ſpeculum quoq; geſtaretur. *Belli ciuilis.*] Bellum appellat ciuile, quod inter Othonem & Vitelliũ geſtum fuit ad Bebriacũ uicum inter Cremonam & Veronam, ubi duabus Otho cladibus acceptis ſuperatus eſt. De quo bello & loco Plinius meminit libro decimo capite xlix. Venerunt in Italiam Bebriacẽſibus bellis ciuilibus trãs Padum & nouæ aues. *Nimirum*] Inſultatio eſt in Othonẽ, ut effœminatũ. quaſi dicat rem facit mõſtruoſam Otho qui imperatores de regno eijcit, & cutem more mulierum curat & polit, quaſi contraria. Nã quum ab Galba adoptari expectaret, iſq; Piſonẽ prætuliſſet, indignatus ad uimq; conuerſus, eum à ſuis deſertum interemit. Galba autẽ ſeptimus fuit imperator, qui Neroni ſucceſſit nullo gradu contingens Cæſarum domum: lege Suetonium. De cæde item Galbæ & Othonis, & pugna Bebriaca meminit Ioſephus De bello Iudaico in quinto libro ſic, In medio nanq; Romanorum foro Galba perempto creatus Otho imperator, cum Vitellio imperante pugnabat, quem Germanorum tunc manus elegerat. Habito autem apud Bebriacum Galliæ prælio cum Valen-

A te & Ciuna Vitellij ducibus, primo die Otho ſuperauit, altero Vitellij milites, multiſq; trucidatis, & aduerſæ partis audita uictoria Otho apud Brixellū ſemet occidit, poſtquā biduū, treſq; menſes imperium tenuit. *Curare cutē.*] Faciem (ut diximus) quotidie raſitare, & corpus uellere. *Affectare.*] C. Appetere, & magna animi cupiditate ad aliquid aſpirare. S. *Spoliū palati.*] Pro palatij, ubi ſedes erat imperatorū. Nam primus fuit Romulus, autore Liu. in primo, qui palatiū ubi educatus ipſe fuerat, munijt.

Et curare cutem ſummi conſtantia ciuis,
Bebriaci in campo ſpolium affectare palati,
Et preſſum in faciem digitis extendere panem.
Quod nec in Aſſyrio pharetrata Semiramis orbe,
Mœſta nec Actiaca fecit Cleopatra carina.
Hic nullus uerbis pudor, aut reuerentia menſæ.
Hic turpis Cybeles, & fracta uoce loquendi
Libertas, & crine ſenex phanaticus albo

Ex ſeptē enim collibus Vrbis fuit palatium. Vnde Cicero in Officijs ait Cn. Octauiū præclaram ædificaſſe in palatio & plenā dignitatis domum. palatinā appellarunt domū imperatorū. Dictū palatium, uel q ibi pecus paſcens balare cōſueuerit, & quaſi balanuū. unde Neuius balantium appellat: uel q palare, id eſt errare pecudes ſolerēt, quòd B ibi Hyperborei filia Palanto habitauerit: quæ ex Hercule Latinum peperit: uel q ibi Pallas Euandri filius ſepultus fuerit: uel q etiam Palatini & Aborigines ex agro Rheatino, qui appellatur palatiū, ibi cōſederint: uel à Pale paſtorali dea, ut ſcribit Solinus. *Et extendere panem*] .ſ. madidū lacte aſinino. Nā ut ſcribit Plin. lib. xxviij. Cutē in faciem erugari, & tenereſcere, & candorē cuſtodire lacte aſinino putant. Proinde Poppea uxor Neronis quocūq; ire cōtigiſſet, ſecum ſexcētas aſellas ducebat. *Quod nec in Aſſyrio.*] Fecit inquit Otho ea ad curandā cutē, & ſe molliendum in caſtris, quæ nec Semiramis regina, nec Cleopatra fecerunt: ut oſtendat ipſum & fœminis molliorē extitiſſe. *Semiramis.*] Nini regis Aſſyriorum fuit uxor, magni mulier animi: quæ occiſo marito nō auſa tradere imperiū filio Nino adhuc impuberi, nec ipſa palam tractare, mutato habitu cum filio regni moderationē ſuſcepit. Hæc Babylonē cōdidit: nō contenta acquiſitos à marito terminos tueri, Aethiopiā quoq; ſuo imperio adiecit. Indis etiā bellū intulit. Ad poſtremū, quū cōcubitum filij petiſſet, ab eodē interfecta eſt, duos & triginta annos poſt Ninum regno potita. *Orbe Aſſyrio*] In ea parte Aſſyriæ, ubi Babylon eſt. Nā Babylon ac Niſibis urbes Aſſyriæ ſunt maximæ: quæ autē Aſſyria antea dicta fuit, poſtea dicta eſt Syria terrarum maxima, & pluribus diſtincta nominibus. De qua abūde Plin. lib. v. & Strabo xvi. *Pharetrata.*] Pharetra armata: quali habitu in bellū deſcēdebat. eſt enim pharetra theca ſaC gittarum. *Cleopatra.*] Aegypti fuit regina, ſoror illius Ptolomæi, qui Pompeium neci tradidit. Eam primo amauit Iulius Cæſar, ex qua puerum ſuſcepit Cæſarionē: mox eam poſt mortem Iulij Cæſaris. M. Antonius ardēter dilexit, ex qua liberos duos ſuſcepit: quos Solem & Lunā appellauit. Eum poſtea aduerſus Auguſtum cū exercitu proficiſcentē quatuordecim cum triremibus ſecuta eſt ad Actium promontoriū, ubi cōmiſſa pugna uincenteq; Auguſto ipſa prior cū ſuis triremibus aufugit in Aegyptum, quam fugientē Antonius relicto exercitu perditus amore conſecutus eſt. Sicq; Auguſtus potitus uictoria in Aegyptum ſecutus eſt utrunq;. M. Antonius gladio ſuo ſeipſum interemit: Cleopatra ne uiua ab Auguſto in triūphum duceretur, admotis corpori ſerpētibus mortē ſibi cōſciuit: lege Plutarchū, Florum, Strabonē, & Suetoniū. *Mœſta.*] Qua uictam Cæſaris Auguſti timebat. *Carina Actiaca.*] Qua pugnauit apud Actium promontorium Epiri. *Hic nullus uerbis pudor*] Redit poeta ad ſacerdotes de quibus cœperat: ait ergo inter ipſos omnia turpia fieri: nec ullum exiſtere pudorē, quominus & uerbis & factis utantur obſcœnis. Nā pudor eſt ueluti obſtaculū ne quid turpe faciamus. unde philoſophi ſic diffiniunt, autore Gellio. Pudor eſt iuſtæ uituperationis ſiue reprehēſionis timor. *Turpis Cybeles*] .i. omnia obſcœna fiunt hic. i. inter ipſos ſacerdotes: qualia fieri ſolent in ſacris Cybeleis, ubi turpiſſima quæq; fiebāt, & præcipue ſolēni die lauationis eius in Almone fluuio. Nā ut ſcribit Auguſt. lib. ij. cap. iij. De ciuiD tate dei, ante deæ lecticā talia per publicū cantitabantur à nequiſsimis ſcenicis, qualia non deceret matrem ſcenicorum audire. unde Aug. ſubdit, Illam proinde turpitudinē obſcœnorum dictorum atq; factorū ſcenicos ipſos domi ſuæ proludēdi cauſa corā matribus ſuis agere puderet, quā per publicum agebāt deorum matre ſpectante, & audiente utriuſq; ſexus frequētiſsima multitudine.

Fracta uoce.] Aut molli & effœminata: aut in omnē effuſa turpitudinē, ſumpta translatione ab equis, qui fracto & ſoluto freno toto impetu feruntur. Apul. lib. octauo. De ſacerdotibus deæ Syriæ. Fracta, rauca, & effœminata uoce clamores abſonos intollunt. *Phanaticus ſenex.*] .i. ſacerdos non abſimilis Gallo ſacerdoti Cybelio. Nam Phanaticus epitheton eſt Galli. i. afflatus numine: nā ſpiritu quodā uidebantur agi diuino, & futura prædicere: unde Orat. in Sat. Hunc circum tonuit gaudens Bellona cruētus. & in Odis. Nam Dindimene nō adiiis quatit Mentem ſacerdotum incola Pythius, Nec Liber æque. Quum igitur quodā furore diuino agantur caput iactant rotantq; crines. Lucanus in i. Crinēq; rotātes Sanguineum populis cecinerunt triſtia Galli. unde Liu. libro trigeſimoſexto ſcribit. L. Scipionis legatus claſſem in Europā ad Seſtum oppugnandā traiecit. Iāq; ſubeuntibus muros phanatici Galli primum cum ſolēni habitu ante portā occurrerunt. Lymphatus etiam & lymphaticus uocatur inſaniens & laruatus. i. dæmoniaco ſpiritu afflatus. Plin. De helleboro, Medetur in comitialibus morbis, uertigini, melancholicis, inſanientibus, lymphaticis, clo

phātiæ albæ. Idē in viij. cap. liiij. Loquēs de api boue, Hi greges repēte lymphati futura præcinunt: A
unde lymphare, ꝙ eſt ueſanū facere. Valerius Flaccus lib. iij. Deus ancipitē lymphauerat urbem.
Sacrorū antiſtes.] Dominus & magiſter talium ſacrorū. *Rarū ac memorabile*] Ironicos dictum.
quaſi dicat raro inuenias tam boni exēpli magiſtrū conducendū mercede ad uoluptatē gulæ. Nā
exēplum id eſt, ꝙ nobis propoſitū monet, quid nobis fugiendū imitandūue ſit. Exemplū item di-

Sacrorum antiſtes, rarum ac memorabile magni
Gutturis exemplum, conducendusq́ magiſter.
Quid tamen expectāt, Phrygio quos tēpus erat iam
More ſuperuacuam cultris abrumpere carnem?
Quadringenta dedit Gracchus ſeſtertia, dotem
Cornicini: ſiue hic recto cantauerat ære.
Signatæ tabulæ, dictum feliciter. ingens
Cœna ſedet, gremio iacuit noua nupta mariti.
O proceres cenſore opus eſt, an aruſpice nobis?

cimus id, quo demōſtratur in re-
bus uenalib. cuiuſmodi ſit ea res
uenalis. unde ad Herenniū. Si mer
ces ipſi qui uenditāt aliunde exē-
plum quæritant mercis, aut ſi acer
uos dicāt ſe tritici habere, & eorū
exemplū pugno nō habēt ꝙ oſten
dāt. *Quid tamē expectant*] Ex quo
inquit uitā agūt obſcœnā & mulie
brem, nec magis indigēt genitali-
bus ꝙ̄ Galli, qui caſtrati erāt, quā-
doquidē nubunt, quid ergo expe B
ctant cur nō caſtrētur, & per oĩa
ſimiles ſint Cybeleis ſacerdotibus quos in reliquis imitātur. *More Phrygio.*] More Gallorum ſa
cerdotū Cybeles, qui teſta ſamia, autore Plin. uirilitatē ſibi amputabāt, ad imitationē Atys pueri,
quē Cybele impudice dilexit. qui cū caſtitatē ſuam deæ promiſiſſet, eamq́ cōmiſſo ſtupro cū nym
pha Sagaritide nō ſeruaſſet, & dea irata ſuppliciū de nympha ſumpſiſſet, correptus furore & pu-
tans domos ruere, ſolitudinē petijt, & per ſumma Dindimi montis Phrygię diſcurrēs arrepto lapi
deo cultro ſeipſum caſtrauit. Vnde Ouidius, Ah pereāt partes quæ nocuere mihi. Ah pereant dice
bat adhuc, onus inguinis aufert: Nullaq́ ſunt ſubito ſigna relicta uiri. Catullus, tamen aliter ſcri-
bit, puerū quum ex aqua Galli fluminis Phrygiæ bibiſſet, in furorē ex aquæ natura cōpulſum. ſ. ſe
caſtraſſe. Tandē è monte in uallē præcipitatus, in arborem pinum cōuerſus eſt. *Phrygio.*] Nam
Phryges Troesq́ prope Idam habitātes autore Strabone, deam præcipuo uenerātur honore, eius
orgia frequētantes. *Carnē ſuperuacuam*] Superfluā & minime neceſſariā quādo omnia muliebri
ter agant & nubant, ſicq́ per irriſionē à poeta dicūtur. *Cultris,*] nō ferreis ſed lapideis. Nā. ſ. ut
diximus, uirilia ſibi amputabant. *Quadringēta dedit.*] Notat poeta mores ſui tēporis, quo multi
fronte inuerecūda nubebāt. unde Mart. Barbatus rigido nupſit Caliſtratus Aphro: Hac qua lege
ſolet nubere uirgo uiro. Nupſit & Nero Doryphoro liberto: & Neroni Sporus autore Tranquil- C
lo. oſtendit ergo ex ſacerdotibus Gracchū nobilē & potentē uirum nupſiſſe, omniaq́ feciſſe, quæ
in nuptijs etiam uirginalibus fieri ſolēt, ut dotē etiam dederit marito. *Quadringenta ſeſtertia.*] Ac
ſi dicat tantā dotem, quæ capiat etiā ſummam equitis Romani. Neq́ enim quiſquā haberi poterat
inter equites Romanos, qui ſummā quadringentorū ſeſtertiûm nō habuiſſet. C. Hoc eſt, ut ho-
die loquimur, decem milia coronatorum, qua de re Satyra prima copioſius diximus. S. *Grac
chus.*] Vnus ex ſacerdotibus nobilis & potēs, quales fuerunt Gracchi. Nam Gracchorum familia
nobilitāte præſtabat & potentia. *Cornicini ſiue hic recto cantauerat ære.*] Hoc in infamiam & dede-
cus eſt nubentis. Nam ille inquit cui nupſit, fuit aut cornicem aut tubicen: ut oſtendat partam om
nino ex ea re trahi infamiā. nam in caſtris legio habet tubicines, cornicines, buccinatores. Tubici-
nes ad bellū uocant milites: & rurſum receptui canentes reuocant. Cornicines & buccinatores e-
rant ornamentū totius legionis in ingreſſu cōflictus, & eius reditu. Quotiēs ad aliquod opus exi-
turi ſunt milites ſoli tubicines canūt, & ſoli milites ad ſigna eorū obtemperant: quotiens mouēda
ſunt ſigna cornicines canūt: quotiens pugnatur, & tubicines, & cornicines pariter canunt. Vnde
illud eſt Ouid. in Metamorph. Nō tuba directi, nō æris cornua flexi. *Signatæ tabulæ.*] Subaudi
ſunt. nam matrimoniū non fiebat ſine publica ſcriptura: unde alibi poeta. Si tibi legitimis pactam
iunctamq́ tabellis, Nō es amaturus. Tabulæ aūt numero tantum plurali dicūtur uenditionū, em D
ptionū, dotium, & id genus cōtractuum: unde tabulariū locus ubi reponūtur ipſæ tabulæ, & tabu
larius ipſe tabularū ſcriptor & notator, quē uulgo notarium appellamus. *Dictum filliciter*] Sub
audi eſt, ut ſit feliciter cedant nuptiæ. ita enim dici ſolebat in nuptiarum celebratione. Tranquillus
in Domitiano. In reducenda poſt diuortiū uxore acclamari audijt libenter domino & dominæ fe
liciter. C. *Ingens cœna.*] Id eſt multitudo conuiuarum, & ad cœnam inuitatorū. *Sedet.*] Ac-
cūbit. Alij dicunt, ingens cœna ſedet, id eſt ponitur, quod mihi non placet. nam cœna per Metony
miam, cœnantes ſignificat. S. *Cenſore opus eſt.*] Turpitudinē rei dubitatione aggrauat: quaſi
dicat flagitium eſſe nihilo magis dignum caſtigatione ꝙ̄ expiatione. *Cenſore.*] Qui mores corri
gat. nam cēſor præerat moribus ciuitatis. De quo ita Plutarchus in uita Pauli Aemylij. Cēſura ma
ximę omnium magiſtratuum reuerentiæ eſt, plurimæq́ poteſtatis, cum in alijs rebus tum maxi-
me ad morum emendationē. Nam è ſenatu remouere poteſt, equitibus auferre equos, notare in-
famia, cenſum agere, luſtrum cōdere. Aſconius Pedianus. Regēdis moribus ciuitatis cēſores quin
to quoq́ anno creari ſolebāt: hi prorſus ciues ſic notabāt, ut qui ſenator eſſet eijceretur ſenatu, qui
eques Rom. equum publicum perderet: qui Plebeius in Ceritum tabulas referretur, & ærarius fie
ret: ac per hoc non eſſet in albo centuriæ ſuę. *Haruſpice.*] Qui ſacrificijs expiet tantū naturæ por

A tentum. Haruſpex enim is dicebatur, qui inſpectis extis uictimæ, futura prædicebat portentaq́ ſacrificio expiabat, denominaturq́ ab haruga .i. uictima, & haruga ab hara, id eſt ſtabulo. *Scilicet horreres.*] Cũ ea interrogatione legendũ eſt, qua increpamus male intelligentes, quaſi dicat: hominem nubere multo mõſtruoſius eſt, q̃ ſi bos agnũ pareret, & mulier uitulum. *Segmenta.*] Ornamenta eſſe muliebria declarat Valer. Max. lib. v. cap. De gratis. Permiſit quoq; his purpurea ueſte, & aureis uti ſegmẽtis. Iuxta quod dixit Seruius, Segmentũ eſſe monile, & ornamentũ gutturis. Quod etiam Sydonius cõprobare uidetur his uerbis. Et illam Sarranis ebriam ſuccis, inter crepitantia ſegmẽta palmatã conuenuſtauit: quibus uerbis oſtendit ornamẽta eſſe, quę cõſtarent aut argẽto, aut auro, aut margaritis, aut precioſis lapillis crepitãtibus. Iuu. Et ſegmen-
B tatis dormiſſet paruula cunis. Plinius lib. vij. oſtendit ſegmẽta ſignificare circulos his uerbis, Plura autem ſunt ſegmenta mũdi, quæ noſtri circulos appellauere, Gręci parallelos: uocabulum aũt deductũ

Scilicet horreres, maioraq́ monſtra putares,
Si mulier uitulum, uel ſi bos ederet agnum.
Segmenta, & longos habitus, & flamea ſumit,
Arcano qui ſacra ferens nutantia loro
Sudauit clypeis ancilibus: ô pater Vrbis
Vnde nefas tantum Latijs paſtoribus? unde
Hæc tetigit Gradiue tuos urtica nepotes?
Traditur ecce, uiro clarus genere atq; opibus uir.
Nec galeam quaſſas, nec terram cuſpide pulſas,
Nec quereris patri: uade ergo, & cede ſeueri
Iugeribus campi, quem negligis. officium cras
Primo ſole mihi peragendum in ualle Quirini.

eſt à ſecãdo, ſicut & ſegmina. *Longos.*] Muliebres. *Flamea.*] Flameum ueli genus erat, coloris lutei, quo caput nouæ nuptæ uelabatur. *Sacra ferens.*] Nobilem eſſe oſtendit ſacerdotẽ, qui nupſit. Nam Salij ſacerdotes Martis ex nobilioribus tantum creabantur: ſicq; oſtendit poeta eũ qui in monte Albano ſacerdos ſacra Mineruæ miniſtrabat, & nupſerat antea, matris ſacerdotem extitiſſe. *Qui ſudauit clypeis ancilibus.*] Hoc eſt clypeis, quæ ancilia ſunt appellata, de quibus talis extat hiſtoria. Regnãte Numa Põpilio, è cœlo in terrã decidit breue ſcutũ ex ære, dictũ ancile, q̃ undiq; eſſet reciſum: unde Ouid. in Faſtis, Atq; ancile uocãt, quod ab omni parte reciſum eſt: Quaq́ oculis ſpectes, angulus omnis abeſt. Et una uox edita, omniũ potentiſsimam fore ciuitatem, quãdiu id in ea ſeruaretur. Rex igitur ne furto locus eſſet, adhibito fabro Mamurra, iuſsit ad illius ſimilitudinem undecim alia ſcuta fieri, ſimulq; miſceri, ne cœleſte internoſci poſſet, adhibitiq; ſunt
C ſacerdotes Salij duodecim, qui ancilia ferrent, ac per Vrbem irent canentes carmina cum tripudijs ſolenniq; ſaltatu: unde & nomen accepere. hi autem Marti erant conſecrati: eorum primus præſul uocabatur, autore Plin. Ancilia autẽ nomen eſt tertiæ declinationis: legitur tamen & ancilium & anciliorum: ſed illud ratione analogiæ, hoc autẽ autoritate defenditur: ſic etiam uectigalium & uectigaliorum, Saturnalium & Saturnaliorũ, multaq́ id genus. *Arcano loro.*] quod nulli alij liceret ferre & pertractare q̃ Salio. *O pater Vrbis.*] Exclamatio eſt, qua & rei indignitas, & indignatio poetæ exprimitur. *Pater Vrbis.*] Scilicet Mars: ex quo & Ilia Rhea Numitoris filia nati ſunt Romulus & Remus Vrbis conditores. *Vnde nefas tantum.*] Subaudi eſt, id eſt tantã morum prauitas, ut uir uiro nubat? *Latijs paſtoribus.*] Romanis qui à paſtoribus originẽ traxerunt: & qui omniũ antea uoluptatũ ignari fuerunt, ut rudes & agreſtes paſtores. De quibus ſcribit ſic Varro: Romanorũ uero populũ à paſtoribus eſſe ortum quis non dicit? quis Fauſtulũ neſcit paſtorẽ fuiſſe nutricium, qui Romulũ & Remum educauit? nõ ipſos fuiſſe paſtores obtinebit? Sicq; poeta fœdam ſui tẽporis molliciem notat. *Hæc urtica*] Hic libidinis pruritus, ut etiã uiri nubãt. *Gradiue.*] Mars, uel quia gradatim, & per ordines eatur in bellũ: uel à uerbo Græco C. *κραδάω*, ſiue *κραδαίνω*, quod eſt uibro, uel quatio. S. quòd in bello haſtæ uibrentur & quatiantur.

Nepotes.] Poſteros Romanos. *Quereris patri.*] Id eſt nec quereris apud Iouem patrem tuum
D de luxuria & mollicie Romanorum. *Vade ergo.*] Acri indignatione dictũ. *Campi ſeueri.*] Campi Martij, in quo comitia fiebant, & magiſtratus creabantur, militeśq; noui exercebãtur, ut dicemus illic, Aut uulnera pali. *Quem negligis.*] Quẽ minime curare uideris. *Officium*] Ad irriſionem, contemptũq; temporum ſuorum hoc dicit, quibus multi abiecta uerecundia nubebant. Introducta eſt perſona, quæ oſtendat operam ſibi dandam eſſe uiro nubenti. *Officium.*] Nemini dubium eſt officium dictũ eſſe ab efficiendo, ut id ſit quod unuſquiſq; teneatur efficere: unde Cicero librũ ſuum De officijs inſcripſit: q̃ ibi doceat, quid in omni rerum actione ſit efficiendũ. Eſt ergo ſenſus: quoddam mihi negocium curandum ex officio eſt. Tranquillus in Caligula Liuiam Horeſtillam. C. Piſone nubente, quum ad officium & ipſe ueniſſet ad ſe deduci imperauit. *Primo ſole.*] Primo ortu ſolis. *In ualle Quirini.*] Vtrum ad templum Quirini, de quo meminit Plinius libro decimoquinto, cap. xxix. Inter antiquiſsima namq; delubra habentur Quirini, hoc eſt ipſius Romuli, an ad porticum Quirini, id eſt Romuli? quo multi cõueniebant. Mart. lib. xi. Vicinã pete porticum Quirini: Turbam non habet ocioſiore Pompeij uel Agenoris puella. Quirinus autem dictus eſt Romulus, ſiue ab haſta, quæ quiris à Sabinis dicebatur, qua ſemper armatus incedebat: ſiue à Curibus ciuitate Sabinorum, quos percuſſo fœdere in Vrbem recepit, populumq́ à Curibus Quirites uocauit, ipſiq; poſt mortem cum pro deo coluerunt, Quirinumq; appellauerunt

runt. unde Ouid. in Faſtis libro ij. Proxima lux uacua eſt, at tertia dicta Quirino: Qui tenet hoc no A
men Romulus ante fuit. Siue ꝙ haſta quiris priſcis eſt dicta Sabinis, Bellicus à telo uenit in aſtra
deus, Siue ſuo regi nomẽ poſuere Quirites, ſeu quia Romanis uinxerat ille Cures. *Fient iſti*] qua
ſi cũ ſuſpirio dictũ. *In acta referri*] In libros, quibus diſcribebãtur tam priuata ꝙ̃ publica nego-
cia, hoc eſt quæ ad rẽp. pertinebãt. unde Trãq. in Tyberio, Interim quũ in actis ſenatus legiſſet, di-

Quæ cauſa officij? quid quæris? nubit amicus,
Nec multos adhibet. liceat modo uiuere, fient,
Fient iſta palam, cupient & in acta referri.
Interea tormentum ingens nubentibus hæret,
Quod nequeunt parere, & partu retinere maritos.
Sed melius, quod nil animis in corpore iuris
Natura indulget, ſteriles moriuntur, & illis
Turgida non prodeſt condita pyxide Lyde:
Nec prodeſt agili palmas præbere Luperco.

miſſos ac ne auditos quidẽ quoſ-
dã reos. Idẽ in Cæſ. Fuerat animus
coniuratis corpus occiſi in Tybe-
rim trahere, bona publicare, acta
reſcindere. i. libros quibus leges &
decreta Cæſaris continerentur. De
hoc huberius in ix. Sat. dicemus il
lic. Et libris actorũ ſpargere gau-
des Argumẽta uiri. *Interea torm. ingẽs*] dũ ſunt inquit matrimonio
cõiuncti, nullã tamen ex matrimo
nio capiũt uoluptatẽ, ſed ingẽtem B
dolorẽ, & animi cruciatũ, q̃a quũ
nuptiæ inſtitutæ ſint gratia prolis, & liberi ſint pignus amoris inter uirũ & uxorem, nequeũt pare
re, & partu mariti amorẽ retinere. *Sed melius.*] Ironicos, quaſi poeta eorũ incõmodis gaudeat.

Quod nil animis.] Sẽſus eſt: In animo quidẽ habẽt & cupiũt cõcipere, ſed natura uetat. Ordo eſt,
natura nil iuris, nil potẽtiæ indulget animis. i. uolũtatibus & animi deſiderijs. Nam eorũ animus
eſt, & uolũtas ut cõcipiant. *In corpore*] .ſ. gignẽda in utero. *Steriles*] Sine liberis dicũtur à στέρω
quod eſt priuo. *Turgida Lyde*] Aliqui hoc ad araneã referri exiſtimarũt, Alij uero ad mulierem
unguentariã, ut legatur ſic uerſus. Turgida nõ prodeſt cõdita pyxide Lyde. i. Lyde mulier unguen
taria turgida uentricoſa nõ prodeſt ſubaudi ſterili pyxide cõdita. i. unguẽtis plena, ut ſit à condio
quartæ cõiugationis. Qui aũt ad araneã referunt ita exponunt. Lyde turgida. i. aranea tumens in
uentre cõdita in pyxide. i. incluſa in pyxide nõ prodeſt ſterili. Scribit enim Plin. lib. xi. ex araneis,
qui phalangia dicũtur tricenos uermiculos parere: unde exiſtimatur geſtare araneã incluſam py-
xide, quaſi fœcũditatis exemplo prodeſſe ſterilibus, & fieri fœcũdas. Sed quia hoc adhuc non eſt
cõpertũ apud idoneos autores, liceat unicuiqꝫ dijudicare quod ſit melius. *Lyde.*] ſi de aranea
intelligis, Arachne puella fuit Lydia, quæ cũ Pallade in lanificio auſa cõcertare, à dea in araneam
multis cõciſa uerberibus eſt cõuerſa. Vnde nũc poeta Lyde poſuit pro aranea. Prima aũt ut ſcribit C
Plin. lib. vij. reperit linũ & retia. Et eius filius Cloſter fuſos in lanificio. *Pyxide.*] Vox eſt Græca,
càpitur autẽ pro uaſe, ut ſcribit Quint. lib. viij. cuiuſcũqꝫ materiæ, quo uaſe unguenta, uenenaliaqꝫ
id genus medicamẽta recõdunt. *Agili Luperco.*] Lupercalia ludi erant, in quibus Luperci per la
ſciuiã diſcurrentes pellibus ſe inuicẽ cędebãt. De origine Lupercaliũ uaria ab autoribus tradũtur.
Sed quod ſenſit Ouid. in Faſtis ſequemur. Romani inquit beneficij memores, quod lupa nutrien
dis infantibus Romulo & Remo præſtitit, templũ illi ad ficũ ruminalem extruxerũt, quod Luper
cal eſt appellatũ. Venit ad expoſitos mirũ, lupa fœta gemellos. Illa loco nomẽ fecit, locus ipſe Lu-
percal, Magna dati nutrix premia lactis habet. Eius tẽpli ſacerdotes, autore Varrone, Luperci dice
bãtur, rem diuinã nudi agebãt, nec in tẽplo ſolũ ſed per uicos Vrbis ac cõpita diſcurrẽtes. ſed præ
ter ſacerdotes licebat omnibus tã uiris ꝙ̃ mulieribus ludos celebrare: unde ſcribit Plut. M. Anto-
nium nudũ in Lupercalibus curru per Vrbẽ fuiſſe uectũ à matronis & uirginibus omnia mẽbra
nudatis. Erat mos ut Luperci diſcurrentes pellibus obuias quaſqꝫ fœminas uerberarẽt, exiſtiman
tes talibus uerberibus fœcũdas fieri. Vnde & Crepi ſunt dicti, autore Feſto, à crepitu pellicularum
quẽ faciebant uerberãtes. De his autẽ Liu. in primo, Plut. in Romulo, in M. Antonio, in Problema
tis, Varro, Diuus Aug. Valerius lib. ij. Vbi de inſtitutis antiquis ſcribit ſic tradit. Lupercaliũ mos à
Romulo & Remo inchoatus eſt, tunc quũ lætitia exultantes, ꝙ ijs auus Numitor rex Albanorũ eo D
loco ubi educati erãt Vrbẽ cõdere permiſerat ſub mõte Palatino, hortatu Fauſtuli educatoris ſui,
quẽ Euander Argeis cõſecrauerat, facto ſacrificio, cæſiſqꝫ capris, epularũ hilaritate ac uino largio
re prouecti diuiſa paſtorali turba cũcti ouinis pellibus immolatarũ hoſtiarũ iocãtes geſſerũt. A-
liqui uero putarũt dicta Lupercalia à lupis arcẽdis, ꝙ tali ſacrificio, quod in honorẽ Panos dei Ar
cadici celebrabatur, lupi à pecoribus arcerẽtur. *Præbere palmas*] Verberãdas, ut fiãt fœcũdæ. Nã
id putabãt maxime ad fœcunditatẽ pertinere. Vnde Ouid. Nupta quid expectas, nõ tu pallẽtibus
herbis, Nec prece nec magico carmine mater eris. Excipe fœcũdæ patiẽter uerbera dextræ, Iam ſo
cer optatum nomen habebit aui. *Vicit & hoc m.*] Hactenus de ſacerdotibus: nunc de polluta no
bilitatẽ ludis gladiatorijs, & opera ſcenica. Nam tẽporibus poetę, quũ Domitianus edidit pugnas
uirorũ & mulierũ, multi nobiles illic præſtiterũt operam, unde poeta in Sat. viij. in eoſdẽ. Quanti
ſua funera uẽdant. Quid refert? uendũt nullo cogente Nerone. Nam Nero, ut ſcribit Tranq. & Eu
ſebius exhibuit ad ferrũ quadringẽtos ſenatores, ſexcẽtos equites Rom. Domitiani uero tempo-
re nobiles nõ coacti, ſed iam antea ſub Nerone educati inter ludos ſcenicos ſpõte in theatrũ uenie
bant, quod Iuuen. conqueritur etiã alibi. Cytharœdo principe natus, Nobilis hæc ultra quid heri
niſi ludus? per Gracchũ autẽ, ut ſupra diximus, Quadringenta dedit Gracchus ſeſtertia dotẽ, no-

A bilem,& potentē intelligit. Alibi cū Graccho iuſſus pugnare ſecutor. Nam Gracchorum domus
nobilitate præſtabat,& potentia populari ſeditione cōparata. Dicendo autem poeta, Vicit & hoc
monſtrum,oſtendit turpius quidē eſſe uirū ad artem ſcenicam deſcendere & digladiari, q̃ nube-
re. neq; enim quicquā exiſtimabatur flagitioſius q̃ ludis ſcenicis harenaq; fœdari. Trāquil. in Ty-
berio. Ex iuuētute utriuſq; ordinis profligātiſſimus quiſq; quominus in opera ſcenæ harenæq; e-

> Vicit & hoc monſtrum tunicati fuſcina Gracchi,
> Luſtrauitq; fuga mediam gladiator harenam,
> Et Capitolinis generoſior,& Marcellis,
> Et Catulis,Pauliſq; minoribus,& Fabijs,&
> Omnibus ad podium ſpectantibus, hic, licet ipſum
> Admoneas,cuius tunc munera retia miſit,

denda ſenatuſcōſ. tenerētur, famo
ſam iudicij notam ſponte ſubibāt.
unde.Corn. Tacitus,Cautum ſeue
re,ne equites Rom. ludo & harena
polluerētur. *Vicit*] Superauit rei
turpitudine. *Hoc monſtrū.*] ut uir
nuberet uiro. Monſtrum appella-
tur,quicquid eſt præter naturā, à
mōſtrando q̃ aliquid futurū mon
ſtret terrificum. *Fuſcina*] Telum
erat retiarij. Nam gladiatorū alter dicebatur retiarius,alter mirmilo,ſiue ſecutor. Retiarius fuſcinā
B & rete geſtabat,quo mirmilonē implicitum caperet,unde inferius: Cuius nunc munere retia mi-
ſit. Nā in ſummitate galeæ mirmilonis,qui aduerſus retiarium pugnabat, piſcis erat effigiatus,in
quem retiarius rete immittens dicebat,piſcem peto,non te peto: fuſcina item inſtrumentū eſt fer-
reum inſtar tridentis ad capiendos piſces. *Tunicati*] Tunica ueſtis erat,autore Marcel. ſine ma-
nicis,ea utebantur gladiatores retiarij,ut fortaſſe ad dimicandum eſſent expeditiores. Tranquil.
in Caligula,Retiarij tunicati quinq; numero gregatim dimicātes ſine certamine ullo totidem ſe-
cutoribus ſuccubuerant: quum occidi iuberentur,unus reſumpta fuſcina, omnes uictores intere-
mit. *Generoſior Capitolinis*] Nam Capitolinorū familia nobiliſſima fuit ducta origine ab Marco
illo Manlio,qui Capitolium à Gallis obſeſſum ſeruauit. Nam quadam nocte clangore anſeris ex
citatus,Gallos aſcendentes deiecit,patronus à ciuibus appellatus,uerum poſtea, quū affectati im
perij reus factus eſſet,de ſaxo Tarpeio præcipitatus eſt. *Marcellis*] Marcellorum familia duobus
maxime Marcellis claruit,altero quintum conſule, altero qui Hannibalem uicit, de quibus Plu-
tarchus. *Catulis*] nam & Catulorū familia fuit antiquiſſima,principiumq; nobilitatis accepit à
Q. Catulo Luctatio,qui primo bello Punico trecētis nauibus aduerſus Carthaginēſes profectus,
inter Siciliam & Aphricam ad Egates inſulas,ſexcētas eorum naues cōmeatibus,& alijs oneribus
impeditas,duce Himilcone deuicit,finemq; bello impoſuit. Fuit item, Q. Catulus Luctatius tēpo
C ribus Syllæ & Marij,qui triumphāte Mario ex Teutonis,ex Cimbris ipſe triūphum geſſit, de quo
in octaua ſatyra pleraq; dicemus. hic ille fuit à quo (ut teſtatur Cic. in oratione de ſignis) Capitoli-
um non ſolum dedicatū,ſed etiam magnificentius reſtitutū q̃ antea fuit,quū incendio abſumptū
fuiſſet quadringentis & quindecim annis poſt dedicationē eius factam ab Oratio Puluillo conſu
le. Vnde eſt illud Mart. in v. Et laudent Catuli Iulia templa ſenes. De quo etiā ſic Tranquillus in Cæ
ſare. primo præturæ die. Q. Catulum de refectione Capitolij ad diſquiſitionem populi uocauit, ro-
gatione promulgata. *Pauliſq; minoribus.*] Pauli nobilitatē acceperunt ab eo Paulo Aemylio, quē
Pythagoræ (autore Plut.) diſcipulū fuiſſe arbitrātur. ille enim primus dictus Aemylius ἀπὸ τῆς αἱμυλίας
id eſt à colloquio & cōuerſatione,cuius lepore gratiſſimus erat. Duo autem fuere Pauli,qui maxi
me familiam illuſtrauerunt,quorum alter inito prælio apud Cannas, duce Varrone,maluit mo-
ri ex uulnere, q̃ fugere quū liceret. Alter uero eius filius Perſam regem Macedoniæ deuicit, du-
xitq; in triūphum cum uxore & liberis. Huius filius à Scipione filio Aphricani ſuperioris adopta
tus Carthaginem deleuit. Hos igitur poſteriores minores intelligimus, nō iam uirtute,ſed tempo
re quemadmodū dicimus Scipionem maiorē. *Fabijs*] Familia Fabiorum nobiliſſima fuit: ex ea
trecēti & ſex, duce Fabio cōſule contra Veientes pugnarunt,& ſæpe uictoriam reportarunt,tandē
hoſtiū inſidijs omnes occiſi fuerūt. Ouid. in Faſt. Vna dies Fabios ad belliū miſerat omnes, Ad bel-
D lū miſſos perdidit una dies. *Omnibus*] i. omnibus nobilioribus,qui in Podio ſedebāt. Nā in thea
tris ſcena,podium,orcheſtra,& pulpitū extruebātur. De podio, Trāquil. in Nerone. Spectauit pri
mum ex paruis foraminibus, deinde toto podio adoperto. De podio lege Victruuiū lib. v. cap. vij.
Hic licet ipſum adm.] uerba ſunt poetæ ad monitorē introductū. Sēſus eſt. Nō eſt inquit mirū Do
mitianū polluere nobiles uiros ludis ſcenicis & gladiatorijs,& turpiter uiuere. Nō enim credit eſſe
inferos,ubi manes pro meritis puniuntur,potes itaq; o monitor referre imperatori omnino infe
ros eſſe,& ſupplicia ijs ſtatuta qui turpiter uixerint: ut ſic Domitianū terreat,cuius imperio tā mul
ta flagitioſa fiebāt. Nullo modo legi poteſt Admoneat. ſenſus enim non procederet. uult enim Do
mitianū admoneri eſſe aliquos manes &c. *His*] .ſ. uerbis ſequētibus, uidelicet eſſe aliquos ma-
nes. *Ipſum*] Domitianū. Illud autē attendendū, Domitianū nō aliter admoneri q̃ ſi uiueret. Nam
poeta mortuos in toto opere (ut diximus) notat, quaſi uiuant, ut ſic doceat, quid alijs faciendū, fu
giendūue ſit. *Cuius mu.*] .ſ. gladiatorio. Nam munus pro ludo gladiatorio ponitur, ut Munera
nunc edunt. *Retia miſit*] Gracchus enim fuit retiarius, qui in mirmilonē fuſcinā & rete tēdebat.
Manes] Inferos antiqui manes,ſiue lemures appellauerunt animas,quum ex corpore humano
migraſſent: ex quibus (ut Apul. ſcribit) qui poſteriorum ſuorū curā ſortitus, pacato & quieto nu-
mine domū poſſidet, lar dicitur familiaris, qui uero propter aduerſa uitæ merita nullis bonis ſedi

bus

bus in terra uagatiōe,ceu quodā exilio punitur,inane terriculamentū bonis hominibus,cęterum A
noxium malis,hūc plerięꝫ laruā perhibēt.Sed dum in corpore noſtro ſunt, genij & dæmones nū
cupātur. *Subterranea regna*] Inferos,qui ut publica eſt opinio,ſub terra ſunt,& in cētro terræ: ad
quòd reſpexit & Verg.Sed nō ante datur telluris operta ſubire,i,inferna. *Cōtum*] Lignū cuſpidā
tum,quo utūtur nautæ ad tentādum aluei fundū,& ducendā nauem,ac per hoc ſignificat Charō

Eſſe aliquos manes,& ſubterranea regna,
Et contum,& ſtigio ranas in gurgite nigras,
Atqꝫ una tranſire uadum tot millia cymba,
Nec pueri credunt,niſi qui nondum ære lauantur.
Sed tu uera puta,Curius quid ſentit,& ambo
Scipiadæ?quid Fabritius?maneſqꝫ Camilli?
Quid Cremeræ legio?& Cannis cōſumpta iuuētus,
Tot bellorum animæ?quotiens hinc talis ad illos
Vmbra uenit,cuperent luſtrari,ſi qua darentur
Sulphura cum tædis,& ſi foret humida laurus.
Illuc heu miſeri traducimur:arma quid ultra
Littora Iuuernæ promouimus?& modo captas

ta,quę animas in ulteriorē ripam
Stigiæ paludis naue trāſuehere cre
didit ſtulta antiquitas.Verg.Porti
tor ille Charon,hi quos uehit un-
da ſepulti:&,Ipſe ratem conto ſubi
git,uelisqꝫ miniſtrat,Et ferruginea
ſubuectat corpora cymba. *Ranas*
ni.] Fictio poetica,quaſi ibi in pa-
lude ſint ranæ. *Vna cy.*] Vno lem
bo,una ſcapha . ſunt enim nauicu
læ fluuiatiles. *Nec pu.cr.*] Senſus
eſt ita omnes hoc tēpore impij ſce- B
leratiqꝫ ſunt,ut ne pueri quidē cre
dāt inferos eſſe,præter eos qui nō-
dum lauātur ęre.i.à quibus in ther
mis nō exigitur æs. *Aere la.*] qui
ſunt impuberes.ab iſs eīn quadrās
nō exigitur in thermis,imò nec lauātur in publicis thermis.qui lauabātur quadrantem ſoluebāt:
poeta alibi,Cædere Syluano porcū,quadrāte lauari.Orat.Dū te quadrāte lauatum.Rex ibis. *Sed*
tu n.p.] o Domitiane,nō fabuloſa.ſ.inferos eſſe. *Curius quid ſen.*] Cū interrogatione legūtur , ut ſic
ſenſus:Cuius ſentētię credis eſſe illos illuſtres uiros apud inferos,quum uidēt manes & animas ſce
leratorum illuc deſcēdere:quaſi dicat huius ſunt ſentētiæ ut credant eorum cōtagione ſe eſſe ſordi
datos & maculatos,ac proinde uellent luſtrari & purgari.Curios enim pro bonis uiris ponit. Nā
M.Curius exactiſsimæ fuit abſtinētiæ, utpote qui legatis Sānitum aurum offerētibus, quum ipſe
in foco rapā torreret,malo inquit hæc in fictilibus meis eſſe,& aurū habentibus imperare. Quūqꝫ
interuerſæ pecuniæ argueretur,cadum ligneū quo uti ad ſacrificia cōſueuerat,in mediū protulit,
iurauitqꝫ ſe nihil amplius de pręda hoſtili in domū ſuam cōuertiſſe.De Sabinis bis triumphauit.
De Lucanis ouās Vrbē introiuit,Pyrrhum Epirotarū regem Italia expulit. *Ambo Scip.*] Vtrū ſu C
perior & inferior:quorū alter Carthaginē fecit tributariā,alter uero deleuit: An. Cn.& Pub. Sci-
piōes fratres,qui in Hiſpania ingētibus pręlijs Hannonē & Aſdrubalē fratrē Hānibalis cæciderūt,
raptaqꝫ erat impetu Hiſpania,niſi fortiſsimi uiri in ipſa uictoria prope cum totis exercitibus Puni
ca fraude oppreſsi cæcidiſſent.lege Liu.xxv.ab Vrbe cōdita.forma autē patronymica dixit Scipia
dę pro Scipiōibus neceſsitate metri,quemadmodū & Verg.Scipiadas geminos dixit. *Fabritius*]
Fabritius Licinius honoribus & auctoritate om̄i ciue tēporibus ſuis fuit maior, cēſu par unicuiqꝫ
pauperrimo:bello Tarētino miſſus ad Pyrrhū legatus de redimēdis captiuis,fruſtra ut patriā de-
ſereret à rege tētatus eſt,partēqꝫ ſibi imperij oblatā repudiauit. *Maneſqꝫ Ca.*] Furius Camillus pa
triæ amātiſſimus fuit. Quū Ardeæ exularet, ꝙ ei datū eſſet crimini,ꝙ albis equis triumphaſſet de
Veis,& prædā inique diuiſiſſet,dictus abſens dictator,collectis reliquijs Gallos Senōes Capitoliū
obſidētes improuiſos internitione occidit.Po.Ro.migrare Veios uolentē retinuit. *Quid c.*] CCC
& VI.Fabios,de quibus pauloante dixit,intelligit,qui cū ſeruis & clientibus aduerſus Veientes di
micarunt,à quibus inſidijs intercepti iuxta Cremeram fluuium Thuſciæ ſunt trucidati. *Conſum-*
pta Cannis.] nam iuxta Cannas uicum Apuliæ quadraginta hominum milia cum Paulo Aemylio
altero conſule ſunt interempta,commiſſa pugna ſuaſu Varronis collegæ. *Talis.*] Id eſt qualis
erat umbra Domitiani. *Cuperent luſtrari.*] Purgari ut maculati cōtagione illius. *Si qua darētur* D
ſulphura.] Purificabātur eīn antiqui,ſi quo piaculo eſſent polluti, ſulphure , aqua,ouo,igni,& lau
ro.Apul.lib.xi.Nauē ſummus ſacerdos tęda lucida,ouo,& ſulphure,ſolēniſsimas preces de caſto
præfatus ore,ꝙ puriſsime.purificatā deæ nūcupauit,de purgatiōe ignis ſulphuris & aquæ,Ouid.
in Faſtis,Omnia purgat edax ignis,uitiūqꝫ metallis Excoquit,idcirco cū duce purgat oues.Alibi
Terqꝫ ſenem flamma,ter aqua,ter ſulphure luſtrat. *Tædis.*] Purificationem intelligit,quæ fit per
ignē.Nā tæda arbor eſt reſinā ferēs,quæ facile ardet. *Humida la.*] Plin.lib.xv.ſcribit honorem lau
ris habitū in triūpbis,qa ſuffimentū ſit cædis hoſtiū & purgatio(ut tradit Maſſurius.)Ouid.Nuda
fit hinc laurus,lauro ſpargūtur abūde,Om̄ia quæ dominos ſunt habitura nouos. C. Vide Cæl.
Rhod.lib,vi.cap.xxij. S. *Illuc heu mi.*] Hoc pēdet ex illo uerſu.Eſſe aliquos manes & ſubterranea
regna, ut ſit ſenſus.Domitianū,om̄eſqꝫ nobiles,qui tā obſcœne uiuūt , meminiſſe debere inferos
om̄ino ,eſſe & oēs illuc traduci,ubi ꝓ delictis puniūtur. *Arma q.ul.*] ex ſtomacho nobilitatis po
lutę ludis ſcenicis, & gladiatorijs,nimiaqꝫ mollicie fluentis.Quid inqt prodeſt armis & uirtute no
ſtra extremas orbis partes eſſe ſubactas,quū in Vrbe noſtra iā neglecta om̄i honeſtate cōmittūtur
uitia,quæ in ipſis ꝓuincijs quas uicimus,nō cōmittūtur,q̄uis tamen qdā externus flagitioſe uiuat,
ſed hoc inqt eſt ex cōmercio noſtro. *Iuuer.*] Iuuerna inſula eſt Oceani Britānici de qua Pōp.Mela

Orcadas: ac minima contentos nocte Britannos:
Sed quæ nunc populi fiunt uictoris in urbe,
Non faciunt illi quos uicimus: & tamen illis
Armenius Zalates cunctis narratur ephebis,
Mollior ardenti ſeſe indulſiſſe tribuno.
Aſpice quid faciant commercia: uenerat obſes.
Hic fiunt homines: nam ſi mora longior urbem
Indulſit pueris, non unquàm deerit amator:
Mittentur brachæ, cultelli, fræna, flagellum.
Sic prætextatos referunt Artaxata mores.

A *Orcadas.*] Orcades inter inſulas Oceani Britãnici connumerãtur, dierum (ut ſcribit Solinus) ſeptẽ, totidemq́; noctiũ curſu numero tres. Ab Orcadibus uſq; Tylem quinq; dierũ & totidem noctiũ eſt nauigatio. *Modo ca.*] ex hiſtoria eſt. Nam (ut ſcribit Hieron. in Chronicis Euſebij) Claudius imperator de Britannis triũphauit & Orcadas inſulas imperio Romano adiecit. *Britãnos*] Britãnia inſula ultra oras Gallici littoris octingentis & amplius milibus paſſuũ longa porrigitur, ut nomẽ pene alterius orbis mereretur, à qua Oceanus nominatur Britãnicus. Vergil. Et penitus toto diuiſos orbe Britãnos. *Contentos minima nocte.*] Cæſar in Cõmentarijs oſtendit, Britannos breuiores habere noctes. Illudq́; prorſus falſum eſt ꝙ alij ſenſere, nullã illic eſſe noctem æſtiuo ſolſtitio. *Sed quæ nũc*] Senſus eſt: Ea uitia, quæ nos committimus in Vrbe noſtra, ipſi
B populi quos uicimus nõ committunt domi ſuę. *Populi uict.*] ſ. Romani. *Quos uicimus*] Quaſi dicat prouinciales. Nã prouincia (ut diximus) dicta eſt, quaſi procul uicta. *Et tamen unus Armenius Zalates.*] Aſtute poeta oſtendit mirũ non eſſe, ſi & in prouincijs alia cõmittantur flagitioſa. Nam ex ſeminario inquit Romano ſcelerũ radices ad reliquos propagatæ ſunt populos. per Zalatem autem Armeniũ intelligit & reliquas gẽtes externas & lõginquas, contagione Rom. eſſe corruptas.
Armenius Zal.] Eſt enim nomẽ propriũ obſidis. Nã obſides ex Armenia traditos fuiſſe Ro. ſcribit Corn. Tacitus. Tradebãtur etiã aliũde, & præcipue ex nationibus lõginquis. Tranq. in Aug. Quodam muneris die, Parthorũ obſides tunc primũ miſſos per harenã mediam, ac ſpectaculum induxit. Idẽ in Caligula præ ſe ferens Dareum puerũ ex Parthorũ obſidibus. Quoſdã Caligula, ut ſcribit idem Trãquillus, obſides dilexiſſe fertur commercio mutui ſtupri. *Mollior.*] Effœminatior. *Ephebis.*] nam ἔφηβος puber dicitur, ἐφηβῶ pubeſco ἐφηβία ætas eſt prima adoleſcẽtiæ. *Indulſiſſe.*] exhibuiſſe in turpe obſequiũ. *Ardẽti tri.*] Impatienter amanti. *Aſpice quid fa.*] Velut exclamatio poetæ tangẽtis mores ſui ſeculi. *Obſes*] Is eſt, qui à patria principibus dari ſolet cũ honore cuſtodiendus, de fide ſeruãda: unde Feſtus ait, obſidem dictũ quaſi ob fidẽ. i. propter fidẽ, quia
C ob fidem patriæ præſtandã datur. *Hic fi. ho.*] Ironicos. i. hic fiũt homines ſcelerati. *Nam ſi mo. lon.*] Sẽſus eſt, ſi forte pueri externi diutius Romæ manſerint, ſtatim aderunt qui eos amẽtes mittantq́; munera, quibus ſoleant delectari etiã domi ſuæ. Talibus enim rebus facilius ꝙ̃ pecunia uidentur capi poſſe. Aliqui ita exponũt. Mittẽtur brachæ, cultelli, pro omittẽtur & relinquentur ueſtimenta, quibus in patria utebãtur, & ſtudia exercendorũ equorũ, & uirilis diſciplina dediſcetur reportabũtq́; in patriã mores Romanos perditiſsimos. placet magis intelligas ab amatore adoleſcentulis obſidibus mitti talia munera, quibus in patria ſua delectantur, ſicq; muneribus corruptos in omnẽ turpitudinem Romanã labi, domũq; & in patriã tales mores Romanos reportare.
Brachæ] Brachas ſcribit Diodorus eſſe ueſtes quas Galli ad terrorẽ intonſas, & uarij coloris ferunt. Eaſdẽq; Græcos anaxiridas uocare. Corn. itẽ Tacitus à Diodoro nõ diſſentiens ait ſic. At Cęcinna uelut relicta poſt alpes ſæuitia, ac licentia modeſto agmine per Italiã inceſsit. Ornatũ ipſius municipia, & coloniæ in ſuperbiã trahebant: ꝙ uerſicolori ſagulo brachas barbarũ tegmen indutus, togatos alloqueretur. Brachas itẽ docet Suet. in Cæſ. ueſtes eſſe: quũ ait: Gallos Cæſar in triumphum ducit, Idem in curia Galli brachas depoſuerũt: latum clauũ ſumpſerũt. Flauius Vopiſcus in Aureliano. Inter hæc fuit Tetricus brachis Gallicis ornatus. C Brachas ſunt qui intelligãt feminalia, ſiue femoralia fuiſſe, quibus quoniã uterentur Galli, brachati dicti ſunt, & Gallia Brachata:
D uide Bayfium. S. *Flagellum.*] Quo equi excitantur ad curſum, diminutiuũ eſt à flagro. *Sic.*] Per cõmercia Romanorũ, & morã manendi in Vrbe. *Mores præ.*] Aut mores Roma. i. qualibus inſtructi ſunt nobiles Ro. quũ prætexta habitus fuerit Romanorũ, & ut teſtatur Aſconius honeſtorũ, & toga uiliorũ. Vnde Sen. ad Lucil. Parẽ aũt deo pecunia non faciet, deus nihil habet, prætexta nõ faciet, deus nudus eſt. prætextã itẽ diximus ueſtẽ fuiſſe, qua puerilis ætas uteretur uſq; ad xiiij. annum. Erat etiã magiſtratuũ, ſed nõ tribunorũ: aut mores prætextatos. i. ſordidos, & obſcœnos, unde Suet. in Veſp. Erat enim dicacitatis plurimæ, & ſic ſcurrilis, ac ſordidæ, ut ne prætextatis quidem uerbis abſtineret. Nam prætextatũ ſermonẽ ueteres dixerunt obſcœnũ, ab eo dictũ: ꝙ prætextatis nefas ſit obſcœno uerbo uti. alij dici exiſtimant, ꝙ quum in nuptijs à ſponſo & ſponſa prætextæ deponerentur, à multitudine puerorũ obſcœna clamarentur. Macrob. in Saturn. prætextata uerba obſcœna eſſe oſtendit his uerbis. Hæc nobis ſit literata lætitia, & docta cauillatio, uice planipedis, & Subulonis impudica & prætextata uerba iacientis. ac pudorẽ, ac modeſtiam uerſus imitata, *Artaxata.*] Id eſt in prouincias ſuas. Artaxata autẽ numero tantum plurali Vrbs eſt maioris Armeniæ, ſita iuxta Araxem fluuium caput gentis. eam imperante Nerone Corbulo quũ bellum aduerſus Tiridatem regem Armeniæ gereret, deleuit æquauitq́; ſolo, quia teneri non poterat ſine ualido præſidio ob amplitudinem mœniorum.

SATYRA III

Effugit Vmbritius diuerſa pericula uitans.

QVAMVIS digreſſu ueteris confuſus amici,
Laudo tamen uacuis quod ſedem figere Cumis
Deſtinet, atq; unũ ciuẽ donare Sibyllæ.
Ianua Baiarum eſt, & gratum littus amœni
Seceſſus, ego uel Prochytam præpono Suburræ.
Nam quid tam miſerum, & tam ſolũ uidimus, ut non
Deterius credas horrere incendia, lapſus
Tectorum aſsiduos, ac mille pericula ſæuæ
Vrbis, & Auguſto recitantes menſe poetas?

QVAMVIS *digreſſu.*] Reprehẽſurus poeta hac ſatyra uaria Vrbis uitia, illud imprimis cõqueritur, nullũ eſſe, in Vrbe locũ uiris bonis: ſed tantum peregrinis, maximeq; Græcis ſeruilibus aſſentatoribus: introducitq; Vmbritiũ haruſpicem ſui tẽporis amicum ſuum parantẽ ob prauitatẽ morũ ab Vrbe diſcedere: cui ad notãda uitia dat partes ſuas. Ait ergo poeta. Quãuis nõ poſsim nõ cõmoueri, q amicus meus Vmbrinus ab Vrbe diſcedat, tamẽ habita diſceſſus ratione laudo eius cõſiliũ, q relicta urbe Roma, ſtatuat migrare Cumas. *Cõfuſus.*] Subaudi ſim: ut ſit, quãuis ſim totus perturbatus & cõmotus. Nam cõfundi eſt cõtriſtari & cõmoueri. Valerius lib. iij. Alcibiades interrogauit Periclẽ auunculũ, quid ita tantam in uultu cõfuſionem gereret. A

Amici] Vmbritij. haruſpicẽ fuiſſe docet Plin. lib. x. cap. iiij. *Deſtinet*] Statuat, paret. Alias mittere ſignificat ſiue adijcere, ut alibi: Deſtinat hoc mõſtrũ Cymbę, Linicq; magiſter. Deſtinare item attribuere, & aſsignare, ut Marmora deſtinata ſuut tẽplo Dianæ. i. attributa. *Cumis*] Cumę in Cãpania ciuitas eſt, quæ antiquitate cũctas & Italię & Sicilię urbes antecellit, quã Hippocles Cumęus & Megaſthenes Calcidenſis condiderũt, qua ex re Cumæ nũcupantur, à Cumęis, qui ex Euboia uenerãt. Nõnulli Cumas ob κύματα, id eſt fluctus nomẽ duxiſſe memorant. littus enim proximũ frequẽtibus abundat tergoribus, quibus illiſæ fremũt undæ. Hæc Strabo lib. v. ibi, Sacellum autore Solino, fuit Sibyllæ, quæ Cumæa eſt cognominata. *Vacuis.*] Nõ tam plenis hominũ, quàm eſt Roma, ut ſit honeſta ratio illic habitandi, C. Aut uacuis, id eſt ocioſis, & quietis, & liberis à curis. Sic Cicero dicit habere dies uacuos, & item eſſe animo uacuo. Ita (inquit De clar. orat.) hunc prælegimus diẽ, cum te ſciremus eſſe uacuũ. i. ocioſum, & minime occupatũ, aut negotioſum. S. *Sibyllæ.*] Nã illic, ut dixi, ſacellũ habebat Sibylla, nomen eſt autẽ officij, non propriũ: nam antiqui Sibyllas appellauere omnes puellas, quæ numine afflatæ deorũ conſilia enunciarẽt σιὸς enim deum ſignificat & βουλὴ conſilium quaſi σιὸς βουλὴ. *Ianua Baiarum*] .i. Cumæ ciuitas eſt ianua Baiarũ, ut euntibus Baias ab urbe Roma, neceſſe ſit Cumis iter facere, & ita eſt tanquã quædam ianua, quæ excipiat & emittat proficiſcentes ad oppidũ Baias. Eò multi Rom. tempore æſtatis animi cauſa migrabãt. ibi enim erãt calidæ aquæ, & ad uoluptatem, & ad ſanãdos morbos accõmodatiſsimæ. Orat. Nullus in Vrbe locus Baijs prælucet amœnis. Baias inquit Seneca ad Luciliũ ſapiens uir nũquam eliget, quæ diuerſorium uitiorum eſſe cœperunt, illic ſibi plurimũ luxuria permittit. Baiæ autẽ ciuitas eſt Cãpaniæ: à ſocio Vlyſsis Baio illic ſepulto denominatæ. Silius Italicus. Primores adſunt Capuæ docet ille, tepentes, Vnde ferãt nomen Baię comiteq; dediſſe, Dulichiæ puppis ſtagno ſua nomina mõſtrat. *Et gratum littus.*] id eſt totus ille tractus littoralis, qui eſt inter Baias & Cumas amœniſsimus eſt, Nam de Cumæo littore intelligit: quum dicat Cumas eſſe Ianuam Baiarum, & littus amœnum. Illud deniq; conſtat omnium ſiquidem non modo Italiæ tantum, ſed pene toto orbe terrarum pulcherrimam Campaniæ plagam eſſe, nihil hoſpitalius illo mari. Hic illi nobiles portus Caieta, Miſenus, tepentes fontibus Baiæ, Lucrinus & Auernus quædam maris Oſtia: Hic amici uitibus montes. *Ego uel Prochytam præpono Suburræ.*] Anthypophora eſt quaſi aliquis dixerit: Cumas locum eſſe deſertum, & parum frequentatum, & ipſe reſpondeat. Ego autem Prochytam, quaſi dicat uiliſsimum quęq; locum præpono Suburræ regioni urbis Romæ frequentiſsimæ. Nam Prochyta inſula eſt in littore Campano, de qua ita Plinius, Inarimes mons fuit, qui terræ motum paſſus alteram fudit inſulam, quæ Prochyta ab effuſione dicta eſt. Nam Procheo effundo ſignificat. Ouidius, Inarimen, Prochytamq; legit. Strabo in ſexto ſic ſcribit: Prochyta & Pithecuſæ auulſæ de terra partes ſunt: eodem modo & Capreæ. *Suburræ.*] Ac ſi dicat amœniori etiam loco urbis. Nam regio erat, ut diximus, celebratiſsima in Vrbe. *Nam quid tam miſerum*] Ratio quare pluris faciat hæc loca tam deſerta, quàm Romam: nam quid inquit tam ſolitariũ uidimus, ut non ſit longe melius illic eſſe quàm Romæ, ubi quotidie multa uarij generis pericula, & incommoda omnibus imminent, præcipueq; pauperibus? *Tam ſolum.*] Tam ſolitarium, & deſertũ.

B

C

D

Horrere incendia.] Quæ crebra in Vrbe uidebantur non ſine multorum calamitate: nam imperante Nerone centum triginta duæ domus, Inſulæ quatuor, ſex diebus, ut ſcribit Seneca arſere.

Lapſus aſsiduos.] Aſsiduas ædificiorũ ruinas. *Sæuæ urbis.*] Magnæ, aut ſæuæ, ubi quotidie ſæua multa acciderent, & crudelia. *Et Auguſto recitantes menſe poetas.*] Subaudi, audire: nam & hoc inter alia urbis incommodã connumerat, refertur enim ad faſtidium audiẽdi poetas paſsim recitantes, ut dicat nihil quidẽ tam ſolitarium eſſe tãq; deſertũ, quod non putes eſſe deterius perpeti

A peri urbis incõmoda, ubi horremus incẽdia, deniq; cogimur audire poetas recitantes etiam menſe Auguſto, qui nobis occurrentes uelint audiri. Menſe aũt Aug. dixit ex ſtomacho, quaſi dicat eo tempore quo Romani migrant. ut ſit ſenſus: ciuitas nunquã eſt adeo ciuibus exhauſta, quin ſemper habeas poetas, qui mẽſe Auguſto quũ omnes fere migrarũt, recitatione ſua te uexẽt. nã ut diximus, initio operis, nõ ſine moleſtia audiebãtur. *Tota domus*] Tota ſupellex domeſtica Vmbritij.

Sed quum tota domus rheda componitur una,
Subſtitit ad ueteres arcus, madidamq; Capenam,
Hic ubi nocturnæ Numa conſtituebat amicæ.
Nunc ſacri fontis nemus, & delubra locantur
Iudæis: quorum cophinus, fœnumq; ſupellex.
Omnis enim populo mercedem pendere iuſſa eſt
Arbor, & eiectis mendicat ſylua camœnis.
In uallem Aegeriæ deſcendimus, inq; ſpeluncas
Diſsimiles ueris: quanto præſtantius eſſet

Rheda.] Genus eſt uehiculi, uocabulũ eſt autore Quint. in primo, Gallicũ, ſicut & petoritũ, quorum altero uſus eſt Cicero, altero Orat. in Sat. Atq; caballi Paſcẽdi, ducẽda petorita. Eſt autẽ & petoritum genus uehiculi, quod uulgo carrũ dicitur, autore Porphyrio. *Subſtitit.*] Reſtitit expectans rhedam. *Ad ueteres arcus.*] Aliqui intelligunt arcus, quos Romu-
B lus conſtruxerat latericios, quos poſtea Romani florentes opibus in marmoreos mutauerunt, ne conditoris ſui memoria periret. poſſemus etiam intelligere arcus tergeminorũ Horatiorum. qui ad portam Capenam erant, ubi & campus eorum erat. Martialis, Capena grandi porta: quà pluit gutta, Phrygiæq; matris Almo quà lauat ferrum: Horatiorũ qua nitet facere campus: hocq; melius. nam ait Vmbritium ſubſtitiſſe ad portã Capenam, iuxta quã erat campus tergeminorum cum arcubus. Locum etiam fuiſſe Romę, qui diceretur ſub ueteribus, docet Plin. libro trigeſimoquinto cap. iiij. ſic. Hinc Marci Craſsi oratoris ille lepos agẽtis ſub ueteribus, quũ teſtis cõpellatis inſtaret. eiuſdẽ meminit & Plautus in Curculione. Sub ueteribus ibi ſunt qui dant, quiq; recipiũt. *Madidãq; Capenã.*] Capena porta erat, quæ etiã Appia, ut autor eſt Frõtinus de aquæ ductibus, dicta eſt, per quã itur Capuã. *Madidam*] Ideo quia, ut ſcribit Probus, ſuper eã erat aquæ ductus. Quod & Mart. cõprobare uidetur carmine antedicto. Capena grãdi porta quà pluit gutta. *Hic.*] Pro illic ſubſtitit. *Vbi nocturnæ Numa cõſtituebat amicæ*] Numa Põpilius ſecũdus poſt Romulũ rex Romanorũ quo efficaciſsimũ deorũ metum rudi & imperitæ multitudini incuteret, ſimulauit ſe cõgreſſus nocturnos, cõnubiũq; habere cũ Aegeria dea, eiusq; monitu nõ modo rẽp. adminiſtrare, ſed etiã quæ acceptiſsima dijs eſſent ſacra inſtituere, ſa-
C cerdotesq; ſuos cuiq; deorũ pręficere. Erat aũt lucus extra portã Capenã, quem mediũ ex opaco fons perẽni rigabat aqua, ubi nympha habitare ferebatur. eò Numa ſe perſępe ſine arbitris, uelut ad cõgreſſum deæ inſerebat: camœnis eum lucũ ſacrauit, ꝙ earũ ſibi cõcilia cũ coniuge ſua Aegeria eſſent, & ſoli fidei ſolẽne inſtituit. Ait nũc poeta lucũ illum, & delubra muſis ſacrata, Iudęis mẽdicis locari. Et ſic auaritiã ſui tẽporis flagellat, quæ ęs etiã ex tãta inopia exigeret, & paupertatẽ oſtẽdit Iudæorũ, qui euerſis Hieroſolymis à Veſpaſiano per orbẽ profugi mẽdicare cogebantur, & edicto Domitiani pulſis Vrbe neceſſe fuit colere ſyluas. *Amicæ nocturnæ.*] Nã noctu cõgreſſum cũ ea ſimulabat. *Quorũ cophinus.*] Subaudi eſt, adeo inquit pauperes ſunt Iudæi, ut nihil aliud habeãt ꝙ cophinũ & fœnũ: nã fœni faſciculũ geſtabãt, & cophinũ. unde in Sat. vi. Cophino fœnoq; relicto. Cophinus aũt uocabulũ eſt Gręcũ, apud nos, ut ait Priſc. corbẽ ſignificat. Sydo. de eo ita meminit. Ordinis res eſt, ut Aegyptius Pharao incedat cũ diademate, Iſraelita cũ cophino. *Sacri fontis nemus.*] Nã fons ex opaco ſpecu mediũ, ut diximus, lucũ rigabat perẽni aqua. Sacrũ autẽ fontẽ appellat, aut quia oẽs pariter fontes ſacri habẽtur, unde Orat. Nũc ad aquę lene caput ſacrę. aut quia Numa, autore Plut. nõ ſolũ camœnis lucũ & prata, quæ circũ erant ſacrauerat, ſed & fontem ipſum, qui ſacris Veſtalibus uirginib. erat cõſtitutus. . *Delubra.*] Camœnis antea ab Numa cõſecrata. Delubrũ Varr. lib. viij. rerũ diuinarũ, ut recitat Macr. lib. i. Satur. ait alios exiſtimare, in quo
D præter ædẽ ſit area aſſumpta deûm cauſa, ut eſt in circo Flaminio Iouis Statoris. Alios in quo loco dei ſimulacrũ dedicatũ ſit. & adiecit ſicut locũ in quo figerẽt candelã candelabrũ appellatũ, ita in quo deũ ponerẽt nominatũ delubrum, de quo ita accepit Verg. in ij. At gemini lapſu delubra ad ſumma dracones, Effugiũt. & ut mox ſimulachrum nominaret ſubtexuit. Sæuæq; petunt Tritonidis arcem. Sub pedibusq; deæ, clypeiq; ſub orbe teguntur. Feſtus uero ſic ait. Delubrum dicebant fuſtem delibratũ, hoc eſt decorticatũ, quẽ uenerabãtur pro deo. Aſcon. itẽ Pedianus ſic ſcribit, Sũt etiã qui delubra ligna delibrata, id eſt decorticata pro ſimulachris deorũ more ueterũ poſita exiſtimẽt: ſed male. Illud tamẽ cõſtat, Delubra poni generaliter pro tẽplis. unde Plin. lib. xxxvi. Durat Cyzici delubrũ, quo filũ aureũ cõmiſſuris omnibus, poſiti lapidis ſubiecit artifex. *Omnis arbor iuſſa eſt pendere mercedẽ.*] Hinc exit ſumma indignatio poetæ, ꝙ etiã ob auariciam loca ſacra Romani prophanarẽt, locãdo ea Iudæis. *Pẽdere mercedẽ.*] Soluere: nã pẽſo ære, & nõ nũerato debitum ſoluebant. *Populo.*] Scilicet Romano. *Omnis ſylua.*] Id eſt omnes Iudæi habitãtes in ſylua. *Eiectis camœnis.*] quibus lucus erat ſacratus. Camœnę autem dicũtur muſæ, quaſi canenę à canendo. *In uallem Aegeriæ.*] Id eſt in lucum, de quo diximus, camœnis conſecratum, & in quo ſimulabat colloquium ſe habere Numa cũ Aegeria. *Inq; ſpeluncas*] In ſpecum, de quo dictum eſt. *Diſsimiles ueris*] Naturalibus nõ ſimiles. Nam quæ ex topho antea erant, aucta Romanorũ lu-

xuria

xuria,& ambitione marmoribus ſunt adornata. *Numen aquæ.*] Fontis. *Quãto præſtantius eſſet*] id eſt excellẽtius,& proinde præſentius,ſi in natura ſua manſiſſet:& nõ marmore incruſtatũ eſſet, ut oſtendat deos rebus humanis non capi,ſed bona ſynceraq; hominum uolũtate gaudere. unde ait Seneca ad Luciliũ,Cogita deos,quũ propitij eſſent,fictiles fuiſſe. *Clauderet undas.*] Veſtiret. *Violarent tophũ.*] Nam uis inferri uidetur topho, qui ex loco ſuo detruditur,appoſitus marmoribus. A

Numen aquæ uiridi ſi margine clauderet undas
Herba,nec ingenuum uiolarẽt marmora tophum?
Hic tunc Vmbritius:quãdo artibus,inquit,honeſtis
Nullus in Vrbe locus,nulla emolumenta laborum:
Spes hodie minor eſt , here q̃ fuit:atq; eadem cras
Deteret exiguis aliquid : proponimus illuc
Ire,fatigatas ubi Dædalus exuit alas.
Dum noua canicies,dum prima,& recta ſenectus,
Dũ ſupereſt Lacheſi quod torqueat, & pedibus me
Porto meis,nullo dextram ſubeunte bacillo.
Cedamus patria:uiuant Arturius iſtic
Et Catulus:maneant qui nigrũ in candida uertũt,
Queis facile eſt ædem conducere, flumina, portus,
Siccandam eluuiem,portandum ad buſta cadauer,

Tophũ.] Tophus lapis eſt leuis & cauernoſus. *Ingenuũ.*] ibi natũ. unde Lucr. ingenuos appellat fontes ibi natos,nec aliũ de ductos: Vnde mare,ingenui fõtes, externaq; lõge Flumina ſuppeditãt. tranſlatio eſt ab ijs,qui liberi nati ſunt. Nam ingenuus dicitur: qui ue ſtatim natus eſt, liber eſt : ſiue ex duobus ingenuis matrimonio cõſtante editus eſt, ſiue ex libertinis duobus,ſiue ex altero libertino & altero ingenuo . lege Iuſtinianum. B

Tunc Vmbritius.] Subaudi dixit. *Quando artibus.*] Senſus eſt,ex quo nullus iam locus eſt uiris bonis in urbe:nec iã ullus fructus ſequitur labores,& omnia iã in deterius labũtur,ſtatui migrare Cumas & ſic Mart. lib. tertio oſtendit,uiro bono nullũ eſſe locũ in Vrbe. Quid faciã ſuade:nam certũ eſt uiuere Romæ,Si bonus es,caſu uiuere Sexte potes. *Viris honeſtis.*] Viris honeſtas artes exercentibus. *Nulla emolumenta.*] Nulla utilitas,nullus fructus laborũ noſtrorum eſt. *Res hodie.*] uidentur enim omnia in deterius labi. Vnde Oratius,Damnoſa quid non imminuit dies. C. Et Vergilius Georgic. I. Sic omnia fatis in peius ruere,&c. S. Here, pro heri. dixerunt ueteres, ut Quintil. in primo teſtatur,& apud Terentiũ uidere licet. *Deteret.*] Diminuet ex conſequenti,quia quę deteruntur minuuntur. *Dædalus exuit alas.*] Cumas intelligit,ubi Dædalus fugiens Minoem condidit tẽplum Apollini. Verg. Dædalus (ut fama eſt) fugiens Minoia regna, Præpetibus pennis auſus ſe credere cœlo,Inſuetũ per iter gelidas enauit ad Arctos:Calcidicaq; leuis tandẽ ſuperaſtitit arce, Redditus his primũ terris,tibi Phœbe ſacrauit Remigium alarũ,poſuitq; immania templa. C *Dũ noua canicies.*] Subaudi eſt. Canicies homini tantũ eſt & equo. Autor Plin. Ordo eſt. Cedamus patria dũ noua canicies. *Recta*] Nõ curua,ſed uiridis. *Dum ſupereſt*] Dũ adhuc aliquid uitæ mihi ſupereſt. Nã Lacheſis una ex tribus Parcis,quæ uitã humanã ſumma diſponere cõcordia dicũtur: una enim earũ dicitur nere uitã hominis,altera filũ ipſum uitæ colligere,tertia abrũpere. Vnde bene poeta dixit,quod torqueat. i. neat. De Lacheſi ſic Mart. Nil addit pẽſo Lacheſis , fuſosq; ſororũ Explicat,& ſemper de tribus una necat. *Bacillo.*] pro baculo ſcipione. Eſt aũt diminutiuũ, & generis neutri. Cic. De finibus bonorũ & malorũ: ut bacillũ aliud eſt inflexũ,& incuruatum,aliud ita natũ. *Cedamus patria.*] Mira indignatione dictũ. *Viuat Arturius.*] Catulus & Arturius nomina ſunt uiliſsimorũ hominũ,qui ex humili fortuna ad ſummas peruenerãt opes. Vmbritius nũc conqueritur in urbe tales homines gratioſiores eſſe,q̃ honeſtos. *Maneant*] Acri bile dictũ: improbos autẽ & uerſutos homines deſignat,qui uirtutẽ in uitiũ,& uitium in uirtutẽ uertũt. Nam per nigrũ malũ accipere debemus. Orat. Hic niger eſt hũc tu Romane caueto. Albũ uerũ pro bono. Perſius Per me equidẽ ſint oĩa protinus alba. Vnde eſt illud Ouidij. Cãdida de nigris, & de cãdentibus atra. Sicq; poeta oſtẽdit tale genus hominũ gratius eſſe. Vnde & Terẽt. in Phormione. His preciũ nunc eſt,qui recta praua faciũt. *Quis facile eſt ædẽ cõducere*] Deſignat cũ publicanos tũ alios uiliſſimarũ rerum redẽptores,qui habẽtur infames ob uile lucrũ,quod ſectãtur. Non enim eos pudet cõducere ædes reficiẽdas,flumina purgãda,& uectigalia portus. D *Queis*] pro quibus. *Eluuiem*] Sordes quæ per cloacas,aut flumina labũtur,& reſidere ſolent,ab eluẽdo dictæ. Nã reſidẽtes eluũtur aqua dilabẽte. *Cõducere portus.*] i. portoria redimere,quæ in porta exigũtur. Vnde & portitores ſunt nominati,qui uectigalia exigũt ad portus,qua ſignificatiõe ita accipitur illud Vergil. Portitor ille Charon,de hoc uberius dicemus infra,Quẽ porrigat ore trientẽ. *Portandũ ad buſta cadauer.*] Libitinarios deſignat,qui cadauera ſepelienda cõducebant. Nam in tẽplo Libitinæ, ea uẽdi ſolebãt,quæ ad ſepeliendũ mortuũ fuiſſent neceſſaria. Funera enim locabantur. Vnde Plin. xxi. libro loquẽs de Scipione ſuario. Aſſes ergo cõtulit populus,ac funus elocauit. ijq; qui uendebãt libitinarij dicebãtur,polinctores uero qui ſepeliebant. Vnde Vlpianus De inſtitoria actione. Si libitinarius ſeruum polinctorem habuerit,isq; mortuum ſpoliauerit,dandam in eum quaſi inſtitoriam actionem. Quumq; ex hac re lucrum ſectarentur,mortem multorum optabant. unde Seneca De beneficijs. An tu Auruntium,& Ateium,& cæteros,qui captandorũ teſtamentorũ artẽ profeſsi ſunt,nõ putes eadem habere,quæ deſignatores & libitinarij uota. *Ad buſta.*] Buſtum proprie dicebatur locus,in quo mortuus erat cõbuſtus:& buſtũ dicitur quaſi bene uſtũ. Nunc uero

buſta

A buſta dicũtur ſepulchra, Feſtus. *Et præbere caput.*] Multi enim patiebantur ſe uendi: quod Martianus in digeſtis de ſtatu hominũ, ſic oſtendit: Serui in dominium noſtrum rediguntur, aut iure ciuili, aut iure gentium. Iure ciuili ſi quis maior xx. annis ſe ad precium participandũ uenire paſſus eſt: Iure gentium ſerui noſtri ſunt, qui ab hoſtibus capiuntur aut qui ex ancillis noſtris naſcuntur. Plautus in Curculione. In Tuſco uico, ibi ſunt homines, qui ipſi ſeſe uenditant. apud Germanos ut ſcribit Tacitus in lib. De moribus Germanorũ, hæc conſuetudo ſeruatur, ut quum in alea oĩa amiſerint, extremo ac nouiſſimo iactu de libertate & corpore cõtendant, uictus uoluntariam ſeruitutem adeat. *Sub haſta.*] Nam publica auctione in foro ponebatur haſta, quæ præcipuũ erat ſignum auctionis, eiq; ſubijciebantur omnia, quæ publice uenderentur.

B C. Hinc haſta pro auctione ſæpe uſurpata à Cicerone, & alijs. S. *Domina.*] Quaſi cuius poteſtati & imperio omnia eſſent ſubiecta in uenditione.

Et præbere caput domina uenale ſub haſta.
Quondam hi cornicines, & municipalis harenæ
Perpetui comites, notæq; per oppida buccæ,
Munera nunc edunt, & uerſo pollice uulgi
Quemlibet occidunt populariter: inde reuerſi
Conducunt foricas: & cur non omnia? cum ſint
Quales ex humili magna ad faſtigia rerum
Extollit, quotiens uoluit Fortuna iocari.
Quid Romæ faciam? mentiri neſcio: librum
Si malus, eſt nequeo laudare, & poſcere: motus

Quondam hi cornicines.] Conqueritur Iuuenalis eos qui cornicines & tubicines non modo Romæ, ſed etiam in municipijs fuerunt eo diuitiarum perueniſſe temporibus ſuis, ut tanquã magnifici & potentes uiri ludos gladiatorios edant in Vrbe, cædantq; quos uelint. Nam facile erat huiuſmodi homines principum liberalitate locupletari. Vnde Menecratem cytharœdũ & Spectillum Mirmillonem ſcribit Trãquillus à Nerone triumphalium uirorum patrimonijs, ædibusq; donatos fuiſſe. Mart. Artes diſcere uult pecunioſas, Fac diſcat cytharœdos, aut choraulas. *Hic cornicines.*] Legendũ eſt hic & non hi ut ſit. Qui hic cornicines quondam fuerunt, id eſt Romæ, & comites perpetui harenæ municipalis: hoc eſt & in municipijs. *Munera nunc edunt.*] Id eſt ludos gladiatorios, ut potentiſſimi uiri. *Perpetui.*] Aſſidui comites harenæ municipalis. Nam tubicines non ſolum theatris Romanis: ſed etiam municipalibus buccas ſuas locabant. ludis enim canentes tuba ſeruiebant. Municipia, ut Gellius diffinit: dicta ſunt quòd quum omnino ſuis iuribus & legibus uiuerent, munera cum populo Romano habebãt, id eſt tanquam Romani habebantur, Sicq; idem fuiſſe uidentur cum fœdere in ciuitatẽ acceptis.

C Vlpianus Iuriſconſultus, proprie inquit municipales appellantur muneris participes recepti in ciuitatem, ut munera nobiſcũ facerent. Sed nunc abuſiue municipes dicimus ſuæ cuiuſq; ciuitatis ciues ut ſi Brixianus ſis, alios ciues Brixianos municipes tuos appelles. C. Vt uere & breui dicam municipia erant omnes liberæ ciuitates in Italia præter Romã. S. Harenam ergo municipalem intelligit, quæ in municipijs eſſet, & liberis ciuitatibus. *Notæ buccæ.*] Id eſt ipſi tubicines, qui etiam buccinatores dicuntur à buccis, quas canentes inflant. eſt enim bucca ea pars oris infra malã, quæ inflatur: unde Oratius, Quin Iuppiter ambas Iratus buccas inflet. C. ſiue à buccina, qua ſignum datur pugnæ. Cicero pro Murena. Te Gallorũ, illum buccinarum cantus exuſcitat. Item Ouid. Metamorp. primo, Caua buccina ſumitur illis. S. *Munera.*] Ludos gladiatorios, nam multi ex infima cõditione ad ſummas opes prouecti munera gladiatoria edebãt. Mart. lib. iij. Das gladiatores ſutorũ regule cerdo, Quodq; tibi tribuit ſubula, ſica rapit. Idẽ alibi ſuccẽſus ab uilibus edi munera clamat, Sutor credo dedit tibi culta Bononia munus: Fullo dedit Mutinæ, nũc tibi copo dabit. *Et uerſo pollice uulgi*] De eiſdẽ tibicinibus intelligit, qui quũ arte & quæſtu ſuo locupletati ſint, nõ modo munera edant gladiatoria ſuis impenſis, ſed etiã conciliato ſibi fauore populi occidãt quẽ uelint: quales multi in ſeditionibus interempti fuerũt à potentioribus.

Populariter.] Vulgo paſſim, uel populo fauente, quaſi dicat omnibus applaudẽtibus. Nam po-

D pularis i. appellatur, qui gratus eſt populo. Popularis etiã ciuis, hoc eſt qui ex eodem eſt populo. unde Terẽtianus ille Sannio, Obſecro populares ferte miſero atq; innocẽti auxiliũ. popularis etiã qui nobilis nõ eſt, ſed ex plebe. Plautus, præſtat diuitẽ eſſe, ac popularem, q̃ nobilem & mendicũ.

Verſo pollice uulgi.] .i. uerſo ad ſe, & cõcilitato fauore uulgi, ſequitur enim populariter. i. fauente ut dixi populo, hocq; ex prouerbio tractum oſtendit Plin. libro uigeſimooctauo, in magicis, pollices inquit quum fauemus, premere etiam prouerbio iubemur. unde etiam illud eſt Oratij in Epiſt. ad Loliũ. Fautor utroq; tuum laudabit pollice ludum. ubi Porphyrio ait, per utrũq; pollicem intelligi utrãq; manum: à parte totũ, aut quia qui laudat uehemẽtius manus iungens iungit pollicem cum proximo. *Inde reuerſi.*] .ſ. à ludis gladiatorijs, & cædibus hominum. *Conducunt foricas.*] Ad res uiles deſcendunt. i. foricas purgandas. foricæ enim ſunt latrinæ: in quas uentris excrementa deijcimus. Foria enim autore Nonio, ueteres dixerunt ſtercora liquidiora. *Et cur non omnia.*] Subaudi faciunt ſordidiſſima? *Quum ſint quales ex humili.*] Quandoquidẽ ſunt ex numero eorum, quos fortuna ſolet per ludum ex humili loco ad altiora prouehere. *Quid Romæ faciam.*] Verba ſunt Vmbritij. *Mentiri neſcio*] Anthypophora. i. nec ſimulare, nec diſſimulare noui. ſicq; conditionẽ ſeculi ſui taxat, quaſi aliter agi uita nõ queat. *Librum ſi malus.*] Aſſentari ſe dicit neſcire, quod multi in gratiam diuitum & nobilium faciebant, qui laudibus alienis delectari laudato-

res cōducebāt,& cœnis,& muneribus. unde Perſius, Calidum ſcis ponere ſumen: Et comitē hor A
ridulū trita donare lacerna. Et uerū inquis amo,& uerum mihi dicito,de me Quis populi ſermo
Orat. laudato carmina uecors. *Et poſcere.*] Per adulationē,tanq̄ qui mirabiliter placeat. *Motus aſtrorū ignoro.*] Vt poſsim futura prædicere.hoc autē dicit,ut oſtendat magos,& Chaldæos qui futuri cognitionem profitebātur,& id genus hominū Romæ gratia & auctoritate apud omnes ua

Aſtrorum ignoro: funus promittere patris
Nec uolo,nec poſſum :ranarum uiſcera nunquam
Inſpexi: ferre ad nuptam quæ mittit adulter,
Quæ mandat,norint alij: me nemo miniſtro
Fur erit: atq; ideo nulli comes exeo tanquam
Mancus,& extinctæ corpus non utile dextræ.
Quis nunc diligitur niſi conſcius & cui feruens
Aeſtuat occultis animus,ſemperq; tacendis?
Nil tibi ſe debere putat,nil conferet unquam,
Participem qui te ſecreti fecit honeſti.
Carus erit Verri qui Verrem tempore, quo uult,
Accuſare poteſt : tanti tibi non ſit opaci
Omnis arena Tagi, quodq; in mare uoluitur aurū,
Vt ſomno careas, ponendaq; præmia ſumas
Triſtis,& à magno ſemper timearis amico.
Quæ nunc diuitibus gens acceptiſſima noſtris,
Et quos præcipue fugiam,properabo fateri,
Nec pudor obſtabit. non poſſum ferre Quirites
Græcam urbem, quāuis quota portio fecis Achææ

lere,ac per hoc dites fieri.uulgo enim cōſulebantur. unde poeta in ſexta Satyra. Chaldæis ſed maior erit fiducia,quicq̄d Dixerit aſtrologus credet à fonte relatū, Hāmonis. *Funus promittere patris.*] Iniquitatē oſtendit filiorū ſui temporis,qui mortē parentū multis plerūq; optabāt uotis,inquirebātq; à diuinatoribus.unde Ouid. Filius ante diē patrios inquirit in annos.

Ranarū uiſcera nunquā inſpexi.] ut B ex ijs aliquod pararē ueneficium, ſicq; oſtēdit tale hominū genus in Vrbe eſſe & gratum,& fauorabile. Nā ex uiſceribus ranæ,hoc eſt liene,iecinore,corde,lingua & oſſiculo multa ueneficia fieri poſſe tradit Plin. xxxij. *Ferre ad nuptam.*] Alij inquit internūcij ſint cōciliando adulteria,ego uero hoc nō fecero. Nemo enim erit adulter me miniſtro. *Mittit*] Munera intellige & literas. *Mandat.*] Hoc eſt quæ dat mandata. *Nemo miniſtro*] Me autòre & internuncio. Cicero in Lęlio,ut aut libidinis miniſtri,aut adiutores eſſent ad iniurias.

Fur erit] .i.adulter. Nā & furtū adulteriū appellatur. Propertius nolim furta pudica tori. *Atq; ideo nulli comes exeo*] Sēſus eſt, & quia tales inquit artes mihi nō placent,diſcedo ab Vrbe nulli comes.i.ſine comite ac per hoc ſolus,quaſi qui à cūctis repudier,tanq̄ mancus & tanquā corpus inutile extincta dextra.i.tanquā homo iners nullius precij,nulliusq; ingenij, utpote qui nouas uiuēdi artes,ut cęteri nō calleam.& ita quod animi eſt,trāſtulit ad corpus. Extincta ergo dextra.i.extinctis ingenij uiribus. ſunt tamē qui legant,extinctæ dextræ. *Mancus.*] Dicitur quaſi manu carēs. C

Niſi conſcius.] Niſi qui ſecreta diuitis ſcelera nouit. *Feruēs.*] Cōiunge feruēs occulus & tacendis. *Aeſtuat*] Agitatur, incaleſcit taceat ne,an proferat uſpiam. *Nil tibi ſe debere puta:.*] Non eris inquit gratus,neq; acceptus illis:quorū ſecreta honeſta noueris,ſed tantummodo ijs,quorū ſcelera tibi nota erūt, afficieris enim muneribus,ne ſecreta eorū patefacias. *Verri*] Sēſus eſt, ille erit carus uiro ſcelerato & furi,qualis fuit Verres,qui poteſt furti eū accuſare. Nam Verres: ut dictum eſt ſuperiore Satyra,quæſtor Siciliā per trienniū tenuit: ubi libidinē,auaritiā,crudelitatemq; exercuit: ſuccedēte tandem Metello repetundarū poſtulatus eſt à Siculis. eam cauſam egit Cic. prò Siculis. Adhuc extāt actiones: quæ Verrinæ appellātur. *Tanti tibi nō ſit opaci.*] Et ſi inquit cōſcij ſcelerū diuitibus afficiūtur muneribus,ut taceāt,tamē tu noli quęrere,ut diuitis ſecreta ſcias,ne ſemper ſolicitus ſis,& nequeas dormire,ueritus ne aliquādo tibi obijciat, q̄ ea patefeceris,quorū eras cōſcius. *Tagi*] Tagus Hiſpaniæ eſt fluuius auriferas habēs harenas. *Opaci*] Vmbroſi propter arborū denſitatē in ripis. Mart. Aeſtus ſerenos aureo frāgens Tago, Obſcuris umbris arborū. *Vt ſomno careas.*] Nā dormire nequit,ſolicitus ne aliquo afficiatur incōmodo à diuite. *Præmia ponenda*] Quæ poſtea cogaris ei reddere. *Amico magno*] Diuite,& pętēte. alibi ante, Magni delator amici. *Quæ nūc diuitibus*] Oſtēdit poeta in Vrbe uiros bonos non eſſe gratos: ſed tantūmodo uerſutos,aſſentatores,ſcelerū miniſtros,& id genus hominū,ſed ſi quæras qui maxime grati ſint: ſunt inquit Græci. Ii enim accepuſsimi ſunt diuitibus,& tota ciuitas Græcis referta eſt. *Quos fugiam.*] Deuitē,habeā odio. *Nec pudor obſtabit.*] Pudor inquit nō me impediet,quominus aperte dicam quæ ſentiā de Græcis. Eſt enim ita dictū,quaſi aliquis monuerit,nō te pudebit tam inſolenter Gręcos inſectari? *Quirites*] Romani. Nā qui orationē habebāt ad populū,Romanos Quirites appellabāt. A Quiritib. fit Quiritare,quod eſt C. Quiritū auxiliū implorare,ſiue clamare: Varro, Nonius,& alij. S. *Græcam urbē.*] Mores Græcorū,quibus tota ciuitas corrupta eſt. *Quamuis quota portio.*] Quāuis ſit minima pars gentis Gręcę. ac ſi dicat Græcorū uitia adeo ſunt magna, ut uel pauca multitudo eorū poſsit etiam urbē corrumpere. *Quota*] Minima. Plin. in iij. ubi de Italia & Roma mentionē facit. ipſi de ea iudicauere Græci genus in gloriā ſui effuſiſsimum,quotā partem ex ea appellando Græciā magnam. Alibi Iuu. Hæc quota pars ſcelerum. Mart. libro octauo, Pars quota Parraſiæ labor eſt marcoticus aulæ. Quotus itē nomen eſt,quod numerū refert. ſicut quot, D

A Orat. Tu quotus eſſe uelis reſcribere. Plin. lib. xi. cap. xxxvij. Muriũ iecuſculis fibræ ad numerũ lunæ dierũ in mẽſe cõgruere dicũtur, totidẽq; inueniri, quotũ eius lumen ſit. Mart. lib. ix. Scis quota de Libyco littore puppis erat. i. quot naues erãt. *Fecis.*] In cõtemptum eſt Græcorum, quaſi dicat ſordidæ, & uiliſsimę gentis. *Achææ.*] Secundũ Græcam declinationẽ dixit. Nam & Achiuum dicimus æ diphthõgo in i productam conuerſa & u digama interpoſito. Eſt autem uox

> Iampridem in Tyberim Syrius defluxit Orontes,
> Et linguam, & mores, & cum tibicine chordas
> Obliquas, necnon gentilia tympana ſecum
> Vexit, & ad circum iuſſas proſtare puellas.
> Ite quibus grata eſt picta lupa barbara mytra.
> Ruſticus ille tuus ſumit rechedipna Quirine.
> Et cæromatico fert niceteria collo.

deducta ab Achaia: quę pars eſt Peloponneſi incipiens ab Iſthmo: antea Aegialos uocabatur propter urbes in littore per ordinẽ diſpoſitas αἰγιαλὸς enim huius ſignificat. *Iampridem in Tyberim.*] Non ſolum inquit Græci in urbẽ uenere, qui diuitib. ſunt acceptiſsimi, ſed etiam aliæ gẽtes barbaræ ex Syria in Vrbem nouos gẽtis ſuæ mores inuexerunt: ſicq; Vmbritius indi-

B gnatur peregrinos gratiores eſſe, qui non uirtute, ſed nouis delitijs & artibus placeant, ſimulq; oſtendit Romanos, ex quo ad ſummũ diuitiarum culmen peruenere, in omnem ita luxũ prorupiſſe, ut ex peregrinis omnia etiam uoluptatũ blandimenta perdiſcerent. unde in ſequẽtibus. Prima peregrinos obſcœna pecunia mores Intulit, & turpi fregerũt ſecula luxu. *Orontes.*] Hoc eſt ipſi Syrij qui ad Orontem habitãt. Eſt enim fluuius qui Syriam ab Antiochia diuidit: dictus ab Oronte, qui primus eũ ponte iunxit. Legendũq; eſt Syrius non Syrus: prima enim corripitur. Tibullus. Alba Palęſtino ſancta colũba Syro. Et antè Iuuen. Quod nec in Aſſyrio pharetrata Semiramis orbe. Syrius uero quũ pro ſydere ponitur, primã habet longam. Verg. Tum ſteriles exurere Syrius agros. C. Poſsit tamen & Syrus legi, ut prior enã breuis fiat hoc modo: Iampridem Syrus in Tyberim, &c. S. *Tyberim.*] Romam ſcilicet. *Linguam.*] Sermonẽ Syrium, quem diſcant Romani. *Et mores.*] Scilicet Syrios. *Et quũ tibicine chordas obliquas.*] Et inſtrumẽta muſica, quibus placeant. Nam per chordas obliquas intelligimus cytharã, cui cordæ intendũtur obliquæ, id eſt obtortæ, aut obliquæ pro forma cytharæ, ut oſtendat nõ ſolum tybiæ: ſed & cytharæ cantum à barbaris introductũ. Cytharœdi enim apud Romanos extiterũt, qui lyras ſepticordes eburneas, & quæ barbita dicũtur, intendebant. Dionyſius. *Tympana gentilia.*] Quibus domi ſuæ utuntur. Nã gentilis dicitur eiuſdem gentis: ut hoc in loco. gentiles item dicuntur, autore Cicerone in Topicis, qui

C inter ſe eodem ſunt nomine ab ingenuis oriundi, quorum maiorũ nemo ſeruitutẽ ſeruiuit, & qui capite diminuti nõ ſunt. *Iuſſas proſtare puellas.*] Præter alia inquit turpia in Vrbem etiam inuexerunt puellas quæſtuarias, quę proſtant ad circũ maximũ, ubi ædificium erat ad id accommodatum. Propert. in ij. libro, & quas Euphrates, & quas mihi miſit Orontes, Me capiant, nolim furta pudica tori. Proſtare autem dicitur mulier, quæ turpitudine corporis quæſtum facit. *Ite*] Cum indignatione legẽdum. Ite uos ad libidinandũ, quibus gratæ ſunt meretrices iſtæ barbaræ: uel Ite uos ad ſpectandas puellas meretricias ſaltãtes, qui delectamini ludis. *Lupa.*] Meretrix: quaſi quæ ad rem non minus ſit auida, q̃ lupa ad cibum. *Barbara.*] non Græca, ſed Syria. *Mytra picta.*] Ornamentum erat capitis nõ modo Lydiorũ & Phrygũ, ſed & Aſſyriorum. Herod. loquens de Aſſyrijs, Aſſyrij capita crinita habentes mytris redimũt. Verg. de Phrygibus. Et nũc ille Paris cũ ſemiuiro comitatu, Mœonia mentũ mytra crinemq; madentem Subnixus, rapto potitur. Ait Seruius pileum fuiſſe curuum, de quo penderet buccarum tegmen. *Ruſticus ille tuus.*] Scilicet Romanus, qui ſuperioribus ſeculis ſumma frugalitate uiuebat, & agricolationi intentus erat, ducta origine ut diximus à paſtoribus, ſumit rechedipna, id eſt in gymnaſiis uerſatur & palæſtra, ubi ſumit rechedipna, id eſt ueſtes peregrinas poſt exercitationẽ, quum deſudabit, ſicq; indignatur contagione Græcorũ, Syrorumq; Romanam iuuentutẽ corrumpi, in gymnaſiiſq; exerceri, ubi auto-

D re Plinio lib. xxxv. cap. xij. animorum uires perderentur. ita enim ſcribit de mollicie palæſtrę. Plura de hac parte non ſum dicturus, non Hercules magis quàm de terræ uſu in cęromans, quibus exercendo iuuentus noſtra corpora uireſq; animorum perdidit. *Rechedipna.*] Veſtis eſt peregrina qua in gymnaſiis utebantur, de qua mentionem facit Athenæus libro ſexto dipnoſophiſt. quum de paraſitis loquitur. Plutarchus item in Sympoſiacis. *Quirine.*] Romule de quo ſupra in ualle Quirini. *Et cæromatico.*] Id eſt uncto cæromate. eſt enim unguentum Athletarum, fit ex oleo & terra in ſpeciem luti, quod oſtendit Seneca ad Lucilium loquens de uia lutoſa. Tantum luti tota uia fuit, ut poſsim uideri nihilominus nauigaſſe. Totum athletarum fatum in illo die perpetiendum fuit. A cęromate nos Baphe accipit in Crypta Neapolitana. A cæromate igitur à luto per ſimilitudinem. Mart. libro quinto. Et caſtigatum Libycæ cęroma palęſtræ, id eſt ipſe palæſtrita. Anteus cęromate perũctus, caſtigatus eſt ab Hercule. De cęromate intellexit. Plin. lib. xiiij. loquens de ebrietate uitanda: Ad hæc pertinẽt peregrinę exercitationes, & uolutatio in cœno, ac pectoroſa ceruicis reparandæ oſtentatio, quibus uerbis athletarum certamen deſignauit. nam athletę, ut diximus, luto, id eſt terra oleo mixta ungebãtur quorum mos erat ceruicem dilatare, pectus exporrigere. unde illud eſt quod ſequitur. Et longum inuahdi collum ceruicibus ęquat Herculis, Anteum procul à tellure tenentẽ. *Niceteria.*] Inſignia & præmia uictoriæ pugilum, qui in gymnaſio

naſio allos uiciſſent.plurale eſt tantum. *Hic alta.*] Rediijt ad Græcos,quos ait ex diuerſis Grçciæ locis in urbẽ uenire,inſerẽtes ſe domibus diuitũ:ubi aſſentatione,aliiſq; artibus ſe gratos reddũt. A
Sicyone.] Sicyon urbs eſt Achaiæ,item urbs in Laconia,unde Laconia dicta eſt Sicyonia:inſula eſt etiã in mari Aegeo contra Epidaurũ,quam altam eſſe & eminentẽ docet Plinius. *Amidone.*] Amidon inſula eſt inter Sporadas,& ciuitas Peonię.

Hic alta Sicyone,aſt hic Amidone relicta,
Hic Andro,ille Samo,hic Trallibus,aut Alabãdis,
Aeſquilias,dictumq; petunt à uimine collem,
Viſcera magnarum domuum,dominiq; futuri.
Ingenium uelox,audacia perdita,ſermo
Promptus,& Iſæo torrentior:ede,quid illum
Eſſe putes? quemuis hominem ſecum attulit ad nos
Grammaticus,rhetor,geometres,pictor,aliptes,
Augur,ſchœnobates,medicus,magus, om̃ia nouit.

Andro] Andros inſula ex Cycladibus cum oppido eiuſdẽ nominis,dicta poſt ea Cauros deinde Antandros. Plinius. *Samo.*] Samos inſula in mari Icario,ubi Iuno maxime colebatur. *Trallibus*] Tralles plurale tãtum,oppidũ Phrygiæ,à quibus fit poſſeſsiuũ Trallianus. Cic. in Oratiõe pro Flacco. Vidi ego in quodam iudicio nuper Philodotũ teſtem Trallianũ. *Alabandis.*] Alabanda oppidum Ioniæ, quam Apollonius Molon ciſtam inuerſam appellauit, ſcorpionum plenam. B
Nam eorũ illic eſt copia,homines ſunt molles,& pſaltriæ multæ,ut ſcribit Strabo. ab Alabandis poſſeſsiuũ fit Alabandenſis. Cic. in epiſt. ad Thermum. Quare peto à te:ut & eos, & Alabandenſes iubeas ecdicos Romã mittere, C. fit etiã Alabãdeus. Cic. de Clar. orat. Hierocles Alabãdeus. Si fit etiã Alabandicus,ut eſt apud Pliniũ lib. xxxvij. cap. vij. De carbũculis. Alabandicos in orthoſia caute naſcẽtes. Victr. uero lib. vij. Alabandos uocitat. *Exquilias*] .i. collem exquilinum. Nam in Vrbe ſeptẽ fuere colles de quibus ſic Tibullus. Carpite nũc tauri de ſeptẽ montibus herbas. Exquiliæ dictæ ſunt ſecundũ Varr. aut ab excubiis regiis,aut q͂ excultæ ſint à rege Tullo: unde Ouid. in Faſt. Adde q͂ excubias ubi rex Romanus agebat, Qui nũc exquilias nomina collis habet. *Collẽ à uimine*] .i. Viminalẽ denominatũ à Ioue Vimineo q͂ ibi arę ſint,& ibi nata uimina fuerint,Feſtus Põpeius ait portã Viminalẽ & collẽ appellari,q͂ ibi uiminũ fuiſſe ſylua uideatur. *Viſcera ma. do.*] Appoſitio eſt:hoc eſt qui artibus ſuis in diuitũ familiaritatẽ ſe inſinuant,eorũq; ſecreta cõdiſcunt.
Dominiq; futuri] Tam calidi inquit ſunt ut à diuite in amicitiã & familiaritatẽ recepti,quaſi domini omnia in domo moderẽtur. *Ingeniũ uelox*] Ad omnia ſolers & promptum. *Torrẽtior Iſæo*] Huberior,copioſior,uehemẽtior:ſumptũ à torrente,qui magna fertur aquarũ hubertate & ui. Nã Iſæus orator,de quo Plin. in Epiſt. ad Nepotẽ lib. ij. Magna Iſæũ fama præceſſerat: maior inuentus eſt,ſumma eſt facultas,copia,hubertas,dicit ſemper ex tẽpore &c. fuit item Iſæus alter præceptor Demoſthenis. C *Ede quid illũ.*] Hoc quaſi argumẽti loco poſitũ ad probandũ q͂ uerſuti ſint Græci ad omnia. Ait ergo. Dic quid cenſes. ſ. eſſe Grçcũ hominem: quaſi dicat,tam aſtutus,tãq; uafer eſt, ut nulla ſit prorſus ars, quã ipſe nõ profiteatur: ſecũ enim attulit omnem hominem, id eſt omnia profitetur,quæ homo poſsit facere & ſcire. Erit enim grãmaticus,rhetor: unde eſt illud apud Sen. in ſecundo controuerſiarũ. Hoc autẽ uitium aiebat Scaurus à Græcis declamatoribus tractũ: qui nihil & nõ permiſerint ſibi,& penetrauerint: *Grãmaticus*] Subaudi eſt. grãmaticus autẽ circa curam ſermonis,ut ſcribit Sen. uerſatur,& ſi latius euagari uult circa hiſtorias: iam ut lõgiſsime fines ſuos proferat,circa carmina. *Rhetor*] Qui rhetoricã docet,& qui præcepta artis tradit. Orator uero qui ſecundũ præcepta agit. *Geometres.*] Primæ eſt declinationis. Eſtq; is, qui numeros mẽſuraſq; perſequitur,unde Orat. car. lib. i. de Archita Tarẽtino geometriæ perito. Te maris & terræ,numeroq; carẽtis harenæ,Menſorẽ cohibẽt Archita. *Aliptes.*] Is erat,qui deſcẽdentes in balnea,quiq; palęſtritas in gymnaſio ungebat ab ἀλείφω quod eſt ungo,uellebatq; alas. unde Sen. ad Lucil. Aliptã cogita tenuẽ & ſtridulã uocẽ,quo ſit notabilior ſubinde exprimentẽ, nec unquam tacentẽ: niſi dum uellit alas,& aliũ pro ſe clamare cogit. *Augur*] Qui futura pręnoſcit ex auiũ obſeruatione. Vnde aliqui ab auiũ garritu ductũ putant,alij uero ab augendo. Ouid. Sancta uocant D
auguſta patres,auguſta uocantur Templa ſacerdotũ rite dicata manu. Huius & auguriũ depẽdet origine uerbi. Et quodcũq; ſua Iuppiter auget ope. *Schœnobates*] Ille dicitur,qui per funęs ambulat σχοῖνος enim funem ſignificat,& , βαίνω aſcendo,& uado. Latini uero funabulum dixere,i qua dictione uſus eſt Terent. in Ecy. Funãbuli expectatio acceſsit. Et populus in funambulo animũ occuparat. primus Meſſala uſus eſt,& iam & pro Latina recepta. pro funãbulo dixit Apul. funerepũ. unde ubiq; apud ipſum pro funepeus ſiue funecreplus,correximus funcrepus: ut dictio ſit deducta à fune & repo. quod ita ſcribendũ ſit innuit Apul. in primo Florid. ubi ſcriptũ eſt. Funereplus pro funerepus,ut omnino fenerepos appellemus,& non funepeos,quũ à fune & repo deducatur: ſicut dicimus funambulum à fune & ambulo,& pinnirapum à pinna & rapio. Buſtirapum à buſto & rapio,quo uſus Plaut. in Pſeud. Fœdifragum à fœdere & frango. Legirupã à lege & rumpo: quo idẽ Plautus uſus eſt in Pſeud. *Magus.*] Lingua Perſarum magus eſt, qui noſtra ſacerdos, qui rite ſciat & calleat leges cerimoniarum,fas ſacrorum,ius religionum. Siquidẽ Magiã Plato interpretatur artẽ eſſe diis immortalibus acceptã: colẽdi deos ac uenerãdi pergnarã piam. ſ. & diuini ſcientẽ iam inde à Zoroaſtre & Ormace autorib. ſuis,nobilẽ. Cæliũ anuſtitã: quippe inter prima regalia docetur, nec ulli temere inter Perſas cõceſſum eſt,magũ eſſe,haud magis q͂ regnare. Mox

A uero uulgari is proprie magus exiſtimatur, qui cõmunione loquẽdi cũ dijs immortalibus ad omnia, quæ uelit incredibilia quadã ui carminũ polleat. Hæc ex prima Apulei Apol. *Græculus eſur.*] Græculus inquit premẽte rerum egeſtate, omniũ rerum ſcientiam profitebitur. *In cœlum iuſſeris ibit.*] Affirmabit ſi iubeas ſe uel cœlum uolaturũ, hocq́ dicit reſpiciens ad Dædalũ Athenienſem, qui ut diximus prima Satyra, uolauit per aera, ſibi & filio Icaro fabricatis alis. C. *Adſummam.*]

Græculus eſuriens, in cœlum, iuſſeris, ibit.
Ad ſũmã, nõ Maur⁹ erat, neq; Sarmata, nec Thrax,
Qui ſumpſit pennas, medijs ſed natus Athenis.
Horum ego non fugiam conchylia? me prior ille
Signabit? fultuſq́ thoro meliore recumbet
Aduectus Romam, quo pruna & coctana uento?
Vſq; adeo nihil eſt, quod noſtra infantia cœlum
Hauſit Auentini bacca nutrita Sabina?
Quid quod adulandi gens prudentiſsima, laudat
Sermonem indocti, faciem deformis amici,
Et longum inualidi collum, ceruicibus æquat

In ſumma, breuiter, & quod Terẽtius dicit: Quid opus eſt uerbis. Cicero de Off. i. Ad ſummã, ne agam de ſingulis. S. *Nõ Maurus erat.*] uult probare exẽplo Dædali, facile eſſe Græco uolare in cœlũ. *Maurus*] Mauritania poſita eſt in extrema parte Aphricæ, Occidentẽ uerſus, ubi mons eſt Athlas. C. *Sarmata.*] Hos Sauromatas appellauit primo ſatyræ ij. uerſu, ubi qui
B ſint, docuimus. S. *Thrax*] Thraces populi ſũt Septẽtrionales quorum plerique trans amnem Strimonem, uſq; ad Ponticũ oſtium, atq; Hæmum montẽ habitant. Quidã etiam in Propõtide ſiti, plerique uero ad Helleſpontũ, de quibus abũde Strabo libro ſeptimo. *Qui ſumpſit pennas*] .i. Dædalus. De quo ſupra. Et mare percuſſum puero, fabrũq; uolantem. *Horũ ego non fugiam conchylia.*] Inter alias cauſas ſui ab Vrbe diſceſſus unam hanc præcipuã eſſe oſtẽdit, q nequit ferre Græculos, qui nuper ex Græcia aduecti ita ſuis artibus locupletati ſunt, ut nũc inter primores urbis habeãtur. Nam purpurati incedũt, priores etiã teſtamẽta ſignãt, honoratiore loco diſcũbunt. *Cõchylia.*] Hoc eſt ueſtes cõchyliatas, quibus induti in publicũ procedũt tãquã nobiles Ro. Nã conchyliũ piſcis eſt ex genere concharũ, ſicut purpura & murex: ex is autẽ piſcibus eliciebatur liquor ille tã precioſus ad tingẽdas ueſtes. Iulius Cęſar, ut ſcribit Trãq. cõchyliatę ueſtis uſum ademit, niſi certis perſonis & ętatibus. Plin. ix. Cõchylia & purpuras oĩs ora atterit: quibus eadẽ mater luxuria paria pene etiã margaritis precia fecit. & infra. Concharũ ad purpuras & cõchylia quidẽ eſt materia. Alibi in quinto mentionẽ faciẽs de Tyro. Nũc omnis eius nobilitas cõchylio atq; purpura cõſtat. Conchyliũ etiã capimus pro omni piſce cõcha cõtecto. Sen. lib. xiiij. epiſt. i. Quantulũ ex tot cõchylijs tam lõge aduectus per iſtũ
C ſtomachũ inexplebilẽ labitur? Ergo per cõchylia ueſtes intellige cõchyliatas & purpureas. *Me prior ille.*] ſumma indignatione pronunciandũ. *Signabit*] .ſ. teſtamẽta. *Fultuſq́.*] ſuſtentatus. *Meliore thoro.*] Meliore & honoratiore parte triclinij. Nã poſita menſa cõuiuæ duobus, aut tribus lectis diſcũbentes epulabãtur. Vnde non ſolũ lectos ipſos: ſed & locũ & bicliniũ & tricliniũ appellauere, ubi comedebãt, à numero lectulorũ κλίνη enim lectũ ſignificat C. ſiue lecticam, ſiue menſam. S. *Aduectus Ro.*] cauſas undiq; colligit indignatiõis: q.ſ. Romã nõ uenerint boneſto aliquo negocio, aut nauigio, ſed ut rerũ uiliũ mercatores, & illiberalis lucri ſectatores: uenerunt enim inquit Romã eo uẽto, i. ea naue, qua pruna & coctana aduecta ſunt. ac ſi dicat oneraria & plena uilis mercis. uenerũt inquit ex Syria, unde pruna Damaſcena, & coctana uehũtur, non aũt nati Romę. Sic Pap. in Syluis lib. ij. De Glaucia puero loquitur. Nec miſtus pharijs uenalis mercibus infans.
Pruna.] Intellige Damaſcena, quæ ex Damaſco urbe Syriæ ſicca uehebãtur. De quibus ſic Plin. lib. xiij. Syria peculiares habet arbores. In ficorũ autẽ genere caricas, & minores eius generis, quæ coctana uocãt. Itẽ pruna in Damaſco mõte nata. Mart. de coctanis. Hæc tibi quæ torta uenerũt cõdita meta, Si maiora forẽt coctana ficus erat. C. ubi Mart. torta meta, uaſculũ intellexit, quo cõdita coctana, mittebãtur. alij legũt mẽta, ut ſit, coctana cõdita, torta mẽta, ſed inſulſum eſt. S. *Vſq;*
D *adeo nihil eſt.*] C. ἐπιφώνημα, i. acclamatio quę ad rei narratæ uel probatæ amplificationẽ ualet. qualis eſt illa Verg. ij. Georg. Adeo à teneris cõſueſcere multũ eſt: & illa Aen. i. Tantæ molis erat Romanam cõdere gentẽ. ergo uſq; adeo nihil eſt. i. nihil nos iuuat, nihil nobis prodeſt. S. *Hauſit cæ. Auent.*] nutrita ſit Romæ, ubi collis eſt Auentinus. partẽ poſuit pro toto: eſt aũt Auentinus dictus ſecundũ Varr. aut ab auibus, q eo ſe à Tyberi ferrẽt, aut à rege Auentino Albano, qui ibi ſepultus fuit. aut ab aduentu hominũ, q cõmune ibi Latinorũ templũ fuerit. aut ab aduectu. Nã olim paludibus mõs ab reliquis diſcluſus fuit. *Bacca Sabina*] cibis Italicis, ac per hoc Romanis. ut ſit ſpecies pro genere. Sic Orat. Quod mare Dauniæ nõ decolorauere cædes. i. cædes Italicæ, ac per hoc Romanæ, per baccã aũt intellige omnem fructũ omneq; eſculentũ. Nam appellatione baccæ intelligimus fructus, qui in arboribus diſperſius & rarius naſcũtur: ut ſunt fructus lauri, fructus oleæ, corni, loti, myrti, lentiſci, ſimiliũq;. *Sabina*] Nã Sabini & Romani cõmune habuere imperiũ. Vnde Romani Quirites ſunt appellati, de quibus ſuprà. *Quid.*] Subaudi dices, ſi aliud de Græcis gratius addidero, q.ſ. artificio adulationis, quo nihil eſt turpius, omnes excipiũt. *Et longum inualidi collũ*] Hoc ſumptũ eſt ex athletis, quibus mos erat in gymnaſijs collũ dilatare. Vnde Sen. lib. ij. Epiſt. ad Lucil. Stulta eſt enim mi Lucili, & minime cõueniens literato uiro occupatio exercendi lacertos, & dilatãdi ceruicẽ, ac latera firmãdi. Plin. lib. xiiij. cap. ult. loquens de ebrietate uitanda ſic ſcribit

ſcribit,ut ante diximus:Ad hæc pertinēt peregrinæ exercitationes,& uolutatio in cœno, ac pecto A
roſa ceruicis repandæ oſtētatio. *Æquat.*] Græcus inquit adulando,collum etiam inualidi ami/
ci æquat & cōparat Herculi,qui collū dilatabat,quum Antæum lacertis apprehēſum ſublimem te
neret:ut dicat per adulationē uirum etiā imbecillum per omnia Herculi fortiſsimo ſimillimum.
Antæū.] Nam Hercules ſecundū laborē cōſumans,Antæum filium terræ in Lybia hoſpites pa/

Herculis, Antæum procul à tellure tenentis.
Miratur uocem anguſtam,qua deterius nec
Ille ſonat,quo mordetur gallina marito.
Hæc eadem licet & nobis laudare:ſed illis
Creditur.an melior cum Thaida ſuſtinet, an cum
Vxorem comœdus agit,uel Dorida nullo
Cultam palliolo:mulier nempe ipſa uidetur
Non perſona loqui:uacua & plana omnia dicas
Infra uentriculum,& tenui diſtantia rima.
Nec tamen Antiochus,nec erit mirabilis illic
Aut Stratocles,aut cum molli Demetrius Hœmo.

læſtra ſuperantē occidit. Nam is,
quū ab Hercule in palæſtra ſupera
retur,ſimulato caſu terrā matrem
ſuam manibus contingebat,à qua
uires ei ſuggerebātur.Hoc cogni/
to Hercules amplexibus hominē
ita reuinxit, ut nec manibus , nec
pedibus terrā contingeret:ſicq́ꝫ co
actus eſt animā reddere. *Mira/
tur*] Plus eſt ꝙ ſi dixiſſet laudat.ſic
enim aliena facta,qui aſſentantur,
mirātur, tanquā præclara quædā B
& noua.Sic Terētianus ille Gnato:
Et eorū ingenia admiror. *Vocem
anguſtam.*] Exilem,nō claram, ue/
luti ſuffocatā. *Qua deterius.*] Nam talis uox maxime dānabatur,de qua ita ſcribit Quintil.lib.xi.
Vox autē ultra uires urgēda non eſt.Nam & ſuffocatur ſæpe,& maiore nixu minus clara eſt:& in/
terim eliſa in illū ſonum erūpit,cui Græci nomē ab immaturo Gallorū cantu dederunt.quod au/
tem nomen dederint Græci,quærendū eſt,licet nō deſint,qui putent ἀρύγχον .i.raucitatē. *Ille.*]
ſ.gallus. *Quo marito.*] C. Maritum appellauit gallinarū,gallum.ut Verg.in Buc.Caprū,gregis
uirum,Vir gregis ipſe caper. S. *Hæc eadem*] Anthypophora.poſſumus inquit & nos hęc facere
quæ faciunt Græci per aſſentationē,ſed nobis non tam creditur ꝙ illis, ac per hoc inquit non tam
apti ſumus ad aſſentandū. *An melior.*] Cū interrogatione legēdum,qua oſtēdit ad om̄ia eſſe a/
ptiſsimū mimum,ſiue meretricis perſona ſiue matronæ,ſiue deæ ſit ſuſtinenda in actione fabula
rum. *Thaida.*] Perſonā meretricis,qualis eſt apud Terentiū. *Agit*] Nā agi proprie dicūtur fa
bulæ,ꝙ quū in ſcenis repręſentantur,nō ſine corporis agitatu pronunciantur,unde actor, qui ge
ſtum uultus & corporis agit:unde tum ipſa pronūciatio,tum oratio,quæ habetur,tum oratio ſcri
pta actio appellatur.Cic.actionē alias quaſi ſermonē,alias eloquentiam quandam corporis dicit. C
Quint.lib.xi.Pronūciatio à pleriſq́ꝫ actio dicitur,ſed prius nomen à uoce,ſequens à geſtu,uidetur
accipere. *Comœdus.*] Is eſt qui fabulas agit:Comicus qui ſcribit,ſic tragœdus,& tragicus. *Do
rida*] Perſonam Doridis deæ marinæ.Nam Doris Oceani & Tethyos fuit filia,uxor autem Nerei:
ex quo peperit Tethydem minorem Achillis matrem:omnium etiam nympharum mater dicitur.
Nullo palliolo cultam.] Ornatā nullo uelamento.nam deæ marinæ,nudæ fingebantur.palliolum
autem cōmunis eſt ueſtis tam uirorū quàm mulierum.Martialis,Hanc uolo quæ facilis,quæ pal/
liolata uagatur.Idem alibi.Succida palliolo uellera quinq́ꝫ petit.Suetonius in Claudio . Palliola/
tus nouo more præſedit.unde palliolatim aduerbium, quo uſus eſt Plautus . Caper grammati/
cus oſtendit uelum fuiſſe capitis,quum ait,Vir ducit,mulier nubit, quia pallio obnubit caput ſu/
um genasq́ꝫ.Lampridius ſcripſit,Matronas regias contentas eſſe debere unico pallio, auro ſpar/
ſo.Flauius Vopiſcus in Aureliano.His accidit,quòd ex palliolo purpureo, quod ſoli ſui tempo/
ris imperator obtulerat,ſacerdos mulier crepundia filio feciſſe perhibetur. *Mulier nempe ipſa ui-
detur.*] Adeo bene inquit mulieres reddit Græcus,ut putes mulierē ipſam eſſe quæ loquatur, non
perſonatum mimum.nam mimi,quo liberius omnia peragerent,perſonas induebant. Tranquil
lus in Nerone,Tragœdias quoq́ꝫ cantauit perſonatus Heroum deorumq́ꝫ:item Heroidū,ac dea/
rum perſonis effictis ad ſimilitudinem oris ſui.Eſt autem perſona uelamentum oris, dicta à perſo D
nando , quòd facit uocem clareſcere & reſonare. Vox enim non uaga , neq́ꝫ diffuſa in unum tan/
tummodo exitum collecta, coactaq́ꝫ magis canoros,claroſq́ꝫ ſonitus facit.Lege Gellium.Aeſchy/
lus eam primus inuenit . Oratius, Poſt hunc perſonæ pallæq́ꝫ repertor honeſtæ Aeſchylus,& mo/
dicis inſtrauit pulpita tignis. *Vacua & plana.*] Tam bene inquit perſonam mulieris ſuſtinet,
ut non ſolum uoce , ſed etiam toto corporis habitu uideatur mulier. Nam uerenda ita habet de/
preſſa & plana , ut uiri formam habere non cenſeatur. *Infra uentriculum.*] Infra ipſum uentrem,
ubi pubes eſt. *Diſtantia.*] Quæ tantummodo diſtant à ſexu fœmineo paruula rima. *Nec ta/
men Antiochus.*] Licet inquit hi omnes fabularum actores feliciter omnia repræſentent , tamen i/
ſtic non ſunt mirabiles,adeo omnibus notum eſt , eos eſſe agendi peritiſsimos . Nam Antiochus,
Stratocles,& Demetrius, & Hœmus nomina ſunt comœdorum.de Demetrio & Stratocle Quin/
tilianus libro undecimo ſic . Maximos actores comœdiarum Demetrium & Stratoclem place/
re diuerſis uirtutibus notimus . Sed minus mirum, quòd alter deos & iuuenes,& bonos patres,
ſeruosq́ꝫ, & matronas, & graues anus optime : alter acres ſenes, callidos ſeruos, paraſitos, leno/
nes,& omnia agitatoria melius. ſunt enim natura diuerſi. nam uox quoque Demetrij iucundior,
illius acrior erat . De Hœmo alibi Iuuenalis . Mollius Hœmo quanquam & Carpophoro.

Natio comœda eſt:rides?maiore cachinno
Concutitur.flet,ſi lachrymas conſpexit amici:
Nec dolet. igniculum brumæ ſi tempore poſcas,
Accipit endromydem.ſi dixeris æſtuo,ſudat.
Non ſumus ergo pares:melior qui ſemper & omni
Nocte dieq; poteſt alienum ſumere uultum,
A facie iactare manus,laudare paratus,
Si bene ructauit,ſi rectum minxit amicus,
Si trulla inuerſo crepitum dedit aurea fundo.

A *Natio*] Iſta Græca,natione dicitur Græcus,an Barbarus,patria Athenienſis, an Lacedæmonius.Cognatione,quibus maioribus,quibus conſanguineis.Cic.autore lib.primo Rhetor.ueteris. *Comœda eſt*] Ita inquit ad fabulas agēdas eſt apta,ut id à natura habere uideatur. *Rides*] Quàm periti ſint Græci ad adulandum oſtendit multis modis.Eſt ergo ſenſus.Si rides,ipſe ſtatim ubi applaudit. *Cachinno*] Solutiore riſu, eſt eñ Cachinnus riſus immoderatus,à quo eſt cachinno uerbum, & Cachinno nomen tertiæ declinationis. *Nec dolet*] Quãuis inquit,fleat,non tamen dolet.ſunt enim omnia in eo ficta. *Endromidem*] ueſtis eſt Gallica,quãuis nomen ſortita ſit Græcũ,ad arcendũ frigus ſumebatur.Martialis,Hanc tibi ſequanicæ pinguem textricis alumnam, Quæ Lacedæmonium barbara nomen habet: Aſpera ſed gelido non aſpernenda Decem-
B bri, Dona peregrinam mittimus endromida. Ea utebantur in gymnaſio & theatro poſt ludorum exercitationem,ne luſores calefacti refrigeſcerent. Vnde Martialis.Ne madidos intret penetrabile frigus in artus,Neue grauis ſubita te premat Iris aqua: Ridebis uentos,hoc munere tectus & imbres. de Endromide,Satyra quarta. *Non ſumus ergo pares.*] Ergo inquit quum gens Græca adulandi ſit periuſsima , idq; mihi minime placeat: non ſumus pares, id eſt ego longe ſum diſsimilis à natura Græcorum. *Alienum ſumere uultum.*] Sed ille inquit primum in adulatione obtinet locum,qui uultu ſuo ſcit alienos exprimere affectus,ut aliquando in gratiam diuitum triſtitiam gerat, aliquando lætitiam.Tales enim ſunt uerſutiſsimi, unde Terent. Vultus quoq; hominum fingit ſcelus. *A facie iactare manus.*] Solent enim adulatores utraq; manu faciem amici adulando demulcere.uidenturq; ad id alludere,quod antiquis Græcię, ut autor eſt Plinius libro undecimo,in ſupplicãdo mentũ attingere mos erat. *Laudare paratus*] Sẽſus eſt: Græcus ad omnia uerſutus,ſi amicus ructauerit,aut recte minxerit,aut crepitum uẽtris emiſerit, paratus eſt hæc omnia tanquam ſalutaria laudare. *Rectum.*] Pro recte. *Si trulla.*] Trua uas eſt ſecundum Varronem,quo aquã è culina in lauacrinam fundebant, dicta à traijciendo , quòd per eam aqua traijciatur,à qua Trulla per diminutionem dicta à ſimilitudine truæ,quòd ea ſit ma-
C gna & hæc puſilla.inde etiam Trulleum aliud uas aquarium,à quo uocabulo deflexit,Apicius uerbum Detrullare quod eſt de trulla in trullam diffundere.Trullam item capi pro uaſe potorio ita docet Scæuola iuriſconſultus De auro & argẽto legato. Poculum aureum Seiæ dulciſsimæ,quod elegerit fidei hæredum committo,ut dent , quæro quum in hæreditate non ſint niſi Trullæ, Scyphi,modioli,phialæ,an Seia de his ſpeciebus eligere poſsit . reſpondi quum omnia potui parata pocula dicuntur,poſſe eam ex ijs eligere.Plinius libro trigeſimo ſeptimo,cap.ſecundo . Titus Petronius conſularis moriturus inuidia Neronis principis ut menſam eius exhæredaret , trullam murrinam CCC.ſeſtertijs emptam fregit.Oranus in Satyris, Qui Veientanum feſtis potare diebus Campana ſolitus trulla,uappamq; profeſtis. De trulla alio genere uaſis crebra fit mentio à Catone in Re ruſtica. Trulla item appellatur inſtrumentum illud,quo fabri parietarij utuntur ad extruendos parietes,tectoriaq; leuiganda,& complananda. unde uerbum trulliſſare apud Victruuium. Quũ ergo trulla pro duplici genere uaſis accipiatur,hinc fit ut diuerſis etiam ſenſibus locus exponatur. Aliqui enim dicũt Græcũ laudare , quũ crepitus fit ſordibus alui decidentibus in trullã, qua inuerſo fundo exciperẽtur. Aliqui laudare, quũ crepitus fit bibẽdo inuerſo fundo trullæ. Ego uero neutrã ſecutus ſententiã ita interpretor, ut ex cõſuetudine uetere,& quaſi prouerbio dicatur : Græcus paratus eſt laudare,ſiue recte mingat , ſiue pedat. Nã metaphoricos oĩa ſunt
D accipienda.i. ſi trulla aurea,id eſt uenter diuitum dedit crepitũ,hoc eſt pepedit . *Inuerſo fundo.*] Nam tunc uas dicitur habere fundũ inuerſum , quũ os ima ſpectat,ſed ad fundũ ſublimia. Vẽtris ergo os,id eſt anus ima ſpectat,fundũ uero ſuperiora. Nã proprie crepitũ uẽtris appellamus ſonitum illum,qui exauditur non emiſsis tamen ſordibus. ubi uero ſonitus nullus extẽditur, appellamus flatũ uentris.Suet.in Claudio.Dicitur etiã meditatus edictũ, quo ueniam daret,& flatũ,crepitũq; uentris in cõuiuio emittẽdi,quum periclitatũ quendã præ pudore ex continentia reperiſſet.

C. Trullas pocula eſſe & uaſa potoria inter omnes cõſtat.Idq; quod à Iuuenale dictũ de trulla, de quo apud eruditos cõtrouerſia eſt,nõ id credi dicere,ut de uaſe in quo alui proluuies effunditur , intelligatur,cũ id aliud ſortitũ nomen ſit,& à doctiſsimis ſcaphiũ & laſanum dicatur, uteroq; autoris ſenſui nõ ſatis cõueniat:ſed de uaſe potui parato intelligi oportere conſtat illudq; quã ſynceriſsime à poeta dictũ fuiſſe: Laudare paratus, Si bene ructauit.ſi rectũ minxit amicus, Si trulla inuerſo crepitum dedit aurea fundo.In quo illũ ſignificare putamus,qui poſt quã calicem exhauſit, in ipſo fundo,ructu aut ſibilo crepitum facere more deteſtabili nõ fuit ueritus. ubi idẽ crimen bis arguere ſatyricæ dignitatis fuit:uel de eo,qui poſtq̃ uini calicem hauſit,id quod remanſit,ita eliſit in pauimentũ ut reſonaret. Quod inſolẽtiſsimi animi,audacis & petulãtis,nimiæq; ſecuritatis fuiſſe liquet:quẽ abuſum apud cõpotores & helluones impuros,qui ſcortis uinoq; madidi & epulis

distend

diſtenti erant, Græcis inualuiſſe multi adnotarunt: ita ut ludus inde cōuiualis foret, quē κοτταβισμὸν A
appellarunt, cum reſiduū potum in æneas phialas iactarēt, qui ſi ſonānor creparet, ſe ab amica re
damari, & mutuo affectu teneri putabant. Quod eſſe probabile, & ab autoris ſenſu non alienū, ex
cōtextu uerborū liquere putamus. S. *Præterea ſanctū*] Nulla inquit illic tuta eſt caſtitas, ubi Græ
cus uerſatur. *Sanctū.*] Dicitur autore Martiano de re diuina, quod ab iniuria hominum defen-

Præterea ſanctum nihil eſt, & ab inguine tutum,
Non matrona laris, non filia uirgo, neq; ipſe
Sponſus leuis adhuc, non filius ante pudicus.
Horum ſi nihil eſt, aulam reſupinat amici.
Scire uolunt ſecreta domus, atq; inde timeri.
Et quoniam cœpit Græcorum mentio, tranſi
Gymnaſia, atq; audi facinus maioris abollæ.
Stoicus occidit Baream delator amicum,
Diſcipulumq; ſenex, ripa nutritus in illa,
Ad quam Gorgonei delapſa eſt penna caballi.

ſum atq; munitū eſt, ut hoc loco .i.
nihil eſt, q̄ ſit munitū & defenſum
ab iniuria Græcorū. Macrob. etiā
ait. Sanctum dici ſacrū, & religio-
ſum, & omni obſeruatione inuio-
latū. *Ab inguine*] Libidine Græ-
corū. Inguē pro parte genitali tam
in mare q̄ in fœmina accipitur: de
quo diximus in prima Sat. *Spon
ſus leuis adhuc*] .i. adhuc ſine pube:
qui adhuc inferiora pube nō ueſti
uerit: leuis enī prima producta ſi- B
gnat ſine pilis. *Aulā reſ. am.*] ſi ni
hil inqt eſt horū qđ agat: reſupinat
aulā .i. omnia, quæ in domo ſunt euoluit: & euertit: ſcrutās ſecreta domini. ſequitur, enim ſcire uo-
lunt ſecreta domus. Stat. in vij. Theb. Aut Cirrhā tauris Anemoriāq; ſupinat .i. arat & uoluit. unde
Actius in Antigona, ut tradit Marcel. Quid agis? perturbas rē omnē, ac reſupinas ſororis. Stat. ita
in ix. Theb. Te quoq; ſublimi tranſnantē flumina curru, Dum ſocios Pharſale pens reſupinat adē-
ptis Dorica cuſpis equis .i. euertit, Properti. Nec mora quum tota reſupinat Cynthia ualuas .i. per-
uertit & proſternit. Reſupinare itē accipitur pro erigere & eleuare. Sene. Qui per pronū eunt, reſu
pinant corpora: qui in arduum, incūbunt. Pli. loquens de gruibus ait eas reſupinato collo bibere
ueluti per fiſtulā infundētes aquā. Et alibi id colūbis & turturibus ita adſcribit. Proprium generis
eius & turturū, quū bibant colla nō reſupinare, large bibere iumentorū modo. C. Quid ſi au-
lam pro olla dictum interpretemur. ut ſit aulam reſupinat amici .i. ollam pecunia plenā, & defoſ-
ſam euacuat, & uertit, ut quemadmodū libidinoſam ſic etiam furacem Græcam gentē eſſe dicat. Et
nota eſt Plauti, Aulularia, ab Euclionis aula .i. olla argenti plena defoſſa. S. *Inde ti.*] Ne ſecreta
reuelent, ac per hoc cōſequi eorū gratiam & munera. tales enim ditabātur Mart. Vis fieri diues Bi
thynice, cōſcius eſto. *Et quoniā c.*] quādoquidē inquit de Græcis facta eſt mentio, uolo gymna- C
ſia .i. certamina gymnica prætereamus, quaſi quæ leuiora & tolerabiliora ſint præaliis quæ ab iis
fiunt. ſicq; poeta per tranſitū oſtendit exercitationes gymnicas damnādas eſſe, quarū uſus à Græ
cis in Vrbem inuectus, iuuentutē Romanā eneruauit. Nam ut ſcribit Plin. Iuuenes ſe exercendo, &
ungendo animi uires perdiderūt. *Maioris a.*] Abolla ueſtis fuit, qua & philoſophi uterentur de
qua Mart. loquēs de Cynico philoſopho. Cætera quē nudi tegit uxor abolla grabati. Seru. expo-
nens illud Verg. duplicē ex humeris reiecit amictū, ait duplicē, amictū eſſe abollam, qua philoſo-
phi & milites uterētur. de qua etiā Orat. intellexiſſe uidetur quū ait loquēs de Diogene. Cōtra quē
duplici panno patientia uelat. Nonius Marc. ait ueſtē eſſe militarē. Iuuen. alibi oſtendit eſſe ſenato
riā. Rapta properabat abolla. Ergo maioris abollæ .i. nō militaris, ſed philoſophicæ, & ideo maio-
ris grauioris autoritatis, ut ſit: audi quæ fecerit Græcus philoſophus uir magnæ autoritatis *Stoi-
cus occidit Bareā.*] excādeſcit poeta in perfidiā Græcorū, oſtendens & eos qui ſtudia ſapiētiæ profi
tētur pecunia corrūpi ad perniciē uel amicorū & familiariū, notatq; P. Aegnanū qui falſo teſtimo
nio pecunia corruptus Bareā Soranū amicum circūuenit. Nā quū Torius Seuinus eques Roma-
nus Baream Soranū accuſaſſet per calūnias Neroni, q̄ detecta cōiuratione Piſoniana, nihil procō
ſul in Aſia minore ex cōmuni utilitate feciſſet, imò ſeditiones in prouincia aluiſſet, Nero in eū com
motus eſt. Itaq; cognitione ſenatui mandata, accitaq; Seruilia filia, quæ & ipſa facta eſt rea, q̄ pe- D
cuniā dilargita eſſet ad deuotiones & ueneficia pro ſalute patris: adducti teſtes ſunt, quorū unus
P. Aegnatius emptus ad opprimendū amicū, Baream Soranū falſo teſtimonio oppugnauit. Sora
no igitur & Seruiliæ filiæ datū eſt mortis arbitriū. fuerat autē P. Aegnatius cliens Sorani. lege Cor
neliū Tacitū in Nerone. *Stoicus*] .i. P. Aegnatius Stoicæ philoſophiæ profeſſor. Nā ut ſcribit Cor
nelius autoritatē Stoicæ ſectæ præferebat habitu & ore ad exprimendā imaginē honeſti exercitij.
Stoici denominati ἀπὸ τῆς στοᾶς .i. porticu: in qua, ut diximus ante, cōmorantes diſputabant. *Occi-
dit Baream*] Falſo teſtimonio. ſ. diſcipulū ſenex, hinc maxime indignatur poeta, q̄ magiſter diſci-
pulū oppreſſerit. *Nutritus in illa.*] Natus in Boetia ad Heliconē montē, ubi equus Pegaſus Ne-
ptuni & Meduſæ Gorgonis, autore Higino, filius, ut alij uero tradunt ex Meduſæ ſanguine & cer-
uice à Perſeo reſecta procreatus ad Heliconē montem deuolauit, ubi ungula ſaxum feriēs aperuit
fontem, qui Caballinus Latine, Græce uero Hippocrene eſt dictus. *Penna Caballi.*] .i. Pegaſus e-
quus alatus: hic autem eſt, quem Bellerephon, autore Strabone, deprehendit potantem ad Pire-
nem fontem in Acrocorintho, quoq; uſus eſt ad interficiendam Chimeram in Lycia. Plinius ait e-
quos pennatos & cornibus armatos Pegaſos uocari, de quibus etiam uidetur intellexiſſe Cicero
in Oratione pro Quintio, O hominem fortunatum, qui eiuſmodi nuncios ſeu pegaſos habeat;

Non eſt Romano cuiquam locus hic, ubi regnat
Protogenes aliquis, uel Diphilus, aut Erymanthus,
Qui gentis uitio nunquam partitur amicum.
Solus habet, nam quum facilem ſtillauit in aurem
Exiguum de naturæ, patriæq́ ueneno,
Limine ſummoueor, perierunt tempora longi
Seruitij: nuſquam minor eſt iactura clientis.
Quod porrò officium (ne uobis blandiar) aut quod
Pauperis hic meritum? ſi curet nocte togatus
Currere, cum prætor lictorem impellat, & ire
Præcipitem iubeat dudum uigilantibus orbis:
Ne prior Albinam, & Modiam collega ſalutet:
Diuitis hic ſerui claudit latus ingenuorum
Filius. alter enim quantum in legione tribuni
Accipiunt, donat Caluinæ, uel Catienæ,
Vt ſemel atq; iterum ſuper illam palpitet: at tu
Cum tibi ueſtiti facies ſcorti placet, hæres,
Et dubitas alta Chionen deducere ſella.
Da teſtem Romæ tam ſanctum, quàm fuit hoſpes

A *Non eſt Ro*] In. ea inquit domo ubi aliquis habitat, & cōuerſatur Grēcus, nullus Romanus habitare poteſt: nā inde falſis Grēci criminaцōibus eliminatur. *Protogenes*] Aliqs Grēcus, ſpecies pro genere, nomina ꝓpria, & cōuenientia Grēcis. Protogenes aūt interpretatur quaſi primus genitus. Protogenis pictoris meminit Plin. lib. vij. *Diphilus*] Interpretatur amicus Iouis. ἀπὸ τοῦ Διὸς .i. Ioue & φιλία amore. C. De hoc Diphilo, uide Cęl. Rhod. lib. xv. cap. xxiiij. S *Erimāthus*] dici poteſt, qui lites diſſeminādo diuinat. ἔρις enī lis dicitur & μάντις diuinus uates, hoc eſt, q ſuis diuinatiōib. lites diſſeminat. *Facilē ſtillauit in a.*] Imitatio Oratiana. Pręceptū auriculis hoc inſtillare memēto. *Limine ſ.*] à familiaritate & amicitia diuitis, reijcior. Nā à poetis limē pro amicitia poni docet Ser. illic apud Verg. de Turno. Se limine pelli. *Seruitij.*] ſeruitutis meæ, qui tanq̄ ſeruus in obſequijs, & negocijs fui diuitis.
B *Nuſquā minor eſt iact. cl.*] Adeo inqt parua habetur amiſsio clientis Romæ, ut nuſquā ſit minor. *Quod porro off.*] Sed ne forte inqt nobis uidear nimis blādiri, & rationes noſtras nimiū tueri, ꝙ nihil nobis ſit quod agamus in gratiā diuitum & potentū: Id tamē nobis pauperib. relictū eſt negocij, ut diuitibus officio ſalutādi occupatis ſimus comites nec ſine multo labore & animi anxietate. Sicq; oſtēdit paupis cliētis in urbe difficilē eſſe rationē, quādo eius labores maximi ſint & inanes: eſtq; legēdū cū interrogatiōe. *Quod m. p.*] qđ beneficiū eſt qđ poſsit pauper diuiti pręſtare, ut inde aliqd utilitatis cōſequatur? *Si cur. n.*] ſubaudi pauper. *Togatus curr.*] i. ut ſūpta toga diuitē comitetur. Nā diuites ante ſe
C habebāt, ut diximus cliētes togatos, q appellabātur anteambulones. Habebāt etiā qui pone ſequebātur. dicebātur autē cliētes togati, qa toga erat uiliorū, quā in officio ſalutādi ſumebāt mane, unde Mart. li. iij ad Cādidū. Exigis à nobis operā ſine fine togatā. Nō eo, libertū ſed ubi mitto meū. & alibi. Mane uel à media nocte togatus ero. *Quū præ. li. im.*] nā & magiſtratus nō pudebat, ut hęreditates captarēt, ſalutare potiſsimū uiduas, diuites, & orbos. Sex autē lictores prætorē, duodecim aūt cōſulē pręcedebāt cū faſcib. uirgarū, & ſecuri colligata. Plut. rationē quęrēs, quare faſces uirgarū cū ſecurib. ligatę præferrētur ait: ſignū fuiſſe nō oportere magiſtratus iracūdiā prōptam, ac diſſolutā eſſe, aut quia uirgarū diſſolutio mora & tarditate irā frāgit, & impetū moderatur. Sed malitiā qm̄ partim medicabilis eſt, partim curari nō poteſt, uirgæ, qđ mutari poteſt, corrigunt: ſecures aūt, quod emēdari nō poteſt, abſcindūt. *Lictorē*] ſcribit Val. Ruf. appellatū à ligando, ꝙ quū magiſtratus pop. Ro. quempiā uerberari iuſsiſſet, crura eius & manus ligari uincirią; à uiatore ſolita ſint. Itaq; qui ex collegio uiatorū officiū ligādi haberet, lictor ſit appellatus. Cic. in orat. pro C. Rabirio. Lictor inquit colliga manus. Feſt. uero ait à ligādo, ꝙ faſces uirgarū ligatos imperātib. magiſtratibus gerit. Tyroni uero Cic. liberto à lino, uel licio deriuari placuit. *Orbis*] orbus dicitur ꝓprie, qui & oculis, & liberis priuatus eſt. Et filius etiā qui parētib. ſit priuatus. Ter. Orbę qui proximi ſunt, ijs nubant. Perſ. Quis potior iudex, puerisue quis aptior orbis. Inde eſt orbitas & orbare
D uerbū, quod eſt aliqua re chara priuare. Orbis aūt aut uiris, aut uiduis uigilāṅb. iā luce appropinquāte. *Ne p. a.*] Imitatio eſt Oratij in Ser. ne potior officio quiſq; reſpōdeat urge, Siue Aquilo radit terras, ſeu bruma niualē Interiore diē gyro trahit, ire neceſſe eſt. *Albinā et Modiā*] anus diuites, & orbas. *Diuitis*] cōqueritur poeta iniquā tēporū conditionē incidiſſe, ut ingenui ſint togati & comites hominū diuitū libertinę cōditionis. *Claudit l.*] comitē ſe præbet. nā illi dicūtur claudere, ſiue tegere latus, qui aliquē comitātur, ut ſit honoratior. Ora. in ſer. Ne tegā ſpurco Damę latus? Ordo aūt eſt. Filius ingenuorū claudit latus ſerui. i. illius, qui nuꝑ ſeruus fuerat, nūc aūt libertinus. hyperbolicos aūt dicit diuitis ſerui cū nimio ſtomacho, quaſi qui adhuc oleat ſeruitutē. *Hic*] Romę *Alter e.*] ex libertinis inqt, ſunt aliqui adeo diuites, ut donēt Caluinæ uel Catienæ mœchis quantū tribuni militares accipiūt ex ſtipēdio. *At tu*] .ſ. O Iuu. per quē omnē intelligit Romanū pauperē. *Scorti ueſt.*] ueſtibus ornati ut pulchrius appareat, ut ſic oſtēdat, uix licere pauperi cōducere turpē meretricē. *Chionē*] nomē meretricis. Chion aūt Græce niuē ſignificat, in cuius nomē hoc diſticho iocatus eſt Mar. digna tuo cur ſis indignaq; nomine dicā, Frigida es & nigra es, nō es, & es Chione. Idē in tertio de Chione. Vnde datur quadrās, unde uir es Chiones. *Da teſtē Romę*] Cōqueritur Romę fidē nō haberi pauperibus licet uiri boni ſint, ſed diuitibus tantū licet ſceleratis. Eſt ergo ſenſus. Si teſtē produxeris tā ſanctū tamq; iuſtū q̄ fuit Scipio Naſica, & Numa Pōpilius, nulla ei fides

Numinis Idæi: procedat uel Numa, uel qui
Seruauit trepidam flagranti ex æde Mineruam.
Protinus ad cenſum, de moribus ultima fiet
Quæſtio, quot paſcit ſeruos, quot poſſidet agri
Iugera, quàm multa, magnaq; paropſide cœnat.
QVANTVM quiſq; ſua nummorum ſeruat in arca,
Tantum habet & fidei: iuret licet & Samothracum,
Et noſtrorum aras, contemnere fulmina pauper
Creditur, atq; deos, dijs ignoſcentibus ipſis.
Quid quòd materiam præbet cauſasq; iocorum
Omnibus hic idem: ſi fœda & ſciſſa lacerna,
Si toga ſordidula eſt & rupta, calceus alter
Pelle patet, uel ſi conſuto uulnere craſſum
Atque recens linum oſtendit non una cicatrix.
NIL habet infelix paupertas durius in ſe,
Quàm quòd ridiculos homines facit; exeat, inquit,

des habebitur niſi diues ſit: nam ſtatim percũctantur quo cenſu ſit: de moribus aũt (quod primũ A
eſſet inquirendũ) nulla ſit mẽtio. *Hoſpes numinis Idæi*] .i. Scipio Naſica qui hoſpitio Cybelen exce
pit: quã & Rheã, & matrẽ deorũ, & Veſtã, & deã Phrygiã magnã, à locis aũt Idæam, & Dindymenã,
& Philenã, & Peſsinuntiã nominauerũt. Græci miniſtros eius nuncupãt uno uocabulo Curetes,
eoſdẽ & Corybãtes uocãt. lege Strab. De cuius hiſtoria ita Liu. lib. xxxviij. Oratores Ro. Pergamũ
ad regẽ uenerũt: is legatos comiter
acceptos Peſſinuntẽ in Phrygiã de
duxit: ſacrũq; ijs lapidẽ: quẽ matrẽ
deũ eſſe incolę dicebãt, tradidit, &
deportare Romã iuſsit, quẽ Tybe-
rim aduectũ Scipio Naſica opti-
mus uir à ſenatu iudicatus, ꝑ por-
tã Capenã duxit in urbẽ, eũq; ho-
ſpitio excepit, qm̃ ita reſpõſum ha
bebatur, ut numẽ id ab optimo ui
ro reciperetur, cõſecraretur q;. &
quũ Naſica tẽplũ ei uouiſſet, Metel B
lus incepit, Aug. ꝑfecit. Vnde Oui
dius, Illa ſedens plauſtro porta eſt
inuecta Capena, Spargũtur iunctę
flore recẽte boues. Naſica excepit,
templi nõ extitit autor, Auguſtus
nũc eſt, ante Metellus erat. de ſimu
lachro Cybeles qđ cælitus demiſ-
ſum cõſtat, multa ſcribit Herodia.
Vel] etiã quaſi Numa lõge fuerit
ſanctior Scipione. Numa enĩ Põpilius ob inclytã eius religionẽ ex Curibus ciuitate Sabinorũ acci
tus eſt Romã, & creatus rex ſecũdus poſt Romulũ: ſacra plurima inſtituit, ædẽ Veſtæ cõfecit. Virgi
nes Veſtales elegit, Flamines tres, Dialẽ, Martialẽ, Quirinalẽ: Salios Martis ſacerdotes, põtificẽ ma
ximũ creauit. *Seruauit trep.*] L. Metellum intelligit, qui orbam luminibus exegit ſenectã amiſsis
incẽdio oculis quum ex æde Veſtæ ardẽti pontifex Palladiũ raperet memorabili cauſa, ſed euentu
miſero. Tributũ ei, autore Plin. à Po. Ro. quod nũquã ulli alij ab cõdito æuo, ut quotiẽs in ſenatũ C
iret, curru ueheretur ad curiã: magnũ & ſublime: ſed pro oculis datũ. *Ex æde fla.*] .ſ. Veſtæ. *Mi-
neruã.*] Palladiũ .i. ipſius deæ ſimulacrũ. Nam Palladẽ & Mineruã eandẽ eſſe dixere ueteres. *Pro
tinus ad cenſum.*] Subaudi deuenitur. ut interrogẽt quãtas poſsideat opes. *Quot pa. ſer.*] Hoc autẽ
ex luxu Romanorũ, qui ut ſcribit Plin. tantã ſeruorũ multitudinẽ habebant, ut iuſtũ exercitus nu
merũ diceres. Pudẽtilla uxor Apulei, ut ipſe docet in ſecũda Apol. ſeruos haud minus quadringẽ
tos donauit filijs ſuis. *Quàm multa.*] ꝙ magno ciborũ luxu cœnet. Paropſis enim hoc loco pro
C. patina poſitum eſt in qua cibi in menſam feruntur, S. ut apud autores tam Græcos quàm
Latinos ſæpe uſurpatur à παρὰ τὸ ὄψον, id eſt ad cibum. Licet proprie paropſis genus ſit iuris, au
toribus Polluce & Euſtachio. Vnde Plautus in Pſeud. Terreſtres pecudes, aut cecimãdro condio,
aut paropſide, ubi liquido oſtẽdit Plautus genus eſſe iuris & condimenti. C. *Quantũ quiſq; ſua.*]
Sentẽtia corrupti ſeculi, qualis illa Terẽt. in Andr. Nãq; hoc tẽpore, obſequium amicos, ueritas o-
dium parit. Item Ouid. Faſt. i. In precio preciũ nunc eſt, dat cenſus honores, Cenſus amicitias, pau
per ubiq; iacet. hinc eſt, quod locupletes, & aſsiduos teſtes uocabant, quia diuitias primo ſpecta-
bãt in teſtibus, nõ probitatẽ, quod paupes ad periuriũ facilius adduci poſſe exiſtimabãtur. Itaq;
obtinuit illud, Ex cenſu fides. S. *Iuret licet & Samothracũ*] Licet inquit pauper per deos iuret pe
regrinos, & Romanos, exiſtimatur omnino uti mẽdacio, ac per hoc eſſe periurus. per deos Samo
thraces, deos Penates intelligit, quos ex Samothracia inſula maris Aegei in Phrygiã Dardanus, & D
ex Phrygia Aeneas in Italiã peruexit. Dionyſius aliter ſcribit in primo libro deos Penates duos fu
iſſe adoleſcẽtes ligneos ſedẽtes, ac pila tenẽtes, ueteris artis opera. multaq; ſubdit de Samothra-
cia ex ſentẽtia Calliſtrati & Satyri. De dijs ipſis intellexit Verg. in ij. Hos cape fatorum comites, his
mœnia quære. Pleraq; etiam de ipſis tradit Macrob. *Et noſtrorum aras.*] Iouis, Iunonis, & Palla-
dis. Nam ij præcipue ab Romanis colebantur. *Contẽnere ful.*] Creditur inquit pauper nõ timere
deos, ac per hoc ſecurus eſſe ad periuria. *Quid quod materiã*] Proponit poeta aliam pauperũ miſe
riã, ꝙ male ueſtiti omnibus ſint deridiculo. C. *Pelle patet*] Ruptus hiat. *Conſuto uulnere*] trãſ-
latio, uulnus pro calcei ruptura. *Craſſum atq; recens linum.*] Craſſum, & rude filum quo ruptura
conſuta eſt. *Cicatrix.*] Perſtat in tranſlatione. nam quia uulnus dixit conſutum, ſequitur ut re-
maneat cicatrix, & ſi cicatrix ergo uulnus. Eſt enim cicatrix uulneris perſanati ſignũ hærẽs in cor
pore. *Nil habet infelix paupertas.*] Epiphonemate exaggerat paupertatis miſerias. in ſumma, in-
quit, pauper ubiq; iacet, & ridiculus eſt. S. *Hic idem.*] .ſ. pauper. *Exeat inquit.*] Quàm infelix
ſit pauper ab exemplo etiã theatri oſtendit. Conqueritur enim, quũ antea in theatro omnes pro-
miſcue ſederẽt, theatralẽ nunc illam ſpectãdi promiſcuã licentiã in contemptũ pauperũ eſſe ſubla
tã. Lucius enĩ Roſcius Otho tribunus plebis legẽ tulit, ut in theatro quatuordecim ordines ſpectã
di

A di gratia equitibus tantũ Romanis darentur: iȷ autẽ in ordinẽ equeſtrẽ tranſibãt, quorũ cẽſus qua-
dringẽtorũ fuiſſet ſeſtertiũ: multi ergo uiri boni & nobiles, qui aut ad illũ cẽſum nõ perueniſſent,
aut forte aliquo caſu decidiſſent, iubebãtur magno dedecore omĩb. fere ſpectaculis ſurgere ab iȷs
qui præerant. Tota indignatio eſt in Domitianũ qui legẽ Othonis temporũ uetuſtate pene aboli-
tam reſtituit: quod Trãquillus oſtẽdit his uerbis. Sententiã theatralẽ promiſcuã iniquitate ſpectã
di inhibuit.

Si pudor eſt, & de puluino ſurgat equeſtri,
Cuius res legi non ſufficit, & ſedeant hic
Lenonum pueri quocunq; in fornice nati
Hic plaudat nitidi præconis filius inter
Pinnirapi cultos iuuenes, iuueneſq; laniſtæ.
Sic libitum uano, qui nos diſtinxit Othoni.

De puluino equeſtri] .i.
ex quatuordecim gradibus thea-
tri quæ & equeſtria dicebantur Se
neca in vij. De beneficijs. Equeſtria
omniũ equitũ Romanorũ ſunt. Et
item. Sed quũ in theatrũ ueniſſem
plena ſunt equeſtria, & iure habeo
locũ illic, qa mihi ſedere licet. Trã-
quil. in Caligula. Vt equeſtria ab
infimo quoq; occuparẽtur. Popu
laria dicebãtur, ubi plebs ſedebat. Tranquillus in Domitiano. Et quia pars maior intra popularia
B deciderat. Puluinũ autem equeſtrẽ appellat, ſedilia ipſa theatri ad ſimilitudinẽ fortaſſe puluini plu
mei, quòd nõ aliter in ſedilibus requieſcimus toto corpore ſedentes quàm in puluinis repoſito ca
pite. Nam puluinus dicitur quaſi pluminus: eo quòd plumis refertus ſit. per diminutionem dici
mus puluillũ: puluinũ etiam appellamus in hortis partẽ eminentiorẽ. Columella in xiȷ. Spicę alliȷ
itaum ſeri debent: ut in puluinis poſitæ minus infeſtentur: unde fit puluinatus. Plin. lib. xiȷ. Præ-
terea cæſum à dorſo puluinato .i. eminẽtiore. dici nautis puluinũ item ſcribit Seruius dorſum, hoc
eſt harenã duriorem quæ euntibus & remeãtibus fluctibus denſatur in modũ ſaxi. A puluino ui-
dentur deduci puluinaria, quæ plerũq; pro tẽplis ponũtur, quũ proprie dicãtur lectuli, qui ſterni
in tẽplis cõſueuerunt. Cic. in oratione de Aruſpicũ reſpõſis ſic. Hominẽq; eum, qui puluinaribus
Bonæ deæ ſtuprũ intulerit. puluinar aũt capi pro eo, quod dormiẽtibus ſupponitur, oſtendit poe
ta alibi. Fœda lupanaris tulit ad puluinar odorẽ. *Surgat.*] Mart. Quadringẽta tibi nõ ſunt Che-
reſtrate, ſurge, Lectius ecce uenit. Nã Lectius & Oceanus tẽporibus Domitiani præfecti fuerũt ſer-
uando ordini. *Cuius res*] .i. ille ſurgat cuius cẽſus. *Nõ ſufficit legi.*] Nõ tantus eſt quantũ iubet
lex Roſciȷ Othonis. *Et ſedeant hic*] Hoc dictũ ex ſumma indignatione poetæ, ſedeat inquit hic in
quatuordecim gradibus turpiſsimus quiſq;, modo diues ſit. *Lenonũ pueri.*] Viliſsimi quiq; uel
cinædi, qui lenonibus ſeruierũt. Multi enim ex ſeruili cõditione, & ad opes ſummas, & dignitatem
C equeſtrẽ peruenerãt, omnibus delitiȷs affluẽtes. Vnde legimus apud Plin. lib. xiȷ. cap. iȷ. quẽdam
ex ſeruis Neronis ſolitũ unguẽto lauari, imitatũ C. principẽ, qui idẽ fecerat. Lenones dicũtur, auto
re Vlp. qui quæſtuaria mãcipia habẽt, ſed & qui in liberis quæſtũ hũc exercẽt in eadem cauſa ſunt
ſiue autẽ hoc principaliter negociũ gerũt, ſiue alterius negociationis acceſsione utũtur, utputa ſi
caupo fuerit, uel ſtabularius, & mãcipia talia habuerit miniſtrãtia, & occaſione miniſteriȷ quæſtũ
faciẽtia, Lenociniũ facere nõ minus eſt, q̃ corpore quæſtũ exercere. *Fornice.*] Lupanari, & loco
fornicato, qualia domicilia ſolẽt inhabitare ſcorta. Alibi. Nudũ olido ſtãs fornice mancipiũ. *Ni
tidi.*] Lauti, & ſplẽdidi opibus. *Plaudat*] Nã ſpectatores in theatro plauſu uictoribus fauebãt, ex
cipiebãtq; in theatrũ principes, de quibus bene ſentiebãt, de quibus aũt male ſibilo. unde Orat. lo
quẽs de auaro: populus me ſibilat, at mihi plaudo Ipſe domi, ſimul ac nummos contẽplor in arca.
Præconis.] Præco à præcinẽdo eſt dictus. Eſt eñi is, qui clara uoce edicta magiſtratuũ, quiq; precia
rerũ in publicis uẽditionibus pronũciat. *Inter pin.*] ordo duplex eſſe poteſt: ut ſit unus. Filius ni
tidi pręconis plaudat inter iuuenes cultos pinnirapi, & iuuenes laniſtę. i. inter eos, qui ex gladiato
ribus ad magnas opes ꝓuecti ſunt, & nũc ſedẽt, ut nobiles in quatuordecim. Alter uero ſic. Filius
præconis hic plaudat, & iuuenes pinnirapi, & iuuenes laniſtæ plaudãt inter cultos. i. inter cõptos
& nitidos, ac per hoc Romanos & equeſtris ordinis. pinnirapus aũt dictio eſt cõpoſita ex duobus
D corruptis ex pinna & rapio, ſicut apud Plautũ in Pſeudo. Buſtirapus. ſignatq; retiarũ alterũ ex gla
diatoribus, q pinnã & ſummitatẽ galeę mirmilonis immiſſo rete capiebat, quũ cãtaret piſcẽ peto,
nõ te peto, quid me fugis Galle: nã mirmilonicũ genus armaturę Gallicũ eſt: ipſiq; mirmilones an
te Galli uocabãtur, in quorũ galeis piſcis effigies inerat. qđ genus inſtitutũ fertur à Pittaco uno ex
ſeptẽ ſapiẽtibus, qui aduerſus Phrynonẽ dimicaturus ꝓpter cõtrouerſias finiũ, quę erant inter At
ticos & Mitylenæos, rete occultato, impediuit Phrynonẽ. *Laniſtæ*] Genitiuus eſt caſus: laniſtę, la
niȷ, laniões ſunt à laniãdo, ſed ita inter ſe differũt, ut laniȷ, ſiue laniones dicãtur qui carnes uẽdi tent
populo, eaſq; cõcidant & laniẽt: unde Apul. laniená formauit uocabulũ, quod pro cruciatu, & ue
luti quadã laniatione ſępe poſuit. Plaut. uero in Epid. laniená appellat locũ, ubi pecudes mactãtur
à laniȷs his uerbis. Defeſſus ſum quęrere per medicinas, tõſtrinas, in gymnaſio, atq; in foro, per my
ropolia & lanienas. Laniſtę uero erãt, q gladiatorũ familias habebãt uenales, eaſq; digladiari do-
cebãt: unde Trãq. in Cęſ. Tyrones neq; in ludo, neq; per laniſtas, ſed in domibus per eqtes Ro. ac
etiã ſeruatores armorũ peritos erudiebat: iȷ ergo laniſtę, q̃ pręeſſent hominib. laniãdis. *Sic lib.*]
ſubaudi eſt. cũ indignatiõe dictũ. quaſi dicat, nulla fuit huius diſtinctiõis hõeſta ratio, ſed ſic libuit.
Sicq; poeta oſtẽdit cõtumelioſam diuitũ aduerſus pauperes ſuperbiã. Eſt aũt libet unũ ex uerbis,
quę apđ ueteres geminãt pręteritũ: ut libuit libitũ eſt, licuit licitũ eſt, placuit placitũ eſt, puduit pu-
ditum

ditũ eſt, nupſit & nupta eſt, prandit & pranſus eſt, cœnauit & cœnatus eſt. Et dicimus libet & libẽt A
in forma tantũ tertiæ perſonæ in ſingulari & plurali, ſic etiam licet & licent. C. *Vano.*] Vento-
ſo & ambitioſo. S. quum id per nimiã ambitionẽ fecerit. Verg. Vane Ligur, fruſtraq; animis ela
te ſuperbis. *Quis gener.*] Alia eſt querela paupertatẽ ubiq; cõtemni. Nam ſi ducẽda inquit uxor
eſt, repudiatur gener, niſi opibus par ſit puellæ: ſicq; oſtendit hominum fortunã nõ uirtutẽ quęri.

Quis gener hic placuit cẽſu minor, atq; puellæ
Sarcinulis impar? quis pauper ſcribitur hæres?
Quando in conſilio eſt ędilibus? agmine facto
Debuerant olim tenues migraſſe Quirites.
HAVD facile emergunt, quorum uirtutibus obſtat
Res anguſta domi: ſed Romæ durior illis
Conatus, magno hoſpitium miſerabile, magno
Seruorum uentres, et frugi cœnula magno.
Fictilibus cœnare pudet, quod turpe negauit
Translatus ſubito ad Marſos, menſamq; Sabellam,

Cẽſu minor.] Qui diuitijs non ſit par puellæ. *Quando in conſilio eſt ædilibus*] Cõqueritur poeta pauperẽ ab omni reip. adminiſtratione & cura, tãquam nulli rei aptum arceri à magiſtratibus, quando inquit eſt in conſilio ædilibus, quaſi dicat: ędiles, qui minimi ſunt magiſtratus, quiq; res minimas in Vrbe curant, ſi quid in conſilio publico facturi ſunt, pauperem in cõſilium non admittunt. Nam ædiles B
præerant menſuris, ut in ſequentibus. Et de menſura ius dicere, uaſa minora frangere. Et minimi erant magiſtratus: adoleſcẽtes prima cõmendatione creabãtur. Cicero Legum ſecundo. Sũtoq; Aediles curatores Vrbis annonę, ludorumq; ſolenniũ: olliſq; ad honoris amplioris gradũ primus acceſſus eſto. Erit ergo argumentũ à minore ad maius, ut ſit ſenſus. Si à minore magiſtratu pauper cõtemnitur, multo magis à maiore. Per quod poeta ſeculũ ſuum inſcitię damnat, quod homines tantum ex cenſu cõſiderandos putet. Hincq; eſt illud Plinij in procemio xiiij. libri. Poſtquam ſenator ſenſu legi cœpit, iudex fieri cenſu, magiſtratũ, ducemq; nil magis exornare quàm cenſus, peſſum iere uitę precia, omneſq; à maximo bono liberales dictæ artes, in contrarium cecidere. *Agmine.*] Damnat ex nimia indignatione conſilium priſcorum pauperum, qui quum per ſeditionem in montem ſacrũ ſeceſsiſſent, in Vrbem tamen hortatu Agrippæ redierunt, quum debuiſſent omnino migrare. Plebs enim quum tributũ & militiã tolerare non poſſet, à Patribus ſeceſsit in montem, qui poſtea ob id ſacer eſt dictus. Et quum inde reuocari nequiret, Menenius Agrippa legatus recitata fabula Aeſopi, qua oſtendũtur artus humani à uentre diſcordaſſe, moxq; quum omnia ob diſcordiã deficerent, in gratiam rediijſſe, ſic populum cum ſenatu recõciliauit, creatis tamẽ tribunis plebis, quibus libertatẽ ſuam aduerſus ſuperbi C
am nobilitatis defenderẽt. *Migraſſe.*] ita abiuiſſe, ut nunquã redirẽt in urbẽ, ubi tãto ſunt cõtemptui. *Facto.*] collecta omni multitudine, uel facto impetu. Nã agmen ſermo eſt Polyſemus, ſignificat enim impetũ, ut illud Verg. Illi agmine certo. C. Itẽ leni fluit agmine Tybris. S. Laocoonta petunt. Et multitudinẽ, ut, Vocat agmina ſęua ſororũ: etiã exercitũ incedentem agmen uocamus.

Haud fa. e.] ſentẽtia eſt generalis qua oſtẽdit, quũ ubiq; tum maxime Romę difficile eſſe pauperi emergere è miſerijs. eſt autẽ translatio à naufragis, quibus difficile eſt profundo emergere. *Res a. d.*] Tenuis facultas rei domeſticę. *Virtutibus obſtat.*] Impedimẽto eſt, licet optimis artibus ſint inſtructi. *Illis*] .ſ. pauperibus. *Durior.*] Difficilior: *Magno h.*] Ratio eſt quare ad felicitatẽ durior ſit conatus Romę. *Magno.*] ſubaudi cõſtat. dicimus enim magno, paruo, plurimo, & minimo abſolute, quũ uerbis ſignificãtibus preciũ ſunt adiũcta, ſed nõ tanto & quanto, uerũ tanti & quãti, pluris & minoris. Liu. lib. ij. primę Dec. Magno illi ea cũctatio ſtetit. C. Cic. de Fin. iij. Virtutẽ magno ęſtimandã puto. S. *Hoſpitiũ.*] Domus cõductitia. *Miſerabile.*] quod te etiã poſſit ad miſericordiã mouere. Nam miſerabilis ille eſt, qui ſua miſeria nos ut ſui miſereamur mouet. Vnde Ouid. monet amantẽ ut ſe miſerabilẽ puellę oſtentet, i. ita plenum ęrũnarum, ut puella eius miſereatur. Vt uoto potiare tuo miſerabilis eſto. *Fictilibus c. p.*] Cõqueritur ita auctũ eſſe per diuitias omniũ rerum luxũ: ut Romę homines etiã pudeat cœnare in fictilibus, ne ſint ludibrio. C. D
qui ſi repẽte ad Marſos, aut ad Sabellos, qui idẽ Sabini ſunt, trãſferantur, minime hoc ſibi turpe eſſe exiſtimabũt. Nã frugalitate ſemper laudati fuerũt Sabini, & uicini populi, ut eſt apud Liu. Vergiliũ, & Ciceronẽ. S. *Quod t. n.*] Curius inquit Dentatus exẽplo cœnę ſuę oſtendit turpe non eſſe etiam in fictilibus cœnare. nam quũ is forte bellũ gereret aduerſus Sãnites ab eorũ legatis inuentus eſt, quũ in igne rapa uerſaret, cœnaretq; in fictilibus: per quod docuit frugalitatẽ maxime tenendam, uitamq; ſimplicẽ & ſine ambitione ueteribus Romanis fuiſſe. Nam ut ſcribit Oratius, Priuatus illis cẽſus erat breuis, cõmune magnum. *Translatus ſubito ad Marſos*] Hoc dicit, nam Sabellæ, ut ſcribit Sẽpronius & Cato De originibus, proles ſunt Sabinorũ, ut nomẽ eſt argumento. Sabinia aũt regio eſt, ut docet Strab. in quinto quæ inter Latinos & Vmbros iacet, extẽditurq; ad Sãnitũ mõtes propinquior Apennino ad Veſtinos, Pelignos, & Marſos. unde ſcitè poeta Marſos nominauit & Sabellos, quãdo uicini cõtiguiq; ſint: aduerſus quos Curius bellũ gerẽs uiſus eſt in fictilibus cœnare. Nec mirũ ſi eodẽ anno, iiſdẽq; propinquis regionibus pari Curius uixit frugalitate, ut nõ magis apud Sãnites ꝗ̃ apud Sabinos & Marſos fictilibus cœnauerit. Marſi enim non lõge ſunt à Sãnitibus & Sabinis, ut diximus: de quibus ſic etiã Dionyſius de ſitu orbis, At Sãnites deinde poſiti intra magis continentẽ atq; Marſi, qui uelocitate pedũ plurimũ ad curſum præſtãt.

Cucul.

Contentuſq; illic Veneto duroq; cucullo.
Pars magna Italiæ eſt (ſi uerum admittimus) in qua
Nemo togam ſumit niſi mortuus, ipſa dierum
Feſtorum herboſo colitur ſi quando theatro
Maieſtas: tandemq; redit ad pulpita notum
Exodium, cum perſonæ pallentis hiatum
In gremio matris formidat ruſticus infans.
Aequales habitus illic, ſimilemq; uidebis
Orcheſtram, et populum. clari uelamen honoris
Sufficiunt tunicæ ſummis ædilibus albæ.
Hic ultra uires habitus nitor, hic aliquid plus,
Quàm ſatis eſt, interdum aliena ſumitur arca.
Commune id uitium eſt: hic uiuimus ambitioſa

A *Cucullo.*] genus eſt ueſtis uilloſæ ad arcẽdas pluuias & frigora. Col. lib. i. cap. viij. cultã ueſtitãq; familiã magis utiliter q̃ delicate habeat munitã diligenter à uento, frigore pluuiaq;, quę cũcta prohibẽtur pellibus manicatis, centonibus cõfectis, uel ſagis cucullis. Sydonius eius ita meminit, per quos nocturnalẽ cucullum, quo mẽbra confecta ieiunijs inter rogandũ cubãdumq; dignẽter tegare transmiſi, quanquã nõ opportune ſpecies uilloſa mittatur byeme finita, iamq; tẽporibus æſtatis appropinquãtibus. Iul. Capitolinus in uita Veri: Vagabatur noctẽ per tabernas & lupanaria, obtecto capite cucullione uulgari uiatorio. Cucullus itẽ genus eſt auis, de qua Orat. in Sat. Magna cõpellas uoce cucullũ. *Veneto*] Coloris Veneti. eſt enim maritus fluctibus C. ſimilis, qui Græce ob id Cymatilis dicitur, quẽ Latini cæruleum dicũt. S. Vegetius in re mi-
B litari. Ne tamen exploratoriæ naues cãdore prodantur, colore Veneto, qui maritus fluctibus eſt ſimilis uela tinguntur: ut nautæ non tantũ per noctẽ, ſed etiã per diẽ facilius latcãt exploratores. eũ colorẽ aliq putãt illũ eſſe, quẽ blauũ dicimus, quo ueſtes uiliores ungũtur. Mart. Si Veneto praſinoq; faues, qui coccina ſumis. *Duro.*] Craſsiore lana. *Pars magna.*] Ita oſtẽdit poeta minori impenſa alibi uiui q̃ Romæ. *Nemo ſumit togã*] Iſta nõ uiuitur ambitiõe, ut cliẽtes togati adſint diuitib. ſalutãdis, ut fit Romæ. Nã ut diximus ſuprà, toga erat uiliorũ, quæ ſumebatur à cliẽtibus quũ ibant ad ſalutandũ. *Niſi mortuus.*] Nã toga ornabãtur mortui. Mart. Aut pallẽs toga mortui tribulis. *Ipſa dierũ feſtorũ*] ordo eſt & ſenſus: Tu uidebis, inquit, habitus æquales, & orcheſtrã ſimilẽ, & populũ. ſ. ſimilẽ in municipijs, ſi quãdo maieſtas dierũ feſtorũ colitur theatro berboſo &c. i. nullã uidebis differentiã inter ſenatores & plebeios, ut etiã Romæ. Vt omnia referas ad parẽ habitũ ueſtiũ: ut nulla inter eos ſit per ueſtes diſtinctio: ſed nobiles & plebei ſint ſimiles. per orcheſtrã aũt deſignat ſenatores, & nobiles. Nã orcheſtra
C locus erat in ſcena, ubi ſenatores ſedebãt, de qua Victr. his uerbis, in orcheſtra aũt ſenatorũ ſedib. loca deſignata, & eius pulpiti altitudo ſit, ne plus pedũ quinq;: ut qui orcheſtra ſederint, ſpectare poſsint omniũ agentiũ geſtus. Nam ſcenici artifices ſuas per orcheſtrã præſtãt actiones, ſicuti ſcribit Victruuius in v de Architectura. ὀρχοῦμαι apud Græcos idẽ eſt, quod ſalto. unde ὀρχηστής. i. ſaltator & ὀρχηστρὶς ſaltatrix & ὀρχήστρα. i. orcheſtra. *Aequales habitus*] Similia omnibus ueſtimenta, ita ut ſenatores à plebeis genere ueſtiũ non diſtinguãtur, ut fit Romæ. Nã purpura, ut ſcribit Plin. lib. ix. diſtinguit ab equite curiã. Eſt enim prætexta ſenatorũ. Ea etiã fuit magiſtratuũ. Et pueritiæ, de qua alibi huberius. *Theatro berboſo.*] nam in municipijs theatra in pratis ex ceſpite plerunq; extruebant: unde Propertius, Curia prætexto quæ nũc nitet alta ſenatu, Pellitos babuit ruſtica corda patres. Buccina cogebat priſcos ad uerba Quirites, Cẽtum illi in prato ſæpe ſenatus erat: Nec ſinuoſa cauo pẽdebant uela theatro: Pulpita ſolẽnis non oluere crocos. Theatrũ autẽ Græce, Latine ſpectaculũ dicitur. *Ad pulpita notum.*] nam in theatris extruebantur ſcenæ & pulpita ad cõmodum ſpectantiũ, lege Victr. *Notũ exodiũ.*] Sæpius recantatũ. Nã ut ſcribit Liu. lib. vij. ab Vrbe condita, exodia ridicula fuere intexta uerſibus, quæ iuuẽtus inter ſe more antiquo iactare cœpit, eaq; conſerta ſunt fabulis potiſsimũ Atellanis. quod genus ludorũ ab Oſcis acceptũ tenuit iuuentus. Alibi poeta. Vrbicus exodio riſum mouet Atellanę. C. Exodium, inquit Pollux, eſt Carmen, quod è
D comœdijs exeuntes cantabãt. S. *Qũn ruſticus.*] Pueri enim qui unà cum matribus ſpectabant ludiones perſonatos expaueſcebant, pueros autem ſolitos ferri ſpectatum docet Plautus in Pœnulo. Nutricis pueros infantis anniculos domi, ut procurent, neuq; ſpectatum afferant. Ne & ipſę ſitiant & pueri pereant tamen, Neue eſurientes hic quaſi hœdi obuagiant. *Hiatum*] Os ipſum.

Perſonæ.] Perſona indumẽtum eſt oris ut ante dictum. *Sufficiunt tunicæ.*] Senſus eſt, in municipijs non omnes uiuunt ea ambitione, qua in Vrbe, ut omnes habeãt in theatro tunicas albas, ſed tantum ædiles qui ludis præſunt. Romæ autem omnes ſpectantes lacernas habent albas. Martialis, Et plebs, & minor ordo maximuſq;, Sãcto cum duce candidus ſederet. Idem in diſtichis de lacernis. Amphitheatrales nos commendamur ad uſus. *Clari uelamen honoris.*] Appoſitio eſt, ſcilicet albæ tunicæ quæ ſunt uelamen clari honoris, hoc eſt, quæ lacernæ dantur ædilibus, qui ludis præſunt. Nam ædiles fuiſſe in municipijs pauloante oſtẽdimus. *Hic ultra uires.*] Tanta inquit in Vrbe uiuitur ambitione, ut unuſquiſq; etiã ſupra uires ſtudeat ornatui. *Nitor.*] Splendor ſubaudi eſt. *Hic.*] Scilicet Romæ. *Aliquid plus eſt quàm eſt ſatis.*] Tantus eſt rerum luxus ut plus etiam faciant, quàm oporteat. *Interdum aliena ſumitur arca.*] Alibi: Vt ſpectet ludos cõducit Ogulnia ueſtem, Conducit comites, ſellam, ceruical, amicas. *Ambitioſa paupertate.*] Vt cum ſimus pauperes, uelimus uideri diuites, & alicuius precij. Eſt enim ambitio honoris cupiditas.

Quid

Quid te moror.] Quid te detineo? *Omnia cum precio.*] Fiunt. *Quid d.u.*] Conqueritur tantam A
eſſe diuitum ſuperbiam, ut pauperes in amicitiam ſuam non admittant, niſi per multa munera.
per Coſſum autē, & Veientonē, intelligit nobiliſſimum queꝗ. Nam Coſſorū familia nobilis fuit:
de Veientone Fabritio alibi Iuuen. Et cū mortifero prudens Veiento Catullo. Alibi, Accepta rude
cœpiſſet Veiento uideri. Fabritij Veientonis meminit Plin. in quarta Epiſt. Vixit ſub Domitiano &

Paupertate omnes. quid te moror? OMNIA Romæ
Cum precio. quid das, ut Coſſum aliquādo ſalutes?
Vt te reſpiciat clauſo Veionto labello?
Ille metit barbam, crinem hic deponit amati,
Plena domus libis uenalibus: accipe, & illud
Fermentum tibi habe. præſtant tributa clientes.
Cogimur & cultis augere peculia ſeruis.
Quis timet, aut timuit gelida Præneſte ruinam?
Aut poſitis nemoroſa inter iuga Volſinijs, aut
Simplicibus Gabijs, aut Proni Tyburis arce?
Nos Vrbem colimus tenui tibicine fultam

Nerone. *Salutes*] Admittaris, ut uiſites, & ſalutes. *Clauſo l.*] Superbiam oſtendit potentis, qui ne ſalutantem quidem reſalutet. *Ille metit barbam.*] Eo miſeriæ uentum eſt inquit, ut ſi forte puer diuitis, aut barbam, aut capillū deponat, ſtatim pauper in gratiā diuitis mittat munera, ut diem feſtū celebret. Nam qui barbā, aut capillum deponebant, ſolēni quodā modo alicui numini dedicabāt. Suet. de Nerone, inter Euchyſiæ apparatum barbam primam poſuit, cōditam in auream pyxidem, & precioſiſſimis margaritis adornatam, Capitolio conſecrauit. Mart. Hos tibi Phœbe uouet totos à uertice crines Encolpus, domini Centurionis amor. Idem loquens, de Earino liberto Dominani qui Aeſculapio crines ſuos in pyxide aurea recōditos miſit, ſic ſcribit, Accipe laudatos iuuenis Phœbeie crines, Quos tibi Cęſareus donat habere puer. Et alibi, Conſilium formæ ſpeculum, dulceſꝗ capillos, Pergameo poſuit dona ſacrata deo. *Ille.*] .ſ. alius diues metit barbam amati .ſ. pueri. *Amati.*] Quem habet in delicijs. *Hic.*] Alius. *Plena d.l.*] Id eſt ſtatim pauperes, ut gratiam domini ineant, donant liba, & alia, quæ puer deinde uendat, & peculium ſibi cōparet, & augeat. ſequitur enim cogimur augere peculia ſeruis. *Libis.*] Libum genus erat placētæ, quod offerebatur dijs, dictum à libando. Ouid. Nomine ab autoris ducunt libamina nomen, Libaꝗ quod ſciris pars datur inde focis. Mittebantur igitur liba quaſi quæ die feſto dijs offerrētur. Cato in Re ruſt. docet cōfecturam eius ſic. Libū hoc modo facito, caſei pondo ij. in mortario bene diſterat, ubi bene diſtriuerit farinæ ſiliginee libram, aut ſi uoles tenerius eſſe ſelibram ſimilaginis ſolū eodem indito, permiſcetoꝗ cū caſeo bene, ouū unum addito, & una bene permiſceto. inde panem facito, folia ſubdito, in foco calido ſub teſta coquito leuiter. *Accipe & illud.*] Accipe inquit & illud malum, unde tibi ſit indignandum, & iraſcendū. ſumpta tranſlatione à fermento, quod intumeſcit. *Præſtant tributa clientes*] Et hæc eſt indignatio, ꝙ etiam clientes & familiares domini cogūtur in gratiā eius dare munera ſeruis, qui grati ſint ei. Quod & Orat. in Sat. ſic meminit. Difficiles aditus primos habet, haud mihi deero, Muneribus ſeruos corrūpam, non hodie ſi Excluſus fuero deſiſtā, ego quęram. *Peculia.*] Peculium ait Vlp. dictū quaſi puſillam pecuniam, ſiue patrimoniū puſillū, quod ſeruus domini permiſſu ſeparatū à rationibus dominicis habet, deducto inde ſiquid domino debetur. Cæterū apud autores peculiū pro omni patrimonio identidē capi manifeſtū eſt. Plin. libro xxxiij. Romæ ſimulachrū ex ære factū Cereris primū reperio ex peculio. Sp. Caſsij, quem regnum affectantē, pater ipſius interemerat. *Seruis c.*] Dilectis à domino. *Quis t.*] A contrario per cōparationem oſtēdit cōmodius habitare pauperē foris, ꝙ in Vrbe. *Præneſte g.*] Ita dixit, ut Verg. Aciem Præneſte ſub ipſa, Serui. ut genere fœminino protulerit, referas adiectiuū ad Vrbem, non ad nomē Vrbis quod generis eſt neutri. oppidū eſt, ut ſcribit Strabo in v. in conſpectu Romæ ſitū in colle. nomē autem accepit autore Solino à Præneſte Vlyſsis Nepote Latini filio: uel ut placet Feſto, ꝙ præeſſet mōtibus is locus. gelidā autē appellat, quia in mōte ſita eſt. *Volſinijs*] Oppidum Hetruriæ. Strabo, Cęterū in mediterraneo pręter iam dictas urbes extāt, Arretium, Peruſia, Volſini, Sutrium. *Gabijs*] Gabij, autore Strab. extāt in uia Præneſtina ſiti, ubi Latomiæ ſunt. *Simplicibus.*] ex hiſtoria ſimplices appellat, ꝙ Tarquinius Superbus, quū uirtute ſuperare Gabios non poſſet, dolis aggreſſus eſt. quū enim uelut poſito bello fundamēns templi faciēdis, alijſꝗ Vrbanis operibus intentū ſe eſſe ſimularet, Sextus filius eius, qui minimus erat trāsfugit ex compoſito Gabios, patris in ſe ſæuitiā intolerabilē conquerēs. iam ab alienis in ſuos uertiſſe ſuperbiā. ſe quidem inter tela & gladios patris elapſum, nihil uſquā ſibi tutū niſi apud hoſtes Tarquinij credidiſſe. Et ne errarēt, imminere ijs bellū, quod poſitū ſimulatur, & per occaſionē eū in cautos inuaſurū. Benigne itaꝗ à Gabijs excipitur, duxꝗ cōſtituitur aduerſus patrē. qui mox monēte patre primoribus Vrbis partim interfectis, partim in exiliū actis Gabios in manū patris tradidit. ergo ſimplicitate ſua capti ſunt. *Proni*] Oppidū eſt non longe ab Vrbe Roma ſitū in monte, quod conditum fuit à tribus fratribus: Tyburto, Catillo, & Cora, quos Verg. Argiuos fuiſſe oſtēdit. Catilluſꝗ acerꝗ Coras Argiua iuuentus. Orat. item: Tybur Argeo poſitū colono. de Tybure ita Strabo lib. v. In Romę uero cōſpectu ſunt Tybur, Præneſte, & Tuſculū: Tybur quidē Herculeū eſt. *Proni*] Penduli, ueluti in ſuſpicientes ruituri. *Nos*] .ſ. pauperes. *Vrbem*] .i. domos Vrbis. *Fultam*] Suſtentatam, ac per hoc ueterē, & iam caſus minantē. *Tibicine.*] Suſtentaculo, Nam Tibicines, autore Feſto in

Margin letters beside the commentary: A (first line), B (at "cui numini dedicabāt. Suet. de Ne-"), C (at "uerit farinæ ſiliginee libram"), D (at "Hetruriæ. Strabo ... Volſi-").

A ædificijs dici exiſtimantur à ſimilitudine tibijs canentiũ, qui ſicut cantantes ſuſtinent, ita illi ædificia tenent. Itaq; apparet tibicinẽ capi pro omni ſuſtentaculo, ut apud Ouid. in iiij. Faſt. Hęc modo uerſabat ſtantẽ tibicine telã. à grãmaticis etiã tibicines appellãtur particulæ, quibus uerſus replentur. *Si obſtat*] Pro ſuſtinet. *Labentibus*] .ſ. tectis, quæ in eo ſunt: ut labi uideãtur. *Villicus*] Seruus ille, qui ruris curã habebat uillicus appellatus eſt. *Pendente*] Pro impendẽte & imminente.

Magna parte ſui: nam ſi labentibus obſtat
Villicus, & ueteris rimæ contexit hiatum,
Securus pendente iubet dormire ruina.
Viuendum eſt illic, ubi nulla incendia, nulli
Nocte metus: iam poſcit aquã, iam friuola tranſfert
Vcalegon, tabulata tibi iam tertia fumant:
Tu neſcis: nam ſi gradibus trepidatur ab imis
Vltimus ardebit, quem tegula ſola tuetur
A pluuia, moles ubi reddunt oua columbæ.
Lectus erat Codro Procula minor, urceoli ſex
Ornamentum abaci, necnon & paruulus infra
Cãtharus, & recubans ſub eodem marmore Chirõ,
Iamq; uetus Græcos ſeruabat ciſta libellos.

Vbi nulla inc.] Elegãter oſtẽdit in Vrbe crebra & horrẽda incẽdia oriri, nõ ſine ſummo pauperũ damno: nã plerũq; inquit iã Cœpio incẽdio diues, q inferiores ędiũ partes tenet, bona ſua ab igne trãsfert, quũ interea pauperẽ ignis abſumit ignarũ, utpote, q domus ſuperiora incolat. Nam inquilinis & pauperibus ſuperiora domus locabãtur. Mart. Et ſcalis habito tribus,
B ſed altis. *Vcalegon.*] .i. dominus domicilij tui, qui ſubter te habitat in primis tabulans, alludit autem ad carmen illud Verg. Iam proximus ardet Vcalegon. *Friuola.*] Etiam uiliſsima quęq;, & fragilia à frio uerbo, quod ſignificat aliquid attrectando in puluerẽ, & partes minutas cõuertere, quo uerbo ſæpe utitur. Plin. ut eſt illud in xiij. ubi loquitur de palmis. In ipſa quidẽ Aethiopia friatur hæc tanta eſt ſiccitas, & farinæ modo ſpiſſatur in panem. Idẽ in xij. Friatum amomũ appellat. i. contritũ. Idem in eodem loquẽs de Ladano. Id quoq; terrenũ eſt friabile. *Ab imis gradibus*] ab imis ſcalis, & primis tabulatis. *Tegula ſola tuetur*] .i. qui habitat in ſuprema parte ædiũ ſub tegulis, deſignat autẽ cœnacula, quæ ſuperiores partes domus dicũtur, quæ inquilinis locari cõſueuerant. Vnde alibi. Rarus uenit in cœnacula miles. *Columbæ*] nam in culminibus ſolẽt colũbæ habitare, & à culminibus ſunt denominatæ. *Lectus erat Codro.*] Oſtendit Vmbritius, pauperẽ ubiq; infelicẽ eſſe exẽplo Codri. Nam ſi pauper, inquit, bona ſua aut incendio, aut alia calamitate amiſerit, neminem inuenit à quo iuuetur. At ſi diues ardeat,
C ſtatim præſto ſunt, qui ſubueniant. *Lectus*] ſubaudi diſcubitorius. Nam & uaſa cõmemorat pertinentia ad triclinium. *Codro*] Pauper fuit poeta tragicus, de quo in iuo operis, Rauci Theſeide Codri. *Procula minor*] Tam modicus ut uix caperet Proculam uxorem diſcumbentẽ. *Vrceoli ſex*] Vaſa ſex potoria; quæ in abaco ſena tantum reponi oſtendit poeta. unde Plin. lib. xxxvij. cap. ii. De Põpeij triũpho. Vaſa ex auro & gẽmis abacorũ nouẽ. Cic. in v. Tuſc. Abacosq; q̃ plures ornauit argento auroq; cælato, quibus uerbis colligitur, abacũ menſam eſſe ubi uaſa eſcaria potoriáue reponerẽtur. unde Plin. eodem libro & cap. Abacis etiã eſcarijsq; uaſis inde expetitus. Et paulò infra eodẽ capite: Murina humorẽ putãt ſub terra colore denſari, amplitudine nuſquã paruos excedunt abacos. Auſonius, Fama eſt fictilibus cœnaſſe Agathoclea regẽ, Atq; abacum Samio ſępe oneraſſe luto. Abacus item appellatur planicies ſuperior quadrata capitelli in colũna, cui ad ſingulos ſubſunt ſuæ uolutæ. De quo ſic Vitr. Tanta ſit altitudo capitelli cum abaco, abaci latitudo ita habeat rationẽ, ut quãta fuerit altitudo, tanta duo ſint diagonia ab angulo ad angulũ. Vox autẽ etiam deducta à genitiuo Græco abacos. Capitur item pro tabula, in qua calculatores & geometræ numeros & figuras deſignant. Perſ. Nec qui abaco numeros. Ea etiã fiebat ex marmore, & appellabatur Delphica. ſequitur enim ſub eodẽ marmore Chiron, id eſt ſub Delphica, ita enim exponit Porphyr. illud Oratianũ, Et lapis albus, Pocula cũ cyatho duo ſuſtinet. *Cãtharus*] Græcũ
D eſt uócabulũ, eſtq; genus uaſis potorij anſati, de quo ſępe apud Plautũ fit mentio ut illic in Pſeud. Datur cantharus tibi. quod Verg. autore Macrob. propriũ Liberi patris poculũ, aſsignat Sileno. Et grauis attrita pendebat cantharus anſa. ponitur etiam eodẽ autore pro genere nauigij. *Infra*] ſ. abacũ. i. ſub abaco & mẽſa marmorea, erat & cãtharus. *Chiron*] Aliqui intelligũt Chironẽ marmore ſculptũ ſuſtinentẽ Delphicam, id eſt poculorũ mẽſam, ſed melius eſt intelligas opus cõpoſitum de Chirone, ut planius paupertas Codri oſtendatur, qui ne haberet quidem cõmoda librorum ſuorum repoſitoria. Chiron autẽ Centaurus fuit Saturni ex Philyra filius, nam ut ſcribit Aratus, Saturnus, quum per Thraciam filiũ Iouem quæreret, in equũ conuerſus cum Philyra concubuit. inde natus Chiron, qui priore parte ſpeciem habebat hominis, poſteriore uero equi. Nauigauit, teſte Orpheo cũ Argonautis, quorũ etiam fuit medicus, & uſum multarũ herbarum inuenit, inter quas & Centauream. Achillis magiſter fuit. Ad hũc in mõte Pelio quũ diuertiſſet Hercules, & ſagittas eius manibus mirabundus pertractaret, è manibus una ſanguine hydræ Lerneæ tincta in pedẽ decidit, cuius uulnere quũ angeretur, miſeratione deorũ in cœlũ poſt nouẽ dies eſt trãslatus inter aſtra. unde Ouid. in Faſtis. Nona dies aderat, quũ tu iuſtiſsime Chirõ, Bis ſeptẽ ſtellis corpore cinctus eras. de hoc ergo à poetis fabula cantata erat. multa etiam apud Achilleida Statij diximus. C. Ego uero de Chirone priorem ſententiã probo, quæ eſt Cælij Rhod. lib. vij. cap. xij. S.

Mures Opici.] per luſum dicit,quaſi rudes & barbari,nec qui Latine ſciāt,unde Sydonius. Tur A
bida,& præceps,& Opica.translatio,deducto uocabulo ab Opicis populis Campaniæ,qui eam
regionem priſcis temporibus tenuerūt,de quibus Strabo in quinto ſic ſcribit:Antiochus ſane re-
liquit ſcriptum,hanc olim ab Opicis regionem habitatam fuiſſe,iſtos autē Auſonios appellatos.
idem etiam uocati ſunt Oſci,de quibus ſic Feſtus Pomp.Opicū quoqꝫ inuenimus pro Oſco.Opi

Et diuina Opici rodebant carmina mures.
Nil habuit Codrus,quis enim negat? & tamen illud
Perdidit infelix totum nil:ultimus autem
Aerūnæ cumulus, quod nudum , fruſtraqꝫ rogantē
Nemo cibo,nemo hoſpitio tectoqꝫ iuuabit.
Si magna Arcturij cecidit domus,horrida mater,
Pullati proceres,differt uadimonia prętor?

cos etiam populos antiquiſsimos
Italię fuiſſe docet ſic Thucydides in
ſexto,Siculi autē ex Italia (ibi nāqꝫ
habitauere) fugientes, Opicos in
eandem inſulā traiecerunt. De O-
picis item meminit Dionyſ. Halic.
in lib.i.Thucydidem ſecutus. Opi
cos ergo ſiue Oſcos rudes & incul
tos fuiſſe docet Titinius poeta his
uerbis.Oſce & Volſce fabulantur,
nam Latine neſciunt . uocabulum
ergo uſurpabatur ad exprobrandam ueræ latinitatis ignorātiam. unde & in ſexta Satyra appellat B
mulierem Opicam,quaſi Latine neſcientem illic.Atqꝫ Opicæ caſtigat amicæ Verba. unde extat &
illud dictum Catonis in Græculos.Nos ſpurios dicunt,& Opicorū cognomento dedecorant. Au
ſonius:Eunus Syriſcus inguinum liguritor,Opicus magiſter,ſic eū docet Phyllis. Alij dicunt Opi
cos appellari eos,qui Græce neſciāt,licet Latine non ſint indocti,ut per luſum mures poeta appel
let Opicos,qui carmina Græca rodebant,quæ nec intelligebant:in qua opinione dicitur eſſe Gel
lius libro decimo cap.xvi.ubi ſic ſcribit:percunctanti cuipiam,qui literarum, & uocum Græcarū
expers fuit cuiuſnam liber,& qua de re ſcriptus eſſet:Et paulopoſt ſubdit,Tunc ille Opicus uerbis
meis inchoatis,& inconditis adductus.Opicum ergo capit pro eo,qui literarum Græcarum eſſet
ignarus. *Nil habuit Codrus.*] Eo inquit paupertatis redactus erat,ut nihil omnino haberet. Et ta-
men illud nihil totum amiſerit,nec inuenerit alicunde calamitatis ſuæ ſubſidium, adeo paupertas
infelix eſt.At ſi inquit diues aliquo fortunæ impetu de feliciore ſtatu deijciatur, ſtatim habet ſup-
petias amicorum paratas. *Vltimus au.ær.c.*] Sed hoc inquit eſt omnium miſerrimum,ꝙ quæren
do,petēdoqꝫ nihil inuenit. *Si ma.ar.*] Hinc tota eſt indignatio poetæ,ꝙ homines uel ſceleratiſsi-
mi, modo diuites ſint , magis reſpiciantur ꝗ pauperes honeſti . Nam ſupra illic, uiuāt Arcturius
iſtic,& Catulus:maneant qui nigrum in candida uertunt,oſtendit Arcturium & Catulum uiliſsi-
mos fuiſſe,& ſceleratos homines,qui per ſcelera eſſent locupletati . per Arcturium igitur diuitem C
quenqꝫ & facinoroſum intelligit. *Horrida ma.*] ſubaudi eſt,id eſt mulieres Romanæ ſqualidæ hūc
quaſi cōmunem caſum lugent,quemadmodū conſtat & publicas calamitates ſæpe luxiſſe. *Pul-
lati*] Subaudi ſunt.i.atrati,& ueſtes lugubres induti.pullum enim nigrū ſignificat.Verg.ne macu
lis infuſcet uellera pullis.Trāquillus in Aug.Sanxitqꝫ nequis pullatorum media cauea ſederet.Pul
lum etiam appellamus nouellum.Orat.in Odis.Gaudeat pulla magis atqꝫ myrto. unde etiā dici-
mus arbores pullulare,quum ramos nouellos exerunt.Plin.lib.xvi.Seneſcūt uelociter uites aqua
ticæ,ſed è radicibus repullulant. *Differt uad.pr.*] Differt dictionē iuris ſiue ſponſiones ſiſtendi ſe
in iudicio,ac per hoc iura ipſa. C. Eſt autē uadimoniū (ut breuiter dicam) ſpōſio quædā ſiſten
di in iudicio ad diem dictā,& cōſtitutam,per ſe,aut per aduocatos,quod deſerere nō licet.hinc ua
dari,id eſt uadimonio obſtringere,ſiue diē iudicij ex cōpacto cōſtituere , & in ius uocare.Cic.pro
Quintio,Hominē in præſentia nō uadatur,ita ſine uadimonio diſceditur. Ponitur tamen interdū
uadimonium ſimpliciter pro iudicio & actione iudiciali.Cic.ad Atticum lib.ij.In hominē ire cu-
piebam,non mehercule ut differrem cum eo uadimonium,nam mira ſum alacritate ad litigan-
dum. S. Vadimonium uocabulum quidem occurſu frequens eſt apud autores,ſed difficile in-
tellectu.uarijs enim modis uſurpari ab ſcriptoribus dubium non eſt.Videtur aliquādo capi poſ-
ſe pro ſponſione ad diē ſiſtendi ſe in iudicio uel per ſe uel per aduocatos,ut in Orat.Cic.pro Quin D
tio datur intelligi.ubi longa eſt altercatio de uadimonijs,altera parte dicente fuiſſe ſibi uadimonia
deſerta,altera uero nequaquā à ſe fuiſſe facta.qua ſignificatione uidetur accepiſſe.Trāq. in Caligu
la ubi ſic ait,Vt litigatorum pleriqꝫ,ꝙ occurrere abſentes ad uadimonium nō poſſent cauſa cade-
rent,quaſi ad ſponſionem factam ſiſtendi ſe in iudicio ad diem cōſtitutum.Aliquando pro citatio
ne in ius.Plautus in Curcul.Vbi tu es,qui me uadatus es uadimonijs Venereis.i. qui me citaſti in
iudicium citationibus Venereis.Valer.libro iij.Nam quū oppidū Badiam circūſederent, Scipio
tribunal ſuum adeuntes in ædem,quæ intra mœnia hoſtium erat,uadimoniū in poſterū diem fa-
cere iuſsit.Sen.lib.de Ira.Quid ſi propter uſuram aut milleſimā ualitudinarius fœnerator,diſtor
tis pedibus,& manibus ad comparandum non relictis clamat,ac per uadimonia aſſes ſuos in ip-
ſius morbi acceſsionibus uindicat,hoc eſt aſciſcit & cōſequitur per citationes,& iura forenſia. un
de & Porphyr.in Orat.ſic ſcribit:Oratiū cōſulit,an permittat atteſtari iniecta manu extracturus
ad prętorem,ꝙ uadimonio non paruerit,hoc eſt citationi.Idem Porph. alibi refert ſe incidiſſe in
hominem moleſtum,neqꝫ ſe ab eo auellere potuiſſe,niſi aduerſarius ſuperueniſſet,à quo uadimo
nium ſibi dicendum eſt,id eſt citatio in ius. capi etiam uidetur pro iuriſdictione. Liuius , Præto-
res quorum iuriſdictio erat tribunalia ad diſciplinam publicam poſuerūt:eo uadimonia fieri iuſ-

Tunc gemimus urbis caſus, tunc odimus ignem.
Ardet adhuc, & iam occurrit qui marmora donet,
Conferat impenſas, hic nuda, & candida ſigna,
Hic aliquid præclarū Euphranoris, & Polycleti,
Phecaſianorum uetera ornamenta deorum.
Hic libros dabit, & forulos, mediamq́ Mineruam,
Hic modium argenti: meliora, ac plura reponit
Perſicus orborum lautiſsimus, & merito iam
Suſpectus, tanquam ipſe ſuas incenderit ædes.
Si potes auelli Circenſibus, optima Soræ,
Aut Fabrateriæ domus, aut Fruſinone paratur:

A ſerunt, ubiq; eo anno ſus dictū eſt. Gellius lib. vij. Tum è militibus, qui in iure apud eum ſtabant: interrogauit quiſpiam ex more, in quem uadimoniū promitti iuberet. ubi liquido apparet: uadimoniū, ut ſit de quo die, quoue loco uelit me dicere, poni pro iuriſdictione. Macrobius in prima Satyra. Comperendini dies ſunt, quibus uadimonium licet dicere. Plinius libro ſeptimo. Bebius iudex dum uadimonium differri iubet mortuus eſt, hoc eſt dictionē iuris. Sen. lib. ſeptimo, Epiſt. ad Luciliū. Tam ridicule facio, q̄ ille quiſquis uiciſſe ſe putat, cū uadimonium diſtulit. Idem lib. i. Nō uideor tibi plus prodeſſe, q̄ quum ad uadimoniū aduocatus deſcenderē. Apul. uero lib. x. pro effectu poſuiſſe uidetur, quum ſic ſcribit, Promiſiſſe libidinis flagitat uadimonium, quaſi dicat effectum, id eſt ut efficiat, quod promiſit. Idem lib. xi. Iamq; dies aderat diuino de
B ſtinatus uadimonio. hic uidetur poni uadimonium pro promiſsione, quaſi deus promiſiſſet ei priſtinæ formæ recuperationem. *Tūc ge.*] .ſ. ardēte Arcturio, homine diuite. *Tunc odi. ig.*] Tūc inquit ignē deteſtamur tanquā rem dānificam. *Signa cand.*] Simulachra marmorea candida, *Euphranoris*] Euphranor & Polycletus Athenienſes fuere, de quibus multa Plin. Euphranor autem pictor fuit egregius, Polycletus uero ſtatuarius miræ celebritatis. *Vetera or.*] id eſt, quæ antea diu fuerant in templis deorum. *Deorum Phe.*] Id eſt deorum, quos Phecaſii ſacerdotes colebant. nam Phecaſios ſacerdotes fuiſſe oſtēdit Apia. lib. v De bello ciuili loquens ſic de M. Anton. Calciamenta candida, qualia Athenięſium ſacerdotes & Alexandrinorum, quos Phecaſios uocant, deferre cōſueuerunt. A calciamentis igitur, quæ Phecaſia dicebātur, apparet tales ſacerdotes eſſe denominatos. Calciamēti meminit Sen. libro ſeptimo De beneficijs: Pythagoricus quidam emerat à ſutore Phecaſia. Item ad Lucil. Si quē palliatum aut phecaſiatū conſpexeris. Diuus quoq; Hieron. contra Iouinianū ita inquit de Phecaſianis: Bactrianis ad hoc ipſum nutritis obijciunt ſenes, q cum Alexandri pręfectus Phecaſianum emendare uoluiſſet, pene amiſit prouinciam. C. *Dabit*] Coniunctio eſt, qua, interpoſitio
C ne uerbi, & ſuperiores orationis partes comprehēduntur, & inferiores. S. *Et f.*] Armaria & repoſitoria librorum. Suet. in Auguſto, libros Sibyllinos delectu habito cōdidit duobus forulis auratis ſub Palatini Apollinis baſi. fori uero dicuntur tabulata nauiū, ab eo quod inceſſus ferāt. hæc Seru. in Verg. iiij, Impleſſemq; foros flammis. *Mediāq; Mineruā.*] Statuam Mineruæ in medio reponendam, ad exornandam bibliothecā. C. *Modiū argenti.*] poteſt capi pro menſura modius, ut magnas Perſici opes ſignificet. *Perſicus or. lau.*] Perſicus, Pactius Gallita, & Laronia pro nobilibus & ditiſsimis orbis ponuntur. *Reponit*] Vel donat, uel recondit. *Si p. a. Circ.*] Notat populum Ro. qui ludis Circenſibus ita delectabatur, ut nihil illi maiori curæ eſſe uideretur. unde alibi: Atq; duas tantū res anxius optat Pana, & Circēſes. alibi, Totā hodie Romā circus capit. Item alibi, Illa Mœſtitia eſt caruiſſe anno Circenſibus uno. Nam hi ludi, qui tanta omniū ſpectabātur delectatione, in circo maximo fiebant. Vnde & nomen ſortiti ſunt. Iidem etiā appellati ſunt Romani & magni. Incirco autē, qui maximus dicitur, Tarquinius Priſcus, ut docet Liu. lib. primo, Romæ primus locum deſignauit in quo ludos longe inſtructius opulētiusq; fecit, q̄ priores reges. Circum autem maximum dictum eſſe ſcribit Varro, q circū ſpectaculis ædificatis ibi ludi fiunt, & q ibi circum metas fertur pompa & equi currunt. Maximus autem appellatus eſt, quòd amplitudine longe maior eſſet, q̄ circus intimus, & circus Flaminius. Nam ut ſcribit Plin. libro xxxvi. longitudine
D fuit trium ſtadiorum, & latitudine unius, ſed cum ædificijs quaternū iugerum. Capiebat autē ducenta & ſexaginta milia hominū ſedentiū. Ludi autem inſtituti fuerunt in honorē Cybeles magnę deorū matris, qui uocabulo Græco dicti Megalenſes, Latino magni, ἀπὸ τῆς μεγάλης μητρὸς, hoc eſt à magna matre. Vnde eſt illud apud Iuuenalem in xi. Saty. Interea Megaleſiacæ ſpectacula mappæ Idæum ſolēne colūt. Aſconius tamen Pedianus ait ludos magnos eſſe appellatos, q magnis impenſis ſint dati. Nam primū ludis impenſa ſunt ducēta milia nummûm. uel quòd dijs magnis, id eſt Laribus urbis Rom. dati ſint, quibus aiunt raptas Sabinas eſſe. C. Verg. lib. octauo, Nec procul hinc Romam, & raptas ſine more Sabinas, Cōſeſſu caueę magnis Circenſibus actis. S. Nam & Circenſes ludi iidem etiam plebei ſunt appellati, q initio ueris ſtato, ſolēniq; die celebrabantur magno totius plebis ſtudio & delectatione. unde ait alibi. At mihi pace mēſæ, nimiæq; (licet ſi dicere) plebis. Et alibi. Atq; à plebis longe Megaleſia. è Plebeios autē ait Aſconius appellatos, q exactis regibus pro libertate plebis facti ſunt, aut pro recōciliatione plebis. Ludi etiam Circēſes in honorē Cereris celebrabātur. unde Corn. Tacitus libro ſexto de Nerone principe loquēs. Tandē inquit ſtatuta Circenſium ludorum die, qui Cereri celebrantur, exequi deſtinata, quia Cæſar rarus egreſſu domoq;, aut hortis clauſus ad ludicra circi uentitabat. Et paulopoſt. Vtq; Circenſium Cerealium ludicrum pluribus equitum curſibus celebraretur. Ouid. in iiij. Faſtorū. Circus erit pom

pa

pa celeber numeroq; deorum, Primaq; uentosis palma petetur equis. Hic Cereris ludi non est A
opus indice causa. De quibus etiam Iuuen. intellexit xiiij. Sat. illic. Ergo omnia Floræ, Et Cereris li
cet & Cybeles aulæa relinquas: illic ut de ijs aliquid uberius dicatur, quatuor exhibebantur auri
garum factiones, denominatæ à quatuor diuersis panni coloribus, quibus ipsi agitatores induti
erant. De quibus sic Sydonius Apollinaris. Micant colores: Albus & uenetus, uirens rubensq; ue-

Quāti nunc tenebras unum conducis in annum.
Hortulus hic, puteusq; breuis, nec reste mouendus,
In tenues plantas facili diffunditur haustu.
Viue bidentis amans, & culti uillicus horti,
Vnde epulum poßis centum dare Pythagoræis.
Est aliquid quocunque loco, quocunque receßu,
Vnius sese dominum fecisse lacertæ.
Plurimus hic æger moritur uigilando, sed illum
Langorem peperit cibus imperfectus, & hærens
Ardenti stomacho. nam quæ meritoria somnum
Admittunt? magnis opibus dormitur in urbe.
Inde caput morbi: rhedarum transitus arcto

stra insignia, cōnect ministri Ora
& lora manu, iubasq; totas Cogūt
flexilibus latere nodis. Hortaturq;
obiter, iuuatq; blādis Vulgus plau
sibus, & uoluptuosum, Dictâs qua
drupedantibus furorē, Impellunt,
trepidant, trahunt, repugnant, Ar
descunt, saliunt, timent, timentur.
nam spectatores diuerso currenti-
bus aurigis fauebant studio, alijq;
alium hortabantur ad uictoriam.
unde est illud apud Plin. ad Calui B
sium. Nūc fauent pāno, pannū a-
mant. Et si in ipso cursu medioq;
certamine hic color illuc transfe-
ratur, studiū fauorq; trāsibit, & re
pente agitatores illos, equos illos, quos procul noscitant, quorum clamitant nomina, relinquēt:
tanta gratia, tanta auctoritas in una uilißima tunica. quibus uerbis ostendit Plinius, tanto stu-
dio coloribus Romanos diuersis usos fuisse, ut non homines, sed colores ipsos, quibus indue-
rant admirarentur: ita ut si colorum mutatio facta esset in ipsis agitatoribus, & ab una factione ad
alteram translata, itidem & fauorem spectatorum transiturum. ut plane ostendat illos non perso
nis, sed coloribus fauisse. Prasinæ hoc est uiridi factioni Caligula & Nero ita addicti deditiq; fue-
runt, ut Caligula cœnaret in stabulo aßidue & maneret, uiciesq; sestertiûm agitatori Cythico cō-
tulerit: Nero uero inter discipulos conquereretur quōdam tractum Prasinum agitatorem, & quū
à magistro obiurgaretur de Hectore tracto se loqui ementitus sit. Venetæ uero factioni adeo fauit
Vitellius, ut quosdam de plebe ob id ipsum, quòd Venetæ factioni clare maledixerāt, interemerit.
Mart. in distichis de Prasino & Veneto mentionē facit. Si Veneto Prasinoue faues qui coccina su- C
mis, Ne fias ista transfuga ueste uide. Nam coccinatus pro transfuga haberetur, qui relictis Prasi-
no & Veneto, ad purpurei panni factionem abiret. Iulius Capitolinus in uita Veri sic scribit, Cir-
censium tantam curam habuit, ut frequenter prouincialibus literas causa eorum & miserit, & ac-
ceperit, denique etiam præsens & cum Marco sedēs multas à Venetianis paßus est iniurias, quod tur-
pißime contra eos fauerit. nam & uolucri equo Prasino aureum simulachrū fecerat, quod secum
portabat: est ergo sensus. Si potes inquit relinquere istos ludos Circenses, quibus tota ciuitas tan
topere delectatur, optime trāquilleq; habitabis in Campania. *Soræ.*] Sora, Fabrateria & Fru-
sino oppida sunt Volscorum in Campania. à Fabrateria fit Fabraternus. *Tenebras.*] Locum te-
nebrosum & obscurum. Sensus est in alijs Italiæ oppidis tanti tibi poteris parare & hortum & pu-
teum, quanti Romæ conducis domicilium tenebrosum. *Hic.*] Pro illic. *Puteusq; b.*] Non pro
fundus, sic etiam dicimus, aquas breues non altas, non profundas. Talem puteū præcipit & Col.
habendum. Aut fons illachrymet putei non sede profundi. *Viue b.a.*] Satius inquit est agricola
tioni uacare, quàm habitare intra Vrbem, inter tot uiuendi difficultates & molestias. *Ergo amans bi-
dentis.*] .i. rei rusticæ & imprimis cultus hortorum. *Bidentis.*] Bidens genus est sarculi. *Pythago-
ræis.*] Pythagoras quum carnibus abstinendum doceret, legumine oleribusq; uescebatur, ut
mortales ad faciliorem aßuefaceret uictum, & cibos semper parabiles, quod institutū discipuli ser D
uauere. De quo plura ibi dicemus: Ventri indulsit nō omne legumen. *Est aliquid.*] Venusta sua-
sio, operæprecium inquit est alicuius rei, uel uilißimæ dominum se facere, ut omnino ostēdat lon
ge melius esse in loco deserto habitare, quàm in Vrbe. *Vnius l.*] Vnius (ut dici solet) uermiculi:
hocq; melius quàm ut ad mensuram referas. *Plurimus hic æger.*] Aliud incōmodum affert pauperū.
Plurimi inquit moriuntur contracta ægritudine ex noctibus insomnibus. Nam pauperes in ea in
quit parte ædium diuitis habitant, quæ publicis est proxima uijs, ut dormire nō queant nimio &
iumentorū & plaustrorum strepitu, sicq; interrupto sæpe somno, in ægritudines letiferas incidūt.
Hoc etiā conqueritur Mart. Numerare pigri damna quis potest somni. item alibi. Ocia me som-
nusq; iuuant, quæ magna negauit Roma mihi. *Cibus imperfectus*] .i. non concoctus in stomacho,
qui causa est langoris. *Quæ meri.*] Loca meritoria dicūtur, quæ mercede locātur inquilinis, à me
rendo, unde & tabernæ meritoriæ ipsa stabula dicūtur, hoc est cauponæ. Nā mereri est causa quæ-
stus aliquid operari, unde & meretrices sunt appellatæ, quod turpitudine corporis æs merētur. Mer-
cesq; præmiū appellatur, quod datur pro laboribus susceptis. inde etiā dicūtur pueri meritorij, q
aut spōte sua, aut iubēte domino prostāt, turpiq; quæstu æs merētur. *Magnis o.*] i. diuites & potē
tes dormiunt, qui sibi de loco remoto prospiciunt. *Inde caput morbi.*] Subaudi est, quòd scilicet
non dormiunt. *Rhedarum transitus.*] Ratio somni interrupti. Nam transitus inquit rhedarum in

A arcto uiarum inflexu adimunt ſonum. *Arcto inflexu uicorum.*] Vici adeo cōiuncti obliquiq; erāt, ut difficilem tranſitum uehiculis darent. Tacitus, arctis itineribus, hucq; & illuc & enormibus uicis, qualis uetus Roma fuit. unde Nero, autore Tranquillo, offenſus anguſtijs & flexuris uicorum incendit Vrbem. quòd autē uici obliqui eſſent, docet Liu. in fine quinti lib. primæ Decad. his uerbis: Feſtinatio curam exemit uicos dirigēdi, dum omiſſo ſui alieniq; diſcrimine in uacuo ędificāt,

Vicorum inflexu, & ſtantis conuicia mandræ
Eripiunt ſomnos Vrſo, uitulíſq; marinis.
Si uocat officium, turba cedente uehetur
Diues, & ingenti curret ſuper ora Liburno,
Atq; obiter leget, aut ſcribet, uel dormiet intus:
Namq; facit ſomnum clauſa lectica feneſtra:
Ante tamen ueniet. nobis properantibus obſtat
Vnda prior, magno populus premit agmine lūbos
Qui ſequitur, ferit hic cubito, ferit aſſere duro

ea eſt cauſa, ut ueteres cloacæ primo per publicū ductæ, nunc priuata paſsim ſubeāt tecta, formaq; Vrbis ſit occupatæ magis quàm diuiſæ ſimilis. *Conuicia ſt. m.*] Hoc eſt cōuicia quæ fiūt mandræ ſtanti & remorāti. nam genitiuus mandræ ſtat paſsiue. genitiui enim ponuntur & actiue & paſsiue, ut ſi dicam uerbera magiſtri proſunt pueris. i. uerbera quæ infligit magiſter. &
B quia magiſter agit, actiue ponitur genitiuus: paſsiue uero uerbera puerorum, id eſt quæ pueri patiuntur. Conuicia ergo mandræ. I. quæ mulio facit in mandram. ſolent enim multis cōuicijs & minis agere iumēta. Cōuicium dicitur autore Vlpiano, uel à cōcitatione, uel à cōuentu, hoc eſt à collatione uocum. quum enim plures uoces in unum conferuntur, conuitium appellatur, quaſi conuocium. feciſſe conuitium dicitur non tantum is qui uociferatus eſt, uerum is quoq; qui concitauit ad uociferationē alios, uel qui ſubmiſit, ut uociferetur. non tamen omne maledictum cōuitium eſt, ſed id ſolū, quod cum uociferaione dictū eſt. & ſiue unus, ſiue plures dixerint, conuicium eſt. quod in cœtu dictū eſt, quod autē nec in cœtu, nec uociferatione dicitur, conuicium nō proprie dicitur, ſed infamādi cauſa dictū. *Mandræ.*] Gregis iumentorū ſtantis. ſignificat enim mandra multitudinē iumentorū. Mart. lib. v. Vixq; datur longas multorū uincere mandras. *Eripiunt ſ. u.*] Omnes quos adhuc uidi Codices legunt Druſo, ſic cōmentatores Druſum exponunt pro homine ſomniculoſo. Ego uero Vrſo legendū contenderim, hac maxime ratione, ꝙ quum dicat ſomnū eripi uitulis marinis, recte procedat, ut de alijs beluis, quæ aliæ dormiūt potius loquatur ꝗ̃ de homine. nā Vrſi ut ſcribit Plin. lib viij. ca. xxxvi. primis diebus bis ſeptenis tā graui ſomno premuntur, ut ne uulneribus quidē excitari queant. *Vitulíſq; ma.*] Quæ Pho-
C cæ dicūtur, quo animal nullum grauiore autore Plin. premitur ſomno. Verg. Sternunt ſe ſomno deſerto in littore Phocæ. *Si u. o.*] Aliud etiam incōmodum proponit pauperū. Nam ſi forte aliquo eundum ſit, ita officio poſtulante, diues ſuper ora pauperum lectica feretur ſine aliquo eius incōmodo, ſed cum magna pauperū pernicie, quia ſerui lecticarij, cæteraq; ſeruorum turba proſternuntur cōculcanturq; pedibus in luto. *Curret ſ. o.*] .i. ſublimis in lectica uehetur ſupra capita hominū. unde Sen. ad Lucil. loquēs de diuite ſic ait. Quos ſupra capita hominū, ſupraq; turbā delicatos lectica ſuſpēdit. Plin. In panegyr. Traiani luxum & ſuperbiā ſui tēporis damnās ſic ſcribit, Ante te principes faſtidio noſtri & quodā æqualitatis metu uſum pedū amiſerāt. illos ergo humeri ceruiceſq; ſeruorū ſuper ora noſtra uehunt. ſic enim diues nec ſolū in Vrbe, ſed etiā foris geſtabatur. Sen. item ad Lucil. Nō turba ſeruorū lecticā tuam per itinera urbana ac peregrina portātium. Cic. in ij. Philip. At iſte operta lectica latus eſt per oppidū ut mortuus. *Ingēti li.*] Ingenti & procero lecticario. Alibi, Tarde ueniſſe Liburnus dicitur. Nam ex Liburnia, quæ Dalmatiæ eſt cōtermina, magnæ ſtaturæ mittebātur ſerui. unde alibi: Primus clamāte Liburno, Currite. *Atq; o.*] Hic eſt indignatio Vmbritij, quòd quum ipſi pauperes in itinere luto prouoluātur, diues tanto ocio geſtetur, ut etiā in lectica legat, & dormiat. *Obiter.*] C. Id eſt παρέργως, quaſi aliud agens. Cōmode hoc loco interpretabimur, interim, uel interea. nam πάρεργα dicuntur, quæ alicui rei præ-
D ter propoſitū, adduntur. S. Curret inquit ſuper ora, & interim leget, aut ſcribet. ſic etiā alibi. Verberat: atq; obiter faciē linit, audit amicas. Plin. libro xxxvij. Libet obiter uanitatem magicam hic quoq; coarguere. Idem in eodē. Nec uero id ſolum agemus, ſed ad maiorem utilitatem uitæ, obiter coarguetur magorum infanda uanitas. Idem libro xxxiij. Illud quoq; obiter indicari cōuenit.

Intus] Nam ut diximus lectica erat inſtar cubiculi. unde Plin. lib. ult. Nat. hiſto. cubiculum uiatorium appellat: quod alibi Iuuen. Satyrice appellauit, antrum. *Ante t. u.*] Licet inquit legat, aut ſcribat, aut dormiat cum multo ocio, tamen nos etiā præcedet. *Vnda.*] Multitudo, quæ undam maris imitatur in tumultu. Verg. in ij. Georg. Mane ſalutantū, totis uomit ædib. undā. *Aſſere d.*] aſſerēs ligna dicūtur oblōga, utputa pali, perticæ. Vnde Cæſ. in lib. De bel. ciu. ait. Aſſeres enim pedum duodecim cuſpidibus præfixi. Hircius lib. iiij. De bel. Alex. Aſſeres remorū uſum obtinebāt. Suet. in Cal. Ad primū tumultū lecticarij cum aſſeribus accurrerunt. Cato in Re ruſt. Duobus aſſerculis appoſitis parieti, quibus gallinæ in nidum poſsint irrepere. Vitru. in vij. Aſſeres directi diſponātur inter ſe, nec plus ſpacium habentes pedes binos & hi maxime cupreſſeos, ꝙ abiegni à carie & uetuſtate celeriter uitiātur. Idem lib. v. Deinde inſuper ſub tegulas aſſeres ita prominētes uti parietes proiecturis eorum tegātur. dicti aſſeres, ꝙ aſsideāt parietibus trabibuſq;. ut Feſt. ſcribit. *Tignū.*] ſcribit Vlp. appellatiōe tigni cōtineri omnē materiā, ex qua ædificiū cōſtet: unde q;

neceſſa-

neceſſaria: unde quidā aiūt tegulam quoq;,& lapidē,& cemēta,cęteraq;,ſi qua in ędificijs ſūnt utilia,(Tigna enim à tegēdo dicta ſunt) hoc amplius & calcē,& harenā tignorū appellatione cōtineri.ſed in uineis etiā tigni appellatione omnia uineis neceſſaria cōtinentur,utpute perticæ,pedamēta,unde etiā fabri tignarij appellātur,qui ædificia extruūt. *Metretā.*] C. Cadum. eſt enim mēſuræ genus tā aridorū ꝙ liquidorū,capiēs libras CVIII. S. Mar.Plurimus Hiſpanas miſit tibi nauta metretas.Cato in Re ruſt.Ahenū unū habeat,quod capiat metretas XXX. A

Alter,at hic tignum capiti incutit,ille metretam.
Pinguia crura luto,planta mox undiq; magna
Calcor,& in digito clauus mihi militis hæret.
Nonne uides quanto celebretur ſportula fumo?
Centum conuiuæ,ſequitur ſua quenq; culina.
Corbulo uix ferret tot uaſa ingentia,tot res
Impoſitas capiti,quot recto uertice portat
Seruulus infœlix:& curſu uentilat ignem.
Scinduntur tunicæ ſartæ:modo longa coruſcat
Sarraco ueniente abies:atq; altera pinum
Plauſtra uehunt,nutant alte,populoq; minantur.
Nam ſi procubuit,qui ſaxa Liguſtica portat
Axis,& euerſum fudit ſuper agmina montem,
Quid ſupereſt de corporibus? quis mēbra,quis oſſa
Inuenit? obtritum uulgi perit omne cadauer
More animæ:domus interea ſecura patellas
Iam lauat,& bucca foculum excitat,& ſonat unctis

Magna p.] .i.pedibus magnorū militū proculcor & patior. Nā & alibi appellat grandes ſuras milites ipſos magnos & procceros. *Clauus mi.*] Milites caligas geſtabant multis clauis ſubfixas. unde alibi Iuu. Quū duo crura habeas offendere tot caligatos,Milia clauorū.Claui aūt,quibus caligę ſuffigebātur,caligares dicti ſunt.Plin. lib.ix.Piſces exiſtūt ſquamis cōſpicui crebris,atq; præacutis clauorum caligariū effigie. Cuius calciamenti ita meminit Ioſephus in vij. De bello Iud. loquēs de cæde Iuliani Hecatōtarchi.Calceos nāq; habens creberrimis atq; acutis (ut cæteri ſolent milites) clauis fixos,dū ſtrato ſaxeis cruſtis ſolo occurreret,labitur magnoq; cū armorum ſono deiectus in tergū fugientes reduxit.Valer.lib.ix.loquens de luxuria exercitus regis Antiochi ſic ſcribit,Magna ex parte aureos clauos crepidis ſubiectos habuit. Feſtus ait,clauata dicūtur aut ueſtimēta clauis intexta aut calciamēta clauis infixa.Quo calciamēti genere noſtris etiā temporibus Turci gentes barbaræ,Græciq; ſtratiotæ utuntur.calceos enim multis clauis habent ſuffixos. B

Hæret.] Figitur. *In di.*] .ſ.pedis,dū calcatur. *Nōne ui.*] Cōfirmatio eſt pauperes nimia multitudine in itinere cōculcari. *Quāto fu.*] Nōne inquit uides quāta ſit multitudo petentiū ſportulam:ut demōſtret mirum nō eſſe,ſi pauper in itinere elidatur.Nā obſonia,quæ diſtribuebantur ex ſportula,miro hominū cōcurſu & ſtudio petebātur,utq; ea calida cōſeruarentur,cū foco domū ferebātur à ſeruis.Sen.ad Lucil.Tumultus coquorū ipſos cū obſonijs focos trāsferentiū. hoc enim iam luxuria cōmenta eſt,ne quis intepeſcat cibus,nequid palato iam calloſo parū fieret, cœnā culina proſequitur.hinc igitur ait poeta,Sequitur ſua quēq; culina. *Centū cō.*] ſubaudi adſunt,qui ſportulā celebrēt. *Corbulo*] .i.uir fortis & ualidus,qualis fuit Corbulo.is eñi tēporibus Neronis rebus in Armenia geſtis claruit,de cuius uiribus Corn.Tac.ſic,Ne ſi ad capiēdas copias Syriā intrauiſſet,Corbulo omniū ora in ſe uerteret.Corpore ingēs erat,& ſupra experientiā, ſapiētiamq; etiā ualidus.Ordo eſt & ſenſus.Corbulo uir fortis & ualidus uix ferret tot uaſa ingentia, & tot res impoſitas capiti ſuo,quot portat ſeruulus infelix recto uertice.legendum aūt eſt quot,& nō quas. C

Seruulus inf.] Pathos à miſerabili labore. *Vētilat*] hoc eſt curſu facit uentū igni. C. uel ignē quaſi uētulando accēdit. S. *Scindūtur*] Hoc totū refertur ad incōmodū pauperis,qui nimia hominū turba ubiq; cōculcatur. *Tunicæ ſ.m.*] .i.pauloante domi cōſutæ & refectæ. *Abies*] Speciē poſuit pro genere.i.lignū maximū:ſic Sen.deteſtās luxuriā Vrbis li. xiiij.Epiſt.ij.Nec in hūc uſum pinus aut abies deferebantur lōgo uehiculorū ordine uicis intremētibus,ut ex illa lacūaria auro grauia pēderent. *Coruſcat*] nutat,& tremit. *Sarracū*] genus eſt uehiculi:infra in v.Sat.Frigida circū agūt pigri ſarraca Bootæ.Sydon.Mille graues ſarcinæ ad prædiū ex oppido ductæ: nulla ſarraca nullaq; eſſeda ſubuehēdis oneribus attrahebātur. *Nutāt a.*] .ſ.plauſtra uehētia pinū.i.tremūt:de ductū ab ijs,qui capite nutant. *Populo*] Quaſi pauperibus. *Nam ſi p.*] ſenſus eſt,ſi forte inquit plauſtrū,quo magnæ lapidū moles uehūtur procubuerit ſuper pauperes,ita eorū corpora atterūtur,ut nulla quidē inueniātur mēbra. *Axis*] partē poſuit pro toto.i.plauſtrū ipſum. *Saxa Li.*] i.marmora Lunēſia,quæ in Liguria excidebātur tantæ magnitudinis & ponderis,ut fortuito caſu homines obtererētur.Aemulatio eſt Orat.Torquet nūc lapidē,nūc ingēs machina tignū, Triſtia robuſtis luctātur funera plauſtris. *Montē*] Hyperbole eſt, id eſt ingens ſaxū. *Quid ſu.*] Quaſi dicat nihil.cū interrogatione legendū. *More a.*] Ita corpus pauperis obteritur, ut de eo nō plus cōſpicias ꝙ de anima,quæ nuſquā apparet: *Interea.*] Dum expectatur,aut(ꝙ magis placet) naturæ cōceſsit. *Domus*] familia. *Secura*] nihil de domino timēs,ſed ſine aliqua cura,quū eū incolumē putet. *Id l.p.*] ad rē diuinā faciendā,nā patella uas erat fictile ſacrificijs aptū,poſt eñi rem diuinā lauabātur,antequā cœnarēt.patella etiā accipitur pro quocūq; uaſę eſcario.Perſ.Quę tibi ſumma boni eſt uncta uixiſſe patella.Ora.Nec modica cœnare times holus omne patella. patella aūt & patina dicta ſunt à patulo,ſunt eñi ꝓprie uaſa quæ patula ſunt, *Bucca*] Ea pars oris infra malā D

A quę inflatur bucca appellatur. unde Orat. Quin Iuppiter ambas, Iratus buccas inflet, Inde fit buccina. i. tuba & buccinator, id eſt tubicen & buccella ſiue buccea, id eſt quantū cibi ore capias. *Vnctis ſtrigilibus*] De ſtrigilibus diximus apud ipſum, illic, Puer & ſtrigiles Criſpini ad balnea defer. inſtrumenta enim erant ferrea, quibus in balneis utebātur ad detergendum ſudorē, à ſtringendo. i. radendo dicta. Illud obſeruandū eſt à Iuu. primā produci, quā Perſius corripuit illic. Nec mirum quādo etiam alia uidemus autoribus diuerſis poni modis. Nā Perſius primā ſyllabam produxit in hoc uerbo rudere: quū dixit pecuaria rudere credas, quā Ouid. corripuit, Vt rudit à ſcabra turpis aſella mola. *Vnctis*] Oleo, quo minus cutē læderent. *Componit.*] Parat. *Lintea*] Quibus corpus madidū ex balneis ſiccabāt. *Gutto.*] Guttus uas ex cornu erat denominatū à gutta. nam guttatim oleum

Strigilibus, pleno componit lintea gutto.
Hæc inter pueros uarie properantur: at ille
Iam ſedet in ripa, tetrumq́; nouicius horret
Porthmea, nec ſperat cœnoſi gurgitis alnum
Infelix, nec habet quem porrigat ore trientem.
Reſpice nunc alia, ac diuerſa pericula noctis,
Quod ſpacium tectis ſublimibus, unde cerebrum
Teſta ferit, quotiens rimoſa, & curta feneſtris
Vaſa cadunt, quanto percuſſum pondere ſignent

B fundebat lauantibus ſe in balneis. id etiā prima æſtimatiōe fiebat ex cornu Rhinocerotis, inde idē dicitur Rhinoceros. De hoc Mart. Geſtauit modo fronte me iuuēcus, Verum Rhinocerota me putabis. Guttus item uas erat ligneū, quo in ſacris utebantur, uinum guttatim fundens. de quo ita Var. In ſacris remanſit guttus & ſimpullum. *Inter pueros*] Id eſt filios more Græco quos παῖδας uocant, C. uel inter miniſtros & famulos. S. *In ri.*] ſtigia, quā dicūt animas trāſire uectas cymba à Charōte portitore. Verg. Corpora uiua nefas Stygia uectare carina. *Nouicius*] Nouicius appellatur in omni arte rudis & nouus, & quod nuperrime inuentum ſit nouicium dicitur, unde Plinius lib. xiij appellauit menſas citreas nouicias his uerbis: Hom. de menſis tamē tacuit, & aliàs nullius ante Ciceronianā uetuſtior memoria eſt, ex quo nouiciæ apparent. *Porthmea*] .i. Charontē, qui portitor apud inferos eſt. Verg. Portitor ille Charon, hoc eſt qui homines nauigio traducit. porthmos enim ſignificat fretū. Et porthmis porthmidis nauiculam. Petronius arbiter Satyricus. Vix nauita porthmeus Sufficiet ſimulachra uirūm traducere cymba. ubi locus eſt emēdandus, nam ſcriptū eſt Protheus pro Porthmeus. *Nec ſpe. ce.*] Nō ſperat inquit, qui ita mortuus eſt poſſe à Charonte traijci. hoc ideo, quia dicūtur animæ eorum, qui inſepulti iacuerint ultra Stygiam paludem nō transuehi. Sed illis

C errandum centū annos circa ripas, eoq́; tēpore cōpleto quaſi ultimo curſu uitæ humanæ traduci à Charōte. unde Verg. Portitor ille Charon, hi quos uehit unda ſepulti. Nec ripas datur horrēdas, nec rauca fluēta Trāſportare prius, quā ſedibus oſſa quierūt. Centū errant annos uolitātq́; hæc littora circū: Tunc demū admiſſi ſtagna exoptata reuiſunt. *Alnum*] Cymbam, quæ fit ex alno arbore, Cœnoſi gurgitis. i. Stygiæ paludis. Verg. Turbidus hic cœno, uaſtaq́; uoragine gurges Aeſtuat. *Porrigat ore tr.*] Finxerunt Græci autore Diod. animas mortuorū ad inferos trāſire, ultraq́; Stygiā, ut diximus paludem trāſuehi, unde Aegyptij repręſentantes corpora mortuorū per fluuiū & Acheruſiā paludē ad ſepulchrū mittebāt. Nauis qua uectabātur appellabatur apud Græcos epibatra. Obolū dabāt mortuo dandū portitori, cui nomē inditū eſt ab incolis Charon, huius ſuperſtitioſæ opinionis meminit & Apul. lib. vi. De aſino aureo his uerbis. Apud inferos Charon eſt expetēs portoriū, ſic ad ripā ulteriorē ſutili cymba deducit cōmeātes & inter mortuos auaritia uiuit. Ex quo manifeſtiſsime apparet, portitores proprie dici, qui portoria & uectigalia exigunt, qua ſignificatiōe ita accepit Verg. in vi. quū Charontē portitorē appellauit, quaſi qui ab omnib. trāſeuntibus obolū exigat. de flexuq́; eſt uocabulū à portu, q ibi portitores conſidant exigētes uectigalia quæ ab ipſo portu portoria etiā ſunt appellata. Ter. in Phor. Sed epiſtolā audiui delatā eſſe ad portitores. ubi Donatus docet portitores eſſe magiſtros tributorū, qui in portu inferendarū rerū, &

D efferendarū uectigal exigebāt. Plautus in aſinaria. Iam ego hūc portitorē priuabo portorio. Cic. in ij. Epiſt. ad Atticū. Illa cauſa publicanorū quantā acerbitatē afferat ſocijs intelleximus ex ciuibus, qui nuper in portorijs Italiæ tollēdis nō tam de portorio, quā de nōnullis iniurijs portitorū querebantur. Portitorē etiā dicimus ipſum gerulū à portādo. Col. De cultu hortorū. Mox ubi nubigenæ Phryxi nec portitor Helles. *Trientē.*] C. Triens, paruula moneta eſt, quarta pars oboli. aſſis uero tertia. ex quo apparet erraſſe Donatū, qui obolū ultimā & minimam monetā eſſe exiſtimauit. S. Capitur etiā triēs pro uaſe potorio. Mar. Quū potes amethyſtinos trientes, Et nigro madeas opimiano. Perſius, Calidūq́; trientē Excutit è manib. *Reſpice nunc alia.*] Monet quā multa imminēāt pericula ambulātu per Vrbē nocturno tēpore, ut ſit ſuaſio deſerendam eſſe Vrbē ingruētibus tot incōmodis. *Quod ſpacium.*] Subaudi ſit. i. interuallū à tectis ſublimibus ad terram. Nam ut ſcribit Vict. cū areæ cōplanatę recipere nō poſſent tantam multitudinē ad habitandū in Vrbe, ad auxiliū coacti ſunt Ro. ad altitudinē ędificiorū deuenire. Ergo Vmbritius ait ex altitudine ędificiorū formidāda eſſe pericula, ne ex iactu teſtarū feriatur pauper nocturnus. *Teſta.*] Appellatione teſtę intelligimus omnia fragmēta uaſorū fictilium ut ſunt, ſerię, urceoli, urnę, tegulę, & id genus, ipſaq́; etiā uaſa integra, ut illud. Pictæq́; incūbere teſtę. teſtas etiā dicimus cōchas piſcium, unde Plin. Solertia eſt inanium oſtrearum teſtis ſe condere. *Curta.*] aliqua ex parte mutilata.

Ignauus

Ignauum.] Parũ prudẽs. *Ad c.i.*] ſi forte apud amicũ eas cœnatũ. *Inteſtatus*] nõ tantũ is (ut di- A
ximus ſuprà) qui teſtamentũ nõ fecit dicitur inteſtatus, ſed etiã, autore Paulo De legitimis tutori
bus, is qui teſtamẽto liberis ſuis tutores nõ dederit. quantũ eñ ad tutelã pertinet inteſtatus eſt. *Tot
fata.*] tot mortes. Ergo quũ tanta tibi immineãt pericula, poſſis bene optare ut è feneſtris tantũ in
caput tuũ fundãtur ſordes, quæ matulis excipiũtur, modo à reliqs periculis ſis tutus. *Cõtentæ*]

Et lędant ſilicem, poſsiſq; ignauus haberi,
Et ſubiti caſus improuidus, ad cœnam ſi
Inteſtatus eas. adeo tot fata, quot illa
Nocte patent uigiles te prætereunte feneſtræ.
Ergo optes, uotumq; feras miſerabile tecum,
Vt ſint contentæ patulas effundere pelues.
Ebrius, ac petulans, qui nullum forte cecidit,
Dat pœnas, noctem patitur lugentis amicum
Pelidæ, cubat in faciem, mox deinde ſupinus.
Ergo non aliter poterit dormire: quibuſdam
Somnum rixa facit: ſed quamuis improbus annis,
Atq; mero feruens, cauet hunc, quem coccina læna
Vitari iubet, & comitum longiſsimus ordo:
Multum præterea flammarum, atq; ænea lampas.
Me, quem Luna ſolet deducere, uel breue lumen
Candelæ, cuius diſpenſo, & tempore filum,
Contemnit. miſeræ cognoſce prooemia rixæ,

ſubaudi feneſtrę. *Pelues*] uaſa proprie ſunt ad lauãdos pedes, ut docet Var. Verũ hic ponitur ꝓ quocũq; uaſe. *Ebrius ac pe.*] Iuuẽtus inquit Romana laſciua & temulenta tẽpore nocturno per Vrbem uagatur, obuioſq; paupes uario uexationis genere afficit: ita ut ſi forte ea nocte aliquẽ nõ ceciderit, præ dolore nequeat dormire. Sicq; petulantiam, nimiãq; iuuentutis laſciuiam notat, periculaq; & incom- B
moda, quæ in Vrbe patiũtur pauperes oſtẽdit. Legitur apud Sueto. Othonẽ ſolitũ uagari noctib. atq; inualidũ quẽq; obuiorũ uel potulentũ corripere ac diſtẽto ſago impoſitum in ſublime iactare. Nero quoq; poſt crepuſculũ, accepto pileo popinas inibat, circũq; uicos uagabatur ludibũdus: à cœna redeuntes uerberare, ac repugnãtes

uulnerare, cloaciſq; demergere aſſuerat. *Patitur n.*] ordo eſt, patitur noctẽ Pelidæ lugẽtis ami-
cũ. i. eo afficitur dolore, ꝙ nullũ uerberauerit, quo afficiebatur Achilles ob cædem Patrocli, quem
Hector, ut ſcribit Hom. ult. lib. Iliados interemerat. uerſus eſt talis de Achille lugente Patroclum.
Nũc lateri incũbens iacuit, mox deinde ſupinus: Nũc cubat in faciẽ, nũc recto pectore ſurgẽs, Ver
ſat mẽbra Thoro. *Pelidæ.*] Achillis filij Pelei & Thetidis. *Amicũ.*] Patroclum. *Quibuſdã ſom.
ri. fa.*] lætãtur enim ſcelere perpetrato ſicq; quiete dormiũt. *Rixa*] Inter rixam & altercationem C
hoc intereſt, altercatio enim eſt cõtentio uerborũ, unde illud apud Tranq. in Cæſ. Triduoq; per ir
ritas altercationes abſumpto in prouinciã abijt. i. per irritas uerborũ contẽtiones. Rixa uero ipſa
pugna & cõcertatio. Vnde Iuu. infra. Si rixa eſt, ubi tu pulſas, ego uapulo tantũ. Hæc tamẽ ab auto
ribus plerũq; confunduntur. *Sed quãuis imp.*] Senſus eſt, Licet inquit iuuenis ſit, & mero calefa-
ctus, cauet tamẽ, ſi cui occurrat potẽti & diuiti. quaſi oſtẽdat nõ eſſe tamẽ tanta petulãtia, ut omes
pariter feriat, ſed tantũ miſeros & inopes, ſicq; poeta docet, ſolam paupertatẽ ubiq; eſſe ludibrio.

Cauet.] Vitat, intactũq; relinquit. *Quẽ cocc.l.*] .i. hominẽ coccinatũ, ac per hoc diuitẽ. Nã ue-
ſtes coccinæ in magno erãt precio & nobiliorũ κόκκος enim Græce granũ Latine ſignificat & κόκκι-
νον rubrũ, qui ex grano inficitur. Plin. lib. xxij. cap. ij. oſtẽdit, coccũ tanquã herbã dicatũ imperato
rijs paludamẽtis. *Ordo c.*] hinc hominẽ potentẽ & diuitẽ deſignat, qui multus ſtipatus cliẽtibus
ambulet. *Atq; ænea lã.*] .i. candelabrũ Corinthiũ, qd̃ precioſiſsimũ erat, ideoq; tantũ ditiorib. da
batur. Vnde illud eſt apud Plin. lib. xxxiiij. De cãdelabris. Nec pudet tribunũ militũ ea ſalarijs eme
re, quũ ipſum nomẽ à candelarũ nomine impoſitũ appareat. ubi Plin. aperte docet, tribunũ pude
re debuiſſe, qui candelabrũ Corinthiũ talẽto mercatus fuerit, quantũ erat, autore Strab. lib. xi. Tri
buni militaris ſtipendiũ. i. ſeſtertia quinquaginta, quæ CXXV libras ualerẽt, quibus uidelicet ta-
lentũ cõſtat. Aes autẽ Corinthiũ dicebatur, ꝙ ęquali portiõe auro & argẽto miſcebatur. Lege Plin. D
lib. ix. cap. xl. & lib. xxxiiij. cap. ij. Eius autẽ miſturę cauſa fuit incendiũ ipſius ciuitatis Corinthi. Nã
quũ ciuitas à L. Mumio ex ſenatuſc. diruta fuiſſet, quia ibi legati Romanorũ uiolati fuerãt, infinitũ
aurũ, argentũ, æs, & ferrũ in cõflagratione cõfuſum eſt, & cõmiſtum. unde fluxit nouũ genus me-
talli, ad cuius ſimilitudinẽ miſtura eiuſmodi ab eo tẽpore æs Corinthiũ uel uaſa Corinthia dicun
tur. De cãdelabro Corinthio ita Mart. Nomina candelæ nobis antiqua dederũt, Nõ norat parcos
uncta lucerna patres. M. Varro inqt. Cãdelabra à cãdela. in ijs eñ funiculi ardẽtes figebãtur. *Fi-
lum.*] Funiculũ ipſum cæra obuolutũ. Bene aũt expreſsit ridiculã pauperis induſtriã in parſimo
nia rerũ. ſolẽt eñ pauperes digitis extẽdere candelã, quaſi nõ plus ſit arſurũ, ꝙ ipſi digitis extende
rint. *Contẽnit.*] Ordo eſt. Ille improbus contẽnit me, quẽ luna ſolet deducere &c. *Cognoſce p.*]
Corrigẽdus eſt locus. legendũ enim eſt prooemia nõ prẽmia, ut & metri ratio ſtet, & ſenſus recte
procedat. Nã operæ preciũ inquit eſt cognoſcere, quale ſit pugnæ principiũ. Neq; enim inchoa-
ta eſt pugna. ſequitur enim: ſtat cõtra, ſtariq; iubet. *Prooemia.*] Initia & principia. Nã ꝙ princi-
piũ Latine, uel exordium dicitur: maiore quadam ratione Gręci uidẽtur prooemium nominaſſe,
deducto uocabulo à citharœdis, qui pauca illa quæ antequam legitimũ certamen inchoent, eme-
rendi fauoris gratia canunt prooemium cognominarunt. πρὸ enim ante & οἴμη cantum ſignificat:
unde

A unde & oratores ea quæ priuſquam cauſam exordiantur ad conciliandos ſibi iudicũ animos prę loquuntur, eadem appellatione ſignarunt. C. Alij legunt pręmia, ſed rectius proœmia. S.

Si rixa eſt, ubi tu pulſas, ego uapulo tantum.
Stat contra, ſtariq; iubet, parere neceſſe eſt:
Nam quid agas, cum te furioſus cogat, & idem
Fortior. unde uenis? exclamat, cuius aceto,
Cuius conche tumes? quis tecum ſectile porrum
Sutor, & elixi ueruecis labra comedit?
Nil mihi respondes? aut dic, aut accipe calcem.
Ede ubi conſiſtas, in qua te quæro proſeucha.
Dicere ſi tentes aliquid, tacitus'ue recedas,
Tantundem eſt: feriunt pariter: uadimonia deinde
Irati faciunt: libertas pauperis hæc eſt,
Pulſatus rogat, & pugnis conciſus adorat,
Vt liceat paucis cum dentibus inde reuerti.
Nec tamen hæc tantum metuas, nam qui ſpoliet te
Non deerit, clauſis domibus, poſtquam omnis ubiq;
Fixa catenatæ ſiluit compago tabernæ.
Interdum & ferro ſubitus graſſator agit rem,
Armato quoties tutæ cuſtode tenentur,
Et pontina palus, & gallinaria pinus.
Sic inde huc omnes tanquam ad uiuaria currunt.
Qua fornace graues, qua non incude catenæ?

Cuius conche tumes.] Inſultat pauperi, quaſi à uilibus ubiq; cibis paſcatur, apud quẽ inquit uentrem tuũ faba impleuiſti. contumelioſe ſuperbeq; enunciandũ eſt. conchis autẽ ea eſt, quam fabatiam uiridem appellat Apitius. Ea condiebatur liquamine, oleo, coriandro uiridi, cumino, & porro conciſo. ingrati eſt ſaporis, niſi bene condita fuerit. unde Mart. in male cœnantem. Et bene ſi cœnas conchis inũcta tibi eſt. alibi. Si ſpumet rubra conchis tibi pallida teſta. Inter fabatias, Apitius ait, Baianas elixas minutatim cõcidendas, cõdiẽdas ruta, apio uiridi, porro, aceto, oleo, liquamine, careno uel paſſo modico. unde fit ut putem fabã uiridẽ appellari apud nos B corrupto uocabulo bazianã. Aliq; dicunt cõchem ſimpliciter dici fabã, quæ ueluti concha cortice tegitur, cum ea coquitur. *Sectile porrũ.*] Nam antiqui ita porri naturã diſtinxerunt, ut alterum ſectile, alterum capitatum appellarent. Legito Plinium. *Sutor.*] Sutorẽ nominauit, ut uilem & pauperẽ. Nam ſutor quum abſolute enũciatur illum ſignat, qui calceos ſuit. poſſumus & eũ appellare qui ueſtes, & alia ſuit, ſi ſic coniungamus, ſutor ueſtiarius, ſutor pelliciarius. *Verueck.*] Differentia eſt inter ueruecem & arietem. nam aries appella C tur, qui oues init, ueruex uero qui caſtratus eſt, quaſi qui natura ſit uerſa. Sic in porcis uerrem dicimus, qui ſcrophas init. Maialem uero, cui teſtes ſint exempti. Item in equis appellamus canterios qui caſtrati ſint. Licet Apul. lib. uij. & viij. De aſino aureo etiam aſinũ canterium appellet, quo uocabulo etiam dicimus ligna in ædificijs. Victruuius, & canterij prominentes ad extremam ſubgrundationem, ſupra canterios tẽpla. Caput autem ueruecinum in Apophoretis inter cætera munera mittebatur pauperibus. Martialis, Mollia Phrixei ſecuiſti colla mariti. Ebrius igitur cõſuetudinis memor interrogat pauperem per ludibrium apud quem caput ueruecinum comederit. *Elixi.*] aqua & liquore cocti. uel à lixa, ut ſentit Nonius Mar. i. aqua. quam ſic ueteres appellauere. uel ut placuit Varroni, à liquore. *Aut accipe calcẽ.*] Intellige ipſum pauperẽ ab ebrio, quũ hæc diceret percuſſum fuiſſe. *Proſeucha.*] Locus eſt ubi ſolent mendicantes ſedere ſtipẽ petentes. προσεύχεσθαι eſt orare. Proſeucha uocabulũ eſt q; forte nuſquam alibi inuenias apud Latinos autores. Angelus Politianus ſcribit ſe legiſſe apud Cleomedẽ in ſecundo libro circularis inſpectionis aduerſus Epicurum differentem hoc modo. Ex ijs nõnulla è lupanaribus aſcita, quędã ſimillima his quę in Cerialibus à fœminis dictitãtur, alia uero ex media proſeucha, atq; ab ijs ipſis, qui illic mendicant deſumpta. C. Miror ego cum Cleomedes Græce ſcripſerit, quid ſibi uelit Politianus. S. *Pariter feriunt.*] Siue reſpõdeas, ſiue taceas. *Vadimonia faciunt*] Nõ ſatis inquit eſt, q; eos grauiter occi D derint, ſed ultro etiam tanquam grauiter læſi, uadimonia faciunt, hoc eſt eos citant, ut conſtituto die adſint in iudicio. De uadimonijs abunde dictum eſt paulo ante. *Libertas pauperis*] Ironicos, immo miſera ſeruitus, qui tot malis ſit obnoxius. *Pulſatus.*] Ordo eſt, pulſatus & pugnis cõciſus rogat & adorat ut ſibi liceat inde reuerti domum. *Cõpago.*] Compaginem dicimus, & compagem à compingendo, id eſt coniungendo. Ouidius, Compagine ceræ. Iuuenalis, Compage ſoluta. *Graſſator.*] Graſſari dicitur ſupra modũ ſæuire: unde graſſari latrones dicuntur uias obſidentes. *Agit rem.*] Conficit, id eſt latrocinium exercet, & homines ferro cædit. *Pontina pa.*] Paludem Põtinam Strabo ſcribit fuiſſe in Campania, quã deſtinauerat, autore Suet. Iulius Cęſ. ſiccare, ubi erãt loca opportuna latrocinijs. *Gallinaria pinus*] i. ſylua Gallinaria quæ autore Strab. erat in ſinu Cumano. Eiuſdẽ nominis eſt inſula, de qua ita Var. in iij. de Re ruſt. Loquẽs de gallinis feris. Ab his gallinis dicitur inſula Gallinaria, quæ eſt in mari Tuſco ſecundũ Italiã cõtra mõtes Liguſticos. Eſt autẽ ordo & ſenſus: Graſſatores quotiẽs ſylua Gallinaria & Põtina palus armato pręſidio tenẽtur ad arcẽda latrocinia, ueniũt Romã, ubi ferro homines aggrediũtur, & ſpoliãt. *Sic*] quũ ſibi per cuſtodias nõ liceat latrocinia in ſyluis exercere. *Huc.*] .ſ. Romã. *Ad ui.*] ad paratã eſcã. Nã uiuaria dicũtur loca, ubi animalia habẽtur ad ſaginã. *Qua f.*] tãta eſt latronũ multitudo, ut nulla ſit fornax, in qua nõ fabricẽtur uincula ad eos uinciẽdos. *Qua f.*] fiunt graues cathenæ.

Maximus

Maximus in uinclis ferri modus. ut timeas, ne
Vomer deficiat, ne marræ, & ſarcula deſint.
Felices proauorum atauos, felicia dicas
Secula, quæ quondam ſub regibus, atq; tribunis
Viderunt uno contentam carcere Romam.
His alias poteram, & plures ſubnectere cauſas,
Sed iumenta uocant, & ſol inclinat: eundum eſt.
Nam mihi commota iamdudum mulio uirga
Innuit: ergo uale noſtri memor, & quoties te
Roma tuo refici properantem reddet Aquino,
Me quoq; ad Eluinã Cererem, ueſtramq; Dianam,
Cõuelle a Cumis: ſatyrarum ego (ni pudet illas)
Adiutor gelidos ueniam caligatus in agros.

Maximus.] Id eſt maxima copia, & maximus numerus ferri. Nã modus ponitur aliquando, ut hoc in loco pro menſura. Valer. in capite de Senectute. Maſiniſſa rex Numidiæ hunc modũ exceſſit. ſ. annorum Tranquillus in Cæſ. Frumentũ quotiens copia eſſet, etiã ſine modo menſuraq; præbuit. Plautus in Aul. Agri reliquit ei non magnum modum. Seneca ad Luciliũ, Modus certa menſura eſt. A *Marræ.*] Genus eſt ligonis. Columella De cultu hortorum. Cõtundat marra, uel fracti dente ligonis. poeta in penult. Sat. Marris & uomere laſſi, Neſcierunt primi gladios extendere fabri. C. *Sarcula*] à ſarriẽdo ſiue purgando, nam eo inſtrumento ſegetes purgãtur. S. Nec tu putes eſſe diminutiuũ, nam multa ſunt, quæ diminutiua uidentur, & non ſunt ut cubiculum, ſarculum, cœnaculum, crepitaculum, ſtragulum.

Felices proauorum.] Per comparationem priorum temporũ quibus reges imperabant, oſtendit tempora ſua eſſe infelicia quibus contingat tam multa ſcelera fieri in Vrbe, ut plures non ſufficiant carceres ad punitionem reorum: qum unus tantum olim ſufficeret. B Nam ut ſcribit Liuius, Ancus rex quum res Romana aucta foret, & facinora clandeſtina fierẽt, ad terrorem increſcentis audaciæ media Vrbe imminentem foro carcerem ædificauit. *Regibus.*] qui prius imperium tenuerunt. ſeptem autem fuere, Romulus, Numa Pompilius, Tullus Hoſtilius, Ancus Martius, L. Tarquinius Priſcus, Seruius Tullius, Tarquinius Superbus. *Tribunis.*] Hoc eſt, eo tempore, quo primum creati fuerũt tribuni plebis, qui paruo tempore poſt exactos reges creati ſunt in mõte ſacro: ut libertatẽ plebis aduerſum ſuperbiam nobilitatis defenderẽt, ut ante dictum eſt. *Secula.*] Appellatur ſeculum ſpacium centum annorũ, deducta origine à ſequendo ſe: eo quòd ſequatur, atq; in ſe reuoluatur, autor eſt Varro. *Carcere*] Carcer dictus quaſi coercer à coercẽdo. Carceres uero numero plurali, dicũtur loca, unde currus emittũtur ad curſum. poſſumus tamen & carceres dicere numero plurali, pro locis in quibus rei coercentur, ſi plures ſunt: ſicuti etiam dicimus ædes multas, id eſt templa multa, licet ædes numero plurali dómum ſignificent. C *Sed iumenta uocant.*] Iumenta inquit onuſta ſunt, ut iam me uocent hinc: iumentorum appellatione exiſtimo intelligi animalia, quæ hominem iuuent dorſo ſuo: ut equũ, mulũ, aſinum: unde autore Vlp. iumentorũ appellatione boues nõ continentur, ſed pecoris appellatione continebuntur. idem ſenſit Marc. de legatis tertio. Iumentis legatis boues non continentur. Cui aſtipulari uidetur & Plin. lib. xvi ubi ait. Folia fraxini iumẽtis morufera, cęteris ruminantium innocua. ubi docet iumenta ſeparari à ruminantibus. Aulus Gellius, ait iumenta denominata à iungendo. Columella à iuuando, ꝙ noſtrũ laborem, uel onera ſubuectãdo, uel arando iuuẽt. *Mulio*] is appellatur qui mulos clitellarios, ſiue quadrigarios agit. Plin. De uiris ill. Mulionẽ euitantẽ ſuper ipſum corpus carpentũ agere præcepit. Mart. in ix. Nec pigri rota quaſſa mulionis. *Ter.*] Figuram attẽde locutionẽ, uerbũ enim pro participio poſitũ eſt. i. reficiendũ, imitatio eſt Oratiana. Me quotiens reficit gelidus degẽtia riuus. *Aquino*] Oppidũ eſt Volſcorũ in uia Latina, iuxta ꝙ labitur Melphis fluuius, ut ſcribit Strab. lib. v. *Tuo*] i. patriæ tuæ. *Properãtẽ*] feſtinantẽ, tanquã Vrbis incõmoda fugientem. *Cererem E.*] Opinio eſt in agro Aquinati fontem fuiſſe aluinum denominatũ. adhuc enim incolæ eluinum fontẽ appellant: iuxta quẽ adhuc quædã templorum ueſtigia conſpiciũtur. Aliqui uero legunt, Me quoq; Eleuſinã Cererem: ut ſit epitheton Cereris, cuius D templum fuit in Eleuſine ciuitate ſita inter fines ſoli Attici & Megarici, unde Eleuſina appellata eſt Ceres: quã ob id Verg. Eleuſinã matrẽ in Georg. uocat. Eius ſacrificia nõ modo illic celebrabãtur, ſed & in Italia diuerſis locis. Neapoli cultã fuiſſe docet Pap. in Syluis. Hei mihi, ꝙ tantum patrias ego uertice frõdes, Solaq; Chalcidicæ Cerealia dona coronæ, Te ſub teſte tuli. *Veſtr. ſq; D.*] quã ſ. illic colitis. *Ni p. il.*] ſ. me talẽ eſſe auditorẽ quaſi nõ idoneũ, utpote, qui rebus militaribus per habitũ, ꝙ poeticis aptior eſſe uidear, ſicq; modeſtiã ſuã cõmendat. *Caligatus.*] caliga genus fuit calciamẽti militaris, unde Caligula imperator Germanici filius cognomentũ accepit, à caliga, qa in caſtris natus eſt: unde eſt illud apud Auſoniũ. Caius cognomẽ Caligæ, cui caſtra dederũt. à caliga dicti ſunt milites caligati, alibi poeta in ult. Sat. Offendere tot caligatos Milia clauorũ. nam caligæ clauis ferreis, ut ante diximus ſuffigebantur. Iuſtinus lib. xxxviij. loquens de luxuria Antiochi ſic ſcribit, Argenti certe auriq; tantum, ut etiã gregarij milites caligas auro figerẽt, proculcarentq; materiã, cuius amore populi ferro dimicant. Hanc etiã conſuetudinẽ tẽporibus noſtris, ut ante diximus, ſeruãt & Græci & Turci milites, ut calceos multis ſuffixos clauis geſtẽt. Vmbrinus ergo habitu militari oſtendit ſe uenturũ ad Iuuen. in agrũ Aquinatem ut proinde mirũ uideri nõ debeat ipſis ſatyris, ſi nõ ſatis idoneus adiutor uiſus fuerit, quũ habitu nõ poetico, ſed militari uenerit.

SATYRA IIII

Vitam Criſpinus laudat uentremq́; Neronis.

ECCE iterum Criſpinus,& eſt mihi ſæpe
uocandus
Ad partes,monſtrum nulla uirtute re-
demptum
A uitijs,æger ſolaq; libidine fortis,
Delitias uiduæ tantum aſpernatur adulter.
Quid refert igitur quantis iumenta fatiget
Porticibus?quanta nemorũ uectetur in umbra?
Iugera quot uicina foro,quas emerit ædes?
Nemo malus felix,minime corruptor,& idem
Inceſtus,cum quo nuper uitiata iacebat

A ECCE *iterum Criſpinus.*] Hic eſt ille Criſpinus Aegyptius,qui(ut diximus in prima Satyra)ex ſeruili conditione ad equeſtrem dignitatem Domitiani indulgẽtia prouectus eſt.eum poeta ut flagitioſum ſpurciſsimumq; hominẽ ubiq; lacerat:contrà Martialis, ſemper adulando laudat,Sic placidũ uideas ſemper Criſpine tonãtem, Nec te Roma minus quàm tua Memphis amet.Eum igitur Iuuenalis inſectatur, & quòd adulter & ſtuprator ſit notiſsimus,& ꝙ gulæ indulgẽtiſſime obſequatur:quorũ uitiorum alterũ ex altero pendet. hincq; nactus occaſionẽ poeta ſatyricos aculeos tum in crudelitatem,tum mox in gulam Domitiani diſtringit, cum irridens, ꝙ infra imperatoriam dignitatem nimium contulerit ſtudiũ ad piſcem condiendum,ſuper quo etiam ſenatorum conſilium tentatũ fuerit.
B Hocq; uſq; ad extremũ ſatyrę cum ſumma indignatiõe & morſu perſequitur. *Ecce iterum*] Bene autem iterũ nam & ante (ut diximus in prima Sat.)taxatus eſt, ut mollis,& delicatus. *Ad partes.*] Scilicet operis mei.ſumpta eſt translatio à comœdijs,ubi dicuntur perſonæ primas & ſecundas partes agere.apud Terentium in Eun.perſona Parmenonis primas partes habet,ſecundæ ſunt Cherea,tertiæ ad Phedriam ſpectant &c. *Monſtrum.*] Appoſitio eſt,id eſt Criſpinus adeo omnibus inhæſit uitijs,ut tanquam naturę quoddam ſit monſtrũ. *Nulla uirtute.*] Sumpta eſt metaphora à captiuo,qui ære ſe ab hoſtibus redimit,ne in eorũ ſit manibus.Ergo Criſpinus nulla uirtute unquam potuit ſe redimere à uitijs quin in eorũ eſſet poteſtate tanquã ſeruus,quaſi dicat quum in eo eſſent plura uitia,nulla tamen fuit uirtus,quę facit ut leuiora uitia eſſe uideantur. *Æger.*] Puſillus uiribus & animi & corporis. *Fortis.*] Validus. *Sola libidine*] Sola impudicitia. *Delitias uiduæ.*] Nullo inquit adulterij genere abſtinet præterquam uiduæ, ut
C oſtendat illum iucundiora tantum ſectari adulteria,nam qui uiduas aut anus ſequebantur,id lucri gratia faciebant.Martialis, Nunc ſectaris anus,o quantum cogit egeſtas. *Quid refert igitur*] ſi Criſpinus inquit tam fœdis moribus eſt,quid igitur prodeſt ei poſsidere diuitias?& in tantis uitam ſuam agere delitijs,quandoquidem nemo malus ſit felix. ita autem de Criſpino loquitur ac ſi uiueret,quum omnino hæc poeta ſcribẽte eſſet uita functus.neq; enim ut diximus uiuos notat, ſed mortuos. *Quantis p.*] ꝙ magnificis geſtationibus aut ueharur mulis,aut lectica geſtetur.nam Ro.ad omnem luxum,omnemq; profuſi intemperantiam,geſtationes extruebant in hortis, ubi aut lectica geſtarentur, aut in umbra iumentis ueherentur & tempore pluuio.Plin. Epiſt.iij.ad Caninium Ruffum:quæ illa mollis & tam gelida geſtatio . idem ad Gallũ . Geſtatio buxo, & rore marino,ubi deficit buxus ambit.Et paulo inferius eadem Epiſt.Adiacet geſtationi interiore circuitu uinea tenera & umbroſa. *Iumenta m.*] De iumentis ſatis ſuperiore diximus ſatyra. *Vicina foro*] Vrbi,nam forum ſæpiſsime ab autoribus uſurpatur pro Vrbe,ut illic.Cedere nãq; foro, iam nõ eſt deterius ꝙ Aeſquilias à feruẽti migrare ſuburra.aut re uera hortos intelligit,quos ad amœnitatem habebant potentiores in medio ferme Vrbis,& uicinos foro. *Nemo malus*] Sententia eſt generalis,quæ tamen Criſpino accommodatur.Eſt enim ſenſus,parum prodeſt Criſpino in tantis fuiſſe delitijs,quum nemo malus ſit felix.neq; enim ulla in ſcelere poteſt eſſe felicitas. ſemper e-
D nim malus conſciẽtię ſtimulis feritur. *Minime corruptor*] Id eſt Criſpinus minime eſt felix, quaſi ſit epithetoõ Criſpini,ut dicatur corruptor & inceſtus.De corruptore diximus Saty. prima, illic corruptor auaræ nurus. *Idem inceſtus.*] & idem quidem inceſtus infelix eſt,inceſtus autem dicitur qui ſtuprum committit,& inceſta mulier.unde Seneca in Declamationibus , inceſta eſt etiam ſine ſtupro,quæ cupit ſtuprum.Inceſtum autem genere neutro,dicimus ipſum ſtuprum. *Cum quo.*] Apparet Criſpinum cum uirgine Veſtali concubuiſſe,quam moris erat uiuam, ex Numæ Pomp.inſtituto in ſubterraneum ſpecum defodi,ſi inceſti conuicta eſſet.Erat autem cubiculum illud ſubterraneum ad portam Collinam cum lecto ſtrato,lucerna ardẽte,primitijs rerum, quæ ad uictum ſpectant,hoc eſt pane,aqua,& lacte,ne uirgo tanta religione ſacra dimitti illuc uideretur, ut fame periret.ipſa uiua impoſita feretro ferebatur per forum magno ſilentio & horrore.ubi peruentum erat ad cubiculum illud, depoſito feretro,ſolutis uinculis pontifex arcana quædam precatus eam educebat,deinde collocabat in ſcalis,quibus in domũ deſcendebatur, & ſtatim ſe auertebat,tum humus inijciebatur.Stupratores earum in comitio uirgis cædebantur.Illic enim iubente Domitiano cæſus fuit Celer eques Ro.cui Cornelia Maximilla obijciebatur,qui quum uerberaretur in hac uoce perſtitit:Quid feci?nihil feci.de iis lege Plut.in Numa,& Plin.in Epiſt. ad Corn. Minucianum.Et Dionyſ.libro ſecundo,Sed nõ dicit poeta uirginem id ſupplicij fuiſſe paſſam,ſed

tali

Sanguine adhuc uiuo terram ſubitura ſacerdos.
Sed tunc de factis leuioribus, & tamen alter
Si feciſſet idem caderet ſub iudice morum.
Nam quod turpe bonis Titio Seioq;, decebat
Criſpinum. quid agas, cum dira & fœdior omni
Crimine perſona eſt: mullum ſex millibus emit
Aequantem ſane paribus ſeſtertia libris,
Vt perhibent qui de magnis maiora loquũtur.
Conſilium laudo artificis, ſi munere tanto
Præcipuam in tabulis cæram ſenis abſtulit orbi.
Eſt ratio ulterior, magnæ ſi miſit amicæ,
Quæ uehitur clauſo latis ſpecularibus antro.

tali ſuppicio conſueuiſſe affici quæ conuicta fuiſſet: unde ſequitur ſubitura terram, ſi accuſata, con- A
uictaq; fuiſſet adulterij. Hincq; eſt indignatio poetæ, quòd quum Domitianus Corn. Maximillam Veſtalem inceſti accuſatam abſentem, & inauditam & forte innocentem damnauerit, in Criſpino idem ſcelus diſsimulauerit. ſequitur enim alter ſi feciſſet idem, caderet ſub iudice morum. ſicq; poeta non tam Criſpini nefaria ſcelera, quàm Domitiani iniquam morum correctionem inſectatur. Duplicem in Problematis cauſam Plut. affert, quare uirgines uiuæ defoderentur. aut ꝙ mortuos urũt, quod illis tribuere iniuſtum iudicarent, quæ non diligenter ac ſanctè ſacrum ignem cuſtodiſſent. Aut ꝙ corpus maximis ac ſanctiſſimis religionibus conſecratũ interficere, & mulieri ſacrę manus afferre nefas putauerunt. Rationem igitur inierũt, qua ſubterraneo ſpecu defoſſo obrutę ſua ſponte mo- B
rerentur. *Vittata*] Erat enim uitta cõmune quoddã capitis ſacerdotale ornamentum. Vittæ etiam in immolatione adhibebãtur. unde ſic loquitur Sinon ille Virgilianus tanquam uictima deſtinata. Mihi ſacra parari, Et ſalſæ fruges, & circum tempora uittæ. Matronarum geſtamen etiam fuit. Ouid. Eſte procul uittæ tenues, inſigne pudoris. *Subitura terram.*] ſi cum alio ꝙ cũ Criſpino inceſtum commiſiſſet. *Sed nunc de factis leuioribus.*] Hoc dictum eſt, ut oſtendatur ꝙ flagitioſus fuerit Criſpinus, cuius quamuis grauiſsimũ hoc fuerit ſcelus, tamen turpiora etiam ſuperſunt. *Caderet ſub iudice.*] Hinc oſtendit quàm carus principi Criſpinus fuerit, quem tanti ſceleris reum non punierit, quũ alios grauiter puniret ſi idem feciſſent. nam Celerem equitem Romanum, ut diximus, cui ſtuprum Corneliæ obijciebatur in comitio uirgis cecîdit.

Sub iudice morum.] Cum indignatione ait iudice morum, quaſi qui uitiorum iuſtus non ſit uindex, hocq; ex hiſtoria dictum eſſe uidetur. Nam ſuſcepta morum correctione, licentiam theatralem promiſcuam, iniquitate ſpectandi inhibuit: inceſta uirginũ Veſtalium à patrè ſuo & fratre neglecta uarie & ſeuere coercuit. Trãquillus, quin & Mart. adulando cenſorem morum appellat ſic. C
Cenſor maxime principumq; princeps. *Morum.*] Id eſt uitiorum eſt enim τὸ μῶρον C. nam eo nomine tam uirtutes quam uitia notantur. S. *Nam quod turpe bonis*] Adeo inquit Criſpinus gratus erat principi, ut quod in alijs turpe, in Criſpino pulchrum princeps cenſeret. *Quid agas.*] Quid facias niſi obijcias homini ſceleſto ſua ſcelera, quum ſit omnium fœdiſsimus? *Fœdior omni crimine*] Pro fœda, ut ſit comparatiuum pro abſoluto, id eſt turpis omni uitio, per omne uitium.

Mullum.] Piſcis eſt marinus. de quo multa Plinius lib. nono, cap. decimoſeptimo. dictus à colore mulleorum calciamentorum, ut tradit Feneſtella autore Plinio, Mullei autem erant calcei regum Albanorum, & pòſt patriciorum à mullandó, id eſt ſuendo dicti, autor Feſtus, De calceis etiam mulleis ſic in uita Aureliani meminit Vopiſcus. Calceos mulleos, & cæreos, & albos, & hederatios uiris omnibus abſtulit &c. Gulam autem Criſpini exagitat, qui ex ſeruili conditione in tantum diuitiarum cumulum ſit prouectus, ut mullum ſex millibus nummûm emere non dubitauerit. C. *Sex millibus*] .ſ. nummûm, ſiue ſeſtertijs ſex, hoc eſt, ut hodie loquimur, CL. aureis ſcutatis ſiue coronatis. S. *Aequantem ſane.*] Ironicos, quaſi dicat non eſt mirum, ſi tot millibus nummûm piſcem emit, qui pendebat libras ſex pro numero ſeſtertiorum, quum neget Plin. mullum inueniri, qui pondere duas excedat libras. Orat. in Sat. oſtendit trium librarum inueniri quum ait. Laudas inſane trilibrẽ Mullum in ſingula quẽ minuas pulmẽta neceſſe eſt. Sen. libro xv. Epiſt. D
ad Lucilium, Docet mullum ingentis formæ pondo quatuor librarum. Tiberio imperatori donatum fuiſſe, quem in macellum quũ deferri, & uenire iuſsiſſet, ab Publio Octauio quinq; ſeſtertijs emptum, ad quod poeta hoc loco reſpexiſſe uidetur. tradit & Mutianus (ut refert Pli.) mullum octoginta librarũ captum fuiſſe in mari rubro. Seſtertiũ aũt mille nũmos ualebat. Nã quod ait Pli. Aſiniũ Celerẽ ſeſtertijs octo mullũ emiſſe, Macr. tradit preciũ fuiſſe octo milliũ nũmûm. *Vt perhibent.*] Periphraſis eſt aſſentatorum Criſpini, qui eum excuſantes dicunt mullum fuiſſe librarum ſex. *Conſilium laudo*] Ironia eſt. Eſt uero ſenſus: Si Criſpinus emit mullum, ut captaret hereditatẽ, aut mitteret amicæ, eius conſilij certe non eſt ratio damnanda, ſed in gulam inquit emit ſuã. *Artificis.*] Id eſt Criſpini. *Præcipuam ceram in tabulis.*] Præcipuam hæreditatem, & præcipuum legatum teſtamenti, quod in tabulis ceratis notabatur. unde adhuc dicuntur tabulæ teſtamenti, & tabulæ dotis. *Senis orbi.*] Id eſt ſenis diuitis, & ſine liberis. *Eſt ratio ulterior.*] Ironicos, quaſi dicat ratio eſt melior ſi miſit magnæ amicæ, id eſt diuiti, aut ut eã captet, aut ut ab ea amaretur. *Antro clauſo.*] Id eſt lectica, quòd inſtar cubiculi, ut diximus ante ex teſtimonio Plin. fiebãt cum feneſtris. unde ſuperius Clauſa lectica feneſtra. *Latis ſpecularibus.*] In qua lectica ſunt ſpecularia ad arcendos uentos, & lucem accipiendam, Nam ſpecularia ſunt quæ feneſtris adhibẽtur, dicta à ſpe-

A culando, quemadmodum & ſpeculum, quæ fieri conſueuerunt, aut ex charta, aut tela, aut uitro. Sen. libro quarto Natura. Itaq; quamuis cœnationē uelis ac ſpecularibus muniant, & hyemē multo igne doment. Idem ad Lucilium in Epiſt. lxxxvij. Quantæ autem aliquis ruſticitatis damnat Scipionem, quod in caldarium ſuum latis ſpecularibus diem admiſerat, quod non in multa luce decoquebat. Idem lib. decimoquarto. Quædam noſtra demū prodiſſe memoria ſcimus, ut ſpecularium uſum, perlucente teſta, clarū tranſmittentiū lumen. Mart. in viij. Pallida ne Cilicum timeant pomaria brumam, Mordeat & tenerum fortior aura nemus. Hibernis obiecta notis ſpecularia puros Admittūt ſoles, & ſine fece diem. Plin. libro xxxvi. ſcribit ex autoritate Iubę, in Arabia eſſe lapidē uitri modo translucidum, quo utūtur pro ſpecularibus. Idem libro xv. De po
B mis ſeruandis ſic ſcribit, Septētrionalibus feneſtris ſereno die patere, Auſtros ſpecularibus arcere, quod de lapide ſpeculari intelligas non placet. *Emit ſibi.*] In gulam ſuā, Hincq; eſt tota poetæ indignatio.

Nil tale expectes, emit ſibi. multa uidemus
Quæ miſer & frugi non fecit Apicius. hoc tu
Succinctus patria quondam Criſpine papyro,
Hoc precium ſquamæ? potuit fortaſſe minoris
Piſcator quàm piſcis emi. prouincia tanti
Vendit agros, ſed maiores Apulia uendit.
Quales tunc epulas ipſum glutiſſe putemus
Induperatorem? cum tot ſeſtertia partem
Exiguam, & modicæ ſumptam de margine cœnæ
Purpureus magni ructaret ſcurra palati,
Iam princeps equitum: magna qui uoce ſolebat
Vendere municipes fracta de merce ſiluros?

Multa ui.] Subaudi Criſpinum feciſſe. *Miſer & frugi Apicius.*] In comparatione Criſpini Apicius, qui ut ſcribit Plinius omnium Nepotum fuit altiſsimus gurges, & maius ad omnē luxum ingenium, erit miſer & modeſtiſsimus. Hic eſt ille Apicius, de quo ita Seneca, ironicos ad Elbiam matrem. Sed minus beate uiuebat Dictator noſter, qui Samnitum legatos audiuit, quum uiliſsimum cibum in foco uerſaret, quàm Apicius noſtra memoria uixit, qui in ea Vrbe ex qua aliquando philoſophi uelut corruptores iuuentutis abire iuſsi ſunt, ſciennam popinæ profeſſus, diſciplina ſua ſeculum infecit, cuius exitum noſcere operæprecium eſt. quum ſeſtertiûm millies in culinā congeſsiſſet, quum tot congiaria principum & ingens Capitolij uectigal ſingulis commeſſationibus hauſiſſet, ære alieno oppreſſus, rationes ſuas tunc primum coactus inſpexit: ſuperfuturum ſibi ſeſtertiûm centies computauit, & uelut in ultima fame uicturus, in ſeſtertio centies ſi uixiſſet,
C ueneno uitam finiuit. *Hoc tu ſuc. pa.*] Vrget poeta Criſpinum hac interrogatione, qua ſolemus delinquentes reprehendere. *Patria papyro.*] Aegyptia papyro. Aegyptius enim fuit Criſpinus, ut dictum eſt. Nam in Aegypto papyrus multa naſcitur. eſt enim paluſtris herba, ex qua texuntur nauigia. & è libro uela tegeteſq;: nec non ueſtes, ſtragulaq; conficiuntur. præparantur etiam ex ea chartæ diuiſæ acu in prætenues, ſed quàm latiſsimas philyras. *Hoc precium ſquamæ.*] id eſt hunc piſcem tanti emiſti? geminauit autem hoc ad maiorem indignationem. *Potuit fortaſſe.*] Hoc eſt in gulæ exaggerationem Criſpini. Oſtēdit enim precium piſcis tantū fuiſſe, ut piſcator tantidem non uenderetur. *Prouincia tanti.*] Id eſt prouincia tanti uendit agros, & latifundia, quāti Criſpinus emit piſcem. Sed Apulia longe etiam maiores agros uendit, ut ſit ſenſus. In prouincijs, hoc eſt extra Italiam, tanti emes agros, quanti emit piſcem Criſpinus, ſed in Italia longe etiā maiores emas. Nam prouincia (ut in prima Sat. expoſuimus) proprie dicitur extra Italiam, quaſi procul uicta, quæ & procuratorem accipiebat. Plin. de Gallia Narbonenſi loquēs: Italia uerius quàm prouincia. & Plinius Iunior in Epiſt. Prouincialis es an Italicus. *Quales tunc epulas.*] Argumentum à minori ad maius. Si Criſpinus inquit Domitiani ſcurra auſus eſt tanti ſibi piſcem emere, quid putemus factum ab ipſo imperatore in parandis cœnis. ſicq; poeta ſenſim in reprehenſionem gulæ Domitiani deſcēdit. *Induperatorem.*] Pro imperatorem. ſic alibi, & barbarus indupe-
D rator. hocq; ideo fit, quia imperator ſtare non poteſt in uerſu exametro, nec pentametro. C. Epenthesis hæc figura dicitur, cum litera, uel ſyllaba, in medio additur uerbi. S. *Tot ſeſtertia.*] Hinc apparet ſex ſeſtertiûm fuiſſe ſummam. *Partem.*] Appoſitio eſt, id eſt quæ ſeſterna fuiſſent minima pars cœnæ uel modicæ ipſius imperatoris. *De margine.*] De extremitate, non preciosioribus obſonijs imperatoris, ſed de exterioribus & uilioribus tantum, ut oſtendat quantus fuerit principis luxus in cœnis. *Scurra.*] Id eſt Criſpinus, quem in cōtemptum ſcurram aulicum appellat. Eſt autem ſcurra, qui in gratiam potentum riſum captat ab auditoribus, non ſeruata dignitate perſonæ. *Purpureus*] Propter id, Criſpinus Tyrias humero reuocante lacernas. *Palati.*] Pro palatij, ſicut ante ſpolium affectare palati: quòd ad palatium referas non placet. oſtendit enim Criſpinum, ut uiliſsimum hominem officio ſcurræ fungi. *Ructaret.*] Inuidioſe, hoc eſt comederet. *Iam princeps equitum.*] Ad cenſum enim equeſtrem indulgentia Domitiani peruenerat. *Municipes.*] Conterraneos, id eſt Aegyptios. De municipe dictum eſt ante, & municipalis harenæ. *De merce fracta.*] Non integra, ſed quos minutatim uenderet more uiliſsimi cetarij. *Siluros.*] Siluri piſces in Nilo tantum natant, & in Nilide lacu, iuxta montem inferioris Mauritaniæ. Plinius. C. Reperiuntur tamen etiam in Danubio, & in Mœno Germaniæ amne, & in Boryſthene, ut idem Plinius libro nono, capite decimo quinto teſtatur. S.

Incipe

Incipe Calliope.] In irriſionem Domitiani inuocat muſas, ut qui auxilio diuino egeat ad expri- A
mendam piſcis magnitudinem, quum à poetis ex inſtituto Oratiano non ſint inuocanda numi-
na, niſi occurrente aliqua difficili materia. Vnde eſt illud Oratij, Nec deus interſit, niſi dignus uin
dice nodus, Inciderit. *Calliope*] Vna muſarũ à uocis bonitate ſic nominata. *Licet hic cõſidere*]
Anthypophora eſt. poſſent enim dicere muſæ nolumus in hac re ficta tempus atterere: & ipſe reſ-

Incipe Calliope, licet hic conſidere, non eſt
Cantandum, res uera agitur, narrate puellæ
Pierides, proſit mihi uos dixiſſe puellas.
Cum iam ſemianimum laceraret Flauius orbem
Vltimus, & caluo ſeruiret Roma Neroni,
Incidit Adriaci ſpacium admirabile rhombi
Ante domũ Veneris, quam Dorica ſuſtinet Ancon,
Impleuitq́ ſinus. neq́ enim minor hæſerat illis,
Quos operit glacies Mæotica, ruptaq́ tandem
Solibus effundit torpentis ad hoſtia Ponti
Deſidia tardos, & longo frigore pingues.
Deſtinat hoc monſtrum cymbæ, liniq́ magiſter
Pontifici ſummo: quis enim proponere talem,

pondeat, poteſtis profecto hic ſe-
dere & immorari. Nam cantandũ
non eſt, id eſt non eſt more uatum
fingendum aliquid. Res enim ue-
ra agitur. Pierides à Pieria rupe
Theſſaliæ, quæ eſt eis cõſecrata. un
de ſic Strabo libro decimo, Nam
Pieria, & Olympus, & Pimplia, &
Libetrum quondã loca fuere Thra
ciæ, ubi muſæ excultę fuerunt. *Di
xiſſe puellas.*] Quòd appellauerim
puellas hoc mihi apud uos proſit. B
Nam poetæ quaſi blandientes mu
ſas appellant modo puellas, mo-
do nymphas, hoc eſt ſponſas. Ver
gilius, Nymphæ noſter amor Libe
trides. *Quum iam.*] Quum impe
raret inquit Domitianus crudeliſ-
ſimus accidit, ut rhombus miræ magnitudinis captus fuerit in ſinu Adriatico iuxta Anconem.
hinc planiſsime conſtat, Iuuenalẽ Satyras ſuas non ſcripſiſſe ſub Domitiano qui iam mortuus e-
rat. *Laceraret Flauius orbem.*] Oſtendit poeta Domitianum eo crudelitatis euectum, ut non mo-
do urbes, ſed uniuerſus orbis eum ſenſerit. Fuit enim ut ſcribit Tranq. non ſolũ magnæ, ſed & cal
lidæ inopinatæq́ ſæuitiæ. *Caluo Ner.*] Domitiano quẽ à morũ ſimilitudine appellat alterũ Ne
ronem, Sic & Verg. Paridem nominauit pro Aenea. Et nunc ille Paris cũ ſemiuiro comitatu. *Cal
uo.*] Erat enim autore Tranquillo adeo caluus ut caluitio offenderetur, in contumeliãq́ ſuam tra
heret, ſicui alij ioco, uel iurgio obijceretur. ſic & ab Auſonio appellatur: Securus frater quem Cal
uum dixit ſua Roma Neronem. *Spacium admir.*] Id eſt rhõbus mirę amplitudinis. Eſt aũt rhom
bus ut docet Plin. ex genere piſciũ planorum. Mart. Quãuis lata gerat patella rhombũ, Rhombus C
latior eſt tamen patella. Rhombus item, inſtrumentum eſt figura quadrata ſolida, cuius latera o-
mnia ſunt æqualia, anguli uero obliqui, qui ſi in terra iactetur, uoluitur ad ſimilitudinem fere cy-
lindri. utebantur eo maleficæ mulieres, & præcipue in Theſſalia ad deducendam lunam. Martia-
lis, Quæ nunc Theſſalico lunam deducere rhombo, idem Numerare quis pigri damna poſsit ſo-
mni: Dicere quot æra uerberent manus Vrbis, Quum ſecta Colcho luna uapulat Rhombo. Pro-
pertius, Deficiũt magico toti ſub carmine rhombi. De quo rhombo Theocritus in Aegloga Phar-
maceutria meminit inducens mulierem amatorem ſuum ad ſe uertere cupientem, appellatq́ rhõ
bum æneum. unde apparet eos falli qui putauerunt eum ex licijs ſiue filis confectum. *Ante domũ
Veneris.*] Id eſt ante ædem Veneris. Ibi enim cultam fuiſſe Venerem oſtendit Catullus, in eo carmi
ne quod in Annales Voluſii ſcripſit, Quæq́ Ancona Gnidumq́ harundinoſam Colis. *Quam
Dorica ſuſtinet Ancon*] Doricam appellat, quia à Syracuſanis condita fuit, qui à Græcis oriũdi ſunt.
Nam quum Dionyſii tyrannidem fugerent, in Italia, in ora Galliæ Ciſalpinæ, iuxta Cymeriũ pro-
montorium ipſam condiderunt. Strabo ſic inquit libro quinto, Vrbes uero habet, ex quibus An
con Græca ciuitas eſt, à Syracuſanis condita Dionyſii tyrannidem fugientibus, ſita in promon-
torio incluſum complectente portum. *Sinus.*] ipſa retia. *Illis.*] Coniunge cum minor, ut
ſit ſenſus: Rhombus non erat magnitudine inferior illis rhombis, aut alijs piſcibus, qui ad Mæo- D
ticam paludem nutriuntur. Nam (ut ſcribit Plinius) piſces in Mæotica palude conglaciata per hie
mem fiunt pingues, qua reſoluta in Pontum exeunt. *Mæotica.*] Mæotis palus eſt, quam efficit
Tanais, ea in Pontum effunditur. autores Plinius, & Pomponius Mela, & alij geographi. *Ru-
ptaq́ ſolibus.*] Id eſt Aeſtiuo calore reſoluta. *Ad oſtia.*] Oſtia appellamus fluminum exitus, unde
dicimus oſtia Nili, & oſtia Tyberina, quum in mare irrumpunt. oſtia autem Ponti, id eſt ad oſtia
ipſius paludis, quæ exeunt in Pontum. *Torpentis.*] Frigore cõglaciati. *Deſidia tardos.*] Lon
ga mora factos ſegnes. *Deſtinat.*] Mittit, aliàs deſtinare eſt ſtatuere, ut imperator graui ſuppli-
cio affecit milites, qui deſtinato die non affuiſſent, id eſt conſtituto. Tranquillus in Iulio Cæſ. Iam
de ornanda inſtruendaq́ Vrbe, item de muniendo ampliandoq́ imperio plura ac maiora in dies de
ſtinabat. Dicimus etiam lapides deſtinatos templo Martis, hoc eſt iam paratos & aſsignatos ad
templum Martis. *Hoc monſtrum.*] Hunc monſtruoſum piſcem. *Magiſter.*] Piſcator. *Cym
bæ.*] Nauicula eſt piſcatoria. *Liniq́.*] Retis, quod ex lino fiat. *Pontifici ſummo*] Hoc eſt Domi
tiano quem ironicos Pontificem ſummum appellat, hocq́ ex hiſtoria. Nam is, ut docet Plinius in
Epiſtola ad Cornelium Minitianum, quum Corneliam Maximillam uirginem Veſtalem ince-
ſti ream uiuam defodere cuperet ut ſeculum ſuum eiuſmodi exemplis illuſtraret, in uillam Alba-

A nam reliquos pontifices conuocauit. Et ſummi pontificis iure eam abſentem & inauditam damnauit. Nam uirginum Veſtalium punitores ut ſcribit Dionyſius, ſunt pontifices. Domitianus ergo tanquam pontifex eam damnauit. pontifices dicuntur à ponte & facio. Nam ab ijs ſublicius eſt factus primum, & reſtitutus ſæpe. *Proponere.*] Verum exponere. *Quum plena.*] Ratio eſt quare nemo auderet nec uendere nec emere, quia ubiq; ſint delatores. *Et littora.*] Etiam littora nedum alia Vrbis loca.

Aut emere auderet: cum plena & littora multo
Delatore forent, diſperſi protinus algæ
Inquiſitores agerent cum remige nudo,
Non dubitaturi fugitiuum dicere piſcem,
Depaſtumq; diu uiuaria Cæſaris, inde
Elapſum ueterem ad dominum debere reuerti.
Siquid Palphurio, ſi credimus Armillato,
Quicquid conſpicuũ, pulchrũq; ex æquore toto eſt,
Res fiſci eſt, ubicunq; natat: donabitur ergo,
Ne pereat, iam letifero cedente pruinis
Autumno, iam quartanam ſperantibus ægris.
Stridebat deformis hyems, prædamq; recentem
Seruabat, tamen hic properat, uelut urgeat Auſter,
Vtq; lacus ſuberant, ubi quanquam diruta ſeruat

Inquiſitores.] Alij maris in cuius littoribus multa alga paſsim eiecta eſt. alga enim eſt herba marina, quæ ex profundo eijcitur. *Agerent.*] Accuſarent piſcatorem, ꝙ piſcem eſſet expiſcatus, qui elapſus eſſet ex uiuarijs Cæſaris. *Viuaria.*] Vt diximus ſupra, ubi cõtinentur, uel aues, uel piſces, uel feræ, quæ duntaxat ad uictum ſpectant. Nam Ro-

B mani habebãt, ubi piſces incluſos paſcebant. Plin. de manu paſcũtur piſces in pluribus quidem Cęſaris uillis. lege Macrob. apud quẽ multa de uiuarijs, & saginãdis piſcibus referuntur. *Cæſaris.* Domitiani.

Si quid Palphurio] Senſus eſt & ordo, quicquid ex mari eſt pulchrum & precioſum, id omne eſt fiſci publici, id eſt imperatoris, ſi credimus Palphurio & Armillato, qui in gratiam imperatoris per calumnias & ſacrilegas interpretationes multa fiſco uindicabant. Fuit autem Palphurius Sura, ut autor eſt Probus, conſularis uiri filius. ſub Nerone luctatus eſt cum uirgine Lacedæmonia in Agone, poſtea à Veſpaſiano ſummotus è ſenatu tranſiit ad Stoicam ſectam, in qua cum eloquentia præcelleret, Domitiano familiaritate coniunctus, delationem acerbiſsime exercuit. De quo ita meminit Tranquillus in Domitiano: Sed ei Capitolino etiam in cunctos ingenti conſenſu precantes ut Palphurium Suram reſtitueret pulſum olim ſenatu, ac tũc de oratoribus coronatum, nullo reſponſo dignatus, tacere tantummodo iuſsit uoce præconis.

C *Armillato*] de hoc Tranquillus ſic: Armillatus proceſsit in publicum, & eandem ſententiam habuit. Armillati autem dicuntur, qui armillis ornati ſunt. Propertius, metaphoricos canes millũ geſtantes armillatos app el lat Atq; armillatos cola oloſſa canes. Eſt enim armilla torquis argenteus ſiue aureus, quæ circa brachium geſtabatur. Armillum uero eſt autore Feſto, uas uinarium in ſacris, dictum quòd armo, id eſt humero deportetur. *Fiſci.*] Id eſt imperatoris. Nam ut diximus, fiſcus receptaculum erat nummorum, capiturq; pro ipſo ærario, ut hoc loco. Plinius libro duodecimo, de balſamo ſic ſcribit, Serit nunc eam fiſcus ſcilicet Romanus. Idem in eodem, Quippe millibus denariorum ſextarij emptũ uendente fiſco, id eſt publico ærario. A nomine fit uerbum confiſcare, id eſt ad ærarium deferre. Nummorum autem receptacula erant ſportę, ſportulæ, ſportellæ, ſacci, ſacculi, ſaccelli. Et crumenæ, mãticæ, marſupia, ita fiſci, fiſcinę, fiſcellę. Spartea ſunt utenſilia ad maioris ſummæ pecunias capiendas. autor Pedianus. *Donabitur ergo.*] Verba poetæ ſubſanantis talem legum interpretationem. *Ne pereat.*] Scilicet piſcator. *Iam letifero.*] Senſus eſt: etſi iam tempus erat hyemale, ut facile piſcis frigore conſeruari poſſet, tamen piſcator uelut urgente Auſtro, quo ſpirante facile corrumpuntur obſonia, ad imperatorem feſtinat cum piſce.

Cedente pruinis] Hyeme: quo tempore maxime cadunt pruinæ, dictæ autem pruinæ quaſi peruſtinæ ab urendo, quòd in agris omnia urant, atq; abſumant. *Autũno.*] Varro putat autumnum

D dictum ab augendo, ꝙ eo tempore præcipue hominum res augeãtur, coactis agrorum fructibus.

Letifero] Mortalibus pernicioſo. ſolet enim autumnus propter temporum mutationes eſſe grauis, & peſtilens. tunc enim uentus Auſter flat, quo maxime morbi generantur. unde eſt illud Oratij. Fruſtra per autumnos nocentem corpori metuemus Auſtrum. Idem alibi. Pomifero graue tempus anno. C. De anni temporibus & tempeſtatibus, uide Celſum libro ſecũdo, cap. primo, Item Cæl. Rhodiginum lib. xxix. cap. xxviij. S, *Iam quar.*] Fine enim autumni ſolent febres tertianæ in quartanas mutari. *Sperantibus.*] Declaratio per contrariũ, id eſt timentibus. Vergilius, Hũc ego ſi potui tantum ſperare dolorem. *Deformis*] Appellatur à poetis hyems deformis, ꝙ omnia frigore & niuibus deformia uideantur. *Auſter.*] Nam ut diximus, eo flante ut docet Plinius, obſonia corrumpũtur. Orat. At uos præſentes Auſtri, coquite horum obſonia. eſt autem uentus qui à Meridie flat, qui Græce notus dicitur, id eſt humidus. *Vtq; lacus.*] Hypallage eſt, id eſt poſtquã piſcator lacubus ſuberat, qui Albani uocantur. Nam Alba, autore Dionyſio inter montem excelſum, atq; lacum magnum, & profundum extructa eſt, æq; diſtans ab utriſq;, hiq; erant tanquam muri uix expugnabilem eam reddentes. De lacu ſic Cicero in primo De diuinatione. Quid quòd in Annalibus habemus Veienti bello, quum lacus Albanus præter modum creuiſſet, quẽdam ad nos hominem nobilem profugiſſe. Eius etiam meminit Valer. in primo. Subito lacus Albanus ſo-

litum

litum ſtagni modum exceſsit. De lacubus Albanis ſic etiã meminit Orat. Albanos prope te lacus A
Ponet marmoream ſub trabe Cypria. Vnde fit, ut putẽ apud Vergilium in ſeptimo, mendum eſſe, ubi oſtendit Niſum & Euryalũ peracta multorũ cæde in caſtra Rutulorũ perueniſſe ad locos, qui Albani ſunt dicti, ita ut ad lacus Albanos non locos legendũ contenderim. *Ignem Troianum*] .i. colit ritus Veſtæ, in cuius tẽplo perpetuus ignis adſeruabatur à ſacris uirginibus.

Ignem Troianum, ac Veſtam colit Albà minorem,
Obſtitit intranti miratrix turba parumper,
Et ceſsit, facili paruerunt cardine ualuæ.
Excluſi expectant àdmiſſa obſonia patres.
Itur ad Atridem. tunc Picens accipe dixit
Priuatis maiora focis, genialis agatur
Iſte dies, propera ſtomachum laxare ſaginis,
Et tua ſeruatum conſume in ſecula rhombum.
Ipſe capi uoluit, quid apertius? & tamen illi
Surgebant criſtæ. NIHIL eſt, quod credere de ſe
Non poſsit, quum laudatur dijs æqua poteſtas.
Sed deerat piſci patinæ menſura; uocantur

Troianum.] Nam id inſtitutũ ſeruãdi ignis initium habuit à Troianis quũ in Italiam Aeneas Penates uexiſſet, unde Verg. Sacra, ſuosq́ tibi cõmendat Troia Penates. Hos cape fatorũ comites. Idem alibi, Veſtãq́ potentem, Aeternũq́ adytis effert penetralibus ignem. Papinius, An tacita uigilet face Troicus ignis. Pontifex maximus cuſtos erat uirginũ Veſtalium, quæ cuſtodiũt ignẽ perpetuum, ut ſcribit Plut. Vnde & Pa B pinius loquens de patre docente Neapoli, ſic inquit, Sub te Dardanius facis explorator opertę. Nam fax ſiue ignis cinere opertus ſeruabatur. Quæ uero deã colebãt uirgines quatuor à principio erãt, elgẽtibus eas regibus ad ea quæ inſtituerat Numa legitima: poſterius aũt propter multitudinẽ ſacrorũ miniſteriorũ quæ perficiunt, ſex factæ ſunt apud deam uitã agentes. Vnde ſcribit Trãquillus, teſtamentũ Auguſti apud ſex uirgines Veſtales depoſitũ fuiſſe. Triginta annos neceſſe eſt eas manere innuptas, & caſtas ſacrificia peragẽtes ex lege, quo in tẽpore opus eſt eas decẽ annis diſcere, decẽ ſacra perficere, decem ulterius alias edocere. Lege Dionyſium. Lotos antiquiſsima arbor fuit in Vrbe, quæ capillata dicebatur, ad quã uirginũ Veſtalium capillus deferebatur. Plin. lib. xvi. cap. ult. *Veſtã minorẽ*] Ad differentiam tẽpli, q̃ Romæ à Numa Põpilio extructũ fuerat nouũ, & rotundũ, & maius, ut ſcribit Plu. in uita Numæ. *Albani*] nã poſt ſuppliciũ ſumptũ de Metio Suffetio Albanorũ duce, Alba imperãte Tullo Hoſtilio, diruta eſt. Tẽplis tamen deũ, ut ſcribit Liu. (ita enim edictũ ab rege fuerat) tẽperatũ eſt, Albanis in urbem Romã admiſsis mons Cęlius inhabitãdus traditus eſt, ſicq́ Albæ ruinis duplicatus eſt numerus ciuiũ. Albã autore Dionyſ. cõdidit Aſcanius filius Aeneæ. Annos du- C rauit poſtquã condita eſt quingẽtos minus tredecim. *Alba*] Deſcribit aũt locũ, ubi Domitianus quotãnis in Albano qnquatria Mineruæ celebrabat, cui collegiũ inſtituerat ſacerdotũ. *Valuæ.*] Poſtes, à uoluẽdo. q̃ in cardinibus uoluantur. Propert. De tẽplo Apollinis Palatini. Et ualuæ Lybici nobile dẽtis opus. *Patres.*] Senatores, qui in Albano erant cũ imperatore. *Ad Atridẽ.*] Ad Domitianũ. nam ut Agamemnon omniũ Græcorũ ducum uoluit imperator appellari, ita Domitianus nõ ſolum dux ducũ, & princeps principũ, ſed etiã deus. aut appellauit Atridẽ à crudelitate, ut quãdo Neronẽ etiã dixerit, oſtẽdat in omnibus Neroni ſimilẽ fuiſſe. ut ſit, itur ad Atridem. i. ad Neronẽ alterũ, qui matrẽ ſuam interemit Agrippinã, ſicut Oreſtes Atrei nepos & Agamẽnonis filius matrẽ ſuam Clytẽneſtram. *Tũc Pi.*] piſcator de Piceno agro, qui rhõbum ceperat. aut reuera nomẽ eſt propriũ, ſicut apud Mart. Scribit in aduerſa Picẽs epigrãmata charta. *Maiora*] Precioſiora q̃ priuato cõueniãt homini, quaſi dicat digna tantũ principib. *Iſte dies ag. ge.*] Hic dies celebretur ſumma cũ uoluptate. Nã tũc genio operã dare dicimur, quũ animi relaxationem ſequimur. Perſ. Indulge genio, carpamus dulcia, noſtrũ eſt Quod uiuimus. *Laxare ſto.*] hoc dictũ eſt per irriſionẽ à poeta in exprobrationẽ gulæ, ut ſit ſtomachũ tuũ extẽde atq́ imple. nã quæ implẽtur laxãtur, & extẽduntur. *Saginis*] piſce ſaginato, nã ſagino idẽ eſt, q̃ pinguefacio, & ſagina pro pinguitudine accipitur. *Seruatũ in t. ſ.*] aperta & manifeſta adulatio, quæ omnibus fere grata eſſe D cõſueuit. Vnde Sen. ad Luc. Quicqd in nos adulatio ſine pudore cõgeſsit, tanquã debitũ prehendimus, optimos nos eſſe & ſapiẽtiſsimos affirmãtibus aſſentimus, quũ ſciamus illos multa mẽtiri, adeo quoq́ indulgemus nobis, ut laudari uelimus in id, cui cõtraria tã maxime facimus. Mitiſsimum ille ſe ipſis in ſupplicijs audit, in rapinis liberaliſsimũ, in ebrietatibus ac libidinibus tẽperatiſsimũ. Sequitur itaq́, ut ideo mutari nolimus, quia nos optimos eſſe credimus. *Quid ap.*] ſ. iſta adulatione. *Surgebãt c.*] trãſlatio à gallis ſumpta, quibus criſtæ erigũtur. i. Domitianus mira afficiebatur lætitia, talia audiẽdo. *Nihil eſt*] Valde enim aures principum adulatiõibus delectãtur unde Alexãder Mac. prædicãtibus ſe Iouis eſſe filiũ aliquãdo credidit, ita ut quũ in India uulnus accepiſſet, magnũq́ ſentiret dolorẽ, Omnes inquit iurãt, me eſſe ipſius Iouis filiũ, ſed uulnus hoc hominẽ eſſe me clamat. *Quũ lau. dijs æqua p.*] ex hiſtoria eſt. Nã tãtæ fuit ſtoliditatis & arrogantię: ut quũ audiuiſſet ſe nominari deũ per libellũ, ſtatim edixerit ne alia pręfatione appellaretur. unde Mart. in v. Edictũ domini, deiq́ noſtri. Et ipſe Domitianus, quũ procuratorum ſuorum nomine formalẽ dictaret. epiſtola ſic cœpit. Dominus & deus noſter ſic fieri iubet. Vnde inſtitutũ poſt hęc ut ne ſcripto quidem ac ſermone cuiuſquã appellaretur aliter. *Sed deerat.*] In irriſionẽ principis hoc fingit poeta eius luxũ & gulam notãs. *Deerat.*] Tantus erat piſcis, ut nulla extaret pati-

Ergo in conſilium proceres, quos oderat ille,
In quorum facie miſeræ, magnæq́ ſedebat
Pallor amicitiæ, primus clamante Liburno,
Currite iam ſedit. rapta properabat abolla
Pegaſus, attonitæ poſitus modo uillicus Vrbi.
An ne aliud tunc præfecti? quorum optimus, atq;
Interpres legum ſanctiſsimus, omnia quanquam
Temporibus diris tractanda putabat inermi
Iuſtitia, uenit & Criſpi iucunda ſenectus,
Cuius erant mores, qualis facundia, mite
Ingenium, maria, ac terras, populosq́ regenti
Quis comes utilior, ſi clade & peſte ſub illa
Sæuitiam damnare, & honeſtum afferre liceret
Conſilium. ſed quid uiolentius aure tyranni?
Cum quo de pluuijs, aut æſtibus, aut nimboſo
Vera locuturi fatum pendebat amici?
Ille igitur nunquam direxit brachia contra
Torrentem: nec ciuis erat, qui libera poſſet
Verba animi proferre, & uitam impendere uero.
Sic multas hyemes, atq; octogeſima uidit
Solſtitia, his armis, illa quoq; tutus in aula.
Proximus eiuſdem properabat Acilius æui
Cum iuuene indigno, quē mors tam ſæua maneret,

A na, quæ cū coquēdum integrū caperet. *Pallor*] i. timor, ab eo quod præcedit hic ſequitur, nam timorem pallor ſequitur. *Amicitiæ ma.*] Imperatoriæ. Vnde prima Satyra. Magni delator amici imperatoris. *Pegaſus.*] Iuriſcōſultus fuit celeberrimus tēporibus Veſpaſiani, à quo & urbi præfectus fuit, ut Pomp. In origine iuris eſt autor. unde & uillicū impropriè appellat. i. præfectū & cuſtodem. Nā uillicus propriè appellatur uillæ gubernator, unde à uilla uillicus nomē accepit, *cuius receptor* aūt tā pecuniæ q̄ frugum & omnium quæ dominus poſsidet, diſpēſator eſt. *Abolla.*] de abolla dictum in Sat. iij. *Liburno il.*] ſeruo nomēclatore, qui in ſenatū patres uocaret. nā ut diximus ante ex Liburnia ſerui proceræ ſtaturæ mittebantur, & proinde dominis grati. ſuperius, Et ingenti curret ſuper ora Liburno. *Iam ſe.*] ſ. imperator. *Quorū*] ſ. præfectorū. *Inter*
B *pres le.*] i. ipſe Pegaſus legū peritus & iuris. *Tractāda iner. iu.*] Et ſi inquit ſanctiſsimis erat moribus, tamē ſæuitiā imperatoris ueritus, putabat nō omnia ſibi agenda ut iuſtitia poſtulabat, ſed ad nutū & uoluntatē principis omia eſſe moderāda, ſicq; docet principes aſſentatoribus delectari, aſſentatoresq́ eis ſemper præſto eſſe, qui ex ſtultis fatuos reddūt homines. *Venit & Criſpi.*] Hic eſt ille Vibius Criſpus, qui ut ſcribit Trāquillus, cuidam interroganti, eſſet ne quis intus cū Cæſa. Domitiano, nō abſurde reſpōdit, Ne muſca quidē, unde
C poeta iucūdam ſenectutē appellat: q facetus eſſet: cōſueuerat enī Domitianus initio principatus ſui quotidie ſibi horariū ſumere, nec quicquam amplius q̄ muſcas captare, ac ſtilo peracuto cōfigere. *Maria ac ter.*] ſenſus eſt. Criſpus moribus principis ſe optime accōmodabat, ut per omnia aſſentaretur. Sed nemo unquā utilior comes imperatori fuiſſet totū orbē regenti, ſi ei licuiſſet per ſæuitiā principis omnia libere loqui: legendūq; eſt cū interrogatione. *Illa cla. & p.*] hoc eſt Domitiano, qui cōmunis erat quædā omniū pernicies. *Dānare ſæ.*] i. ſcelera hominū, aut quod magis placet, libere accuſare ſæuitiā principis, qui more ſæuiſsimi tyrāni, uerū audire nolebat: unde ſeqtur, ſed quid uiolētius aure tyrāni? *Cū quo de pl.*] ſenſus eſt. Imminebat mortis periculū amico, ſi forte aliquid locuturus, de rebus incertis aliquid dixiſſet, quod eius uolūtati fuiſſet aduerſum. *Fatū pen.*] In ambiguo erat, ueluti ſunt res pēdulæ in ambiguo, ne cadāt. *Ille*] Criſpus. *Cōtra tor.*] metaphoricos, nam torrens magno impetu ferri conſueuit, hoc eſt nunquā imperatoris uolūtati refragatus eſt. *Nec ci. er.*] Efferatā Domitiani crudelitatē oſtendit, quū nemo eſſet, qui libere loqui auderet. *Sic.*] i. per hanc ingenii comitatē. *Octogeſima ſol.*] i. octoginta annos, quibus in aula principū eſt uerſatus. Nam etſi in anno duplex eſt ſolſtitiū brumale & æſtiuū: quum tamē abſolute ponitur, pro æſtiuo tantū intelligimus: ergo quot ſolſtitia di-
D cimus, totidē annos intelligimus. Vnde Vir. Humida ſolſtitia, atq; hyemes optate ſerenas Agricolę. hic enim intelligimus de ſolſtitio æſtiuo. Sic etiā apud Ouid. De Pōto. Noxq; Tardior hyberna ſolſtitialis erit: Eſt enim ſenſus Ouid. Nox ſolſtitialis, hoc eſt æſtiua, erit tardior, hoc eſt longior hyberna, ita ut ſemper ſolſtitium abſolute poſitū, æſtiuum intelligatur. Cōtrà uero brumale ſolſtitiū non dicimus abſolute, ſed ſemper ſolſtitium brumale. Eſt autem ſolſtitiū æſtiuum viij. Calend. Iulij. quo tempore remeare ad inferiores ſol incipit circulos: hyemale uero viij. Calēd. Ianua. quo tempore ſol altiores incipit circulos petere. dictum autē ſolſtitiū, quaſi ſolis ſtatio. Tunc enim ſol ſtare uidetur. *His Ac.*] ſenſus hic eſt & ordo. Acilius eiuſdē æui properabat proximus. i. ſecūdus poſt Criſpinum tutus in illa aula his armis, id eſt pari arte, & paribus moribus, & aſſentationibus. Hic eſt ille Acilius Gabrio, quem poſtea, ut ſcribit Tranquillus, ſupplicio affecit una cū Saluidieno & Orfito quaſi molitorē nouarū rerum. fuit etiā iiſdem tēporibus, Acilius Ruffus uir conſularis: de quo Plin. in Epiſt. ad Vrſum. Cenſuit Acilius Ruffus conſularis deſignatus Inquiſitionem Bithynis dandam. *Illa aula.*] Tam ſæui principis. eſt autē aula ſedes & domicilium imperatoris & tyranni: unde fit aulicus qui in aula uerſatur, & tyranni eſt cōtubernalis. *Cū iuu. ind.*] Aliqui de Eluidio filio Eluidij, quem Domitianus interemit, putant intelligēdum q quaſi ſcenico exodio ſub perſona Paridis & Oenones diuortium ſuum cum uxore tractaſſet: ſed quum plurimos intereme-

rit,nulla extat hiſtoria quis fuerit iuuenis,qui cum Acilio properābat. *Feſtinata*] In iuuenibus A
mortē acerbam & feſtinatam appellare ſolemus,quaſi quæ ante tempus feſtinet: Vnde feſtinata le
gendū eſt,non aūt deſtinata.uerſus enim nō ſtaret.I em̄ breuis eſt in deſtinata.recte aūt poeta mor
tem,ut dixi feſtinatā appellat,quæ iuuenē opprimat,quaſi quæ celerius feſtinet ꝙ conueniat. *Gla
dijs do.*] Domitiani. *Sed olim*] .i.ſuperioribus tēporibus,quibus Domitianus imperabat.Hincq́;
apparet Iuu.Sat.ſuas non ſcripſiſ-
ſe ſub Domitiano. ſenſus eſt,Tam
multos inquit Domitianus effera-
ta quadā crudelitate ciues intere-
mit,ut in ꝓdigio haberetur,ſi quē
in Vrbe offenderes ſenem nobilē
& Patricium.Prodigiū aūt dicitur
autore Feſto,uelut prędicium,quꝙ
prædicat.Vnde & Cic. lib.ij. De na
tura deorū ait:oſtēta, mōſtra, por
tēta,& prodigia dicta,ꝙ oſtendāt,
monſtrent,portendāt, prædicant.

Et domini gladijs iam feſtinata:ſed olim
Prodigio par eſt in nobilitate ſenectus,
Vnde fit,ut malim fraterculus eſſe gigantum.
Profuit ergo nihil miſero,quod cominus urſos
Figebat Numidas,Albana nudus harena
Venator:quis enim iam non intelligat artes
Patricias?quis priſcum illud miretur acumen
Brute tuum?facile eſt barbato imponere regi.

Vnde fit ut ma.] Quū inquit imperator in nobilitatē tam atrociter ſæuiret(nam ut ſcribit Euſeb.
multos in exilium ex nobilibus miſit & occidit)maluerim fraterculus eſſe gigantū, qui Terræ filij
fuerunt.i.ignobilis & obſcurus,ꝙ Patricius & nobilis.Nam qui obſcuro genere eſſent orti, quaſi B
quorū parentes ignorarentur,filij terræ appellari cōſueuerunt.quare Lactant.Firmianus lib.i. Di
uinarū inſtitutionū ſic inquit.Minutius felix in eodē lib.qui Octauius inſcribitur ſic eſt argumen
tatus.Saturnū,quū fugatus eſſet à filio,in Italiāq́; ueniſſet,Cœli filiū dictum,ꝙ ſoleamus eos,quo
rum uirtutes miremur,aut eos qui repētine aduenerint,de cœlo cecidiſſe dicere:terræ autem eos
eſſe filios, qui ignotis parētibus ſint nati.Vnde & Tertul.in Apologet.de Saturno loquens ſic ſcri
bit,Dictus autem Terræ & Cœli filius,quia ignon,uel inopinatio apparētes de cœlo ſuperueniſſe
dicuntur:nā & Terræ filios uulgus uocat,quorum genus incertū eſt.Cic.ad Atticū primo.Sed hęc
ad te ſcribam aliàs ſubtilius.Nam neq; adhuc ſatis mihi nota ſunt:& huic Terræ filio neſcio cui cō
mittere epiſtolam tantis de rebus non audeo. *Fraterculus.*] Satis lepide ſe fraterculum & nō fra
trem dicit,utpote qui ſentiat tantæ molli giganteæ ſe parem nō eſſe. *Gigantū.*] Gigantes ut fabu
loſa prodidit antiquitas ex imis terræ uiſceribus nati ſunt immaniſsimo corpore,qui quū conati
eſſent è ſede cœleſti deos deturbare,tam acriter inde pugnatum eſt,ut dij in Aegyptum uſq; fuga-
ti ſint.qui demum parta uictoria gigantes perdiderunt.Beroſus uero Babylonicus hiſtoriam per C
ſequens, ſcribit in Syria circa Lybanū fuiſſe Enos urbem maximā gigantū,qui uniuerſo orbi do-
minabātur ab occaſu ſolis ad ortū.Hi uaſtitate corporis ac robore cōfiſi,inuētis armis omnes op
primebāt,libidiniq; inſeruiētes inuenerūt papiliones,& inſtrumēta muſica,& omnes delitias.Mā
ducabāt homines,& procurabāt aborſus,in eduliūq; pręparabāt,& cōmiſcebātur matribus,filia
bus,ſororibus,maſculis,& brutis,& nihil erat ſceleris,ꝙ nō admitterēt cōtemptores religionis &
deorū:unde & Macr.lib.i.Satur.gentē quandā impiā uocat,deos negantē, & ideo exiſtimatā deos
pellere de cœleſti ſede uoluiſſe.horū pedes in draconū uolumina deſinebāt, quod ſignificat nihil
eos rectū, nihil ſupernū cogitaſſe,totus uitæ eorū greſſu atq; proceſſu in inferna mergēte. *Profuit
ergo.*] Putabat inquit ſe per ſtudiū uenationis theatralis,quo & imperator maxime delectabatur
poſſe ſæuitiā eius effugere,ac proinde feras in harena cōficiebat ut placeret,ſed nihil inquit ei hoc
profuit,quia tales artes iam nouerat imperator. *In Alba.ha.*] Nam & in Albano,ubi quotannis
quinquatria Mineruæ celebrabat,feras conficiendas exhibuit,ipſeq; centenas uarij generis confe
cit,autor Tranquillus. *Numidas,*] Lybicos.Nam Numidia pars eſt Africę imperio Maſiniſſæ
clara,dicta Numidia à paſcuorum fertilitate.nam *νομὸς* paſcua,ſiue pabulum ſignificat.igitur cō
uerſa o in u fit Numidia.inde urſi feroces mittebantur.Plin.libro viij.ſic inquit.Annalibus nota
tum eſt Domitium Aenobarbum ædilem curulem urſos Numidicos centum & totidem uenato D
res Aethiopas in circo exhibuiſſe.Miror adiectū Numidicos fuiſſe,quū in Africa urſos non gigni
conſtet.Et miror Plin.negare urſos gigni in Africa,quū cæteri ſcriptores naſci affirmēt. Soli Nu-
midici urſi forma cæteris præſtant.Mart.Et freno Lybici domantur urſi. Verg,lib.v.Horridus in
iaculis,& pelle Lybiſsidis urſæ.idem lib. octauo.Effultum ſpolijs & pelle Lybiſsidis urſæ. *Nu-
dus.*] Depoſitis ueſtibus,ut eſſet expeditior,& quaſi per quandā ſtultitiā. *Quis id.*] Nō eſt inquit
opus his artibus principē ſeduci,qui ſimulatā nobiliū noſcit ſtultitiā. *Brute.*] Brutus ut auuncu
li ſui Tarqui.ſuperbi ſæuitiam uitaret,quū ab eo omnē nobilitatis indolē excerpi, interq́; cæteros
etiā fratrē ſuū,qui uegetioris ingenij erat interfectū animaduerteret, obtuſi ſe cordis eſſe ſimula-
uit,eaq; fallacia maximas uirtutes ſuas texit. Ait ergo poeta: Rudi illa ætate facile potuiſti Brute
principes decipere. Sed nunc inquit nemo eſſet,qui artes illas tuas non noſceret. *Acumen pri.*]
Hoc eſt prudentiam & ſagacitatē illam priſcam,id eſt qua priſcis uſus fuiſti temporibus. *Impone-
re.*] Seducere.Nam impono,quum datiuo tantū iungitur,efficiturq́; neutrum,idem eſt quod ſe
duco,& decipio.Sen.ad Lucil.Oculis noſtris imponimus,id eſt oculos noſtros decipimus. Plin.
Epiſtola ad Proculum. Si modo mihi non impoſuit recitatio tua: leges enim ſuauiſsimæ & peri-
tiſsimæ.inde fit etiam impoſtura, id eſt deceptio. *Regi.*] Tarquinio Superbo. *Barbato.*]

A Nam Romani quadringentis & quadraginta quatuor annis intonſi fuerunt, quum tonſores non haberent, eos poſtea Ticinus Mena ex Sicilia in Vrbem adduxit. Olim tonſores non fuiſſe ſignificant antiquorum ſtatuæ, quòd plerçq; habebãt capillum & barbam magnam, autor Varro libro ij. De re ruſt. *Nec me.*] Nec lætior, ſed pari triſtitia. *Qualis igno.*] Hic oſtendit nimiam Domitiani crudelitatẽ, qui in omnes pariter ſæuiret tam nobiles ꝙ plebeios. *Rubrius*] Hic Rubrius

Nec melior, uultu quamuis ignobilis ibat
Rubrius, offenſæ ueteris reus, atq; tacendæ.
Et tamen improbior ſatyram ſcribente cinædo.
Montani quoq; uenter adeſt abdomine tardus.
Et matutino ſudans Criſpinus amomo,
Quantum uix redolent duo funera, ſæuior illo
Pompeius tenui iugulos aperire ſuſurro:
Et qui uulturibus ſeruabat uiſcera Dacis
Fuſcus, marmorea meditatus prælia uilla,

temporibus fuit Domitiani, ut ipſe oſtẽdit poeta, ſed hiſtoria minime eſt nota, quomodo reus fuerit offenſæ ueteris, & tacendæ. itaque de hoc adhuc quærendum cẽſeo. quæ autem ab alijs afferuntur ex teſtimonio Taciti de Rubrio Gallo, alioq; Rubrio, qui in cõiuratione Piſoniana deprehenſus eſt, non placent, quum ad rem poetę minime ſint accommodata. *Et tamen*
B *impr.*] Licet inquit Rubrius ignobilis eſſet & humili loco, tamen improbior fuit Nerone ipſo, qui ſatyram ſcripſit in Quintianum, appellauitq; eum mollẽ & effœminatũ, quum ipſe eſſet cinædus. Nam nupſit Doryphoro ſeruo, ut ſcribit Trãquillus, ſicut ipſi Sporus. Tacitus eum appellat Pythagoram, quem Tranquillus Doryphorũ. eá forte ratione à Trãquillo Doryphorus appellatur, quẽ proprio nomine dicit Tacitus, ꝙ ſatelles fuerit Domitiani. nam Græci dicunt Doryphorũ ſatellitẽ ab haſta ferẽda, quæ dory Græco uocabulo nominatur. Quod autem Nero in Quintianum ſcripſerit, ſic prodidit Tacitus: Quintianus molli corpore infamis, & à Nerone probroſo carmine diffamatus, contumelias ultum ibat. Ergo cinædo ſcribente ſatyram id eſt Nerone, qui carmen probroſum ſcripſit in Quintianum, quum & ipſe eſſet cinædus. carmẽ etiam Eligiacum ſcripſit. Mart. libro ix. Ipſe tuas etiam ueritus Nero dicitur aures, Laſciuũ iuuenis quum tibi iuſsit opus. Scripſit etiam Iliada, autores Tranquillus, Tacitus, & Euſebius. *Montani quoq; uen.*] De Curtio Montano intelligit, de quo multa apud Tacitum leguntur. dictum autem Satyrice quoq;, uenter adeſt, ut oſtendat hominẽ corpulentũ fuiſſe, & epulis intentum. unde eum in ſequentibus oſtendit magnam edendi habuiſſe peritiam, quum ait, nulli maior fuit uſus edendi. *Abdomine.*] Plin. lib. xi. cap. xxxvij. ut diximus in ſecunda Saty. docet abdomen ab an-
C tiquis uocatum, quod nunc ſumen. *Et Criſpinus*] .ſ. adeſt. *Sudans amomo mat.*] Id eſt unguẽto perfuſus matutino. Eſt autem Amomum genus fruticis prouenientis in Syria, cuius uua in uſu eſt, frutice uenoſo, palmi altitudine, capiturq; cum radice. Ex eo fit unguentum precioſiſsimum. Vnde Plinius. Omnia autem acutiora fiunt coſto, amomo, quæ maxime nares feriunt. Vnguento etiã quod dicebatur regale, inter alia adhibebatur etiam amomũ. *Matutino.*] Non placet ut exponas Orientali, ſed quo mane ungeretur. Matutinum autẽ dicimus à Matuta dea, id eſt Aurora.

Quantum uix re.] Inuidioſe hoc dicit in Criſpinum, quem ubiq; ut luxurioſum, & mollem lacerat. *Duo funera.*] Nam mortuorum corpora perungebantur. Plin. Vnguentorũ quoq; bonos ad mortuos perungere cœpit. Perſius noſter, Oſſa inodora dabit. *Pompeius.*] Subaudi à ſuperioribus adeſt. Temporibus Domitiani multi, ut diximus quæſtus cauſa ad delationem ſe cõtulerant. Inter quos & Pompeius, Sed quũ temporibus Domitiani plures extiterint eiuſdẽ nominis, De Pompeio Ruffo poſſumus intelligere, de quo ita Plin. in Epiſt. ad Corn. Minutianum. Quinetiam duo conſulares Pomp. Ruffus & Libo Frugi læſerunt Norbanũ teſtimonio, tanquã apud iudicem ſub Domitiano Saluij Liberalis accuſatoribus affuiſſet. Dãnatus, & in inſulã relegatus eſt. Licet etiam (ut diximus in prima Sat.) intelligere de Pompeio Falcone, de quo idem Plin. Cõſulis an exiſtimẽ te in tribunatu, cauſas agere decere. *Aperire iugulos*] Figurata locutio, id eſt ad aperien-
D dos iugulos. iuguli autem ſiue iugula, utrunq; enim legitur apud probatiſsimos autores, ſunt illa duo oſſa quæ ab utroq; humero tranſuerſa extenduntur ſupra ſummitatem pectoris, ubi deſinit collum: & ubi cõiunguntur, ueluti lacunã, quandam efficiunt, quæ quo maior eſt, eo excellentius in homine ingenium indicat. Vnde Zopyrus phyſiognomon, qui ſe profitebatur hominũ mores, naturaſq; ex corpore, oculis, uultu, fronte pernoſcere, ſtupidum eſſe Socra. dixit, & bardum, ꝙ iugula concaua non haberet: obſtructas eas partes & obturatas eſſe dicebat. Ibi locus eſt maxime cædi obnoxius. Lucanus, Iugulũq; ſenilẽ, Confodiam. hinc fit uerbũ iugulo, quod nõ modo gladio, ſed & morbo occidere ſignificat. Celſus lib. iij. Nam quartana neminẽ iugulat. Iugula uero genere fœminino ſignũ cœleſte eſſe docet Var. in lingua Lat. de quo meminit Plaut. in Amph. Neq; iugula, neq; ueſperugo. C. Iugula, Orionis eſt ſtella, ut Feſtus Pomp. ſcribit. S. *Meditatus prælia uilla.*] Hoc eſt, qui in animo ſuo prælia pertractauerat in uilla ſua, Aut qui exercuerat prælia in uilla tẽtans quid poſſet efficere aduerſus hoſtem. Nam meditari accipitur pro cogitare, & mente pertractare, ut illud Oratij. Neſcio quid meditans nugarũ. Terent. Meditata ſunt mihi omnia mea incõmoda. Item pro exercere ut illud Quinti. Declamatio eſt forenſiũ actionum meditatio. i. exercitatio. *Et Fu.*] ſubaudi adeſt. Eſt enim Corn. ille Fuſcus, qui temporibus Domitiani prætorianæ cohortis præfectus bellum geſsit aduerſus Dacos, à quibus in prælio eſt occiſus. Lege Tacitum,

Mart.

Martialis de eo ita ſcribit libro ſexto, Ille ſacri lateris cuſtos, Martiſq; togati, Credita cui ſummi ca A
ſtra fuere ducis: Hic ſitus eſt Fuſcus, licet hoc fortuna fateri, Non timet hoſtiles iam lapis iſte mi-
nas. Grande iugum domita Dacus ceruice recepit, Et famulum uictrix poſsidet umbra nemus.
Vulturibus.] Bene autem uulturibus. cadauera enim adeo auide ſequuntur, ut triduo antè, aut
biduo uolare eo ubi cadauera futura ſunt tradantur Plinius libro decimo. *Prudens Veiento.*]

Et cum mortifero prudens Veiento Catullo,
Qui nunquam uiſæ flagrabat amore puellæ,
Grãde, & cõſpicuum noſtro quoq; tẽpore monſtrũ,
Cæcus, adulator, diruſq;, à ponte ſatelles
Dignus Aricinos qui mendicaret ad axes,
Blandaq; deuexæ iactaret baſia rhedæ.
Nemo magis rhombum ſtupuit, nam plurima dixit
In læuam conuerſus: at illi dextra iacebat
Bellua: ſic pugnas Cilicis laudabat, & ictus
Et pægma, & pueros inde ad uelaria raptos.
Non cedit Veiento, ſed ut phanaticus œſtro

Vegentonis & Catulli Meſſalini cæ
ci mentionem facit Plin. Epiſt. ad
Sempronium Ruffum. Sic cœna-
bat Nerua cum paucis: Veiento re
cumbebat proximus, atq; etiam in
ſinu dixi omnia. Quum hominem
nominaui incidit ſermo de Catul-
lo Maſſalino, qui luminibus orba
tus, ingenio ſuo mala cæcitatus ad-
diderat. non uerebatur, nõ erube-
ſcebat, non miſerebatur. ſæpius à
Domitiano non ſecus ac tela, quæ B
& ipſa cæca, & improuida ferũtur,
in optimum quenq; contorque-
batur. de huius nequitia ſanguina
riiſq; ſententiis, in commune omnes ſuper cœnam loquebantur. Hinc ergo poeta mortiferum Ca
tullum appellat, ut delatorem & nocentiſsimum hominem. Veientonem autem appellat honorifi
ce prudentem. neq; enim uſquam apparet eum fuiſſe malum, ſed doctum & familiarem Neruę. eſt
autem Fabricius ille Veiento uir ſenatorius, de quo in ſexta Sat. intellexit poeta: ubi oſtendit Hip-
piam uxorem eius, relicto marito per impudicitiam gladiatorẽ abeuntem, ab Vrbe in Aegyptum
uſq; fuiſſe ſecutã. *Nũquã ui.*] Ordo eſt, qui flagrabat amore puellæ nunquam uiſæ. erat enim ue
dictum eſt, luminibus orbatus. *Grande.*] Appoſitio eſt. *Satelles di.*] Hoc eſt dignus, qui ad põ
tes mendicaret, in quibus ſolent conſidentes pauperes ſtipem à tranſeuntibus petere. Sen. In ſubli
cium pontem me transfer, & inter egenos abige, non ideo tamen me deſpiciam, quòd illorum in
numero conſedero, qui manum ad ſtipem porrigunt. Iuuen. in ſequentibus. Nulla crepido uacat,
nuſquã pons. *Satelles.*] Ironice ſatellitem quaſi pontis cuſtodem appellauit: nam ſatelles pro-
prie is appellatur, qui ad cuſtodiam principis aſsiſtit, unde Cecil. Cypria. in Epiſtola ad Donatũ.
Exigit pœnas pariter de potentiore ſublimitas, ſit licet ſatellitum manu ſeptus, & clauſum ac pro- C
pe tectum latus numeroſo ſtipatore tuetur. *Aricinos.*] Id eſt qui ſtipem peteret ab iis, qui Ariciã
uehuntur. Nam Ariciæ, quæ ſita eſt in cliuo in Appia uia poſt Albanum mõtem, lucus fuit Dianæ,
quem Arthemiſium appellauere, quò magna populorum multitudo confluebat: propter quod
mẽdici in eo cliuo ſedentes mendicabãt. *Rhedæ de.*] Eſt cliuus iuxta Ariciã. Mart. Debet Aricino
conuiua recumbere cliuo. *Magis ſtu.*] Quàm ipſe Catullus Meſſalinus. *Sic pu. ci.*] Cilix nomẽ
fuit gladiatoris, cuius pugnas ſimili adulatione laudabat. *Et pæg.*] Pægmata machinamenta e-
rant lignea, quæ in triumphorũ pompa ferebãtur eo artificio compacta, ut per ſe ſurgerent, ueluti
ramos exerentia. Sen. ad Lucil. De artibus liberalibus. Ludicræ ſunt artes, quæ ad uoluptatẽ auri-
um, atq; oculorũ tendũt, his annumeres licet machinatores, qui pægmata per ſe ſurgentia excogi
tant, & tabulata tacite in ſublime creſcentia. Mart. Et creſcũt media pægmata celſa uia. Ioſephus itẽ
lib. vii. De triumpho Veſpaſiani & Titi loquens, ſic ſcribit, Maxime autem erat ſtupor machinarũ,
quæ portabantur. ſiue pægmatum fabricatio, pro quorũ magnitudine uiribus portantiũ occur-
rentes timebant. multa enim in tertium nidum quartumq; ſurgebant, & magnificẽtia fabricæ cũ
admiratione delectabant. De quibus ſic Claudianus de cõſulatu Manlii Theodoſii. Vel qui more
auium ſeſe iaculantur in auras, Corporaq; ædificant celeri creſcentia nexu: Quorum compoſi-
tam puer augmentatus in artẽ Emicet, & uinctus plantæ uel cruribus hærens, Pendula librato fi- D
gat ueſtigia ſaltu, Mobile ponderibus deſcendat pægma reductis. pægma autem dictio eſt Græca,
quæ ludum ſignificat. *Et pueros.*] ſ. laudabat reſidentes in pægmate. *Inde raptos.*] Id eſt ex
pægmate finitis ludis ablatos: aut raptos, mox ſtupratos. De quibus uidetur intellexiſſe Diuus
Auguſtinus libro ſecundo ſic dicens. Veniebamus nos etiam aliquando adoleſcentes ad ſpectacu
la, ludibriaq; ſacrilegiorum, ſpectabamus arreptitios, audiebamus ſymphoniacos, ludos turpiſ-
ſimos, qui diis, deabuſq; exhibebãtur. ubi uidetur ut diximus per arreptitios intellexiſſe pueros
arreptos ad ſtupra. *Ad uelaria.*] Velaria loca erant, ubi uela reponebantur quæ ad ornandum
theatrum tenebantur. non ſum neſcius & uelaria poni etiã pro ipſis uelis, ut ſi menum eſt apud Pa
pinium in Syluis libro primo, iam uelaria linea pluebant. Nam illic in pleriſq; codicibus legitur
Bellaria adorea pluebant. *Non cedit Ve.*] Id eſt in adulatione & piſcis laudatione non cedit Meſ-
ſalino, ac ſi dicat, longe uehementius adulatur. *Vt Phan.*] Phanatici proprio epitheto diceban-
tur ſacerdotes Cybeles, ſiue Bellonæ, qui ueluti deæ numine afflati, caput & comas rotabant iacta
baptq;, futuraq; prędicebant. Lucanus in primo, Crinẽq; rotantes, Sanguineũ populis cecinerũe
triſtia Galli. Quintil. libro nono, iactare caput, & comas rotare, phanaticum eſt. Lampridius in
Heliogabalo, lactauit autem caput inter præciſos phanaticos, & genitalia ſibi deuinxit. Porphy-
rius

A rius ita ſcribit in Orat. Affirmat autem non magis matris magnæ, aut Apollinis numine inſtin-
ctos furere, quàm eos qui iracundia ſunt incitati. Oratius In poetica, Aut Phanaticus error, & ira
cunda Diana. Idem Enthei etiam dicebantur, quaſi diuini, & deo pleni. Papinius in Syluis. Eat en
thea uittis Atq; hederis redimita cohors. Martialis, Spadone quum ſis euiratior fluxo, Et concu-
bino mollior Cæleneo, Quẽ ſectus ululat matris Entheæ Gallus. nam ſacerdotes Cybeles furore

Percuſſus Bellona tuo diuinat, & ingens
Omen habes, inquit, magni, clariq; triumphi.
Regem aliquẽ capies, aut de temone Britanno
Excidet Aruiragus. peregrina eſt bellua, cernis
Erectas in terga ſudes? hoc defuit unum
Fabricio, patriam ut rhombi memoraret, & annos.
Quid nam igitur cenſes? conciditur? abſit ab illo
Dedecus hoc Montanus ait, teſta alta paretur,
Quæ tenui muro ſpacioſum colligat orbem.
Debetur magnus patinæ, ſubitusq; Prometheus.
Argillam, atq; rotam citius properare: ſed ex hoc
Tempore iam Cæſar figuli tua caſtra ſequantur.
Vicit digna uiro ſententia: nouerat ille
Luxuriam imperij ueterem, noctesq; Neronis

correpti in ſacris ululatu require-
bant Atyn, quem olim Cybele a-
mauerat. De ſacerdotibus Bel-
lonæ ſic & Lactantius libro primo
De inſtitutione diuina. *Percuſſus tuo oeſtro Bellona.*] Id eſt tuo furo-
re correptus. œſtrum Græci, ut
autor eſt Feſtus, appellant quem
Latini aſilum dixere, id eſt Taba-
num. eſt enim genus uiolentiæ
muſcæ, quæ in furorem armen-
B ta agit. Vergilius in tertio Georg.
Eſt lucus Silarim circa ilicibusq;
uirentem Plurimus Alburnum uo
litans, cui nomen aſilo Romanũ
eſt, œſtrum Graij uertere uocan-
tes. Aſper acerba ſonans, quo tota
exterrita ſyluis Diffugiunt armen
ta. hic ergo œſtrum pro furore
poeta poſuit. Statius libro primo Thebaidos. Tempus erit quũ laurigero tua fortiter œſtro Facta
canam. Idem in Syluis de Genethliaco. Lucanus, Docto pectore concitauit Oeſtro. Plinius libro
undecimo, capite decimoſexto, Naſcuntur aliquando in extremis fauis apes grandiores, quæ cæ-
teras fugant. Oeſtrus uocatur hoc malum. Et idem cap. xxviij. eiuſdem lib. Quibuſdam aculeus in
ore, ut aſilo, ſiue tabanum dici placet. Seneca ad Lucilium, Hunc quem Græci oeſtron uocant pe
cora peragentem totis ſaltibus diſſipantem, aſilum noſtri uocabant. quibus uerbis oſtendit uo-
cabulum Aſilum interijſſe, & oeſtri uſum remanſiſſe. *Bellona*] Dea eſt belli: Senſit Apuleius in
Metamorphoſi ſua, Cybelem Bellonam & Iſidem eaſdem eſſe deas, eoſdemq; ſacerdotes, qui ſuo
C cruore in earum ſacris rem diuinam faciebant. Nam gladus humeros ſibi & lacertos feriẽtes cum
capitis agitatione diſcurrebant, & ueluti numine deæ afflati agebantur, prædicebantq; futura. Et
Bellona, uocatiuus eſt caſus, ut ſit ordo. Veiento ut Phanaticus percuſſus tuo oeſtro o Bellona di
uinat. *Diuinat.*] Prædicit eſt enim diuinare quod futurum ſit prædicere. *Regem aliquem ca-
pies.*] Hinc argumentatur, diuinatq;, cum capturum aliquem regem barbarum & peregrinum,
quia piſcis ſit peregrinus & ſpinis armatus, ut reges caſſide criſtata armantur. *Excidet de te-
mone Britanno.*] Id eſt capietur in bello, & de curru deijcietur. Nam Britanni curribus utuntur in
bello, ut autor eſt Cæſar in Commentarijs, quos Couinos, autore Pomponio Mela, uocabant. Lu
canus. Et docilis rector monſtrati Belga Couini. quod Britanni curribus, in bello uterentur, indi
cat & Propertius ſic. Hiberniq; Getæ, pictoq; Britannia curru. *Aruiragus.*] Rex Britanniæ.
Sudes.] Metaphoricos, appellat pinnas, quum ſudes dicantur pali. *Hoc defuit unum Fabri-
cio.*] Ita inquit reliqua per aſſentationem prædixit, ut aliud nihil reſtaret, quàm ut commemora-
ret patriam piſcis, & quot annos eſſet natus, ſicq; tantam aſſentationem apprehenſoremq; eius
ſubſannat. *Quidnam igitur cenſes.*] Verba ſunt Iuuenalis, quid putas inquit decretum fuiſſe de
piſce coquendo? *Conciditur.*] Verba perſonæ introductæ reſpondentis. *Abſit ab illo.*] Ver
ba poetæ recitantis ſententiam Montani. *Dedecus hoc.*] Scilicet ut concidatur. *Teſta.*] Pa-
D tella fictilis, in qua integer coquatur. *Tenui muro.*] Quæ ſummæ ſit tenuitatis. laus eſt figuli in
conficiendis uaſis ea ducere tenuia. Hyperbolicos murum appellauit, quum Murus proprie ſit,
qui publica ambiat, ut ciuitatem, Paries uero priuata, ut domos. *Orbem ſpacioſum.*] Id eſt, qui
ſpacioſus ſit, & apprime capax. *Debetur Prometheus.*] Inueniendus eſt inquit optimus & pru-
dens figulus, qui fingat patinam, qualis Prometheus, qui ex limo hominem finxit inanimatum
& inſenſibilem, ſed beneficio Mineruæ in cœlum aſſumptus, Ignem ex radijs ſolis furatus eſt, e-
umq; pectuſculo hominis applicãs, animatum reddidit. Higinius, Ouidius, & Fulgentius. *Ar-
gillam atque rotam.*] Argilla genus eſt terræ unde finguntur uaſa. *Rotam.*] Scilicet figularem,
Eam inuenit Anacharſis Scythes, ſiue Chorebus Athenienſis, ut Plinius in libro ſeptimo, & La-
ertius Diogenes tradunt, quamuis ſcribat Seneca ad Lucilium, Figuli rotam apud Homerum
inueniri. *Sententia.*] Scilicet Montani. *Digna uiro.*] Ac ſi dicat talis fuit ſententia, qualis
uir: quaſi qui cibis optime conditis delectaretur. Corpulentum enim fuiſſe, & magni uentris
ſuperius oſtendimus. *Noctesq; Neronis.*] Non eſt inquit mirum ſi tam grauem tulit ſententiam
de coquendo piſce, quia callebat quid imperatores ſuperiores & præſertim Domitius Nero fa-
cere conſueuerint in parandis obſonijs. Nam Nero (ut autor eſt Tranquillus) epulas è medio
die ad mediam noctem protrahebat, refotus ſæpe calidis piſcinis ac tempore æſtiuo niuatis.

Aliamq;

Iam medias, aliamq; famem, cum pulmo Falerno
Arderet. nulli maior fuit uſus edendi
Tempeſtate mea. Circeis nata forent, an
Lucrinum ad ſaxum, Rutupinoue edita fundo
Oſtrea, callebat primo deprehendere morſu.
Et ſemel aſpecti littus dicebat echini.
Surgitur, & miſſo proceres exire iubentur
Conſilio, quos Albanam dux magnus in arcem
Traxerat attonitos, & feſtinare coactos,
Tanquam de Cattis aliquid, toruiſq; Sicambris
Dicturus, tanquam diuerſis partibus orbis
Anxia præcipiti ueniſſet epiſtola penna.
Atq; utinam his potius nugis tota illa dediſſet
Tempora ſæuitię, claras quibus abſtulit Vrbi,
Illuſtreſq; animas impune, & uindice nullo.

Aliamq; famem.] Id eſt quo nouam aliam famem poſſet ſibi excitare, quum ex nimia repletione A
cibi & potus ſtomachus arderet. ac ſi dicat, nouerat delicatis pulmentarijs lautioreq; apparatu ci
borum ſtomachum excitandum. *Cum pulmo arderet.*] Id eſt nimia crapula ferueret. *Falerno,*]
Vino Auſtero. *Maior uſus edendi*] Maior peritia in ciborum delectu quàm ipſi Montano, qui pri
mo morſu callebat ex quo littore mitterētur, educataq; fuiſſent oſtrea. *Circeis*] id eſt in Campa
nia iuxta Circeos eſſe nata. Circei enim oppidum eſt Campaniæ. Orat. Oſtrea Circeis, Miſeni oriūtur echini. ordo autem eſt: Mōtanus, callebat deprehēdere primo morſu, an oſtrea nata forent Circeis, an ad ſaxum Lucrinū, an edita eſſent fundo Rutupino. *Ad ſaxum Lucrinum*] hoc eſt in lacu Lucrino. nam illic prima fuit oſtreorum cōmendatio, primuſq; Sergius Orata, ut ſcribit Plin. lib. nono, Optimū ſaporem Lucrinis adiudicauit. alibi capta in Lucrinum aduchebāt, ut illic ſaginarētur. Idem Plin. autor. Mart. Oſtrea tu ſumis ſtagno ſaturata Lucrino. Lacus autem Lucrinus in Campania eſt. *Saxum*] .i. rupes Lucrinas. *Rutupino fundo*] B
Id eſt ex mari Britannico. nā oſtrea Britannica inuenta fuere poſtquam Lucrina. Plin. lib. nono, Nondum Britannica ſeruiebant littora, quum Orata Lucrina nobilitabat. Ex extremis enim maris tractibus quærebant piſces. Vnde Vitellius in dedicatione patinæ ſuæ, à Carpathio uſq; freto Hiſpaniæ, per Nauarchos ac triremes piſces conquiſiuit. Seneca non eſt neceſſe perſcrutari per fundum, nec ſtrage animalium uentrem onerare, nec conchylia ultimi maris ex ignoto littore eruere. *Rutupino*] Rutupinum autē Britannicū ſignificat, ab oppido littorali, quod docet Ptolom. libro ſecundo ubi ſcribit, Carnicorum urbem eſſe Rutupinas. Lucanus, At uaga quum Thetis Rutupinaue littora feruent, Vnda Caledonios neſcit turbata Britannos. *Oſtrea.*] Piſces ſunt concha incluſi. Ouid. libro quinto Fa C
ſtorum, Oſtreaq; in conchis tuta fuere ſuis. *Echini.*] Sunt echini ex genere cancrorum, in quibus ſpinæ pro pedibus. Ingredi his, etiam in orbem uolui. Echinus etiam capitur pro theca illa ſpinoſa caſtanearum. Echineis uero piſcis eſt paruus, quam remorā Latini dixerūt. Naues uelis plenis eūtes retinere dicitur, ſi carinis hæſerit, autor Plin. lib. ix. Luc. Nō puppim retinēs Euro tēdente rudentes In medijs echeneis aquis. *Semel aſpecti*] Id eſt quem ſemel aſpexiſſet. *Miſſo*] Pro dimiſſo. *Conſilio.*] Senatoribus. *Arcem a.*] Bene autem arcem appellauit. nam, ut autor eſt Aſconius, Arx dicitur uel ſedes tyrāni, uel ęditus in ciuitate & munitior ad ſalutem ciuium locus Vnde Verg. Quo res ſumma loco Panthu, quam prehendimus arcem. *Traxerat.*] Hoc uerbo oſtendit eos inuitos ſequi imperatorē ob eius ſæuitiam. *Attonitos.*] Anxios, & qui ſibi timerēt ob eius crudelitatē. *Tanquā de Cattis*] legendū eſt de Cattis non Getis. ad hiſtoriam enim reſpicit. Nam de Cattis, Daciſq; poſt uaria prælia duplicem triumphū egit. Tranquillus & Euſebius autores. Stat. lib. i. Sylu. Das Cattis Daciſq; fidem. Eutropius, De expeditionibus Domitiani ſic ſcribit, Expeditiones quatuor habuit, unam aduerſus Sarmatas, alterā aduerſus Cattos, duas aduerſus Dacos. Sūt autē Catti populi Germanię, Sycambris finitimi, qui indigētia laborant. autor eſt Strabo lib. vij. Eos inchoare ab Hercynio Saltu ſcribit Tacit. Sycābri Germaniæ ſunt populi inter Rhenū & Albin fluuios, ſiti ad Oceanū, de quibus multa Cæſ. in Cōmēt. & Tacit. in lib. De ſitu Ger D
maniæ. *Toruis.*] Terribilib. à terrēdo, quaſi terui. *Epiſtola an.*] Hoc eſt quæ res afferat triſtes, & calamitoſas. *Penna p.*] Hoc eſt, quæ per auem eſſet allata. Nam quū celeriter aliquid nūciandum eſſet, didicere antiqui auibus literas alligare, quas uolantes perferebāt. Plinius de columbis ſic ſcribit lib. x. Quin internūciæ in magnis rebus fuere, & epiſtolas annexas earū pedibus obſidiōe Mutinēſi in caſtra pertulere D. Bruto mittēte. quid uallū, & uigil obſidio, atq; etiā retia amne prætēta profuere Antonio per cœlū eūte nuncio. C. Sunt tamē qui hoc dictū de curſoribus tabellarijs ue autument quos Dion hiſtoricus ſurrectas in capite pēnas geſtare cōſueſſe, ſcribit, hinc fortaſsis Pegaſi à Cicerone appellati. S. *Atq; u. l.*] Vtinā inquit tēpora imperij ſui potius cōſumpſiſſet in his nugis, nec abſtuliſſet nobiles & illuſtres ciues. *His n.*] His deliberationibus, quales fuerūt de coquendo piſce. *Quibus*] .ſ. tēporibus. *Abſtulit*] Necādo .ſ. *Illuſtres a.*] Nobiles & illuſtres ciues. Complures enim ſenatores, in ijs, aliquot cōſulares interemit, ex quibus Ciuicam Cerealē in ipſo Aſiæ procōſulatu, Saluidienū Orfitum, Acilium Glabrionem, prius exilio inſulari mulctatos interemit, quaſi nouarum rerū molitores, cæteros leuiſsima quenq; de cauſa, Aelium Lamiā, Saluium Cocceianum, Metiū Pompoſianū, Saluſt. Lucullum, Iunium Ruſt. & multos alios. Lege Trāquil. de eius ſæuitia, & Euſeb. *Impune.*] Nullo exiſtente, qui tantam crudelitatē ulciſceretur.

A *Sed periit.*] Senſus eſt. Dum ſæuit in nobilitatem hunc & illum necando, nemo inuentus eſt, qui eum interimeret, ſed poſtquam cœpit ſanguine plebeio manus ſuas contaminare, ſtatim inuētus eſt interemptor. Nam à Stephano Domicillæ Flauiæ procuratore, Partheniocꝫ cubiculario cæteris conſpiratis cūctantibus, eſt occiſus in cubiculo. De Parthenio tanquam cubiculario Domitiani ſic meminit Mart. Muſæ Parthenium rogate ueſtrum, Admittat timidam, breuemcꝫ chartam, Intra limina ſanctioris aulæ. Lege Tranquillum. *Cerdonibus.*] Hoc eſt plebeis & uiliſsimis hominib. nam cerdo is appellatur, qui artificio & lucro uictum quęrit. κέρδος enim lucrum ſignificat. *Hoc n.*] .ſ. ſæuiſſe in cerdones, & homines tenuis fortunæ. *Madenti cæde Lamiarum.*] Hoc eſt cæde nobilium. Nam Lamias poſuit pro omnibus nobilibus, reſpexitcꝫ ad hiſtoriam. Aelium enim Lamiam interemit ob ſuſpitioſos, & ueteres, & innoxios iocos: Autor Tranquillus. Lamiæ genus duxerunt ab Lamo: qui ut tradit Homerus in Odyſſea, Caietæ regnauit. Silius, Et regnata Lamo Caieta. Oratius, Aeli uetuſto nobilis ab Lamo.

Sed periit poſtquā cerdonibus eſſe timendus
Cœperat, hoc nocuit Lamiarum cæde madenti.

SATYRA V

Quot mala ſuſtineat paraſitica uita notato.

SI te propoſiti nondum pudet, atq; eadē
eſt mens,
Vt bona ſumma putes, aliena uiuere
quadra,
Si potes illa pati, quæ nec Sarmentus
iniquas
Cæſaris ad menſas, nec uilis Galba tuliſſet,
Quamuis iurato metuam tibi credere teſti.
Ventre nihil noui frugalius, hoc tamen ipſum
Defeciſſe puta, quod inani ſufficit aluo.
Nulla crepido uacat? nuſquā pons, & tegetis pars
Dimidia breuior? tanti ne iniuria cœnę?
Tam ieiuna fames? cum poſsis honeſtius illic
Et tremere, & ſordes farris mordere canini?

B SI te propoſiti.] Multi temporibus poetæ amicitias nobiliū & diuitum ſequebātur, & uiliſsimis quibuscꝫ officijs cœnas captabant, in quo uitæ inſtituto uerſantē Trebium amicum ſuū poeta monet, deterretcꝫ, ne tale genus uitæ ſectetur, oſtendens ſuperbe cōtumelioſecꝫ à diuitibus accipi pauperes. Sicꝫ notat auaritiam ſui tēporis. *Si te propoſiti nondum pudet.*] Ordo eſt & ſenſus: O Trebi ego nihil noui frugalius uētre. quaſi dicat, modicis potes eſſe cōtentus. Sed tamen putemus hoc ipſum modicū quod po-
C teſt ſufficere inani aluo defeciſſe tibi, nōne potes mendicare? hoc autem dico. Si te non pudet propoſiti tui, ut uelis ſequi menſas nobilium, & ſi potes pati, quæ nec Sarmētus, nec Galba ſcurra tuliſſent, quamuis tibi teſti iurato, quòd ſcilicet non te pudeat, & poſsis ferre tot contumelias non audeam credere. ſicꝫ oſtendit tolerabilius eſſe mendicare, quàm contumelioſas ſequi menſas nobilium, ubi tanto excipiuntur ludibrio. *Aliena quadra.*] Aliena menſa, & orbe alieno: nam quadra uaſculum appellatur à forma quadratum, ubi inciſa reponuntur obſonia, quod oſtendit Vergilius in Aene. Patulis nec parcere quadris, Patalis fruſti. Capitur & quadra pro fruſto, ueluti quadrato: ut eſt apud Martialem. Quum mittis turdumcꝫ mihi quadramcꝫ placētæ, Bucellas miſiſſe tuas te Pontia dicis. quadram ergo, id eſt fruſtum placētæ quadratum. Oratius in Epiſtolis. Et mihi diuiduo findetur munere quadra. Seneca De beneficijs. Quis beneficium dixit quadram panis aut ſtipem æris abiecti, aut ignis accendendi factam poteſtatem. Martialis libro duodecimo in Vacerram. Nec quadra deerat caſei Toloſani. *Nec Sarmentus iniquas.*] Sarmentus eques fuit Romanus
D ſcurrilitate notiſsimus, per hoc Auguſto Cæſari gratiſsimus, de quo meminit ſic Oratius in Saty. Nunc mihi paucis Sarmenti ſcurrę pugnas Meſsicꝫ Cicerri, Muſa uelim referas. Eius etiam meminit Plutarchus in Antonium. *Galba.*] Item ſcurra. Mart. Ille ſuo felix Cæſare Galba uetus. alibi: Galbā tu[illegible]libus tuis, & ipſum Poſſes uincere Tectium Caballum. *Tibi iurato.*] Hoc eſt qui iuraueris. in actiua eſt ſignificatiōe. Eſt enim ex his uerbis neutris, quæ antiquitas duplici inflexit pręterito, ut prādi pranſus, cœnaui cœnatus, placui placitus, nupſi nuptus, iuraui iuratus. Cicero in Off. Quum uero iurato ſententia dicenda eſt. Oratius in Epiſtolis. Per ſanctum iuratus dicat Oſyrim, Credite C. hinc, iniuratus qui non iurauit. Cicero de Off. libro tertio, Iuraui lingua, mētem iniuratam gero. S. *Teſti.*] Illud minime eſt admittendum ut teſti ſit uocatiuus, quòd Teſtius Caballus ſcurra fuerit, de quo dictum: non enim ad Teſtium ſcribit, ſed ad Trebium. præterea illud apud Mart. Non Teſtium ſed Tectium Caballum legendū eſt. *Nulla crepido.*] Nullum ſaxū, nullus locus eminens ubi ſolent mendici conſidere. Nam crepido capitur pro loco excelſo & ſummitate excelſi loci. unde Sen. ad Lucilium. Itacꝫ caligabit, ſi uaſtam altitudinem in crepidine eius conſtitutus deſpexerit. *Tanti ne iniuria cœnæ.*] Eſt ne tanti facienda cœna illa iniuriarum plena, ut debeas pati tot contumelias? *Fames ieiuna.*] Hoc eſt cœna illa, ubi tibi famem ſedare non licet. *Illic*] In locis mendicātium. *Sordes farris canini*] Id eſt panem ſordidum caninum, hoc eſt qui

datur

datur canibus. Varro in Re ruſt. panem ordeaceũ canibus dandum putat. *Primo fige loco*] Proponit incommoda & contumelias quibus afficitur in cœnis diuitum. putat inquit diues ampliſſimam tibi laborum mercedem rependiſſe, ſi tibi unam dedit cœnam. *Fige.*] Pone, & ſtatue iam hoc. *Primo loco.*] .ſ. contumeliarum. *Fructus amicitiæ.*] Ordo eſt, cibus eſt fructus magnæ amicitiæ. magnam amicitiam appellat diuitis, ſicut & ante. Magni delator amici, & alibi. In quorũ facie miſerę magnęq; ſedebat Pallor amicitiæ. i. Imperatoriæ, & potentis hominis. A

Primo fige loco, quod tu diſcumbere iuſſus
Mercedem ſolidam ueterum capis officiorum.
Fructus amicitiæ magnæ cibus, imputat hunc rex
Et quamuis rarum, tamen imputat: ergo duos poſt
Si libuit menſes neglectum adhibere clientem,
Tertia ne uacuo ceſſaret culcitra lecto,
Vnà ſimus ait, uotorum ſumma, quid ultra
Quęris? habet Trebius propter quod rũpere ſomnũ
Debeat & ligulas dimittere, ſollicitus, ne
Tota ſalutatrix iam turba peregerit orbem
Sideribus dubijs, aut illo tempore, quo ſe
Frigida circumagunt pigri ſarraca Bootę.
Qualis cœna tamen? uinum quod ſuccida nolit
Lana pati: de conuiua Corybanta uidebis,

Rex] Diues, de quo prima Sat. diximus, Rex horum. *Imputat*] Obiectat. Sen. De beneficijs. Miniſterium eſt ſerui, quẽ cõditio ſua eo loco poſuit, ut nihil eorũ quæ pręſtat, imputet ſuperiori. *Et quãuis ra.*] .ſ. cibũ, licet inquit te raro uocet ad cœnam, id tamen tibi imputat & obijcit. *Ergo duos*] ordo eſt. Ergo diues ait ſimus una. *Tertia culc.*] Tertio lecto. ternis enim lectis cœnabant antiqui, unde ut alibi ante diximus, tricliniũ Græce appellatur, non ſolum ipſi tres lecti, ſed & locus ipſe ubi cœnabant. Oratius, Sæpe tribus uideas lectis cœnare quaternos. Culcitra autem appellatur, ꝙ aut plumis, aut tomento repleatur & inculcetur. Cicero in iij. Tuſcu. Eripiamus huic ægritudinem, quomodo collocemus in culcitra plumea. Lampridius in Antonino Heliogabalo. Nec cubuit in accubitus facile niſi ijs quæ pilum leporinum haberẽt, aut plumas perdicũ ſubalares, ſæpe culcitras mutans. B *Votorũ ſumma.*] Exclamatio poetæ, quum in uanos clientum labores, tum in ſui temporis auaritiam: hæc eſt inquit ſumma uotorũ, id eſt optatorum & deſideriorum tuorum, merces & retributio. *Quid ul. quæris*] Hæc in deriſum ipſius clientis, nonne hoc magnum eſt pręmiũ? quid eſt ultra quęrendũ quum hoc ſit ſatis? *Habet Tr.*] Ironicos leguntur, quum capiat inquit tantam mercedem Trebius, habet ſane quod debeat rumpere ſomnum, & ſequi diuitem in officio ſalutandi. *Ligulas dimit. ſol.*] Nam qui properabant ad ſalutan- C dum, non poterant ſe colere, unde Mart. libro tertio, Horridus ut primo ſemper te mane ſalutem, Per mediumq; trahat me tua ſella lutum. *Ligulas.*] Feſtus Pomp. ligulam ſcribit, eſſe partẽ quandam in calceo ad ſimilitudinem linguæ exertæ, hanc properantes dimittebant: erat etiam genus gladij. Gellius. Ligulam item accipimus pro genere mẽſuræ, & cochlearis per diminutionem à lingua eiuſdem ſignificationis. Plin. libro xx. cap. xxiij. Sunt qui comitialibus morbis dandum putant ligulæ menſura. eſt enim inſtrumentũ ad ſimilitudinẽ cochlearis. Mart. in Diſtichis de ligula diminutiuo. Quamuis me ligulam dicãt equitesq; patresq;, Dicor ab indoctis lingula grammaticis. *Peregerit or.*] Officium ſalutandi perfecerit. *Sideribus du.*] Vt adhuc non facile cognoſceret an dies, & lux uicina foret. *Aut il. tẽpore*] .i. iam appropinquãte die, quo tẽpore plauſtrũ peregit curſum ſuum in Septentrionẽ. Propert. Quum iam, Eiectant Icari ſydera tarda boues. *Frigida ſar.*] .i. Plauſtra ſeptẽtrionalia. *Bootæ*] .i. bubulci. Nã qui de aſtrologia ſcripſerunt, tradunt ſeptẽ ſtellas eſſe in cœlo, ex quibus duæ, quæ pariles, & maximę in uno loco uidentur, pro bobus haberentur, reliquæ uero quinq; figurã plauſtri ſimularent. & quod proximũ eſt his ſignũ, Bootem appellari uolunt. *Pigri.*] Hoc eſt ex ratione ſpheræ dictum: ham quum modico flectatur gyro circa polum ſeptentionalem, nec longe diſcedat, ideo piger uocatur. C *Vinum quod ſuccida nolit lana pati.*] Id eſt uinum uix idoneum ad aſpergines parandas quibus corpora, uel domus con- D ſpergãtur. Nam & uinum, & acetũ, & oleum in aſperginum uſum uenire, & lanas facile aſpergines combibere, cum alij, tum Dioſcorides ſcriptum reliquit. S. *Vinum quod ſuc. no. la. p.*] Conqueritur non idem uinũ apponi conuiuis. ſequitur enim, Ipſe capillato diffuſum conſule potat. Eadem etiam eſt querela apud Pliniũ in xiiij. loquentem de Catone redeunte cum triumpho ex Hiſpaniis non aliud inquit uinum bibi quàm remiges, in tantum diſſimilis iſtis qui etiã conuiuis, alia ꝗ ſibimetipſis miniſtrant, aut procedente mẽſa proijciũt. *Succida.*] Ea dicitur lana ſuccida, quæ ſuccisa ex oue nondũ eſt lota, dicta à ſudore. De qua ita Var. in Re ruſt. libro ſecũdo. Tõſuræ tẽpus inter æquinoctiũ uernum & ſolſtitiũ, quũ ſudare inceperint oues, à quo ſudore recẽs lana tonſa ſuccida eſt appellata. *Corybãta ui.*] Iam inquit putabis de cõuiuã prę importuna miniſtrãtiũ uexatione eſſe inſanũ & furentẽ, quales erant Corybantes, qui ita ſunt appellati, quòd inter ſaltandum capita iactarent, quos Betarmonas uocat Homerus, Euge age Rheacum Betarmones egregij adſunt. Hinc qui capita ſaltando iactant, & numine aſpirantur, & furijs agitantur, corybantiare dicimus, ij exiſtimãtur ijdem fuiſſe, qui & Curetes Iouis in Creta educatores, qui quia alendi Iouis curam geſſerũt, Curetes nominati ſunt. Nam dicuntur in Ida mõte, quũ Iuppiter infans nutriretur, ne uox eius uagiẽtis audiretur à Saturno, tympana & cymbala pulſaſſe. De quibus multa Strabo

A in x. Alij uero tradũt Corybãtes dictos eſſe à pupillis oculorũ ſiue genis, quas Græci κόραι uocãt: φ
ipſi quũ cuſtodes eſſent Iouis, nõ modo excubare, ſed etiã apertis oculis dormire cogebãtur, hinc
natum ex fabula uocabulũ. ut qui leporũ modo ſomnũ caperent oculis patentibus, ita nominarẽ
tur, Seru. lib. iiij. *Iurgia*] Verborũ cõtentiones. inde eſt iurgare & obiurgare nõ ſine differentia,
ut iurgare ſit uerbis cõtendere, & ueluti altercari. Obiurgare uero reprehendere, unde illud apud

Iurgia proludunt, ſed mox & pocula torques,
Saucius & rubra deterges uulnera mappa:
Inter uos, quotiens, libertorumq́; cohortem
Pugna Saguntina feruet commiſſa lagena.
Ipſe capillato diffuſum conſule potat,
Calcatamq́; tenet bellis ſocialibus uuam
Cardiaco nunquam cyatum miſſurus amico,
Cras bibet Albanis aliquid de montibus, aut de
Setinis, cuius patriam, titulumq́; ſenectus
Deleuit multa ueteris fuligine teſtæ:
Quale coronati Thraſea, Heluidiuſq́; bibebant,

Apul. in prima Apol. Rhetori iur-
gãti, an philoſopho obiurgãti. Rhe
tor enim in actione cauſarum uer
bis cõtendit, ac perſtrepit: philoſo
phus uero hominũ delicta obiur-
gat. *Proludunt.*] Præcedunt tan-
quam futuræ pugnæ proludium.
Torques] In miniſtros, à quibus
pulſatus fuiſti. *Mappa.*] Genus
eſt mantilis ad uſum menſarũ. O-
rat. in Epiſtolis loquens de conui-
B uijs ſic. Varius mappa compeſce-
re riſum Vix poterat. Idem ibidẽ.
Ne turpe toral, ne ſordida mappa,
Corruget nares: & ut alibi in ſequẽ
tibus dicemus, quũ publice oſtẽdebatur, erat ſignũ futurorum ludorũ Circenſium: Interea Mega
leſiacæ ſpectacula mappæ. *Rubra.*] Quæ ex uulnere facta eſt rubra. *Lagena.*] Vas tam uinari
um quàm aquariũ. *Saguntina*] Hoc eſt fictili, à Sagũto ciuitate Hiſpaniæ, unde uaſa fictilia pul-
cherrima mittebãtur. Mart. Ficta Saguntino Cymbia mala luto. Ea quia fictilia erant, & tanquam
modici precij, apponebãtur pauperibus conuiuijs. Mart. Quæ nõ ſollicitus teneat, ſeruetq́; mini-
ſter, Sume Sagũtino pocula facta luto. *Ipſe.*] .ſ. diues. *Diffuſum.*] Expreſſum, φ poſtea in uaſa
diffundi ſolet in uſum totius anni. Vnde Plinius lib. xiiij. Protopum appellatur à quibuſdam mu
ſtum ſponte defluens, antequã calcentur uuæ, hoc protinus diffuſum lagenis ſuis deferuere paſsi.
Et alibi, ut ſtatim dicemus, uina, quæ eo anno diffuſa ſunt in ducenteſimũ annum ſeruata fuerũt,
item alij diffuſa ita decimo die obturãt. Apuleius libro ix. De aſino aureo. Concurrit unus à cella-
uinaria nuncians omne uinũ, φ olim diffuſum fuerat in omnibus dolijs feruenti calore rebulire.
Cõſule capilla.] Vinum Opimianũ intelligit. Nam Lucilio Opimio cõſule quo tẽpore Ca. Grac
C chus Tribunus plebis agrariæ legis promulgator interẽptus eſt, cœli tẽperies fulſit, cocturam uo
cant ſolis agricolæ, tanta uini fertilitate & præſtantia, ut quæ eo anno diffuſa ſunt in ducẽteſimum
annum ſeruata fuerint, redacta in ſpeciẽ mellis aſperi, ita ut non ſit mirũ ad tẽpora uſq́; Iuuen. per
duraſſe, autor eſt Plin. lib. xiiij. cap. iiij. *Capillato.*] Antiquo, nam antiqui intonſi incedebant &
capillati. *Calcatam.*] Id eſt uinũ quod exit ex uuis calcatis & preſsis. Orat. Et prælo domitam
Caleno tu bibes uuam. *Bellis ſo.*] .i. quo tempore fuit bellum ſociale, quod ob hanc cauſam ex-
citatum eſt. Nam quum ſenatus autore Liu. lib. lxx. & lxxi. impotentiam equeſtris ordinis in offi-
cijs exercendis ferre nollet, omni ui niti cœpit, ut ad ſe iudicia transferrentur: M. Liuius Druſus
Tribunus plebis cauſam ſenatus ſuſcepit. Itaq́; ut maioribus uiribus eam tueretur, ſocios & Ita-
licos populos ſpe ciuitatis Romanæ ſollicitauit. Iisq́; adiuuantibus per uim legibus agrarijs fru-
mentarijſq́; latis, legem quoq́; iudicialem tulit: ut æqualia parte iudicia penes ſenatum, & eque-
ſtrem ordinem eſſent: quum deinde promiſſa ſocijs ciuitas præſtari non poſſet, irati Italici defe-
ctionem agitare cœperũt, propter quòd M. Liuius Druſus eſt ſenatui inuiſus factus, uelut ſocialis
belli autor, incertum à quo, domi occiſus eſt. Contra aũt matrem & parentem ſuam Vrbem, om
ne Latium, atq́; Picenum, Hetruria omnis atq́; Campania poſtremo Italia conſurrexerunt. Eo
bello nihil unquam fuit calamitoſius. *Amico cardiaco.*] Ideſt laboranti dolore cordis: καρδία
D enĩ cor ſignificat: cardiacis aũt uino optimo maxime ſuccurritur. id aũt morbi genus nihil aliud
eſt, φ̃ nimia imbecillitas corporis, quod ſtomacho languente immodico ſudore digeritur. Hæc
Celſus lib. iii. Sen. ad Lucil. Bibere & ſudare uita cardiaci eſt. Plin. ait cor eius cremari non poſſe
qui tali morbo perierit. *De mont. Al.*] Vinum Albanum intelligit prædulce. Albanæ enim uuæ
urbi uicinæ prædulces ſunt, ut ſcribit Plinius libro quartodecimo, cap. ſexto. *De Setinis.* Diuus
Auguſtinus, Setinum prætulit cunctis: dictum à Setia ciuitate Campaniæ. Martialis, Pendula Pon
tinos quę ſpectat Setia campos, Exigua uetulos miſit ab Vrbe cados. *Titulum*] Inſcriptionem
quę uaſis adhiberi ſolet. *Multa fu.*] Multa nigricie. Nam fuligo dicitur nigricies omnis, quę ex
fumo prouenit, quaſi fumigo. *Veteris te.*] Vaſis. Ora. Quo ſemel eſt imbuta recens ſeruabit odo
rem Teſta diu. Nam apud ueteres uina uaſis fictilibus condebantur, obturabanturq́; gypſo. Le-
ge Plin. lib. xiiii. unde ſæpe eſt apud poetas, uaſa lini: ut illud Terẽ. Vaſa omnia releui, ideſt aperui
remoto gypſo, eſt enim releui præteritum à relino. *Thraſea He. bi.*] adeo uterq́; libertatis ſtudio
ſus fuit, ut natalem diem Brutorum & Caſsii, qui patriam à tyrannis liberauerant, ſumma poculo
rum hilaritate celebrarent. Petus Traſea Patauinus fuit: cui Nero, ut Tacitus ſcribit infenſus ualde
factus eſt, φ ſcilicet ſenatu egreſſus eſſet, quũ de Agrippina referretur, & φ Iuuenaliũ ludicro parũ
expectabilẽ operã præbuiſſet. ea enim offenſio altius penetrabat, quia idem Traſea Patauij, unde
ortus

ortus erat, ludis caſticis à Troiano Antenore inſtitutis, habitu tragico cecinerat. Die quoq; quo A prætor Antiſtius Soſianus ob factitata in Neronē probroſa carmina exilio mulctatus eſt, mitiora cenſuit, obtinuitq;, & quum diuini honores Poppeæ decernerētur, ſponte abſens funeri nō interfuit. Nec Poppeā deam credidit, ob quæ Nero, ſtimulante Capitone Coſſutiano Thraſeæ inimico eū ad necem cōpulit. uenis enim utriuſq; brachij exciſis, uitam cū ſanguine amiſit. talibus uerbis

Brutorum, & Caſſij natalibus. ipſe capaces
Heliadum cruſtas, & inæquales beryllos.
Virro tenet phialas, tibi non committitur aurum,
Vel ſi quando datur, cuſtos affixus ibidem,
Qui numeret gemmas, ungueſq; obſeruet acutos.
Da ueniam, præclara illic laudatur iaſpis.

uſum Capitonē Coſſutianū tradit Tacitus contra Thraſeam. Fruſtra Nero Caſsium amouiſti, ſi gliſcere & uigere Brutorū æmulos paſſurus es. Thraſea autē fuit ſocer Heluidij, de quo ita Tacitus: Heluidius Priſcus regione Italiæ, Terracinæ municipio, Cluuio patre, qui ordinem primipili duxiſſet, ingenium illuſtre, altioribus ſtudijs iuuenis admodum deditus, non ut pleriq;, ut nomine magnifico ſegne ociū uelaret, ſed quo firmior aduerſus fortuita rempublicam capeſſeret, doctores ſapientiæ ſecutus eſt, qui ſola bona, quæ honeſta, mala tantum quæ turpia, nobilitatē cæteraq; extra B animum neq; bonis neq; malis annumerabat. Quæſtorius adhuc à Peto Thraſea gener delectus, à moribus ſoceri nihil æque ac libertatem hauſit, ruina ſoceri in exilium pulſus à Nerone Apolloniam conceſsit, & Galbæ principatu redijt, Marcellum Eprium delatorem Thraſeæ accuſare aggreditur. hic poſtea Veſpaſianū in ſtudio libertatis offendit, ut putaret id optante auunculo Claudio priſtinum libertatis ſtatum poſſe reuocari, quo nomine reus, ac præter ſpem abſolutus eſt. Hi ergo duo Thraſea & Heluidius, Brutorum æmuli fuerunt in tuenda libertate. Hæc autē hiſtoria inſerta eſt à poeta, non tam ut bonum uinum deſignaret, q̄ in inuidiā Domitiani, qui ut tradit Suetonius Iunium Ruſticū necari iuſsit, quoniā Peti Thraſeæ, & Heluidij laudes ediderat, appellaueratq; eos ſanctiſsimos. præterea eadem de cauſa philoſophos omnes ab Vrbe expulit, & Heluidium Heluidij filium ſuſtulit. *Coronati*] Nam in ſolēnibus conuiuijs Romani epulabātur coronati, ſumpta conſuetudine ab Ionibus populis Aſiæ, qui unguēti coronarūq; in conuiuio dandarū, & ſecundæ menſæ ponendæ cōſuetudinem haud parua luxuriæ inſtrumenta, ut tradit Valerius, repererunt. Verū eum morē homines prius accepiſſe uidētur à Prometheo: qui quum ab Ioue uinculis liberatus fuiſſet, in monte Caucaſo coronā habuiſſe fertur, ut ſe uictorē impune peccaſſe diceret. Itaq; homines in maxima lætitia uictoriaq; coronas habere conſtituerunt. Idemq; maxime in exercitationibus cōuiuijſq; eſt cuſtoditū. Lege Higinū. *Brutorum.*] Et Iunij, qui Tarquinium Superbum eiecit poſt ſtuprū Lucretiæ, & Decij, qui una cū reliquis cōiuratis Iulium Cæſarē in ſenatu confodit. C *Caſſij.*] Nam & Caſsius unus fuit ex interfectoribus Cæſaris ſtudio libertatis. *Ipſe capa.*] Ordo eſt, ipſe Virro tenet phialas: appoſitiue, capaces cruſtas Heliadū, & inæquales berillos. Sicq; deſignat electrum, ex quo uaſa potoria magni precij fiebāt. id autē erat aurum, ubi quinta argenti portio inerat. Nam quum omni auro inſit argentum uario pōdere, alibi nona, alibi octaua parte. ubicunq; argēti quinta portio ineſt, electrū uocatur, ut ſcribit Plin. lib. xxxiij. cap. iiij. Ex electro in Lindo inſula Rhodiorū Helena ſacrauit calicem Mineruæ, mammę ſuæ mēſura. Electri natura eſt ad lucernarum lumina clarius argēto ſplendere. Id poeta proſequitur, quod Græci mendaciorum affectatores finxerunt, quod noſtri poſtea imitati ſunt, Phaetontis fulmine icti ſorores fletu mutatas in arbores populos, lachrymis electrū omnibus annis fundere iuxta Eridanū amnem, quē Padum uocamus, & electrū appellatū, quoniam ſol uocitatus ſit electros. Quod eſſe falſum Italiæ teſtimonio patet. neq; enim in Italia ex arboribus fluere electrū cōſtat, licet Ouidius, Græcos imitatus dixerit, De ramis electra fluunt, quæ lucidus amnis Excipit, & nuribus mittit geſtanda Latinis. Vnde & Mart. lib. iiij Græcos ſecutus ita dicit. Flentibus Heliadum ramis dum uipera ſerpit, Fluxit in obſtantē ſuccina gemma ferā, Quæ dū miratur pingui ſe rore teneri, Cōcreto riguit tecta repēte gelu. Nam ſuccino ſiue electro illo ex arboribus deſtilāte, animalia plerūq; corripiebātur, quę ita incluſa perpetuo uiuere uidebātur. Mart. in eodē lib. Et latet & lucet Phaetōtide D cōdita gutta, Vt uideatur apis nectare clauſa ſuo. Heliadū igitur. i. ſororū Phaetontis, quæ in arbores populos fletu nimio mutatę ſunt, ex quibus electrū fluat, & inde calices fiant. Helios em̄ ſol appellatur. De electro & ſuccino multa Plin. lib. xxxvij. cap. ij. *Et inæquales beryllos.*] Nam berylli, aliijq; lapides precioſi poculis aureis inſerebantur. C. Probatiſsimi ſunt qui uiriditatem puri maris imitantur: Sunt etiam cryſtallis fere ſimiles, de quibus intellexiſſe Martialem puto eo uerſu. S. Et felix niueum puſtula uincit ebur. Inæquales dixit, quia ut teſtatur Plinius libro trigeſimoſecundo, ſexangula figura poliebantur, ut color repercuſſu angulorum excitaretur, Hos autem mittit India. *Tibi non committitur aurum.*] Hinc apparet electrum eſſe ex genere auri. *Virro.*] Nomen fictum diuitis. *Qui numeret gemmas.*] Gemmatos calices intelligit. Nam poculis aureis gemmæ inſerebantur, & præcipue ſmaragdi, qui Scythici dicuntur. Plinius in proœmio libri trigeſimitertii. Nec hoc fuit ſatis, turba gemmatum potamus, & ſmaragdis teximus calices, ac temulentiæ cauſa tenere Indiam iuuat. Martialis, Gemmarū Scythicis ut luceat ignibus aurū, Aſpice quot digitos exuit iſte calix. *Gemmas.*] Inſertas ſcilicet calici. *Da ueniam.*] Ironicos, non eſt inquit mirum ſi tam accurate cuſtodiunt pocula. nam illic ſunt iaſpides precioſi, qui merentur cu

 ſtodiri

Nam Virro(ut multi)gemmas ad pocula transfert
A digitis,quas in uaginæ fronte ſolebat
Ponere zelotypo iuuenis prælatus Hyarbæ.
Tu Beneuentani ſutoris nomen habentem
Siccabis calicem naſorum quattuor,ac iam
Quaſſatum,& rupto poſcentem ſulphura uitro.
Si ſtomachus domini feruet uinoq;,ciboq;,
Frigidior Geticis petitur decocta pruinis.
Non eadem uobis poni modo uina querebar,
Vos aliam potatis aquam. tibi pocula curſor
Getulus dabit,aut nigri manus oſſea Mauri,
Et cui per mediam nollis occurrere noctem,
Cliuoſæ ueheris dum per monumenta Latinæ.
Flos Aſiæ ante ipſum,precio maiore paratus,
Quàm fuit & Tulli cenſus pugnacis, & Anci.

A ſtodiri:ſicq; immoderatã ſui temporis luxuriam taxat, & nimias delicias. *Iaſpis.*] Lapis eſt qui
uiret, & ſæpe translucet. plurimæ ferunt eam gentes, & in agro noſtro Brixiano maxima eſt uarij
generis copia,ſed quum diuerſorũ ſit colorũ,optima eſt illa quę purpuræ quicquã habet, ſecũda
quæ roſæ,tertia quæ ſmaragdi. *Nam multi.*] tãta inquit eſt lautitiæ affectatio apud Romanos,ut
multi lapidibus precioſis,qui in digitis geſtandi ſunt,calices ornent. *Quas in uagina*] Solebat in-
quit Aeneas Troianus talibus la-
pillis nõ pocula, ſed uaginã gladij
adornare :ut per Aeneã intelligas
omnẽ antiquitatem, quã oſtẽdit a
delicijs penitus fuiſſe abhorrentẽ,
ut ſic molliciẽ ſui ſeculi damnet.ele
gãter aũt Aeneã nominauit,ut po-
te à quo Romani originẽ traxerũt:
ac ſi dicat eos à ueſtigijs maiorum
multũ declinaſſe. *In frõte uaginæ*]
in parte exteriore uaginæ: alluſit
B aũt ad illud Verg. Stellatus iaſpide
fulua Enſis erat. *Iuuenis*] Aeneas.
Prælatus Hy.] Quem Dido Hiar-
bę regi Libyæ in amore prępoſuit.
Spreto enĩ Hiarba, nupſit Aeneæ.
Zelotypo] Aemulo.Zelotypus enĩ
dici poteſt æmulator formę. Nam
ζῆλος ęmulatio eſt, τύπος forma.qui
ergo ita amat,ut timeat ne qs amo
re ſuo fruatur,zelotypus eſt.Zelotypia diffinitur a Chryſippo,ęgritudo animi ex eo proueniẽs, q
timeas ne adſit alteri,qđ cũ nemine uelis habere cõmune. C. Zelotypia,latine obtrectatio dicitur,
autore Cicerone Tuſc.iiij. S. *Tu Beneuentani ſutoris*] Tu quũ uoles bibere,calices nõ habebis au
reos,ſed uitreos & deformes.Nam Vatinius quidã Beneuẽtanus ſutor uitrearius fuit,cuius calices
uitrei & deformes erãt.De Vatinio ita ſcribit Cornelius Tacitus loquens de Nerone: Apud Bene-
uentũ interim cõſedit,ubi gladiatoriũ munus à Vatinio celebre edebatur. Vatinius inter fœdiſſi-
ma eius aulę oſtenta fuit,ſutrinę alumnus,corpore detorto,facetiis ſimilibus:primo inter cõtume
C lias aſſumptus,dehinc optimi cuiuſq; criminatione eo uſq; ualuit,ut gratia,pecunia,ui nocẽdi in-
ter maximos emineret.Poeta aũt in cõtemptu Vatinij fœdiſſimi hominis,calices eius nominat ma
gis quã alterius opificis. *Nomen ſutoris.*] Nã calices Vatiniani appellabantur à nomine ipſius Va
tinij. *Naſorum quatuor.*] quatuor roſtrorum:ut ſit deſcriptio uaſis.Nam ita protenſis quatuor ro
ſtris inſtar naſorũ fingebãtur:unde eſt illud Mart.in Diſtichis. Vilia ſutoris calices monumẽta Va
tini, Accipe:ſed naſus longior ille fuit. *Poſcentem ſulphura.*] Nã uitrea rupta ſulphuratis permuta
bãtur. Mart. Qui pallentia ſulphura fractis Permutat uitreis Statius in ſyluis li.ij. Quiq; cõminutis
Permutat uitreis gregale ſulphur. *Decocta.*] Aqua cocta abſolute dicitur decocta. Scribit Plini.
lib.xxxi.cap.iij.Neronis principis inuentũ eſſe decoquere aquã,uitroq; demiſſam in niues refrige
rare:ita uoluptas frigoris contingit ſine uitijs niuis. Vnde Mar. Non potare niuẽ: ſed aquam,pota
re rigentẽ,De niue cõmenta eſt ingenioſa ſitis. Sene.lib.xv.ad Lucilium. Quid tu illã æſtiuã niuem
nõ putas callũ interioribus obducere.appellat autẽ niuem æſtiuã,quæ decocta refrigerabatur. Di
dicerũt.n.luxuria monſtrãte Romani,ut docet Sene.ad Luciliũ:niues ad tẽpus æſtatis, locis ſub-
terraneis cuſtodire. *Pruinis Geticis*] hoc eſt Scythicis,ac per hoc frigidiſſimis: ubi perpetua ſunt
frigora,Nã Getæ populi ſunt Scythiæ. *Non eadẽ*] ordo eſt:ego modo querebar uina poni uobis
nõ eadẽ,quæ ponebantur domino, ſed eandẽ aquã cũ diuite nõ potatis. *Vos aliã pot.aquã.*] Fre-
D quẽs eſt cõqueſtio apud Martialẽ, cliẽtes paribus cũ domino nõ excipi dapibus:ut illud in.iij.lib.
in Ponticũ.Quũ uocor ad cœnã,non tã uenalis ut ante, Cur mihi non eadẽ quæ tibi cœna datur?
Curſor.] Non delicatus,ſed qui inter ſeruos eſt curſor,& qui officiũ habet eundi quocunq; miſſus
fuerit a domino:hi etiã a pedibus dicebãtur Mart. Curſorẽ ſexta tibi Ruffe remiſimus hora,Carmi
na quẽ madidũ noſtra tuliſſe reor.Idẽ in.iij.Sed tuta fœno curſor oua portabat.nã mira erant pe-
dũ pernicitate.Spartianus in uita Cõmodi ſcribit,cũ curſoribus ſuis exẽplo cupidinũ alas frequẽ
ter appoſuiſſe:eoſq; uentorum nominibus ſæpe uocitaſſe. *Getulus.*] ex Getulia Africæ regione.
Manus oſſea.] i. Aethiops ipſe oſſeus:nã Aethiopi manus & reliqua corporis mẽbra ſunt exilia,& ſi
ne pulpa. *Nolis occurrere*] uereris.n.ne manus eſſent alicuius,qui ex buſtis exiſſent. C. Apud
ueteres formoſiori occurriſſe,omen cenſebatur bonũ:deformi uero, malum & inauſpicatum.Nã
nec Brutus,Maurũ ſibi occurriſſe lætum omen exiſtimauit:& imperator Adrianus ex Mauri oc-
curſu,ingruere ſibi extrema concepit. Ad hunc morẽ Iuuenalẽ ſpectare hoc uerſu,puto. S. *Mo-
numẽta.*] ſepulchra dicta à monendo,quòd moneant nos mortuorũ & maiorum noſtrorũ: unde
& monumenta dicimus quęcũq; nobis memoriã alicuius rei refricant. *Latinæ*] De uia Latina di
ctum in calce primę Satyrę. *Flos Aſiæ*] i. formoſiſſimus pocillator ex Aſia.Inde enim pulcherri
mi habebãtur ſerui. *Quã fuit cẽſus*] Nec mirũ tanti ſeruũ emi,quũ ſcribat Pli.lib.vij.cap.xij.M.An

tonium

toniũ duos pueros eximios forma mercatũ fuiſſe ducẽtis ſeſtertijs. *Cenſus Tulli pugnacis*] Pluris A
inquit ſeruãtur quæ fuerint opes Tulli tertij Romanorũ regis, qui Romulo etiã ferocior fuit, unde pugnacẽ appellauit. de eo ſic Verg. in vi. Cui deinde ſubibit, Ocia qui rũpet patriæ, reſidesq́ mouebit, Tullus in arma uiros, & iam deſueta triũphis Agmina, quẽ iuxta ſequitur iactãtior Ancus. Nam Ancus Marcius quartus fuit rex à Romulo, nepos Numæ Põpilij ex filia, equitate & religione auo ſimilis. Hi aũt pauperes fuere reges.

Et ne te teneam, Romanorum omnia regum
Friuola. quod cum ita ſit tu Getulum Ganymedem
Reſpice, cum ſities: neſcit tot millibus emptus
Pauperibus miſcere puer, ſed forma, ſed ætas
Digna ſupercilio: quando ad te peruenit ille?
Quando uocatus adeſt caldæ, gelidæq́ miniſter?
Quippe indignatur ueteri parere clienti,
Quodq́ aliquid poſcas, & quod ſe ſtante recumbas.
Maxima quæq́ domus ſeruis eſt plena ſuperbis.
Ecce alius quanto porrexit murmure panem
Vix fractum, ſolidæ iam mucida fuſtra farinæ,
Quæ genuinum agitent, non admittentia morſum.
Sed tener, & niueus, molliq́ ſiligine factus
Seruatur domino: dextram cohibere memento.
Salua ſit artocopi reuerentia: finge tamen te
Improbulum, ſupereſt illic qui ponere cogat.
Vis tu conſuetis audax conuiua caniſtris
Impleri, paniſq́ tui nouiſſe colorem.
Scilicet hoc fuerat, propter quod ſæpe relicta

Et ne te tene.] Ne longo uerborũ anfractu te remorer. C. quod dixit in prima, ad ſummã, & in tertia, quid te moror? S. *Omnia fri. re. Ro.*] tantũ inquit impẽdunt in emẽdis ſeruis, ut omnes regum Romanorũ facultates talibus precijs ſint inferiores. *Omnia ſunt friuola*] .i. nullius fere precij in cõparatione eorũ, quæ impendũtur in cõparandis ſeruis. Nã friuola, autore Feſto, ſunt proprie uaſa fictilia quaſſa, unde dicta friuola, quæ minus ſunt fide ſubnixa. De quo uocabulo plura diximus in iij. Saty. illic. Friuola trãsfert Vcalegon. B

Quod cũ ita ſit] Vt ſerui. ſ. tanti emantur. *Tu Getulũ Gany. reſpice*] ac ſi dicat nõ eſt q́ credas tibi à talibus pocula miniſtrari, ſed reſpice Ganymedem Getulum, id eſt miniſtrum à poculis deformẽ & nigrum, utpote ſole uſtulatũ, quem ſupra curſorẽ dixit. Ganymedẽ autem Ironicos dixit. Nam is puer fuit delicatiſsimus Trois regis & Calirœs filius, quem Iupiter uenantẽ conuerſus in Aquilã tulit in cœlum, menſæq́ ſuæ remota Hebe filia, adhibuit pocillatorem. *Sed forma ſed ætas digna ſup.*] Nõ eſt inquit mirandum, ſi pauperibus abnuit miniſtrare, habet enim formã & ætatẽ dignã faſtu & grauitate. nam in ſupercilio, ut autor eſt Plin. faſtus & ſuperbia ſedẽ habet, licet in corde naſcatur. C *Quãdo ad te peruenit il.*] Quaſi dicat nunquã ad te peruenit. *Caldæ gelidæq́ miniſter*] Nã Romani habebãt miniſtratores, qui domino calidã & gelidã aquam miſcebant urceis, quos miniſtratorios appellabãt, de quibus Mart. in ult. Frigida nõ deerit, nõ deerit calda petẽti. Sed tu moroſa ludere parce ſiti. Calda autem pro calida ueteres ſunt uſi. Vnde Quint. lib. i. ita ſcribit Aug. quoq́ in Epiſt. ad C. Cæſarem ſcriptis emẽdatius calidũ dicere q̃ caldũ mauult, nõ quia id nõ ſit Latinũ, ſed quia ſit odioſum. *Ecce.*] Particula eſt, qua rem aliquã nouã & recentem oſtẽdimus. *Alius*] Subaudi ſeruus & miniſter.

Mucida.] Mucore corrupta. *Agitent*] Labefaciãt. *Genuinũ.*] Genuini dẽtes ſunt homini nouiſsimi, qui circiter uigeſimũ annum gignũtur, multis, & lxxx. autor eſt Plin. dicti q̃ à genis ut ſcribit Feſtus, pendeant. *Molliq́ ſiligine.*] Delicatiſsimus panis cõficiebatur ex ſiligine, de quo Sen. ſic Epiſt. De abſtinẽtia & tẽperantia eſus. Malũ panẽ inquis, expecta, bonus fiet, etiã illũ tenerum ubi & ſiligineũ fames reddet. Idẽ De parſimonia uictus, utrũ hic panis ſit plebeius an ſiligineus ad naturã nihil pertinet. Plin. libro xviij. Siliginẽ dixerim proprie tritici delicias, cãdor eſt, & ſine uirtute & ſine põdere. C. Item Corn. Celſus lib. ij. cap. xviij. Ex tritico firmiſsima ſiligo. S. Colu. lib. ij. nec nos tanquã optabilis agricolis fallat ſiligo. Nã hoc tritici uitiũ eſt, & quãuis candore præſtet, põdere tamẽ uincitur. *Artocopi.*] Hoc eſt panis ſiliginei multo labore cõfecti, ut docet cõpoſitio. ἄρτος enim, panẽ ſignificat & κόπος laborẽ. & licet Plin. multa genera panum nominet, ut oſtrearios, artolaganos, ſpeuſticos, furnaceos, parthicos, multosq́ alios, non tamẽ Artocopus nomen eſt proprium panis, ſed ipſum intelligit ſiligineum, qui multo labore cõfectus ſit. Græci tamẽ ἀρτοκόπον & ἀρτοποιὸν piſtorem appellant. artoptam uidetur Plaut. in Aulula. pro menſa panaria accipere quũ ait. Ego hinc artoptã ex proximo utendã peto à Cõgrione. alij uero putãt accipi pro teſta, ubi panis coqueretur, facta cõpoſitione ἀπὸ τοῦ ἄρτου quod eſt panis & ὀπτᾶν aſſo. artoptæ meminit & Plin. lib. xviij. cap. xi. ubi locus eſt corrigendus, nã pro artopta artopteſia ſcriptũ eſt. D *Salua ſit reu.*] Salua dicitur reuerẽtia, quũ non uiolatur. fac inquit in pane illo reuerentiã nõ amittas, ut ſit nõ tãgas, quaſi cui reuerẽtia ſit habẽda. Verba ſunt poetæ ridẽtis tam ſuperbas & cõtumelioſas cœnas diuitũ. *Finge t.*] hoc eſt ſi te finxeris aliquantulũ audacẽ, ut apprehẽdas panẽ, ſtatim adeſt qui te inclamet, cogatq́ deponere. *Improbulũ.*] audaculũ. *Vis tu cõſuetis*] uerba ſunt ſerui increpantis, uis ne panẽ tuũ conſuetũ cognoſcere, eoq́ impleri legendũ eſt eũ obiurgatoria interrogatione. Et uis legendũ eſt à uolo & non uix. Eſt enim uériſimile, ut quẽ cogat panem deponere, eum etiam acerbe reprehẽdat. *Scilicet hoc fuerat.*] Verba ſunt clientis conquerẽns pro laboribus ſuis æquam mercedem ſibi non rependi. *Scilicet hoc fuerat*] certe inquit hæc tam benigna in cœnis

A tractatio fuerat cauſa, ut tot incōmoda ſuſtinerē, legēdūq; eſt cū ironia. Nā hęc particula ſcilicet fe-
re ſemper ironicos profertur. Vt Perſ. Scilicet hoc populo pexusq; togaq; recēti: Et cēt. Id populus
curat ſcilicet. *Sæpe rel. cōiuge*] oſtēdit ſe ſæpe antelucano tēpore relicta cōiuge ex lecto ſurrexiſſe,
ut diuitē comitaretur euntem ſalutatū. *Exquilias.*] Vnus eſt ex ſeptē collibus Vrbis. dictæ exqui
liæ ab excubijs regis, uel ab eo, quòd excultæ eſſent à rege Tullo, unde regio Exquilina ſecūda Vr-
bis, lege Varro.

Coniuge, per montem aduerſum, gelidasq; cucurri
Exquilias, fremeret ſæua quum grandine uernus
Iuppiter, & multo ſtillaret penula nimbo.
Aſpice quàm longe diſtendat pectore lancem
Quæ fertur domino ſquilla, & quibus undique ſepta
Aſparagis, qua deſpiciat conuiuia cauda,
Cum uenit excelſi manibus ſublata miniſtri.
Sed tibi dimidio conſtrictus cammarus ouo
Ponitur exigua feralis cœna patella.
Ipſe Venafrano piſcem perfundit: at hic, qui
Pallidus offertur miſero tibi caulis, olebit
Laternam. illud enim ueſtris datur alueolis, quod
Canna Mycipſarum prora ſubuexit acuta:

Fremeret.] hinc
maxime emergit querela. *Iuppi-
ter uernus.*] Aer. Nā Iuppiter, auto
re Varr. aer dicitur & cœlū. *Nym
bo.*] Nymbus proprie appellatur,
autore Ser. pluuia repēuna maxi-
mo cū impetu. *Penula.*] Tēpore
pluuio ſumebatur penula. Aelius
Spartianus in primo operis ſui li-
mine ſic ſcribit de Adriano. Tribu
nus plebis factus eſt, in quo magi-
B ſtratu ad perpetuā tribunitiā pote
ſtatē omē ſibi factū aſſeruit, q̄ pe-
nulas amiſerit, quibus ui tribuni
plebis tēpore pluuiæ ſolebāt, impe
ratores autē nunquā: unde hodie
quoq; imperatores ſine penulis à
togatis uidentur, hinc eſt iocus ille
apud Quin. Quū Galba rogātı penulā amico reſpōdit, nō pluit, nō opus eſt tibi, ſi pluet, ipſe utar.
Vlp. iuriſcōſ. ſcribit, penulam cōmunem eſſe habitū tam uirorū q̄ mulierum. Tradit Lampridius
Alexandrū cōſtituiſſe, ut ſenatores penulis intra Vrbē frigoris cauſa uterētur, quū id ueſtimēti ge
nus ſemper itinerariū, aut pluuię fuiſſet: Matronas intra Vrbē uti uetuit penulis. Var. in Virgula di
uina ſcribit, ut eſt autor Marcel. Nō quęrēda eſt penula homini, qui habet uirtutē. Penulæ autē re-
pertores Lacedæmonios fuiſſe ſcribit Tertull. in Apolog. *Aſpice.*] Alium luxū oſtēdit diuitis, cū
maxima clientis cōtumelia, ſunt enim uerba poetę. Aſpice inquit q̄ grādis ſquilla paretur domino,
tibi autē cāmarus tantum. ſquilla autē genus eſt piſcis ex genere concharū, de qua ſic Cic. in lib. de
Nat. deo. Pinna uero, ſic enim Græce dicitur, duabus grādib. patula cōchis cū parua ſquilla quaſi
C ſocietate coit cōparandi cibi. Orat. Sat. viij. Affertur ſquillas inter murena natātes, In patina porre
cta. *Diſtendat.*] impleat. *Aſparagis.*] Aſparagi dicti ſunt, q̄ ex aſperis uirgultis leguntur, & ipſi
ſcapi aſperi ſint, non leues, niſi uox ſit Græca nā ἀσπάραγος dicitur, hęc Varro. *Qua cauda.*] Quaſi
quæ maxime expetitur. Nā in ſquilla & locuſta cauda optimi habebatur ſaporis. Fuiſſe autē lautæ
gulæ docet Suidas, qui ſcribit Apiciū eo cibi genere bona cōſumpſiſſe, & eius auiditate in Africam
nauigaſſe. *Deſpiciat.*] Deorſum aſpiciat, quū ſublimis à miniſtro feratur: ſequitur enim excelſis
manibus ſublata miniſtri. *Cāmarus.*] eſt ex genere piſciū conchiliatorū, cuius meminit & Mart.
Cōcolor in rubra cammare lance rubes. De eo ſic & Lāpridius in Heliog. Primus fecit Iſitia de pi-
ſcibus, primus de oſtreis & lichoſtreis, & huiuſmodi marinis cōchis, & locuſtis, & cāmaris, & Scyl
lis. *Cōſtrictus ouo.*] Cāmari enim immixu ouis coquebātur. *Cœna feralis*] appoſitio eſt. i. cœna
qualis mortuis dabatur, Vnde Apul. in iiij. Florid. Exclamauit uiuere hominē, procul ignes amo-
lirentur, rogū demolirentur, cœnā feralem à tumulo ad mēſam referrēt. Feram enim ueteres mor
tem appellauere. *Venafrano*] Subaudi oleo. Totus enim ager Venafranus bonitate olei cōmen-
datur. Vnde illud Plinianū, & uulgo principatū in hoc quoq; bono obtinuit Italia toto orbe, ma-
xime agro Venafrano. eſt autē Venafrū oppidū Cāpaniæ. De oleo Venafrano Mart. Hoc tibi Cā-
pani ſudauit bacca Venafri Vnguentū, quoties ſumis, & iſtud olet. *Pallidus caulis.*] Nā braſsicæ
D palleſcētes faſtidiū mouebāt. Vnde ut uiriditatē cuſtodirent cum nitro coquebantur Mart. Ne pal
lēſcētes moueāt faſtidia caules, Nitrata uiridis braſsica fiet aqua. *Olebit laternā*] .i. oleū quale later
nis indi ſolet, nā in uſum lucernarū peſsimū paratur. laternā aūt poſuit pro lucerna. *Veſtris alueo
lis.*] Satyrice appellauit patinas pauperis alueolos. Nā alueoli dicūtur uaſa proprie ex ligno exca
uata, ſic etiā in ſequētibus alueolos appellauit. Cuius & alueolos & lenam pignerat Atreus, ubi lo
cus eſt corrigēdus. nā pro alueolis albiolos legitur. Ergo ueſtris alueolis. i. ueſtris patinis uilibus
& ligneis. Alueolus itē capitur pro tabula luſoria. Varro. Quales ſunt teſſeræ, quibus in alueolo lu
ditur. Vocabulum autē deductum uidetur per diminutionē ab alueo, licet illud diuerſa ſignifica-
tione accipiatur: nā pro uaſe ligneo ponitur, quod alio nomine ſoliū appellamus. eo utebātur in
balneis. unde Cic. in iiij. Rhet. ad Herē. Deinde ubi uiſum eſt, ut in alueū deſcēderet. Alueus itē capi
tur pro cōcauitate fluminis. unde dicimus Alueū Tiberis, Alueū Padi. *Cāna Mycip.*] quod ex Nu
midia Romā uehitur. Nam Mycipſa Maſiniſſæ filius, Numidarū fuit rex: qui mortuus regnum tri
bus filijs reliquit, Adherbali, Hyempſali, & Iugurthæ fratris filio, quē in filium adoptauerat. *Can
na acuta prora*] .i. nauis. Hoc autē dicit, quia ut ſcribit Plin. lib. vij. cap. lvi. naues fiunt uiles in Nilo
ex papyro, & ſcirpo, & harūdine, ſimulq; ad id reſpexit, quod in India harūdines ſunt tantæ pro-
ceritatis, ut ex ſingulis internodijs nauiculę fiant, quę alueo nauigabili ternos interdum homines
ferant

ferãt. Plin. lib. vij. cap. ij. Solin. Diod. Mela. *Cũ Boccare*] Tantus inquit eſt fœtor olei, ut nemo Romæ lauetur cũ Boccare, hoc eſt cũ Numida aliquo. Boccar aũt, ut ſcribit Liu. lib. xxix. ab Vrbe cõdita, rex fuit Maurorũ, fuitq; tẽporibus Maſiniſſę regis Numidię, per quẽ nunc poeta intelligit omnes Numidas & Mauros. *Tutos à ſerp.*] Tanta inquit eſt uis tetri odoris olei, ut ſerpentes ipſi fugẽtur. *Mullus erit.*] Piſcis eſt marinus, de quo in ſuperiore Satyra. *Corſica.*] Inſula eſt in mari Liguſtico, alio nomine appellata Cirnus, unde Verg. in Buco. Sic tua Cirneas ſugiãt examina taxos. A

Propter quod Romæ cũ Boccare nemo lauatur,
Quod tutos etiam facit à ſerpentibus atris.
Mullus erit domino, quẽ miſit Corſica, uel quem
Taurominitanæ rupes, quando omne peractũ eſt,
Et iam defecit noſtrum mare, dum gula ſæuit
Retibus aſsiduis penitus ſcrutante macello
Proxima, nec patitur Tyrrhenum creſcere piſcem.
Inſtruit ergo focum prouincia, ſumitur illinc
Quod captator emat Lenas, Aurelia uendat.
Virroni murena datur, quæ maxima uenit
Gurgite de Siculo, nam dum ſe continet Auſter,
Dum ſedet, & ſiccat madidas in carcere pennas,
Contemnunt mediam temeraria lina Carybdim.
Vos anguilla manet longæ cognata colubrę,

Rupes Taurominitanæ] hoc eſt Sicilia ipſa. Nam Taurominiũ oppidum eſt Siciliæ nõ longe à Meſſana, olim naxus uocitatum, autore Solino. *Quando omne.*] Ratio eſt, quare tam ex longinquo petantur piſces, quoniam inquit iam mare noſtrũ piſcibus eſt exhauſtũ, dum gulæ tãtopere inſeruimus. Vnde & Sen. deteſtãs gulã ſic ſcribit ad Luciliũ. Vide quantũ rerum per unã gulã trãſiturũ permiſerit luxuria, terrarũq;, mariſq; uaſtatrix. B *Macello ſcrutãte.*] hoc eſt piſcatore maria quæq; uicina explorãte. Macellum enim poſuit pro piſcatore. Eſt autem macellum locus ubi obſonia uendũtur. dictũ ut ſenſit Dona. in Terent. à mactandis pecoribus: ut alij uero tradũt à Macello quodã, qui exercebat in Vrbe latrociniũ, quo damnato cẽſores Aemilius & Furius ſtatuerũt, ut in domo eius obſonia uenderentur: à quo Macellarij dicti ſunt, qui obſonia uenderent, non autem qui pecora mactarent, ij enim lanij & laniones ſunt appellati, & laniena locus ubi mactaretur, de quo plura ante. *Nec patitur.*] .ſ. gula. *Tyrrhenũ.*] Tuſcum & Romanũ. *Inſtruit ergo focum.*] Quũ mare inquit noſtrũ piſcibus ſit exinanitũ, ideo ex prouincijs & longinquis locis petũtur, ſicq; poeta gulã ſui tẽporis notat. Quæ etiã à Seneca his uerbis taxatur. Quod diſſolutus delitijs ſtomachus uix admittat, ab ultimo petatur Oceano. uomũt ut edãt, edũt ut uomãt. *Inſtruit focũ*] In cauſa eſt, ut piſces habeãtur ad coquendũ. *Illinc*] Ex prouincia. C *Lenas.*] Pro auaro captatore ponitur, ut Aurelia pro orba diuite cui multa mitterentur munera. uterq; autẽ fuit tẽporibus Iuu. ut Gallita & Pactius. *Captator*] Hoc eſt qui muneribus alienas opes captat. *Aurelia uẽdat*] Nã lucri cupiditate munera uendebat. *Virroni*] ipſi diuiti. *Murenæ*] Anguillæ ſimilis eſt, in freto Siculo multę capiũtur. Macr. li. iij. Acceſſebãtur inqt murenæ ad piſcinas noſtræ Vrbis abuſq; freto Siculo. Lautę habebãtur gulę adeo, ut Licinij Craſsi Murenæ ſint cognominati, quòd hoc piſce effuſiſsime ſint delectati. Lege Plin. lib. ix. Col. & Macr. lib. tertio. *Nam dum ſe cõtinet.*] Non uerentur inquit piſcatores, quieſcẽtibus uentis in mari Siculo, licet periculoſo piſcari, ut oſtendat nihil intactũ relinqui ad indomitã gulam explendã. *Auſter*] Auſtrũ poſuit pro omnibus uentis. *In carcere*] Fabulam miſcet. Nam uenti in Aeolijs inſulis, in quibus tẽporibus Iliacis Aeolus regnabat, in carcere ab eo coerceri dicebãtur. Verg. Aeoliam uenit, hinc uaſto rex Aeolus antro Luctãtes uentos tẽpeſtateſq; ſonoras Imperio premit, ac uinclis & carcere frenat. *Lina temeraria.*] Hoc eſt temerarij piſcatores utentes retibus. *Carybdim.*] In freto, quod eſt inter Italiam & Siciliam ſcopulus eſt Sylla item Carybdis, mare uorticoſum, ambo clara ſæuitia: Carybdis autem Peloro promontorio adiuncta eſt. De Scylla & Charybdi plura referemus in xv Saty. *Cognata colubræ.*] Quaſi eiuſdem generis. ſcribit Plinius libro nono, cap. xxiij. Murenas in terram elapſas ſerpentibus cõmiſceri. ſed de anguilla hoc non legitur apud Plinium: uerum poeta ſequitur opinionem uulgarem, qui credit ſerpentes & angues coire cum anguillis. D *Aut Tyberinũ.*] Lupum piſcem intelligit, qui in Tyberi ſtercore paſceretur, & immunda eſca inter cloacas Vrbis. Et licet hoc loco Iuuen. Tyberinum piſcem, ut uilem pauperi apponi dicat, Varro tamen ut tradit Macrob. piſci Tyberino palmam tribuit his uerbis in libro rerum humanarum xi. Ad uictum optima fert ager Campanus frumentum, Falernus uinum, Caſsinas oleum, Tuſculanus ficũ, Mel Tarentinus, Piſcem Tyberis. Nam omnes ex hoc amne piſces maximum honorem tenuerunt apud prodigos, imprimiſq; lupus, qui inter duos pontes captus eſſet, quod etiam Oratius indicare uidetur in Satyra quę incipit. Quę uirtus. Lupus hic Tyberinus an alto, Captus hiet pontes inter iactatus, an amnis, Oſtia ſub Tuſci. Columella libro undecimo, cap. decimoſexto loquens de piſcinis ſic ſcribit, Doctaq; & erudita palata faſtidire, docuit fluuialem lupum, niſi quem Tyberis aduerſo torrente defatigſſet, quibus uerbis docet, lupum Tyberinum in precio fuiſſe. Verum forte tẽporibus Iuuen. talis piſcis in precio non erat, temporum longinquitate mores, ut fit, mutante, ſicut & ætate noſtra anguillæ, quæ temporibus poetæ in minima erant taxatione menſis noſtris ſunt gratiſsimæ. lupos etiam marinos laudat Plinius libro nono his uerbis. Luporum laudatiſsimi, qui appellantur lanati, candore molliciaq; carnis.

Aut glacie aſperſus maculis Tyberinus,& ipſe
Vernula riparum pinguis torrente cloaca,
Et ſolitus mediæ cryptam penetrare Suburrę.
Ipſi pauca uelim, facilem ſi præbeat aurem,
Nemo petit,modicis quæ mittebantur amicis
A Seneca,quæ Piſo bonus,quæ Cotta ſolebat
Largiri.nanq; & titulis,& faſcibus olim
Maior habebatur donandi gloria.ſolum
Poſcimus,ut cœnes ciuiliter.hoc face,& eſto,
Eſto(ut nunc multi)diues tibi,pauper amicis.
Anſeris ante ipſum magni iecur,anſeribus par
Altilis,& flaui dignus ferro Meleagri
Fumat aper,poſt hunc raduntur tubera,ſi uer
Tunc erit,& facient optata tonitrua cœnas

A *Aſperſus maculis*] Nam lupi piſces maculis uariegati inueniebātur iiq; minoris æſtimationis.un
de Col.lib.ix. cap.xvij ubi de poſitione piſcinæ mentionē facit.Tum etiā ſine macula (nam ſunt &
uarij)lupos includamus.Eos nos eſſe putamus,quos uulgo appellāt Lucios, dictos lupos ab eo-
rum uoracitate,nā reliquos piſces inſectantur.unde Col.eodē lib.lupos rapaces appellat. *Gla-
cie.*] Per hyemē,uidentur enim maculis frigore aſpergi. *Vernula.*] Alumnus. *Cloaca.*] Nam
tota Vrbs penſilis erat cloacis,cor
riuatis ſeptē amnibus à M.Agrip-
pa ſordes Vrbis in Tyberim defe-
rētibus.lege Liuiū. *Crypt.*] Ca
uernā,& loca riparū excauata,quę
piſcis depaſcēs perſcrutatur. Vnde
Lucilius,acer & uiolētus poeta eū
quaſi Ligurironē catillonē appel-
lat,ſcilicet qui proxime ripas & ſter-
cus inſectaretur.Proprie aūt catil-
lones dicebātur qui ad polūctum
B Herculis ultimi quū uenirēt, catil
los ligurriebāt.Crypta aūt dicta eſt
à κρύπτω quod eſt occulto. *Suburræ.*] Regio erat Vrbis celebratiſſi
ma,de qua alibi ante. eò aūt ait pi-
ſces ſtercus ſectātes peruenire. *Ipſi
pauca uelim.*] uelim inqt ipſum Vir
ronē paucis alloqui,ſi me uelit au
ſcultare. *Nemo petit.*] ſenſus eſt.Nemo inquit petit à te Virro,ut in pauperes cliētes tam munifi-
cus ſis,quàm fuerūt Seneca,Piſo & Cotta in amicos ſuos, quos multis donis proſequebantur, ſed ut
cœnes ciuiliter,& cōmunibus epulis cū eis,& nō diſcretis. *A Seneca.*] Senecā diuitē fuiſſe & libe
ralē in amicos ſcribit Tac.apud quē lege de uita & nece eius. *Piſo bonus.*] Multi extitere Piſones,
uerū de C.Piſone illò intelligit,qui amicus & familiaris fuit Sen.quiq; autor fuit cōiurationis in Ne
ronē,à quo dicta eſt cōiuratio illa Piſoniana.De eo ita ſcribit Tac.Nāq; facundiā tuendis ciuibus
exercebat,largitionē aduerſus amicos,& ignotos quoq; comi ſermone & cōgreſſu.Vnde à poeta
& liberalis & bonus appellatur. *Cotta*] Hic eſt ille Cotta,de quo in Sat.Et ſpes & ratio,Quis tibi
C Mœcenas?quis tūc erit aut Proculeius,aut Fabius?Quis Cotta iterū,quis Lentulus alter. *Nanq;
& titulis.*] Ideo inquit liberales & munifici erāt in amicos,quia ueteres glorioſius eſſe in homine pu
tarūt,liberalitatē exercere quàm dignitates adipiſci.Vnde Saluſt.in Cat.cōmendans mores ueterū Ro
manorū,ſic ſcribit,Magiſq; dādis quàm accipiēdis beneficijs,amicitias parabāt. *Titulis.*] honorib.
qui per titulos & inſcriptiones oſtendebātur.Vnde Plin.lib. vij.loquēs de Pōpeio, poſtea ad tota
maria,& deinde ſolis ortus miſſus hos retulit patrię titulos.Prop.ult.Elegi.Et domus eſt titulis u-
traq; fulta ſuis.i.honoribus & laudationibus. *Faſcib.*] Cōſulatu & prætura,quæ dignitates inter
alias pręcipuę habebātur,ut per has dignitates omnes intelligas.Conſulē & prętorē lictores pręce-
debāt cū faſcib.uirgarū: Cōſulem xij.ſex uero prætorē. *Cœnes c.*] .i.ut bonū ciuē decet cōmuni
bus.ſ.epulis& indiſcretis.eadē eſt etiā expoſtulatio Mart.aduerſus Pōt.Cur ſine te cœno,quū tecū
Pōtice cœnēr *Hoc f.& e.*] cū indignatione pronunciandū. face hoc inquit,& tibi cōceſſero, ut ui
uas diues tibi,& parcus amicis,ut multi faciūt,ſicq; ſui tēporis homines ſordidos taxat. *Iecur anſ.*]
prodigi,& lautę gulę homines inter delicata obſonia iecur anſeris ſtatuerūt. Vnde Plin.lib.x.cap.
xxij.Iecur fartilibus in magnā amplitudinē creſcit,exēptumq; lacte mulſo augetur.Nec ſine cauſa
in quęſtiōe eſt quis primus tantū bonū inuenerit,Scipio an Marcellus uir cōſularis,an M.Seſſius
eadē ætate eques Ro.Mart.lib.xiij.Aſpice quàm tumeat magno iecur anſere maius. Docuit Apicius ſa
D ginare anſeres,fico,carica,& ſatie extinguere. *Altilis*] Gallinā intelligit quæ alebatur ad ſaginā.
Deliaci cœpere gallinas ſaginare,unde peſtis exorta opimas aues & ſuopte corpore unctas deuo-
randi.Quod poſtea lege Fania prohibitū eſt,qua cautū eſt,ne quid uolucrū proponeretur pręter
unā gallinā,quæ nō eſſet altilis.Plin. *Par*] craſsitudine. *Dignus ferro Mel.*] .i.tā prodigioſa ma-
gnitudine qua fuit is,quē Meleager Calidonius interemit.nota eſt fabula. *Flaui*] Flauus color,ut
ſcribit Gel.eſt ex albo ruffo,& uiridi cōcretus. unde flauā appellamus Cererē,alludētes ad frumē-
ta,quę in agris flaueſcere dicūtur,quū matureſcūt.uerū hoc loco flauū intelligimus pulchrū & for
moſum,ſicuti poetæ ſępe in hac ſignificatiōe uſurpāt,ut ante.Et flauā cui det mādata puellā. *Poſt
hūc*] .ſ.aprū. *Tubera*] In genere fungorū numerātur.Mar.Rūpimus altricē ſummo de uertice ter
rā:Tubera boletis poma ſecūda ſumus.Ea undiq; terra circūdata naſcuntur, nulliſq; fibris nixa,
aut ſaltem capillamētis,neq; terrę cohęrēt.cortice etiā includūtur.ut planè nec terrā eſſe poſſimus
dicere,neq; aliud quàm terræ callū. Laudatiſsima Africę.creſcūt,quū fuerint imbres autūnales & toni
trua crebra:tūc naſci dicūtur,& maxime è tonitribus,nec ultra annū durare.teneriſsima aūt uerno
tēpore eſſe. C. uide Pli.li.xix.ca.ij. S. *Radūtur*] utrū purgātur abraſo cortice,quū apponūtur?an ra
dūtur.i.euellūtur ex terra ſarculis. *Si uer t.e.*] ordo eſt & ſenſus: Aledius inqt o Libye habe tibi fru
mentū,ac ſi dicat:frumētū ego nō curo,modo mihi mittas tubera.hoc inquit dicit,ſi uer tūc erit.ſ.cū

tubera

Maiores,tibi habe frumentum Aledius inquit,
O Libyę,diſiunge boues,dum tubera mittas.
Structorem interea(ne qua indignatio deſit)
Saltantem ſpectas,& chironomonta uolanti
Cultello,donec peragat dictata magiſtri
Omnia.nec minimo ſane diſcrimine refert
Quo geſtu lepores,& quo gallina ſecetur.
Duceris planta,uelut ictus ab Hercule Cacus,
Et ponere foris,ſi quid tentaueris unquam
Hiſcere,tāquā habeas tria nomina. quādo propinat
Virro tibi,ſumitq; tuis contacta labellis
Pocula,quis ueſtrum temerarius uſq; adeo,quis

tubera apponūtur,& ſi tonitrua optata faciēt maiores cœnas. Nam tunc,ut diximus,autore Plin. A
dicuntur naſci ſi imbres fuerint autūnales,& tonitrua crebra,tenerrima ſunt tēpore uerno. Vnde
poeta dixit:ſi uer erit. *Aledius inquit.*] Aledium aliqui dicunt equitē Romanū fuiſſe luxurioſum,
quē pro homine guloſo hic accipit. *Diſiūge boues*] Per me inquit frumentū nō ſeres. Nam ex Li
bya frumenta mittebantur. Vnde Sidonius, Arma Chalybs,frumēta Lybes,Cāpanus Iacchū. Oui
dius in Pōto. Cyniphiæ ſegetis ci-
tius numerabis ariſtas. Cyniphij
enim populi ſunt Africæ. Plin. lib.
xv. oſtēdit Africā frugum fertilem
eſſe his uerbis. Oleū ac uinū inui-
dit tantū Africæ,ſatiſq; gloriæ in
meſsibus fecit. *Structorē interea*]
Altā proponit cōtumeliam,ut un-
diq; inquit habeas qđ doleas. ſtru
ctorem peritiſsimū incidēdorum
obſoniorū ſpectas, qui mira ma-
nuum reliquiq; corporis agilitate
miniſtret domino. Sicq; conuiuio
rum luxuriam ſui temporis flagel
lat. Quod facit & Seneca his uerbis B
in lib. de breuitate uitæ. Conuiuia
mehercule non poſuerim inter ua
cantia tēpora,quū uideam ꝙ ſoliciti argentū ordinent,ꝙ diligenter exoletorū ſuorū tunicas ſuc-
cingant,ꝙ ſuſpenſi ſint,quomodo aper à coquo cæſus exeat,quāta celeritate ſigno dato gladij ad
miniſteria decurrāt,quanta arte ſcindantur aues in fruſta non enormia. ꝙ curioſe infelices pueru
li ebriorū ſputa detergāt. Structor aūt is dicitur qui curā habet ſtruēdæ mēſæ,unde illud eſt Verg.
Cura penū ſtruere. *Saltantem.*] Vt opume agilē. *Chironomōta*] Chironomon dictio eſt Græca.
χεὶρ enim manū ſignificat,& νόμος legem. is enim dicitur qui quadā manuū agilitate & ueluti lege
obſonia incidit. declinatur aūt ſicut Creon Creōtis & Leon Leōtis. formaturq; ab accuſatiuo χειρό
νομον ſicuti cratera ab accuſatiuo κρατῆρα. *Donec peragat dictata magiſtri.*] Donec omnia incidendo
exequatur,quę didicerit à magiſtro,ita ut nihil prętermittat quod ad decoros incidēdi geſtus per
tineat. Nam in Vrbe erāt qui artē incidendorū rite obſoniorū docerent per uaria animalia forma
ta ex ligno,ut latius in ſatyra undecima. Et tota ſonat ulmea cœna ſuburra. *Dictata*] Dicūtur nu C
mero pluratiuo quæcūq; in omni genere ſciētiæ tam liberalis ꝙ ludicræ tradūtur diſcentibus. Ho
rat. ad Loliū. Sic iterat uoces,& uerba cadēta tollit, Vt puerū ſæuo credas dictata magiſtro, Redde
re. Perſ. Te cirratorū centū dictata fuiſſe, Pro nihilo pēdas; Trāq. in Cæſ. Tyrones per ſenatores ar
morū peritos erudiebat precibus enitēs,ut diſciplinā ſingulorū ſuſciperēt,ipſiq; dictata exercēti-
bus darēt. Deductū eſt uocabulū à dictare,quod eſt aliquid (ut dixi) in omni genere ſciētiæ diſcen
dū tradere. *Nec mi.ſa.diſc.r.*] Magnā inquit putāt eſſe differentiā quo geſtu ſingula obſonia inci
dātur:decoro ne an ruſtico more. Vnde illud eſt Plin. loquētis de gallinis. Poſtea culinarū artes in
uenerunt,ut clune ſpectētur: ut diuidātur in tergora,ut à pede uno dilatatæ repoſitoria occupent.
Sic Sen. ad Lucil. Alius precioſas aues ſcindit,& per pectus & clunes certis ductibus circūferēs eru
ditā manū in fruſta excutit. *Duceris plāta.*] Alia diſſuaſio,fugiēdas eſſe tales cœnas. nā illud etiā
inquit ubi adeſt periculū, ut ſi forte uelis aliquid inter cœnandū loqui tanquā & tu ſis nobilis, ili-
co foras arripieris per pedes. *Cacus*] Nota eſt hiſtoria apud Liu. Dionyſ. Eutropiū, Cacū fuiſſe
paſtorē ferocē uiribus,qui captus pulchritudine boū,quas Hercules ex Hiſpania,Gerione interē
pto Romā abegerat,ſurripuit eas:cūq; auertere eam prædā uellet,ueritus ne ueſtigia quærentē do
minū ad ſpeluncam ducerent,auerſas boues caudis in ſpelūcam traxit. Hercules tali furto eluſus,
quū inde diſcederet,cū reliquo armēto boues quædā ad deſideriū (ut fit) relictarū mugiſſent,red- D
dita incluſarū ex ſpelunca boum uox Herculē conuertit. Cacum in ſpelūca latitantē magna ui cor
reptū pedibus extraxit. Verg. Abſtractęq; boues abiurataeq; rapinæ Cœlo oſtēduntur,pedibuſq;
informe cadauer, Protrahitur. *Hiſcere*] Loqui & os aperire ad loquendū,qđ quū ſit ab hio, as,
debuit facere hiaſco. *Tanquam habeas tria no.* Tanquā & tu ſis nobilis. Nā nobiles & ciues Romani
oſtendebātur nomine,prænomine,& cognomine: ut M. Tul. Cic. C. Iulius Cæſar. Idq; multis fuit
frequens. Vnde Auſonius de Ternario numero. Tris equitum turmæ, tria nomina nobiliorum.
quod alij exponunt tria nomina,id eſt ſis fur,non placet. nam non tria ſunt nomina,ſed tres tan-
tum literæ. unde bene Plaut. in Aulu. appellat furem hominē trium literarū. Quæ itē à Politiano in
Miſcel. cap. xxxi ſuper hoc loco narrātur,arguuis ſunt excogitata, quàm ut huic loco conueniāt.
De nomine,prænomine,& cognomine,ex autoritate Eutropij apud Perſiū nōnulla cōmemoraui
mus,ubi oſtēdimus Sabinis à Romanis ad cōfirmandā coniunctionē nomina illorū ſuis præpo-
nere cōſueuiſſe. Et inuicē Sabinos Romanorū: ita ut per tria nomina intelligēdus omnino ſit nobi
lis Romanus,qui pręter prænomē & nomē aſciſcebat & cognomē aut à maioribus partū,ut ab ali
quo euentu acquiſitū. *Quādo propinat*] Diues inquit tam ſuperbus eſt,ut nunquā tibi poculum
ſuum porrigat ad bibendum,neq; tuum accipiat ſi porrigas. Nam propinare eſt proprie pocu-
lum

A lum porrigere & præbere ad bibendum. Mart. Qui nulli calicem tuum propinas, Humane facis Herme non ſuperbe. Tranquillus in Tyberio ignotiſsimum quæſturæ candidatum nobiliſsimis antepoſuit ob epotam in cōuiuio propinante ſe uini amphoram, hoc eſt porrigente, & præbente. Nec ſolum propinare ad potionē refertur, ſed etiā ad alia: unde Iulius Capitolinus in M. Antonino: ut parte cultri ueneno lita uuluam inciderit, uenenatam partem fratri edendam propinās. Vnde & Terent. metaphoricos dixit in Eunucho. Hunc ego uobis comedendum & deridendum propino, hoc eſt trado & præbeo, ſicuti pocula præbentur bibenda. πίνω enim idem eſt quod bibo. *Plurima ſunt.*] Sententia probatiſsima, per quā oſtendit quàm infelix ſit ubiq; pauper. *Quadringenta*] Venuſte mores humani generis explanat, apud quod homines non

B prò meritis uirtutum, ſed fortunæ tantùm ſint fauorabiles. Vt ſit ſenſus. Si tu qui nūc ob paupertatem diuiti es ludibrio, forte aut deorū, aut alicuius hominis beneficio diuitias magnas ſortireris, ſtatim diuiti eſſes acceptiſsimus, te ſtatim ille ſumma beneuolentia complecteretur. *Quadringenta.*] Scilicet ſeſtertia, quæ ſumma erat equeſtris ordinis, ut alibi diximus. *Aut ſimilis*] Ordo eſt, aut homuncio ſimilis dijs, ſcilicet liberalitate.

Perditus, ut dicat regi bibe? plurima ſunt quæ
Non audent homines pertuſa dicere læna.
Quadringenta tibi ſi quis deus, aut ſimilis dis
Et melior fatis donaret homuncio, quantus
Ex nihilo fieres, quantus Virronis amicus.
Da Trebio, pone ad Trebium, uis frater ab illis
Ilibus? o nummi uobis hunc præſtat honorem,
Vos eſtis fratres. dominus tamen & domini rex
Si tu uis fieri, nullus tibi paruulus aula
Luſerit Aeneas, nec filia dulcior illo.
Iucundum & carum ſterilis facit uxor amicum.
Sed tua nunc Michale pariat licet, & pueros tres
In gremium patris fundat, ſimul ipſe loquaci
Gaudebit nido, uiridem thoraca iubebit
Afferri, minimasq; nuces, aſſemq; rogatum
Ad menſam, quotiens paraſitus uenerit infans.
Vilibus ancipites fungi ponentur amicis,
Boletus domino, ſed qualem Claudius edit,
Ante illum uxoris, poſt quem nil amplius edit.

Homuncio.] Ab homine ſunt tria diminutiua homulus, homuncio, & homunculus. *Et melior fatis.*] Qui melior uideretur & tibi magis propitius, ſi tibi id diuitiarum largiretur quàm ipſa fata, hoc eſt ipſi dij qui te pauperem fe-

C ciſſent. *Da Trebio.*] Verba ſunt diuitis ad miniſtrum quē poeta introducit ita locuturū ſi cliens eius ditaretur. *Vis frater.*] Attende quàm beneuola ſit inuitatio. *Ilibus.*] Ilia autore Celſo dicuntur pulpamenta quæ inter coxam & uentrem poſita ſunt. *O nummi.*] Acclamatio poetæ in prauos ſui temporis mores. Blanditur inquit nummis, non homini. *Dominus.*] Licet hic inquit diues tam ſuperbus ſit in te, facile tamen in omne tibi obſequium flectes, eritq; ei dominus & rex. nam te ut cliens colet ſi tibi nulli erunt liberi. *Paruulus Æneas.*] Id eſt paruulus filius, alluſio eſt ad illud Vergilij in iiij. Aeneid. Si quis mihi paruulus aula Luderet Aeneas. *Filia dulcior illo.*] Scilicet filio. Nam parentibus filiæ, ſexus imbecillitate ſunt magis cordi. *Vxor ſterilis*] uxor inquit, quæ liberos nullos parit, facit tibi diuitem amicum. *Sed tua nunc Michale.*] Sed quāuis inquit Michale uxor tua pariat nunc, ſcilicet quū ſis locupletatus, nō te penitus aſpernabitur, ſed tecum una gaudebit tuis liberis, munuſcula iubebit afferri. *Nunc.*] Dum factus es diues. Nam dum pauper eſt cliens, nullam ſentit diuitis in ſe humanitatem, nec in filios. *Et pueros tres*] Id eſt tergiminos. poteſt enim mulier uno partu tres parere, ſuprà prodigioſum eſt. Plin. libro ſeptimo, Tergeminos naſci certum eſt Oratiorum, Curatiorumq; exemplo, ſuprà inter oſtenta adducitur.

Loquaci nido.] Loquacibus puerulis, ut ſunt auiculæ garrulæ in nido. eſt enim ſumptum ab auibus. *Thoraca.*] Thorax Græca eſt dictio, ſignatq; pectus. Plin. Thoracem inquit purgant, bilem

D detrahunt, & plerūq; capitur pro ueſte, quæ pectus tantum muniat, ut hoc loco poeta accipit. Suetonius in Auguſto, Thorace laneo, & fœminalibus, & tibialibus muniebatur. *Minimasq; nuces*] Id eſt auellanas. *Aſſemq; rogatū.*] Aſſes uariati fuerunt, nam librales antea fuerunt, poſtea Hannibale urgente, Q. Fabio Maximo dictatore unciales facti ſunt. In militari ſtipendio ſemper denarius pro decem aſſibus datus eſt. Plin. *Infans paraſitus.*] Similis paraſito, qui libenter menſas ſectetur. Nam paraſiti hi dicuntur, qui menſas nobilium ſectantur cauſa gulæ. *Fungi ancipites.*] periculoſi. ſunt enim inuenti plerunq; letales, ut docet Plin. Seneca ad Lucil. Quid tu illos boletos, uoluptariū uenenum, nihil occulti operis facere iudicas, etiā ſi præſentanei nō fuerunt. *Vilibus amicis.*] Id eſt infimis, & pauperibus. *Boletus.*] Ex genere fungorum eſt, olim Romano palato gratiſsimus. eo quum Claudius maxime delectaretur, ab Agrippina eius uxore per hanc occaſionem dato, ueneno necatus eſt. Vnde ſequitur, Sed qualem Claudius edit. De hoc multa Tacitus & Suetonius. Claudius, quintus fuit Romanorum imperator, pater Britannici. *Vxoris.*] Agrippinæ, Agrippinas duas extitiſſe perſpicuum eſt. Ex quarum altera C. Caligula, ex altera Nero princeps nati ſunt, uterq; humano generi pernicioſiſsimus. Germanicus ex Agrippina filia Agrippæ ſuſcepit filiam Agrippinam, ex qua & Domino Nerone, natus eſt Nero princeps, quem Claudius ducta in matrimoniū Agrippina ſibi in filiū adoptauit, qui mox ſublato opera matris Claudio

dio boleto medicato, imperium occupauit, ueritusq́; Britannicũ ne quandoq; apud hominum A gratiam paterna memoria præualeret, ueneno ſuſtulit. *Qualia perpetuus.*] Nam antiquitas autore Plinio libro xix. cap. iiij. Nihil prius mirata eſt, q̃ & Heſperidũ hortos, ac regum Adonis & Alcinoi. Alcinous enim rex fuit Phæacum, qui hortos habuit perpetuis fructibus uirẽtes. autor eſt Homerus in vij. Odyſſeæ. Nã ut ille ſcribit, pirũ piro ſuccedebat, & malũ malo, & ficus ficui. Vnde eſt illud Papinij. Voſq́; Qui nunquã uacui prodiſtis ad æthera rami.

Virro ſibi, & reliquis Virronibus illa iubebit
Poma dari, quorum ſolo paſcaris odore,
Qualia perpetuus Phæacum autumnus habebat:
Credere quæ poſsis ſurrepta ſororibus Afris.
Tu ſcabie fruere mali, quod in aggere rodit,
Qui tegitur parma, & galea, metuenſq́; flagelli
Diſcit ab hirſuta iaculum torquere capella.
Forſitan impenſe Virronem parcere credas:
Hoc agit ut doleas, nam quæ comœdia? mimus
Quis melior plorante gula? ergo omnia fiunt
Si neſcis, ut per lachrymas effundere bilem
Cogaris, preſſoq́; diu ſtridere molari
Tu tibi liber homo, & regis conuiua uideris,

Autumnus perpetuus] Perpetuum dicit autumnũ, quia perpetuis, ut diximus fructibus uirerent, ſicuti cæteræ arbores autũno poma ſua ferunt. *Phæacum.*] Corcyrenſiũ. Nã antea inſula appellata eſt Corcyra à uirgine Corcyra rapta à Neptuno. Ex his natus eſt Phæacus, à quo Phæaces ſunt denominati. Ex Phæaco Alcinous, qui Vlyſſem in B Ithacã deduxit. *Sororib. Aphris*]. In inſula Mauritaniæ finxerũt poetæ hortos eſſe Heſperidũ, mala aurea ferentes, quos cuſtodirent Aegle, Heretuſa, Heſpertuſa, & Draco peruigil. Heſperi autem illę dicuntur filiæ fuiſſe, qui Athlantis frater fuit, & Iapeti filius: Ea poma Hercules fertur, occiſo Dracone abſtuliſſe. Fabuloſum id totum oſtendit Plin. lib. v. cap. i. his uerbis. Nec præter oleaſtros aliud extat ex narrato illo aurifero nemore. Minus profecto mirẽtur portentoſa Græciæ mẽdacia de ijs prodita &c. *Tu ſcabie fr. m.*] Pomũ inquit tibi datur ſcabioſum, quale comedit miles in aggere, ut detur aũt poeta pomũ illud intelligere quod milites in aggere caſtrorũ ferebãt. De quo ita Pli. lib. xv. cap. xiiij. Peregrina ſunt zizipha & tuberes, quæ & ipſa nõ pridẽ uenere in Italiã, hæc ex Aphrica, illa ex Syria. Sextus Papinius, quẽ conſulẽ uidimus primus utraq; attulit Diui Auguſti nouiſsimis tẽporibus in caſtrorũ aggeribus ſata, baccis ſimiliora q̃ malis, ſed aggerib. præcipue decora, quoniã & in tecta iam ſylug ſcandũt. Aut reuera omne aliud pomũ modici ſaporis intelligit, quod milites plerũq;, deficiẽte copia cõmeatus, cogũtur comedere. Vnde & Cæl. lib. viij. ad Cicer. Quid C nũc tibi noſtri milites, qui duriſsimis & frigidiſsimis locis, deterrima hyeme, bellũ ambulando cõfecerũt, malis orbiculatis eſſe paſti uidẽtur. Ait enim ipſum militẽ rodere pomũ in aggere, nõ autẽ illic natum. *Qui tegitur Parma.*] Periphraſis eſt peditis, cuius arma ſunt parma & galea. *Ab hirſuta capella.*] Hunc locũ uarijs exponi modis nõ ignoro, ut alij dicãt ab hirſuta capella. i. ab amento Caprino, quod haſtæ uibrãdæ alligatur. Alij à ſago Cilicio, quod ex pilis hircinis texebatur, cuius uſus eſſet & in nauibus & caſtris pharetra, quæ pelle caprina ſolet integi ex qua iacula promũtur. Ego uero expono, ab hirſuta capella. i. ab hirſuto Centurione: quẽ ideo capellam appellat, q Centuriones, ut homines robuſti toto fere corpore hirſuti ſint, fructificantibusq́; pilis ſub alis, odorẽ hircinum oleant, quod ex ſudore, nimijsq́; laboribus prouenire ſolet, tales aũt ad militiam idonei putabãtur, unde & Perſ. Hic aliquis de gẽte hircoſa Centurionũ. Iuu. Sed caput intactũ buxo, naresq́; piloſas Adnotet, & grãdes miretur Lelius alas. Hocq́; maxime placet, ut referas illud, diſcit ad magiſtrum ipſum. Nam Centuriones nouos milites erudiebãt, neq; enim conuenit militem diſcere ab amento, quaſi amentũ dictata tradat, ut duplici ratione capellam appellet centurionem, & q odorẽ hircinũ oleat, & hirſutus ſit, ut capella. C. *Diſcit ab hirſuta iaculum torquere capella.*] Notat illa ueteris diſciplinæ rudimẽta, quibus Tyro miles in emittẽdis iaculis apud ſuũ Centurionẽ inſtitui ſolebat. Hirſutã uero capellam *συνδεχωίν* arcũ Cretenſis militis intelligit. Cydo D nes enim in Creta fortiſſimi fuerũt, ut Hom. ait, quorum arcus caprina pelle ornari ſolitos plerią; literis mandarunt. S. *Iaculũ t.*] nã tyrones in caſtris uarijs exercebãtur modis. Cic. in ij. Off. loquẽs de filio ſic ait. Magnã laudẽ ab exercitu cõſequebare equitando, iaculando, omnia militari labore tolerãdo. *Forſitan im. Vir.*] Inquit, tam contumelioſe te nõ tractat, q impenſæ parcat, ſed ut te urat, nã maximã capit uoluptatẽ ex dolore tuo. *Nã quæ c.*] Comœdię enim & mimi iocis ſuis plurimũ delectãt, ſed ex ijs inquit tantã nõ capit uoluptatẽ, quantã capit ex mœrore tuo, quo ex gula afficeris. *Mimus*] genus eſt fabulæ parũ à comœdia diſtãs: unde mimographi appellãtur mimorũ ſcriptores. Eorũ argumẽta maiore ex parte ſtuprorũ cõnnẽt actus. Laberius eques Ro. mimos ſcripſit, donatus à Cęſare quingẽtis ſeſtertijs, & anulo aureo, ſeſſu in xiiij. *Preſſoq́; m.*] nã ex nimia indignatiõe dẽtibus frẽdimus. molares aũt ultimi ſunt dentiũ qui cõtrũcatos à priorib. cibos atq; confractos ſubigunt & molunt, unde & molares uocati ſunt, itẽ & maxillares, Molares etiam appellamus lapides, quibus frumenta moluntur in piſtrinis. *Bilem.*] Coleram, cuius motu oſtenditur animi indignatio. *Tu tibi liber homo.*] Per ſententiã alienam urbane oſtẽdit hominẽ aliquo uitio laborantẽ ex dogmate Stoicum ſeruum eſſe, quum in poteſtate ſit uitij & non ſua. Tu inquit per modicam prudentiam putas te liberum eſſe & cõuiuam regis, ſed ille te ſeruum gulæ agnoſcit:

Captum te nidore ſuæ putat ille culinæ:
Nec male coniectat. quis enim tam nudus, ut illum
Bis ferat Hetruſcum puero ſi contigit aurum?
Vel nodus tantum, & ſignum de paupere loro?
Spes bene cœnandi uos decipit: ecce dabit iam
Semeſum leporem, atqꝫ aliquid de clunibus apri.
Ad nos iam ueniet minor altilis, inde parato,
Intactoqꝫ omnes, & ſtricto pane tacetis:
Ille ſapit, qui te ſic utitur, omnia ferre
Si potes, & debes: pulſandum uertice raſo
Præbebis quandoqꝫ caput, nec dura timebis
Flagra pati, his epulis, & talis dignus amico.

A *Nidore.*] Odore. Nam nidor idem eſt, quod odor ex quacunqꝫ re præſertim cocta, & uſtulata, ſiue aſſa, proueniens. Vergil. Galbaneoqꝫ agitare grues nidore chelyndros. Idem, Illi ingens barba reluxit, Nidoremqꝫ ambuſta dedit. Cicero in Piſonem, paulisper ſtetimus in illo ganearum tuarum nidore atqꝫ fumo. *Culinæ.*] Coquinæ. Nam culina dicta eſt à colendo quaſi colina quòd ibi ueteres colerent ignem locupletiorem domus, autor eſt Nonius. *Quis enim tam nudus.*] Senſus eſt. Quis inquit eſt aut natus liber, aut libertinæ conditionis tam pauper, qui poſsit ferre tantam huius menſæ ſuperbiam & contumelias: quaſi dicat nemo ferat, niſi idem ſeruus ſit. *Ferat bis illũ*] Vt quum ſemel expertus ſit, iterũ uelit experiri. *Si contingit aurũ Hetruſcum*] Ideſt ſi natus ſit liber & ingenuus. Nã Bulla aurea, quod inſigne erat in ſpeciem cordis depen-
B dẽs à collo, geſtabatur à pueris uſque ad quartumdecimum ætatis annum. Hetruſcum autem appellat, quòd Tullus Hoſtilius tertius rex Romanorũ, debellans Hetruſcis, ſellam curulem, lictoresqꝫ, & togam pictam, atqꝫ prætextam, quæ inſignia magiſtratuum Hetruſcorũ erant, primus ut Romæ haberentur, inſtituit. Sed prætextam illo ſeculo puerilis nõ uſurpabat ætas. erant enim ut cætera quę enumeraui, honoris habitus. Sed poſtea Tarquinius Priſcus de Sabinis triumphum egit, quo bello filium ſuum annos xiiij. natum, ꝙ hoſtem manu percuſſerat, & pro concione laudauit, & bulla aurea, prætextaqꝫ donauit, inſigniens puerum ultra annos fortem præmijs uirilitatis & honoris. Nam ſicut prætexta erat magiſtratuum, ita Bulla erat geſtamen triumphantium, quam in triũpho præ ſe gerebant: incluſis in eam remedijs, quæ crederẽt aduerſus inuidiam ualentiſsima. Hinc deductus mos, ut prætexta & bulla in uſum puerorũ nobilium uſurparentur ad omen & uota conciliandæ uirtutis, ei ſimilis, cui primis in annis munera iſta ceſſerunt. Sed bulla aurea cũ prætexta ingenuis tantum conceſſa eſt pueris, libertinorum uero filijs lorum tantum, & prætexta, quæ duo hoc loco poeta tetigit. de bulla & prætexta legito Macr. in
C primo Saturn. & Aſconium Pedia. *Altilis.*] Gallina ſaginata, ut dictum eſt ſuprà. *Minor.*] Imminuta à Virrone, qui partem eius comedit. *Inde*] Ob eam rem, ꝙ ſperens aliquid ex ijs habituros. *Ille ſapit.*] Reuera inquit Virro ſapiens eſt, nec eum poſſum non laudare, qui te ita tractat.

Si potes.] Id eſt quando potes ferre tot cõtumelias, & debes ſcilicet ferre, dictumqꝫ eſt non ſine ſtomacho, & indignatione à poeta. *Pulſandum uertice raſo.*] Eo inquit propter gulam paulatim peruenies, ut paſſurus ſis etiam more paraſitorum uerbera. Nam paraſiti qui menſas nobilium ſectabantur, multis uerberibus alijsqꝫ contumelijs afficiebantur. Vnde paraſitus ille apud Terẽt. in Eunucho, At ego infelix neqꝫ ridiculus eſſe, neqꝫ plagas pati poſſum. *Vertice raſo.*] Quem tibi in ludibrium abraſerint. *Flagra.*] Plagas illatas ubi per flagrum. idem enim eſt flagrũ quod flagellum, ſed per diminutionem, illud uero principale. C. *Omnia ferre Si potes & debes, pulſandum uertice raſo Præbebis quandoqꝫ caput, nec dura timebis Flagra pati, his epulis, & tali dignus amico.*] Quũ antea multis criminationibus illos qui mẽſas potentiorũ ſectantur, & aliena quadra ſtudent uiuere, poeta fuerit inſectatus, poſt multa quæ ſub alieno imperio digna atqꝫ indigna pati neceſſe eſt, ut tandem ſe in libertatem uindicent, & iugum quod imperioſi domini ferendo ſeruitium, ſponte ſubierant, demum è collo diſcutiant, ſuadendo cõcludat: quodqꝫ pulſandum caput uertice raſo, probè arbitratur, ſcilicet modũ quo liber quiſpiã à prætore fit, deſignauit. Fuit enim antiqui moris, ut
D qui ex ſeruitute in libertatẽ uocabatur, raſo capite ad prætorẽ iret, apud quẽ bis terqꝫ caput percuſſus, uel per lictorẽ percuti iuſſus, uirgula quæ uindicta dicta eſt, aut feſtuca in eum iacta quemeum uertiſſet dominus, prætoris iuſſu ſeruitute eximeretur: quiqꝫ libertatẽ eo modo nactus fuerat, manumiſſus uindicta dicebatur: quo genere manumiſsionis, libertatẽ unà & ciuitatẽ Romanã aſſequebatur, ſcilicet à Vindicio Vitelliorũ, ſeu Aquiliorũ ſeruo, cuius indicio detecta cõiuratiõe de opprimẽdis cõſulibus, autore Liu. primus libertate & ciuitate donatus eſt. Cautũqꝫ fuit, ut qui ita libertatẽ aſſecuti eſſent uindicta manumiſsi dicerẽtur. Raſo enim capite, tam illi qui liberi fiebant, quaſi tempeſtatẽ effugiſſent, ꝗ qui bello capti ſeruitute exẽpti fuerãt, incedere & triũphantis currũ proſequi cõſueuere: Obſeruatũqꝫ fuit, ut in tẽplo Feroniæ Libertorũ deæ, tã ſerui ꝗ addicti ex cõpedibus & ex ergaſtulo, libertorũ munia acciperẽt. Nõ ergò inſcite, debere eos qui potẽtioribus tã ſeruiliter famulãtur, caput raſo uertice prætori pulſandũ præbere, ſeqꝫ in libertatẽ uindicare, nec dura Virronis flagra patiẽda eſſe, poeta cẽſuit. Calludẽs ad eos, q ex ſeruitute à prętore manumiſſi, & libertate donati ſunt. Apud Lacedęmonios uero, qui ſerui mãcipio eximũtur, frõte coronati incedũt & tẽpla circumeunt: apud quos hi qui à tyrãnis liberati erãt adſcripti uocabãtur. S. *Dignus.*] Totum cum indignatione pronũciandum, dignus quidem ex talibus contumelijs & tali amico à quo ita tracteris, quando animo ſis tam ſeruili.

SATYRA VI

Sexta hæc infidas mulieres monſtrat abunde.

CREDO pudicitiam Saturno rege moratam
In terris, uiſamq; diu, cum frigida paruas
Præberet ſpelunca domos, ignemq;, laremq;,
Et pecus, & dominos communi clauderet umbra.
Siluestrem montana thorum cum ſterneret uxor
Frondibus, & culmo, uicinarumq; ferarum
Pellibus: haud ſimilis tibi Cynthia, nec tibi, cuius
Turbauit nitidos extinctus paſſer ocellos:
Sed potanda ferens infantibus ubera magnis,
Et ſæpe horridior glandem ructante marito.
Quippe aliter tunc orbe nouo, cœloq; recenti
Viuebant homines, qui rupto robore nati,
Compoſitiq; luto, nullos habuere parentes.
Multa pudicitiæ ueteris ueſtigia forſan,
Aut aliqua extiterant, & ſub Ioue, ſed Ioue nōdum

CREDO *pudicitiam.*] Diſſuaſurus hac Satyra poeta amico ſuo Vrſidio, ne ducat uxorem, ingenti utitur arte. omnia enim uitia, quibus genus fœmineum laborat, commemorat, nihil omittēs quòd ad partes diſſuaſionis pertineat. Deniq; monet eū omnem uitæ potius ſortem, ꝙ connubium apprehēdendam. Talem igitur nactus occaſionem adulteria ſui temporis acerbitate ſatyrica inſectatur, irridensq; legem Domitiani, qua adulteria prohibuerat, tantāq; eſſe mulierum impudicitiā dicit, ut oſtendat reuoluta ſeculorum origine, ab ætate uſq; argētea, mortales adulterijs flagraſſe. Hoc aūt unum monendum putaui, ut interpretaturus hanc ſatyram ſumma utatur reuerētia, ne adoleſcentuli quorū mentes facile ad uitia inclinantur, turpia audiendo aliquo ſe flagitio cōtaminent. A *Pudicitiā mo. in ter.*] Id eſt mortales diu inter ſe bene, pudiceq; uixiſſe. *Saturno re.*] i. ſeculo aureo, quo tēpore Saturnus regno ab Ioue filio pulſus, Latio cū Iano imperauit. B tunc enim ætas aurea fuiſſe dicitur quū homines poſt diluuium cacumina monuū tenerent, in ſpeluncisq; uictitarent, pomis, cæterisq; fructibus agreſtib. cōtēti. Vnde eſt illud Lucretij. Sed nemora atq; cauos mōtes ſyluasq; colebāt, Et frutices inter cōdebant ſqualida membra. *Lareſq;.*] Vnuſquiſq; deum domi ſuę colebat, quem larē familiarē appellabant, eumq; præſidē uocabāt, cui canis aſsiſtit, & ipſe deus pellibus canis C ueſtitur, cuius rei rationē reddit Plut. in Problematibus, & Apul. in lib. de Dęmonio Socratis, pleraq; dicit. & nos apud Perſium illic: Bullaq; ſuccinctis laribus donata pependit. ut autem lares domi colerent, inde ortum docet Seru. quia apud antiquos mortui in domibus ſuis ſepeliebantur, quos ut deos domeſticos colere cœperunt & uenerari, Laresq; appellarūt. *Culmo*] Culmus proprie appellatur ipſa palea, unde culmina domuum ſunt appellata, ꝙ prius culmis, hoc eſt paleis integerentur. *Pellibus uic. fer.*] Nā rudes illi antiquiſsimi ex ferarū pellibus nō modo lectos ſternebāt, ſed & ueſtes ſibi cōficiebant. Vnde Lucr. Pellibus & ſpolijs corpus ueſtire ferarū. Prop. Atq; hynuli pelles totos operibat amantes, Altaq; natiuo creuerat herba toro. *Non ſi. t.*] Nō ea mollicie nec ijs delitijs. nam & luxu ueſtium, & margaritarū oblectabatur, ut ſæpe cōqueritur Propert. Quid iuuat ornato procedere uitta capillo? Et alibi. Matrona incedit cēſus induta nepotum. ſicq; poeta ueteres laudando, uituperat mores ſui tēporis. Cynthia, Propertij fuit amica, ea Hoſtia dicebatur, ſed Propertius mutato nomine Cynthiam uocauit, ut autor eſt Apul. in prima Apol.

Nec t.] ſ. o Lesbia amica Catulli, quæ paſſerculum quē in delitijs habebat, quum amiſiſſet, multum fleuit, adeo mollis & delicata erat. Vnde Catul. Paſſer mortuus eſt meæ puellæ, Quē plus illa oculis ſuis amabat. Et infra. Tua nūc opera meæ puellæ Flendo, turgiduli rubēt ocelli. Ea proprie dicebatur Clodia, ut autor eſt idē Apul. in eadē Apol. *Sed ferēs*] Sed quæ ferret. *Horridior.*] Incultior, minusq; mollis marito ſuo. D *Ructante glandē.*] Qui glande paſcebatur. Nam ut diximus, rudi illa ætate mortales ante uſum tritici agreſtibus pomis ueſcebātur. *Orbe nouo.*] Aetate illa aurea, quū homines eſſent noui & recens nati. *Ruptor.*] Quum prima illa ętate homines in ſpeluncis ſyluisq;, more ferarū habitarent, quumq; ex arboribus uetuſtate cauatis, tanquā ex domicilio exirēt, putabātur ex arboribus eſſe nati. Quod Verg. ſic proſequitur. Hæc nemora indigenę, Fauni nymphæq; tenebāt. Gensq; uirū truncis & duro robore nata: Quis neq; mos neq; cultus erat, nec iungere tauros, Aut cōponere opes norāt aut parcere parto. *Robore*] Robur arbor eſt glandifera, uerum à poetis ſæpe capitur pro omni ligno, ut eſt illud Caper robora paſtor. Robur itē ponitur pro fortitudine. Vnde robuſtū appellamus corpus, id eſt forte & ualidum. *Cōpoſitiq; luto*] Alluſio eſt ad id, ꝙ ex luto Prometheus hominē finxerit. quaſi dicat, ex quo homines cœperunt nō ex arboribus naſci, neq; ex luto formari, ſed ex parētibus procreari, & cōnubia ſunt inſtituta, adulteria cœperunt cōmitti. *Multa pudic.*] Primis inquit tēporibus ętatis argenteæ, quum Iupiter regnaret, homines ſancte & pudice uixerunt, exiſtente adhuc Ioue impubere. Sed iam barbam producente cœperunt paulatim adulteria cōmitti. *Veſtigia pud.*] Hoc dictum eſt ex ſententia eorum, qui crediderunt pudicitiam deam fuiſſe honeſtatis, quæ quum inter mortales uerſaretur, ui

A deretq; ſe contemni,ſtupraq; ubiq; cõmitti,aufugiſſe fertur cum iuſtitia in cœlum. Veſtigia enim
dicuntur ſigna pedum,unde eſt uerbũ inueſtigare,quaſi per ueſtigia aliquid quærere. *Græcis nõ
dum paratis iurare.*] i.quũ adhuc homines uiuerẽt iuſte,& ſine fraude,nec adhuc eſſent aliqua per-
iuria,quorũ primi uidentur fuiſſe Græci inuentores.nam ſemper perfidos fuiſſe & habitos indi-
cat Plaut.in Aſinaria:Cætera quæ uolumus uti,Græca mercamur fide.i.ſtatim enumerato precio,
quia aliter Græcis non creditur.

Barbato,nondum Græcis iurare paratis
Per caput alterius,cum furem nemo timeret
Caulibus,aut pomis,& aperto uiueret horto.
Paulatim deinde ad ſuperos Aſtræa receſsit
Hac comite,atq; duæ pariter fugere ſorores.
Antiquum,& uetus eſt alienum Poſthume lectum
Concutere,atq; ſacri Genium contemnere fulcri.
Omne aliud crimen mox ferrea protulit ætas.
Viderunt primos argentea ſecula mœchos.
Conuentum tamen,& pactum,& ſponſalia noſtra
Tempeſtate paras,iamq; à tonſore magiſtro
Pecteris,& digito pignus fortaſſe dediſti.
Certe ſanus eras,uxorem Poſthume ducis?
Dic qua Tiſiphone?quibus exagitare colubris?
Ferre potes dominam ſaluis tot reſtibus ullam?
Cum pateant altæ caligantesq; feneſtræ?
Cum tibi uicinum ſe præbeat Aemilius pons?
Aut ſi de multis nullus placet exitus,illud
Nonne putas melius,quod tecum puſio dormit?

Tul.itẽ in oratione pro Flacco lo-
quẽs de Græcis ſic ait. Teſtimonio
rum religionẽ & fidem nunquam
iſta natio coluit. *Per caput alt.*]
Sic enim iurare cõſueuerunt, un-
de & Aſcan.ſic iurat apud Vergil.
Per caput hoc iuro, per quod pa-
ter ante ſolebat. *Aperto horto*] nã
tunc fures non timebãtur, uerum
poſtea,ut ſcribit Plin. ſæua latroci
B natio cœpit præfigere aſpectus hor
torum. *Aſtræa*] Satis urbane o-
ſtendit poeta,iuſtitiam tanquã ho
minũ ſceleribus offenſam unà cũ
pudicitia in cœlũ euolaſſe, C. qd'
& Heſiodus & Aratus lõgo carmi
ne decantarunt. S. Aſtræa autẽ
dicta eſt iuſtitia, q Aſtræi gigantis
ex Aurora filia fuit. *Hac co.*] .i.
pudicitia:hoc autẽ eſt ex uerſu He
ſiodi,qui ſcribit pudorẽ & iuſtitiã
ætate ænea in cœlũ aſcẽdiſſe. *Duæ
ſorores.*] Iuſtitia enim & pudicitia
ſorores fuerunt. *Antiquũ & uetus
eſt.*] Aperte oſtendit Vrſidio ducendã non eſſe uxorẽ,quando iam antiquũ ſit adulteria cõmitti,
ſicq; utitur diſſuaſione à uituperatione rei. *Geniũ ſacri fulcri*] .i.religionẽ matrimonij. Nam Ge
C nium deũ appellabant,qui uim obtineret rerum omnium gignẽdarum.Genius deorum eſt filius
& parẽs hominũ,ex quo homines gignũtur.In honorẽ Genij lectus nuptialis ſternebatur, qui Ge
nialis nominabatur.Labeſius uero ait,Genium deũ eſſe generis noſtri parentẽ.unde illud eſt, in-
dulge Genio,& genialis agatur iſte dies.Alij dixerũt Geniũ eſſe uniuſcuiuſq; loci deum.Apu.uero
ait in lib.De deo Socratis,animum humanũ dum in corpore noſtro ſitus eſt,dæmonẽ nuncupa-
ri,quẽ lingua noſtra Genium uocare poſſumus·quoniã is deus,qui eſt animus ſui cuiuſq; quan-
quam ſit immortalis,tamen quodãmodo cum homine gignitur.De Genio plura diximus ex ſen
tentia Cẽſorini apud Perſ.illic.Funde merũ Genio. *Fulcri*] .i.lecti. Nam fulcra dicuntur ipſa li-
gna,quæ lectũ fulciant & ſuſtineãt. Vnde & Sydonius ſellarum equeſtriũ ligna fulcra appellat his
uerbis.Alij ſellarũ equeſtrium madefacta ſudoribus fulcra reſupinãt. *Sacri.*] Venerãdi. *Côuen
tum*] Hominũ multitudinem & cœtum à cõueniendo,ſicut cœtus à coeundo. *ſpõſalia.*] Nuptia
rum contractum qui fit per ſtipulationẽ & ſponſionẽ,Nã qui uxorẽ ducturus erat,ab eo unde du
cẽda erat ſtipulabatur eam in matrimoniũ ductum iri.Qui daturus erat itidẽ ſpõdebat ſe daturũ.
is cõtractus ſtipulationum & ſpõſionum,ſpõſalia dicebãtur.Tũ quæ promiſſa erat, ſpõſa appella
batur,qui ſpoponderat ducturũ ſponſus. *Iam pecteris.*] Iam poliris & comeris,ut eas cultior ad
ſpõſam. *Pignus*] Annulũ,quo ſpõſus puellæ digitum induit.De quo more ita ſcribit Tertul. Au
D rum nulla norat præterquã unico digito quẽ ſpõſus oppigneraſſet pronubo annulo.Plin. tamen
lib.xxxiij. ſcribit tẽporibus ſuis ſolitũ annulũ mitti ferreũ ſponſæ,eũq; ſine gẽma. *Certe ſanus e.*]
ac ſi dicat,nunc ſine cõtrouerſia deſipis,qui de uxore ducenda cogites. *Vxorẽ Poſth.du.*] Ea in-
terrogatiõe legendũ,qua ne aliquid fiat inhibemus. *Qua Ti.*] Quo furore,qua ueſania agitaris?
Nã per Tiſiphonem omnes furias infernales intelligit,quæ tres à poetis fingũtur ad tormẽta ſcele
ſtæ mẽtis,& inſaniã mouendam deſtinatæ. Vnde & Oreſtes Furijs infernalibus fingitur agitatus.
Quibus co.] Idẽ dixit,nam Furijs infernalibus dantur ſerpẽtes pro crinibus. *Ferre potes*] potes
ne inquit cogitare de ducẽda uxore,quum ad mortẽ multæ ſint tibi uiæ.ac ſi dicat,lõge ſanius eſſet
tradere ſe morti,q̃ cõnubium appetere. *Vllam do.*] Facete autẽ uxorem dominã appellat, quaſi
quæ marito imperet. *Saluis tot re.*] Quũ poſsis uitam tuã laqueo finire. *Quũ pateãt altæ fe.*] un
de te poſsis præcipitare. *Caligãtes.*] Quæ nimia altitudine ſua caliginẽ oculis obijciant. *Aemi-
lius pons.*] Vnde te des præcipitem.Nam pons Aemilius eſt in uia Flaminia diſtans ab Vrbe ultra
primũ lapidẽ,idem miluius eſt dictus,quẽ Scaurus Aemilius,ut autor eſt Plin. De uiris illuſtrib.
in cẽſura fecit. *Aut ſi de mul.*] Sed ſi inquit tibi nullo modo placet oppetere mortem, nõ ne putes
melius puerũ habere,qui tecum dormiat.quaſi dicat illud uitæ inſtitutũ tibi magis eſt tenendum,
q̃ ducere uxorẽ. *Puſio dormit*] Illud attendendum eſt,q dormit dixit non dormiat.Innuit enim
Vrſidi-

Vrſidium turpiter pueros adamaſſe, nec poſſum hoc loco turpe poetæ conſilium non deteſtari, A
qui eo cæcitatis peruenerit,ut ea probet,quæ ab omni honeſtate ſint penitus ſoluta. Quare illud maxime interpretantibus poetam ſeruandum eſſe cenſeo,ut quū in talia inciderint,aut illa in totum prætereant,aut ſi quid dicendum ratū fuerint,talia modeſte legant,ut animos à tali turpitudine penitus auertant. *Puſio*] Puſum,ut autor eſt Varro puerum dixerunt,& puſam puellam, un

Puſio qui noctu non litigat: exigit à te
Nulla iacens illic munuſcula,nec queritur,quod
Et lateri parcas,nec quantum iuſsit anheles.
Sed Placet Vrſidio lex Iulia,tollere dulcem
Cogitat hæredem cariturus turture magno,
Mullorumq́; iubis,& captatore macello.
Quid fieri non poſſe putes,ſi iungitur ulla
Vrſidio: ſi mœchorum notiſsimus olim
Stulta maritali iam porrigit ora capiſtro:
Quem toties texit perituri ciſta Latini.
Quid: quod & antiquis uxor de moribus illi
Quæritur: o medici mediam pertundite uenam.
Delicias hominis: Tarpeium limen adora
Pronus,& auratam Iunoni cæde iuuencam,

de puſio puſillus puer,id eſt adoleſcentulus,uidetuŕq; uocabulū turpitudinem ſapere,& in cinędos cōuenire,unde Apul. ſic ſcribit libro ix. At uero adulter belliſsimus ille puſio inclinatam dolio pronā uxorē fabri ſuper incuruatus ſecure dedolabat. *Lateri p.*] ꝙ non coeas.latera enim nimio libidinis uſu offenduntur.unde Mart. Rumpis Baſſe latus,ſed in comatis,Vxoris ubi dote quos paraſti. Apul.li- B
bro octauo,Met. Sed diu uiuas, & dominis placeas,& meis defectis lateribus conſulas. *Quantum iuſſit.*] Nec tam aſsiduus ſis in coitu quàm iuſsit. *Sed placet Vrſidio lex Iulia.*] Hæc ironicos legenda ſunt: Non eſt inquit mirum , ſi Vrſidius cogitat de ducenda uxore,nam non uult adulterij damnari. lex enim Iulia lata erat cōtra adulteros,qua cautum erat,quo pacto adulteri deprehenſi puniendi eſſent. *Tollere.*] Hoc loco educare. Terent. Quicquid peperiſſet decreuerunt tollere. Valer. libro viij. loquens de Gn. Licinio Hortio macho. quoniam hæreditatē abſumere ꝙ hæredem maluit tollere. *Hæredem dulcem*] Dulcem filium. Verg. Nec dulcis natos Veneris nec præmia noris. *Cariturus.*] Quia captatores habentibus liberos munera non mittunt, ſed orbis tantum diuitibus. *Turture.*] Hoc loco de aue magis intelligendum eſt ꝙ de piſce,nam turturem lautæ gulæ indicat fuiſſe Mart. Quum pinguis mihi turtur erit,lactuca ualebit,Et cochleas tibi habe,perdere nolo famem. Item alibi. Aureus immodicis turtur te clunibus implet. Idem alibi. Et concubino turturum nates donat. nam quem Gręci C
trigona piſcē appellant.i.turturem,Latini paſtinacam dicunt marinam,in cuius cauda præſentiſſimi ueneni radius extat. *Magno*] Pingui,& amplo. *Mullorum iubis*] Id eſt mullis iubatis & barbatis. nā ut ſcribit Plin. gemina barba inſigniuntur in labro inferiori. Sunt enim piſces marini,de quibus ante dictum eſt. *Et ca. ma.*] Id eſt omnibus obſonijs,quæ in macello ueneunt, nam macellum appellarunt locum,in quo omnia quæ ad uictum pertinebant uendebantur,de quo pluſcula ſuperius. *Captatore.*] Per quod hæreditates captātur,nam huiuſmodi muneribus captantur diuites orbi. *Quid fieri nō poſſe*] Quaſi dicat,ſi Vrſidius uxorē ducit,putauero omnia uel præter naturam fieri poſſe,iuxta illud Vergilij,Mopſo Niſa datur,quid non ſperemus amantes: Iungentur iam gryphes equis,æuoq́; ſequenti,Cum canibus timidi uenient ad pocula damæ. *Mœchorum no.*] Quaſi cui ciuitatis adulteria ſint manifeſta. *Ora ſtu.*] i. ipſe ſtultus. figura eſt ſynecdoche. *Totiens te.*] Qui ſæpe in adulterijs es deprehenſus. *Ciſta*] Nam adulteri ſuperuenientē marito, ſic ſolent occultari. unde Orat. An turpi clauſus in arca: Quo te demiſit peccātis cōſcia Herilis,Contractum genibus tangas caput. *Latini.*] Latinus,ut diximus in prima Sat. Mimus fuit temporibus Domitiani,qui quum timeret delatores,ne falſis criminationibus apud principem accuſaretur,ijs uxorem ſuam Thymelem ſubmittebat,unde ſuprà. Et eſt à trepido Thymele ſubmiſſa Latino,ideo poeta ait perituri,quia ſemper uerebatur,ne delationibus periret,ut ſit epi- D
theton perpetuum Latini. *Quid quod & antiquis*] Hoc riſu & geſtu iuuandum eſt. *Mediam uenam*] Hoc eſt haurire ſanguinem ex uena media,quod fieri ſolet in delirio,Phyſici enim tradūt in brachijs tres eſſe uenas deſcendentes ab epate,quarum una baſilica, altera Cephalica appellatur, tertia quæ in medio harum eſt,media dicitur ſiue nigra,ſiue cōmunis,quæ in furore & delirio feriri ſolet. *Delicias hominis.*] Acclamatio in deriſum Vrſidij,qui poſtulet & quærat mulierem antiqua illa bonitate,quum non inueniatur. *Delicias hominis*] Ac ſi dicat delicatum hominē qui putet ſe extra cōmunem fortunā ponendum,ut habeat quæ alij habere non poſſunt,ut alibi de Caluino. Te nunc delitias extra cōmunia cenſes Ponendum. *Tarpeium limen adora*] Senſus eſt,ſupplex fac ad aras Iouis & Iunonis accedas,quaſi gratias acturus,ſi mulierem inueneris pudicam. *Tarpeium.*] Capitolinum. Nam mons Capitolinus ubi ædes erat Iouis,mons autem Tarpeius dictus eſt à uirgine Veſtali Tarpeia,quę ibi à Sabinis necata armis & ſepulta,eius nominis reliquit monumētum,inde etiam appellata eſt rupes & ſaxū Tarpeium unde noxij præcipitabantur. hunc antea montem Saturnium appellatum prodiderunt,& ab eo Saturniam terram. *Auratam*] Nam uictimæ maiores ut Plin. ſcribit,cornibus auratis duntaxat immolabantur , bene autem Iunoni ait iuuencam mactandam. Iuno enim nubentibus præeſſe dicitur. Verg. Iunoni,ante omnes cui uin-

A cla iugalia curæ.& alibi.Pronuba Iuno.Colebatur item Iuno iugis in uico iugario,ut eſt apud Liu.
Scribit Feſtus ita appellatã,ꝙ nubentes cõiungeret. *Capitis.*] Partẽ poſuit pro toto,id eſt corpo
ris pudici. *Paucæ adeo Cer.*] Tanta inquit libidine mulieres flagrant,ut paucæ inueniantur ma/
tronæ pudicæ,quæ dignæ ſint ſacra Cereris adminiſtrare.per matronas enim caſtas Theſmopho
ria.i.ſacra Cereris legiferæ celebrabantur.unde ita ſcribit Dionyſ.in primo.Et ſacrificia faciebant

Si tibi contingerit capitis matrona pudici.
Paucæ adeo Cereris uittas contingere dignæ,
Quarum non timeat pater oſcula: nocte coronam
Poſtibus,& denſos per limina tende corymbos.
Vnus Iberinæ uir ſufficit,ocius illud
Extorquebis,ut hæc oculo contenta ſit uno.
Magna tamen fama eſt cuiuſdam rure paterno
Viuentis: uiuat Gabijs,ut uixit in agro,
Viuat Fidenis,& agello cedo paterno.
Quis tamen affirmat,nil actũ in montibus? aut in
Speluncis? adeo ſenuerunt Iuppiter & Mars.
Porticibus ne tibi monſtratur fœmina uoto
Digna tuo? cuneis an habent ſpectacula totis
Quod ſecurus ames, quodq́ inde excerpere poſsis?
Chironomon Ledam molli ſaltante Batyllo
Tuccia ueſicæ non imperat, Appula gannit

per fœminas,& Nyphalios,hoc eſt
ſobrias, & caſtas fœminas , ut lex
eſt Græcis. Ceres aũt Theſmopho
ra appellatur,quaſi legifera. *θεσμὸς*
enim legẽ ſignificat. C. ſiue mo/
rem,ritũq; ſacrum. S. prima eñ
ut tradũt autores, inter quos Plin.
in vij.& Diodo.in vi.leges inuenit.
De cuius ſacris ita Liu. Sacrũ anni
uerſariũ Cereris intermiſſum eſt,
quia nec lugẽtibus facere id fas eſt,
B nec ulla illa tẽpeſtate matrona lu/
ctus expers fuerat.Diod.quoq; tra
dit Cereris myſteria antiqtate caſti
moniaq; apud oẽs homines uul
gata fuiſſe. *Pater oſcula*] Nam ex
ueteri inſtituto affines occurrẽtes
oſculo excipiebant, unde Plin.lib.
xiiij.ſic ſcribit: Cato,ideo propin/
quos fœminis oſculum dare,ut ſci
rent an temetũ olerent,de hoc mo
re,itẽ Plut.in Problematib. diſpu/
tat. *Timeat oſcula.*] Vt impudica. *Vnus Iberinæ.*] Ita loquitur poeta, quaſi Vrſidius reſpondeat
Iberinam uno uiro contentã. *Extorquebis.*] difficulter obtinebis. *Magna ta.f.eſt*] Iterũ introdu
cit Vrſidiũ oſtendentẽ in agris quandã inueniri,quæ honeſte uiuat. *Viuat Fidenis*] Verba Iuuen.
ad Vrſidiũ,quibus colligit nõ tam facile in urbibus ꝙ̃ in agris pudicitiæ locũ eſſe. Sed tamen & in
locis agreſtibus & montanis multa per libidinẽ flagitia cõmitti. *Gabijs*] Ciuitas Latij,ubi ut ſcri
C bit Dionyſius,Romulus & Remus erudití ſunt. *Fidenis.*] Vrbs Latij. *Et agello cedo pat.*] Et par
ticula indignationẽ ſæpe exprimit,ut illud Verg.& quiſquã numẽ Iunonis adoret,quaſi inuitus aſ
ſentiat in agris caſte degi,ut ſit cõcedo quidẽ ita eſſe ut dicis,ut in agro quędã bene uiuat. Sed quis
tamẽ affirmet in agris nihil impudicũ agi? *Adeo*] tantũ,ita ne. *Senuerũt Iup.& Mars*] Per Iouẽ &
Martẽ omnes mœchos intelligit.Nã Iuppiter & Mars,ut ex poetarũ monumẽtis colligitur, mulie
rum maximi fuere ſtupratores. *Porticib.ne t.*] Percurrit poeta locos,quo frequẽter mulieres cõ
ueniebant,ut erat porticus Liuia,porticus Pompeia,theatrũ.Vnde Ouid.in primo De arte amã/
di.Tu modo Põpeia lẽtus ſpaciare ſub umbra,Quũ ſol Herculei terga leonis adit. Nec tibi uitetur
quæ priſcis ſparſa tabellis,Porticus: autoris Liuia nomen habet.Eſt ergo ſenſus,inuenies ne in his
locis tantopere celebratis à mulieribus aliquã,quæ honeſta ſit,& digna uoto tuo. *Spectacula.*]
Theatra,nã & mulieres ad ſpectãdos ludos in theatra cõfluebant.unde Ouid. in codẽ. Sic ruit ad
celebres cultiſsima fœmina ludos,Spectatũ ueniũt,ueniũt ſpectẽtur ut ipſæ. *Cuneis.*] Sedilibus
theatri.Nã Cunei dicũtur ſedes theatri.Verg.Nũcius Anchiſæ ad tumulũ,cuneosq; theatri, Incẽ/
ſas per fert naues Eumelus.Trãq.in Auguſto,Prætextatis cuneũ ſuum,& proximũ pædagogis aſ/
ſignauit.Cuneus etiã dicitur,quo ſcindũtur ligna,& ordo in exercitu. *Chironomõ*] Ita inquit mu
lieres ſeculi noſtri in libidinẽ ſunt profuſæ,ut uel laſciuæ ſaltationis ſpectatione pruriãt & corrum
D pantur.Vnde Ouid.De remedio amoris, Corrũpunt animos cytharæ,cantusq; lyræq;,Et uox &
numeris brachia mota ſuis. *Chironomon Ledã.*] Leda nomẽ eſt mollis ſaltationis quæ Chirono/
mia repreſentabatur,id eſt manuum geſticulatione.quibuſdam enim uelut præſcriptis motibus
& nutibus taciti ſaltabant, quorum alij appellabantur ſubiti, alij longi, miſerabiles alij. De qui/
bus illic ſenſit Claudianus. Qui lætis riſum ſalibus mouiſſe facetus,Qui nutu manibusq; loquax.

Tuccia ueſicæ nõ imperat.] Id eſt mulier pudica,qualis fuit Tuccia uirgo Veſtalis,quę cribro ſum
pta aqua ex Tyberi uirginitatẽ ſuam probauit. *Non temperat.*] Id eſt nõ compeſcit titillatum li/
bidinis ſpectãdo ludos,ac per hoc docet,mores nõ modo turpia audiẽdo,ſed etiam uidẽdo facile
corrũpi. Vnde Maſsiliẽſes debita laude fraudãdi nõ ſunt , qui in ſcenã nullum aditũ mimis dede/
runt,ꝙ eorũ argumenta maiore ex parte ſtuprorũ continent actus,ne talia ſpectandi cõſuetudo
etiam imitandi licentiam ſumeret.unde & Diuus Cyprianus in Epiſt.ſuis ſic ſcribit Adulteriũ di/
ſcitur dum uidetur,& quæ pudica fortaſſe ad ſpectaculũ matrona proceſſerat,de ſpectaculo reuer
titur impudica. *Batyllo molli ſaltante Ledam Chironomon.*] Id eſt dum ſpectat Batyllum mimum ſal
tantem mollem illam ſaltationem Ledam. Nam Batyllus,ut diximus in cõmentarijs Perſ. Mimus
fuit.de quo & Perſius. Tris tamen ad numeros ſatyri moueare Batylli. Batyllus item puer fuit dile/
ctus ab Anacreonte poeta,ut oſtendit Apul.in Floridis,& Oratius, Nõ aliter Samio dicunt arſiſſe

Batyllo Anacreonta Teium. Batylli itẽ populi ſeptẽtrionales, autore Ptolo. Batyllus itẽ inſtrumen A
tum eſt ferreũ, quo utimur ad uſum ignis. Orat. Prætextã, & latum clauũ, prunæq́ Batyllũ. *Apul la gannit ſicut in amplexu*] Appula nomẽ eſt mulieris, quæ inquit ad pruritũ mouetur, & uocis mur mure libidinẽ exprimit, ac ſi eſſet in amplexu hominis, dum ſpectat talem ſaltationẽ. *Subitum.*] ordo eſt, Thymele attẽdit ſubitũ & miſerabile & longũ. nomina enim ſunt, ut diximus, geſtuũ, qui motu manuũ fiebant in ſaltatiõe.

Sicut in amplexu, ſubitum, & miſerabile, longum
Attendit Thymele, Thymele tum ruſtica diſcit.
Aſt aliæ quotiens aulęa recondita ceſſant,
Et uacuo clauſoq́ ſonant fora ſola theatro,
Atq́ à plebeis longe Megaleſia, triſtes
Perſonam thyrſumq́ tenent, & ſubligar Acci.
Vrbicus exodio riſum mouet Attellanę
Geſtibus Autonoes, hunc diligit Aelia pauper.

Thymele] Mulier, quę ſaltationibus oblectabatur. θυμέλη proprie dicitur pulpitum, ſcena. θυμελικὸς Hiſtrio & Cithariſta. De Thymele autẽ in prima Sat. uberius diximus. *Ruſtica*] rudis & imperita, an uere ruſtica, & pagana, ut oſtendat non modo mulieres urbanas, ſed & ruſticas ſpectaculis laſciuis corrumpi. *Attẽdit*] Diligẽter obſeruat ut diſcat. *Aſt aliæ quotiẽs.*] B

Senſus eſt, Quotiens ludi theatrales ceſſant, & ludi Circenſes ſunt lõge à plebeis hominesq́ nego-
tijs forenſibus ſunt occupati, mulieres per multũ ocium ornamena hiſtrionica cõtrectant. Eſt au
tem ordo. Aliæ triſtes tenent perſonã & thyrſum, & ſubligar Accij, quotiẽs aulęa recõdita ceſſant,
& quotiens fora ſola ſonant clauſo theatro, & quotiẽs Megaleſia ſunt longe à plebeis. *Aulæa r.*]
Id eſt uela & ornamenta ſcenæ, ac per hoc ipſi ludi ſcenici, in quorũ apparatu ſunt ipſa aulea & ue-
la, quum ad ornatũ, tum ad ſolem arcendũ. unde Orat. in Epiſt. Quatuor aut plures aulea premũ
tur in horas. *Ceſſant*] Submota ſunt. *Sola f.*] Iudiciaria, nam tria erant fora Romæ, ut docet
Tranquil. in Aug. qui quũ duo non ſufficerent, tertiũ extruxit. *Clauſo t.*] Finitis ludis, clauſo igi
tur theatro quantũ ad ludorum celebrationẽ, non q́ mulieres nõ ingrederentur, & inſtrumenta il
la ſcenica pertractarent, ocioſæ, tantũq́ rerũ ualde ſtudioſę. *Megaleſia*] Ludi erãt Circẽſes, qui in
honorẽ magnę matris deûm celebrabãtur, dicati à Iunio Bruto, quod docet Liu. his uerbis, Mar-
cus Iunius Brutus ædẽ magnę matris deûm in palatio dedicauit, & ludos ob eandẽ dedicationẽ fa
ctos Megaleſia appellauit. Tales ergo ludi magna cum uoluptate totius populi celebrabantur. De
quibus Iuu. infra, interea Megaleſiacæ ſpectacula mappæ, Ideũ ſolẽne colunt. *Lõge à plebeis*] ſub
audi ſunt, id eſt quotiens ludi Circẽſes, qui in gratiã plebis maxime exhibebantur, ſunt lõge à ple-
beis, id eſt perfecti ſunt, & plebei à ludis diſceſſerunt. *Triſtes.*] Quia priuatæ ſint ea ludorũ uolu C
ptate. *Tenent*] Pertractant. *Perſonam*] Indumentũ faciei. ficta facies, de qua alibi ſuprà. *Thyr
ſum.*] Haſtã inuolutã pampino, quali utebãtur Bacchæ in ſacrificijs Liberi patris. Talia enim om-
nia in theatro cõſeruabantur. *Subligar*] Indumentũ, quo Hiſtriones ad uelandas partes corpo
ris inferiores utebantur. Idem ſubligaculũ dicebatur. Cic. in Off. ſuis. Scenicorum quidẽ mos tan
tam habet uetere diſciplina uerecũdiam, ut in ſcena ſine ſubligaculo prodeat nemo. Nam ut ſcri-
bit Dionyſius, certatores ſcenici in ludis uerſabãtur, reliqua parte corporis nuda, circum puden-
da uelati. *Acci.*] Nomen eſt Hiſtrionis. *Vrbicus.*] Aliud uitium notat in mulieribus. Capiun
tur inquit amore ſcenicorum cantantiũ. Sed quũ ij fibulati uocem ſuã uendant in recitatione fa-
bularũ, coguntur accepto precio ſoluere fibulas ſuas, ut coeant cum eis. Nam cantores ſcenici, ut
grauiorẽ cõſeruarent uocem infibulabãtur. Sed quũ duplex ſit fibulæ genus, Indumentum. ſ. quo
non ſolum utebãtur ad inguina tegẽda, ſed ut etiã à coitu cõprimerentur, unde eſt illud Mart. Me
nopili penem tam grandis fibula ueſtit, Vt ſit comœdis omnibus una ſatis. Hunc ego crediderum
(nam ſæpe lauamur in uno) Sollicitũ uoci parcere Flacce ſuæ. Dum ludit medio populo ſpectãte
palęſtra, Delapſa eſt miſero fibula, uerpus erat. Et tenuiſsimum filum, ſiue æneum, ſiue argenteũ,
quod præputio ab utroq́ latere ſuper glandem perforato addebat, id autẽ fiebat tum uocis cõſer
uandæ, tum ualitudinis gratia, quod docet Corn. Celſus lib. vij. Colum. loquens de bobus ſic ait. D
Achea fibula pars auriculæ latiſsima circũſcribitur, ita ut manente ſanguine tanquã, o literæ du-
ctus appareat. Placet magis intelligamus de hoc genere fibulæ, q́ de indumento. hoc enim modo
uox magis ſeruari poteſt q́ per indumentũ, quod facile, & ſolui, & deponi poteſt. *Vrbicus*] No-
men ſcenici. *Exodio*] Exodia, ut Sat. iij. diximus, ridicula quædam erãt intexta uerſibus, quæ in
ſcena cantabãtur. Ergo exodio Attellanæ, id eſt ridiculo inſerto fabellæ Attellanæ. Nam Attellanę
fabulæ dictæ ſunt à ciuitate Oſcorum Atella. Vbi primũ cœptæ argumentis, dictiſq́ iocularibus ſi
miles ſatyricis fabulis Gręcis. De ijs Diomedes, & Donatus in Terent. *Geſtibus Autonoes.*] Dum
perſonã Autonoes ſuſtinet in agenda eius fabula. Nam Autonoe filia fuit Cadmi Thebarum re-
gis, & mater Actęonis conuerſi in ceruum, & à canibus diſcerpti. De Autonoe ergo ſcripta erat fa
bula. *Hunc diligit.*] Hinc eſt indignatio poetæ, quod delectata geſtu uiri ſcenici, ſtatim in amo-
rem eius inciderit. *Ælia pauper.* Id eſt muliẽr nobilis, & pauper, ut oſtendat non minus pauperes
mulieres quàm diuites libidinis æſtu flagrare. Nam familia Aeliorum fuit pauperrima. Eodem
enim tempore ſexdecim fuere Aelij Tuberones in unis ædibus, quibus unus tantum fuit fun-
dus in agro Veiente, & in circo Maximo, & Flaminio ſpectandi locus, quæ quidem loca ob uir-
tutem publice donata poſsidebant, hæc ex Valerio libro quarto, capite De paupertate.

A *Fibula comœdi.*] Qua utitur comœdus, ut dictum eſt. *Soluitur ab ijs.*] Id eſt ab alijs mulieribus ad coitum. *Chryſogonum.*] nomen cytharœdi. *Cantare uetent.*] Sunt aliæ inquit in cauſa, ne Chryſogonus cantet, factus enim eſt raucus nimia libidinis continuatione. *Tragœdo.*] Viro ſcenico, ut oſtendat mulieres libenter ſequi coitus uirorum inhoneſtorum, unde ſequitur.

Soluitur his magno comœdi fibula, ſunt quæ
Chryſogonum cantare uetent, Hiſpulla tragœdo
Gaudet. an expectes ut Quintilianus ametur?
Accipis uxorem, de qua cytharœdus Echion,
Aut Glaphyrus fiat pater, Ambroſiuſque choraules?
Longa per anguſtos figamus pulpita uicos,
Ornentur poſtes, & grandi ianua lauro,
Vt teſtudineo tibi Lentule Conopeo.
Nobilis Eurialum mirmilonem exprimat infans.
Nupta ſenatori comitata eſt Hippia ludum
Ad Pharon, & Nilum, famoſaque mœnia Lagi,
Prodigia, & mores Vrbis damnante Canopo.
Immemor illa domus, & coniugis, atque ſororis,
Nil patriæ indulſit, plorantesque improba natos,

An expectes ut Quintilianus ametur?] Quaſi dicat mulieres uiros ſapientes & doctos non amant, utpote, qui à tali turpidine abhorreant. Quintilianum autem poſuit pro omni uiro ſapiente & docto.

Accipis uxorem.] Id eſt uxorem ducis, de qua liberos ſuſcipient uiri cytharœdi. nam Echion & Glaphyrus nomina ſunt cytharœdorum. Martialis, Plaudere nec Cano, plaudere nec Glaphyro. Glaphyrus autem feſtinus, & iucundus, aſtutus, ornatus, politus dicitur. B *Fiat pater.*] Suſcipiat liberos. *Choraules.*] Tibicen, qui in choro fiſtula canit, nam χορὸς dicitur tripudiũ, cœtus, chorus. αὐλὸς tibia fiſtula & αὐλέω tibia cano. Ambroſius uero diuinus & immortalis dicitur. *Longa per anguſtos*] Hæc omnia per ironiã legenda ſunt. Simus inquit læti, & in ſignum lætitiæ nuptialis ornemus ædes noſtras lauro: ut tibi infantẽ pariat uxor tua ex gladiatore. *Figamus pul.*] In nuptiarum enim celebratione talia fieri ſolebant per Vrbẽ, ut res ludicras agerent. *Ianua Lauro.*] nam tota domus in nuptijs ornabatur lauro. Apul. in Aſino aureo libro tertio, Domus tota lauris obſita, tędis lucida conſtrepebat Hymenæum. Statius in nuptijs Stellæ. Fronde uirent poſtes, & feruent compita flammis. *Infans nobilis*] .i. qui filius tuus putabitur, & nobilis, quũ tamen ex gladiatore natus erit. *Exprimat.*] referat ſimilitudine, & omnibus oris liniamentis gladiatorẽ. *Eurialum.*] Nomen eſt retiarij alterius ex gladiatoribus. alter enim mirmilo appellabatur, de quibus plura diximus in ij. Saty. illic, Vicit C & hoc monſtrũ. *Tibi Lentule.*] Tibi o Vrſidi Poſthume, qui laniſta uideri poteris, quum domus tua repleta erit filiis gladiatoribus. Nã Lentulus Bardiacus laniſta fuit, autore Plut. nobiliſſimus.

Conopeo.] Lecto tuo. Nam conopeũ uelum propriè appellatur, quo maxime Alexandrini utũtur ad arcẽdos culices. Extendi enim circa lectũ quaqua uerſum conſueuit, quia ibi ex nido culices abundant κώνωψ culex dicitur, de quo ita Orat. Interque ſigna turpe militaria, ſol aſpicit conopeum. *Teſtudineo.*] nam lecti teſtudine citro, & ebore ornabãtur C. niſi teſtudineo, pro conopei forma capiatur. nam conopeum, in teſtudinis formã ſuſpenditur. S. *Nupta ſe.*] Exẽplo Hippiæ, oſtẽdit primarias mulieres intẽperantiæ crimine non carere. Nam Hippia uxor Fabricij Veientonis uiri ſenatorij tẽporibus Domitiani, de quo Pli. meminit in Epiſt. ad Semproniũ Ruffum, relicto marito ſecuta eſt gladiatorẽ abeũtem ex Vrbe in Aegyptũ. De hoc Veientone intellexit ante in Saty. Ecce iterũ Criſpinus. Et cũ mortifero prudẽs Veiento Catullo. Vir enim fuit, ut diximus, ſenatorius, Neruæ familiariſſimus. *Ludũ*] Pro ludium poſuit. Nam Ludij & Ludiones dicũtur hiſtriones & uiri ſcenici, à ludo nominati, ſic etiam ludiæ dictæ ſunt mulieres pari modo ſe in ſcenis exercentes. *Ad Pharon.*] Pharos inſula eſt oppoſita Alexandriæ, eique ponte iuncta, de qua egregie ſcribit Cæſar in Commentariis, ſeu Oppius pro eo. Eiuſdem nominis in ea eſt etiam turris, ex qua faces exeruntur tempore noctis, indicantes ibi portum eſſe nauigantibus. D *Famoſaque mœnia Lagi.*] Id eſt Alexãdriam, quæ in Aegypto eſt, ubi & Pharos, & Nilus ſunt, ut illud oſtendat mulierem ad Aegyptios nauigaſſe. Mœnia autem Lagi, Alexandriam intelligit. Nam Ptol. qui Alexand. ſucceſſit Lagi fuit filius, unde & Lagidarũ imperiũ cœpit, quod poſt multos annos morte Cleopatræ euerſum fuit. *Famoſa.*] Infamia, aut quia, ut teſtatur Strabo, omnes poſt tertium Ptolo. male uixerunt delicijs corrupti, omnium uero peſſime quartus & ſeptimus & ultimus Auletes, aut quia ibi Põpeius perfide occiſus fuit à Ptolomæo, aut quia in propinquo Canopi ſit foſſa nocte dieque cymbarum plena, in quibus mulieres & uiri impudenter canunt & laſciuiunt. Sic enim & Cæſar apud Lucanum in ſeptimo, appellat regna famoſa ignaua & imbellia, quum hortatur milites aduerſus Pompeianos. Ite per ignauas gentes, famoſaque regna. *Canopo damnante prodigia.*] Id eſt Canopo laſciua non probante mores Vrbis, ut ſit ſenſus, licet Canopitani laſciue & turpiter uiuerent, damnabant tamen inquit mores Romanos, & tantam impudicitiam ueluti prodigioſam, quaſi qui tantum flagitium ipſi non committerent: Canopus aũt nomen accepit, autore Strab. à Canopo Menelai gubernatore, qui ibi ſepultus fuit, diſtat aũt ab Alexandria centum & uiginti ſtadijs. de quo etiam in prima Sat. *Nil patriæ indulſit.*] Nihil penſi habuit, quominus patriæ ſuæ dedecori eſſet. nullum habuit patriæ reſpectum, quominus id ageret, debuit enim ratione patriæ tanto ſcelere abſtinere. *Plorantes*] ordo eſt, Improba reliquit natos plorãtes.

Vtq; magis ſtupeas.] Magis mireris. publicā autem Romanorū (quod ſæpe facit) deſidiam taxat, A qui tanto tempore ludis ſcenicis, Circenſibusq; delectarētur: quaſi dicat, illud maxime eſt mirandum, quomodo etiam ſi filios relinqueret, ludos Circēſes relinquere potuerit, ex quibus tantam uniuerſi caperent uoluptatem. *Paridem.*] Hoc eſt ludos ſcenicos, Paris enim Pantomimus fuit temporibus (ut ante diximus) Domitiani, et acceptiſsimus. *Ludos.*] Scilicet ſcenicos & Circenſes, quibus tota ciuitas tenebatur. alibi. Si potes auelli Circenſibus.

Vtq; magis ſtupeas ludos, Paridemq; reliquit:
Sed quanquam in magnis opibus, plumaq; paterna,
Et ſegmentatis dormiſſet paruula cunis,
Contempſit pelagus, famam contempſerat olim,
Cuius apud molles minima eſt iactura cathedras.
Tyrrhenos igitur fluctus, lateq; ſonantem
Pertulit Ionium conſtanti pectore, quamuis
Mutandum toties eſſet mare: iuſta pericli
Si ratio eſt, & honeſta, timent, pauidoq; gelantur
Pectore, nec tremulis poſſunt inſiſtere plantis.
Fortem animū præſtant rebus, quas turpiter audent.
Si iubeat coniunx, durum eſt conſcēdere nauim.
Tunc ſentina grauis, tunc ſummus uertitur aer.
Quę mœchum ſequitur, ſtomacho ualet, illa maritū
Conuomit: hæc inter nautas, & prandet, & errat
Per puppim. & duros gaudet tractare rudentes.
Qua tamen exarſit forma? qua capta iuuenta eſt
Hippia? quid uidit propter quod Ludia dici
Suſtinuit? nam Sergiolus iam radere guttur
Cœperat, & ſecto requiem ſperare lacerto.
Præterea multa in facie deformia, ſicut
Attritus galea, mediiſq; in naribus ingens
Gibbus, & acre malum ſemper ſtillantis ocelli:
Sed gladiator erat, facit hoc illos Hiacynthos,
Hoc pueris, patriæq;, hoc prætulit illa ſorori,

Sed quanquā in magnis.] Licet inquit molliter in domo paterna eſſet educata, cōtempſit hęc tamē labores, & marinma tędia. *Cunis*] Cunæ & incunabula dicūtur lectuli puerorū, unde & Cuninā deam ueteres colebant, q̄ præeſſet cunis & infantulis. *Segmentatis.*] Quæ multis ornatæ fuiſſet ſegmētis. C. .i. uermiculato emblemate pictis, B uel prę ſegminibus, id eſt tenuiſſimis ligneis teſſerulis, ac uarie coloratis, diſtinctis, & ornatis, quales cunæ etiam hodie uti ſolent nobiliores. S. Segmenta etiam ornamenta ſunt muliebria ut docet Valerius libro quinto, cap. De gratis. ergo cunæ talibus ornatæ erant ſegmentis. nomen autē deductū uidetur à ſecando, id eſt diuidēdo & diſtinguēdo. de ſegmētis plura diximus ante in ſecūda Sat. *Cōtempſit pelagus*] neglexit duros labores, & pericula maris. *Famam contempſerat olim*] Non mirum inquit eam mare cōtempſiſſe quæ iam famam flocciſecerat, ut oſtendat eas C mulieres, quæ pudicitiā ſuam imminuere, ad oīa eſſe audaciores q̄ honeſtas, nihilq; expaueſcere, quod bonis eſſet formidabile. *Cuius*] .ſ. famæ. *Minima eſt ia.*] .i. cuius minimam putant eſſe iacturam, & minimum damnum, quum eam amiſerint. *Molles ca.*] Id eſt apud fœminas, quæ molliter & ocioſæ ſedent in cathedris, nihil operis facientes. *Tyrrhenos fl.*] Mare inferū Tyrrhenū dictum, q̄ litus Tyrrhenum radat. Nam mare à locis quæ alluit nomen accipit, ut Siculum quod Siciliam, Rhodium quod Rhodū, Ionium quod Ioniam radit. *Ionium.*] Scilicet fluctum à ſuperiore. *Conſtanti.*] Forti & minime trepido. *Iuſta pericli.*] Si forte inquit nauigandum ſit aliqua iuſta & utili cauſa, mulieres ſtatim timent, nequeuntq; ferre nauigationem. *Durum eſt.*] Durū ipſæ putant & laborioſum. *Tunc*] Quum maritus iubet, & honeſta eſt cauſa nauigationis. *Sentina.*] Nauis fundum, quo tota decurrit aqua, à ſentiendo dicta, q̄ maxime puteat & ſentiatur. Valer. li. ij. cap. De diſciplina militari uidetur accepiſſe pro ipſa aqua quæ in fundo nauis corrupta teterrimi eſt odoris, ut facile nauigātibus nauſeā moueat. ſic enim ſcribit, Hac turpi & erubeſcēda ſentina uacuefactus exercitus noſter. *Vertitur aer*] Aeris quædā uertigo oculis oboritur. *Illa*] ſubaudi quæ maritū ſequitur, nauſeat & uomit. C. Ra- D tionē aūt phyſicā noſce ſi cupis, cur mare nauigātib. nauſea moueatur, uide Cęl. Rhod. li. xxvi. ca. xiij. S. *Hæc*] .i. ſequitur mœchū. *Rudētes*] funes nauiū dicuntur rudentes, q̄ flantibus uētis rudere uidētur. *Quia t. e. f.*] hac interrogatiōe acrius lacerat Hippiā, q̄ non formā, quæ nulla erat in homine, ſed quia arma tractaret, ſecuta ſit gladiatorē. *Ludia.*] nā ut diximus, ut Ludij & Ludiones dicebātur uiri ſcenici, ita & mulieres Ludiæ appellabātur. *Nā Sergiolus*] Ratio quare in homine nihil eſſet, q̄ amaretur, nam omnē inquit formā exuerat, barbā enī totū guttur ueſtientē radebat, ut oſtēdat illū grandioris fuiſſe ætatis, ſed quia gladiator erat, placebat ad modū. nam tales putāt Hiacyntos, hoc eſt formoſos & gratioſos, qualis fuit Hiacyntus puer dilectus ab Apolline, quem cōſtat ludentē diſco à Borea irato q̄ magis Apollinē amaret, interēptum, mutatūq; ab Apolline in florē nominis ſui. Sergiolus autē nomen fuit gladiatoris forma diminutiua per cōtemptū.

Requiē.] miſsionē, quæ gladiatoribus dabatur, quū aliquo fuiſſent debili mēbro. Mart. Nuper quū Myrino peteretur miſsio laſſo. donabantur enī rude. Vnde ſeqtur, Sergius idē Accepta rude cœpiſſet Veiēto uideri. *Sicut at. g.*] .i. cōtuſus multo attritu galeæ & deformatus, ita ut mirū uideri poſsit q̄ ab Hippia ſit dilectus. *Gibbus*] Eminētia & tumor. nā gibbus naſcitur in quacūq; parte corporis. *Sed gl. e.*] Adiuuandū geſtu. *Hoc*] quòd ſint gladiatores. *Hoc pueris patriæq;.*]

A pluris inquit, fecit gladiatorem quàm filios, q̃ patriam, q̃ ſororē, quàm maritũ, quos omnes præ gladiatore cõtempſit, atq; reliquit. *Ferrum eſt quod amant.*] Amant inquit eos, q arma pertractaꝛ ctent, ut uiros ad coitum ualidos. *Cœpiſſet Veiento uideri.*] Si forte inquit Sergius gladiator rudem accepiſſet, id eſt miſsionem impetraſſet, ſtatim ab Hippia derelictus eſſet, ſicut & Veiento maritus, nam illum alterũ Veientonem exiſtimaſſet, ut oſtendat illum tantũ placuiſſe, quia arma tractaret.

Atq; uiro, ferrum eſt, quod amant: hic Sergius idem
Accepta rude cœpiſſet Veiento uideri.
Quid priuata domus, quid fecerit Hippia curas?
Reſpice riuales diuorum. Claudius audi
Quæ tulerit. dormire uirum quum ſenſerat uxor,
Auſa palatino tegetem præferre cubili,
Sumere nocturnos meretrix Auguſta cucullos,
Linquebat, comite ancilla non amplius una,
Et nigrum flauo crinem abſcondente galero,
Intrauit calidum ueteri centone lupanar,

Accepta rude] Rudis uirga erat, qua gladiatores impetrata miſsione donabantur. erat enim ſignum miſsionis artis gladiatoriæ. Vnde Orat. metaphoricos ait, Spectatum ſatis & donatũ iam rude quæris, Mecœnas iterũ antiquo me includere ludo. Cic. in ij. Philippica. Tam bonus gladiator rudē tam cito accepiſti. *Reſpice riua.*] Vult poeta oſtendere non modo B priuatas mulieres, ſed & primarias, principũq; uxores intemperantes, impudicasq; eſſe, hocq; probat exēplo Meſſalinæ uxoris Claudij Cæſaris, de qua ita ſcribit Plin. lib. vij. Cæteris ſacietas in coitu, homini prope nulla. Meſſalina Claudij Cæſaris coniunx regalē exiſtimans palmam, certam elegit nobiliſsimã ex proſtitutis ancillam mercenariæ ſtipis, eamq; die ac nocte ſuperauit quinto & uiceſimo cõcubitu. Et Tacitus. Iam Meſſalina facilitate adulteriorũ in faſtidium uerſa ad incognitas libidines profluebat. *Riuales diuorũ.*] Cæſares intelligit, qui rerũ domini æmuli quodammodo deorũ habebantur. Vnde extat illud. Diuiſum imperiũ cum Ioue Cæſar habet. Riuales autē dicuntur proprie autore Vlpiano, qui per eundē riuum aquam ducunt: metaphoricos aũt illos dicimus riuales, qui pari animorũ affectu ad aliquid habendũ ſtudiũ ſuum conferunt. *Claudius.*] Quintus fuit à Iulio Cæſare imperator. Britãnicum ex Meſſalina ſuſcepit, ab Agrippina boleto medicato ſublatus eſt. *Quæ tulerit.*] Quãta opprobria paſſus ſit ex adulteriis Meſſalinæ uxoris ſuæ impudiciſsimæ. *Dormire uirũ*] Ordo eſt, meretrix Auguſta linquebat. ſ. uirũ quum ſenſerat eum dormire. *Meretrix Auguſta.*] Cæſarea, nam Cęſarũ uxores dicebãtur Auguſtæ. *Linquebat*] ſub audi maritũ domi, & in cubili. *Tegetem*] Lupanar. *Cubili palatino.*] Imperatorio, nam imperatorũ ſedes & domiciliũ erat in palatio. C *Cucullos.*] Cucullus genus eſt ueſtis uilloſæ, de quo abunde diximus in iij. Sat. Illic Veneto duroq; cucullo. idem etiam cucullio dicebatur. *Comite anc.*] Quũ ad fornicē meretriciũ deſcēderet, nam unam tantũ nobiliſsimam ut diximus, ex proſtitutis elegerat, quã quinto & uiceſimo cõcubitu die & nocte ſuperauit. *Crinem nigrũ.*] Nam matronis capillus flauus non cõcedebatur, ſed niger tantũ, contra flaua coma dabatur meretricibus, ideo Verg. uolens oſtendere Didonē impudicã, ait. Nondũ illi flauũ Proſerpina uertice crinem, Abſtulerat. ergo Meſſalina ne agnoſceretur galero uicium texit. *Galero.*] Galerum ſiue galerus genus eſt pilei. Verg. Et tēperat aſtra galero. Idem. Nec Arcadij bene protegit umbra galeri. eo peculiariter utebantur pontifices, unde Apuleius in prima Apologia. Veruntamen hæc Diogeni & Antiſtheni pera & baculus, quod regibus diadema, quod imperatoribus paludamentum, quod pontificibus galerum, quod lituum auguribus. Vnde & Gellius de Flamine Diali. Is ſolum galerũ habet albũ. Galero poſt crepuſculũ arrepto ſolitus eſt Nero popinas inire circũq; uicos uagari, autor Trãq. à galero fit per diminutionē galericulus pro paruo pileo, ſed accipitur etiã pro coma ex alienis capillis cõpacta inſtar galeri, qua nõnulli utũtur ad diſsimulandã capillorũ raritatē, quod fecit Otho, de quo ita Trãq. Vulſo corpore galericulo capiti propter raritatē capillorũ adaptato & annexo, ut nemo dignoſceret. Eundē etiam capillamentũ appellauit Tranquillus in Calig. his D uerbis. Ganeas atq; adulteria capillamēto celatus, & ueſte longa noctibus obiret. Licet capillamētum alias pro capillo accipiatur, ut illud Apulei in ſecũdo de Aſino aureo. Tanta eſt deniq; capillamenti dignitas ut quãuis auro, ueſte, gemmis, omniq; cætero mundo exornata mulier incedat, tamen niſi capillum diſtinxerit, ornata nõ poſsit uideri. Et per ſimilitudinem Plinius reliquiq; autores in fœniculo, anetho, & ferula capillamenta appellant, ipſa folia, quod inſtar capillorum ſint. A galero etiam denominatur auis galerita, Gallico uocabulo etiã legioni nomen dedit alauda, ut ſcribit Plinius libro xi. cap. xxxvij. Varro eam appellat galericum, quod in capite habeat apicem.

C. Varro non galericum, ſed ut alij galeritam uocat libro De lingua Latina primo. ſic enim ſcribit, Sic galerita, & motacilla, altera quod in capite habet plumã elatã, altera quod ſemper mouet caudam. ita enim habēt emendati codices. S. *Lupanar.*] Fornicem meretricium, à lupis dictum. meretrices enim dictæ ſunt lupæ, quod non minus ad quæſtum ſunt auidæ, quàm lupi ad cibum. *Calidum.*] Nimia frequentia celebratum. *Veteri centone.*] Id eſt cum centone ueteri, quo cellam ſterneret. Nam Centones ex pannis laneis diuerſorum colorũ, aut lanis in unum condenſatis, atq; cõfuſis conficiebãtur. in uſum etiam caſtrorũ erant, ſicut & Ciliciæ. & Centonarij dicebãtur qui Centones cõficerent, unde & in ſaxis legimus collegiũ Centonariorũ. Stra. li. vij. de cētonibus ſic facit mentionē, Nomades etenim tectorijs utũtur, cētonũ inſtar pilo cõtextis in plauſtris

ſtris uitam degentes. Cæſar in Commentarijs, ubi de expugnatione Maſsiliæ loquitur ſic ait. Cen A
tonesq́ iniecerunt, ne aut tela tormentis miſſa tabulationem perfringerent, aut ſaxa ex catapultis
latericium diſcuterēt. De Centonibus ſic meminit Cato in Re ruſtica. Quotienſcūq́ tunicam, aut
ſagum dabis, prius ueterē accipito unde Centones fiunt. Centones etiam dicuntur carmina, quæ
ex diuerſis locis ſenſibusq́ continuantur, quales ſunt Centones Probæ Falconiæ quos ex uarijs
uerſibus Verg. cōpoſuit. Et Auſo-
nius Epigrammaton non incele-
bris ſcriptor de uerſibus Vergilij
Centonē nuptialem cōpoſuit, diſ-
finiuitq́ quid ſit huiuſmodi Cen-
to ad Paulum. Et ſi pateris ut do-
ceam docēdus ipſe Cento quid ſit
abſoluā. Varijs de locis ſenſibusq́
diuerſis quędam carminis ſtructu
ra ſolidatur in unū uerſum, ut co-
eant, aut cæſi duo, aut unus, & ſe-
quens cum medio. Nam duos iun B
ctim locare ineptū eſt. *Atq; ſuā.*]
Quā ſibi elegit, ubi proſtaret. *Pa-
pillis.*] Mammis, nam dicimus pa
pillas, mammas, mammillas, ube
ra pro eodem. *Auratis*] Pulchris
uel auro exornatis. *Mentita titulū.*] Nam cellis meretricijs adhibentur inſcriptiones, & nomina
ſua. Mart. Intraſti quotiens inſcriptæ limina cellæ. Sen. in Secūda controuerſia. Deducta & in lupa
nar, accepiſti locū, precium eſt cōſtitutum. Titulus inſcriptus eſt. *Lyciſcæ.*] Nomen eſt propriū
meretricis. Mart. Facere in Lyciſcam Paule me iubes uerſus. *Britannice.*] Nam ut diximus Bri-
tannicus ex Meſſalina, & Claudio natus eſt, quem primo Germanicū, mox Britannicū cognomi-
nauit, cū uiceſimo imperij die inq́ ſecundo cōſulatu natum, ſibi paruulū etiam tū & militibus ſuis
geſtans, & plebi per ſpectacula gremio, aut ante ſe retinēs aſsidue cōmendabat, hunc poſtea Nero
ab Agrippina matre edoctus ueneno per locuſtam tēperato ſuſtulit in cœna, hæc Trāq. *Vētrem
tuū.*] Vbi cōceptus fuiſti, & editus. *Aera*] Supē. Seru. Rex primus fuit qui æs ſignauit, quū antea
rudi Romæ uterētur. Signatū eſt autem nota pecudis. unde dicta pecunia. Hæc ex Plin. *Triſtis a-
bit.*] Nō expleta libidine ſua. *Quod potuit.*] Quod ſibi per lenonē licuit, nam ut eſſet omniū ulti- C
ma ad egrediendū nō eſt à lenone denegatū. *Adhuc ardens.*] adhuc libidine ęſtuās. *Tentigine.*]
Tēdore & pruritu libidinis, ab extēdēdo, quia uirilia extendūtur. Vnde in carmine obſcœno. Tur
pe quidem dictu, ſed ne tētigine rūpar. *Vuluæ.*] Hoc loco abuſiue poſuit uuluā pro parte genita
li. De uulua autē diximus abūde in ij. Sat. *Rigidæ.*] Extentæ & erectę. Verg. in Buc. Tum rigidas
motare cacumina quercus. *Nondū ſaciata*] nam libido nunquā ſaciatur, & extincta reaccēditur,
uſu creſcit, & ut diximus ex autoritate Plinij. Cęteris ſacietas in coitu, homini nulla. *Genis.*] Ma
lis, hoc loco. Nam genæ proprie dicūtur palpebræ ſuperiores & inferiores, quæ oculos tegūt & tu
tātur. Extremū ambitū genæ ſuperioris antiqui ciliū uocauere, unde & ſupercilia. Infra oculos ma
læ homini tantū ſunt, quas priſci genas uocabāt. Hæc ex Plin. & Cic. de Nat. de. *Obſcuris.*] Et fu-
mo lucernæ, & crebris oſculis. *Ad puluinar*] Ad lectū mariti. Puluinaria proprie ſunt lectuli, qui
ut ſcribit Seruius, in tēplis ſterni cōlueuerunt in honorē deorū, unde lectiſternia nūcupantur. in
illis ſimulachra deorū recumbentia collocabātur, dicta aūt puluinaria, quaſi pluminaria. plumis
enim, aut tomento replebātur, abuſiue ergo hoc in loco puluinar poſuit pro lecto. *Odorem lupa-
naris.*] Non exponas proſtibuli, ſed fornicis meretricij. Nam proſtibulum non pro loco accipi-
mus, ſed pro ipſo ſcorto. *Hippomanes carmēq; loquar.*] Narrabo inquit nunc ueneficia, quæ ab ip
ſis mulieribus pertractantur, quæ etiam ipſis adulterijs ſunt grauiora. *Hippomanes.*] Caruncula D
eſt autore Plinio quæ magnitudine caricæ naſcitur in fronte pulli equini, colore nigro, quod ſta-
tim edito partu fœta deuorat, alioquin partū ad ubera non admittit, ſiquis præreptū habeat. hoc
autem eſt amoris ueneficium. Hippomanes item oſtēdit Verg. in iij Georg. eſſe uirus q ab ingui-
ne equę defluit, quum amoris agitatur furore. Hinc demum Hippomanes uero quod nomine di
cunt. C. Paſtores, lentum diſtillat ab inguine uirus. Hippomanes, quod ſæpe malæ legere no
uercæ Miſcuerūtq́ herbas, & non innoxia uerba. Vergilio accedit Tibullus, & Col. Vide Ariſtor.
De nat. animal. lib. ſexto, cap. uigeſimoſecundo. S. Ex hoc autem parabantur multa ueneficia,
dictumq́ uidetur ab hippos, quod eſt equus, & mania furia & inſania quædam, nam tunc le-
gitur, quum equæ furore agitantur, & amores appetunt. *Carmen.*] Incantamenta, & uerba
malefica, quæ ueneficijs addi ſolent, ut de Vergilio, Hippomanes quod ſępe malæ legere nouercæ
Miſcueruntq́ herbas & non innoxia uerba. *Coctumq; uenenum.*] Coquitur enim quum para-
tur ad necem hominis. Vnde Nero coegit (ut ſcribit Tranquillus) locuſtam coram ſe in cubicu-
lo uenenum, quo ſuſtulit Britannicum coquere, quod iterum ac ſæpius recoctum porcello ob-
iecit. *Priuigno.*] Dictus eſt priuignus, quòd antequam nouerca nubat, & in nouam famili-
am eat progenitus ſit, pri, enim antiqui autore Feſto, ponebant pro prę. *Faciunt grauiora.*]
quàm

Et cellam uacuam, atque ſuam: tunc nuda papillis
Conſtitit auratis, titulum mentita Lyciſcæ,
Oſtenditq́ tuum generoſe Britannice uentrem.
Excepit blanda intrantes, atque æra popoſcit,
Mox lenone ſuas iam dimittente puellas
Triſtis abit, ſed quod potuit, tantum ultima cella
Clauſit, adhuc ardens rigidæ tentigine uuluæ,
Et laſſata uiris nondum ſaciata receſſit:
Obſcuriſque genis turpis, fumoq́ lucernæ
Fœda lupanaris tulit ad puluinar odorem.
Hippomanes, carmenq́ loquar, coctūq́ uenenum,
Priuignoq́ datum: faciunt grauiora coactæ

Imperio ſexus, minimumq; libidine peccant.
Optima ſed quare Ceſennia teſte marito?
Bis quingenta dedit, tanti uocat ille pudicam,
Nec Veneris pharetris macer eſt, aut lãpade feruet;
Inde faces ardent, ueniunt à dote ſagittæ.
Libertas emitur: coram licet innuat, atq;
Reſcribat, uidua eſt locuples, quæ nupſit auaro.
Cur deſiderio Bibulæ Sertorius ardet?
Si uerum excutias, facies, non uxor amatur.
Tres rugæ ſubeant, & ſe cutis arida laxet,
Fiant obſcuri dentes, oculiq; minores,
Collige ſarcinulas dicet libertus, & exi,
Iam grauis es nobis, & ſæpe emungeris, exi
Ocyus, & propera, ſicco uenit altera naſo.
Interea calet, & regnat, poſcitq; maritum
Paſtores, & ouem Canuſinam, ulmosq; Falernas.
Quantulum in hoc, pueros omnes, ergaſtula tota,

A quàm ſint adulteria. *Imperio ſexus.*] Hoc eſt infirmitate ſexus fœminei, quo ad omne flagitium facile impelluntur. *Minimumq; libidine peccant*] Si reliqua inquit ſcelera uolueris conſiderare, minimum eſt, quod peccant libidine, & re uenerea. *Optima ſed quare Ceſennia.*] Affirmas inquit Vrſidius o Iuuen. omnes mulieres eſſe impudicas. At ego audio Ceſenniam ut bonam, & honeſtam laudari à marito. Sed eam inquit laudat, non quia ſit bona, ſed quòd grandẽ attulerit dotem, idq; oſtendit poeta notans auaritiam ſui temporis mulieres cenſeri non ex moribus, ſed ex dote & diuitijs. *Bis quingenta.*] Mille uel ſeſtertia uel talenta. *Tanti uocat ille pudicam.*] Ob illam inquit dotem, uxorem ſuam probat, & honeſtam pudicamq; uocat. *Nec pharetris Veneris macer eſt.*] Si uxorem inquit ſuam diligit, amor ille nõ prouenit ex aliquo libidinis ardore, B ſed à dote quam tulit. *Pharetris Veneris.*] Id eſt ſagitis Cupidinis, qui filius eſt Veneris, & pharetratus pingitur, eidem etiam dantur faces, quibus amãtes incẽduntur. *Inde.*] Ab mille ſeſtertijs. *Libertas emitur*] Iuxta illud Plautinũ in Aſinaria, Argentum accepi, dote imperium uendidi, dotem accepi, libertatem uendidi. Nam maritus, qui grandem accepit dotẽ, eſt ueluti uxoris ſeruus. *Coram.*] Poteſt inquit uxor diues præſente marito amatoribus ſuis, & innuere & ſcribere. neq; eñ is quicquam audet mutire. *Vidua eſt locuples.*] Mulier inquit, quæ grandem tulit dotem, ex arbitrio omnia in domo mariti agit, ac ſi maritum non haberet. Vidua dicta eſt, quòd à uiro ſit diuiſa & ſeparata. Nam iduare Hetruſca lingua, autore Macrob. eſt diuidere, unde Vidua quaſi ualde idua, id C eſt ualde diuiſa, aut uidua quaſi uiro idua, id eſt diuiſa. *Cur deſiderio.*] Oſtendit etiam mulieres diligi non propter pudicitiam, ſed propter formam. *Si uerum excutias.*] Si uerum perſcruteris. *Facies.*] Forma ipſa & pulchritudo. *Tres rugæ ſubeant.*] Id eſt ſi in ſenectutem declinet, & iam rugoſa fiat. *Cutis arida.*] Quæ exhauſto ſucco laxior fit & flaccida. C. *Dentes obſcuri.*] .i. putridi. nam putreſcentes nigreſcunt. *Oculiq; minores.*] Quod fieri ſolet in ſenectute, humore deficiente. S. *Et ſæpe emungeris.*] Quòd ſolet eſſe moleſtum. *Interea.*] Dum apud maritum eſt.

Calet.] Non friget inquit in domo, ſed prompta & calens ad omnia tractanda unde ſequitur regnat, id eſt ex arbitrio omnia adminiſtrat & imperat. *Ouem Can.*] Appulam. Nam lanam Appulam præcipuæ fuiſſe nobilitatis indicat Plinius his uerbis, Lana autẽ laudatiſsima Appula, & quæ in Italia Græci pecoris appellatur, alibi Italica. Canuſium autem oppidum eſt Dauniorum in Apulia. De lana autẽ Canuſina ita Plinius. Hiſpania nigri uelleris præcipuas habet, Pollentia iuxta alpes, Canuſium rutili, quas erythras uocãt. ἐρυθρὸς enim rubrum ſignificat, hinc eſt Canuſinatus Canuſinam indutus ueſtem. Martialis, Canuſinatus noſtro Syrus aſſere ſudet. Et Tranquillus in Nerone. Canuſinatos muliones appellat. *Vlmos Falernas.*] Id eſt uineta Campana. Nam ager Falernus in Campania eſt dictus ut ſcribit Sylius Italicus, à Falerno Agricola, qui primus eas uites coluiſſe dicitur. Secundam nobilitatem Falerno uino dedit Auguſtus, quum Setinum uinum D cunctis prætuliſſet. Martialis, Scelus eſt iugulare Falernum, Et dare Campano toxica ſæua mero. Nigri coloris fuiſſe indicat Martialis, Candida nigreſcant uetulo cryſtalla Falerno. auſterum fuiſſe docet Perſius, Indomitum quod deſpumare Falernum, Sufficiat. *Quantulum in hoc*] Poſcit inquit minimum in hoc, id eſt in prædictis, at ſi dicat hoc minimum eſt præ alijs, quæ petet. *Omnes pueros.*] Magnum ſeruorum gregem, ſcilicet poſcit quòd plus eſt quàm prædicta. *Ergaſtula tota.*] Scilicet poſcit, id eſt ſeruos omnes ad opus faciendum deſtinatos in compedibus, uincti enim tenebantur, unde alibi. Squalidus in magna faſtidit compede foſſor. De quibus ſic Lucius Florus. Seruitia (proh nefas) & ergaſtula armantur. Plinius, Colitura ergaſtulis peſsimum eſt, ut quicquid agitur à deſperantibus. Ergaſtulum etiam capitur pro loco, in quo ſerui tenentur in uinculis, unde illud apud Plinium, Mox Marius Cinnana dominatione reuocatus ruptis ergaſtulis exercitum fecit. Columella in primo de Re ruſtica ſic, optime ſolutis ſeruis cellæ meridiem æquinoctialem ſpectantes fient, uinctis quàm ſaluberrimum ſubterraneum ergaſtulum, plurimis ſitq; id anguſtis illuſtratũ feneſtris, atq; à terra ſic editis, ut ne manu cõtingi poſsint. Ab ergaſtulo fit, ergaſtularius, qui ergaſtulis præeſt, de quo ita Columella in primo, ut ergaſtularijs magis obnoxij. Ergaſtulũ autẽ dictum eſt uel ἀπὸ τοῦ ἔργου, id eſt ab opere & στέλλω mitto, quòd ad opus faciendum mitterẽtur, uel ab ἐργάζομαι, quod ſignificat operor. Vnde & ergaſtorium, quod ſignificat offici-

officinam, Et ergaſtes operarium, uel ab εἴργω quod eſt, prohibeo, claudo, impedio, detineo. A
Et habet uicinus.] Importunitatem, inuidiamq́; mulieris attende, quæ doleat, ſe non habere quod habet uicinus. *Mẽſe quidem brumæ.*] Nauigabit inquit maritus imperãte uxore etiam tempore hyemali, quo tẽpore ingentia nauigãtibus pericula imminẽt, & frigora obſtant. *Brumæ*] Pars eſt hyemis, in qua dies ſunt breuiores. *Mercator Iaſon*] Iaſonem poſuit pro omni mercatore, alludens ad Iaſonẽ Theſſalum, qui nauigauit Colchos ad uellus aureum rapiendum. *Clauſus.*] ſubaudi eſt. i. domi ſe cõtinet clauſum propter frigora, & uentos ſæuiẽtes. *Caſa candida*] Niuibus cãdicans, quod indicat hyemem ſæuire. *Armatis*] ad nauigandum paratis, & inſtructis. *Cryſtallina*] ſcilicet uaſa, quæ in magno erant precio. Cryſtallum fit, autore Plin. gelu uehementiore cõcreto, nec aliubi certe quã ubi maxime hibernæ niues rigent, glacieq́; eſſe certũ eſt, unde nomen Græci dedere nã & κρύος gelu ſignificat στέλλω contraho, unde cryſtallũ gelu contractum. B

Quodq́; domi non eſt, & habet uicinus, ematur.
Menſe quidem brumæ, cum iam mercator Iaſon
Clauſus, & armatis obſtat caſa candida nautis,
Grandia tolluntur cryſtallina, maxima rurſus
Myrrhina, deinde adamas notiſsimus, & Berenices
In digito factus precioſior. hunc dedit olim
Barbarus inceſtæ, dedit hunc Agrippa ſorori,
Obſeruant ubi feſta mero pede ſabbata reges,
Et uetus indulget ſenibus clementia porcis.
Nulla ne de tantis gregibus tibi digna uidetur?

Maxima myrrhina.] Id eſt uaſa ex myrrha. Lucanus, Non erigit ægros Nobilis ignoto diffuſus conſule Bacchus. Non auro myrrhaq́; bibunt. Mart. Sic calidum potas ardenti myrrha Falerno: Conuenit & melior fit ſapor inde mero. Oriens ut tradit Plin. myrrhina mittit, humorẽ ſub terra putant calore condenſari. *Adamas notiſsimus*] Adamas maximum in rebus humanis habet precium inter gemmas, diu nõ niſi regibus, & iis admodum paucis cognitus, & quo carior teneatur, adamãti magi putant nomen impoſitũ ab eo, quod impetus hominum & iracundias domet. Hæc Plin. qui multa de adamante ſcribit lib. xxxvij. *In digito Berenices.*] .i. qui factus eſt notus geſtatione Berenices ſororis Agrippæ. Agrippa rex Iudæorum, qui regnum poſt mortẽ Tyberij adeptus eſt, moriens filium reliquit Agrippam nomine ſeptemdecim annorum, & filias tres, Druſillam, Mariam, & Berenicem, quæ Herodis patruo iuncta fuit matrimonio. Hæc poſt mortẽ Herodis multo tempore uidua fama diſcurrente quod cum fratre coiret, ſuaſit Polemoni regi Lyciæ, ut circumciſus eam haberet uxorem. Sic enim iudicabat falſas oblocutiones poſſe monſtrari. Hæc ex ult. libro Ioſephi Antiquitatis Iudaicæ. Ait ergo poeta hunc Agrippam barbarum dediſſe adamanta ſorori ſuæ inceſtæ, ut unã tantum intelligas non duas Berenices, ut ſit ordo. Agrippa barbarus dedit hunc ſorori inceſtæ. nec illud moueat, quod bis repetatur dedit. nam hoc ſæpe fit apud poetas. *Dedit hunc.*] Id eſt hoc genus lapilli, id eſt adamanta. *Obſeruant ubi.*] Id eſt in terra Iudæorum. eſt enim periphraſis terræ Iudaicæ, ut ſit dedit hunc adamanta ſorori ſuæ illic, ubi reges obſeruant feſta ſabbata pede nudo, id eſt in Iudæa. *ſabbata.*] C. Deus per dies ſex conditis mundi operibus ſeptima die requieuit, ab operibusq́; ceſſauit. Idcirco iuſsit, ut eo die Iudæi uacationem haberent, & nihil præter diuinum cultum procurarent. unde & ſabbatũ eorum lingua appellatum, quod requiem, uacationemq́; ſignificat. Sic Moſes Gen. ij. & Ioſephus Antiq. Iudaicæ libro primo, capite primo. Ex quo error eorum reprehenditur, qui ita ſcribunt. S. Nam Moſes Damaſcena patria antiqua repetita, montem Sinai occupauit, quo ſeptem dierum ieiunio per deſerta Arabiæ cum populo ſuo fatigatus, quum tandem ueniſſet ſeptimum diem more gentis ſabbatum, id eſt diem quietis appellatum in omne æuum ieiunio ſeruauit, quoniam illa dies famem eis, erroremq́; finierat. De Moſe autem meminit Strabo, Cornelius Tacitus, Trogus. ergo obſeruant feſta ſabbata, id eſt celebrant & ieiunio & omnium operum intermiſsione. quieſcunt enim & ieiunant. De ieiunio Tranquillus in Auguſto. Et rurſus ne Iudæus quidem mi Tyberi tam diligenter ſabbatis ieiunium ſeruat, quàm hodie ego ſeruaui. unde dicti ſunt Sabbatarij. *Mero pede.*] D
Id eſt nudo Nam Iudæi pedibus nudis ſacra ſua peragunt, quæ à Tertulliano & Hieronymo nudipedalia dicuntur, unde Ioſephus in ſecundo libro Belli Iudaici ſic ſcribit, Berenice regina, ut deo uota ſolueret pro ſalute, Hieroſolymam uenit, & pro more patrio hoſtiis cæſis, capilliſq́; deraſis, nudipes ante tribunal ſtetit. Egeſippus uero in ſecundo Belli Iudaici libro tradit Berenicem ſororem Agrippæ regis ad templum religionis cauſa ueniſſe, atque Feſtum præſidem Syriæ obſecraſſe, acerbiſsima cæde in populum deſæuiret. aſtabat enim nudis pedibus religioni inſeruiens. *Senibus porcis.*] Seneſcunt ex lege Moſis porci apud Iudæos, ut ſcribit Tacitus, quia Iudæi carne porcina abſtinent. Vnde Auguſtus Cæſar, quum audiuiſſet inter pueros, quos in Syria Herodes rex Iudæorum intra bimatum iuſsit interfici, filium quoq́; eius occiſum, mira urbanitate fertur dixiſſe. Melius eſt Herodis porcum eſſe quàm filium. *Vetus clementia.*] Vetus Iudæorum benignitas, qui ex ueteri Moſis inſtituto carnem ſuillam nõ comedunt. Clementiam aũt appellat quod quũ poſsint dentibus ſuis in porcos ſæuire, nõ ſæuiant. *Nulla ne de tãtis*] Alia interrogatio ad Iuuenalem quam omnino reſpondens Iuuen. concludit, nullam extare mulierem, quæ ab omni parte ſit perfecta. Nã licet inquit omnia adſint mulieri, quæ maxime in muliere perfecta eſſe debent, uno uitio laborabit, quòd omnibus his bonis præponderabit. erit enim ſuperba.

A *Fœcunda.*] Quæ pariat,contra dicitur ſterilis quæ non parit. *Porticibus.*] Sit nobilis & genero/
ſa.Nam in atrijs ſtemmata locabantur.i.imagines ceree maiorum ordine digeſtæ in ſingulis ar/
marijs,de quibus multa illic,Stemmata quid faciunt. *Intactior.*] Continentior quàm fuerint Sa
binæ mulieres,quæ antequā à Romanis imperante Romulo raptæ ſint in iura maritorum,pudi/
ciſsimæ ſunt habitæ.Atq; etiam ea probitate ut quum ex Romanis liberos ſuſcepiſſent,oborto bel
lo ex iniuria raptarum inter Ro/
mulū et Tatium ducem Sabinorū,
ipſæ inter patres & maritos mediæ
intercedentes utriſq; pacis confi/
ciendæ cauſam attulerint.Ii enim
poſtea regnum conſociarunt,u/
namq; ciuitatē ex duabus fecerūt.
De his Liu.primo lib.ab Vrbe con
dita.Ouid.in iij Faſt.Quum raptę
uenīūt inter patresq; uiroſq;,Inq;
ſinu natos pignora chara tenēt:Vt
B medium campi ſciſsis tenuere ca/
pillis,In terrā poſito procubuere
genu. *Dirimente*] Diuidēte,nam
interuētu carū omnia ſedata ſunt.

Sit formoſa,decens,diues,fœcunda,uetuſtos
Porticibus diſponat auos,intactior omni
Crinibus effuſis bellum dirimente Sabina,
RARA auis in terris,nigroq; ſimillima cygno,
Quis ferat uxorem,cui conſtant omnia?malo
Malo Venuſinam quàm te Cornelia mater
Gracchorum,ſi cum magnis uirtutibus affers
Grāde ſupercilium,& numeras cum dote triūphos.
Tolle tuum precor Hānibalem,uictūq; Syphacem
In caſtris,& cum tota Carthagine migrá.
Parce precor Pæan,& tu depone ſagittas,

Rara auis in terris.] Hoc carmen per parentheſim dictum,eſtq; ueluti prouerbium. Vnde & Per
ſius.Quādo hæc rara auis eſt,ſiquid tamē apuus exit,Laudari metuā.quaſi dicat raram inuenias,
quæ his ornata ſit bonis. *Cygno nigro.*] Quia cygni aues candidiſsimæ ſunt. *Quis ferat uxorē cui*
conſtant omnia] Quaſi dicat eam ex tantis bonis inſolentē,ſuperbāq; fieri. *Quis ferat*] Quis poſ/
ſit ferre & ſuſtinere mores eius,quæ poſtea ita ſuperbiat? *Cui conſtant*] Cui ſuppetunt,& adſunt.
Verg.Poſtquam cuncta uidet cœlo conſtare ſereno. *Omnia.*] qualia prædiximus. *Malo Ve.*]
Oſtendit poeta mores mediocris mulieris plerunq; eſſe faciliores,q̄ potentis & nobilis matronę.
Malo enim inquit uxorem mulierē Appulam,q̄ Romanā generoſam,qualis fuit Cornelia Aphri
cani ſuperioris filia,quæ ex Tyberio Graccho duos ſuſcepit Gracchos, Caium & Tyberium, qui
eloquentia & popularitate freti leges agrarias reip.pernicioſas promulgarunt.Hanc autem poeta
in exemplum ſuperbiæ matronarum nominat,quòd frequenter,ut ſcribit Plutarchus, gauderet,
facta Scipionis primi cōmemorare,& iactare. *Malo.*] Scilicet uxorem. *Si affers ſupercilium.*]
C hoc eſt,ſi te ſuperbam præſtas in tantis uirtutibus & bonis tuis.Nam in ſupercilio hominis graui
tas conſiſtit,& ſedem habet.unde poeta ille carmen obſcœnum ſcripturus arcet à ſe lectorem gra/
uem & ſeuerum.Carminis incōpti iuſus lecture procaces, Cōueniens Latio pone ſupercilium.Su
percilia autem appellamus,quæ ſupra oculos pilis ueſtita ſunt,quæ natura homini dediſſe uide/
tur,ut ſudorē à capite & fronte defluentem repellant,in qua opinione eſt Cic.in lib.De natura deo
rum. *Cum magnis uirtutibus*] Nam inſignis fuiſſe probitatis declarat Valer. q̄ matronæ Campa/
næ,quæ ad eam diuerterat ornamenta ſua pulcherrima oſtētanti dixerit,quum filios ſuos à ſcho/
la redeuntes uidiſſet,& hęc ſunt inquit ornamenta mea.Eam etiā magnæ fuiſſe eruditionis Quin/
til.oſtendit his uerbis.Nam Gracchorum eloquētiæ multum cōtuliſſe accepimus Corneliam ma
trem, cuius doctiſsimus ſermo in poſteros quoq; eſt epiſtolis traditus. *Triūphos*] Et paternos
& maiorum tuorū.Scipio enim pater eius deuicta Carthagine,quā tributariam fecit, ampliſsimū
nobiliſsimumq; egit triumphum. Q.Terentius Culeo ſenator pileatus ſecutus eſt. *Tolle tuū pre*
cor Hānibalem.] Aufer inquit iſtas de maioribus tuis iactationes de uictoria Hannibalis & Sypha/
cis,Nam Hannibal,quem Carthaginenſes multis Scipionis uictorijs in deſperationem acti, in au
xiliū publicæ ſaluus ex Italia reuocauerant,Iſq; ex Italia ſextodecimo anno diſcedens,quū pacem
per colloquiū cum Scipione cōponere tentaſſet,nec de cōditionibus pacis cōueniſſet, à Scipione
D acie uictus eſt,à quo & Syphax Numidiæ rex,qui ſe Aphris coniunxerat captus eſt, & cum nobi/
liſsimis Numidis,& infinitis ſpolijs Romam miſſus fuit. *Cum tota Carthagine.*] Diſcede inquit
cum iſta tua iactatione Carthaginis uictæ à patre tuo.Cuius hiſtoriæ ſeries ita ſe habet. Carthagi/
nenſes primum magnam partem maris tenuerunt.Inde Siciliam,Sardiniā,Corſicam, aliaſq; in/
ſulas imperio occuparunt.ſeptingentis deinde annis Romani,ex quo urbē Romam condiderunt
Siciliam Carthaginenſibus abſtulerūt,inde Sardiniam, ſecundo aūt Punico bello Hyberiam om
nem pœni,Italiā omnē duce Hannibale depopulati ſunt. Romani cōtra Scipione ſuperiore duce
Carthaginē ceperūt fecerūtq; tributariā.poſt facta ſunt fœdera, quę ad quinquaginta uſq; annos
perdurauerūt,Poſt tertiū inchoatū bellum Scipione inferiore duce Carthago ſubuerſa eſt. *Par*
ce precor Pæan.] Niobe Tantali filia uxor Amphionis Thebani xiiij filijs fœcunda mulieres cœpit
Thebanas increpare ſacrificātes Latonæ:ſibi non Latonæ facienda eſſe ſacrificia,ſeq; ei ſobolis nu
mero & claritate eſſe anteponendam.Apollo & Diana materna contumelia indignati, filios Nio/
bes ante portam Vrbis ludentes ad unum ſagittis confixerunt, mater autem in Sypilum ſaxum
conuerſa eſt,autor Ouid.in Metamorph.De ea ſic & Cicero in tertio Tuſc.Niobe fingitur lapidea
propter æternum credo in luctu ſilentium.Amphion autem pater motus pietate quum filios cer
neret ſagittis configi,clara uoce clamauit,parce precor Pæan filijs, qui nihil in te commeriti ſunt.
ipſam

ipſam autem matrem quæ uos iniuria affecit occidite. De numero filiorum Niobes, mira propemodum atque ideo ridicula autore Gellio tradita ſunt à Græcis. Nam hominis pueros puellasque eius bis ſenos fuiſſe tradidit Euripides, bis ſeptenos Sapho, bis nouenos Bacchilides, & Pindarus bis denos: quidam alij tres ſolos fuiſſe tradiderũt, quorum omniũ diuerſas ſententias ne uni magis quàm alij ſeſe addiceret, appellatione gregis complexus eſt Iuuen. hancque Niobes fabulã commemorat, ut mulierum ſuperbiam notet, quæ multorum ſæpe malorum cauſa fuit. A

Nil pueri faciunt, ipſam configite matrem
Amphion clamat, ſed Pæan contrahit arcum.
Extulit ergo gregem natorum, ipſumque parentem,
Dum ſibi nobilior Latonæ gente uidetur,
Atque eadem ſcropha Niobe fœcundior alba.
Quæ tanti grauitas? quàm forma, ut ſe tibi ſemper
Imputet? (huius enim rari, ſummique uoluptas
Nulla boni,) quoties animo corrupta ſuperbo
Plus aloes quàm mellis habet, quis deditus autem
Vſque adeo eſt, ut non illam quam laudibus effert,
Horreat: inque dies ſeptenis oderit horis?
Quædam parua quidem, ſed non toleranda maritis.
Nam quid rancidius, quàm quod ſe non putat ulla
Formoſam, niſi quæ de Thuſca Græcula facta eſt?

Ordo autem eſt. Amphion clamat o Pæan parce precor. *Pæan.*] Bene aũt Pæana appellauit. Nam quum ſolis maximi effectus ſint, alter quo calore temperato mortalium uitam iuuat, alter quo iactu radiorum non nunquam peſtiferum immittit uirus, duo eadẽque cognomina circa ſingulos effectus proprijs enunciationibus ſignant, appellantes deum ἰήιον atque παιᾶνα, quæ cognomina utrique effectui ſunt apta: ut ſit ἰήιος ἀπὸ τοῦ ἰᾶσθαι, id eſt à ſanando, & Pæan ἀπὸ τοῦ παίειν, i. à feriendo: ſagittis enim ferire dicitur deus tanquã ſagittarius, quod ideo fictũ eſt quia ut ſcribit Macrobius, iactu radiorum nonnunquam peſtiferum immittit uirus. Ideo autem ſimulachra Apollinis arcu & ſagittis decorantur, ut per ſagittas intelligatur uis emiſſa radiorum. B

Nil pueri faciunt.] Græca conſuetudine pueros pro filijs poſuit. Oratius, Dicam & Alcidem, pueroſque Ledæ. *Contrahit.*] Tendit. Arcus enim cornua contrahuntur, quum ſagitta extenſo neruo mittitur. *Extulit.*] Occidit. Nam efferri proprie dicuntur mortui, quum ad buſta feruntur.

Ipſumque parentem.] Amphionem. Hunc tradunt fabulæ Iouis, ex Antiopa filium fuiſſe, quẽ Plin. libro ſeptimo ſcribit, cytharam inueniſſe, primumque cythara cum uoce cecinisse, unde fictum eſt dulcedine cantus ad muros Thebanos extruẽdos ſaxa traxiſſe. Oratius, Dictus & Amphion Thebanæ conditor urbis, Saxa mouere ſono teſtudinis, & prece blanda Ducere quo uellet. *Dum ſibi.*] ordo eſt. Dum Niobe uidetur ſibi nobilior. *Gente Latonæ.*] Apolline & Diana, qui filij fuerunt Iouis, & Latonæ. uel gẽte Latonæ, id eſt genere & maioribus Latonæ, quæ filia fuit Cæi ex gente Titanum. Ouidius in ſexto Metamorph. Genitam Tytanida Cæo. *Alba ſcropha.*] Ad ſcrophã Aeneæ reſpexit, quæ Lauinij uno partu, ut ſcribit Verg. triginta edidit porcellos albos, quod portendebat futurum, ut Lauinienſes poſt triginta annos oppidum Albam conderent, quæ ab Aſcanio ædificata Alba Latina lingua, Græca Leuca: diſcretionis autem cauſa diſtinxit eam ab urbe altera eiuſdem nominis, figuram urbis nomini adiungens, & eſt uelut compoſitum iam nomen ex ambobus. *Alba longa.*] Id eſt Leuca macra. Hæc Dionyſius. huius ſuis & porcorum ſimulachra ab Aenea in publico poſita fuerunt, & corpus matris ſacerdotibus quod in ſalſura fuerat, demonſtrabatur. *Quæ tanti grauitas.*] Monet poeta hominem nulla mulieris grauitate, nec forma adduci debere ut ducat uxorem, à qua quotidie iurgijs contumelijſque onerandus ſit: ſicque oſtendit nullam mulierem, iuxta dictum Terentianum inueniri, quæ uitio careat. *Quæ grauitas tanti?*] Tanti ne facies grauitatem, aut formam in muliere, ut uelis quotidianis iurgijs, contumelijſque eſſe obnoxius? *Imputet ſemper tibi.*] Tibi ſemper inſultet. *Huius enim rari boni.*] Licet inquit mulierem inuenias grauem & formoſam, quod bonum rarum eſt & magnum, tamen inde ubi nulla erit uoluptas, quia plena erit iurgij, & contentionum, quæ nunquam te ſinat eſſe quietum. Hæc autem per parentheſim leguntur, ut ſit ordo & ſenſus. Quæ grauitas & forma eſt tibi tanti, ut imputet ſe tibi, quotiens corrupta animo ſuperbo habet plus aloes quàm mellis. *Huius boni.*] Quòd ſit grauis pudica & formoſa. *Rari.*] Quod raro inuenies, ut in muliere ſit forma pariter & pudicitia. Iuuenalis, Rara eſt adeo concordia formæ, Atque pudicitiæ. *Summi.*] Neque enim quicquam poteſt eſſe maius in muliere, quàm ut formam pudicitia, & honeſtate uenuſtet. D

Nulla uoluptas.] Subaudi eſt. *Corrupta.*] Turgens. *Plus aloes.*] Plus amaritudinis. Nam aloe guſtu amara, & grauis odoris eſt. In India naſcitur. Plinius libro uigeſimoſexto. *Quis tam deditus.*] Quis tam addictus eſt uxori ſuæ. *Vt non horreat.*] Vt non habeat odio? *Septenis horis.*] Plus etiam quàm dimidia parte diei adeo importuna eſt & querula mulier ſemper uiro aduerſatrix. *Quædam parua quidem.*] Scilicet commemorabo, referam, uel quid tale. attentionem captat. *Sed non toleranda maritis.*] Reprehendit mores mulierum ſui temporis, quæ ut uiderentur balbæ æmulatione Laydis meretricis uerba Græca uſurpabant, quibus etiam turpia inſerebant. *Non toleranda maritis.*] quæ mariti ut turpia pati non debent. *Quid rancidius.*] Quid putidius? *De Thuſca.*] De Romana muliere & Latina. contermini enim ſunt Romani & Thuſci. *Græcula.*] Ironicos per diminutionem dixit. *De Sulmonenſi.*] De Italica. Nam Sul-

A mo oppidum eſt in Pelignis,patria Ouidij à Solemo Aeneæ ſocio dictum.Ouid.in iiij.Faſtorum, Serus ab Iliacis & poſt Antenora flammis, Attulit Aeneas in loca noſtra deos. Huius erat Solemus Phrygia comes unus ab Ida,A quo Sulmonis mœnia nomen habent.Et Silius Italicus. Nomine Rheteo Solemus iam Dardana origo,Et Phrygio genus à proauo qui ſceptra ſecutus Aneę, claram muris fundauerat Vrbem Ex ſeſe dictam Sulmon,celebrata colonis,Mox Italis,paulatim attrito nomine Sulmo. *Mera.*]

De Sulmonenſi mera Cecropis,omnia Grçce,
Quum ſit turpe magis noſtris neſcire Latine.
Hoc ſermone pauent,hoc iram,gaudia,curas,
Hoc cuncta effundunt animi ſecreta,quid ultra?
Concumbunt Græce. dones tamen iſta puellis:
Tu ne etiam,quam ſextus & octogeſimus annus
Pulſat,adhuc Græce,non eſt hic ſermo pudicus
In uetula,quotiens laſciuum interuenit illud
Ζωὴ & ψυχὴ modo ſub lodice relictis
Vteris in turba,quod enim non excitet inguen
Vox blanda,& nequã? digitos habet,ut tamẽ omnes
Subſidant pennæ,dicas hæc mollius Aemo.
Quanquã & Carpophoro,facies tua cõputat annos.
Si tibi legitimis pactam,iunctamq́ tabellis

Pura. *Cecropis.*] Atheniẽſis à Cecrope,qui in Attica regnauit. de quo in ſecunda Satyra illic. Cecropiam ſoliti Baptæ laſſare cotytto, Et quia Grçcorum quinq; ſunt linguę,Ionica,Dorica,Aeolica,Cõmunis,& Attica,quarũ omniũ Attica elegãtiſsima habetur,ideo meram Athenienſem Satyrice appellauit,deridens etiam inane mulie-
B rum ſtudium, quæ etiam in omnibus negocijs affectent ſermonem Græcum. *Omnia Græce.*] Subaudi loquũtur,ironicos autẽ hæc dicuntur oſtenditq́; turpe eſſe tanto pere linguam pereginam affectare. *Hoc ſer.*] .ſ.Græco. *Pauent.*] Affectus omnes exprimũt. *Quid ultra.*] Subaudi dicant. *Concumbunt Græce.*] Non modo Græcos ſermone,ſed & turpi cõcubitu æmulantur. *Dones tamen iſta puellis.*] Senſus eſt,poteſt quidem hoc tolerari ſi puellæ faciunt: uerum in uetula muliere turpiſsimum eſt,hinc autem eſt omnis poetæ indignatio.oſtẽdit enim eam anum intra pudicitiæ terminos non contineri,quę ſermone Gręco obſcœno utatur,& domi & foris.Nam oratio uniuſcuiuſq; interioris ſenſus indicium eſt. *Tu ne etiam*] Acri reprehẽſione hęc dicuntur à poeta.Eſt enim ſenſus.Tu ne etiam octogenaria Gręce loqueris? nec te pudet? ordo eſt. Tu ne etiam adhuc Græce ſubaudi loqueris: non exponas concumbis. nam de ſermone Grçco cõqueritur.ſequitur enim non eſt hic ſermo pudicus. *Illud laſcivum.*] Quod ſequitur Græcũ. *Ζωὴ
C καὶ ψυχή.*] Id eſt uita & anima.ſunt enim uerba blãda & meretricia,quibus impudicę mulieres utuntur in coitu.Vnde & Mart.lib.x.reprehendit Læliam quòd Græcis uerbis uteretur in Venere *Ζωὴ καὶ ψυχὴ* congeris uſq;. *Modo relictis ſub lodice.*] Indignatur poeta,quòd anus non modo in cõcubitu domi,ſed etiam foris aſtante multitudine utatur uerbis Græcis laſciuis. *Relictis modo ſub lodice.*] Hoc eſt uteris in propatulo præſente turba uerbis relictis modo ſub lodice, id eſt quibus pauloante uſa fuiſti in cubili.Nam lodices opertoria oſtendit eſſe lecti Martialis in Diſtichis, Nudo ſtragula ne toto paterent,iunctæ nos tibi uenimus ſorores.coniunctę enim uidetur totũ lectũ operiri. *Quod enim non excitat inguem uox blanda*] Et ne hæc omnia coniunctim legantur,oſtendit poeta huiuſmodi uerbis obſcœnis pruritum maxime excitari,unde eſt illud apud Perſ.Quum carmina lumbũ Intrant,& tremulo ſcalpũtur ubi intima uerſu. *Et nequã.*] Laſciua. A nequam autore Gellio,nequitia fit.Antiqui enim nequam appellabãt hominem nihili,neq; rei,neq; frugis bonæ,ut prodigum,libidinoſum,inutilem,improbum,ſceleſtũ.Eſt enim nequitia, ut ſcribit Donatus proprie libidinoſa inertia.dicta quòd nihil queat,nulliq; rei apta ſit. Vnde & nugæ,quòd nihil agant,uel à non agẽdo:unde eſt illud Terentianum, ſi illum poteſt,qui alicuius rei eſt,etiã eum ad nequitiam abducere. *Digitos habet.*] Hoc autem diſiũctim à ſuperioribus legendũ eſt. Eſt autem confirmatio dicti pręcedẽtis,quaſi dicat quid opus eſt uerbis? uox ipſa laſciua habet digitos,
D id eſt nõ minus inguina obſcœnis uerbis & laſciuis excitãtur, quàm digitorũ & manuũ palpatione. *Vt tamen omnes ſubſidãt pennæ.*] Licet inquit inguina quieſcant,& iaceant, tamen uelut digitis pertractata eriguntur. Eſt autem metaphora ſumpta ab auibus, quæ compoſitis alis & pennis ſedent. *Dicas hæc mollius Æmo.*] Senſus eſt,licet inquit tu uetula hæc uerba dicas laſciuius etiã quã Aemus,& Carpophorus comœdi in ſcenis res laſciuas pronunciant, tamen nunquã iuuenili uideberis ætate.Nam facies tua te uetulã eſſe oſtendit. *Mollius Æmo.*] Mimi in ſcenis laſciua & mollia plerunq; pronunciant,quibus facile ſpectatores mouentur. Vnde & Maſsilienſes, autore Valerio,nullum aditũ in ſcenam fabulis,quæ mimi dicũtur dederũt, ꝙ eorum argumenta maiore ex parte ſtuprorum continent actus: ne talia ſpectandi conſuetudo etiam imitãdi licentiam ſumeret. Aemus & Carpophorus,nomina ſunt comœdorum. *Si tibi legitimis.*] Diſſuaſurus poeta Vrſidio ne ducat uxorem,complexione ſiue diſiunctione utitur,qua eũ ita uincit & ligat,ut facile poſſit intelligere uxorem non eſſe ducendam. Ait enim aut uxorem amaturus es, aut non. Si nõ amaturus es,quare uis fruſtra conſumere nuptias? & ſumptum facere cum tuo maximo diſpẽdio. Si amaturus es, multa patieris incommoda,eriſq; ueluti ſeruus. *Tabellis le.*] Dotalibus. Nam tabulæ ſiue tabellæ numero tantum plurali dicuntur,quæ omnes uendinonum, emptionum, dotium,teſtamentorum,& id genus cõtractus contineant. *Legitimus*] Nam matrimonium eſt non modo

modo per leges diuinas,ſed humanas conſtitutum.legitimus enim deducitur à lege & tueor, ſicut A
finitumus à fine, æditimus ſiue æditu̇us ab æde & tuor.lege Gellium. *Cœnam.*] Nuptialem ſcilicet quæ non ſine magno plerunq; ſumptu paratur. *Et muſtacea.*] Iuuenalis in genere neutro appellauit muſtacea,quæ Cato in Re ruſtica, in genere protulit maſculino his uerbis . Muſtaceos ſic facito.farinæ ſiligineæ modium unum muſto conſpergito,aniſum,cyminum,adipis pondo duo,

Non es amaturus,ducendi nulla uidetur
Cauſa,nec eſt quare cœnam,& muſtacea perdas
Labente officio,crudis donanda,nec illud,
Quód prima pro nocte datur,quum lance beata
Dacicus,& ſcripto radiat Germanicus auro.
Si tibi ſimplicitas uxoria,deditus uni
Eſt animus,ſubmitte caput ceruice parata
Ferre iugum,nullam inuenies,quæ parcat amanti,
Ardeat ipſa licet,tormentis gaudet amantis,
Et ſpolijs,igitur longe minus utilis illi
Vxor,quiſquis erit bonus,optãduſq; maritus.
Nil unquam inuita donabis coniuge:uendes
Hac obſtante nihil:nihil,hæc ſi nolit,emetur.
Hæc dabit affectus,ille excludetur amicus
Iam ſenior,cuius barbam tua ianua uidit.
Teſtandi cum ſit lenonibus,atq; laniſtis

caſei libram,& de uirga lauri deradito,eodem addito,& ubi definxeris,lauri folia ſubtus addito dũ cõcoques.Et Plin.libro xv. ſcribit,genus eſſe lauri, quam Leneus grammaticus muſtacem appellat,quòd muſtaceis ſubijceretur, ad quã alludens dixit Cic.ad Atticũ, de Bibulo.In eodem Amano cœpit laureolam in muſtaceo quærere. Palladius item oſtendit genus eſſe panis,quum ait,panes ex eo breuiſſimos ad modum facies muſtaceorum. B Caper grammaticus ait muſtacea & muſtaceos dici genuſq; eſſe panis. *Donanda crudis.*] Videntur muſtacea iuuare ſtomachum, ideo ait donãda crudis,hoc eſt qui non facile cõcoquunt,ordo eſt,donanda crudis,labente officio. *Labente officio*] .ſ.nuptiarum,nam in fine nuptiarum & cœnę nuptialis donabãtur muſtacea cõuiuis adhuc diſcũbentibus.Nã ad officium ille dicitur uenire,qui uenit ad nuptiarũ celebrationem. Vnde Tranquillus in Caligula. Liuiam Horeſtillam.C.Piſoni nubentẽ,quũ ad officium & ipſe ueniſſet,ad ſe deduci imperauit.Vnde Iuuen.in ij. Satyra loquens de nuptijs ait:Officiũ cras,Primo ſole mihi peragendũ in ualle Quirini:Quæ cauſa officij:quid quæris:nubit amicus. *Nec illud*] Nec eſt quare perdas illud. *Quod datur pro prima nocte*] .i.munera quæ dabãtur ſpõſæ à marito pro prima nocte nuptiali, ueluti depoſitæ uirginitatis præmia. *Quũ lance beata.*] Quũ hoc loco aduerbiũ eſt temporis,ut ſi quod da- C
tur,quum Dacicus & Germanicus radiat in lance beata,& auro ſcripto.Hoc eſt in lance diuite,ampla,& aurea,& cęlata.Nam in poculis imago imperatorũ effigiabatur. *Dacicus.*] Domitianus à Dacis, quos deuicit, duce Rutilio Gallico.Statius in Sylu.in Epitalamio Stellæ.Dacos,quæ eſt gloria maior:Exuuias lauroſq; dabit celebrare recentes.Et alibi Depoſitã Dacis pereuntibus Vrbem Pãdere.Daci populi ſunt,qui ſupra Hiſtrũ habitant,Germaniæ oppoſiti. *Germanicus*] Idem Domitianus,qui Germanos deuicit,autor Tranquil.Frontinus in primo ſtrategematon. Impetator Cæſ.Domitianus Auguſtus Germanicus,eo bello quo uictis hoſtibus cognomẽ Germanici meruit. *Si tibi ſimplicitas uxoria*] Altera eſt pars argumenti.Si uxorius es inquit,& ſimplicitas illa uxoria,id eſt ſtolidũ illud obſequiũ uxoriũ eſt tibi,id eſt ſi tam ſimplex es,ut uelis in omnibus obſequi uxori tuæ,ſubmitte caput,ut ſit ordo,ſubmitte caput,ſi eſt tibi ſimplicitas uxoria, id eſt ſi tibi eſt illa mulieroſitas,id eſt cupiditas fœmineæ uoluptatis,quam Græci,ut autor eſt Cic. in Tuſc. *φιλογυνίαν* appellant. *Deditus uni eſt animus.*] Id eſt ſi animus tuus eſt deditus uni.i.ſoli uxori. *Submitte caput*] Inclina caput,id eſt ſeruiendũ tibi eſt ſumpta trãſlatione ab armẽtis quæ iugũ ceruicibus excipiunt. *Ferre iugum.*] Ferte ſeruitutẽ. *Amanti.*] ſcilicet uiro hoc eſt,qui eam uehemẽter amet,quaſi dicat,quãto magis à marito amatur,tanto magis ei aduerſatur & moleſta eſt, & hoc dicit quia præceſsit.Si tibi ſimplicitas uxoria,id eſt ſi uoles eſſe uxorius. *Ardeat ipſa licet.*] Hoc cũ D
inferioribus rectius coniungitur,ut ſit ordo:uxor gaudet tormentis,& ſpolijs amantis mariti, licet ipſa ardeat,id eſt licet & ipſa impatienter amet maritũ:tamen gaudet eius tormentis, nam ei in omnibus eſt moleſta,& grauis & inimica rationibus.neq; enim parcit ſpolijs. *Tormẽtis*] amantis,ac ſi dicat omnibus mariti incommodis. *Igitur longe minus utilis.*] Senſus eſt.Vxor quãto humaniorem habebit maritum,tanto ei damnoſior erit & magis importuna.Ordo eſt.Vxor erit minus utilis ſcilicet marito,quiſquis erit bonus,& optandus maritus. *Hæc dabit affectus*] Faciet inquit,ut maritus ſit ita affectus,id eſt ita animatus & commatus,ut ipſa uolet,hoc eſt,ut præ ſe ferat lætitiam,aliquando triſtitiam,interdum metum,nonnunquam ſpem.Nam oportet maritum imperio eius obtemperare. Affectus enim ſunt ipſæ animi commotiones. *Cuius barbam.*] Id eſt quẽ domus tua uidit,cognouitq; à tenera uſq; ætate,quo tempore cœpit barbam emittere. *Teſtandi quum ſit.*] Aliud incommodum proponit Vrſidio,ut deterreat eum ne ducat uxorem.Lenonibus inquit & laniſtis,gladiatoribuſq;,quaſi dicat uiris criminoſis & ſordidiſsimis libertas eſt,licetq; ex arbitrio ſuo teſtamentum condere,quod tibi non licebit,quia uxor uolet eos tantum teſtamẽto ſcribi,quos uoluerit.& præcipue riuales tuos hoc eſt amatores ſuos. *Lenonibus.*] Lenones dicuntur non ſolum,qui quæſtuaria mancipia habuerunt,ſed & qui in liberis quæſtum hunc exer-

A centin eadẽ cauſa ſunt. Accipimus & illũ Lenonẽ, qui alterius nomine hoc uitæ genus exercet, ut ſi quis cauponã exercẽs in ea corpora quęſtuaria habeat, ut multi aſſolent ſub prætextu inſtrumenti cauponici mulieres habere, dicendũ eſt hũc quoq; Lenonis appellatiõe cõtineri. Hæc Vlpianus.

Libertas, & iuris idem contingat harenæ,
Non unus tibi riualis dictabitur hæres.
Pone crucem ſeruo: meruit quo crimine ſeruus
Supplicium? quis teſtis adeſt? quis detulit? audi,
Nulla unquam de morte hominis cũctatio lõga eſt.
O demens, ita ſeruus homo eſt? nil fecerit, eſto,
Hoc uolo, ſic iubeo, ſit pro ratione uoluntas.
Imperat ergo uiro: ſed mox hæc regna relinquit,
Permutatq; domos, & flammea conterit, inde
Auolat, & ſpreti repetit ueſtigia lecti.
Ornatas paulo ante fores, pendentia linquit
Vela domus, & adhuc uirides in limine ramos.
Sic creſcit numerus, ſic fiunt octo mariti,
Quinq; per autumnos, titulo res digna ſepulchri.
Deſperanda tibi ſalua concordia ſocru:
Illa docet ſpolijs nudi gaudere mariti:
Illa docet miſsis à corruptore tabellis,
Nil rude, nil ſimplex deſcribere, decipit illa
Cuſtodes, aut ære domat, tunc corpore ſano
Aduocat Archigenem, oneraſaq; pallia iactat.

Laniſtis.] Laniſtæ ij dicebãtur qui familias habebant gladiatorũ quos optime ad digladiãdum inſtitutos priuatis publicisq; perſonis uendebãt, dicti ꝙ uiris laniãdis præeſſent. *Harenæ.*] .i. ipſis gladiatoribus qui in harena digladiabãtur. *Nõ unus.*] Sed multi hæredes dictabuntur ab uxore. Nã dictare eſt quũ unus dicit, & alter ſcribit, unde dictata nũero tantũ plurali omnia, quæ in quacũq; arte alicui monſtrantur ut diſcat.

Riualis] amator ut diximus pauloante. *Pone crucẽ ſeruo.*] Oſtendit poeta ſuperbam uxoris importunitatem, quæ odioſum imperet
B occidi ſeruũ uel innocentem. Sunt enim uerba uxoris ad maritum.

Meruit quo crimine ſeruus.] Verba mariti, quid inquit ſeruus commeruit ut cruci affigatur? *Quis detulit.*] quis accuſauit? Vnde delatores, accuſatores dicimus occultos. *Audi nulla unquam.*] Nunquam inquit maritus mors hominis acceleranda eſt. *Nulla cunctatio.*] Nulla mora, nulla dilatio eſt longa de morte hominis. Lento enim gradu ad hominis necem gradiendum eſt. Eſt autem ſententia catholica. *O demens.*] Verba uxoris appellantis maritum fatuum, qui putet ſeruum eſſe hominem, interrogatio eſt cum re
C prehẽſione, ac ſi dicat putas ne tu ſeruũ hominem? *Ita*] Hoc modo, ut tu reris, nam illũ appellauit hominẽ quũ dixit de morte hominis. *Nil fecerit.*] Attẽde ſuperbiã mulieris, quæ etiam immerentẽ poſtulet occidi. C. *Hoc uolo &c.*] Tyrãnica uerba, quibus qui uocãtur principes hodie, non ſolæ mulieres ſæpe nimis utũtur. S *Sed m. hæc r. r.*] Aliud recitat mulieris uitium, quod aptũ eſt ad diſſuadendũ, ne ducat uxorẽ. Nihil inquit penſi habet relicto primo marito, alijs multis nubere. *Reliquit r.*] Domicilia mariti ubi ueluti domina regnauit. *Flãmea c.*] Crebro nubit. Nam flammeũ genus erat ueli coloris lutei, quo nouæ nuptæ caput cooperiebatur. De quo Plinius ſic lib. xxi. cap. viij. Lutei uideo honorẽ antiquiſsimũ in nuptialibus flammeis totũ fœminis cõceſſum. A flãmeo flammearij dicũtur à Plauto in Aulularia, qui flãmea cõficiunt. *Inde auolat*] Id eſt à nouo marito diſcedit, & ad priorẽ reuertitur. *Ornatas*] .ſ. lauro, ut ſupra ornẽtur poſtes & grãdi ianua lauro. *Vela*] Aurea periſtromata. *Adhuc uirides*] .i. qui adhuc nõ aruerũt, adeo cito ab eo marito auolauit. *Sic*] Crebris matrimonijs. *Creſcit num.*] .ſ. maritorũ. *Sic fiũt octo mariti.*] Sic peruenitur ad numerũ octo maritorũ cõceſſum. Nã ad octauũ uſq; maritũ licebat nubere, ſupra aũt adulteriũ putabatur. Vnde Mart. tanquã adulterã notat lib. vi. Theleſinã, quę decies nupſerat. Aut minus, aut certe nõ pluſq; triceſima lux eſt, Et nubit decimo iam Theleſina uiro. Quæ nubit totiens non nubit, adultera lege eſt. *Quinq; per autumnos.*] Per quinq; annos. *Ti-*
D *tulo res digna ſepulchri*] Ironicos, & pronunciatione adiuuandum, titulo ſepulchri, id eſt inſcriptione. Nam in ſepulchris inſcribi ſolebat, quot maritos uxor habuerat. Martialis, Inſcripſit tumulo ſeptem celebrata uirorum, Se feciſſe Cloe, quid pote ſimplicius. *Deſperanda tibi.*] Alia diſſuaſio, nullam fore concordiam in ea domo ubi ſit ſocius, ſed ſemper lites & iurgia. *Salua ſocru*] Salua matre uxoris, quæ docet eam ſpoliare maritum. *Nudi mariti*] Qui ad paupertatem redigitur nequitia uxoris edoctæ à ſocru. *Reſcribere.*] Ad amatores. *Nil rude.*] Nil ruſticum, ſed politum, & limatum. *Nil ſimplex*] Nil ſtolidum, ſed callidum, & artis plenum. *Decipit illa*] Ambiguum utrum ſocrus, an uxor decipit cuſtodes. Nam mariti ſæpe uxoribus ſuis adhibebant cuſtodes, quos aut ſimulato langore aliáue ratione decipiebant, aut pecunia corrumpebant. Videnturq; magis omnia rectius ſocrui conuenire, quaſi quæ per eam ægritudinem filiam ad ſe rationabili cauſa poſſit accire, quum interea ibi adulter lateat expectans filiam. *Aere domat.*] Præmio corrumpit. *Corpore ſano.*] Quum ſit ſana, ſimulata ægritudine uocat Archigenem, id eſt medicum. Archigenem poſuit pro omni medico. Nam Archigenes medicus fuit Græcus celeberrimus cuius Galenus ſæpiſſime in libris ſuis facit mentionem. *Oneroſaq; pallia iactat.*] Induitur inquit ſocrus ueſtes oneroſas quales induunt ægroti, eaq; ueſtium oſtentatione ægritudinem ſimulat, ut filiam ad ſeſe officij traductam adulter ibi abditus ineat. *Iactat.*] Oſtentat

Oratius, Iliæ dum ſe nimium querenti lactat ultorem. *Interea.*] Dum medicum aduocat. Præ- A
pucia, præpuciũ appellatur ipſa pellis, quæ glandē tegit in membro genitali, quod Iudæi circunci
dũt, unde appellãtur apellę ab Oratio, Credat Iudæus apella, id eſt ſine pellē. Iidem etiam recutiti
dicuntur à cute reſtituta poſt circunciſionem. *Scilicet expectas.*] Monet poeta illum uehemen-
ter errare, qui ſperet ex impudica matre naſci poſſe filiam bene moratam. *Vtile porro*] Matri

Abditus interea latet & ſecretus adulter,
Impatiensq; morę pauet, & præputia ducit.
Scilicet expectas, ut tradat mater honeſtos,
Aut alios mores, quàm quos habet? utile porro
Filiolam turpi uetulæ producere turpem.
Nulla ferè cauſa eſt, in qua non fœmina litem
Mouerit. accuſat Manilia, ſi rea non eſt.
Componunt ipſæ per ſe, formantq; libellos,
Principium, atq; locos Celſo dictare paratę.
Endromidas Tyrias, & fœmineum ceroma

inquit inhoneſtæ, utile eſt obſcœ-
nis alere filiam moribus. *Nulla fere cauſa eſt.*] Alia diſſuaſio. Mu
lierem non pudere agere cauſas
forenſes, quod ut diximus in ſe-
cunda Saty. ignominioſum erat.
Cauſa autē eſt, ut finit Apollodo-
rus, autore Quint. negociũ omni-
bus ſuis partibus ſpectans ad quæ
ſtionem, aut cauſa eſt negociũ cu-
ius finis eſt cõtrouerſia. *In qua fœmina non mouerit litem.*] In qua ali- B
quid non inueniat, de quo poſ-
ſit litigari, ac proinde cauſam ſu-
ſcipiat agendam. *Manilia.*] Maniliam poſuit pro quacunq; muliere litigioſa reſpiciens ad e-
am Maniliam meretricem, quæ Hoſtilium Mancinum ædilem curulem lapide noctu percuſsit,
qua de re Hoſtilius ei diem ad populum dixit uulnusq; ex eo lapide oſtentabat. Manilia uero ad
tribunos plebis prouocauit, apud eos dixit Mancinum quum ui irrumperet in ædes ſuas lapi-
dibus depulſum. hæc ex Gellio. *Accuſat ſi rea non eſt.*] Scimus in iudicio accuſatorem eſſe, & re-
um, & utrinq; litem cõteſtari. Ait ergo poeta, ſi Manilia nõ eſt rea, id eſt ſi ab alijs nõ eſt in iudici-
um uocata, ipſa alios uocat, ſicq; impudentiam oſtendit mulieris, cui neceſſe eſt ſi ab alijs in iudi-
cio non infeſtatur, alios infeſtare. *Libellos*] Quibus aliquid aut petũt, aut negãt, quos Græci di
cas appellant. Vnde Terent. Grandem tibi impingam dicam, id eſt cauſam & libellum. *Per ſe.*]
Nullo adhibito pragmatico. Nam pragmatici ſunt illi, qui lingãubus libellos dictant. De quibus
plura in ſeptima Saty. illic, in fœdera pragmaticorum. *Principium.*] Exordium ipſum. *Atque
locos*] Loci dicũtur, ex quibus argumenta eruũtur, ut ſcribit Cic. lib. ſecũdo De oratore. Et in To
picis ait. quòd quũ perueſtigare argumentũ aliquod uolumus locos noſſe debeamus. Nam quũ
omnis quæſtio duas habeat partes, affirmationis unam, alteram negationis, ex utraq; parte ſem- C
per eſt defenſio. hic enim partes affirmantis, ille uero negantis defendit, uterq; argumenta ad par
tes ſuas tuendas perquirit: quæ argumēta petũtur ex locis, & ſedibus ſuis. Sunt enim loci ſedes ip-
ſorum argumentorũ. Argumentũ autem, autore Quint. lib. v. eſt ratio pręſtans probationē, qua
colligitur aliud per aliud, & quæ quod eſt dubiũ per id quod dubium non eſt cõfirmat. *Paratæ
dict. Celſo.*] Quaſi dicat optimæ oratrices, quæ etiam poſsint ipſi Corn. Celſo acutiſsimo rhetori
darè documenta. Nam dictare eſt tradere quod alius aut ſcribendo, aut alio modo ſe exercendo
excipiat. Vnde apud Plin. lib. vij. illud eſt: Cæſar uero epiſtolas tantarum rerum quaternas pariter
librarijs dictare. Tranquillus in Nerone, ut facile appareret nõ translatos aut dictante alios exce-
ptos. Orat. Vt puerum ſæuo credas dictata magiſtro, Reddere. Celſus enim temporibus Augu-
ſti floruit. ſcripſit De re militari, De medicina, De ratione dicendi, cuius rhetoricen multis in locis
damnat Quint. & lib. xij. ſcribit eum fuiſſe mediocri ingenio, & tamen dignũ propoſito ſuo. ex o-
mnibus eius ſcriptis nihil aliud q̃ de medicina nobis relictũ eſt. iniuria eñ temporũ reliqua perie
re. *Endromidas Tyrias.*] Alia itē diſſuaſio ducendã non eſſe uxorē. notat enim impudentiã mulie
rũ, quę omni prorſus depoſita uerecũdia æmulatæ uiros in ludis gymnicis exercentur. Soli enim
uiri, ſicq; etiam molliſsimi in gymnaſia deſcēdebant, mulieres uero impudentiſsimæ eas artes exer
cebant ſumpto more à Lacedęmonijs, apud quos mulieres nudæ exercebãtur cũ uiris, & nudatio D
illa uirginũ apud Lacedęmonios nihil habebat turpe. uerecũdia enim aderat, petulãtia aberat: ſed
ſimplicē quandã conſuetudinē, & robuſtitatis ſtudiũ efficiebãt. Hæc Plut. in Lycurgo, cuius exerci
tationis meminit & Ouid. in Heroidibus. More tuæ gētis nitida dum nuda paleſtra Ludis & es nu
dis fœmina miſta uiris. *Endromidas*] Endromis ueſtis erat peregrina, craſsiore lana, lõgioreq;
pilo, quæ ex Gallia mittebatur, licet nomē haberet Græcũ. ea antiqui ad arcendũ frigus pluuiasq;
utebãtur, unde poeta ante. Igniculũ brumę ſi tēpore poſcas, Accipit endromidem. Eam etiã poſt
certamina athletæ induere ſolebãt, ne refrigeſcerēt. Mart. loquēs de endromide. Hãc tibi ſequani-
cæ pinguē textricis alũnam, Quæ Lacedæmoniũ barbara nomē habet. Sordida ſed gelido nõ aſ-
pernanda Decēbri Dona, peregrinã mittimus endromidem, Seu lentũ ceroma teris, trepidum
ue trigona, Siue harpaſta manu puluerulēta rapis. Plumea ſeu laxi partiris põdera follis, Siue le-
uem curſu uincere quæris Atham, Ne madidos intret penetrabile frigus in artus, Neue grauis ſubi
ta te premat iris aqua. Ridebis uētos hoc munere tectus & imbres. Nec ſic in Tyria ſyndone tutus
eris. *Tyrias.*] Purpureas, molles, & non craſſas, quales ab alijs ſumebantur, ſicq; ſui tēporis lu-
xum notat. *Fœmineum ceroma quis neſcit.*] Nec eſt quis neſcit mulieres in gymnaſijs exerceri, ubi ce
romate perunguntur. Nam ceroma, ut alſe in tertia Sat. diximus, genus erat unguenti ex oleo &

A terra in ſpeciē luti: quo ungebātur in ludis gymnicis. *Aut quis non ui.*] notat aliā in mulierib. impudentiā, quæ more tyronū in cāpo Martio ſe exercerēt ad palū ibi defixū. Nā ut ſcribit Vegetius de re militari, Tyrones nō tantū mane, ſed etiā poſt meridiē exercebantur ad palos, quos ſingulos ſinguli defigebāt in terrā: ita ut nutare nō poſſent, & ſex pedibus eminerēt. Cōtra illū palū tāquam contra aduerſariū tyro: nec nō & gladiator crate & claua ueluti gladio ſe exercebat & ſcuto, ut nūc quaſi caput, aut faciē peteret, nunc à lateribus minaretur: interdū cō tenderet poplites & crura ſuccidere, recederet, inſultaret, inſiliret, & quaſi præſentē aduerſariū ſic palū omni impetu, omni bellādi arte tētaret. *Sudibus.*] i. clauis, ueluti gladio. *Scuto.*] Crate, qua loco ſcuti utebātur. nā ex uimine ſcuta texebant. *Implet omnes.*] i. omnia ad plenū peragit, quę talis exercitatio B poſceret. ſic enim dicimus quū aliquid perfecte factū uolumus oſtendere. Sene. De beneficijs. Magnus luctator, nō qui oēs numeros, nexusq́ perdidicit.

Quis neſcit? aut quis non uidit uulnera pali?
Quem cauat aſsiduis ſudibus, ſcutoq́ laceſsit,
Atq́ omnes implet numeros digniſsima prorſus
Florali matrona tuba, niſi ſiquid in illo
Pectore plus agitat, ueræq́ paratur harenæ.
Quē pręſtare poteſt mulier galeata pudorem,
Quæ fugit à ſexu? uires amat, hæc tamen ipſa
Vir nollet fieri: nam quantula noſtra uoluptas?
Quale decus rerum, ſi coniugis auctio fiat,
Balteus, & manicæ, & criſtæ, crurisq́ ſiniſtri
Dimidium tegmen: uel ſi diuerſa mouebit

Digniſsima.] Hoc dictū cum ingēti ſtomacho à poeta, ut ſit ſenſus, Hæc inquit mulier, quę hoc agit, ē digniſsima eſt quę inter impudicas mulieres numeretur, quādo tā impudēter ſeſe habet. Nā meretrices in ludis Floralib. qui adhibito ſonitu tubę & magno populi concurſu celebrātur, corpora ſua nudabāt: Flora eñ ut diximus ex autoritate Lactantii apud Perſiū, Noſtra ut Floralia poſsint Aprici meminiſſe ſenes, meretrix fuit, quę cū ingentes opes arte meretricia comparaſſet, populū Rom. moriēs hæredē reliquit cū magna pecunia, ex cuius annuo fœnore ſuus natalis dies celebraretur editione ludorū, quos appellāt Floralia. Sed quū ſenatui flagitioſum uideretur ab ipſo nomine argumentū ſumi, placuit ut pudēdæ rei quędā dignitas adderetur: deāq́ finxerūt eſſe, quæ floribus præſit, eāq́ oportere placari, ut fruges cum arborib. aut uitibus bene proſpereq́ floreſcerēt. Eum colorē ſecutus in Faſtis, Ouid. nō ignobilē nympham fuiſſe tradidit, quę Cloris ſit uocitata, eāq́ zephyro nuptā quaſi dotis loco id accepiſſe muneris à marito, ut haberet omniū florum poteſtatē. celebrabātur ergo illi ludi cū omni laſciuia cōuenientes memoriæ meretricis. C nā præter uerborū licentiā, quibus obſcœnitas omnis effunditur, exuuntur etiā, ut diximus, ueſtibus, populo flagitāte meretrices: Hæc Lactātius in primo diuinarū inſtitutionū. *Tuba.*] Nā adhibita tuba ludi, ut diximus, celebrabātur à meretricibus. *Niſi ſi quid in illo.*] hoc ironicos eſt pronunciādum, adiuuādumq́ geſtu. Eſt inquit digna quæ inter meretrices habeatur, niſi forte ſe præparet ad uerum certamē & gladiaturā: nam ut recitauimus ex ſententia Vegetij, nō modo Tyrōes, ſed etiā gladiatores ad palum ſe exercebāt: ut per ſimulatā pugnam, ueram dimicandi diſciplinam cōdiſcerent. *Vera h.*] Veræ gladiaturæ, quæ in harena exhibebatur. *Quem præſtare poteſt.*] Colligit poeta illam mulierē, quæ quaſi cōtempto ſexu fœmineo uirilia ſibi uſurpat officia, pudicā eſſe non poſſe, legendumq́ eſt quadā cum exclamatione. *Quæ f. à ſ.*] Incerta diſtinctio, utrum ſuperioribus iungatur, ut ſic dicas, mulier galeata quæ fugit à ſexu, quem pudorem poteſt præſtare? id eſt quam honeſtatem poteſt exhibere? An ſic legendum ſit, Quæ fugit à ſexu: uires amat, id eſt, quæ muliebria officia relinquit, & uirilia ſectatur, uidetur appetere uires, & fortitudinem uiri, hoc eſt ut ſit fortitudine uirili. ut ſit ſenſus, uellet quidem uiro ſimilis eſſe uiribus & fortitudine, ſed tamen nollet in ſexum uirilem tranſire, quum lōge maiorem intelligat eſſe uoluptatē ſuam quā uirilem. *Fugit à ſexu.*] Abhorret à ſexu fœmineo, id eſt repudiat quæ mulierum ſunt, & quæ mulieribus conueniunt. *Quantula.*] Minima. *Qua. de. re.*] Indignatio eſt in mulierem arma tractantem & in cō D temptum mariti, ac ſi dicat, quàm decorum apparatum uideas rerum, ſi forte inſtrumenta ſtratiotica uxoris publica auctione uenūdantur, uel ſi acciderit tibi, ut cū aliquo tibi ſit pugnādū. tunc enim eris felix puella, hoc eſt uxore tua uēdente ocreas, ac per hoc arma ſua. poteris eñ ijs cōparatis armari. *Ocreas.*] Poſuit ocreas pro omnib. armis, ſunt autē ocreæ crurū armaturæ, dictæq́ ocreæ, quaſi ob crus. Titus Li. in 1. decade loquēs de Seruio Tullio. Nec de armis quicq́ mutatum, ocreæ tātum adēptæ. legendūq́ eſt ironicos, & geſtu adiuuādum. quale inquit ornamentum rerum uideas, ſi auctio cōiugis fiat. i. ſi publica auctione balteus & manicæ reliquaq́ arma uxoris, uendātur. Nā auctio appellatur uēditio, quæ publice fit ab auctu precii, qui fit à circumſtātib. unde & auctarium appellatur additamētum precij. Plau. in mercatore, Auctuarium adijcito, uel mille nummûm plusq́ poſcet. *Balteus.*] Cingulum militare ex corio, à quo arma dependebāt pugnatoria, dictum ait Varro à bullis, quibus erat diſtinctum. *Manicæ.*] Quæ ad manuum cōſeruationē geſtātur aduerſus pugnātes manicę ſunt dictæ. eas e[illegible]m manicas appellamus, quib. manus aduerſus uim frigoris muniuntur. unde Plin. ad Macrum [illegible]d latus notarius cum lib. & pugillaribus cuius manus hieme manicis muniebātur. manic[illegible]icimus uincula, quę manib. inijciūtur: Virgi. Manicas atq́ arcta leuari Vincla iubet Priam[illegible]riſtæ.] Quę geſtari ſolēt in uertice galeę. *Dimidium te.*] Hoc autē dictū ex more Aetolor[illegible]autore Macro, in bellum uno tātum nudo pede

do pede calciato deſcēdebāt, quod inſtitutū Verg. imitatus ait lib. vij. de Hernicis. Veſtigia nuda ſiniſtri, Inſtituere pedis, crudus tegit altera pero. Dimidium aūt dixit, quia à pede uſq; ad genu crus tantū integebatur, reliqua uero pars nuda erat ſcuto eā tegēte. *Siniſtri cru.*] Bene aūt ſiniſtrū ait armari. Nā in pugna crus ſemper ſiniſtrū protēditur, ideoq; munitur. *Hæ ſunt quæ tenui.*] riſu ſatyrico ſubſannat mulieres, quas ait in turpi facinore nullū ꝓrſus ſenrire laborē, in opere honeſto A

Pcælia, tum felix ocreas uendente puella.
Hæc ſunt quæ tenui ſudant in cyclade: quarum
Delicias & panniculus bombicinus urit.
Aſpice quo fremitu monſtratos perferat ictus,
Et quāto galeæ cucuetur pondere, quanta
Poplitibus ſedeat, quàm denſo faſcia libro,
Et ride ſcaphium poſitis cum ſumituc armis.
Dicite uos neptes Lepidi, cęci ue Metelli,
Gucgitis aut Fabij, quæ ludia ſumpſerit unquam
Hos habitus? quādo ad palum gemat uxor Aſyli?

ſudare. Quas inqt uides tā fortiter arma tractare, illę ſunt quæ uel leuiū geſtamine ueſtiū ſudāt. ac ſi dicat, hic eſt ille ſexus mollis & delicatus, cui etiā leues tunicæ ſunt oneroſæ, & tamē arma ut leuia ſine ullo labore pertractāt. *Cyclade*] ueſtis eſt muliebris tenuiſsima & rotūda: unde nomē. Cyclos eñ Gręce circulū ſignificat Latine. de cyclade Prop. Quæ modo per uiles inſpecta eſt publica noctes, Hæc nūc aurata cyclade ſignat humū. B Lāpridius in Alexādro ſic ſcribit: Matronas regias cōtentas eſſe debere cyclade, quæ ſex uncijs auri plus nō haberet. Cyclades etiā inſulæ ſunt in mari Aegeo, dictæ ꝙ in orbē & circulū iaceāt. *Pāniculus bōb.*] Pānus & ueſtimētum confectū ex bōbyce coa. Nā bōbyces uermes ſunt in Aſſyria, qui telas araneorū modo texūt, ad ueſtem luxūq; fœminarū, quæ bōbycina, unde Mart. Fœmineū lucet ſic per bōbycina corpus. *Aſpice quo fr.*] Hoc etiā riſu ſatyrico pronunciandū. Aſpice inquit quàm ſtrēnue ex diſciplina tractādorum armorū feriat aduerſariū. *Quo fr.*] qua uociferatione. Nā ut ſcribit Cic. in ij. Tuſc. In ſtadio curſores exclamāt ꝗ̄ maxime poſſunt ut ſe intendāt ad firmitatē. faciunt idē quū exercētur athletæ. Pugiles uero etiā quū feriūt aduerſariū iniectis cæſtibus ingemiſcūt, nō ꝙ doleāt animoue ſuccūbant, ſed quia in profundēda uoce omne corpus intēditur, uenitq; plaga uehemētior. hinc igitur Iuu. ait etiā in feriēdo fremere, hoc eſt uoce intonare. *Perferat.*] .i. ferat in aduerſariū. *Ictus mōſtr.*] Dictatos à magiſtro. *Quāto pōd. cuc.*] ac ſi dicat, nō eſt mirū ſi ualde incuruatur, quia oneroſa eſt galea. *Quāta*] quaſi dicat ꝗ̄ fortis & ualida. *Sedeat pop.*] expreſsio ferētis ictū, qui genibus nitītur incuruatis. nā poplites proprie dicūtur genuū concauitates. *Quā denſo f. li.*] .i. aſpice ꝗ̄ denſo lib. i. denſo uolumine ueſtiū faſcia adſit ipſi mulieri. nā faſcia ſuccinctæ mulieres ludebāt. C Mart. Harpaſto quoq; ſubligata ludit. *Et ride.*] Hoc ita ſuperioribus coniungitur, ut ſit ſenſus. Aſpice & ride quaſi quæ diuerſa faciant. ridiculū enim eſt eas arma tractare, & mox depoſitis armis in ſcaphiū mingere. Eſt enim ſcaphium, ut Iulius Pollux tradit, uas fœminarum in quod mingerent. Vlpia. De auro & argēto legato ſcaphij ſic meminit. Scaphia habita uentris cauſa non puto argento legato contineri, quia argenti numero nō habentur. dictio autem à Græco deducta. nam σκαφὴ uas concauum, & peluim ſignificat. Victruuius tamē lib. viij. oſtendit ſcaphium non ſolum eſſe uas ad uſum uentris, ſed etiam ad alios uſus aptum, his uerbis. Scaphium æreū aut plumbeū aut peluis ex his, quod erat paratum. Idq; intrinſecus, oleo ungatur &c. *Et ride.*] Sic enim poetæ ridendo notant uitia. Orat. in prima Epiſt. Quid pauper, ride, mutat cœnacula, lectos. *Dicite uos neptes Lepidi.*] Hi tres, Lepidus, Metellus, & Fabius Gurges, fuere uiri grauiſsimi: horum poeta citat neptes, ut mulieres ſeueras, & ex parentibus ſeueris natas, rogatq; nunquid tēporibus ſuis talia mulierum extiterint monſtra, ut depoſito omni pudore in publico ad palum exercerentur. Sicq; ſui temporis uitia flagellat, oſtendens omnia in deterius labi. *Lepidi.*] de M. Aemylio Lepido intelligit, qui princeps ſenatus à cenſoribus lectus, antequam expiraret, præcepit filijs lecto ſe ſtrato ſine linteis, ſine purpura efferrent: in reliquum funus ne plus quàm æris denos cōſumerent. imaginum ſpecie, non ſumptibus nobilitari maximo cum uirorū funera ſolere. is bis conſul D fuit, pontifex maximus, & cenſor collega Fuluij Flacci, qui quum aduerſus eum graues inimicitias exercuiſſet, eas ut ſimul cenſores renunciati ſunt, in campo depoſuit. *Cæci ue Metelli*] Metellū illum intelligit, qui orbam luminibus exegit ſenectam amiſsis incendio, quum ex æde Veſtæ ardēti pontifex Palladium raperet, memorabili cauſa, ſed euentu miſero. Tribuit enim autore Plin. Populus Romanus ꝙ nunquā ulli alij ab cōdito æuo, ut quotiēs in ſenatum iret, curru ueheretur ad curiam, magnum & ſublime, ſed pro oculis datum. De hoc diximus & in iij. Saty. *Gurgitis*] Hic eſt ille Fabius Gurges, qui aliquot matronas ad populum ſtupri damnatas pecunia mulctauit, ex quo mulctatitio ære Veneris ædem, quæ prope circum eſt, faciendam curauit. filius autem fuit illius. Q. Fabij Cenſoris, à quo in quattuor tribus redacta eſt turba forenſis, unde nomen fuit Fabio Max. datum. iure ergo citat neptes Fabij Gurgitis, utpote ex eo natas qui uitia mulierum exorſus fuerit domueritq;. *Quæ ludia.*] Quæ mima fecerit id per tantam impudentiam, quod fit à matronis noſtri ſeculi. *Hos habitus.*] Id eſt tales habitus athleticos, & gladiatorios ſcilicet.

Quando ad palum gemat uxor Aſyli.] Quaſi dicat maiore uerecundia uiuit mima, & uxor gladiatoris, quàm matronæ noſtri temporis. [illegible]nim ludia ad palum exercetur, ſicuti matronæ. Aſylus gladiatoris nomen eſt. Bene autem gemit, quia ut diximus, pugiles quum feriunt aduerſarium

A tium,ingemiſcũt,nõ quòd dolcãt animoue ſuccũbant,ſed quia pro fundẽda uoce omne corpus, ut dixi,intẽditur. *Semper habet lites*] Alia diſſuaſio.Semper inquit lites & iurgia marito ſunt ſentienda,ut nullus ſit,ne in lecto quidem locus quietis. lis propric appellatur inimicorũ concertatio,Iurgium autẽ beneuolorũ & propinquorũ Cic.in lib. De rep.iurgare ergo lex putat inter ſe uicinos non litigare. *Minimũ dorm.*] Parũ dormitur. *Tunc grauis illa uiro.*] Aliã notat exquiſitã in muliere maliciã,quæ cũ amatore ſuo quum fuerit, uerita ne male de ſe ſentiat, aut ſuſpicetur, ipſa ultro maritũ per fictas lachrymas accuſat:totaq́ʒ eſt in ſuſpirio & gemitu, ut diſsimulata prauitate eũ decipiat credentẽ ex uehementi in ſe amore id fieri. *Tunc grauis.*] ordo eſt illa tunc grauis & moleſta uiro accuſans eum & peior tigride orba, quũ conſcia facti occulti,id

Semper habet lites,alternaq́ʒ iurgia lectus,
In quo nupta iacet,minimum dormitur in illo.
Tunc grauis illa uiro,tunc orba tigride peior,
Quum ſimulat gemitus occulti conſcia facti.
Aut odit pueros,aut ficta pellice plorat
Vberibus ſemper lachrymis,ſemperq́ʒ paratis
In ſtatione ſua,atq́ʒ expectantibus illam
Quo iubeat manare modo:tu credis amorem,
Tu tibi tunc curruca places,fletumq́ʒ labellis
Exorbes,quæ ſcripta,& quas lecture tabellas,
Si tibi zelotypæ retegantur ſcrinia mœchæ.
Sed iacet in ſerui complexibus,aut equitis. dic,
Dic aliquem ſodes,dic Quintiliane colorem,

B eſt adulterij ſui admiſsi ſimulat gemitus.i.ſimulat ſuſpiria ac perinde ſe mariti zelotypã probat. *Orba tigride*] Tigris animal eſt,quod Indi & Hircani ferũt uelocitatis tremendæ,& tũ maxime ablatis fœtibus ſæuit præcipua feritate in littore quũ raptor in nauibus ſe cõtulerit.à celeritate nomẽ accepit,nam tigris lingua Perſica ſagittã ſignificat. *Aut odit p.*] Cõſuetudine Græca pueros pro ſeruis.i.inſectatur ſeruos,ut adulterij miniſtros,oſtẽdit quã grauis ſit uiro.Nã quo irata ei uideatur, omnia in domo perturbat, ut grauiter offenſa. *Aut ficta pellice pl.*] Aut fingit ſe plorare propter pellicẽ ſuã.Nã pellex ea appellatur quę cũ eo cubat,cui uxor ſit,de qua plura illic diximus.Reſidẽs in codice pellex. *In ſtat.ſ.*] Hoc eſt in ſede ſua. Nã ſtatio appellatur,omnis deſtinatus ad ſtandũ,excubandũq́ʒ locus.ſępe etiã Statio ponitur pro ipſis cuſtodibus ut illud apud Tranq. in Nerone,ſed adiuuãte uulgi preces etiã ſtatione militũ,quę tũc excubabat,reprę̨ſentaturũ ſe pollicitus eſt.inde etiã dicũtur milites ſtationarij.Statio item pro ipſo officio ſtãdi:ut illud apud Valeriũ.Volũtaria ſtatione & corpora & animos cor
C roborabãt.Alibi antea ſenatus aſsiduã ſtationẽ eo loci peragebat. de quo uocabulo pluſcula dicemus in xi.Sat.illic.Stationes,omne theatrũ. *Expectãtibus illã.*] .ſ.mulierẽ,& dominã ſuam. *Quo iubeat manare*] Oſtẽdit poeta ꝙ facile ſit mulieri lachrymas emittere,quæ ubi libuit,eas fundit,nec minus in re ficta ꝙ in uera.unde illud eſt Ouidij.Credidimus lachrymis,an hę ſimulare docẽtur? Hæ quoq́ʒ habẽt artes,quaq́ʒ iubentur eunt.Terẽt.Hæc uerba una mehercle falſa lachrymula extinguit. *Tu c.amo.*] Inſultat inſcitiæ mariti nimis creduli. credis inquit hoc fieri,quia te amet?
Curruca pla.] Ignominioſe currucã appellat maritum quaſi qui alienos educet liberos pro ſuis, uxoremq́ʒ ſuam ab alijs poſſeſſam amplectatur. Nam curruca,ut ſcribit Ariſt. lib.vi. De natura animalium,auis eſt,in cuius nido cucullus parit oua,quæ Curruca,ut ſua fouet, & excludit,& educat.Parit item interdum in nidis minorum auium,& oua quæ aliena reperit edit,maxime uero nidos palumbium petit, quarum oua eſu abſumens ſua relinquit. *Quæ ſcri.*] Qualia ſcripta, ac ſi dicat impudica,& amatoria,adiuuandũq́ʒ eſt geſtu. *Scrinia.*] Scrinium proprie appellatur, ubi & ſcripta,& unguenta reponũtur.Plin.lib.xiij.Caſtris Darij regis expugnatis in reliquo eius apparatu Alexãder cœpit ſcrinium unguentorũ.Orat.in epiſt.Calamũ, & chartas, & ſcrinia poſco.à ſcrinio dicũtur ſcriniarij,qui ſcrinijs præſunt. *Mœchæ.*] Id eſt uxoris tuæ, quæ mœcha eſt.
Zelotypæ.] Quæ ſe zelotypam ſimulat,nam zelotypus proprie appellari poteſt æmulator & a
D mator formæ. ζῆλος enim æmulatio eſt,& amor. τύπος forma.qui igitur ita amat,ut ſolicitus ſit,ne quis amore ſuo perfruatur,zelotypus eſt.Et zelotypia diffinitur. C. à Cic. Tuſc. iiij.ægritudo ex eo quod alter quoq́ʒ potiatur eo, quod ille ipſe concupierit. S. *Sed ia.in ſerui comple.*] Oſtenſurus eſt mulierem non modo ad omnia uitia eſſe pronam,ſed in flagitio deprehẽſam mira ſe etiam audacia defendere.Si inquit forte accidat,ut eam inuenias in complexibus,aut ſerui,aut equitis, ita ut ne ſummus quidem orator eloquentia ſua queat rem tueri ipſa inquit facile, ſe ſtatim tuebitur. C. *Dic dic.*] Geminatio Græce ἀναδίπλωσις S. *Dic Quintiliane.*] Quintilianũ poſuit poeta pro ſummo rhetore,qui tẽporibus Domitiani floruit,ſcripſit libros De inſtitutione oratoria,qui ad nos peruenerũt,Vrbis fuit magiſter primus,qui mercedẽ publicã accepit à fiſco,ut ſcribit Euſebius,Docuit etiã nepotes Domitiani.Mart.Quintiliane uagę moderator ſummę iuuẽtę, Gloria Romanæ Quintiliane togæ. *Aliquẽ co.*] .i.dic facti rationẽ. Nam Græci chroan appellant,quod nos colorẽ.i.rationẽ quæ factũ excuſat.Sen.in iij.Declamationũ. Manifeſtus eſt adoleſcẽtis color, ut dicat ſe autoritate patris oppreſſum.idẽ in vi.cõtrouerſia ij.lib.colore hoc uſus eſt Latro pro patre puellę nõ miſericordia motã,ſed libidine,& ideo nõ eſſe beneficiũ.Idẽ in ſeq.cõtrou. Alio colore uſus eſt.dixit eñ nõ irã illã patris fuiſſe,ſed calid[illegible] Quæſtio quæ ſine colore eſt cõſiſtere neq̃t hoc modo.C.Vatienus ſiniſtrę manus digitos,ne bello Italico militaret abſcidit,reus eſt læſę reip.

Hic

Hic quoniā color facti nō inuenitur, cauſa nequit cōſiſtere, ſicq; defenſio ſubuertitur. Vnde iucun de poeta interrogat Quintil. tanquā optimū rhetorē, ut colorē doceat, & facti rationē afferat. *Hæremus.*] Verba Quintiliani. Certe inquit hæremus. i. ambigimus, quo pacto rem tam euidentem poſsimus defendere. *Dic.*] Verba Quintiliani: quaſi dicat, quum nos id neſciamus, dic tu ipſa o mulier. Illud obſeruandū eſt hoc pronomen ipſe iungi primæ perſonæ, ſecūdæ & tertiæ, ut ipſe fe A

Hæremus, dic ipſa, olim conuenerat, inquit,
Vt faceres tu quod uelles, nec non ego poſſem
Indulgere mihi: clames licet, ET mare cœlo
Confundas, homo ſum: nihil eſt audacius illis
Deprēnſis, iram, atq; animos à crimine ſumunt.
Vnde hæc mōſtra tamen, uel de quo fonte requiris?
PRAESTABAT caſtas humilis fortuna Latinas
Quondam, nec uirijs contingi parua ſinebat
Tecta labor, ſomniq; breues. & uellere Thuſco
Vexatæ, duræq; manus, ac proximus Vrbi
Annibal, & ſtantes Collina in turre mariti.
Nunc patimur longæ pacis mala: ſęuior armis
Luxuria incubuit, uictumq; ulciſcitur orbem.
Nullum crimen abeſt, facinusq; libidinis, ex quo
Paupertas Romana perit, hinc fluxit ad Hiſtros

ci, ipſe feciſti, ipſe fecit. *Olim conuenerat.*] Arguta defenſio mulieris. *Mare cœlo*] Solent enim ira perciti ita clamando elementa ciere ut illud Terentianū. O cœlū o terra o maria Neptuni. *Homo ſum*] Crimen à ſe remouet in ſexus imbecillitatē transferēs, ut ſit, homo ſum, .i. mulier ſum, & proinde nec mirum, ſi aliquando à recto tramite declino, quando cuiuſq; ſit hominis errare. C. *A crimine ſumūt.*] B
Vide, inquit, audaciam muliebrē, atq; maliciam, unde animo deijci, ac perterrefieri maxime deberent, ex eo iram atq; ſuperbiā ſumunt, quod quidem perditi & profligati ad omne ſcelus ingenij certiſsimū eſt ſignum. S. *Vnde hæc mōſtra tamen.*] Forte inquit requiris, unde hæc tanta mulierū ſcelera proueniāt, ex nimio inquit ocio nimioq; rerū luxu hæc ſunt, quod per ſequentia indicat. Nam quū Romani paupertate & bellis inquit premebantur, ſumma in Vrbe uigebat pudicitia & probitas, unde eſt illud Saluſtij in Iug. Metus hoſtilis in bonis artibus ciuitatem retinebat, quare eleganter ſequitur præſtabat caſtas &c. Verū ijs omnibus amoris incōmodis luxuria inualuit, mores totius ciuitatis corrupti ſunt. Sic poeta monet, in delitijs periclitari honeſtatem. Vnde illud eſt Ouidij. Quæritur Aegiſtus quare ſit factus adulter, In promptu cauſa eſt, deſidioſus erat. *Labor*] nā dum uarijs intenti laboribus paupertatē tuebātur, uitijs carebant. unde ſapiēter dixit Ouid. Ocia ſi tollas, periere cupidinis artes. *Vellere Thuſco*] .i. Lanificio. Thuſcus aūt quia in uico Thuſco lanificiū exercebatur. Thuſcus aūt uicus fuit in urbe in quo itē ad uelabrum cōſiſtebant, unguētarij & lenones, unde eſt illud Oratij in Sat. Vnguētarius ac Thuſci turba impia uici. aut reuera quia ex Hetruria Vrbi uicina lanificiū habebatur. *Ac p. u. b.*] .i. bella, qualia Annibal geſsit aduerſus Ro. Annibal aūt poſt Canēſem cladē ad Anienē fluuiū tria milia paſſuum ab Vrbe caſtrametatus eſt, quo tēpore ploratus, autore Liu. mulierū nō ex priuatis ſolū domibus exaudiebatur, ſed undiq; matronæ in publicū effuſæ circa deū delubra diſcurrebāt crinibus ſparſis arā uenerantes, nixæ genibus ſupinas manus ad cœlū ac deos tēdentes orātesq; ut urbē Romā è manibus hoſtiū eriperent, matresq; Romanas, & liberos paruos inuiolatos ſeruarēt. *Stātes in t. Col.*] Nā ſenatus cenſuit, ut Annibale proximo Vrbi, cōſules ponerent caſtra inter portā Collinā & Exquilinam. Conſules ſenatusq; in caſtra uenerunt, ubi de ſumma reipub. conſultatum. Collinā aūt dictam ſcribit Varro à uarietate colliū, quā Quirinalis habuit collis. ea enim porta ad Quirinalē ducebat. *Nunc p.*] Ex nimio inquit ocio multa nūc mala patimur. Luxuria enim Vrbē inuaſit quæ grauius quidē q bellū omnē honeſtatē expugnauit. *Victūq; ulciſcitur orbē.*] Sumit, inquit, uindictam & ſuppliciū de Romanis, qui totū orbē uicerunt, quaſi dicat, ſatius fuiſſet, ſi totum orbē non ſuperaſſent, ne luxuria Vrbē occuparet. *Nullū crimē abeſt.*] Ex quo, inquit, ciuitas imperio & opibus aucta eſt, omē genus ſceleris exerceri cœpit. Vnde T. Liu. ſic ſcribit in Prologo ſuo. D
Quāto rerum minus, tanto minus cupiditatis erat, nuper diuitiæ auaritiā, & abūdantes uoluptates deſideriū per luxū atq; libidinē pereūdi perdēdiq; omnia inuexere. *Hinc.*] nō ſolum inquit mores Vrbis per luxū corrupti ſunt, ſed & aliæ ciuitates Vrbis exēplo luxuriant. *Hinc.*] .i. ex urbe Roma. *Fluxit*] .ſ. luxuria. *Ad Hiſtros*] Hiſtri ex littore Illyrico in Italia uenienti occurrunt, ab ijs ait Feſtus Pōp. appellatos eſſe hiſtriones, q primū illinc uenerint, ut inde appareat eos molliter uixiſſe. Liu. tamē in vij. primæ Decad. & Tac. & Valer. lib. ij. de antiquis inſtitutis ludiū qui Thuſco uerbo hiſtrio appellatus eſt, ex Hetruria Romani primū accitū cōtendunt. *Sybaris*] Oppidū eſt nō longe à Crotone conditū ab Achiuis inter duos amnes Crandē & Sybaridē, à quo cognomen habuit. autor Strabo lib. vi. Bene autē ait luxuriā ad Sybaritas defluxiſſe. Nā cōſtat eos luxu, delitijsq; notabiles fuiſſe. Vnde Philon Hæbræus in uita Moſæ. Comœdias inqt & Sybariticas nequitias cōponentes. Stra. eodē lib. ſcribit, Sybaritas adeo luxuria & delitijs intēperantes diffluxiſſe, ut omni illa felicitate intra lxx. dies à Crotoniatis exuti fuerint & debellati. *Hinc Rhod. & Mil.*] Caſus ſunt nominatiui. i. luxuria Rhodia, & Mileſia, hinc eſt. i. ex urbe Roma nata eſt. Et exēplo urbis Rhodij & Mileſij luxuriare didicerūt. Rhodos aūt inſula eſt maris Lycij cognominata à Rhodo Neptuni filia ex ſorore Telchinū. Bene aūt Rhodō & Miletō nominauit. Nā oēs fere po. Oriētales

A maximeq; Aſiatici omni rerum luxu affluxerunt. Vnde eſt illud Valerij in ſecundo, Spartana ciuitas ſeuerißimis Lycurgi legibus obtēperans aliquandiu ciuium ſuorum oculos à contemplanda Aſia retraxit, ne illecebris eius capti ad delicatius uitæ genus prolaberētur. audierant enim lautitiam inde, & immodicos ſumptus, & omnia non neceſſaria uoluptatis genera fluxiſſe, quod & Liuius affirmat libro nono De bello Macedonico. *Miletos.*] Ciuitas eſt Ioniæ, patria Thaletis philoſophi, in Aſia minore. *Tarentum.*] Ciuitas Calabriæ. *Coronatum & m.*] Hoc ideo dicit, quia ibi conuiuia luxurioſa agitabātur, in quibus ſumebantur coronæ. Conſuetudinē autē cœnandi cum coronis, Iones primi reperiſſe traduntur. autor Valer. in ij. De mollitie Tarentinorū ſic finē profecto fruendarū opū, quibus ad inuidiam diu abūdaueras Tarentina ciuitas B quæſiuiſti. Sydonius. Ipſaq; , quæ perijt trepidauerat uncta Tarētus. Orat. in Epiſt. Sed uacuum Tybur placet, aut imbelle Tarentū fuerūt enim opulētißimi Tarētini.

Et Sybaris colles, illinc Rhodos, atq; Miletos,
Atq; coronatum & petulans, madidumq; Tarentū.
Prima peregrinos obſcœna pecunia mores
Intulit, & turpi fregerunt ſecula luxu
Diuitiæ molles: quid enim Venus ebria curat?
Inguinis, & capitis quæ ſint diſcrimina neſcit.
Grandia quæ medijs iam noctibus oſtrea mordet,
Quum perfuſa mero ſpumant unguenta Falerno,
Quum bibitur concha, quum iam uertigine tectum
Ambulat, & geminis exurgit menſa lucernis.
I nunc, & dubita qua ſorbeat aera ſanna

Petulans] Ad id reſpexit, quod nō modo per ſuperbiā res Romanorum in portu ſuo captas reddere noluerint, ſed alterum ex legatis, qui à ſenatu miſſi fuerāt ad eas repetendas urina reſperſerint. *Prima peregrinos.*] Oſtendit nimia diuitiarum abundantia urbis mores corruptos eſſe, ciuitas enim iam omni orbe ſubacto in omnem prorupit luxum, eſt ergo ſenſus: Pecunia ipſa, id eſt ampla patrimonia & diuitiæ multæ fuere cauſa ut mores peregrini & luxus in Vrbem inueherentur, ut ſi quid apud nationes peregrinas ad luxum eſſet, id omne Romani uſurparent. unde illud in tertia Satyra. Iam pridem in Tyberim Syrus defluxit Orontes, Et linguam & mores & cum tibicine chordas Obliquas, nec non gentilia tympana ſecū Vexit & ad circum iuſſas proſtare puellas. Ex Aſia enim, ut docet Liuius libro nono De bello Macedonico, Luxuriæ peregrinæ origo ab exercitu Aſiatico inuecta in Vrbem eſt. inde primum lectos æratos, ueſtem ſtragulam precioſam, plagulas, & alia textilia, & quæ tum magnificę ſuppellectilis habebantur, Monopodia, & Abacos Romā adduxerūt. Tunc pſaltriæ, ſambuciſtriæq;, & conuiualia ludio C num oblectamenta addita epulis, epulæ quoq; ipſę, & cura & ſumptu maiore aparari cœptæ. Tūc coquus uilißimū antiquis mancipium & æſtimatione, & uſu in precio eſſe. *Quid enim Venus ebria curat.*] Sententia eſt generalis, prolata tamen nunc propter luxum intemperātiamq; mulierum, ut ſit ſenſus. Nemo locuples diuitijsq; abundans honeſtatis rationem habet. omnia enim per ſummum luxum intemperantiamq; agit. ut per Venerem ebriam intelligas effuſum in omnē luxum ocium hominis ebrij, ideſt diuitijs repleti, qui plenis intemperantię uelis ad omnes & animi & corporis defertur uoluptates. *Inguinis & capitis*] Mulier inquit, quæ delicatis repletur cibis, uinoq; multo inebriatur, unguentis delibuta precioſis non diſcernit tanto rerum luxu rationem impediēte, quid interſit inter fellationē & coitum, hoc eſt, turpius ne ſit crimē fellationis an coitus, ſicq; multiplicē mulierum ſui tēporis impudicitiā flagellat, ac ſi dicat. omnia hęc indifferenter agūt nulla turpitudine abſtinent. Vnde & Orat. carmine Lyrico oſtendit per uiolentiā licitam & illicitam libidinem exerceri. Monet Sithonis non leuis cuius Quum fas atq; nefas exiguo fine libidinū diſcernunt auidi. Ordo autem eſt. mulier quæ medijs noctibus oſtrea mordet, neſcit quæ ſint diſcrimina inguinis & capitis, id eſt inter inguem & caput, ut per inguē intelligas naturalem coitū, per caput fellationem. Quum unguenta perfuſa mero Falerno ſpumant. *Mordet.*] Comedit. *Oſtrea.*] Piſces ſunt concha intecti, Venerem ſi comedantur, excitant. *Vnguenta perfuſa.*] Immi D xta uino & epota. nam in tantum unguentorum luxuria adoleuerat, ut non ſolum ijs linerentur, ſed etiam biberent. unde Plinius libro xxxi. ita ſcribit. At Hercules iam quidam etiam in potu addunt, tantiq; amaritudo eſt, ut odore prodigo fruantur, ex utraq; parte corporis, exteriore ſcilicet & interiore. *Quum bibitur concha.*] Hyperbolicos, id eſt grandi poculo. *Quum iam uertigine tectum.*] Videntur enim omnia ebrio in uertiginem agi, congeminariq; lucernæ. Orat. ut ſemel icto Acceſsit feruor capiti, numeruſq; lucernis. Seneca ad Lucilium loquens de ebrio. Adijce illum ignorantem ſui dubia & inexplanata uerba, incertos oculos, gradum errantem, uertiginem capitis, tecta ipſa mobilia, uelut aliquo turbine circumagente totam domum. *I nunc & dubita.*] Honeſta eſt inhibitio per conceſsionem, ut oſtendat minime dubitandum eſſe. Sic & Martialis in octauo, I nunc & dubita uates an diligat ipſos. Iuuenalis alibi. I nunc, & uentis animam committe. Quum hæc inquit mulieribus uitia eſſe cognoſcas, dubitabis quo contemptu, quaque irriſione habeant aram pudiciciæ, quum iuxta illam prætereunt. Eſt ergo cū indignatione legendum. I nunc Poſthume & dubita qua ſanna, id eſt qua oris diſtortione Tullia rideat arā pudicitię. Quaſi dicat nō debes dubitare pudicitiā à mulieribus miris modis contēni, quā pręcipua ueneratiōe colere deberēt. Eſt enim ſanna irriſio, quæ fit quadā oris & naſi diſtortione. Vnde ſubſannare irridere, & notare. Perſ. Poſticę occurrite ſannæ. i. irriſiōi quæ fieri ſolet poſt terga. *Sorbeat aera*] Id eſt

Id eſt ore diſtorto & hianti reſpirat in contemptũ deæ. *Collactea*] Hoc loco nomẽ eſt proprium. A
Alias Collactea illa eſt, autore Capro, quæ eodem lacte nutrita eſt. C. Collacia, hic legendũ eſt, ut emendati codices habent, non collactea. S. *Quid dicat.*] Quàm multa ignominioſa in ipſam pudicitiam effutiat. *Quum præterit.*] Hoc autem dicit, quia Quum deberet ex uetere inſtituto aram prætereũdo uenerari, ſubſannat & irridet. Nam apud antiquos hic mos cuſtodiebatur, ut nõ ſine ſumma ueneratione templa prætetirent. Vnde eſt illud apud Apu. in prima Apol. Si fanũ aliquod prætereat, nefas habet adorandi gratia manum labris admouere. *Noctibus hic.*] ponunt. ſ. ad aram pudicitiæ. *Implent effigiem deæ.*] Meientes deam lotio reſpergunt quã contemnunt ut impudicæ & honeſtatis aduerſatrices, ſicq; cũ ſuperioribus conueniunt, magis quàm intelligas de fellatione dici, ut oſtendat poeta mulieres tantum ab omni hõeſtate reſilire, ut ipſam quoq; pudicitiam, quam præcipue colere deberent, miris modis contẽnant, & ſacra quoq; Bonæ deæ impudice celebrent. *Longis ſiphonibus.*] B

Tullia, quid dicat notę Collactea Maurę,
Maura pudicitiæ ueterem quum præterit aram,
Noctibus hic ponunt lecticas, micturiunt hic,
Effigiemq; deæ longis ſiphonibus implent,
Inq; uices equitant, ac luna teſte mouentur,
Inde domos abeunt: tu calcas luce reuerſa
Coniugis urinam magnos uiſurus amicos.
Nota Bonæ ſecreta deæ, cum tibia lumbos
Incitat, & cornu pariter, uinoq; feruntur
Attonitæ, crinemq; rotant ululante Priapo
Mænades, o quantus tunc illis mentibus ardor
Concubitus, quæ uox ſaltante libidine, quantus
Ille meri ueteris per crura madentia torrens.

Siphones proprie dicuntur fiſtulæ, & tubi, & cannæ ex quacũq; materia, unde liquida fluere poſſunt. Corn. Celſus, prodeſt etiam aduerſus tardam concoctionem uinum frigidum bibere, & poſt cibum magnam potionem, ſed ut ſuprà dixi, per ſiphonem. Quibus uerbis declarat fiſtulam, & ſiphonem idem ſignare, nam pauloante dixerat, duos cyathos per tenuem fiſtulam bibant. Plin. libro ſecundo, de aqua in ſumma iuga erumpente. Quo ſpiritu acta, & terrę pondere preſſa ſiphonum modo emicat. Per ſiphones igitur longos ueſicæ meatus intelligit, ex quibus urina exit, inde per diminutionem ſiphunculi dicuntur. Plin. ad Apollinarem, in hoc fonte crater, circa ſiphunculi plures miſcent iucundiſsimum murmur. Et paulo infra. E ſtibadio aqua ueluti expreſſa cubantium pondere ſiphunculis effluit, cauato lapide ſuſcipitur. *Inq; uices equitant.*] Hinc apparet deã haberi contemptui, in cuius conſpectu turpiſsima quæq; peragant. expreſsit aũt tribades mulieres, hoc eſt fricatrices à τρίβω quod eſt frico ſiue tero: qualis fuit Sapho ut ipſa fatetur, & Porphyrio docet. quod genus ſceleris primo inſtituiſſe dicũtur Lesbiæ mulieres. unde apud Ariſtotelem λεσβίζειν, id agere eſt. *Inq; uices*] Vt altera alteram ineat. Plinius libro ſeptimo, Androgynos conſtat utriuſq; eſſe naturæ inter ſe uicibus coeuntes. alibi Iuu. Ne faciant uicibus. *Coniugis urinam*] Quam emiſit ante effigiem pudicitiæ. *Magnos uiſurus amicos.*] Id eſt ex conſuetudine Romana amicos ſalutaturus matutino. *Nota Bonæ ſecreta deæ.*] Quaſi dicat, mirum eſt quàm ſint etiam obſcœna quæ in ſacris Bonæ deę fiunt à mulieribus, eſtq; adiuuandum geſtu. De Bona dea dictum eſt in ſecunda Satyra, Atq; Bonam teneræ placant abdomine porcæ. *Secreta Bonæ deæ.*] Secreta autem dicit, quia ut autores ſunt Macrob. & Plutarchus in Cęſare & Cicerone, horum ſacrorum ritus arcani fuerunt, quumq; celebrarentur, uiris intereſſe non licebat. ea tantum in domo ſummi pontificis noctu à mulieribus celebrabantur. *Quum tibia lumbos.*] Sic illud Perſii. Quum carmina lumbum Intrant. Nam laſciuo cantu & ſono libido maxime excitatur. in iis enim ſacris ad tibiam, ut ait Plutarchus, ſaltabant mulieres multa Bacchanalibus ſimilia peragẽtes. unde ſuprà. Nullo gemit hic tibicina cornu. *Vinoq; ferũtur.*] Licet in iis ſacris uino uterentur, tamẽ lactis nomine nuncupatur, & uas mellarium, autor eſt Macrob. Ordo eſt aũt, o quantus ardor cõcubitus eſt illis mentibus, quum tibia incitat lumbos & Męnades attonitæ cornu & uino feruntur, id eſt agitantur & rapiuntur. *Crinemq; rotãt.*] Caput agitant. *Vlulãte Priapo.*] Vult omnino oſtendere poeta in ſacris Bonę deę omnia fere fieri à mulieribus, quę fieri cõſueuerant in Bacchanalibus, in quibus, ut diximus in ij. Saty. autore Liuio, Viri & mulieres non gratia ſacrorum, ſed concubitus cõueniebant, nam ibi ſtupra erant promiſcua ingenuorum & fœminarũ, tum inter ſe, tum cũ maribus ibi aderant ſacerdotes & Priapi, & Cybeles, multiq; ululatus cymbalorum, tympanorum, & id genus inſtrumentorũ muſicorũ, per quod ait poeta ululante Priapo, id eſt ſacerdote Priapi edente ſonos, & ululatus muſicis inſtrumentis, hoc autem faciebant, ne quiritantis uox per uim ſtuprum patientis exaudiretur. De quibus Bacchanalibus ſic meminit Diuus Auguſtinus libro decimo octauo De ciuitate dei. Et tamen eius uelut de nomine per immundos dęmones Bacchanalia ſacra, uel potius ſacrilegia ſunt inſtituta, de quorum rabioſa turpitudine poſt tam multos annos ſic ſenatus erubuit, ut in urbe Romana eſſe prohiberet. *Mænades.*] Eas męnades appellat, quòd multa Bacchanalibus ſimilia peragerent. Nam Mænades dicuntur Bacchæ à μαίνομαι quod idem eſt, quod furo. *Concubitus.*] Genitiuus eſt caſus. *Quæ uox.*] Quàm impudica. *Saltante libidine.*] Titillante prurito, & uredine. *Quantus torrens.*] Hyperbole eſt, id eſt quantus diſcurſus ſpermatis collecti ex nimio hauſtu uini.

The margin letters C and D stand beside the lines "haberi contemptui, in cuius conſpectu…" and "cubitus eſt illis mentibus, quum tibia incitat lumbos…" respectively.

Lenonum ancillas poſita Lauſella corona
Prouocat,& tollit pendentis præmia coxæ.
Ipſa Medullinæ frictum criſſantis adorat.
Palmam inter dominas uirtus natalibus æquat.
Nil tibi per ludum ſimulabitur,omnia fient
Ad uerum,quibus incendi iam frigidus æuo
Laumedontiades,& Neſtoris hernia poſsit.
Tunc prurigo moræ impatiẽs,tũc fœmina ſimplex,
Et toto pariter repetitur clamor ab antro.
Iam fas eſt,admitte uiros,dormitat adulter,
Illa iubet ſumpto iuuenem properare cucullo:
Si nihil eſt,ſeruis incurritur:abſtuleris ſpem
Seruorum,ueniet conductus aquarius:hic ſi
Quæritur,& deſunt homines,mora nulla per ipſam,
Quominus impoſito clunem ſummittat aſello.
Atq; utinam ritus ueteres,& publica ſaltem
His intacta malis agerentur ſacra:ſed omnes
Nouerunt Mauri,atq; Indi,quæ Pſaltria penem

A *Lenonum ancillas.*] Carpit mulieres tribades ſui temporis,conqueriturq; quod in iiſdem ſacris
bonę deę,quum corona ſeruantibus uirginitatem daretur,nunc proponatur tribadibus. *Lau-
ſella.*] Nomen mulieris impudicæ,& ebrioſæ,de qua alibi. Quantum Lauſella bibebat. *Ancillas
Lenonum.*] puellas Lenonum proſtitutas. *Prouocat*] Quaſi melius libidinatura. *Coxæ penden-
tis.*] Nam quæ ſuccumbit,ſublimi coxa excipit tribadem incumbentem. *Ipſa.*] Scilicet Lauſel-
la. *Adorat frictum.*] Hoc autẽ di-
cit,quia genibus incuruatur ad fri-
ctum. *Medullinæ criſſantis*] Mouẽ-
tis ſe ad turpitudinẽ. Nam criſſari
mulierum eſt, ſicuti ceuere uiro-
rum. *Palmam inter dominas uirtus
natalibus æquat.*] Quum inter mu-
lieres inquit cæteris in rebus,ho-
neſtisq; officiis nobilitatis ratio ha-
beatur,ita ut ſemp nobiliores præ-
ponantur:in hoc tamen obſcœno
B libidinis flagitio uictoria & coro-
na tam ignobili quàm nobili indiſ-
ferenter datur,prout quæq; meli-
us libidinata fuerit, nulla prorſus
illic habita ratione nobilitatis.Er-
go inquit nullum illic habetur diſ-
crimen inter mulieres, ſed uirtus
ſcilicet libidinandi & coeũdi inter
dominas,id eſt quæ exercetur in-
ter ipſas mulieres æquat palmam,
id eſt facit,ut ipſa quę uictrix ſit,æ-
quetur natalibus,id eſt nobilitati,
nam per natales numero plurati-
uo nobilitatẽ intelligimus. Vnde Corn. Tacitus loquẽs de Cornelio Fuſco ait. Cornelius Fuſcus
ingens ætate,clarus natalibus.Sen. ad Luciliũ. Conditor ille iuris humani non natalibus nos,nec
nominum claritate diſtinxit. *Laumedontiades*] Id eſt Priamus Laumedontis filius.Per Priamum
C & Neſtora omnes extremæ ſenectutis intelligit.ſpeciem enim pro genere poſuit. *Hernia.*] Græci
enterocelen & epiplocelen uocant autore Celſo,quod nos herniam.eſt enim quum inteſtinum,aut
omentum in ſinum teſticulorum,quem Græci oſchon,Latini ſcrotum appellant deſcẽdit.quo ui-
tio ſenes maxime laborãt. *Neſtoris*] Neſtor Nelei regis Pyli fuit filius,qui ut tradit Homerus,ter-
tiam hominũ ętatem uixit.unde Ouid.in Metamorph. Vixi Annos biſcẽtum, nunc tertia uiuitur
ętas. *Tunc*] Quum omnia aperte peraguntur,omni amota ſimulatione. *Prurigo.*] Libidinis
excitatio,omniſq; uredo. *Tunc fœmina ſimplex.*] Tunc inquit ſimpliciter omnia agit mulier,neq;
turpitudinem aliquo pudoris uelamẽto tegit. *Repetitur clamor*] A fœmina expetẽte adulterum.
A toto antro] Ab loco ſacrorũ occultiore. *Iam fas eſt*] Verba mulierum libidinis impatientiũ,
uocantiũq; uiros intra ædes ſacrorum. *Dormitat adulter.*] Id eſt ſi adulter dormit,nec uenit, illa
iubet iuuenem ad ſe alium accerſi. *Cucullo.*] Cucullus genus eſt ueſtis, de quo abunde dictũ eſt
in tertia Satyra. Veneto,duroq; cucullo. *Si nihil eſt.*] Subaudi amantium. *Seruis incurritur.*]
Id eſt ad ſeruos recurrunt,ut cũ eis libidinentur. *Aquarius.*] Alii tradunt aquariũ illum dici, qui
aquam coquo miniſtrat,quod hominis eſt uiliſsimi. Aquarium etiam accipi pro eo,qui publice
aquam uendit,ut Romę & Venetiis noſtris temporibus fit. Vnde Cælius ad Ciceronem. niſi ego
cũ tabernariis,& aquariis pugnarem,ciuitatem ueternus occupaſſet. unde & aquariũ appellamus
D ſignum in Zodiaco humectum & hymbricum. Nam ſole in eo exiſtente pluuię cadũt in terras. Iu-
lius uero Frontinus de aquę ductibus oſtendit illum dici aquarium,qui curam haberet aquarum
deducendarum per Vrbẽ,ſic enim ſcribit. Cuius rei fraus aquariorũ eſt, quos aquas ex publicis
ductibus in priuatorum uſum deriuare deprehẽdimus. alibi: Nouus autẽ Anio uiciabat cęteras
aquas,nam quum erudituſsimus ueniat,& in primis abundans defectioni aliarum ſuccurrit im-
peritia aquariorum deducentiũ in alienos ſpecus. Aquarioli autẽ dicebantur mulierum impudi-
carum ſordidi aſſeclę. Apuleius in ii. Apol. huſce auditis exacerbatus,aquariolus iſte uxoris ſuę ita
ira extumuit. *Atq; utinam ritus,*] Dolet poeta in mulieribus tantam eſſe libidinis uredinem ui deo-
rum etiam templa profanent,pudicitiã contemnant,in ſacris bonę deę nulla turpitudine abſti-
neant. *Ritus ueteres.*] Solennia uetera ſacrorũ non uiolarentur. *Publica ſ.* quę pro ſalute popu-
li Romani celebrabantur. Plutarchus. *Mauri.*] Mauritania in extrema eſt parte Aphricę ad Oc-
cidentem ad montem Atlantem. *Indi.*] Populi ſunt ad Orientem ſiti prope Oceani refluxus, &
ſolis exortus. eſt enim ſenſus,Orientales pariter & Occidentales nationes nouerunt, quę Pſaltria
tulerit penem maiorem,quàm ſint duo Anticatones Cęſaris. *Illud.*] Id eſt ubi ſacra Bonę deę cele-
brantur. *Pſaltria.*] Quę optime canit,à pſallo,id eſt cano,unde pſalmus,id eſt cantus,& pſalte-
rium inſtrumentũ muſicum. Quas Pſaltrias Gręci dixerunt,Latini fidicinas appellarũt. *Penẽ.*]
Vere-

Veretrum,penis dicitur à pendendo.nam penem,autore Feſto caudã uocabant,unde offam por cinam cum cauda offam penitam dicebant.nunc uero penis capitur pro membro uirili ſicuti etiã cauda ſalax. *Duo Cæſa. Anticatones.*] Cice.libellum in laudem Catonis Vucẽſis ſcripſerat. Cõtrà Cæſar indignatus duos libros ſcripſit quos appellauit Anticatones.De quib.ita Suetonius in Cæ ſare.Reliquit & de Analogia duos libros & Anticatones totidem.In quibus complexus eſt crimi- A

Maiorem,quàm ſint duo Cæſaris Anticatones,
Illuc,teſticuli ſibi conſcius unde fugit mus,
Intulerit,ubi uelari pictura iubetur,
Quæcunq; alterius ſexus imitata figuram eſt.
Et quis tunc hominũ contemptor numinis? aut quis
Simpuuium ridere Numæ, nigrumq́; catinum,
Et Vaticano fragiles de monte patellas
Auſus erat? ſed nunc ad quas non Clodius aras?
Audio quid ueteres olim moneatis amici:
Pone ſeram, cohibe.ſed quis cuſtodiet ipſos
Cuſtodes? cauta eſt,& ab illis incipit uxor.
Iamq; eadem ſummis pariter,minimiſq; libido.
Nec melior pedibus ſilicem quæ conterit atrum,
Quàm quæ longorum uehitur ceruice Syrorum.
Vt ſpectet ludos conducit Ogulnia ueſtem,
Conducit comites,ſellam,ceruical,amicas,
Nutricem,& flauam,cui det mandata puellam.
Hæc tamen argenti ſupereſt quodcunq; paterni

na quamplurima in Catonem. de Anticatonibus etiam Cic. intellexit quadam epiſtola ad Atticũ ſic ſcribens. Qualis futura ſit Cæſaris uituperatio contra laudationem meã perſpexi ex eo libro quẽ Hircius ad me miſit, in quo colligit uitia Catonis. Vocabulũ eſt autem compoſitum ex Græco & Latino. Nã uerba autore Quint. in primo ex peregrino & noſtro cõponuntur,ut Epitogium & Anticato,Epitogiũ aũt eſt genus ueſtis quod togæ ſuperinducebatur, ab ἐπὶ prępoſitione Græca & toga formatum eſt.Anticato uero ab ἀντὶ quod eſt contra & Cato,ſic autem duo libri in uolumen unum cõplicati erãt, & conuoluti ſpecie tereti. Vnde & uolumina ſunt denominata, ut diximus latius in prima Satyra:cui uolumini modo penẽ illũ cõparat poeta. *Vnde f.m.*] Tantæ pudicitiæ ferũt Bonã deã fuiſſe autore Mac.ut extra gynæceũ nunq̃ ſit egreſſa, nec nomẽ eius in publico fuerit auditũ,nec uirũ unq̃ uiderit,uel à uiro uiſa ſit. Propter qđ nec uir tẽplũ eius ingreditur. Vnde Tibullus:Sacra Bonæ marib.nõ adeũda deæ. Et Propertius:Fœmineæ loca clauſa deæ fontiſq́; piãdos,Impune & nullis ſacra retecta uiris.& ut teſtatur Seneca,ita mares ab eius ſacris arcebantur,ut picturæ quoq; animaliũ maſculorũ cõtegerentur. Oſtẽdit igitur poeta in brutis maiorẽ eſſe C pudorem q̃ in mulieribus, quas non pudeat ueretrũ in ſacra Bonæ deæ inferre, unde fugiant ipſi mures, tanquàm qui ſciant ea ſacra omni amota uirili figura celebrari cõſueuiſſe. *Et quis tunc hominum.*] Vt ſit ſenſus,Priſcis temporibus tanta ueneratione colebantur dij,ut nemo unquam auſus ſit eorum ritum contemnere. Nunc autem ita ludibrio habentur,ut in omnibus tẽplis obſcœniſsima quæq; fiant. *Numæ.*] Qui ſecundus poſt Romulum rex Romanorum ſacra plurima inſtituit,ædem Veſtæ confecit,uirgines ueſtales elegit,Flamines tres Dialem,Martialem, Quirinalẽ, Salios Martis ſacerdotes.in ſacris,fictilibus uſus eſt. *Simpuuium.*] Vas cuius uſus erat in ſacris, dictum à ſumendo,ut ſcribit Varro. *Catinum.*] Vas à capiendo dictũ. *Patellas f.*] Fictiles.Nam & patella uas erat,quo etiã utebãtur in ſacris, unde ſcri. Valerius C. Fabritium patellã deorũ & ſalinum habuiſſe. Aemilium quoq; Pappum addit,quum hæreditaris nomine ea accepiſſet,religionis cauſa à ſe abalienanda non putaſſe. *Vaticano.*] Collis Vaticanus eſt appellatus,quòd eo potitus ſit pop.Romanus,uatum reſpõſo expulſis Hetruſcis. *Sed nunc ad quas non Clodius aras.*] Subaudi accedit,per Clodium intelligit omnẽ adulterum:nam Clodius,ut diximus ex autoritate Plutarchi in uita Cæſaris,& Ciceronis in ſecunda Satyra,captus amore Põpeæ uxoris Cæſaris, ſumpto habitu muliebri,domum Cæſaris ſummi pontificis ingreſſus eſt:ubi ſacra Bonæ deæ celebrabãtur,ſicq; auſus eſt nulla habita ſacrorum reuerentia,ea polluere. *Sed nunc.*] i.temporibus no D ſtris. *Audio quid ueteres.*] Intelligo inquit o amici ueteres quid nunc moneatis me.ſ. mulieres cuſtodia in caſtitate poſſe cõtineri. *Olim.*] Tria tẽpora cõplectitur:Præſens, ut hoc in loco,& Præteritũ,ut illud Oratij,Olim truncus erã ficulnus,inutile lignum: Futurũ, ut illud Virg. Forſan & hæc olim meminiſſe iuuabit.olim item pro interdum & nonnunq̃ ponitur:ut illud Oratianũ: Vt olim dant cruſtula blandi Doctores. *Quis cuſtodiet ipſos cuſtodes.*] Monet poeta nec mulierẽ tutã eſſe à cuſtodib.quãdo ab iis ipſa incipiat:Mar.Sed poſitis cuſtodib.ingẽs Turba fututorum eſt,ingenioſus homo es. *Eadẽ libido.*] Oẽs inquit mulieres pauperes iuxiá & diuites in libidinẽ ruũt. *Pedibus q.c.*] i.quæ lectica nõ geſtatur ſed pedib.ſuis ambulat,ac per hoc pauper. *Nec m.*] ſubaudi eſt q̃ diues mulier. *Atrũ.*] Hoc loco aſperũ,alijs nigrum. *Vehitur.c*] i.geſtatur lectica à ſeruis ſyrijs. *Longorũ.*] Procerorũ:nam lecticarij quærebãtur magni & proceri. *Vt ſpectet ludos.*] Aliud uitiũ notat in mulierib.quòd.ſ.ambitioſæ ſint quamuis pauperes.uolunt enĩ diuites & nobiles uideri. *Nutricem.*] Nã inter ancillas Rom.diuites & nobiles habebãt nutrices liberorũ ſuorum. *Flauam p.*] Pulchram.nam ut diximus ante,poetæ flauũ pulchrum appellant, unde Ora. Phillidis flauæ decoret parẽtes.Alibi,Si flaua excutitur Cloe,hoc eſt pulchra. *Hæc t.a.*] Licet inquit mulier modicas poſsideat diuitias:tamẽ quodcũq; argẽti paterni ſupereſt.i.quodcunq; reli-

ctum eſt ex cenſu maiorũ ſuorũ donat athletis. *Athletis.*] pugilibus.nã ἆθλος certamẽ ſignificat
ἆθλον uero certo. *Leuibus.*] Politis,& ſine pilis, ac per hoc iuuenib.nã leue dicimus quod eſt ſine
pilis.Macrob.Leue autẽ eſt mulierũ corpus,quaſi frigore naturali dẽſetur. *Nouiſsima uaſa.*] quæ
ei extrema fuerunt ex cẽſu maiorũ. *Multis res anguſta domi.*] Subaudi eſt:licet inquit mulieres mul
tæ ſint pauperes,nullo tamen paupertatis pudore retinentur,quo minus ſint prodigæ,modumq́
fortunarũ ſuarum excedant.nã il-
le dicitur pudorẽ paupertatis non
habere,qui nõ timet,ne reprehẽda
tur paupertatis,ſi quid ultra mo-
dum facultatum fecerit. *Ad illum
modũ.*] Ad illam menſurã rerum,
quam dedit ei paupertas : nõ uiuit
pro facultatibus. *Proſpiciunt u.*] ſ.
Prodigi. *Recidiuus.*] Recidiua
Pergama appellat Virg. quæ poſt
B caſum ſint reſtituta:ſic nũmus reci
diuus,quaſi q renaſcatur poſtq̃ iã
perierit.In uetuſtis codicib.legitur
rediuiuus:quòd ex uetuſto reno-
uatum ſignificare oſtendit Feſtus.
ergo nũmus rediuiuus quaſi qui
renouetur & reuiuiſcat. *Exhau-
ſta.*] Exinanita. *Pullulet.*] Sum
pta metaphora à ſatis,quę quum è
terra ſiue arbore exeunt,pullulare
dicũtur deducto uocabulo à pullo
i.nouello. Orat. pullam appellat
myrtum:quæ nouella ſit. *Non re
putant.*] Nõ cõſiderant:quã mag-
no cõſtent uoluptates quas capiũt
ex libidine ſua. *Suntq.*] Aliã mu
C lierũ impudicitiã notat,quod Eu-
nuchis delectentur:ea.ſ.ratione,ut
uoluptates ſentiant,et nõ cõcipiãt.
unde illud eſt Mar. Cur tantũ Eu-
nuchos habeat tua Gellia quæris

Leuibus athletis,ac uaſa nouiſſima donat.
MVLTIS rés anguſta domi,ſed nulla pudorem
Paupertatis habet:nec ſe metitur ad illum,
Quem dedit hæc poſuitq́ modũ,tamen utile quid ſit
Proſpiciunt aliquando uiri,friguſq́,famemq́
Formica tandem quidam expauere magiſtra.
Prodiga non ſentit pereuntem fœmina cenſum.
Ac uelut exhauſta recidiuus pullulet arca
Nummus,& è pleno ſemper tollatur aceruo,
Non unquam reputant,quãti iam gaudia conſtent.
Sunt quas eunuchi imbelles,ac mollia ſemper
Oſcula delectent,& deſperatio barbæ,
Et quod abortiuo non eſt opus.illa uoluptas
Summa tamen,quod iam calida,& matura iuuenta
Inguina traduntur medicis,iam pectine nigro.
Ergo expectatos,ac iuſſos creſcere primum
Teſticulos,poſtquam cœperunt eſſe bilibres,
Tonſoris damno tantum rapit Heliodorus.
Conſpicuus longe,cunctiſq́ notabilis intrat
Balnea,nec dubie cuſtodem uitis,& horti
Prouocat à domina factus ſpado.dormiat ille
Cum domina:ſed tu iam durum Poſthume,iamq́
Tondendum eunucho Bromium committere noli.
Si gaudet cantu,nullius fibula durat

Panice:uult futui Gellia non parere. *Imbelles.*] Sunt em̃ ueluti mulieres. *Mollia.*] Quaſi mulie
bria quũ Eunuchi ſint. *Deſperatio barbæ.* [Barbam enim Eunuchi nõ producunt,quid ſeri.Ma-
crob.inopia caloris.Calor enim eſt qui pilos creat, unde Eunuchis deſunt:quorũ naturam nul-
lus negauerit frigidiorem eſſe q̃ uiri. *Et quod abortiuo.*] Alia ratio quòd ſpadonibus delectẽtur,
quia nõ cõcipient,ac per hoc abortiuos nõ facient. De abortiuo dictũ eſt in ſecunda Satyra. *Illa
uoluptas,S.t.*] Eſt uelut Anthypophora,quaſi aliquis dixerit,quã uoluptatẽ poſſunt capere ex ho
minib.Eunuchis,quũ ſint male mẽtulati:ſed ſumma inquit eſt uoluptas,quia nõ utũtur Eunuchis
niſi qui caſtrati fuerũt in ætate adultiore,ut matura habuerint genitalia. *Inguina.*] Ordo ẽ,ingui
na matura.i.quæ creuerũt ad legitimã menſuram. *Traduntur m.*] Vt inde teſtes excidant. *Pecti
ne n.*] i.Pubeſcente. *Ergo e.*] Mulieres inquit ſpadonib.delectantur,ſed eos nõ iubent prius ca-
ſtrari,q̃ ad ætatem maturam peruenerint.Domitianus tamen mares caſtrari uetuit, & ſpadonũ,
D qui reſidui erant apud mangones,pretia moderatus eſt. C. *Bilibres.*] Duarũ librarũ.i.graues &
iuſtæ magnitudinis.dicitur etiã trilibris,quo uſus eſt Orat.in ij.Serm.& quadrilibris, Plautus in
Aul.Præterea nihil. S. *Rapit H.*] Nomẽ medici.i.donũ ſolis, *Tonſoris d.*] Quia nõ lucrabitur:
nã eum nõ tõdebit,quũ barbã (ut diximus) nõ producat. *Conſpicuus.*] Penis magnitudine. nã
in balneis bene mẽtulati à cinædis obſeruabantur. Ordo aũt eſt & ſenſus.Spado factus à domina
i.qui caſtratus fuit imperãte domina lõge cõſpicuus,& notabilis cũctis.i.quẽ omnes pręcipuũ ſpa
donẽ notent,& obſeruent.intrat balnea et prouocat penis magnitudine ipſum Priapũ.i.poteſt cer
tare cũ Priapo de magnitudine mẽbri. *Cuſtodem u.& h.*] i.Priapum:qui (ut ſcri.Diodo.in quin-
to)nõ ſolum in urbium tẽplis,ſed in agreſtib.quoq́ locis tanq̃ uinearum,atq́ hortorũ cuſtos co
litur, fructuũ fures caſtigãs.cui deo ſacra cũ riſu & ludo fiũt,ſicuti etiã Diony.patri.Nã antiqui fa-
bulãtur,eũ filiũ fuiſſe Dionyſii & Veneris,ea ratiõe,quòd qui uino indulgeãt ſint natura ad Vene
rẽ prõptiores. Aſſerunt nõnulli priſcos illos,quum uellent hominũ pudenda occultius nomina-
re,priapũ dixiſſe.Omitto multa alia quæ à Diod.diffuſius perſcribuntur. *Bromiũ.*] puerũ tuum
formoſum qualis fuit Bacchus qui Bromius eſt appellatus.Βρόμος em̃ ſignificat crepitũ & ſonitum
q per tonitruũ cõtigit,quũ natus eſt. *Si g.c.*] Varia mulierũ ſtudia percurrit poeta,earũ ſemper
flagellãs impudicitiã.ſi mulier inquit cytharœdis,& cantorib.delectatur,nullus eſt q durare poſ-
ſit,ita defatigantur cõtinuo cantu. *Nullius f.d.*] i. nullus adoleſcẽs infibulatus poteſtã diutinã
canendi

Vocem uendentis prætoribus, organa ſemper
In manibus, denſi radiant teſtudine tota
Sardonyces: criſpo numerantur pectine cordæ,
Quo tener Hedymeles operã dedit, hũc tenet, hoc
Solatur, gratoq́; indulget baſia plectro. (ſe
Quædam de numero Lamiarum, ac nominis alti
Cum farre & uino Ianum, Veſtamq́; rogabat,
An capitolinam deberet Pollio quercum
Sperare, & fidibus promittere. quid faceret plus
Aegrotante uiro? medicis quid triſtibus erga
Filiolum? ſtetit ante aram, nec turpe putauit
Pro cithara uelare caput, dictataq́; uerba
Protulit (ut mos eſt) & aperta palluit agna.
Dic mihi nunc quæſo, dic antiquiſſime diuum,

canendi laborẽ perferre. Infibulabantur enim adoleſcentuli (ut diximus paulo ante) interdum ualitudinis, interdum uocis conſeruandæ gratia: frequens enim coitus facit, ut adoleſcens raueſcat. A
Eius infibulationis rationem hanc ſcri. eſſe Celſus: cutis quæ ſupra glandem eſt extendatur, noteturq́; utrinq; lateribus atramento, quà perforatur, ſi glans à notis libera eſt, is locus idoneus fibulæ eſt. Erat enim annulus tenuiſſimus argenteus ſiue aureus, ſiue æneus. Alij interpretantur quòd mulieres precio corrũpant citharœdos & cantores ad coitũ. & ſic fibulam ſoluere cogantur, quod falſum eſt. nam nõ amat eos mulier, ut coeat, ſed ut uoluptatẽ capiat ex cãtu, nam in ſequentib. ait. Sed cãtet potius, quàm totã peruolet urbem. Supra uero taxauit alias mulieres, quæ citharœdos amarẽt ad coitum. Soluitur is magno commodi fibula. Sunt quę Chryſogonum cantare uetent. Ergo poeta notat hic mulierem, quæ ſtudio citharœdorum canẽnũ teneretur. B *Vocem uendentis prætoribus.*] Prætores enim qui ludis præerant adoleſcentes emebant, qui cantica peragerent. C. *Organa.*] *ὄργανον*, Græce Latine inſtrumentum dicitur, uerum hoc loco pro muſico inſtrumento capitur habente cordas qualis eſt Cithara. S. *Denſi ſard.*] Tota inquit Cithara lapidibus precioſis adornata eſt. Onyx gemma eſt, cui nomẽ eſt coniunctum cum Sarda alio lapide. Nam ut Sudines ait (autore Plin.) Onyci candor eſt unguis humani ſimilitudine. Item. Chryſoliti & Iaſpidis & Sardæ, unde nominis ſocietas oritur. Sardonycẽ Ptolomeus à Sardonyce mõte Indię deriuari ſcribit, ea uſus eſt primus ſuperior Africanus. Autor eſt Plin. de quo diximus latius apud Perſium: Illic. Et natalitia tandem cum ſardonyce albus *Teſtudine.*] .i. Cithara, quam Mercurius primus teſte Eratoſthene ex teſtudine fecit, quãq; poſtea Orpheo, ſiue ut alij uolunt Apollini tradidit, quum ab eo dono Caduceũ accepiſſet. *Numerantur.*] Percutiuntur: nam numerari uidentur, quum feriuntur plectro. *Pectine.*] Pecten Latine, id eſt, quod Græce dicitur plectrum, quo cordæ feriuntur Virgilius: atque eadem digitis, mox pectine C
pulſat eburno. Plectrum autem dictum eſt à *πλήττω* quod eſt percutio, quod cordæ eo percutiantur. *Quo.*] Scilicet pectine. *Hedymeles.*] Nomen fictum citharœdi: nam *ἡδὺ* ſignificat dulce, & *μέλος* cantũ. *Operam dedit.*] Scilicet cantui. *Hunc t.*] Scilicet pectinem, ut ſit pars pro toto, id eſt, citharam. *Quædam de numero Lamiarum*] Id eſt, Nobilium, & potentiorum, Qualis fuit familia Lamia, quæ nobiliſſima fuit deducta origine ab Lamo, qui Formiarum rex fuit in Campania. De quo Oratius. Heli uetuſto nobilis ab Lamo. Quando & priores hinc Lamias ferunt, Denominatos & nepotum Per memores genus omne faſtos. *Cum farre & uino.*] Docet Cato in Re ruſtica capite centeſimo trigeſimo tertio Iano ſacrificare his uerbis. Iano ſtruem cõmoueto, ſic. Iane pater te hac ſtrue cõmouenda bonas preces te precor, ut ſies uolẽs propitius mihi liberiſq; meis, Domo familiæq; meæ, Mactus hoc ſerto. Poſtea uinũ Iano dato ſic. Iane pater uti te ſtrue cõmouenda bonas preces bene precatus ſum, eiuſdem rei ergo macte uino inferiori eſto. Ouid. in primo Faſto. Ara mihi poſita eſt paruo coniuncta ſacello. Hæc adolet flammis cum ſtrue farra ſuis. *Veſtamq́; rogabat.*] De Veſta abunde dictum eſt ſuperioribus Satyris. *An capitolinam.*] Rogabat inquit mulier quædam de nobilioribus Ianum & Veſtam facto ſacrificio, an Pollio citharœdus, cuius amore flagrabat, futurus eſſet uictor in certamine capitolino. *Quercum capitolinam.*] Id eſt, Coronam quernam, quæ dabatur uictori in certamine capitolino. Martialis. O cui D
tarpeias licuit contingere quercus. & alibi. Quid pro tarpeiæ frondis honore poteſt. Nam Domitianus, autore Tranquillo inſtituit quinquennale certamen, Capitolino Ioui triplex: muſicum, equeſtre, Gymnicum, & aliquanto plurium quàm nunc eſt coronarum. Certabatur etiam & proſa oratione Græce, Latineq́;, ac præter citharœdos, Corocithariſtæ quoque, & Pſallocithariſtæ. *Fidibus.*] Id eſt, Ipſi citharœdo, ſcilicet ipſam coronam. *Quid faceret*] Non plus inquit anxia eſſet pro ſalute mariti ægrotantis, aut filij, quàm eſt pro cithara, hoc eſt pro ipſo citharœdo. Rhetorica hypallage. *Velare caput.*] Nam qui rem diuinam faciebant ex ueteri inſtituto caput uelabant, unde apud Virgilium. Helenus uates precipit ſic æneæ. Purpureo uelare comas adopertus amictu, Nequa inter ſanctos ignes in honore deorũ, Hoſtilis facies occurrat & omina turbet. Hunc ſocij morem ſacrorum hunc ipſe teneto: Hac caſti maneant in religione nepòtes. De hoc ritu ſacrificandi multa ſcribit Plutarchus in Problematis. *Dictataq́; uerba.*] Ab haruſpice. ſ. qui uouenti uerba dictabat. *Vt mos eſt.*] .ſ. Haruſpex dictet uerba quæ poſtea proferat qui uotum facit. *Aperta agna.*] Ex cuius extis haruſpices futura cognoſcebant. *Dic mihi nunc quæſo.*] Hac interrogatione oſtendit tales preces indignas eſſe, quæ exaudiantur. *Antiquiſſime diuũ.*] Nam habitus eſt antiquiſſimus deorũ, unde illud eſt Ouidij in 1. Faſt. Me chaos

A antiqui,nam ſum res priſca,uocabant. *Iane pater.*] Hoc uerbum eſt ex ritu.nam in ſacris Ianum geminum, Ianum patrem,Ianum Iunonium inuocabant,Patrem autem quaſi deorum deum.lege Macro.lib.1.Saturna. *Magna ocia cæli.*] Subaudi ſunt. *Hæc de comœdis.*] Comœdi & tragœdi dicuntur qui comœdias, & tragœdias agunt, comici & tragici qui ſcribunt. *Conſulit te.*] Scilicet o Iane. *Varicoſus.*] In homine,ut in Perſium diximus,uenæ tumeſcentes in uarices conuertuntur:nec in cruribus ſolum,

Reſpondes his Iane pater?magna ocía cæli.
Non eſt(ut uideo)non eſt quod agatur apud uos.
Hæc de comœdis te conſulit,illa tragœdum
Commendare uolet,uaricoſus fiet aruſpex.
Sed cantet potíus,quàm totam peruolet urbem
Audax,& cœtus poſſit quàm ferre uirorum:
Cumq́ paludatis ducibus præſente marito
Ipſa loqui recta facie,ſtrictiſq́ mamillis.
Hæc eadem nouit,quid toto fiat in orbe,
Quid Seres,quid Thraces agant,ſecreta nouercæ
Et pueri,quis amet,quis decipiatur adulter.
Dicet quis uiduam prægnantem fecerit,& quo
Menſe,quib.uerbis concũbat quæque,modis quot.
Inſtantem Regi Armenio,Parthoq́ cometem
Prima uidet,famam,rumoreſq́ illa recentes
Excipit ad portas quoſdam facit iſſe Niphatem
In populos,magnoq́ illic cuncta arua teneri
Diluuio,nutare urbes,ſubſidere terras,
Quocunq́ in triuio,cuicunq́ eſt obuia narrat.
Nec tamen id uitiũ magis intolerabile,quàm quod
Vicinos humiles rapere,& concidere loris
Exorata ſolet.nam ſi latratibus alti
Rumpuntur ſomni,fuſtes huc ocius,inquit,
Afferte,atq́ illis dominum iubet ante feriri,
Deinde canem,grauis occurſu,teterrima uultu.
Balnea nocte ſubit:conchas,& caſtra moueri
Nocte iubet,magno gaudet ſudare tumultu,
Cum laſſata graui ceciderunt brachia maſſa,

ſed in toto corpore cõſpiciuntur. Vnde Celſus ita ſcribit.Præter hoc euenit, in quorundam uentribus uarices ſunt, quarum nulla alia curatio eſt quàm quæ in cruribus eſſe conſueuit. Varices autem dicuntur ex nimia mora ſtandi prouenire.Inde illud eſt Vaunij in Ciceronem uaricoſum glorian B tem ſe humeris Italiæ ab exilio reportatum,unde ergo tibi uarices? Haruſpex igitur,quum exta conſulit:diu ſtando fit uaricoſus. Haruſpex dicebatur, qui exta pecudum inſpiceret, ex quibus futura prænoſcebat,ab haruga denominatus:nam haruga dicitur hoſtia ab hara,in qua cõcluditur & ſeruatur.Hara autem eſt,in qua pecora includuntur. *Sed cantet potius.*] Hinc oſtendit poeta mulieres cantoribus,citharœdiſq́ delectari, ut diximus, non ut cum eis coeant, ſed ut ex cantu uoluptatem capiant.Cantet inquit potius, & cum C cantoribus uerſetur,quàm per urbem uagetur.ſicq́ notat mulieres ambulatrices, quæ ſemper impudicæ habitæ ſunt. Vnde eſt illud præceptum Catonis in Reruſtica. Mulier ne ſit ambulatrix. *Ferre cœtus uirorum*] Verſari magna audacia cum uiris. *Cumq́ paludatis.*] Paludamentum ueſtis militaris imperatoria. Apuleius in prima Apologia. Veruntamen hoc Diogeni,& Antiſtheni pera & baculus, quod regibus diadema, quod imperatoribus paludamentum,quod pontificibus Galerum,quod lituum auguribus. Tranquillus in Cæſare. Paludamentum mordicus trahens,ne ſpolio potiretur hoſtis. *Strictiſq́ mamillis.*] Ita coarctatis,ut in ſummo pateant ſinu. *Quid Seres.*] Populi Scythiæ primi hominum, qui noſcantur, lanitio ſyluarum nobiles,perfuſam aqua depectentes frondium caniciem.cœtum reliquorum mortalium fugiunt quum commercia expetant. Plinius libro ſexto. *Quid Thraces.*] D populi ſeptentrionales. *Regi Armenio Parthoq́.*] Vtpote imperij Romani hoſtibus. *Cometem inſtantem.*] Exitium minantem:nam cometas Græci uocant,quas nos cincinnatas,& crinitas ſtellas appellamus,horrentes crine ſanguineo,& comarum modo in uertice hiſpidas. *Facit Niphatem iſſe.*] Id eſt,ita rem narrando diſponit,ut faciat Niphatem iſſe in quoſdam populos. Niphates fluuius eſt Armeniæ. Luc. Armeniusq́ tenens uoluentem ſaxa Niphatem.eſt etiam mons eiuſdem nominis ut ſcribit Strabo. *Teneri diluuio.*] Id eſt inundãri,& aquis obrui. *Nutare urbes.*] Terræ motu quati. *Subſidere.*] Introrſum ire. Ouidius ſubſidunt ualles. *Nec tamen id uitium.*] Nec illud uitium uagandi per urbem,& perſcrutandi res nouas grauius eſt, quàm quod iracundiæ & ſæuitiæ uitio laborat. *Rapere.*] Trahere ui. *Vicinos humiles.*] Hoc eſt pauperes ſi forte interruptus fuerit ei ſomnus per canes eorum. *Exorata.*] Etiam exorata. *Solet concidere.*] Verberare. et cędere. *Illis.*] Scilicet fuſtibus. *Dominum.*] Scilicet canis. *Grauis.*] Terrifica. *Balnea nocte ſubit.*] Nam ante cœnam lauabantur. *Conchas.*] Vaſa quibus utebantur in balneis. *Et caſtra*] Id eſt multam ſupellectilem quam ſecum ferat. *Gaudet ſudare.*] Gaudet inquit in balneis lauari ſtrepitu magno et ambitioſo.unde titulus Epiſt. Senecæ in viij.talis eſt,cũ notat tumultuoſam balneorum luxuriam. *Graui maſſa.*] Graui alterum pondere:nam qui balnea ingrediebantur quo facilius ſudorem elicerent,antequam lauarentur ſe exercebant,nunc grauiora onera manibus ferendo,nunc alteres rotando.quam rem Seneca ad Lucilium optime oſtendit libro octauo ubi notat tumultuoſam luxuriam balneorum ſic dicens:Quum fortiores exercentur,& manus plumbo

graues

grauesiactant, quum aut laborant, aut laborantem imitantur, gemitus audio, quotiens retentum A ſpiritum remiſerunt, ſibilos & acerbiſsimas reſpirationes. Idem alibi ad Lucilium loquens de exercitationibus. Curſus, & cum aliquo pondere manus motæ. ergo graui maſſa, id eſt, graui altere. qui aliud nihil eſt quàm maſſa plumbea. Dictus autem alteres ab ἅλλομαι quod eſt ſalio nam ſaltantes ſuſcepus alteribus exercebantur. Martialis. Alterem facili rotat lacerto. *Aliptes.*] Vnctor ab ἀλείφω quod eſt ungo, ungẽbautur enim qui uolebant lauari. *Callidus.*] Aſtutus: nam dum ungit mulierem genitalia manibus palpat, & percuut: Senec. libro octauo loquens de ſtrepitu balneorum. Quum in aliquem inertem ac plebeia unctione contentum incidi, audio crepitum illiſæ manus humeris. quæ ut plana prouenerit, aut concaua, ita ſonum mutat. Idem in eadem Epiſtola. Aliptem B cogita tenuem & ſtridulam uocẽ, quo fit notabilior, exprimentem, nec unquam tacentem, niſi dum

Callidus & criſtæ digitos impreſsit aliptes,
Ac ſummum fœmur dominæ exclamare coegit.
Conuiuæ miſeri interea ſomnoq́, fameq́
Vrgentur. tandem illa uenit rubicundula, totum
Oenophorum ſitiens, plena quod tenditur urna
Admotum pedibus, de quo ſextarius alter
Ducitur ante cibum, rabidam facturus orexim,
Dum redit, & terram luto ferit inteſtino.
Marmoribus riui properant, aut lata falerno
Peluis olet, nam ſic tanquam alta in dolia longus
Deciderit ſerpens, bibit, & uomit: ergo maritus

uellit alas, & alium pro ſe clamare cogit. *Criſtæ.*] Genitalibus. *Exclamare.*] Strepitum facere ex percuſſu manus. Summum fœmur, ſummam partem fœmoris, nam fœmur totam coxam appellamus, hoc eſt partem exteriorem, & interiorem uno uocabulo. Vnde Apuleius. Nam ſi faciem tuam medijs eius fœminibus emiſeris facile percunctaberis, quam grandem tibi demonſtret patientiam. loquebatur autem de Aſino. Plinius autem libro uigeſimoteruo. Fœmina atteri, adurique equitatu notũ eſt. Apuleius in decimo. Ilian ticione candenti inter media fœmina detruſo crudeliſsime necauit. *Conuiuæ miſeri.*] Hoc eſt qui illam domi expectant cum ea cœnaturi, ut ſit tota ipſa familia. *Interea.*] Dum lauatur. *Tandem.*] Poſt longam expectationem. *Oenophorum.*] Vas ad ferenda uina. οἶνος enim uinum ſignificat, φέρω porto. *Sitiens.*] Magna cum ſiti bibens. *Quod tenditur.*] Quod plenum eſt, unde & ubera diſtenta dicimus, quæ plena ſunt. *Admotum à pedibus.*] Id eſt appoſitum ſeruis ut peſsimum: nam peſsimum erat uinum. qui enim uomere uolebant uinum peſsimum bibebant, quale dabatur ſeruis, quod appellabant τρόπιν quod ſignificat uerſionem, quæ ſcilicet ſtomachum ſubuertit & perturbat. Id C uerbum eſt apud Martialẽ. bibit ergo tropin ut uomat. De apedibus autem diximus in prima Satyra illic. Ab octaua Marius bibit. *Sextarius alter.*] id eſt duo ſextarij. Eſt autem Sextarius ſexta pars congij. C. Capit enim Sextarius uncias uiginti, de uncijs loquor non ponderum, ſed menſurarum S. autor eſt Priſcia. *Ducitur.*] Bibitur. Oratius. Ducere nectarios ſuccos. *Ante cibum.*] id eſt ieiuno ſtomacho. contra uinum optimum uomitum coercet. Oratius. uel quod fluentem nauſeam coerceat Metire nobis Cæcubum. *Rabidam orexim.*] id eſt rabidum comedendi appetitum. orexis enim uox eſt Græca, quæ appetitum ſignificat. ὀρέγομαι enim Græce, appeto Latine. pro uomitu etiam ponitur. Plinius ad Priſcum de quadam ægrotante, pro uomitu ſic ſcribit. Hoc diſcrimine implicita eſt inſidens febris, tuſsis, orexis, ſumma macies, ſumma defectio. Iuuenalis alibi in ſequentibus. Hinc ſurgit orexis, Hinc ſtomacho bilis. nam uinum illud peſſimum bibebant, ut uomerent, ſicq́ euacuato per uomitum ſtomacho maior eſſet edendi appetentia. Vnde Seneca Vomunt, ut edant, edunt ut uomant. Idem Seneca ad Lucilium loquens de intemperantia mulierum. Non minus inquit potant, & oleo & mero uiros prouocant. Aeque inuitis ingeſta uiſceribus per os reddunt, & uinum omne uomitu remittunt. *Dum redit.*] Senſus eſt, & ordo. Sextarius alter ducitur, id eſt hauritur, & bibitur ante cibum facturus rabidam orexim, id eſt rabidam appetentiam, dum redit ſcilicet ex ſtomacho. id eſt dum remittitur, & uomitur, D nam ſic per uomitum exinanito ſtomacho appetitus edendi magnus excitatur. *Luto inteſtino.*] id eſt uino luteo, quod in inteſtina hauſerat. luto enim poſitum eſt pro luteo. ſic Virgilius: Croceo mutabit uellera luto. & in ſequentibus Iuuenalis. Incude & luto Vulcano ad rhetora miſit. Quem locum animaduerti ſic legendum & non luteo, primam enim habet longam. Perſius. Surgit tibi lutea pellis. Carmen hexametrum luteo non admittit duabus extremis longis & media correpta, ergo luto pro luteo C. Quid ſi dicamus luto, non prohibeo, ſed pro cœno poſitum eſſe, priore longa poetica licentia, idq́ ut uomitionis fœditatem oſtendat, nam non cibum, ſed lutum uomunt inteſtinum, hoc eſt cibi potusq́ incoctam maſſam, & ut Cicero ij. Philip. dixit fruſta eſculenta uinum redolentia S. *Riui.*] Hyperbolicos quaſi riui. *Marmoribus.*] Per ſola & pauimenta marmorea. *Aut falernum peluis olet.*] Eſt enim ſenſus: uomitus uini, aut in terram cadit, aut pelui excipitur. *Olet falerno.*] Oleo & accuſatiuo iungitur, Ora. Paſtillos rufillus olet, & ablatiuo. Ouidius. Non Arabo noſter rore capillus olet. *Bibit & uomit.*] Martialis. Nec cœnat prius, aut recumbit, Quàm ſeptem uomuit deunces. *Maritus nauſeat.*] Id eſt marito ſtomachus ſubuertitur, & ad uomitum mouetur. Nam nauſea proprie appellatur ipſa ſtomachi ſubuerſio ſine tamen uomitu. Seneca libro octauo. Nauſea enim me ſegnis hæc ſine exitu torquebat, quæ bi

A lem mouet nec effundit. Nauſeo autem unum eſt ex ſex uerbis deſinentibus in eo, quæ primæ ſunt coniugationis, quæ ſunt hæc: Beo, creo, meo, nauſeo, ſcreo, laqueo, cum compoſitis. Reliqua uero in eo deſinentia ſecundæ ſunt coniugationis, præter eo & queo cum compoſitis, quæ quartæ ſunt. *Bilem ſubſtringit.*] Sed choleram inquit compeſcit continendo. *Illa tamen grauior.*] Ridendo ait poeta eam maioris eſſe grauitatis, quæ etiam in cœnis diſputet de poetis. Sic Perſi. Ecce inter pocula quærunt, Romulidæ ſaturi, quid dia poemata narrent. *Perituræ ignoſcit Eliſſæ.*] Ita bene hiſtoriam ait ſcriptam à Virgilio de nece Didonis, ut non iraſcatur ei, quòd ipſa ſibi mortem attulerit, ſed ignoſcat laudetq́ue ut ab ea recte factum, ut totum ſit in laudem Virgilij qui cauſas necis optime deſcripſerit. Solemus enim iraſci, & nullo modo igno- B ſcere, cũ quis ſe interemerit nulla exiſtente cauſa honeſta. *Eliſſæ.*] id eſt Didoni: nã Eliſſa nomen fuit proprium. Dido uero Pœnorum lingua uiraginem ſignificat, quòd in ignem ſe immiſerit. *Committit uates.*] Quaſi præſentes in certamen deducit, ut alter cum altero concertare poſsit, nec alter altero ſit inferior. Eſt enim committere idem quod comparare, & in contentionem adducere. Propertius. Et ſua cum antiquæ committit ſcripta Corynnæ. De cuius ſignificatione uberius illic dicimus in prima Satyra. Rutulumq́ue ferocem Committas. *Trutina.*] id eſt ſtatera: Idem enim ſignificat. Victruuius libro undecimo. Id autem ex trutinis, quæ ſtateræ dicuntur, licet conſiderare. à trutina fit uerbum trutinor. Perſius. Atque exporrecto trutinãtur uerba labello. *Cedunt grammatici.*] Et ſi inquit grammatici, & rhetores clamoſi ſunt, tamen ſuperantur à muliere ſtrepitu uo- C cis. *Rhetores.*] Differt rhetor ab Oratore, quod ille præcepta artis tradit & docet, hic uero ſecundum præcepta artis loquitur. C. Idem tamen eſt Rhetor Græce, quod Latine eloquens, ſiue orator autore Cicerone in Oratore ad Brutum, ut notauimus in Satyra prima. S. *Nec cauſidicus.*] Hoc uult intelligi: tantum eſſe mulieris clamorem, ut oporteat omnes ſilere dum loquitur etiam qui ſoleãt eſſe clamoſi, ut cauſidici, præcones, & reliquæ mulieres. ac ſi dicat, ſi cauſidici & præcones loquerentur ea dicente non exaudirentur: tantus eſt ſtrepitus uocis muliebris. omnes inquit tacebunt, quando in caſſum loquerentur ſi ea loquetur, quia non audirentur.

Nauſeat, atq; oculis bilem ſubſtringit opertis.
Illa tamen grauior, quæ quum diſcumbere cœpit,
Laudat Virgilium, perituræ ignoſcit Eliſſæ,
Committit uates, & comparat inde Maronem,
Atq; alia parte in trutina ſuſpendit Homerum.
Cedunt grammatici, uincuntur rhetores, omnis
Turba tacet, nec cauſidicus, nec præco loquatur,
Altera nec mulier, uerborum tanta cadit uis.
Tot pariter pelues, tot tintinabula dicas
Pulſari. iam nemo tubas, atq; æra fatiget,
Vna laboranti poterit ſuccurrere lunæ.
Imponit finem ſapiens & rebus honeſtis.
Nam quæ docta nimis cupit & facunda uideri,
Crure tenus medio tunicas ſuccingere debet,
Cædere Syluano porcum, quadrante lauari.

Tanta uis.] Tanta copia uerborum. *Cadit.*] Exit ex ore. *Tot pariter.*] Tu dicas uocem illam tam ſonoram, tot pelues eſſe, & tot tintinabula. *Peluis.*] Vas aquarium, in quo uaria perluuntur, unde & nomen. *Nemo fatiget tubas.*] Nemo inquit ad ſuccurrendum lunæ utatur tubis, neque alio ſtrepitu, quandoquidem mulier uoce ſua omnes uincat ſtrepitus. *Lunæ laboranti.*] Nam ut ſcribit Plinius libro ſecundo capite duodecimo: Viri ingentes, inter quos fuit Steſichorus & Pindarus, crediderunt Lunam eclipſim, & quaſi mortem pati excantationibus, unde ne id luna pateretur diſſono crepitu ſuccurrebant. Titus Liuius libro ſeptimo tertiæ Decadis: præliatum non ſolito modo clamore, ac tumultu eſt, ſed ad aliorum uirorum equorum, armorumq́ue ſonum diſpoſita in muris campanorum imbellis multitudo tantum cum æris crepi- D tu, qualis in defectu lunæ ſilenti nocte fieri ſolet edidit clamorem. ait ergo poeta tam clamoſam eſſe mulierem, ut ſine tubis, aliiſq́ue crepitaculis ſola facile poſsit ſua uoce lunæ excantationibus laboranti auxiliari, ne excantationes audiat. *Imponit finem.*] Non ſolum inquit mulier de poetis iudicat, ſed etiam more philoſophi præcepta dat de ratione recte uiuendi. ergo & pro etiam, imponit finem rebus honeſtis, id eſt, etiam præter iudicium, quod habet de poetis, præcipit finem & modum rebus honeſtis, id eſt, docet ipſa ſapiens, quid ſit honeſtum, quid utile, quid pulchrum. pronunciandum eſt riſu Satyrico. *Nam quæ docta.*] Ex quo inquit ſibi uſurpat officium uirorum, ut more philoſophi de uirtute & honeſto diſputet, iudicetq́ue de poetis, debet etiam habitum ſumere uiris ſapientibus congruum, & omnia facere, quæ faciunt philoſophi & uiri literati, ſi cupit uideri docta & facunda, ut quemadmodum doctrina uiris parem ſe facit, ita & habitu ſit ſimilis: eſtq́ue legendum cum riſu, ut manifeſta ſit ſciolæ mulieris irriſio. *Crure tenus medio.*] Talem etiam habitum Oratoris fuiſſe oſtendit Quintilianus libro undecimo. Tunicæ prioribus oris infra genua paulum, poſterioribus ad medios poplites uſque perueniant. nam infra mulierum eſt, ſupra centurionum. *Cædere Syluano porcum.*] Debet inquit omnia facere, quæ fieri ſolent à poetis & uiris literatis, qui cum loca ſolitaria quærant & nemora, ubi ſine ſtrepitu commodius poſsint ſcribere, Syluano ſyluarum

deo

deo ſacrificant, mactantes porcum, uideturq́ poeta ad id reſpexiſſe, quum dixit porcum mactandum Syluano, quoniam, ut docet Cato in Re ruſtica, Marti Syluano in ſylua interdum in A capita ſingula boum uotum faciebant. Nam Martem Syluanum appellarunt, cui porcum immolabant. Mulieri ad eam rem diuinam adeſſe non licebat, neque uidere quomodo fieret permittebatur. Vnde nunc poeta uidetur per ironiam hortari mulierem etiam ad ſacrificia, quæ à uiris duntaxat peraguntur.

Non habeat matrona, tibi quæ iuncta recumbit
Dicendi genus, aut curtum ſermone rotato
Torqueat enthymema, nec hiſtorias ſciat omnes.
Sed quædam ex libris & non intelligat. odi
Hanc ego, quæ repetit, uoluitq́ Palæmonis artem,
Seruata ſemper lege & ratione loquendi,
Ignotosq́ mihi tenet antiquaria uerſus,
Nec curanda uiris opicæ caſtigat amicæ
Verba. ſolœciſmum liceat feciſſe marito.
Nil non permittit mulier ſibi, turpe putat nil,

Oratius in Epiſtolis, Syluanum placari lacte ſic docet ab agricolis, Tellurem porco, Syluanum lacte piabant. De hoc tamen aliquid certius quærendum eſt.

Quadrante lauari.] Exigua mercede qualem perſoluunt pauperes philoſophi. unde Oratius in tertia Satyra, irridens Cynicum ut miſerum & pauperem ait, quadrantem balneatori daturũ: Dum B tu quadrante lauatum Rex ibis.

C. Immo quadrantem balneatori dare mos fuit Romæ. Hinc Seneca, Balneum rem quadrantariam appellauit. Cur, inquit, exornaretur res quadrantaria, & in uſum non oblectamentum reperta? Cicero item pro Cœlio. Niſi forte mulier potens, quadrantaria illa permutatione, familiaris facta erat balneatori. S.

Non habeat dicendi genus.] Non ſit ea eruditione ut ex arte poſsit dicere, cognoſcatq́ genera dicendi, quæ tria ſunt, grande, mediocre, & humile. Sic & Martialis, optat eſſe uxorem ſuam: Sit mihi uerna ſatur, ſit non doctiſsima coniunx. *Torqueat enthymema.*] Rhetores enthymemata appellant ſententias concluſas ex contrarijs. ut Hunc metuere, alterum in metum nõ ponere. Eam quam nihil accuſas, damnas, Bene quam meritam autumas, male mereri iudicas. Id quod ſcis prodeſt, nihil id quod neſcis obeſt. Tales igitur ſententiæ, quæ concluduntur ex repugnantibus à rhetoribus enthymemata nuncupantur. Alij enthymema, ut ſcribit Quintilianus, Rhetoricum ſyllogiſmum, Alij imperfectum ſyllogiſmum uocauere, quia nec diſtinctis, nec totidem partibus concluderetur. Enthymema intellectum unum habet, quo omnia mente concepta ſignificat. ἐνθύμημα enim idem eſt quod cogitatio, ſiue commentum, & commentatio. *Torqueat.*] Iaculetur in aduerſarium. *Curtum.*] C Breue, nam paucis abſoluitur uerbis. *Rotato ſermo.*] Celeri, & breuibus comprehenſo.

Palæmonis.] Tantæ ut teſtatur Suetonius De claris grammaticis arrogantiæ fuit Rhemnius hic Palæmon Vicentinus ut de ſe diuinaſſe diceret Virgilium quum dixit, Tantum uicine Palæmon, ut uidelicet poetarum aliquando arbiter foret. Varronem porcum literarum appellabat, literas dicebat ſecum eſſe natas & ſecum morituras. *Antiquaria.*] Qui uerba ab uſu remota, & pene exauctorata ſcrutantur, quaſi inde eruditionis famam aucupantes, antiquarij appellantur. Quintilianus eos irridet qui ſic famam eruditionis affectabant, ut quædam ſoli ſcire uiderentur. Cacozelos autem & antiquarios ut diuerſo genere uicioſos pari ſtudio ſpreuit autore Tranquillo Auguſtus. Nam Cacozeli Latine dici poſſe uidentur mali affectatores æmulatoresq́. Quintilianus libro octauo ait, Cacozelon malam eſſe affectationem per omne dicendi genus peccantem. Nam tumida, & exilia, & prædulcia, & abundantia, & accerſita, & exultantia ſub idem nomen cadunt. *Nec curanda uiris.*] Illam etiam inquit odi, quæ exquiſitæ eſt diligentiæ circa ſtudia, ut etiam amicæ barbariſmos (rem ſane minimam) caſtiget, quod uiris etiam negligendum ſit, cum ab amicis tale quid committatur. *Opicæ.*] Barbaræ, & ueluti incultæ Latinitatis. De opico dictum eſt in tertia Satyra. Et diuina opici rodebant carmina mures. *Solœciſmum.*] Solœciſmus eſt, ut docetur ad Herennium, quum uerbis pluribus con- D ſequens uerbum ſuperiori non accommodatur. Aſinius Capito in literis, quas ad Clodium Thuſcum dedit hiſce uerbis definit: Solœciſmus eſt, inquit, impar & inconueniens compoſitura partium orationis. quum Græcum autem uocabulum ſit ſolœciſmus, an Attici homines, qui elegantius locuti ſunt uſi eo ſint, quæri ſolet. Sed nos inquit Aulus Gellius, neque ſolœciſmum neque barbariſmum apud Græcorum idoneos adhuc inuenimus. Nam ſicut barbaron, ita Solœcon dixerunt. Noſtri quoque antiquiores Solœcon facile, ſolœciſmum haud ſcio an unquam dixerint. quod ſi ita eſt, neque in Græca, neque in Latina lingua ſolœciſmus probe dicitur. A uetuſtioribus autem Latinis ſtribiligo dicebatur, à uerſura uidelicet & prauitate tortuoſæ orationis, tanquam ſtrebiligo quædam. Nam στρεβλοῦν ſiue στρεβλῶ apud Græcos torqueo, ac deprauo ſignificat. unde & Stribilita appellata eſt, quod in circuitu ad reſtis modum torqueretur, unde à noſtris torta appellata eſt. Martialis, Circumlata diu menſis ſtriblita ſecundis, Vrebat nimio ſæua calore manus. *Liceat feciſſe marito.*] Non ſit inquit tam docta, ut intelligat quum maritus incongrue loquitur. Sic & Martialis, ut modo diximus.

Nil non permittit ſibi.] Mira inquit eſt mulierum impudentia, quæ omnia ſibi licere putant, quandoquidem nec eas pudet circa collum gemmas geſtare, & auribus uniones ſuſpendere.

Cum uirides gemmas collo circumdedit, & cum
Auribus extenſis magnos commiſit elenchos.
Intolerabilius nihil eſt quàm fœmina diues.
Interea fœda aſpectu, ridendaq́ multo
Pane tumet facies, aut pinguia Poppeana
Spirat, & hinc miſeri uiſcantur labra mariti.
Ad mœchum ueniet lota cute: quando uideri
Vult formoſa domi? mœchis foliata parantur.
Emitur his quicquid graciles huc mittitis Indi.
Tandem aperit uultum, & tectoria prima reponit,
Incipit agnoſci, atq; illo lacte fouetur,
Propter quod ſecum comites educit aſellas,
Exul hyperboreum ſi dimittetur ad axem.

A *Virides gemmas.*] Smaragdos intelligit, quibus ait Plinius, nihil comparatum omnino uiridi-
us uirere. *Commiſit auribus.*] Id eſt ſuſpendit. Vnde Seneca in ſeptimo De beneficijs, uideo unio-
nes nõ ſingulos ſingulis comparatos, iam enim exercitatæ aures oneri ferendo ſunt. *Elenchos*]
Plinius libro nono, cap. xxxv. uniones faſtigiata longitudine elenchos appellat, hos inquit digitis
ſuſpendere, & hinos, ac ternos auribus fœminarum gloria eſt. *Interea fœda aſpectu*] Inſurgit poeta
in mulieres cutẽ curantes, & faciẽ
expolientes, ut adulteris placeant.
Interea] .i. mulier dum ſibi om-
nia permittit, indulgetq́, totam fa-
ciem domi linit medicamẽtis & o-
perit, ut tenera & candida cutis ſi-
at, quum uero ad mœchum profi-
ciſcitur deponit linteola & medica
menta, exeritq́ curatam faciẽ. Or-
do autem eſt. Interea facies fœda aſ
pectu, & ridenda tumet multo pa-
B ne, hoc eſt pane madido lacte aſini
no. Nam eo lacte cutem in facie e-
rugari, & tenereſcere, candoremq́
cuſtodiri putant. autor eſt Plinius,
quod fieri ſolitum ab Othone ſic
ſcribit Trãquillus, quòd pane ma
dido faciem linere conſueuerit. u-
bi intelligendum panem fuiſſe lacte aſinino maceratum. ſicut diximus illic. Et preſſum in facie di
gitis extendere panem. *Pinguia Poppeana ſpirat.*] Alij Poppeana medicamenta eſſe intelligunt,
id eſt offas panis madidi lacte aſinino, ut ſit idem bis repetitum, multo pane tumet facies & pin-
guia Poppeana ſpirat. Ego uero unguenta fuiſſe interpretor his rationibus, & quòd pinguia di-
xit & ſpirat. Nam unguenti eſt eſſe pingue & ſuauis odoris. ex pane autem macerato lacte aſini-
no, neque odor ullus habetur, neque pingue: unguentum igitur expone precioſiſsimum, quod
ipſa Poppea Neronis uxor adinuenerit uſaq; ſit. Nam & unguentorum uſus fuit apud mulieres
ut placerent, ſequitur enim, Mœchis foliata parantur. ut ita appellata ſint Poppeana à Poppea,
quemadmodum Coſmiana à Coſmo, & Nicerotiana à Nicerote confectoribus & magiſtris.
C *Spirat.*] Fragrat, & olet. *Et hinc miſeri uiſcantur.*] Hinc maxime indignatur poeta, quòd mu
lier ſe poliat non ut marito placeat, ſed amatori tantum. Nam medicamenta illa è facie non lauat
domi, parum curans an placeat marito, unde inquit labra mariti uiſcantur, quũ eam oſculatur.
Lota cute.] Elutis è uultu medicamentis. *Quando uideri uult formoſa domi.*] Cum interro-
gatione legendum eſt, ut ſit nunquam curat uideri formoſa apud maritum. *Foliata.*] Vn-
guenta nardina, nam ea precioſiſsima habebantur, quæ ex folijs & ſpicis nardi fiebant. Vnde Pli-
nius, De folio nardi plura dicere par eſt, ut principali in unguentis. inde addit, Cacumina nardi
in ariſtas ſe ſpargunt, ideo gemina dote nardi ſpicas, ac folia celebrant. Idem alibi ait unguen-
tum regale appellatum, quod Parthorum regibus ita temperatur. Conſtat myrobalano, coſto,
amomo, cinamomo, comaco, cardamomo, nardi ſpica, maro, myrrha &c. Vnde ſpicatum un-
guentum dicebatur, quòd ex ſpicis fieret. De quo in Euangelio, ubi loco deprauato legitur pi-
ſtici, quòd omnino culpa interpretum factum eſt. C. Nam etſi Græce πιστικὴ legatur, Lati-
na tamen conſuetudine, ſpicatæ, uertere debuiſſent. S. *Parantur mœchis.*] Ac ſi dicat non tam
marito uult inquit, per unguenta placere, ſed grata eſſe amatoribus ſuis. bene autem ait paran-
tur. unguenta enim inuenta ſunt ad alienam uoluptatem, nam qui odorem gerit, ipſe non ſen-
tit. *Emitur his.*] Id eſt ab his mulieribus. *Indi mittitis.*] Ex India enim multi ex huiuſmo-
D di odoribus habentur, unde ſic Plinius de Coſto & Nardo loquens, Radix & folium Indis ex ma-
ximo precio. *Graciles.*] Tenues corpore, & non pulpoſi, ſic etiam appellauit Mauros, Et ni-
gri manus oſſea Mauri, qui oſſa tantum habere uidentur, quum ſint exili & macilento corpore,
hocq; ratione nimij æſtus, qui maciei cauſa eſt, ſicut humor pinguedinis. *Aperit uultum.*] A-
motis linteolis & medicamentis. *Tectoria.*] Integumenta illã medicamentorum. ſumpta me-
taphora à parietibus, qui tectorijs cooperiuntur, ut ſint pulchriores, nam tectorium appella-
tur incruſtatio illa ex calce, quæ parietem reddit leuigatiorem, de quo pleraque diximus apud
Perſium illic: Tectoria linguæ. *Illo lacte.*] Ad illud reſpicit, quod ait Plinius, ut ante diximus,
cutem in facie erugari, & teneréſcere, & candorem cuſtodiri lacte aſinino, notumq́ quaſdã quoti-
die ſepungentas cuſtodito numero fouere. Poppea uxor Neronis principis id inſtituit, balneorũ
quoque ſic ſolio temperato aſinarum gregibus ob hoc eam comitantibus. *Exul.*] Tanta in-
quit eſt decoris affectatio, ut quocunq; etiam migrandum fuerit in ærumnis etiam uoluptatibus
indulgeat. *Axem hyperboreum.*] .i. Septentrionales regiones. Solinus ſcribit, Hyperboreos inco
lere ultra Aquilonem, apud quos mũdi cardines eſſe creduntur. Domus ſunt nemora: in diẽ arbo
res uictũ ſubminiſtrãt. Dicti hyperborei, id eſt ſuperaquilonares, uetuſtas enim hyperboreos uo-
cauit incolas locorũ, quæ ſuper Scythiã ſunt, quaſi originẽ Boreæ introrſum recedẽdo trãſiſſent.

Sed quæ mutatis inducitur atq; fouetur
Tot medicaminibus, coctæq; ſiliginis offas
Accipit & madidæ, facies dicetur, an ulcus?
Eſt operæprecium penitus cognoſcere toto
Quid faciant, agitentq; die. ſi nocte maritus
Auerſus iacuit, perijt libraria, ponunt
Coſmetæ tunicas, tarde ueniſſe Liburnus
Dicitur, & pœnas alieni pendere ſomni
Cogitur. hic frangit ferulas, rubet ille flagellis,
Hic ſcutica: ſunt quæ tortoribus annua præſtent.
Verberat, atq; obiter faciem linit, audit amicas,
Aut latum pictæ ueſtis conſiderat aurum,
Et cædens longi relegit tranſuerſa diurni,
Et cædit, donec laſsis cædentibus, exi

Sed quæ mutatis.] Ordo eſt, ſed facies quæ inducitur, & fouetur tot medicaminibus mutatis, & A
accipit offas ſiliginis coctæ & madidæ, dicetur ne facies, an ulcus? Legendum cum interrogatione, quaſi dicat ulcus potius dicendum eſt quàm facies, nam & ulcera eodem modo emplaſtris & medicamentis foueri ſolent. *Offas coctæ ſiliginis.*] Id eſt fruſta panis cocti & macerati lacte aſinino, nam appellatione offæ intelligimus fruſta panis, carnis, caſei, & huiuſmodi rerum. unde dicimus offam porcinam, id eſt fruſtum carnis porcinæ. unde Iuuenalis Satyra ſecunda. Et patruo ſimiles effunderet offas. Perſius item appellauit globum carnium offas illis carminibus: offas Ingeris. Plin. item inquit, amygdalas contuſas, & in offam redactas. *Siliginis.*] Genus tritici ex quo fit panis delicatiſsimus, de quo plura ante. *Auerſus.*] Ab uxore. ſi forte inquit maritus nocte cum ea nõ B
concubuerit, indignata, ſæuitiam in ſeruos exercet. *Perijt libraria.*] Quum enim in maritum animaduertere non poſsit, in familiam ſæuit. Libraria autem dicta à libris quos dominæ exſcriberet, ſicut librarius domino exſcribebat, unde Plinius libro ſeptimo loquens de Cæſare. Epiſtolas uero tantarum rerum quaternas pariter librarijs dictare, aut ſi nihil aliud ageret, ſeptenas. & Cicero filius ad Tyronem ita ſcribit, Peto à te ut quàm celerrime mihi librarius mittatur, maxime quidem Græcus. multum enim mihi eripitur operæ in exſcribendis hypomnematis. niſi forte uocabulum deducatur à libra, ut libraria ancilla diceretur, quæ diſpartiendis penſis præeſſet. Librariam etiam eleganter dicimus, quã Græco uocabulo bibliothecam appellamus. Gellius in Noctibus Atticis libro quinto capite quarto, In libraria ego & Paulus conſederamus. *Ponunt tunicas.*] Id eſt deponunt ut flagellentur. Plautus in Perſa. Vbi captum eſt flagrum, dum tunicas ponit, quanta afficitur miſeria? *Coſmetæ.*] Ancillæ, quæ dominam ornat. C. Quæ ornatrix à Suetonio & Ouidio dicitur. S. Nam κοσμῶ, C
idem eſt quod orno, & κόσμος, ornamentum. C. Quo nomine mundus ab ornatu à Græcis appellatus eſt, ut à Latinis à perfecta abſolutaq; elegãtia, Mundus: qua etiam uoce, muliebrem ornatum, appellamus. S. *Tarde ueniſſe.*] Increpatur quòd tarde uenerit. *Liburnus.*] Seruus, nam ex Liburnia mittebantur ſerui robuſto & procero corpore, ut diximus illic: Et ingenti curret ſuper ora Liburno. *Pœnas alieni ſomni.*] Id eſt mariti, qui dormiuit, nec uxorem ea nocte attigit. *Hic frangit ferulas.*] ita dictum, ſicut alibi de Mario, Nodoſam frangebat uertice uitem, uitem enim frangebat uertice ſuo, dum uerberabatur. *Flagellis.*] Nam tortores in ſeruos flagellis animaduertebant. Romæ flagella uendebantur in ſuburra. Martialis, Tonſtrix ſuburræ faucibus ſedet primis, Cruenta pendent quà flagella tortorum. *Tortoribus.*] Lorarijs, quos inter ſeruos habebant & mercede etiam conducebant. *Annua præſtent*] Annua abſolute ſalaria appellamus, ſiue alimenta unius anni. Vnde Tranquil. in Tyberio. Sed & peculio conceſſo à patre, præbiisq; annuis, fraudauit per ſpeciem publici iuris. Idem in opuſculo De claris grammaticis & rhetoribus, loquens de Palæmone Vicentino. Quanquam ex ſchola quadringenta annua caperet. ſic etiam accipimus diurnum pro uictu, ſiue mercede unius diei. Seneca in ſecunda Controuerſiarũ. Conſors modo omnis fortunæ diurnum petam. Idem, diurnum accipit. Diurnum item accipitur pro libro in quo ſingulorum dierum rationes notantur, ut infra, Et cedens longi, relegit trãſ- D
acta diurni. Suetonius in Claudio. Extat talis ſcriptura in pleriſq; libris, ac diurnis, titulisq; operum. *Obiter.*] Interea, de quo plura alibi in tertia Satyra, Atq; obiter leget aut ſcribet. Plinius libro duodecimo. Vt obiter quæq; genera odorum dicantur. *Audit amicas.*] Cum amicis confabulatur. *Conſiderat.*] Contemplatur. *Veſtis pictæ.*] Veſtem Phrygiam forte intelligit: quam, ut eſt autor Plinius, acu facere inuenere Phryges. unde & Phrygiones appellati ſunt qui acu ueſtes pingunt. Poſſumus etiam intelligere ueſtem Attalicam. Nam Attalus rex Aſiæ ueſtibus aurum intexere inuenit, unde Attalicis nomen. Hæc Plinius. *Et cædens.*] Verberans. *Relegit.*] Iterum & ſæpius legit, & inſpicit. *Tranſuerſa.*] Conſueuiſſe Romanos rationem quærere ex ſeruis ſuis oſtendit, ut diximus paulo ante, Seneca ad Luciliũ. Audio inquit circa horam tertiam noctis flagellorũ ſonũ, quæro quid faciat, dicitur rationes accipere. Mulier igitur furibũda, & irata recognoſcens, & diligẽter trutinans errata longi diurni, uerberat ſeruũ. *Diurni.*] Libri, in quo, ut diximus, ſingulorũ dierũ rationes notantur. *Tranſuerſa*] Ego intelligo errata, & delicta cõmiſſa, quũ perperã rationes notauerit, unde dicimus fertur trãſuerſus, quũ nõ recte quiſpiã incedat, & à recta uia declinet. C. Ego uero, hoc loco poetam de aduerſarijs, quæ uocant, loqui arbitror. Sunt autem Aduerſaria libelli, in quibus negociationes ſingulis diebus notamus relaturi

A turi poſtea in accepti & expenſi codices ſiue tabulas. ſcribebantur autem & aduerſa parte, & per tranſuerſum, & omni ex parte ut hodie quoq; facimus. ad hunc igitur morem reſpiciẽs Satyricus, dicit: relegit tranſuerſa diurni. De aduerſarijs libellis meminit Cicero pro Q. Ruffo comœdo. Cęlius Rhodiginus libro duodecimo, capite ultimo. S. *Horrendum*] Pro horrende, nomen pro aduerbio. C. figura Græcis, poetis & Latinis crebra. Sic Vergilius in duodecimo. Horrendumq; intonat armis. S.

Intonat horrendum iam cognitione peracta
Profectura domo Sicula non mitior aula.
Nam ſi conſtituit, ſolitoq; decentius optat
Ornari, & properat, iamq; expectatur in hortis,
Aut apud Iſiacæ potius ſacraria lenæ,
Componit crinem laceratis ipſa capillis,
Nuda humeros Pſecas infelix, nudiſq; mamillis.
Altior hic quare cincinnus? taurea punit
Continuo flexi crimen, facinusq; capilli.
Quid Pſecas admiſit? quænam eſt hic culpa puellæ,
Si tibi diſplicuit naſus tuus? altera læuum
Extendit, pectitq; comas, & uoluit in orbem.

Intonat.] Clamat uociferatur. *Profectura domo.*] Id eſt quum iam domo ſit profectura, peracta iam cognitione tum demum intonat Exi, iã feſsis cædentibus. *Sicula non mitior aula.*] Id eſt Phalaride Agrigentinorum tyranno, cuius crudelitatem tantam fuiſſe cõſtat, ut præmia nouorum inuentoribus tormentorũ proponeret. cui B ut placeret Perillus optimus artifex, æneum taurum cõflauit, ut inclusus reus ſubiecto igne torqueretur, & uox hominis exclamãtis mugitum bouis imitaretur. Cæterum Phalaris Perillum nouo inſtrumẽto incluſum ſupplicio mortis affecit. Vnde Ouidius, Vt munus munere penſes, Da precor ingenio munera digna meo. Dixerat hæc, Phalaris pœnæ mirandæ repertor, Ipſe tuum præſens indue dixit opus. *Iam cognitione peracta.*] Iam omnibus rationibus diligẽter recognitis & excuſsis. *Nam ſi conſtituit.*] Ordo eſt: Pſecas infelix componit crinem, ſi conſtituit, domina ſcilicet cũ adultęro, & ſi optat ornari decentius ſolito, Et ſi properat, & ſi iam expectatur in hortis, aut potius apud ſacraria lenę Iſiacæ. *Sacraria.*] Loca ubi ſacra reponuntur, & quæ etiam in ædificio priuato eſſe poſſunt & ſolent. Locus autem ſacer, dicitur ſacratus. Hęc Vlpianus titulo De rerum diuiſione. *Lenæ Iſiacæ.*] Iſis Aegyptiorum fuit dea, cuius ſacrificia Romam tranſlata fuere. in eius templo maxima dabatur adulteriorum occaſio. Ouidius ad amantem ait. Nec fuge Niliacæ Memphitica templa iuuencæ, Multas illa facit, quod fuit ipſa Ioui. Scribit Ioſe- C phus libro octauo Antiquitatum, iuuenem quendam nomine Mundum, quum impatienter Paulinam quandam generoſam & pudicam alioquin matronam amaret, ſacerdotes Iſidis pecunia corrupiſſe, qui nouo religionis commento mulierem in templum uocarent. ij igitur, quum fingerent ſe per noctem cum Oſiride collocutos, perſuaſere eam à deo deſiderari: Eam itaque quum in templum ueniſſet iuuenis tanquam Oſiris compreſsit: mox quum petulantius ſtuprum ei exprobraſſet, mulier marito rem detulit, maritus Tyberio, Qui indignatus ſacerdotes cum liberta Mundi, quæ totius facinoris fuerat conciliatrix, crucibus affixit, templum Iſidis euertit: ſimulachrum eius in Tyberim præcipitauit: Iuuenem tranſmare relegauit, grauiore ſupplicio dignum non iudicans, quòd amoris impatientia, & furore deliquiſſet. *Lenæ Iſiacæ.*] Id eſt lenæ, quæ in templo Iſidis mulierem expectat. Templum autem Iſidis proximum fuiſſe campo Martio, & Tyberi oſtendit Iuuenalis, A meroe portabit aquas ut ſpargat in ædem Iſidis, antiquo quæ proxima ſurgit ouili. *Componit crinem.*] Notat ſuperbam mulierum uecordiam, quæ quum ab ancillis ornarentur eſſentq; deformes, offenſæ ea deformitate dum in ſpeculo ſe inſpicerent, ancillas ipſas pulſarent. idem notatur à Martiale in ſecundo, Vnus de toto peccauerat orbe comarum, Annulus incerta non bene fixus acu. Hoc facinus Lalage ſpeculo quod uiderat ulta eſt, Et cecidit ſectis icta Plecuſa comis. *Pſecas.*] Nomen fictum ancillæ. ψακὰς enim idem eſt, quod ir- D roro, nam dominam ſe componentem irrorat. ſumpſit autem ex Metamorphoſi Ouidij, ubi eiuſdem nominis eſt miniſtra Dianæ. *Laceratis capillis*] A domina ſcilicet. *Nuda humeros*] Id eſt habens humeros nudos, & mamillas diſciſſa ueſte à domina, à qua cęditur. *Altior hic quare.*] Verba dominę increpantis ancillam. Quod & Seneca notat in libro De breuitate uitę his uerbis. Quomodo excandeſcunt, ſi quid extra ordinem iacuit, niſi omnia ſua in annulos ſuos reciderunt? *Cincinnus.*] Capillus annulatus, ut dixi modo teſtimonio Martialis, Annulus incerta non bene fixus acu. *Taurea.*] Nomen matronę fictum à feritate tauri. C. Immo taurea genus tormenti eſt, teſte Eutropio, qui ſcribit Tarquinium Superbum excogitaſſe primum, uincula, taureas, fuſtes, compedes, Latumias, metalla. arbitror ſcuticam fuiſſe ex taurino corio, qua terga damnatorum cędebantur, ut hodie quoq; fit pleriſq; in locis. Ergo taurea ſcutica punit crimen Pſecæ famulæ, quæ non recte compoſuit dominæ capillum. S. *Punit crimen.*] Id eſt quod ipſa putat, & uocat crimen. *Quid Pſecas*] uerba poetæ ſubſannantis furentem dominam. *Hic.*] In hac re, id eſt quum tu tibi diſpliceas. indignatur enim & iraſcitur ancillis, quòd deformis ſit. *Altera læuũ.*] Senſus eſt, altera mulier eſt quæ quũ ſe comit, & capillũ circa caput digerit, alias de ornatu cõſulit. *Altera l.*] Verum extẽdit læuum capillum, an extendit & pectit comas, & uoluit in læuum orbem. *Voluit in orbem.*] Circum caput multimodis reuolutionibus diſponit.

Eſt in

Eſt in conſilio matrona,admotaq; lanis
Emerita quæ ceſſat acu,ſententia prima
Huius erit,poſthac ætate, atq; arte minores
Cenſebunt,tanquam famæ diſcrimen agatur,
Aut animæ,tanti eſt quærendi cura decoris.
Tot premit ordinibus,tot adhuc compagibus altum
Aedificat caput. Andromachen à fronte uidebis,
Poſt minor eſt,aliam credas. cedo,ſi breue parui
Sortita eſt lateris ſpatium,breuiorq; uidetur
Virgine pygmæa nullis adiuta cothurnis,
Et leuis erecta conſurgit ad oſcula planta.
Nulla uiri cura interea,nec mentio fiet
Damnorum,uiuit tanquam uicina marito,
Hoc ſolo propior,quod amicos coniugis odit,
Et ſeruos,grauis eſt rationibus. ecce furentis
Bellonę,matriſq; deûm chorus intrat,& ingens

Eſt in conſilio matrona] Hoc eſt quod dicit, quum altera extēdit,pectitq; comas,ſtatim adhibetur matrona in cōſilio.nam matronā & ancillam anū quaſi per ætatē peritiorem cōſulit de capitis ornatu.eſt autē ordo,matrona,& ea quæ emerita acu ceſſat admota lanis eſt in conſilio. *Emerita acu.*] Id eſt iam finito munere ſuendi propter ætatem.emeriti enim illi dicūtur,qui functi ſunt munere ſuo,& uacationē habent.Tranq.in Caligula.Cæterorum increpita cupiditate,cōmoda emeritæ militiæ ad ſexcentorū milium ſummam reſcidit.Papin.in Syluis: Cæſar ab emerito iubeat diſcedere bello. Mulier enim uetula omiſſo munere ſuendi uitio ætatis,carpendis lanis admouetur. Vnde Orat. de anu. Te lanæ prope nobilē Tonſæ Luceriam non citharæ decent. *Sentētia prima*] Huius ſcilicet ancillæ uetulæ,ut peritioris. *Minores arte.*] .i.perita ornandi. *Diſcrimen f.*] Periculū exiſtimationis & uitæ. B *Tanti eſt quærēdi.*] .i.tanti faciunt ſtudiū ornandi ſe. *Aedificat*] amplificatio eſt per irriſionē: quaſi turrim altam extruat. *Andromachen à fronte*] Procero corpore Andromachen Hectoris uxorē oſtēdit Oui. Parua uehatur equo, quod erat longiſsima, nunquam Thebais Hectoreo nixa reſedit equo. *A fronte.*] Inceſſum mulierum deſignat, quæ ore elato incedunt ita ut à fronte uideantur proceræ,& à tergo minores. Vnde eſt illud Papinij in Epithalamio Violantillæ: Celſæ procul aſpice frontis honores, Suggeſtūq; comæ. Eſt ergo ſenſus,ſi à frōte inquit & parte anteriore mulierem ſpectaueris,altiſsimam dices,& alteram Andromachen,ita eſt capillorum ordo in capite faſtigiatus. à tergo uero ſi uideris cognoſces breuem eſſe,ita ut aliam credas. *Cedo ſi breue parui.*] Iocatur poeta in breuiculā mulierē,cedo inquit,id eſt dic mihi quomodo facit tam breui ſtatura, quū maritū uult oſculari:erigit ſe inquit in plantas. erit ergo ordo,cedo,id eſt dic,quomodo facit quū uult oſculari maritū:ſi ſortita eſt breue ſpatiū lateris parui,& ſi uidetur breuior uirgine pygmæa adiuta nullis cothurnis,& ſi leuis eſt,id eſt minime ponderoſa, quum ſit puſilla, conſurgit inquit ad oſcula planta erecta,hoc eſt ipſa erecta in plantas. C *Adiuta.*] Subleuata. *Cothurnis.*] Calciamentis,qualia fiunt ex cortice ſuberis in uſum mulierum, ut docet Plin. *Virgine pygmæa*] .i.breuis ſtaturæ,quales ſunt pygmæi,qui & ſpithamæi dicuntur,eo quod ternas ſpithamas longitudine,hoc eſt ternos dodrantes ſiue palmos non excedant.ad extremos Indiæ fines habitant,ſalubri coelo ſemperq; uernanti,montibus ab Aquilone oppoſitis, quos à gruibus infeſtari Hom. quoq; prodidit.Fama eſt inſidentes arietū caprarūq; dorſis armatos ſagittis,ueris tēpore uniuerſo agmine ad mare deſcēdere,& oua pulloſq; earū alitum cōſumere,aliter futuris gregibus nō reſiſti. Pli. *Nulla uiri cura interea.*] Dum hæc inquit curat,quomodo ſe ornet & comat,nullam rerū domeſticarū curam habet, quaſi ad eam nihil pertinentiū. *Nulla cura.*] Subaudi erit. *Hoc ſolo propior*] Satyrice dictum,hac una re uidetur rerum mariti curam habere,quòd ſcilicet odit amicos eius,& ſeruos,quum in cæteris rebus quaſi ad ſe non ſpectātibus ſit negligentiſsima. *Grauis rationibus*] Domeſticis ſcilicet quum plus impendat quàm ratio familiaris tolerat. *Ecce furentis Bellonæ, matriſq; deûm,*] Stultam ſuperſtitionem mulierum multis carminibus inſectatur,quòd nimis credulæ timeant,quæ à ſacerdotibus Cybeleis,& Iſiacis horribiliter prænuncientur. D Cybele autē ex ſententia Apulei Bellona, & Iſis eædem fuere deæ: ijdemq; ſacerdotes trium dearum ſacra peragebant. unde nunc recte eundem Cybeles, Bellonæ,& Iſidis chorum inducit. *Chorus.*] Coetus.

Bellonæ furentis] Id eſt ſacerdotum Bellonę furentium.nam in eius ſacris ſacerdotes ſuo cruore ſacrificabant. gladios enim diſtrictos utraq; manu tenentes, ſectis pariter humeris,& lacertis, & capitis rotatione diſcurrebāt, & ueluti numine deæ afflati agebantur. unde ſuperius. Sed ut fanaticus oeſtro Percuſſus Bellona tuo, diuinat. Tibullus. Hæc ubi Bellonæ motu eſt agitata. cam turbam Martialis Entheam appellat, id eſt fanaticam, & numine afflatam. De ſacerdotibus Bellonæ ſic ſcribit Lampridius, Bellonæ ſeruientes uere execare brachium præcepit ſtudio crudelitatis. *Matriſq; deûm.*] Cybeles.De qua ſuperius. Huic ſacerdotes Galli ſeruiebant eunuchi,qui apud deam ſe iactantes faciebant cymbalorum, ferramentorumq; iactatorum, ac manuum ſonitum. Galli autem ſunt cognominati ſacerdotes deæ, à Gallo fluuio Phrygiæ,apud quem Orgia colebant. ſimulachrum autem illud deæ facile Romanis conceſſum fuit, conſanguineos ſe dictantibus, atque oriundos ab Aenea Phryge. ipſum ſimulachrum cęlitus (ut aiunt) demiſſum, neque qua ſit materia, neque à quo fabricatum artifice,ut ſcribit Herodianus,ſatis conſtat, neque plane hominum manibus creditur factum: hoc igitur decidiſſe cęlitus ferunt in quendam

Phry

A Phrygiæ agrum,cui nomen Peſinunti à caſu eius ſimulachri factum putant. nam πίπτω cado ſigni
ficat,cuius Aoriſtus eſt ἔπεσον, Vnde Peſinus nomen tractum eſt. *Ingens ſemiuir.*] Id eſt antiſtes
ſacrorum,& præfectus Gallorum. ordo eſt, ingens ſemiuir (appoſitio) facies reuerenda minori,
grande ſonat. *Semiuir.*] Quia eunuchus. *Facies reuerenda.*] Quam cæteri ſacerdotes minores
uenerantur, *Minori obſcœno.*] Id eſt Gallo fœdo fœmineo.Nam Diuus Auguſtinus ſcribit,Gal-

> Semiuir obſcœno facies reuerenda minori,
> Mollia qui rupta ſecuit genitalia teſta,
> Iampridem cui rauca cohors,cui tympana cedunt
> Plebeia,& Phrygia ueſtitur bucca tiara.
> Grande ſonat,metuiq́ꝫ iubet Septembris,& auſtri
> Aduentum,niſi ſe centum luſtrauerit ouis,

los molles contra omnem uiro-
rum,mulierūq́ꝫ uerecundiā,conſe
cratos,madidis unguēto capillis,
facie dealbata,fluētibus membris,
inceſſu fœmineo per plateas, ut-
cosq́ꝫ à populis,unde uiuerēt,tur-
piter quæſitaſſe. *Secuit genitalia*]
Virilitatem enim ſibi (ut ſcribit Pli
nius)teſta ſamia amputabāt in me
moriā Atys à dea dilecti. unde O-
uidius,Venit in exemplum furor hic,mollesq́ꝫ miniſtri,Cædunt iactatis uilia membra comis. Ad
B quam conſuetudinem alludit Martialis,Abſciſſa eſt quare ſamia tibi mētula teſta,Si tibi tam gra-
tus Betice cunnus erat? *Mollia.*] Proprium eſt epitheton eunuchorum. molles enim ſunt uelu-
ti fœminæ. unde ſuperius:Sunt quas eunuchi imbelles ac mollia ſemper Oſcula delectent,& deſpe
rano barbæ. *Rauca cohors.*] Id eſt uocis acutæ exilis & muliebris . nam eunuchi autore Macro-
bio,ita acutæ ſunt uocis,ut ſæpe mulier,an eunuchus loquatur,niſi uideas ignores.Id facere ſuper
flui humoris abundantiam tradit,qui arteriam,per quam ſonus uocis aſcendit,efficiens craſsio-
rem,anguſtat uocis meatum:& ideo,uel fœminis,uel eunuchis,uox acuta eſt,uiris grauis,quibus
uocis tranſitus habet liberum,& ex integro patentem meatum.Quintil.libro undecimo oſtendit
uocem exilem eſſe eunuchis his uerbis.Ne ad ſpadonū, & mulierum, & ægrorum exilitatem uox
noſtra tenuetur. *Cui.*] Antiſtiti. *Tympana plebeia.*] Id eſt ſacerdotes minores, & plebei. Nam
miniſtri Cybeles,qui eam comitantur,tympana,aliaq́ꝫ inſtrumenta pulſabant. Ouid.in iiij.Faſt.
Aera deæ comites,raucaq́ꝫ terga mouent.Cymbala pro galeis,pro ſcutis,tympana pulſant: Tibia
dat Phrygios,ut dedit ante,modos. *Cedunt*] Venerantur. *Et cui.*] Scilicet antiſtiti. *Veſtitur
bucca.*] Id eſt os,nā redimicula è pileo depēdebant,quibus maxillæ,& mentū ueſtiebantur. Nam
bucca,pro buccis dixit.& proprie bucca,ut alibi diximus,appellatur ea pars oris,quæ infra ma-
las inflari ſolet.Vnde Oratius,Quin Iuppiter ambas Iratus buccas inflet. A bucca fit buccea, hoc
C eſt fruſtulum alicuius rei eſui aptę,quantum ſcilicet bucca commode capit.Auguſt.in Epiſt.ad Ty
berium,autore Tranquil.ſic ſcribit:in balneo demum poſt horam primā noctis duas buccas mā-
ducaui priuſquam ungi inciperem. C. Inde bucellam diminutiuum fieri dicūt, ſed non lectum
eſt apud idoneum autorem. S. Inde etiam eſt bucellatum genus cibi caſtrenſis,& frumentacei,
quo Peſcenius Niger iubebat contentos eſſe debere milites omnes,ut ſcribit Spartianus,De bucel
lato item meminit Volcatius Gallicanus in uita Auidij imperatoris his uerbis.Et præter laridum,
ac bucellatum,atq́ꝫ acetum,militem in expeditione portare prohibuit.Ammianus enim Marcelli
nus ſic,Bucellatum,ut uulgo appellant,humeris impoſuit militū. A bucca etiam fit buccula, quæ
pars eſt caſsidis,quæ prominens buccas ipſas tegit,de qua alibi poeta.Et fracta de caſside buccu-
la pendens. *Tiara.*] Genus pilei,quo peculiariter Perſæ utebantur,de quo Herod.lib.vij.ſic,Ex
quibus qui militabant,ſi erant Perſæ,hunc immodum ornati circa capita geſtabant pilea impene
trabilia quas uocant tiaras.Lunatæ formæ indicat fuiſſe Sidonius in Panegyrico . Flectit Acheme
nius lunatam Perſa tiaram.Seruius quoq́ꝫ declarans illud Vergilianum , Sacerq́ꝫ tiaras, dicit pi-
leum fuiſſe Phrygium,quo ipſi ſacerdotes uterentur,qui in Phrygia prius ſunt inſtituti ipſi matri
deum,unde nunc dixit,Et Phrygia ueſtitur bucca tiara.De tiara ita ſcribit Diuus Hieronymus ad
Fabiolam, Quartum genus eſt ueſtimenti rotundum pileolum, quaſi ſphęra media ſit diuiſa, &
D pars una ponatur in capite.hoc Græci & noſtri tiaram,nonnulli galerum uocant.non habet acu-
men in ſummo,nec totum uſq́ꝫ ad comas caput tegit , ſed tertiam partem à fronte inopertam re-
linquit,atq́ꝫ ita in occipitio uitta conſtrictus eſt,ut nō facile labatur ex capite.eſt autem biſsinum,
& ſic fabre operatum linteolo ut nulla acus ueſtigia forinſecus pateant. *Grande ſonat.*] Miran-
da prædicit,& grandia,ut non ad uocem claram referas,ſed ad faciem rei horrendam . nam Gal-
li,ſacerdotesq́ꝫ Aegypti per urbes cum inſignibus ſuis uaticinantes, fanatico carmine talia popu
lis uentura minabantur,qualia Seneca in libro De beata uita ſic irridet.Quum ſiſtrum aliquis cō
cutiens ex imperio mentitur,quum aliquis ſecando lacertos ſuos artifex brachia atque humeros
ſuſpenſa manu cruentat,quum aliqua genibus per uiam repens ululat, laurumq́ꝫ linteatus ſenex
& medio lucernam die præferens conclamat iratum aliquem deorum,concurritis & auditis, ac
diuinum eſſe eum inuicem mutuum alentes ſtuporem affirmatis. *Luſtrauerit.*] Expiauerit.

Centum ouis .] Admittebantur enim oua ad expiationes . Ouidius , Et ueniat quæ luſtret a-
nus,lectumq́ꝫ locumq́ꝫ.Pręferat & tremula ſulphur & oua manu.Apuleius libro undecimo de A-
ſino aureo loquens de naui expiata ſic ſcribit. Summus ſacerdos tæda lucida, & ouo & ſulphu-
re ſolemniſsimas preces de caſto præfatus ore quàm puriſsime purificatam deæ nuncupauit.
C. Hanc luſtrationem Græci καθάρσιν uocabant. Vide Cælium Rhodiginum. S.

Et

Et xerampelinas ueſtes donauerit ipſi,
Vt quicquid ſubiti,& magni diſcriminis inſtat,
In tunicas eat,& totum ſemel expiet annum.
Hybernum fracta glacie deſcendet in amnem,
Ter matutino Tyberi mergetur,& ipſis
Vorticibus timidum caput abluet. inde ſuperbi
Totum regis agrum,nuda,ac tremebunda cruentiſ
Erumpet genibus. ſi candida iuſſerit Io;
Ibit ad Aegypti finem,calidaſq; petitas
A Meroe portabit aquas,ut ſpargat in æde
Iſidis,antiquo quæ proxima ſurgit ouili.
Credit enim ipſius dominæ ſe uoce moneri.

Et xerampelinas.] Ad uſum matronarum ſcribit fuiſſe Probus ueſtes ampelini coloris, qui inter coccinum & muriceum medius eſt. *ξηρὸς* enim ſiccum ſignificat ἄμπελος uitem,itaque xerampelinus color is eſſe exiſtimatur quem nunc roſam ſiccam nominamus. Georgius Merula præceptor meus in Commentarijs ſuis ita ſcriptum reliquit. Has ueſtes atrabaticas inuenio Latine appellatas his uerbis apud Suidam. Diebus feſtis,& in uictoria, aut aſtantibus legatis induebãtur tunicas & clamydes auro ac purpura uariatas,aut alio quouis modo precioſas,in quotidianis uero conuẽtibus xerãpelinas ſicà colore dictas,quas uocabãt atrabaticas à colore uidelicet. atrũ enim nigrũ ſignificat,unde cõijcimus xerãpelinas nigras fuiſſe. hęc ille. Aut re uera intelligit ueſtes lineas, quales ſolent geſtare ſacerdotes Aegyptij, nam de ſacerdotibus & Cybeleis & Iſiacis intelligit. ueſtes autẽ con- B ficiebantur ex genere lini quod xylon appellarũt, de quo ita Plinius libro decimonono,cap. primo, Superior pars Aegypti in Arabiã uergens gignit fruticem, quem aliqui goſsipion uocant, plures xylon, & ideo lina inde facta xylina. paruulus eſt, ſimilemq; barbatæ nucis defert fructum,cuius in exteriore bombice lanugo netur. Nec ulla ſunt ei candore, mollicie ue præferenda. Veſtes inde ſacerdotibus Aegypti grauiſsimæ. ut intelligas ueſtes lineas coloris ampelini,& legas xylampelinas,niſi forte ratio metri reclamet, nam xylon primam ſyllabam habet correptam. quæ tamen ratio plerunq; à poetis confunditur: ſenſus tamen prior magis placet.

C. *Veſtes*] Alij legunt ueteres. S. *Donauerit ipſi*] Id eſt ſibiipſi ſcilicet ſacerdoti. *Vt quidquid ſubiti.*] Vt ſi quid mali immineat,id totum eat in tunicas. *Magni diſcriminis*] Periculi. *Semel*] Sola hac luſtratione. *Deſcendet*] Scilicet mulier ita ſacerdote iubente. Putabant enim ſe Tyberis aqua perfundentes expiari. Perſius. Hæc ſancte ut poſcas Tyberino in gurgite mergis Mane caput,bis terq; & noctem flumine purgas. *Timidum caput.*] Id eſt ipſa timida. *Totum agrum regis ſuperbi.*] Id eſt campum Martium,qui eiecto Tarquinio Superbo,datus eſt populo & Marti cõ C ſecratus. *Io candida.*] Id eſt ſi ſacerdos ex Iſidis imperio iuſſerit: non enim ipſa dea iubet,ſequitur enim, Credit enim ipſius dominæ ſe uoce moneri. *Candida.*] Aut pulchra,aut uerius reſpexit ad id,quod ueſtibus lineis uterentur Iſiaci ſacerdotes,ut ſtatim dicemus. *Io.*] Inachi Argiuorum regis filia à Phœnicibus rapta eſt,ut ſcribit Herodotus libro primo. Et abducta in Aegyptum,Oſiris eam duxit uxorem,quo mortuo regnum tenuit,dictaq; Iſis, & poſt mortem habita pro dea. Eius ſacra Romam translata ſunt. Templum iuxta campum Martium extructum fuit, ſacerdotes ueſtibus lineis induti per Vrbem lugentes uagabantur,mox ad lætitiam conuerſi, ſacra perficiebant, Id erat monumentum Iſidis,quæ quum oſſa Oſiridis à fratre Typhone (ut ferunt) occiſi diu quæſita non inueniſſet,in maximos prorupit luctus. Vnde commoti Aegyptij tam diu ea multo luctu quæſiuerunt, quoad iuxta Syenem inuenerunt, quibus inuentis lachrymas in lætitiam uerterunt. Ea illic ab Iſide mandata ſunt ſepulturæ. De quo plura illic recitabuntur in octaua Satyra. Populus quod clamat Oſiri Inuento. mulieres hæc ſacra frequentabãt,nephasq; ijs erat illis diebus coniungi cum uiro. *A Meroe.*] Multas magnaſq; inſulas ambit Nilus,quarum nobiliſsima eſt Meroe. *Aquas calidas.*] Pars enim illa Aegypti zonæ proxima eſt torridæ. *Portabit.*] Hyperbolicos dixit,id eſt etiam ex parte extrema orbis. *Vt ſpargat.*] Hoc eſt ex inſtituto ſacri Iſiaci. nam in templo Iſidis aqua ſparſa de Nilo dicebatur, quamuis ſimulata foret. Nam D quæ exhiberi non poterant ſimulabantur,& habebantur pro ueris. Vnde Verg. Sparſerat & latices ſimulati fontis Auerni. *Proxima antiquo ouili.*] Id eſt loco ita cognominato in campo Martio. nam ouile ideo appellatus eſt locus in campo Martio,quòd ibi greges ouium à Tarquinijs haberentur. fuit enim eorum ager: hocq; magis placet q̃ ut intelligas de ſeptis,hoc eſt tabulatis,in quibus clauderetur populus tẽpore comitiorũ. ait enim antiquo ouili,hoc eſt illo loco, qui in campo Martio antea & priſcis tẽporibus appellatus eſt ouile: ubi. ſ. greges,& ouilia habuere Tarqnij, quibus poſtea,ut diximus,expulſis, cãpus populo datus eſt,& Marti cõſecratus. inde poſtea ſepta illa fabricata fuere,quibus populus claudebatur ad danda ſuffragia. De quibus ſic Spartia. in Adriano. Romæ inſtaurauit Panteũ,ſepta,baſilicã Neptuni. Plin. li. xvi. loquẽs de magnitudine arborũ. Fuit inquit & memoria noſtra in porticibus ſeptorũ à M. Agripa relicta. De ouili antiquo in cãpo Martio intellexit & Lucan. in primo, Et miſeræ maculauit ouilia Romæ. i. ipſum campũ Martiũ,q antea habuerat ouilia Tarquiniorum. lege Liu. in prima Decad. Stra. quoq; mentionẽ facit in v. his uerbis: Sylla alios qui arma proiecerũt,ad milia tria,uel ut alij quatuor,in campo Martio ad ouilia coactos immiſsis militibus,triduo iugulauit. *Credit enim ipſius dominæ ſe uoce moneri.*] Credit inquit quæ à ſacerdotibus dicuntur,à dea ipſa dici,ita ab eis perſuaſa. *Voce dominæ.*] Iſidis.

En animam, & mentem, cũ qua dij noctẽ loquũtur.
Ergo hic præcipuum, ſummumq; meretur honorẽ,
Qui grege linigero circumdatus, & grege caluo
Plangentis populi currit deriſor Anubis.
Ille petit ueniam, quoties non abſtinet uxor
Concubitu ſacris obſeruandiſq; diebus,
Magnaq; debetur uiolato pœna cadurco.
Et mouiſſe caput uiſa eſt argentea ſerpens
Illius lachrymis, meditataq; murmura præſtant,
Vt ueniam culpæ non abnuat, anſere magno
Scilicet, & tenui popano corruptus Oſiris.

A *En animam & mentem.*] Ironia eſt in ſacerdotem. o quàm ſanctus inquit eſt ſacerdos, quamq; dignus cum quo loquatur nocte dea. Anima eſt qua uiuimus, Animus uero quo ſapimus. nam autore Lucretio, ea eſt mens, qui & animus. Eſt enim animus autore beato Auguſtino, ſubſtantia quædam rationis particeps regendo corpori accommodata, unde eſt illud Saluſtianum, Sed dux atque imperator uitæ mortalium eſt animus &c. *Ergo hoc præcipuum*] Ordo eſt & ſenſus. Ergo hic Anubis deriſor, id eſt ſacerdos Iſidis; qui ut antiſtes grege linigero circumdatus currit, id eſt diſcurrit & uagatur per Vrbem, meretur præcipuum honorem apud mulieres, nam ſuperſtitioſo quodam metu mulieres, ſacerdotes ipſos Iſidis colebant. *Ergo.*] Quum mulieres, inquit, credant ſacerdotes colloquia cũ Iſide habere, ergo eos præcipue colunt.

B *Grege linigero.*] Reliquis ſacerdotibus indutis ueſtes, ut diximus lineas. De quibus ita Ouid. Nunc dea linigera colitur celeberrima turba. Martialis, Linigeri fugiunt calui ſiſtrataq; turba. Suetonius in Othone, Sacra enim Iſidis ſæpe in linea religioſaq; ueſte propalam celebrauit. Apuleius in ultima Metamorph. loquens de cærimonijs Iſiacis ſic ſcribit. Tunc influunt turbæ ſacris diuinis initiatæ uiri fœminæq; omnis dignitatis, & omnis ætatis linteæ ueſtis candore puro luminoſi. *Grege caluo.*] Hoc dicit quia caput deradebant. Vnde Lampridius de Commodo imperatore ſic ſcribit. Sacra Iſidis coluit, ut & caput deraderet, & Anubin portaret. Apuleius in ultima Metamorpho. illæ lympido tegmine crines madidos obuolutæ, hi capillũ deraſi funditus uerticem prænitentes, & cætera. *Plangentis populi.*] Ideſt reliquorum ſacerdotum, qui lugentes, & lintea ueſte amicti uagabantur per Vrbem, ut diximus, in memoriam Iſidis. *Currit.*] Diſcurrit, uagatur. *Deriſor.*] Quaſi qui nimis credulum populum derideat. *Anubis.*] Hoc loco Anubin appellat ſacerdotem Iſidis, quando nuncius ſit inter mulieres & Iſidem. nam Anubin Aegyptij colunt ut nuncium inter ſuperos, & inferos. De quo ſic Apul. lib. ult. Metamorph. Ille ſuperum cõmeator, & inferum, nunc atra, nũc aurea

C facie ſublimis attollens canis ceruices arduas Anubis, leua caduceum gerens. De eo ſic & Diodorus libro ſecundo. Deum qui apud Aegyptios Anubis uocatur capite fingunt canino, ſignificantes cuſtodẽ corporis Oſiridis & Iſidis fuiſſe. Vnde à Verg. appellatur latrator Anubis. Sic & à Propertio. Auſa Ioui noſtro latrantem opponere Anubin. filium docet Diodorus fuiſſe Oſiridis. *Ille petit.*] Scilicet ſacerdos, qui ſe cum Iſide colloquium habere ſimulat. *Veniam*] Scilicet mulieri & uxori ab Iſide. *Concubitu.*] Mariti ſui. *Violato cadurco.*] Cadurco legendum eſt, non caduceo, nam & ſyllaba repugnat, & ſenſus non procedit. Caduceus enim primam producit. ergo uiolato cadurco, id eſt non ſeruata caſtitate lecti matrimonialis per eos dies, quibus ſacra Iſidis peragebantur. Nam nefas erat, ut diximus, coniungi marito, id autem nouem diebus fiebat. Propert. Triſtia iam redeũt iterum ſolennia nobis, Cynthia iam noctes eſt operata nouem. nam cadurcum poſuit pro lecto. Cadurci enim populi ſunt Galliæ, apud quos lini præſtantia obtinet palmam in culcitris, ob præcipuum candorem, quod docet Plin. libro uigeſimo quum ait. Nullum eſt candidius linum lanæue ſimilius, ſic culcitris præcipuam gloriam Cadurci obtinent Galliarum. hoc ad tomenta pariter inuentum. Vnde poeta in ſequenti Saty. Inſtitor hybernæ tegetis, niueiq; cadurci, id eſt culcitræ candidæ. Ergo uiolato cadurco, uiolato lecto matrimoniali per eos dies, quibus ſacra Iſidis celebrabantur, & caſtitas ſeruanda erat. *Magnaq; debetur pœna.*] Ordo eſt à ſuperio-

D re ſic. Ille petit ueniam quotiens magna pœna debetur, uiolato cadurco. *Et mouiſſe caput.*] hæc ironicos legenda ſunt, & profecto inquit ipſe Oſiris precibus ſacerdotis annuit. Nam uiſa eſt ſerpens argentea mouiſſe caput, id eſt ſenſiſſe. *Serpens argentea.*] In ſimulachro enim Serapis, quẽ Oſiridem appellant, ut ſcribit Diodorus in primo libro ſignum erat, ut tradit Macrobius primo Saturnalium, tricipitis animantis, quod exprimit medio eodemq; maximo capite leonis effigiẽ. Dextera parte caput canis exoritur, manſueta ſpecie blandientis. C pars uero leua ceruicis, rapacis lupi capite finitur, eaſq; formas animalium draco connectit uolumine ſuo capite redundãte ad dei dextram qua cõſpicitur monſtrum. de quo dracone nunc poeta uidetur intelligere. eandem etiam in imagine Iſidis extitiſſe, docet Valer. Flaccus libro quarto Argonauticon, Aſpide cincta comas, & ouantu perſona ſiſtro. S. Vnde etiam in pompa Iſiaca geſtabatur ſerpens in imagine Oſiridis, de qua meminit Ouid. Pigraq; labatur circum donaria ſerpens, Et comes in pompa corniger Apis erit. *Illius lachrymis*] Scilicet ſacerdotis, *Meditataq; murmura præſtant.*] Cum ironia legenda ſunt. Ordo eſt, murmura ſcilicet ſacerdotis meditata præſtant, ut Oſiris ſcilicet corruptus anſere, & popano nõ abnuat ueniam culpæ. *Anſere magno.*] Nam ſacerdotes carne bubula, & anſerina maxime ueſcebantur, autor Herodotus libro ſecũdo. *Corruptus.*] Quaſi more mortalium muneribus corruptus ſententiã mutet, ut illud apud Perſ. Quæ niſi ſeductis nequeas

commit

committere diuis. *Tenui popano.*] Tenui placenta. Nam ex autoritate Suidæ, popanum eſt placenta lata, tenuis & rotunda. Autore Polluce utebantur in ſacrificijs. *Non abnuat.*] Non deneget, non recuſet. *Culpæ.*] Crimini mulieris, quæ cum uiro concubuit. *Quum dedit ille locū.*] Senſus eſt, ubi Iſidis & Cybeles ſacerdotes abiere, præſto ſunt Iudæi, quorum ſuperſtitioſis monitionibus credunt mulieres. Nam Iudæa mendicat in aurem. A

Cum dedit ille locum, cophino, fœnoq; relicto,
Arcanam Iudæa tremens mendicat in aurem
Interpres legum Solymarum, & magna ſacerdos
Arboris, ac ſummi fida internuncia cœli.
Implet & illa manum, ſed parcius ære minuto.
Qualiacunq; uoles Iudæi ſomnia uendunt.
Spondet amatorem tenerum, uel diuitis orbi
Teſtamentum ingens, calidæ pulmone columbæ
Tractato, Armenius, uel Commagenus aruſpex,
Pectora pullorum rimatur, & exta catelli,
Interdum & pueri, faciet quod deferat ipſe.
Chaldæis ſed maior erit fiducia: quicquid
Dixerit aſtrologus, credet de fonte relatum

Arcanam] Arcanis ſuſurris, quos auribus mulierum inſtillat, & ueluti legum interpres Iudaicarum, quærit ſibi unde uiuat. *Cophino fœnoq; relicto.*] Id eſt in ſylua relicta ſuppellectile in Vrbem uenit. Sic Iudæorum paupertatem oſtendit, qui Roma à Domitiano expulſi nemus Vrbi uicinum incolebant, ut diximus in terna Satyra illic: nunc ſacri fonns nemus, & delubra locantur Iudæis, quorum cophinus fœnumq; ſupellex. ubi nōnulla de cophino & fœno diximus. Illud adijcimus cophinum genus fuiſſe, ut ibi diximus, corbis ſiue ciſtæ, quod apertiſsime docet Martialis in quinto. Dum te poſſe negas niſi lato Gelia clauo Nubere, nupſiſti Gelia ciſtiferò, hoc eſt Iudæo. nam & in ſeptimo ſcribit ad eandem Geliam: nec recutitorum fugis inguina Iudæorum. Cophinorum etiam pro caniſtris, ſiue ciſtis fit mentio in ſacra ſcriptura apud Diuum Ioannem. Collegerunt ergo & impleuerunt duodecim cophinos fragmentorum. Iudæi ergo ut mendici & pauperes cophinum geſtabant, quo ſtipem, reliquaq; erogata exciperent, eodem modo & fœnum, ubi cubitarent: ea enim erat ſupellex eorum. *Tremens.*] Aut more pauperum tremens, aut ueluti anxia futuri. *Interpres*] Subaudi quaſi. *Legum Solymarum*] Legum Iudaicarum, quas Iudæi à Moyſe acceperunt in monte Sinai. Solymas autem appellauit, quia quæ Hieroſolyma dicitur antea Solyma uocabatur. Ciuitas enim fuit Iudæorum uetuſtate, diuitijs, multaq; religionis obſeruatione celebratiſsima, quam Titus ſecundo anno principatus Veſpaſiani, Septembris menſis octauo die funditus ſuſtulit. lege Ioſephum libro ultimo De bello Iudaico. Solymi item populi ſunt, ut docet Plinius libro quinto proximi Ciliciæ, qui pòſt appellati ſunt Piſidæ, quorum colonia Cæſarea. eadem Antiochia.

Magna ſacerdos arboris.] Id eſt ſyluæ & nemoris, de quo ſuprà. Omnis enim populo mercedem pendere iuſſa Arbor: & eiectis mendicat ſylua camœnis. alludit tamen ad ſacerdotes Dodonæos, de quibus Herodotus libro ſecundò. *Implet & illa manum.*] Aut Iudæa implet ſibi manum prædicendo futura: aut illa ſcilicet mulier Romana, implet manum Iudeæ. *Aere minuto.*] Trientibus, & id genus numiſmatis. *Qualiacunque uoles.*] Hinc Iudæorum fallacias oſtendit, qui pro mercedis qualitate prænunciant futura. omnia enim ad conſulentis uotum confingunt, quod etiam docet Apuleius in ſecunda Apologia, loquens de Chaldæis. *Somnia uendunt.*] Vt modo bona, modo mala, quæ per noctem fingunt ſe habuiſſe. illud autem non placet, ut ad ſomnia referas, quæ captarentur pro ſe, uel pro alijs in templo Serapidis in Canopo. Neque enim nunc res agitur in Aegypto, nec nunc loquitur de Iſide, quæ à Iudæis haudquaquam colebatur, ſed de Iudæis qui per noctem fingebant ſe ſomniare futura pro ſe, & pro alijs. *Spondet.*] Fidem etiam inquit haberit haruſpicibus Syrijs, & Armenijs: ſed maiorem Chaldæis, id eſt aſtrologis. Ordo autem eſt. Haruſpex Armenius, uel Commagenus ſpondet amatorem. *Spondet.*] Quaſi in eius poteſtate ſit ex uera diuinæ mentis cognitione. *Ingens teſtamentum.*] Ingentem hæreditatem. *Calidæ columbæ.*] Recens occiſæ. *Armenius.*] Duæ ſunt Armeniæ, maior & minor, de quibus multa Plinius libro ſexto, & Strabo libro undecimo. dictam autem Armeniam teſtatur Strabo ab Armenio quôdam ex Armenia Theſſaliæ Vrbe, quæ inter Pheras & Lariſſam iacet, qui cum Iaſone in Armenia militauit. Minorem autem Armeniam maioremq; & Commagenam Cappadocia leuo ſuo latere tranſit. *Commagenus.*] Commagena pars eſt Syriæ inter montem Taurum, & Euphratem ſita. *Haruſpex.*] dictus eſt, ut ſupra diximus, ab haruga & inſpicio. Harugam enim hoc eſt uictimam autore Donato in Terentium appellauerunt ab hara, id eſt ſtabulo. *Rimatur.*] Scrutatur. *Faciet quod deferat ipſe.*] Id eſt pueros non uerebitur ad talia inueſtiganda occidere. quod alius ſi faciat, ipſe accuſet. nam deferre eſt, ut diximus alibi, occulte accuſare. *Chaldæis maior erit fiducia.*] Credunt inquit haruſpicibus Armenijs, ſed magis Chaldęis. Babylonij & Syrij, Chaldęos appellauere, quos magos Perſę: Philoſophos Gręci, Prophetas Iudæi, Aegyptij ſacerdotes, Indi gymnoſophiſtas: Nos ſapientes uocamus, Galli Druidas. autor Laertius. Aſtrologiæ peritiſsimi habebantur multi, quia diuinatione quadam futura dicebant, mala augurijs, ſacriſq;, & alijs quibuſdam incantationibus auertebant, ſomnia & prodigia interpretabantur. Vnde Tyberius Thraſyllum Chaldæum de futuris maxime conſulebat. *De fonte relatum Hammonis.*] Ex oraculo Iouis Hammonis acceptū. Duplici inquit ratione

A. tione mulier credit quicquid ab aſtrologo dicitur, ab oraculo Hammonis proficiſci, tũ quia Apollinea oracula ceſſauere, tum etiam quia humanum genus per ſeipſum futura noſcere non poteſt. iure ergo tribuit Ioui, quæ prædicuntur ab aſtrologo, quando aliunde futuri rationem haberi poſſe non credit. Oraculum Iouis erat in Lybia Cyrenaica frequentiſsimũ. Quũ enim Bacchus per Lybiam exercitum duĉtaret, isq; penuria aquarum propemodum ſiti periret, rogauit Iouem

Hammonis, quoniam Delphis oracula ceſſant.
Et genus humanum damnat caligo futuri.
Præcipuus tamen eſt horum, qui ſæpius exul:
Cuius amicitia, conducendaq; tabella
Magnus ciuis obit, & formidatus Othoni.
Inde fides arti, ſonuit ſi dextera ferro,
Læuaq; ſi longo caſtrorum in carcere manſit.
Nemo mathematicus genium indemnatus habebit,
Sed qui pene perit, cui uix in Cyclada mitti

patrem ut ſibi & exercitui ſubueniret. itaq; aries quidã fortuitu ad milites eius errãs peruenit, quos quũ uidiſſet in fugam conuerſus eſt. milites autem qui eum conſpicati fuerant, & ſi puluere & æſtu preſsi uix progrediebantur, arietem tamen ſequi cœperunt uſq; ad eum locũ qui Iouis Hammonis poſtea templo ædificato, eſt appellatus, quo quũ perueniſſent, arietẽ quẽ cõſecuti

B fuerãt, nuſquã inuenire potuerũt. Sed quod magis fuerat optandum aquæ magnã copiã eo loco naĉti ſunt, uiribusq; recuperatis Libero ſtatim nunciauerũt, qui gauiſus exercitũ ad eos fines duxit, & Iouis Hammonis templum cũ arietinis cornibus ſimulachro facto conſtituit. In eo templo centum fuiſſe aras oſtendit Virg. Templa Ioui centũ latis immania regnis, Cẽtum aras poſuit. De quo tẽplo uidetur intellexiſſe Mart. illic. Diſsimuletq; deum cornibus ara frequens: ut ſit frequens cornibus, hoc eſt templum quod frequentes, id eſt centum habet aras cũ ſimulachris arietinis: diſsimulet deum, id eſt taceat, & nullam de eo mentionẽ faciat. illic igitur erat Iupiter ſpecie arietis, illicq; dabantur reſponſa. Vnde Lyſander Lacedæmoniorũ dux eo profectus eſt, ut templi ſacerdotes corrumperet. de oraculo lege Probum Aemylium, Hegylium, Diodorum, Herodotum, Strabonem. *Delphis oracula ceßant.*] Scribit Cicero De diuinatione ideo eueniſſe, quòd exhauſta ſit cœleſtis cuiuſdam ſpiritus uis. Strabo item libro nono ſcribit. Hodie profecto ſumma in mendicitate Delphicum oraculum. Lucanus. Sed ſiluit poſtquam reges timuere futura, Et ſuperos uetuere loqui. De oraculis deficientibus ſic recitat Porphyrius. Ablata eſt Pythij uox haud reuocabilis ulli: Temporibus longis etenim iam ceſsat Apollo: Clauibus occluſus ſilet, ergo rite peraĉtis, Diſcedas patria & redeas ad limina ſacris. Adijciam & illa quæ Plutarchus

C de deficientibus conſcripſit oraculis. Quum igitur ait Hammonius tacuiſſet, tunc ego ad Cleombrotum dixi: Narra nobis ô amice ſi placet de oraculis. de quibus apud uos præclara dicebãtur. nunc autem omnia extincta eſſe uidentur, & cætera. lege Euſebium de Præparatione euangelica.

Delphis.] Delphi oppidum eſt Phocidis regionis, propter templum Apollinis Pythij, & oraculum, uetuſtate inſigne. *Et genus humanum.*] Quoniam inquit mortalitas hac una re damnatur, quod futura noſcere non poſsit. *Caligo.*] Cæcitas & ignoratio. *Præcipuus tamen.*] Quanto inquit ſceleſtior fuerit aſtrologus, tanto maior ei habebitur fides à muliere. *Qui ſæpius exul.*] Subaudi fuit, id eſt qui ſceleratiſsimus, ac per hoc ſæpe miſſus in exilium. Seleucum Aſtrologũ ſignat, cuius conſilio mors Galbæ, ut ſcribit Tranquillus, dilata fuit ab Othone, qui eum aggredi cœnantem in palatio ſtatuerat. Sed Seleuci conſilio res dilata eſt in aliud tempus, apparet autem eum ex uerbis poetæ ſæpe exulaſſe. *Cuius amicitia.*] Nam Othonis fuit familiaris. *Conducenda tabella.*] Ironicos ait tabella cõducenda, quaſi quæ damnanda ſit: ſic ſupra guturis exemplum conducendusq; magiſter. in tabellis autem & mẽbranis quæ ex ſyderũ ratione colligunt, notantur. Ergo cuius tabella, id eſt cuius aſtrologia, quæ in tabella notatur. *Magnus ciuis obit.*] Galba imperator. *Obit*] Nam iugulatus eſt ad lacum Curtij in Vrbe. *Formidatus Othoni*] Quem Otho formidauit: ut ſit Othoni pro ab Othone. Hæc fuit cauſa, ut Otho Galbam occideret. Sperauerat enim fore,

D ut à Galba adoptaretur, idq; in dies expectabat. ſed poſtquã Piſone Frugi prelato ſpe decidit, ad uim cõuerſus eſt. *Inde fides.*] Ex illa re. ſ. quæ ſequitur. i. ſi in uinculis ſæpe fuerit. *Arti.*] Scientiæ & aſtrologiæ. *Si dextera & læua ſonuit ferro.*] Si manicis ferreis uinctæ fuere. *Lõgo carcere.*] Diuturno. *Caſtrorum.*] Si in caſtris ab imperatore detentus eſt in carcere, aut diu fuit in cathenis, quæ caſtrorum ſunt carcer. *Nemo math.*] Senſus eſt, nullius ſcientiæ exiſtimatur Aſtrologus, niſi ſceleratus extiterit & ſæpe damnatus. *Mathematicus*] Diſciplinarũ peritus, quæ ſunt geometria, arithmetica, muſica, & aſtrologia. Hæ autem mathemata proprie dicuntur, hoc eſt diſciplinæ, quia certiores alijs ſunt. Mathematicos uulgus, ut ſcribit Gellius appellat, qui & Chaldæi nominãtur, ijdẽ etiã genethliaci. ſunt enim ſyderalis ſcientiæ peritiſsimi, de quibus alibi huberius. *Nõ habebit Geniũ.*] Nõ exiſtimabitur altæ cognitionis, & ſciẽtiæ: nam ut dictũ eſt ſuperius ex autoritate Apulei, Genius dicitur in corpore humano animus uirtute perfectus. i. dæmon bonus, quoniã is deus, qui eſt animus ſui cuiuſq;, quanquã ſit immortalis, tamẽ quodãmodo cũ homine gignitur. Ergo nõ habebit Geniũ. i. nõ putabitur eſſe perfectæ uirtutis, & ſciẽtiæ. *Sed qui pene perit*] Sed ille inquit habebitur uerus & magnus aſtrologus, qui tot flagitia commiſerit, ut uix capitis ſuppliciũ euaſerit. Sed qui pene damnatus, occiſusq; eſt. *Cui uix in Cyclada mitti contigit.*] Hoc eſt qui uix impetrauit, ut relegaretur potiuſquam occideretur. Damnatorum autem multi in Cyclades, aliasq; inſulas

Contigit,& parua tandem caruiſſe Seripho.
Conſulit ictericæ lento de funere matris,
Ante tamen de te Tanaquil tua,quando ſororem
Efferat,& patruos,an ſit uicturus adulter
Poſt ipſam:quid enim dare maius numina poſſunt?
Hæc tamen ignorat quid ſydus triſte minetur
Saturni,quo læta Venus ſe proferat aſtro,
Qui menſis damno,quæ dentur tempora lucro.
Illius occurſus etiam uitare memento,
In cuius manibus ceu pinguia ſuccina tritas
Cernis ephemeridas,quæ nullum conſulit,& iam
Conſulitur,quæ caſtra uiro,patriamq́; petente
Non ibit pariter numeris reuocata Thraſylli.

inſulas relegabantur:alibi. Aude aliquid breuibus Gyaris & carcere dignum. Cyclades enim inſulæ ſunt duodecim in mari Aegæo,ita dictæ,ꝙ in circulũ ſint poſitæ,nã κύκλος, circulũ ſignat. A *Caruiſſe parua Serypho.*] Cui tandem cõtigit ab exilio reuocari,quum in Seryphum inſulam eſſet relegatus,quod ſane grauiſsimũ erat exilium,tum in anguſto inſulæ ſpacio,tum quòd petroſa eſt & ſterilis multum,ut illi obijciatur hoc fuiſſe paſſam,quod illic Perſeus educatus incolas oſtẽſo capite Meduſæ in lapides conuerterit indignatus,quòd his adiutoribus Polydectes rex,Perſei matrem ad nuptias cogere uoluerit. Hæc ex Strabone. Eſt autẽ una ex Cycladibus. *Conſulit de lento funere.*] Mulierũ ſcelera ſui temporis inſectatur,quæ non modo in mortem maritorum,ſed etiam parentum & cognatorum inquirerent. Ordo eſt,tua Tanaquil conſulit.

De lento funere.] Quando moritura ſit mater,cuius finis uideatur nimium differri. B *Icterica.*] Icterus morbus eſt,quum per totum corpus bilis ſuffunditur,quę interdum nigra,interdum flaua eſt. Plinius lib.xxxvi.cap.xxxi. morbum regium appellat:morbũ,inquit,regium in oculis præcipue mirari eſt tenuitatẽ denſitatemq́; tunicularum felle ſubeunte:arquatũ etiam appellant à colore arcus cœleſtis. Regiũ autem ait Celſus appellari,quòd regio cubiculi apparatu curetur:Varro autẽ,ꝙ mulſo precioſiſsimo curetur. Eſt aũt ab ictero aue denominatus. Nam auis inquit Plin. icterus uocatur à colore,quæ ſi ſpectetur ſanari morbum regium tradunt:auem uero mori.ea eſſe putatur quæ Latine Galbula dicitur. *De te.*] De morte tua. *Tua Tanaquil.*] Ironicos uxor tua mulier ſane bona & pudica,qualis fertur fuiſſe Tanaquil uxor Tarquinij Priſci,quæ ſummę fuit probitatis. Scribit enim Varro lanam cum colo & fuſo Tanaquilis,quæ eadem Caia Cæcilia uocata eſt in templo Anci Martij duraſſe uſq; ad tempora ſua,factamq́; ab ea togã regiam uirgulatã in æde fortunæ,qua Seruius Tullius fuerat uſus. Inde factum eſt,ut nubentes uirgines comitaretur colus cõpta & fuſus cũ ſtamine. prima etiã C texuit rectam tunicã qua ſimul cum toga pura tyrones induũtur,nouæq́; nuptæ. Tanaquilem igitur pro exẽplo pudicæ mulieris & prudentis poſuit. *Quando ſororẽ efferet.*] Quãdo moritura ſit ſoror. Nam efferri proprie eſt mortuorũ. *Quid enim maius dare numina poſſunt*] Quàm ut adulter ei ſit ſuperſtes. *Hæc tamẽ ignorat.*] Inſultat poeta mulieri,quæ talia tanto ſcrutetur ſtudio nec curet magis quę in rem ſuã ſint. *Sydus triſte Saturni*] Sydus Saturni gelidæ & rigẽtis eſt naturæ,& quibus in ortu affulſerit maleficum,& infelicitatẽ portendens. Propert. Et graue Saturni ſydus in omne caput. & Ouid. in Ibin. Te fera nequicquã placidũ ſpõdentia Martis Sydera preſſerunt, falciferiq́; ſenis. hoc eſt Saturni,qui cum falce figuratur. C. Verg. Georg. primo. Frigida Saturni quo ſeſe ſtella receptet. S. *Quo aſtro.*] Qua benignitate nam Veneris ſydus, ut docet Cicero in primo De diuinatione,cõiunctum cũ luna,ſalutare eſt pueris in ortu. eos etiam dicunt gratioſos eſſe, quibus in ortu affulſerit. *Memento.*] Senſus eſt Poſthume Vrſidi,memento etiam fugere illam, quæ aſtrologis adeo dedita eſt,ut iam tanquã talis ſcientiæ perita conſulat alijs, nihilq́; ipſa peragat,niſi ex ſyderũ computatione. *Pinguia ſuccina.*] Nam ſuccina manibus tractabãt matronæ,ut bene olerent. Iuuen. in ix Sat. En cui tu uiridem umbellã cui ſuccina mittas. Succinũ autẽ humor eſt,qui ex arboribus effluens denſatur rigore uel tẽpore,unde à ſucco ſuccinũ eſt nominatum, de quo plura dicemus in nona Satyra. *Ephemeridas.*] Sempronius Aſellio autore Gellio lib.v. ait D Ephemeridas eſſe diaria,id eſt libellos,in quibus ſingulorũ dierum facta cõtinentur. nam ἐφήμερον diarium dicitur,ἐφήμερος, quotidianus. Sed hoc loco poeta accepit pro ſupputatione numerorum in aſtris qd quoq; die immineat,quã libello deſcriptã habet matrona tanquã aſtrorũ peritiſsima. Plin. Crinas Maſsilienſis arte geminata,ut cautior religioſiorq́; ad ſyderum motus ex ephemeride mathematica cibos dãdo horasq́; obſeruãdo,eum auctoritate præceſsit. Oui. in Amoribus oſtendit ephemeridas diaria proprie eſſe.i. libros in quibus,ut diximus ſingulorũ dierum acta cõtineantur,his uerſibus: Inter ephemeridas melius,tabulasq́; iacerent,In quibus abſumptas fleret auarus opes. nam hæc conſuetudo fuit,ut unuſquiſq; domeſticã rationem ſibi totius uitæ ſuæ per dies ſingulos ſcriberet,in quo appareret quid unuſquiſq; de reditibus ſuis,quid de arte, fœnore, lucro ue ſepoſuiſſet,& quem item ſumptũ,damnũq́; feciſſet. talem igitur librum ephemerida appellabant, id eſt diarium,ſiue diurnum , ut pauloante diximus,illic: Relegit tranſuerſa diurni.

Non ibit.] Siue inquit maritus caſtra,ſiue patriam petierit , eum uxor non ſequetur admonita Thraſylli aſtrologia. quaſi ei periculum immineat ſi eat. *Thraſylli*] Hic enim eſt Thraſyllus ille mathematicus celeberrimus,quem ut ſapientiæ profeſſorem contubernio ſuo admouit Tyberius autor Tranquillus eſt. *Numeris.*] Supputationibus,& calculationibus, quæ diligentiſsime adhibentur

A bentur ab aſtrologis ad habendam perfectam futurorũ cognitionem. *Ad primum lapidẽ*] Etiam ſi breuiſsimum iter ſit faciendum: nam Romani miliaria per numerũ lapidum in uijs defixorum colligebant, ut ad primũ ad quintum, ad nonũ lapidem dicerent. i. ad primum, ad quintũ, ad nonum miliarium. *Vectari*] Aut uehiculo, aut lectica. *Ex libro.*] Ex aſtrologia. *Frictus ocelli*] Ordo eſt: Angulus ocelli frictus. i. frictu exaſperatus, quaſi dicat de minima re conſulit mathematicum.

Ad primum lapidem uectari cum placet, hora
Sumitur ex libro: ſi prurit frictus ocelli
Angulus inſpecta geneſi collyria poſcit.
Aegra licet iaceat, capiendo nulla uidetur
Aptior hora cibo, niſi quam dederit Petoſiris.
Si mediocris erit, ſpacium luſtrabit utrunq;
Metarum, & ſortes ducet, frõtemq; manumq;
Præbebit uati crebrum poppiſma roganti.
Diuitibus reſponſa dabit Phryx augur, & Indus
Conductus dabit aſtrorum, mundiq; peritus.
Atq; aliquis ſenior, qui publica fulgura condit.

Collyria.] Varijs modis Cor. Cel. docet fieri collyria, id eſt medicamenta propria oculorum Orat. oculis collyria lippis. Colu. tamen ait collyria aluo bouis cruditate laborantis immittẽda. *Geneſi.* Hora, qua genita ſit. Nam geneſis genituram ſignificat, quã maxime mathematici colligunt ex aſtrologia. *Aegra li. ia.*] Licet inquit aduerſa ualitudine laboret, B nullum prorſus putat capiendum eſſe cibum, niſi præfinita prius hora ab Aſtrologo. *Niſi quam dederit Petoſiris.*] Ratio ſyderum tradita à Petoſiri, qui autore Plin. lib. vij. inſignis fuit aſtrologus. rationẽ autem dandi cibi ægrotis, & obſeruãdi horas maxime inſtituit (ut pauloante diximus) Crinas Maſsilienſis ad ſyderũ motus. *Si mediocris erit*] Mulier inquit ſi mediocris ſit cõditionis, in circũ deſcendit ad ſortulegos cõſulendos, qui minoris ſunt autoritatis q̃ aſtrologi, & proinde minori mercede futura prædicunt. *Spacium metarum.*] in circo enim metas duas fuiſſe in ſublime erectas oſtendit Tranq. in Cæſare his uerbis. nam quo laxius dimicaretur, ſublatæ metæ, inq; earum locũ, bina caſtra ex aduerſo cõnſtituta erant. Idem etiã in Claudio: Circo uero maximo marmoreis carceribus, auratisq; metis, quæ utraq; & tophina & lignea fuerant exculto, circum quas pompa, ut inquit Varro, Circenſis ferebatur, & equi ſepties currebant. qui primi curſum peregerant, præmium accipiebant. unde Propert. Aut prius infecto depoſcit præmia curſu Septima quàm metam triuerit arte rota. Illic dabant reſponſa diuinatores. Vnde in ſequentibus Plebeium in circo poſitum eſt, & in aggere fatum. Nam in circo maximo circa metas ſo-
C lebant, ut tradit & Acron, ſortilegi cõſidere, qui ſortes dabant uulgaribus. Nam altioris dignitatis homines erubeſcebant fere in ijs uulgi circulis uerſari. unde Cic. De diuinatiõe. Quis enim magiſtratus, aut quis illuſtrior utitur ſortibus? Orat. in Satyris oſtendit, ſe ut humili loco natum non erubuiſſe diuinis aſsiſtere. Fallacẽ circũ ueſpertinumq; pererro Sæpe forũ, aſsiſto diuinis. eum autem fallacem appellat, q illic ſortilatores, diuiniq; homines ſtarent, qui ſuis ſortibus, falſiſq; diuinationibus conſultores deciperẽt. *Sortes d.*] reſpõſa ſumet ex ſortibus. Nã ſors capitur pro fortuito cuiuſq; rei euentu, ut quum ex uno aliòue uaſe, aut manibus cõpreſsis educuntur, aut ſcripta, aut lapilli, aut feſtuca, aut alia id genus, quod probe docet Plaut. in Caſina. ubi ait: Situlam huc tecum efferto, & ſortes. nam in ſitulam plenam aquæ ſortes ligneas pares conijciebant, iſq; uictor dicebatur, cuius ſors ad ima deſcenderat. Plautus. Num ima, aut populna ſors, aut abiegna eſt tua? Quid tu curas? quia enim metuo, ne in aqua ſumma natet. Inde eſt ſortiri, quod eſt idem quod ſortem ducere. Plautus. Conijciam ſortis in ſitellam, & ſortiar ubi & Chalino. Plin. lib. ij. Sortem pro fortuna ponit ſic. Adeoq; obnoxiæ ſumus ſortis, ut ſors ipſa pro deo ſit, qua deus probatur incertus. ſors etiam patrimoniũ ſignificat, & dei reſponſum. Sortẽ item accipimus pro ſtatu, & ut ſic loquar conditione. Orat. in Epiſtolis. ille cubans gaudet mutata ſorte. Et prima Sat. Qui fit Mecœnas, ut nemo, quã ſibi ſortem, Seu ratio dederit, ſeu ſors obiecerit, illa Contentus uiuat?
D *Frontẽq; manũq;*] Id eſt adibit etiam metopoſcopos, qui fronte inſpecta futura prædicunt, & chiromantas, qui ex manuum inciſuris uaticinantur. *Crebrum poppiſma.*] Crebram pertractationem, nam *ποππύζειν* eſt manu pertractare adhibito ſibilo ad manſuefaciendum, ut ſolemus equos indomitos pertractare, ut ſignificet chiromanta diu ſuſpenſam tenere mulierem, ut diu illam manibus pertractet. *Diuitibus.*] Mulieribus. *Phryx augur.*] Nam Phryges, Cilices, & Arabes, ut ſcribit Cicero in primo De diuinatione, auium ſignificationibus plurimum obtemperauerunt, quod idem factitatum in Vmbria ſe accepiſſe inquit. *Et Indus.*] Bragmanas ſignificat, qui autore Apuleio ſecundo Floridorum, ſapientes uiri ſunt. Indiæ gens eſt, quam Strabo lib. decimoquinto ſcribit Phyſiologiam, & aſtronomiam exercere. Eorum princeps fuit Iarcas tempore quo Apollonius Tyaneus diſcendi uiſendiq; ſtudio ad illos ſe contulerat. C. alij legunt, & inde conductus, &c. S. *Atque aliquis ſenior.*] Scilicet dabit reſponſa, Id eſt aliquis ſacerdos. nam quem nos ſeniorem, Græci presbyterum appellant. *Publica fulgura.*] Nam priuata & publica fulgura extitiſſe credidit antiquitas. Plinius, Cæterum exiſtimant non ultra decem annos portendere priuata, præterquam in matrimonio primo facta, aut natali die. Publica non ultra trigeſimum annũ, præterquã in deductione oppidi. Fulgur aũt differt à fulmine, q fulgur eſt ignis late explicitus: fulmen uero coactus ignis terrifico impetu iactus. *Fulgura cõdit.*]

Sepe

Seneca in libro ij. Naturalium quæſtionum ſcribit: priſcos Romanos, quum crederent, niſi fato fulmina non decidere, cæſis hoſtijs, extructiſq; aris, adhibito ſacerdote, uelut in procurationem malorum illa condere. Condi enim dicebantur, quum ſacerdos diſperſos ignes in unum redigeret, & quadam tacita prece, terræ conderet, & conſecraret. Vnde Luc. Aruns diſperſos fulminis ignes Colligit, & terræ tacito cum murmure condit. Eum locum Bidental appellarunt, quòd cæſis bidentibus expiatus eſſet: De quo Perſius. Triſte iaces lucis euitandũque bidẽtal. Scribit Feſtus Põp. trium generum eſſe fulgura, poſtularia, peſtifera, perẽptalia. Poſtularia uotorũ, aut ſacrificiorũ ſpretã religionem. Peſtifera mortem, aut exiliũ denunciant. Peremptalia ſuperiorum fulgurum portentorũque ſignificationem perimunt, uel abolent. *Plebeium fatum.*] Hoc refertur ad illud: Spacium metarũ. Nam ait reſponſa quæ dantur plebeis de fato. i. de ijs quæ imminent, haberi ex diuinatoribus qui in circo uerſantur. Nam fatũ, autore Seneca in Naturalibus, eſt neceſſitas rerum omniũ actionumq;, quam nulla uis rumpat. *Et in aggere.*] de aggere Tarquinij Superbi intelligit, de quo ita Pli. in deſcriptiõe Vrbis Romæ. Clauditur ab oriente aggere Tarquinijs ſuperbi inter ipſa opera mirabili: namq; eum muris æquauit, quà maxime patebat aditu plano. A B

Plebeium in circo poſitum eſt, & in aggere fatum.
Quæ nudis longum oſtendit ceruicibus aurum,
Conſulit ante Phalas, delphinorumq; columnas,
An ſagæ uendenti nubat caupone relicto.
Hæc tamen & partus ſubeunt diſcrimen, & omnes
Nutricis tolerant fortuna urgente labores.
Sed iacet aurato uix ulla puerpera lecto.
Tantum artes huius, tantum medicamina poſſunt,
Quæ ſteriles facit, atq; homines in uentre necandos

Quæ nudis longum.] Mulier infimæ conditionis cui nullus fere rubor eſſe conſueuit ſupra uires ornari. *Conſulit.*] Conſilium capit à diuinatoribus, an fatis ſibi datum ſit, ut relicto caupone nubat uendenti ſaga. i. ſagario, ſagum enim ueſtis eſt militaris: Virgil. uirgatis lucent ſagulis. Cice. in Philippicis ſcrib. ſaga ſumi ſolere in bello tumultuq;. Tranquillus in Cæſare. Conuiuatũ aſſidue per prouincias duobus triclinijs, uno quo ſagati palliatiue, altero quo togati cum illuſtrioribus prouinciarum diſcumberent. Idem in Auguſto. Cornelius centurio reiecto ſagulo oſtendẽs gladij capulum. A ſago dicuntur ſagarij, qui ſaga conficiunt. Sago homines in ſublime iactari docet Mart. Ibis ab excuſſo miſſus in aſtra ſago. Suet. in Nerone. Solitus inualidum quemq; obuium, uel potulentum corripere, ac diſtento ſago impoſitum in ſublime iactare. Alij uero ſic exponunt, ut ſit periphraſis mulieris proſtantis, quæ conſulit, id eſt, conſilium dat plebeiæ interroganti an nubat ſagario. quod autem mulieres proſtitutæ darent reſponſa, locus ille indicat Plinij de Nerone libro trigeſimo: utinamq; inferos potius quoſcunque de ſuſpitionibus ſuis deos conſuluiſſet, quàm lupanaribus, atque proſtitutis mandaſſet inquiſitiones eas. *Ante phalas.*] Phalæ ut ſcribit Nonius, turres ſunt igneæ. Enni. libro decimoquinto. Malos diffundunt fiunt tabulata phalæq;. hæ etiam in circo apud ueteres propter ſpectatores è lignis erigebantur. Feſtus autem ait phalas dictas ab altitudine à phalando, quod apud Aethruſcos ſignificat cœlum. *Delphinorumq; columnas.*] Georgius Merula præceptor meus uir literatiſſimus credidit ex uerbis Ioannis Caſsiodori delphinum columnas, intelligi obeliſcos, circa quos luderent Delphini: ait enim ſic: in circo Euripus in gyrum agebat, reddebatq; imaginem uitrei maris: in quem æquor influebat, ubi item erant obeliſci, & in primis ille magnus, quem diuus Auguſtus in circo maximo conſtituit. Quidam uero tradunt: Delphinos duos fuiſſe fratres nobiliſſimos, ſub quorum titulo columnæ erectæ fuerunt. uerum illud mihi placet ut intelligamus delubrum Cn. Domitij, ubi in marmore erant Nereides ſupra delphinos in circo Flaminio. in circis enim uerſabantur diuinatores, ut dictum eſt. Plinius libro trigeſimoſexto. capite quinto ſic ſcribit. Sed in maxima dignatione Cneij Domitij delubro in circo Flaminio Neptunus ipſe, & Thetis, atque Achilles, Nereides ſupra delphinos & cete, & hippocampos, ſedentes ſunt. *An nubat.*] id eſt, conſulit, inquit, an fatis ſibi datum ſit, ut relicto caupone nubat ſagario. *Caupone.*] Is eſt qui meritoriam tabernam exercet, quæ caupona appellatur, & ſtabulum. Caupona etiam dicitur mulier quæ præeſt tabernæ. *Hæ tamen & partus.*] Inuehitur autem in matronas mulieresq; diuites, quæ medicamentis abortus faciunt. Eſt enim ſenſus, licet hæ plebeiæ mulieres anxiæ ſint futurorum, & de nubendo diuinatores conſulant, tamen concipiunt, & pariunt, fœtusq; educant: matronæ uero & potentiores fœminæ, aut non concipiunt, aut eijciunt conceptum partum medicamentis in utero extinctum. *Partus diſcrimen.*] Nam quæ pariunt in ſummo uerſantur periculo. *Fortuna urgente.*] Rei familiaris anguſtia cogente, quaſi quæ ob inopiam liberos nutricibus alendos tradere non poſſunt. *Vix iacet.*] Mulier inquit, quæ diues, & potens eſt, uix unquam iacet in lecto, quia aut non concipit, aut ſi concipit, abortum facit. *Lecto aurato.*] Hoc eſt, quæ in magnis ſit opibus & delitijs. *Tantum artes huius.*] C. Epiphonema. S. Non eſt inquit mirum, ſi mulier diues, aut non concipiat, aut abortus faciat. Nam mira ſunt quæ poſſunt artes mulieris ueneficæ, quæ ſteriles facit matronas, atque conducit pueros necandos in utero matris. præmium enim poſcit à matrona, ut in uentre necet partum, ſicq; conducit, id eſt, mercede ſumit id operæ, ad necandos partus. Alibi conducunt fornicas, id eſt, mercede ſumunt id laboris. *Quæ ſteriles.*] C D

Conducit. gaude infelix, atq; ipſe bibendum
Porrige quicquid erit: nam ſi diſtendere uellet,
Et uexare uterum pueris ſalientibus, eſſes
Aethiopis fortaſſe pater, mox decolor hæres
Impleret tabulas, nunquam tibi mane uidendus.
Tranſeo ſuppoſitos, & gaudia, uotaq; ſæpe
Ad ſpurcos decepta lacus, atq; inde petitos
Pontifices Salios, Scaurorum nomina falſo
Corpore laturos. ſtat fortuna improba noctu,
Arridens nudis infantibus, hos fouet omnes,
Inuoluitq; ſinu, domibus tunc porrigit altis;
Secretumq; ſibi mimum parat, hos amat, his ſe
Ingerit, atq; ſuos ridens producit alumnos.
Hic magicos affert cantus, hic Theſſala uendit
Philtra, quibus ualeat mentem uexare mariti,

A Quæ ſuis medicamentis, aut mulierem reddit ſterilem, aut abortium cogit facere. *Gaude infelix.*] Scilicet marite, quòd abortum faciat. *Porrige.*] ſcilicet uxori quicquid erit ſcilicet datum ab alia uenefica. Nam ſi diſtendere uellet, id eſt, ſi ad legitimum tempus uellet ferre fœtum in utero, re uera Aethiopem pareret, proindeq; eſſes pater Aethiopis. *Aethiopis.*] Duplex eſt Aethiopia orientalis & heſperia, de qua alibi plura. *Decolor hæres.*] Decolor appellatur, qui ſit colore uiciato, & qui declinat à priore colore, unde etiam decolorari dicitur id, cuius color uiciatur, & inficitur. Ora. in Odis. Quod mare Dauniæ Non decolorauere cædes? Seneca in Naturalibus: Fulmen, aut colorat, aut decolorat. Diſcolor uero dicitur diuerſi coloris. Concolor eiuſdē coloris. Martialis. Concolor in rubra gammare lance rubes. *Tabulas.*] ſ. teſta-

B menti. *Nunquã tibi mane uidendus*] id eſt, cui noles mane occurrere, ut malo omini. Alibi: Et cui per mediam noles occurrere noctem. *Tranſeo ſuppoſitos.*] Occupatio eſt. notat mulieres quæ aliunde petitos partus marius ſupponũt. Senſus eſt, prætereo inquit referre nothos, quos mulieres diuites empticio partu pro naturalibus & legitimis alunt. *Gaudia.*] id eſt, filios ipſos nothos, quos miro gaudio maritus ut ſuos, alit. *Vota.*] id eſt filios, quos multis uotis & ſummo deſiderio concupiuit maritus habere. Vale. Max. filios ſic uocat, his uerbis: Venite igitur in manus noſtras, proſpera parentum uota. *Decepta.*] Deſumpta ab uxoribus decipientibus maritos ſimulato partu. *Sæpe.*] Oſtendit id frequenter à mulieribus factitatum. *Ad ſpurcos lacus.*] Locum eſſe oſtendit poeta in Vrbe, ubi pueri incertis nati parentibus exponerentur. Vbi autem fuerint, & quare ſpurci lacus appellarentur, nuſquam meminimus nos legiſſe. *Pontifices Salios.*] .i. ſpurios, qui in nobi-

C liſsimas translati familias, pontifices Salij creantur. Salij enim ſacerdotes fuere Martis, qui in comitijs & ſacris ancilia gerentes, eademq; gladiolis percutientes circumſiliebant: hiq; ex nobilioribus creabantur. De quibus plura in ij. Saty. retulimus. *Scaurorum.*] Speciem pro genere poſuit, id eſt, nobilium Romanorum, quales fuere Scauri, de quibus in ſecunda dictum eſt abunde. *Laturos nomina.*] Nam putabuntur filij eorum nobilium, à quibus educabuntur. *Fortuna improba*] dicimus improbum non ſolum nota ſignificatione malum, ſed nimis auidum, nec modico contentum, ut illud Virgilianum: Lauit improba teter Ora cruor. Et alibi, improbum anſerem appellat cibi auidum & inſatiabilem. hoc uero loco fortunam improbam dicit, id eſt iniquam, & indignorum fautricem. unde Plin. lib. ij. loquens de fortuna. Sola laudatur, ſola arguitur, & cum conuitijs colitur, uolubiliſq; à pleriſq; uero & cæca etiam exiſtimata, uaga, inconſtans, incerta, uaria, indignorumq; fautrix. Ergo improba, hoc eſt, quæ non ex merito, ſed libidine hominem amplectitur. *Stat.*] adeſt. *Noctu.*] Talia enim noctu fere peragi ſolent. *Arridens.*] Aſpirans, & blandiens. *Altis domibus.*] Nobilibus familijs. Secretum mimum, oblectamentum quoddam: nam mimi non ſolum publice in ſcena, ſed & in domibus priuatis geſticulationibus ſuis oblectabant. Vnde Liuius lib. ix de bello Macedonico. Tunc pſaltriæ, ſambuciſtriæq;, & conuiuialia ludionum oblectamenta addita epulis. *His ſe ingerit.*] Infundit, inſerit, implicat. *His.*] ſcilicet nothis,

D *Viq; ſuos.*] Solent enim uulgo fortunæ dici filij. *Hic magicos affert cantus.*] Nunc inuehitur in amatoria, & magicas artes mulierum, quæ uiros etiam in furorem compellant. *Cantus.*] Carmina, incantamenta. *Magicos.*] Hoc eſt quibus ipſa magorum uanitas gloriatur omnia poſſe effici, homines in beſtias poſſe mutari. Vnde illud Virgilij, Carminibus Circe ſocios mutauit Vliſſis, & meſſes in alios agros traduci, ut illud: Atque ſatas alio uidi traducere meſſes. Quin etiam elementa quoque concuti, turbariq; hominum mentes, & ſæpe ſine ullo ueneni hauſtu homines interimi, Lunam è cœlo deduci. Carmina uel cœlo poſſunt deducere lunam. Frigidus in pratis cantando rumpitur anguis. De mago diximus abunde in tertia Satyra. *Philtra.*] Græce, Latine amatoria domini. φίλτρον enim amor dicitur. Eſt enim amatorium quicquid ad amatorem conciliandum datur, quamuis & furorem ſæpe moueat. Vnde Ouidius. Philtra mouent animos, uimq; furoris habent. *Theſſala.*] Nam in Theſſalia, ut docet Apule. in Aſino aureo, Veneficia plurima exercebantur. Nam & Apule. ipſe in Theſſalia in aſinum transformatus eſt. unde & Plau. in Amphitrione. Ego pol hodie ulciſcar illum Theſſalũ ueneficum, qui peruerſe uertit familiæ mentē meæ. *Solea.*] Quicquid pedi ſubijcitur ſolea dicitur Cic. in Rhe. Et ſoleę ligneę pedib. indutę ſunt. Trãquil. in Nerone. Soleis mulas argẽteis calciauit. Eſt etiã piſcis planus. Et ſolea capitur, pro eo ligno, ſup quo extruitur paries craticius.

Pulſare

Et ſolea pulſare nates, quod deſipis, inde eſt,
Inde animi caligo, & magna obliuio rerum,
Quas modo geſſiſti. tamen hoc tolerabile, ſi non
Et furere incipias, ut auunculus ille Neronis,
Cui totam tremuli frontem Cæſonia pulli
Infudit. quæ non faciet, quod principis uxor?
Ardebant cuncta, & fracta compage ruebant,
Non aliter, quàm ſi feciſſet Iuno maritum
Inſanum. minus ergo nocens erit Agrippinæ
Boletus, ſiquidem unius præcordia preſſit
Ille ſenis, tremulumq; caput deſcendere iuſsit
In cœlum, & longam manantia labra ſaliuam.
Hæc poſcit ferrum atq; ignes, hæc potio torquet,
Hæc lacerat mixtos equitum cum ſanguine patres.
Tanti partus equæ, tanti una uenefica conſtat.
Oderunt natos de pellice, nemo repugnet,

Pulſare nates.] Perſius. Solea puer obiurgabere rubra. Terentius. Vtinam tibi commitigari caput ſandalio uideam. *Inde eſt.*] Ex amatorijs. *Deſipis.*] à cōmuni ſenſu declinas. *Animi caligo.*] Offuſcatio, & cæcitas mentis, ac per hoc ignorantia. Sic & Seneca. O quanta illos caligo mentiū, quanta ignorantia ueritatis exercet. Eſt autem caligo, nebula denſiſsima offuſcans. Vnde Trāquil. in Nerone. Deinde tanta coorta caligo eſt, ut deſpicere non poſſet. *Tamen hoc tolerabile.*] Si tantum ſenſum & lumen rationis amittas. *Si non & furere incipias.*] id eſt, ſi nō incipias & tu uexari eo furore, quo uexatus eſt Caligula imperator, qui à Cęſonia uxore amatorio medicamento potionatus in furorem uerſus eſt, potioni infuſo hippomane. *Frontem tremuli equi.*] id eſt, carūculam illam quæ caricæ magnitudine, ut dictū eſt, in fronte pulli equini inhæret, quod hippomanes appellatur, ueneficijs aptum. *Quæ non faciet.*]. Senſus eſt. Quæ mulier non faciet, quod uxor principis fecit? quaſi diceret, reliquæ mulieres dignioris exemplo commotę, idē facere non uerebuntur. *Ardebant cūcta.*] Caligula enim autore Tranquillo, omne ſæuitiæ genus uel minima offenſa exercuit. *Fracta compage.*] id eſt, omnia ſæuiſsime à Caligula fiebant. ſumptà translatione à lapſu tectorum. dicimus compagem, & compaginem à compingendo, id eſt, coniungendo: unde & compactam fiſtulam dixit Virgil. C. in Buc. Eſt mihi diſparibus ſeptem compacta cicutis Fiſtula. S. *Non aliter.*] non aliter, inquit, totus orbis concuſſus eſt furente Caligula qui eum regebat, quàm ſi Iupiter uerſus eſſet in furorem, cuius nutu omnia regūtur, ſicq; oſtendit quanta ex ueneficijs mulierum mala eueniant. *Boletus Agrippinæ.*] Nam Agrippina maritum ſuum Claudium boleto medicato, quo genere cibi plurimum delectabatur, ſuſtulit. fuit enim Agrippina Neronis mater, & Caligulæ, ut diximus, ſoror. *Minus nocens.*] Grauiora inquit fuere, & pernicioſa magis Vrbi, quæ Caligula per furorem fecit, quàm quæ Claudius. nam ſtatim mortuus eſt poſt acceptum boletum, nec illa uenena cuiquam fuere pernicioſa, ſicut illa quæ data ſunt Caligulæ, quæ in cauſa fuere ut in omnes ſæuiret. *Vnius ſenis.*] Non enim fuit cauſa boletus, ut diximus, ut multi per furorem Claudij imperatoris perirent, ſed ſolus Claudius iam ſenex perijt. nam ad ſexageſimum & quartum annum peruenerat. *Tremulumq; caput.*] Hoc autem eſt ex hiſtoria, capite enim Claudius fuit tremulo. Tranquil. & remiſſe quid, uel ſeriò agentem, multa dehoneſtabant, riſus indecens, ira turpior ſpumante rictu, humentibus naribus, plectra linguæ titubantia, caputq; tum ſemper, tum in quantulocunq; actu, uel maxime tremulum. *Deſcendere in cœlum.*] Hyſterologia per contrarium. ſic etiam locutus eſt Seneca poſtea quàm Claudius in cœlum deſcendit. Sic & Stati. in Syluis. Nondum ſtelligerum ſenior demiſſus in axem. & alibi Iuue. Iam quartanam ſperantibus ægris, id eſt timentibus, ſic & Virg. Hunc ego ſi potui tantum ſperare dolorem. *Labra manantia.*] Emittentia. *Longam ſaliuam.*] Quia ut dixi ſpumante rictu erat, & humentibus naribus. *Hæc poſcit ferrū.*] id eſt, homines in furorem per potionem uerſi, arma & ignes ad hominum perniciem poſcunt & exercent. hoc autem dicit ſpecialiter propter Caligulam, qui autore Tranquil. equeſtrem ordinem & ſenatorium furens lacerauit, quod factum fuiſſe uideri uult poeta per potionem amatoriam, ut à ſuperiore dependeat, ut dicat Boletum Agrippinæ tantum nocuiſſe Claudio, potionem uero Caligulæ pernicioſam toti ciuitati fuiſſe. ergo hæc potio poſcit ferrū, id eſt, hęc potio quam Cęſonia dedit Caligulæ marito, eſt in cauſa ut ferrum poſcat, & exerceat in cædem hominum. *Hæc potio torquet.*] id eſt, hæc potio eſt in cauſa ut homines uarijs cruciatibus afficiantur, & torqueantur à Caligula. *Tanti partus equæ.*] Hunc locum hucuſq; omnes quos mihi uidiſſe contigit codices ita legerunt, tanti partus equæ, quanti una uenefica conſtat, ita ut nullus prorſus eliceretur ſenſus. Ego uero attentiore examine carmen & mentem poetæ trutinans animaduerti locum eſſe deprauatum, & utrobique legendum tanti, ut ſumma poetæ indignatio acclamatione hac oſtendatur, ut idem ſit bis repetitum per diuerſa uerba, ut illud; Tantum artes huius, tantum medicamina poſſunt. Idem enim eſt bis repetitum per diuerſa uerba, ſic etiam illud. Tantum admirari, tantum laudare diſertos, ac ſi dicat, ex his ueneficijs & ſceleribus mulieris, multa mala proueniunt, & hæc ueneficia magno conſtant, quando incendia & cædes hominum miſcent. *Vna uenefica.*] Vna Cæſonia. *Partus equæ.*] Hippomanes, quod ex fronte pulli equini auellitur ad ueneficia, de quo ſupra dictum eſt, quod Cæſonia potioni infundit, unde furore, ut diximus, correptus eſt Caligula. *Oderunt natos de pellice.*] Non indignatur poeta

quod

A quod oderint natos ex pellice, neq; enim mirandum eſt id poſſe accidere, ſed quòd priuignos, quod grauius eſt, necent. eſt ergo ſenſus quaſi monitor dixerit, odio habent natos ex pellice, & ipſe ueluti aſſentiens dicat, fateor, oderunt, ut nemo inquit uetet quin oderint nothos: uerum illud grauius eſt, quod priuignos interimunt. *De pellice.* Dictum eſt illic, quid ſit pellex, Reſidens in codice pellex. *Iam iam.*] Non eſt inquit mirandum, ut natos ex concubina uiri oderint, ſed illud grauius eſt, quod iam priuignos quaſi licitum ſit necant.

Nemo uetet, iamiam priuignum occidere fas eſt.
Vos ego pupilli moneo, quibus amplior eſt res,
Cuſtodite animas, & nulli credite menſæ.
Liuida materno feruent adipata ueneno.
Mordeat ante aliquis, quicquid porrexerit illa,
Quæ peperit, timidus prægustet pocula pappas.
Fingimus hæc, altum Satyra ſumente cothurnum
Scilicet & finem egreſsi, legemq; priorum,
Grande Sophocleo carmen bacchamur hiatu,
Montibus ignotum Rutulis, cæloq; Latino.
Nos utinam uani, ſed clamat Pontia, feci,
Confiteor, puerisq; meis aconita paraui,
Quæ deprehenſa patent, facinus tamē ipſa peregi.
Tu ne duos una ſæuiſsima uipera cœna?

Iamiam eſt fas.] Iam putant nullum eſſe nefas occidere priuignū, ſicq; eſt ironia. *Vos ego pupilli moneo.*] Oſtendit matres etiam tātæ impietatis inueniri, ut proprijs filijs non parcant ſed eos nefarie occidant, ut nubant adulteris, quod fecit Pontia, quæ filios duos ueneno ſuſtulit, ut nuberet adultero. B *Amplior res.*] Ampla patrimonia. *Adipata.*] Pinguia edulia & ſucculenta, quaſi adipe cōdita. unde Cicero in Oratore per tranſlationem adipatæ dictionis genus appellat, id eſt, pinguis, & ſucci multi. Hæc ſunt uerba Ciceronis: Adſciuerunt ſuis auribus optimum quoddam, & tāquam adipatæ dictionis genus. *Liuida.*] Pernicioſa, mortifera, ſiue pallida, id eſt, pallorem facientia, unde & Ouidius Lurida aconita dixit ab effectu, & Orat. mortem pallidam, id eſt, quæ pallorem facit. *Quæ peperit.*] Ipſa mater. *Prægustet.*] Vnde prægustatorē appellamus miniſtrum qui primitias ciborum antequā dominus guſtat, quò ſine ſuſpitione ueneni dominus ſecurius epulis fruatur. *Aliquis pappas.*] Significat aliquem natu grandiorē qui dignus ſit hac honorifica appellatione, qua filij ad parentes uſi ſunt. Nam pappas uenerationis nomen eſt, & patrem ſignificat, unde fortaſſe & ſummum pontificem pappam appellarunt ut patrem. nam & pappos auum etiam ſignificat & pappazo inuoco auum, ut infantes faciunt. ue-
C rum licet etiam exponas ſic. Aliquis ſenior timidus prægustet pocula & pappas, ut duo dicat & potionem & cibum. nam ut diximus etiam in Perſium illic, pappare minutum, Pappa & bua pro cibo & potu uſurpata ſunt à pueris. unde Cato De liberis educandis: cum cibum ac potionem buas atq; pappas docent, & matrem mammam, & patrem tatham. unde & Plau. in Epidico hoc uerbo pappare uſus eſt ſic. Nouo liberto opus eſt, quod pappet, id eſt, comedat. Bene autem uſus eſt uocabulo pueris accommodato, pupillos enim & pueros alloquitur. Vos ego pupilli moneo. *Fingimus hæc.*] Erunt inquit fortaſſe, qui putabunt nos hæc fingere, & tanquam tragica fabulamēta proſequi, quæ de huiuſmodi cædibus loquuntur & tractant. Sed nos inquit uera agimus, & utinam non eſſent, quæ de matribus dicimus, uera. *Satyra ſumente.*] Videmur enim tragici officium uſurpare, qui talia ſcelerum figmenta ſcribere conſueuerunt, ut de Medea, quæ filios ſpectante patre Iaſone interemit. Et Progne, quæ Itin filium occiſum appoſuit marito Tereo. *Cothurnum.*] Calciamentum tragici, ſed à poetis uſurpatur ſæpe pro ſublimi ſtilo, ut hoc in loco. Vergilius in Bucolicis. Sophocleo tua carmina digna cothurno. Martialis. Grande cothurnati pone Maronis opus. *Altum.*] Id eſt materiam tragicam, res enim grandes, & altas tractant tragœdiæ. *Finem legemq; priorē.*] Id eſt, Satyricorum, qui ante me ſcribentes hunc finem, & hunc terminum tenuere, ut ſtilum ſuum non ultra tenderent, quàm ad res ueras,
D minimeq; fabuloſas, quales tragici conſueuerunt. *Bacchamur.*] Furore poetico ſcribimus, qui ſine furore quodam ſcribere nequeunt. *Hiatu Sophocleo.*] Eo ſtilo & ſublimitate qua uſus eſt Sophocles in ſcribendis tragœdijs. quaſi dicat, ſcribimus res quæ propriè tractantur à tragicis, qualis fuit Sophocles, quum de cæde filiorum tractamus à matribus. *Montibus Rutulis ignotum.*] Id eſt, quod quidem carmen, nemo unquam in Latio ante me cecinit in Satyris ſuis, id eſt nunquam fuit auditum in his regionibus tale ſcelus perpetratum fuiſſe, quod à poetis celebraretur, ut mater filios proprios necauerit. *Rutulis.*] Populi ſunt Latij, quibus Turnus imperauit. *Cæloq; Latino.*] Idem fere dixit. Nam Latinus rex regnum habuit finitimum cum Rutulis. Vnde Dionyſius libro primo ſic ſcrib. Latino autē, qui tūc rex erat, cum finitima quadā gente bellū gerēti, qui Rutuli uocantur, nūciantur. *Nos utinam u.*] Subaudi ſimus. *Sed clamat Pōtia feci.*] Cuperem inquit hæc omnia eſſe uana, ſed Pontia fatetur uera eſſe, ſe duos filios ueneno necaſſe. duos enim filios ueneno ſuſtulit, ut adultero nuberet, de qua Mar. lib. ij. in Gallam ſic ait. O mater qua nec Pōtia deterior. *Aconita*] Venena, eſt eñ herba naſcēs in ſaxis, cuius ſuccus uim habet ueneni efficaciſsimi, de quo diximus in prima Saty. Qui dedit ergo trib. patruis aconita. *Tu ne d.*] Inſultatio eſt poetę in impiā matrē. *Septē*] Sēſus eſt. Adeo impia fuiſti, ut nō ſolū crediderim te duos filios potuiſſe occidere, ſed etiā ſeptē, ſi ſeptē tibi fuiſsēt. *Septē.*] Subaudi occidiſſes.

Creda-

A *Credamus tragicis.*] Senſus eſt, fabuloſa omnino ſunt, que à tragicis ſcribũtur de matribus, quę necauerint filios, ut de Medea & Progne. ſed putemus eſſe uera, tamen in eiuſmodi fabulis nulla mater fingitur, quæ filios aliquo corrupta præmio interemerit, ſed aut propter iram, aut aliquem dũtaxat dolorem. *De Colchide.*] Quicquid de Medea dicitur à poëtis tragicis. Eam enim ferunt Iaſonem aureum uellus ope ſua auferentem ex Colchis decepto patre ſuo Aeta rege ſecutam fuiſſe uſque in Theſſaliam, copulatamq́; matrimonio cum eo decem uixiſſe annos, ſusceptis ex eo quattuor liberis, quæ poſtea cum accepiſſet Iaſonem ſe ſpreta Glaucam, ſiue Creuſam filiam Creõtis regis Corinthiorum duxiſſe uxorẽ ira percita regiam Creõtis cremauit, quo incendio Creon cum Glauca abſumpti ſunt. filios præterea ſuos omnes uno qui aufugit excepto Theſſalo, in ultionem Iaſonis patris iugulauit. B Iaſon uxore & filijs orbatus, tantæ impatiens cladis necem gladio ſibi conſciuit. *Colchide.*] Forma eſt patronymica: Colchis eñ, rectus eſt caſus. *Progne.*] Pandionis regis Athenarum filia uxor Terei qui Dauliã (ut ſcribit Thucidides in ij. hiſtoriarũ) oppidũ Phocidis incoluit, tunc à Thracibus habitatam. Ea Ityn filium ſuũ interemit, appoſuitq́; epulandum Tereo patri, hocq́; in ultionẽ Philomenæ ſororis à Tereo uiciatæ, unde à multis poetarũ in cõmemoranda Philomena, Luſcinia auis, Daulias celebratur. Ouid. in Sappho. Concinit Iſmariũ Daulias ales Ityn. Idem in carmine ad Liuiã. Deflet Threiciũ Daulias ales Ityn. *Nil c.n.*] Nolo inquit negare id eſſe uerũ quod dicitur de Medea & Progne. Nam etiam illæ auſæ ſunt immania facinora. *Grandia monſtra.*] i. Indigna ſcelera, nam monſtrum appellamus quicquid eſt præter naturam. quid enim magis contra naturam, quàm filium à matre necari? *Non propter nummos.*] C Vt oſtendat longe intolerabilius eſſe facinus, quod lucri cupiditate fit, quàm ira & dolore, ut Rhethores docent. *Minor admiratio.*] Senſus eſt, illud nobis minus mirandum uideri debet, etiam ſi ſit nefandum quod committitur per dolorem & iracundiam à muliere, ſicq́; cum ſequentibus eſt coniungendum. *Ira.*] Quæ ab iniuria deſcendit. *Hunc ſexum.*] .ſ. muliebrem. *Feruntur præcipites.*] Sumpta eſt translatio ab ijs, qui à ſublimi decidunt loco; id eſt, ad omne facinus ſtimulante iracundia conuertuntur. *Vt ſaxa.*] ſcilicet feruntur in præceps. *Abrupta.*] Auulſa. *Quibus.*] Saxis. *Mons ſubtrahitur.*] Videtur enim parte montis labente, reliqua pars retro fugere. *Latus recedit.*] Retro cedit: nàm, ut dixi, latus montis aliqua parte auulſa uidetur retrocedere. *Pendente cliuo.*] Prono ſaxo, & iam caſuro. *Illam ego non tulerim.*] Illa inquit ſuperbiſsima eſt habenda, quæ animo minime perturbato mente cogitat & retractat prius ſcelus quàm aggrediatur. Sicq́; oſtendit, ſcelera illa grauiora eſſe quæ certa animi deliberatione, quàm quæ aliqua mentis perturbatione peraguntur: C. quod ẽtiã Ariſtoteles in Ethicis docet, & hunc ſecutus Cicero de Officijs libro primo. Sed in omni iniuſtitia (inquit) permultum intereſt utrum perturbatione aliqua animi quæ plerunque breuis eſt, & ad tempus, an conſulto, & cogitato fiat iniuria. Leuiorá ſunt enim, quæ repennno aliquo motu accidunt, quàm ea quæ meditata, & præparata inferuntur. S. *Sana.*] Non aliqua animi perturbatione uexata. *Spectant.*] Quottidie inquit ſpectant in theatris, dum tragœdiæ aguntur quemadmodum Alceſtis in maritum pia fuerit, D quæ & pro marito mortem ſubire non dubitauerit. Sed tamen nulla eſt, quæ Alceſtin imitetur, hoc eſt, quæ maritum ſuum ſeruet morte ſua, ſed potius animam catellæ ſeruaret. Nam Alceſtis, cũ uir ſuus Admetus Theſſaliæ rex graui & conclamata ualitudine laboraret, reſponſumq́; eſſet eum mori oportere, niſi alius pro eo moreretur, ipſa ſola, cæteris propinquis & amicis id recuſantibus, pro marito mori ſuſtinuit. De qua Statius in Syluis: Ergo Theſſalici coniunx penſare mariti Funus. Hanc fabulam áliter tamen narrat Fulgentius. *Spectant.*] Subaudi mulieres Romanæ, non autem mariti ſpectant. coniunge ergo fata mariti, id eſt, mortem mariti. *Similis ſi.*] id eſt, Si poſsint fatum ſuum fato mariti permutare, potius ſeruent animam catellæ. *Multæ Belides.*] id eſt, Multæ mulieres, quæ maritos ſuos, ut Belides, & Clytemneſtra occiderunt.

Belides.] Quinquaginta Beli neptes fuerunt; quæ una nocte totidem maritos, eoſdemque patrueles occiderunt. Belus enim Aegypti rex duos habuit filios, Danaum & Aegyptum, quorum Danaus quinquaginta habuit filias, & Aegyptus totidem filios. Coactus eſt Danaus omnes filias dare in matrimonium filijs Aegypti, ſed quum uereretur ne à generis ſuis regno eijceretur, mandauit filiabus ut primitiali nocte maritos ſuos ſingulæ necarent, quod quidem omnes fecere præter Hypermeſtram, quæ Lyno ſiue Lynceo pepercit, *Eryphile.*]

Tu ne duos? ſeptem, ſi ſeptem forte fuiſſent.
Credamus tragicis quicquid de Colchide torua
Dicitur, & Progne, nil contra conor, & illæ
Grandia monſtra ſuis audebant temporibus: ſed
Non propter nũmos. minor admiratio ſummis
Debetur monſtris, quoties facit ira nocentem
Hunc ſexum, & rabie iecur incendente feruntur
Præcipites: ut ſaxa iugis abrupta, quibus mons
Subtrahitur, cliuoq́; latus pendente recedit.
Illam ego non tulerim, quæ cõputat, & ſcelus ingẽs
Sana facit. ſpectant ſubeuntem fata mariti
Alceſtim, & ſimilis ſi permutatio detur,
Morte uiri cupiant animam ſeruare catellæ.
Occurrent multæ tibi Belides, atq́; Eriphylæ.

Mane Clytemnestram nullus non uicus habebit.
Hoc tantum refert quòd Tyndaris illa bipennem
Insulsam & fatuam læua dextraq; tenebat.
At nunc res agitur tenui pulmone rubetæ,
Sed tamen & ferro, si prægustaret Atrides
Pontica ter uicti cautus medicamina regis.

A Vxor fuit Amphiarai, quæ capta amore monilis olim à Vulcano elaborati, ut illud ab Argia Poly
nicis coniuge haberet, uirum suum ne in bellum Thebanum prodiret latentem indicauit: qui po/
stea in bello Thebano hiatu terræ cum curru absumptus est. *Mane Clytẽnestram.*] Sensus est, nul
lus erit uicus Vrbis in quo non offendas mulieres occidẽtes maritos, sicuti fecit Clytẽnestra Tyn
dari & Ledæ filia, quæ Agamemnonem maritum suum ex bello Troiano reuersum, adiuuãte Ae/
gisto adultero interemit. nota ẽ hi
storia. *Hoc tantum r.*] Hoc tãtum
inquit interest, quod Clytẽnestra
securi maritũ suũ peremit, sed mu
lieres Romanę maritos suos tollũt
ueneno. *Insulsam & f.*] Hypalla
ge est, hoc est ipsa insulsa & fatua,
quasi quæ minime apta esset ad tra
ctanda arma. *Tenui pul. ru.*] Hoc
est ueneficijs, qualia ex rubera ra/
na, de qua in.1.Satyra abunde illic. Miscet sitiente rubetam. *Agitur.*] Peragitur, perficitur.
B *Res.*] Ipsa maritorum cædes. *Sed tamen & fe.*] Existunt inquit etiam, quæ maritos ferro necent,
si forte illi contra uenena aliquod sumpserint antidotũ. *Atrides.*] Id est, Ipse maritus qualis fuit
Agamemnon Atrei filius. *Si prægustaret pontica medicamina.*] Id est, antidota, qualia Mithridates
rex Ponti sumebat aduersus uenena, de quorum compositione Plin.lib.xxiij.cap.ix.sic: in arcanis
Mithridatis maximi regis deuicti Cn. Pompeius inuenit in peculiari commentario ipsius manu
compositionem antidoti è duabus nucibus siccis, item ficis totidem, & rutæ folijs uiginti simul tri
tis, addito salis grano, & qui hoc ieiunus sumat, nullum uenenum nociturum. Cæterum Leneus
Pompeius scribit, autore Gellio, Mithridatem regem Ponti, sanguine anatis ponticæ immixto qui
busdam medicamentis, remedium aduersus uenenum solitum sumere, adeo ut quum nonnunq;
sumeret uenenum inter epulas, nulla ex parte lædaretur. Immo & eiusdem generis remedio nomẽ
dedit, ut appelletur mithridaticum. Antidotum Mithridatis quid sit, & quomodo conficiatur, prę
stat Galenum, & Cornelium Celsum consulere, qui aliquanto melius rem totam explicant, & ali/
ter quàm hic fiat. *Ter uicti.*] Nam primo superatus est à Sylla, mox à Lucullo, deinde à Põpeio,
nocturno prælio lucente luna, à tergo hostibus à facie Romanis, qua extrema clade accepta, coa/
ctus est in regnum confugere, ubi per seditionem popularium, à Pharnace filio in turre obsessus,
uenenum sumpsit: quod quum parum proficeret ad mortem, quia ut diximus, aduersum uenena
C multis ante medicaminibus corpus firmauerat, à milite Gallo nomine Bitthoco, à quo ut adiuua
retur petierat, interfectus est.

SATYRA VII

Mendicant artes sic Roma coegit auara.

ET spes, & ratio studiorum in Cæsare tã
tum.
Solus enim tristes hac tempestate ca-
mœnas
Respexit, quum iam celebres, notiq;
poetæ

E*T spes et ratio studiorũ.*] Hac Satyra Telesinum
pöetam sui temporis
alloquitur, cõqueritur
que poetarum, cætero
rumq; scriptorum labores inanes
esse, quandoquidẽ pro uigilijs suis
à ciuibus Romanis nihil prorsus
consequantur, sicq; sui temporis
auaritiam exagitat, solam autẽ spẽ
in Traiano principe ostendit, quẽ
hoc principio astute laudat & ex/
tollit, ut subtiliter eum incendat
in omnium scriptorum fauorem. liberalis enim ut scribit Eutropius in cunctos fuit publice priua
D timq; ditans omnes & honoribus augens ob suam in omnes bonitatem, per orbem terrarũ deo
proximus nihil non uenerationis meruit, & uiuus, & mortuus. De quo Plinius in Panegyrico sic
ait. Quid uitam? quid mores iuuentutis, quam principaliter formas? quem honorem dicẽdi ma/
gistris, quam dignitatem sapientiæ doctoribus habes? ut sub te spiritum, & sanguinem, & patriam
receperint studia, quæ priorum temporum immanitas exilijs puniebat, quum sibi uiciorum o/
mnium conscius princeps, inimicas uicijs artes non odio magis q̃ reuerẽtia relegaret. At tu eas/
dem artes in complexu, oculis, auribus habes. præstas enim quæcunq; præcipiunt, tantumq; eas
diligis, quantum ab illis probaris. Vnde illi nullo modo sunt audiendi, qui de Domitiano intelli/
gunt. Quomodo enim ulla erat spes poetis habenda in Domitiano, quum is Iuue. Saty. suas scribẽ
te extinctus esset, ut in principio operis docuimus? essetq; bonarum artium, ut taxauit Plin. inimi
cus, quas etiam non odio magisquàm reuerentia relegaret? *Spes studiorum.*] Quam poetæ ha/
bent consequendæ mercedis ex studijs suis. est enim spes bonarum rerũ expectatio. ut Cic. in Tu/
sculanis definit. *Ratio.*] Omnis ratio qua mouentur ad scribendum in solo Cæsare Traiano est
posita, eo enim consilio & animi ratione scribunt, ut à ciuibus aliquid mercedis & præmij conse/
quantur, sed falluntur inquit, nam solus imperator poetas respicit. *Respexit quum iam.*] Impera/
tor solus inquit nostris temporibus respexit poetas & reliquos scriptores à cæteris ciuibus negle/
ctos,

ctos,quum tam ob egeſtatem cogitarent,& in urbe & extra urbem uiliſsima quæq; ſubire miniſte A
ria ad uitam ſuam ſuſtinendam. .C *Reſpexit.*] Miſeratus eſt,& fouit. S. Teren. Reſpice me in
ſecundis rebus tuis.quaſi dicat,& mihi faue meq; adiuua.Idē.nam Hercle alius nemo reſpicit nos,
id eſt,curat. *Balneolum.*] Vnde uictum conſequerentur. *Gabijs.*] Oppidum eſt in uia Præneſti
na centum ſtadijs diſtans ab Vrbe,autor Strabo. *Furnos.*] Vt panem alienum coquerent, eoq;

Balneolum Gabijs,Romæ conducere furnos
Tentarent,nec fœdum alij nec turpe putarent
Præcones fieri,quum deſertis Aganippes
Vallibus eſuriens migraret in atria Clio.
Nam ſi Pieria quadrans tibi nullus in arca
Oſtendatur, ames nomen,uictumq; Machæræ.
Et uendas potius,commiſſa quod auctio uendit
Stantibus,œnophorum,tripodes,armaria,ciſtas,
Halcynoen Bacchi,Thebas,& Terea Fauſti.

modo quæſtum facerent. *Tentarent.*] Iam conſilium caperēt, C.
At ego prouerbiū fuiſſe ueterib.cē
ſeo,in pauperes,qui aſsidue frige/
rēt tremerētq; , tales eñ de balneo
cogitare & furno cōducēdo,dicti/
tabāt.Ad qd' etiā reſpiciēs, Horat.
Qui,inquit,frigus collegit,furnos
& balnea laudat. S. *Præcões.*] Pr
conē appellamus nō modo q cla/
ra uoce ad populū edicta magiſtra
tuū pronūciat,ut Trāq.in Nerone: B
peregrinatiōe quidē Græciæ Eleu/
ſinis ſacris,quorū initiatone impij ac ſcelerati uoce præconis ſummouerētur , intereſſe non auſus
eſt:ſed etiā qui rerū precia in publicis uēditionib.pronūciat. C. Vnde eſt illud Cic.de Off.bona
ciuiū uoci ſubijcere præconis. S. & Mar.lib.1.Vēderet excultos colles quū præco facetus. *Quū*
mi.] Ordo eſt,reſpexit quū Clio eſuriens migraret in atria.i.quū iam poetæ ob egeſtatem relictis
propemodum muſis in ædes nobilium migrarent,quaſi illis famulaturi.unde in ſequētibus.Quē
colis & muſarum & Apollinis æde relicta.Mar.ijſdem pene uerbis in miſeriam poetarum ſui tēpo
ris ſic inquit lib.iij. Atria magna colam,uix tres aut quatuor iſta Res aluit , pallet cætera turba fa/
me. *Clio eſu.*] Ipſe poeta extrema fame laborans & mendicus.Clio unam ex muſis nouem fuiſ/
ſe oſtendit Diodorus quæ Bacchum ſequebantur. *Deſertis ual.*] Relictis muſis,& carminib. ſu/
is,quæ dicuntur pangere in ſolitudinibus,muſis conſecratis. *Aganippes.*] Fons eſt in Boeotia.
Ouid.in Me.Hyantea Aganippe. C. Et Verg.in Buc.Aonia Aganippe. S. *Nam ſi p.*] Senſus eſt.
Si ex ſtudijs & carminibus eius nullam mercedem conſequeris,ſuadeo tibi fias præco , qualis fuit
Machæra,ut accipias hoc loco Machæram non pro enſe ſed pro proprio nomine præconis.Sequē
tia enim de præcone dicuntur. *Quadrans.*] Vt hoc loco capitur. C. nūmus fuit,qui idem triun
cis,ſiue triunx,& teruncius dicitur,à tribus uncijs,ut Varro dicit . eſt eñ aſsis mediolanenſis pars C
quarta,& idem eſt quod Germanis pfennig. S. Ora.dum tu quadrante lauatū Rex ibis . Mar.
Inuitas centum quadrantibus,& bene cœnas. *In ar.Pi.*] In muſis & carminibus tuis , nam Pieri
des muſæ dicuntur à Pieria rupe Macedoniæ,de quibus ſic Strabo in ix.Eos qui Helicona , & Pie/
riam,& Libethrum & Pimplan eiſdem muſis conſecrarunt,Thraces extitiſſe. Pieres autem uoca/
bantur,quibus extinctis,loca hæc Macedones nunc poſsident. *Commiſſa quod au.*] Poteſt ſic ex/
poni,aut ſic,& uendas potius,quod auctio commiſſa ſcil. præconi uendit ſtantibus.ſ. Oenopho/
rum.auctio enim rerum præconi committitur.Ille autem dicitur auctionem facere,qui res aut ſu/
as,aut alienas publice uendit.Plau.in Sticho:hunc auctionem facere decretum eſt mihi.foras ne/
ceſſe eſt quicquid habeo uendere.aut quod.i.quam rem.i.quæ commiſſa uendit auctio. C. Com
mitti enim auctio dicitur,quòd licitatores aſtantes inter ſe quaſi committuntur,ut licitando pug
nent & decertent . in qua pugna qui pluris licetur quam reliqui omnes,is uictor euadit,remq; pre
cio auctam reportat. S. Dicitur autem auctio ipſa uenditio,quæ publice fit,ab augēdo,quod re/
rū precia augeantur ab emptoribus ſeu uenditoribus. *Oenophorum.*] Vas uinariū, οἶνος uinū, φέρω
porto. *Armaria.*] Vtrū librorum repoſitoria.i.bibliothecas. Vlpianus De legatis , Bibliotheca
legata utrū armarium ſolum,uel armaria cōtinebantur: an uero libri quoq; cōtineātur quæritur:
an prōptuaria armaria. *Tripodes.*] Menſas hoc loco quæ tribus pedibus ſuſtentantur,alias tri/ D
podes capiūtur pro uaſis æneis,ad aquas calefaciendas . De quibus Hom . lib. viij. Iliados ſic ſcri.
Recenſebo primū ſeptem tripodas nouos nunq; igni admotos,cum uiginti lebetibus,& ipſis no/
uis,ac rutilo fulgore radiantibus.Tripodibus uiri fortes apud Græcos donari ſolebant.Vnde Ho
ra. Donarē tripodas præmia fortiū Græcorum.Vnde & Agamēnon Achilli dono miſit:Et ſeptem
tripodas pondere & arte pares,ut eſt apud Ouid.in Epiſt.Heroid. Vbi expones ſeptē uaſa ænea a/
quaria ad calefaciendā aquā. *Alcynoen Bacchi.*] .i.Tragœdiam ſcriptā de Alcynoe à Baccho poe
ta tragico,quæ una ex Pleiadibus ex Neptuno peperit Ireum patrē Orionis,ut ſcri.Higinus,à quo
Irea oppidum agri Thebani.alij Alcyonē legunt.i.tragœdiā de Alcyone,quæ quū Ceycis mariti ſui
cadauer ad littus eiectum uidiſſet,in mare ſe deiecit, qui ab Amphitrite in aues conuerſi , in mari
ut Plin.& Ouid.ſcribunt,placido fœtificant.faciunt aūt ſeptem ante brumā diebus nidos, & toti/
dem ſequentib.pariunt,qui dies uocantur Alcyonides.Ea auis alio nomine appellatur Alcedo,de
qua ſic Plau.in Pœnu.Iam hercle tu periſti,niſi illā mihi tam tranquillā facis,q̄ mare eſt olim, cum
ibi Alcedo pullos educit ſuos. *Thebas et Terea Fauſti.*] .i. Fabulas de Thebis & Laio , quē ut ſcri/
bunt Diodo.& Papinius,filius Oedipus interemit,mox ducta uxore matre Iocaſta,gnarus & con
ſcius flagitij perpetrati,ſeipſum oculis priuauit.nati ex eo Etheocles & Polynices per ſummam di/

A ſcordiam mutuis ſe uulneribus confoderunt. De his fabula ſcripta erat, ſiue tragœdia à poetis, præcipue à Fauſto poeta ſui temporis. *Terea.*] Id eſt, Tragœdiam de Tereo marito Prognes, cui ipſa Progne Itym filium epulandum appoſuit in uindictam Philomelæ ſororis ſtupratæ. nota eſt fabula. *Fauſti.*] Satyrice autem oſtendit Bacchum & Fauſtum uiles fuiſſe poetas, utpote quorum opera publicæ auctioni uenderentur. *Hoc ſatius.*] Melius inquit eſt illiberali hoc quæſtu uitam ſuſtentare, quàm teſtimonij religionem contemnere, & de re tibi ignota teſtimonium dicere, quod Aſiani faciũt. (Nam Cicero in oratione pro Flacco populis Aſiæ fidem non adhibendam clamat) ut oſtendat laudabilius eſſe uili miniſterio uitam degere, quàm per inhoneſtas & malas artes diuitias ſibi comparare. *Equites Aſiani.*] Qui ciuitate donati B ad equeſtrem cenſum per malas artes peruenerunt in urbe. *Traducit.*] Præbet ridendos, quum nudo pede ambulent. Martialis. Deſine ſi pudor eſt miſeram traducere caluam. In eadem ſignificatione eſt & illud Iuuenalis in quo ſe traducebat, id eſt, præbebat ſe ridendum. Et illud, ſquallentes traducit auos. Propertius. Nec ſi per totam infamis traduceret urbem.

Hoc ſatius, quàm ſi dicas ſub iudice, uidi,
Quod non uidiſti: faciant equites Aſiani
Quãquàm & Cappadoces faciãt, equitesq́ Bithyni,
Altera quos nudo traducit Gallia talo.
Nemo tamen ſtudijs indignum ferre laborem
Cogetur poſthac, nectit quicunq́ canoris
Eloquium uocale modis, laurumq́ momordit.
Hoc agite o iuuenes, circunſpicit, & ſtimulat uos,
Materiamq́ ſibi ducis indulgentia quęrit.
Si qua aliunde putas rerum expectanda tuarum
Præſidia, atq́ ideo croceæ membrana tabellæ
Impletur, lignorum aliquid poſce ocius, & quæ
Componis dona Veneris Teleſine marito.
Aut claude, & poſitos tinea pertunde libellos.
Frange miſer calamos, uigilataq́ prælia dele,
Qui facis in parua ſublimia carmina cella,

Papinius in Syluis. Nempe ego ſum qui traducor, & Martialis libro ſexto. Rideris, multoq́ magis traduceris Afer, Quàm nudus medio ſi ſpaciere foro. *Nudo talo.*] Nudis pedibus, aut ob paupertatem, aut quia mos ſit patrius nudis pedibus incedere, ſed poſtea Romam traducti, ut dixi, fiunt malis artibus locupletes. *Cappadoces.*] Cappadocia finitima eſt Armeniæ orientem uerſus, ad auſtrum uero terminatur Cilicio, qui dicitur taurus. *Bithyni.*] Bithyniam ab oriente Pa- C phlagones & Mariandini & Epiteti pars terminant. A ſeptentrione mare Ponticum, ab Occidente pontus, ad auſtrum Myſia & Phrygia. *Altera Gallia.*] Gallogræcia. alteram autem appellat Galliam, quæ in Occidente eſt Hiſpaniæ & Germaniæ contermina. Gallogræcia autem & Galatia dicta eſt Paphlagonibus contermina. eam tenuere Galatæ, quorum gentes tres ſunt, duæ Trogmi & Toliſtobogi à ducibus nominatæ: Tertia à gente quæ in Celtica eſt Tectoſages. Tranſitus in Aſiam dux fuiſſe uidetur Leonorius. Strabo autor libro duodecimo. *Laborem indi.*] Senſus eſt, & ſi poetæ inquit iam deſtinauerant ad miniſteria obſequiaq́ ſeruilia deſcendere omni deſtituti conſequendæ mercedis ſpe ex laboribus & ſtudijs ſuis, tamen confidant & bono ſint animo. nam omnes ſtudijs ſuis dignam mercedem conſequentur. qui mercedem ſtudijs ſuis dignam non conſequitur, is laborem indignum ſuſtinet. *Eloquium uocale modis.*] Carmen eſt grande & ſonorum. C. *Modis canoris.*] Id eſt, Sonoris uerſibus, & apta modulatione ſuauibus. Eſt enim hic modus, quem Muſici νόμους uocant, quo cantus ad ſuauitatem dirigitur, & ob id quod Græce dicitur νόμος S. *Laurumq́ mo.*] Imitatió eſt Oratiana & Perſiana. Sæpe caput ſcaberet, uiuos & roderet ungues. Perſi. Nec demorſos ſapit ungues. Sæpe enim poetæ in faciendo carmine talia ſolent facere. laurum autem ideo dicit corrodi, quod & lauro coronantur, & in cella plurimam habent, utpote Apollini conſecratam, in cuius tutela ſunt ipſi poetæ. ea & triumphantes coronabantur. Ouidi- D us in Metamorphoſi. Arbor eris certe dixit mea, ſemper habebunt Te coma, te citharæ, te noſtræ laure pharetræ: Tu ducibus lætis aderis quum leta triumphum Vox canet, & longas uiſent Capitolia pompas. *Hoc agite.*] Scilicet ut aliquid ſcribatis C. adhortatur iuuenes ad poeticen, à principis uoluntate & liberalitate S. *Quærit.*] Quaſi dicat prouocat uos & inuitat, ut materiam ad ſcribendum capiatis. *Aliunde.*] Immenſam ſui temporis auaritiam taxat. Eſt enim ſenſus: potes ocius tua carmina comburere, ſi aliunde tibi quàm ab Traiano aliquid ſperandum putaueris. *Tuarum rerum.*] Tuorum ſtudiorum. *Membrana.*] Folia ipſa. *Tabellæ croceæ.*] Hoc eſt quæ tabellis cedrinis coarctatur. Nam tabellæ ex cedro libris adhibebantur, quod cedrus, autoribus Theophraſto, Victruuio, & Plinio æternum duret. Itaque & ſimulachra deorum ex ea factitauerunt. Oratius Speramus carmina fingi Poſſe linenda cedro, & Martialis libro quinto. Nunquam grandia nec moleſta poſcit, Quæ cedro decorata purpuraq́ Nigris pagina creuit umbilicis. *Marito Veneris.*] Vulcano, qui pro igne accipitur. *Teleſine.*] Ad Teleſinum, ut diximus, Satyram ſcribit. *Tinea.*] Vermis eſt qui ueſtes & chartas corrodit maxime. Plinius libro undecimo capite trigeſimotertio ait in lanis & ueſte puluerem creare tineas. Eaſdem etiam docet libro decimoſexto capite decimoſexto rodere & ligna, terreſtresq́ tantum eſſe. Teredines uero grauiſſimo ad portionem capite rodere dentibus ſentiriq́ tantum in mari, nec

aliam

aliam teredinem proprie dici. *Pertunde.*] Sermo in compendium redactus, id eſt ſine libros A
ſic reconditos tinea potius perforari & abſumi, quàm ut mittas ad aliquem unde nulla ſit ubi
ſpes. *Hederis.*] Hedera poetæ coronabantur. Virgilius. Paſtores bedera creſcentem ornate
poetam. De hac lege & Plinium. *Imagine macra.*] Nam non ſolum poetis, ſed & fere omnibus
qui aliquod egregium facinus ediďiſſent, ſtatuæ ab antiquis erigebantur. Hocq́ à Carthaginen-

Vt dignus uenias hederis, & imagine macra.
Spes nulla ulterior, didicit nam diues auarus
Tantum admirari, tantum laudare diſertos,
Vt pueri Iunonis auem. ſed defluit ætas,
Et pelagi patiens, & caſsidis, atq; ligonis.
Tædia tunc ſubeunt animos, tunc ſeq́; ſuamq́;
Terpſichoren odit facunda, & nuda ſenectus.
Accipe nunc artes. ne quid tibi conferat iſte,
Quem colis, & Muſarum, & Apollinis æde relicta,
Ipſe facit uerſus, atq; uni cedit Homero
Propter mille annos. at ſi dulcedine famæ
Succenſus recites, Maculonus commodat ædes,
Ac longè ferrata domus ſeruire iubetur,

ſibus manauit, qui primi omni-
um Harmodio & Ariſtogitoni ty-
rannicidis publice poſuerunt ſta-
tuas eo anno quo Tarquinius ex-
pulſus fuit regno. Excepta deinde
eſt res, autore Plinio, ab toto orbe
terrarum humaniſsima ambitio-
ne, unde & poetis imagines non
ſolum publicitus, ſed & priuatim
à ſtudioſis ponebantur. Vnde &
Martialis ad Auitum ſtatuam ſibi
ponentem edit carmen ſubſcriben B
dum: Hoc tibi ſub noſtra breue
carmen imagine uiuat, Quam nõ
obſcuris iũgis Auite uiris. Lucius
Actius poeta in æde Camœnarum,
ut ſcribit Plinius lib. trigeſimo ter-
tio, maxima forma ſtatuã ſibi po-
ſuit, quum is breuiculus eſſet. Statuam item Carthaginẽſes Apuleio, ut ipſe teſtatur in iij. Florido
rum, poſuerunt. *Macra.*] Pallente, nam poetæ ex nimio et aſsiduo pallore conficiuntur. *Auẽ
Iunonis.*] Periphraſis eſt pauonis. Nam quum Argus Iunonis paſtor, quem centum oculos habu
iſſe Ouid. refert, à Mercurio interfectus fuiſſet, abſciſſo capite, Argi oculos in cauda pauonis Iuno
collocauit, eamq́; auem in ſuam tutelam eſſe uoluit. *Sed defluit ætas.* Iuuẽtus ipſa, quæ laboribus
& bellicis, & maritimis, agricolationiq́; ſufficere potuit. *Senectus facunda.*] id eſt, Ipſe ſenex facun
dus & pauper. *Suam Terpſichoren.*] Carmina ſua. Nã Terpſichore una eſt muſarum, dicta quòd
choros oblectet. *τέρψις* enim *&* delectationẽ ſignificat. *Tunc ſe odit.*] Poeta, inquit, quum ad ſene
ctutẽ peruenit, omni ætate in cõponendis carminibus iam attrita, ſeipſum odit, & ſtudia damnat
ſua. *Accipe nunc artes.*] Accipe, inquit, nunc aſtutias diuitis Romani, quem ut cliens quotidie re C
licta æde, & muſarum & Apollinis ſequeris & colis non ſine ſpe mercedis conſequendæ ex carmi
ne tuo, relinquis enim cõmerciũ muſarum & poetarũ, qui in ædem muſarũ, autore Porphyrione,
conueniebant ut diſputarent recitarentq́; ſua carmina. unde Orat. in Saty. Hæc ego ludo, Quæ ne
que in æde ſonent certantia iudice Tarpa. *Ne quid tibi conferat.*] Nequid, tibi præmij det, ipſe fa-
cit uerſus, id eſt, ſe quoq; poetam eſſe oſtendit præſtantiſsimũ. hoc autem aſtute facit, quaſi non
conueniat poetæ poetã largiri. Nam multi carmina pro carminibus, & libellos pro libellis mitte-
bant. unde Papinius in Hendecaſyllabo ad Grippum cauillando ipſum ſic inquit. Eſt ſane iocus
iſte, quod libellum Miſiſti mibi Grippe pro libello. *Quem colis.*] Nam poetæ primarios colebãt,
ſeq́; eorum comites præbebant. Nam & Horatius Brutum coluit adoleſcẽs, ſub quo tribunus mi
litum ciuili bello militauit. Ouid. in Ponto ad Maximum ſcribens oſtendit eum cultũ fuiſſe à Cel-
ſo. *Muſarum & Apollinis æde relicta.*] Templum Apollinis Palatini excitauit Auguſtus, in cuius
adim porticus erat cum bibliotheca librorum tam Latinorum quàm Græcorũ, autor Tranq. in
Auguſto. *Muſarum.*] Templum muſarũ Romæ extruxit, autore Trãq. in Auguſto, Martius Phi
lippus, ubi, ut diximus ex ſententia Porphyrionis poetæ opera ſua recitabant. *Atque uni cedit Ho
merô.*] Hoc dictum ex perſona ipſius diuitis qui Homero tantum ſe putat cedere, nec cuiquam a-
lij. *Propter mille annos.*] Ratio quare cedat Homero, propter uetuſtatẽ inquit. Nam multi, quod D
extremæ eſt dementiæ, in libris tantum uetuſtatem, & non meritũ conſiderare conſueuerũt, unde
ab Oratio damnantur ſic. Si ueteres ita miratur laudatq́; poetas, Vt nihil anteferat, nihil illis com
paret. *Maculonus commodat ædes.*] Si forte inquit motus dulcedine gloriæ, aũt famæ aliquid cu-
pias recitare, hoc tantum beneficio te proſequitur diues, ut tibi domum ſuam commodet, ubi re
cites, aliud autem nihil dat. nam nobiliores, ædes ſuas poetis opera ſua recitaturis, commoda-
bant, ut in prima Saty. diximus illic: Frontonis platani. Inter commodatum autem, & mutuo
datum, non nihil diſtare docet Agræcius ſic: Commodamus amico pro tempore equum, ſeruũ,
ueſtem, hanc ipſam rem, quam dedimus, recepturi. Mutuo damus pecuniam, triticum, uinum, &
his ſimilia, quæ mutuo data recipere non eſt. *Lónge ferrata.*] Valde ferrata. hinc Romanorum
potentiam pariter & ſuperbiam oſtendit poetá, qui ianuas haberent ferratas inſtar portarum ur-
bis, quibus uenientes non minore cura excipiebantur, quàm ſolent excipi intra portas urbis tem
pore belli. Priſci, ut ſcribit Plinius libro xxxiij. limina & ualuas in templis ex ære factitauere: Vn
de illud eſt apud Virgiliũ in primo Aeneidos: Aerea cui gradibus ſurgebant limina, nexæq́; Ae-
re trabes, foribus cardo ſtridebat ahenis. Verum, etiam priuata opulentiá eó modo uſurpata
eſt. Camillo enim crimini obiecit Sp. Caruilius quæſtor, quod ærata hoſtia haberet in domo.

In qua ſollicitas imitatur ianua portas.
Scit dare libertos extrema in parte ſedentes
Ordinis,& magnas comitum diſponere uoces.
Nemo dabit regum,quanti ſubſellia conſtent,
Et quæ conducto pendent anabathra tigillo,
Quæq; reportandis poſita eſt orcheſtra cathedris.
Nos tamen hoc agimus,tenuiq; in puluere ſulcos
Ducimus,& littus tenui uerſamus aratro.
Nam ſi diſcedas,laqueo tenet ambitioſi
Conſuetudo mali,tenet inſanabile multos
Scribendi cacoethes,& ægro in corde ſeneſcit.
Sed uatem egregium,cui non ſit publica uena,
Qui nihil expoſitum ſoleat deducere,nec qui
Communi feriat carmen triuiale moneta,

A *Ianua.*] Inter portam & ianuam hoc intereſt,quod ianuā propriè eſt priuatorū, porta uero publica,ut urbis. plerunq; tamen confunduntur. *Scit dare libertos.*] Qui recitanti applaudant. *Sedentes extrema parte.*] Scilicet theatri. Nam ex arte in theatro collocabantur,qui applauderent. unde Nero,autore Tranquil.plures ex Alexandria euocauit & adoleſcentulos equeſtris ordinis, & quinq; amplius milia è plebe robuſtiſsimæ iuuentutis undiq; elegit,qui diuiſi plauſuū genera cōdiſcerent. *Ordinis.*] Subſelliorum. *Nemo dabit regum.*] Ordo eſt & ſenſus,nemo regum,id eſt,diuitum dabit tibi, quantum cōſtēt ſubſellia quæ conduxiſti, ut ſedeāt in auditorio,cuius conſuetudinis meminit Corne.Tacitus in lib. De claris oratoribus loquens de poetis ſic.Nam & domum mutuatur, & auditorium extruit, & ſubſellia conducit,& libellos diſpergit.

B *Et quæ c.*] Ordo eſt à ſuperiore.ſ. nemo dabit quanti cōſtent anabathra tigillo cōducto.i.lignis cōductis à te poeta.ſ. *Anabathra.*] .i. gradus,uel ſcalæ. ἀναβαίνω aſcendo. nam gradus ſtruebantur ad pulpita aſcendēda. *Orcheſtra.*] Sic etiā ſubaudi, nemo dabit quāti cōſtet orcheſtra, quæ poſita ē cathedris reportādis. Orcheſtra locus erat in theatro,ubi honoratiores ſedebāt. Vnde alibi ante:Similē'q; uidebis,Orcheſtram,& populū. Tradit Victru.lib.v. Scenicos artifices per orcheſtrā ſuas præſtare actiōes. ὀρχεῖσθαι enī ſignificat geſticulor,ſalto,unde ὀρχηστὴς ſaltator, ὀρχήστρια ſaltatrix,& ὀρχήστρα,id eſt orcheſtra. C. quę propriè eſt chori,ut Pollux tradit,ut ſcena hiſtrionum. S. Tranquil.in Cæſare. Decius Laberius eques Romanus mimum ſuum egit, Donatusq; eſt quingentis ſeſtertijs,& annulo aureo,ſeſſum in quatuordecim, in ſcena per orcheſtram tranſiit. *Poſita eſt.*] Extructa eſt. *Cathedris reportandis.*] Nam ſedilia illic non erant perpetua ſicut in theatro,ſed temporaria,quæ à poeta recitatis carminibus ſoluebantur,ad dominosq; re-

C portabantur. *Nos tamen hoc agimus.*] Et ſi nullum ex noſtris laboribus emolumentum conſequimur,tamen carmina ſcribimus, & recitamus. *Tenuiq; in puluere ſulcos Ducimus.* Metaphora ſumpta ab iſs qui ſterilem agrum colunt, iuxta illud Ouidij. Quid harenæ ſemina mandas, Non profecturis littora bobus aras. *Ducimus ſulcos.*] Verſus componimus. *In tenui puluere.*] Inter ciues auaros & ſteriles qui nihil dant. *Verſamus littus.*] Multum ſcribendo defatigamur.

Aratro tenui. Stilo & labore noſtro tenui, & ſterili, ex quo nullus eſt fructus laboris noſtri. *Nam ſi diſcedas.*] Si uelis diſcedere ne ſcribas,non potes. dulcedine enim gloriæ teneris, quæ te ueluti pedicis apprehendit. *Laqueo.*] Pedica, tractum à feris quæ laqueo capiuntur. *Cacoethes.*] Metaphoricos inueteratam ſcribēdi libidinem Cacoethes appellauit. Eſt enim uicium corporis curatione difficile,parum abſimile à carcinomate, de quo Cornelius Celſus libro quinto capite de carcinomate ſic. Namq; peſsimum id genus eſt,fereq; id primū fit,quod κακοήθη à Græcis nominatur. Ergo cacoethes inſanabile ſcribendi, id eſt inueterata illa ſcribendi libido quæ non minus animum ſcribentum obſidet,& angit,quàm cacoethes corpus. *Tenet.*] Vexat, premit. *Inſanabile.*] Quod ex animo nequeunt auellere ulla ratione. licet poeta inſanabile dixerit, Celſus tamen curationem accipere docet. C. Nā cum duo genera ex cacoethe uenire dixiſſet, carcinoma,& ulcus Ithymium, Tolli nihil,inquit,niſi cacoethes poteſt, reliqua curationibus irri-

D tantur. Sed quia idem Celſus paulo poſt dicit,cacoethes, quod curationem recipit,à carcinomate,quod non recipit,uix diſcerni poſſe,intelligendum eſt Iuuenalem de cacoethe, quod carcinoma dicitur,quodq; curationem non recipit intellexiſſe. S. generis eſt neutri ut Hippomanes, nomina enim Græca in es correptam deſinentia generis ſunt neutri, tetraſyllabum etiam ſcribendum eſt. *Seneſcit.*] Inueteratur. *Aegro.*] Agitato cupidine gloriæ. *Sed uatem egregium.*] Senſus hic eſt,multi carmina quidem componunt poetæq; nominantur,& hac ſcribendi conſuetudine tenentur,ſed excellens & egregius poeta eſſe is non poterit, quem rei familiaris anguſtia premat,cuius mens non careat anxietate,ſicq; docet mentem poetæ omnibus curis uacuam eſſe oportere. Sapho. Proueniunt uacuæ carmina mentis opus. Ordo eſt: Sed animus carens anxietate facit uatem egregium. *Cui non ſit pu.u.*] .i. ingeniū uulgare,& rude, & cōmune cum alijs. *Soleat d.*] Scribere,tractū à mulierib. nētibus, quæ penſa deducere dicūtur. Nā deducere eſt lanam in fila trahere. Plin. loquēs de Araneo, Subitq; pariter,ac fila deducit. Ouid. & ipſe ſic metaphoricos: Ad mea ppetuū deducite tēpora carmē. *Nihil e.*] nihil cōmune et uulgare: nā quę exponūtur cōmunia ſunt,ſed qđ ſublime ſit,et qđ alij ob ſublimitatē attingere nō potuerūt. *Feriat*] faciat,cudat metaphora ſumpta ab his,qui monetā feriūt. *Triuiale.*] tenue,et uulgare,quale ſolēt ruſtici in triuijs cātare. Vir. nō tu in triuijs indocte ſolebas Stridēti miſerū ſtipula diſpdere carmē. *Monet.*]

Communi

Communi nota & ſtilo uulgariore. Sic etiam locutus eſt Apule. in prima Apolo. Ea tamen nomi- A
na labore meo & ſtudio ita de Græcis prouenere, ut tamen latina moneta percuſſa ſint, id eſt, no-
ta, & latino ſermone. C. Notam appellauit Horatius in Poetica: licuit, ſemperq́ licebit, ſignatum
præſente nota, producere nomen. S. *Animus ca. anxi.*] Qui paupertate nõ uexetur, ut ſit ſenſus:
Animus qui omnibus curis uacuus eſt talem præſtat poetam, qualem neſcio monſtrare, & ſentio

Hunc, qualem nequeo monſtrare, & ſentio tantum
Anxietate carens, animus facit omnis acerbi
Impatiens, cupidus ſyluarum, aptusq́ bibendis
Fontibus Aonidum, neq́ enim cantare ſub antro
Pierio, thyrſum ue poteſt contingere ſana
Paupertas, atq́ æris inops, quò nocte, dieq́
Corpus eget, ſatur eſt, quum dicit Horatius ohe.
Quis locus ingenio? niſi cum ſe carmine ſolo
Vexant, & dominis Cyrrhæ, Nyſæq́ feruntur
Pectora noſtra duas non admittentia curas?
Magnæ mentis opus, nec de lodice paranda

tãtum. quaſi diceret omnibus nu-
meris perfectum, et cõſummatũ.
Hunc.] Talem. *Impatiens omnis
acerbi.*] Qui nullam acerbitatẽ pa
tiatur. *Cupidus ſyluarum.*] Nam
poetæ ſolitudinem amant, & ſeceſ-
ſus, ut ab omni ſtrepitu & rerum
actione ſemoti commodius ſcri-
bant. Ora. Bona pars non ungues
ponere curat, Non barbam, ſecre-
ta petit loca, balnea uitat. Alibi.
Scriptorum chorus omnis amat B
nemus, & fugit urbem. *Aptusq́ bi
bendis Fontibus.*] Id eſt, qui à natura
feratur ad carmẽ. nam poetice, ut
ſenſit Democritus, natura magis quàm arte conſtat, unde Ora. in Arte poetica, Ingenium miſera
quia fortunatius arte, Credit. *Aonidum.*] Muſarum: nam Aonia dicta eſt Boeona ab Aonib. gen
tibus barbaris, quæ loca illa prius inhabitauere, ubi plurima antra, & fontes muſis ſunt conſecra
ta. autor Stra. *Neque enim cantare ſub antro.*] Neq́ enim inquit poeta poteſt, urgente paupertate, li
cet doctus ſit, cantare carmina. hocq́ modo oſtendit oportere poetam reliquosq́ ſcriptores om
nium curarum eſſe expertes. *Sub antro Pierio.*] Pieria aũt rupes eſt in Macedonia (ut diximus)
muſis conſecrata, unde ipſæ muſæ dicuntur Pierides. *Thyrſum contingere.*] Furorem Bacchicum
concipere, nam eos ſolos eſſe ueros poetas ſenſit idem Democritus, qui inſaniunt, in qua perſua-
ſione eſt Plato. in tutela enim Bacchi ſunt poetæ, nec ſine afflatu quodam diuino conſiſtere poſ-
ſunt. Oratius. Et excludit ſanos Helicone poetas Democritus. unde & Papinius in Lucenij Gene-
thliaco: Docto pectora concitatus oeſtro. & infra. Et docti furor arduus Lucreti. Ad quod & Vir-
gilius alluſit. Inſanire libet quoniam. Thyrſus autem haſta erat pampinis hederaq́ inuoluta,
quam in ſacris Bacchides in ſublime iactabant, ſummis uociferationibus & capitis agitatione, C
boc q́ ad imitationem Bacchi, qui thyrſum geſtabat, unde illud notiſsimum: Et tibi thyrſus erat
gemmis ornatus & auro. *Sana paupertas.*] Id eſt pauper poeta, quamuis ſanæ mentis ſit, id eſt ſa
piens. nec contrarium eſt quod ait Democritus, oportere poetam eſſe inſanum. Nam illic intelli-
git oportere agi quodam mentis calore ad carmen faciendum, hic autem intelligit poetam pau-
perem eſſe & ſapientem. Nam ſanum dicimus conſilium quod ſapientiam præ ſe fert, ergo ſanus
poeta qui ſapiens eſt & eruditus. Talis eſt fere ſententia apud Dionem Chryſoſtomum Pruſien-
ſem his uerbis de Homero ſcribentem. Eos autem qui nunc in paupertate poſiti ſunt, nihil ſani di
cere aiunt. *Satur eſt.*] Quaſi reſponſio tantæ obiectioni. Ais o Iuuenalis, poetam pauperem
carmina non poſſe facere ſublimia, Atqui Oratius quodam Bacchico furore fertur, & carmen o-
ptimum facit, cum tamen pauper fuerit. Sed ſatur inquit eſt, & factus diues indulgentia Mecœna
tis, à quo multis muneribus eſt donatus. *Dicit ohe.*] Vox eſt ſacietatem deſignantis, ut teſta-
tur Donatus: eſtq́ peculiaris Oratij, ut illud: Importunus amat laudari, donec ohe iam Ad cœ-
lum manibus ſublatus dixerit urge. Idem. Trecentos inſeris ohe, Iam ſatis eſt. Martialis Ohe, iam
ſatis eſt, ohe libelle, Iam peruenimus uſque ad umbilicũ. ubi apparet ſemper ſacietatem deſignare.
Plautus in Sneho. Ohe iam ſatis eſt. Idem in Aulularia: Abſcede hinc etiam nunc, etiam nunc eti-
am ohe, quaſi diceret ſatis eſt. *Quis locus ingenio.*] ſcilicet eſt ut ſe proferat, & exerceat ut ſit ſen D
ſus. Poteſt inquit poeta ingenium ſuum facile probare, quum nulli alij negocio intentus eſt quàm
muſis ipſis. *Vexant.*] Exercent ſe. *Solo carmine.*] Nullo alio negocio. *Et dominis Cyrrhæ
Nyſæq́ feruntur.*] Ducuntur calore quodam Apollineo, & furore Bacchico, in tutela enim ſunt poe
tæ Apollinis & Bacchi: Cyrrha autem oppidum eſt Phocidis regionis ad mare locatum, non lon-
ge à Delphis, ubi Apollo dabat reſponſa: ob eam rem à loci uicinitate dicitur Apollo Cyrrhęus.
Nyſæq́.] In Arabia Nyſa antrum eſt inter Phœniciã Niluḿq́, ubi autore Diodo. à nymphis Bac
chus eſt educatus, quum ab Ioue illuc per Mercurium miſſus fuiſſet, unde ab Ioue Nyſaq́ Diony-
ſium dixerunt. Nyſam etiam uicum eſſe Heliconis ſcribit libro ix. Eſt & Nyſa urbium Indiæ cla-
riſsima, mõtium Meros Ioui ſacer. famam hinc præcipuam habẽt, quòd in illa genitum, in huius
ſpecu liberum arbitrantur eſſe nutritum. autor Mela. *Duas curas.*] Nam uno eodemq́ tem-
pore mens hominis intenta eſſe non poteſt uarijs ſtudijs. C. Cic. Philip. xi. Duas res, magnas prę
ſertim, non modo agere, uno tempore, ſed ne cogitando quidem, explicare quiſquam poteſt.
Et celebre eſt ſacrum illud: Nemo duobus dominis dare operam poteſt. S. *Magnæ mentis o-
pus.*] Oportet, inquit, illum qui carmine ſcripturus eſt bella, quæ intercedentibus curribus, &
equis, deorumq́ perſonis tractari ſolent, carere omni animi ſollicitudine. Res enim poſcit men

A tem magnam, & tranquillam. Reſpicitq; ad opus Vergilianum, quod ipſe poeta haudquaquã feliciter ſcribere potuiſſet, ſi his incommodis laboraſſet, nec à Mecœnate eſſet multis muneribus donatus. Ordo eſt. Aſpicere currus, & equos, facieſq; deorũ, & qualis Erynnis confundat Rutulum, eſt opus magnæ mentis, nec attonitæ de lodice paranda. *De lodice.*] Dictum eſt in præcedenti Satyra de lodice illic, modo ſub lodice relictis Vteris in turba. *Nec attonitæ.*] Anxiæ, & ſollicitæ, de rebus domeſticis.

Attonitæ, currus, & equos, facieſq; deorum
Aſpicere, & qualis Rutulum confundat Erynnis.
Nam ſi Vergilio puer, & tolerabile deſit
Hoſpitium, caderent omnes à crinibus hydri,
Surda nihil gemeret graue buccina. poſcimus, ut ſit
Non minor antiquo Rubrenus Lappa cothurno,
Cuius & alueolos, & lenam pignerat Atreus.

Currus & equos] Quales deſcribũtur à Vergilio in bello quod inter ſe geſſerunt Aeneas & Turnus. Vt illic in duodecimo Aeneidos: Poſcit equos, atque arma ſimul, ſaltuque ſuperbus Emicat in currum, & manibus molitur habenas. *Facieſq; deorum.*] Nã in toto opere uaria numina deſcribũtur. *Aſpicere*] Ingenio ſuo repræſentare. *Qualis E*

B *rynnis.*] Quàm horrenda, & terribilis. Nam Alecto, quæ una eſt furiarum excitatã per Iunonẽ ab inferis ad ſerendam diſcordiam inter Troianos & Latinos, Turnum hortatur in ſomnis, ut arma capiat aduerſus Aeneam, ne ſibi præripiat coniugium Lauiniæ filiæ Latini regis. Cuius ſuaſionem quum Turnus contemneret, indignata Alecto, horrorem ei immiſit, tantumq; perterrefecit, ut ſolutus ſomno, arma corperit: hortatuſq; ſit iuuentutẽ Latinam aduerſus Troianos. unde illud Vergilij, Ergo iter ad regem polluta pace Latinum Indicit primis iuuenum, & iubet arma parari, Tutari Italiam, detrudere finibus hoſtem. Erynnis autem furiam ſignificat. Tres autem dicuntur furiæ quæ tricerbero deſeruire feruntur: Alecto, Tiſiphone, & Megera. *Confundat Rutulum.*] Perturbet, & terrore repleat Turnum, quum in eum facem coniecerit. Vnde Vergilius, Sic effata, facem iuueni coniecit, & atro Lumine fumantes fixit ſub pectore tædas. *Caderent hydri.*] Nõ potuiſſet inquit Vergilius canere bellum, quod inter Aeneam & Turnum geſtum eſt, ubi Alecto furia ab Iunone excita ab inferis, paſtores Latinos ad arma ſuſcitat contra Troianos, ſi commoda domeſtica defuiſſent ei. *Puer.*] Seruus qui miniſtrabat. *Caderent hydri.*] Non deſcriberet, ut hydri in capite Alectus erigantur, alludens ad id: Et geminos erexit crinibus angues. ſed omnes caderent, quia de ijs nihil ſcriberet. *Nil gemeret.*] Non potuiſſet ſcribere quomodo Alecto ſua buccina agricolas Latinos ad arma excitauerit contra Troianos. *Surda.*] Quia nihil cecinisset,

C nec ſonum ullum ediidiſſet, ſed ſurda extitiſſet. Nam ſurdum non ſolum dicimus qui non audit, ſed etiam qui non auditur. unde Iuuenalis alibi: Et cædit uerbere ſurdo. *Buccina*] Alludit ad carmen Vergilii, Tum uero ad uocem celeres qua buccina ſignum Dira dedit, raptis concurrunt undiq; telis Indomiti agricolæ. *Buccina.*] Id eſt tuba, à bucca qua inflatur: unde & buccinator ipſe tubicen. *Poſcimus ut ſit.*] Exigimus inquit, ut poetæ noſtri temporis non ſint inferiores carminis dignitate priſcis poetis, ſed non conſideramus id haudquaquam fieri poſſe, quum egeſtate laborent & anxij ſint de commodis domeſticis, & rebus neceſſarijs. *Rubrenus Lappa.*] per Rubrenum intelligit unumquenq; poetam pauperẽ: nam & is fuit temporibus Iuuen. pauperrimus poeta tragicus. *Cothurno.*] Antiquo ſtilo, & carminis grauitate antiquorum tragicorum: nam cothurnus calciamentum fuit tragicorum, ut antea diximus. *Alueolos.*] Dictum miſeratione quadam ſatyrica: legendum eſt autem alueolos non albiolos, ut alibi. illud enim ueſtris datur alueolis. ut oſtendat uilem etiam ſupellectilem pignerari à Rubreno, id eſt etiam uaſa eſcaria: ea autem fieri ex ligno docet Columella in nono. Sed totum ouorũ numerum in alueolum ligneum conferant. ut intelligas ipſas ſcutellas ligneas, de quo uocabulo pluſcula illic diximus in quinta, Quod ueſtris datur alueolis. *Lenam.*] Veſtimenti genus habitus duplicis. C Et auguralis amictus: eam ſic appellatam exiſtimant Thuſce, quã Græci Clamydã, autor eſt Feſtus: Nonius ue-

D ro ait ueſtimentũ eſſe militare quod ſuper omnia ueſtimenta ſumitur. Cicero uero De clar. orat. etiam Flaminum ſacerdotum eſſe oſtendit. Virgilius, Tyrioq; ardebat murice lena. Dionyſius libro ſexto loquens de Caſtore & Polluce ſic ſcribit Adoleſcentes dicuntur duo bellicas induti lenas in foro Romano apparuiſſe. Varro à lana dictum putat. Alij uero ἀπὸ τοῦ χλιαίνειν, quod eſt calfacere, & fouere detractione primæ literæ, nam χλαῖνα Græce ueſtimentum eſt quod nos lenam ſiue penulam dicimus. S. *Pignerat Atreus.*] Qui hunc locum hactenus expoſuere omnes uno ore affirmarunt Atreum nomen eſſe fœneratoris, qui res poetæ pigneraret, quaſi pignerare ſit pignori accipere, & non dare, ita ut nec ſenſus, nec Latinitas ulla conſtet. Eſt enim pignerare pignori opponere. Terentius, Num potuit filiam meam oppignerare: Tranquillus in Vitellio. Vt ex aure matris detractum unionem pignerauerit ad itineris impenſas. Martialis libro ſecundo. Oppignerauit modò Claudius ad menſam, Vix octo nummis anulum, unde cœnaret. Itaque ego ſic hunc locum interpretor, ut Atreus ſit tragœdia de Atreo, ut Tereus tragœdia de Tereo, ut Oreſtes tragœdia de Oreſte alibi. Scriptus & in tergo nec dum finitus Oreſtes, & Telephus tragœdia de Telepho: Quam Atreum tragœdiam Rubrenus Lappa poeta tragicus ſcripſit, ut ſit ſenſus. Rubrenus dum Atreum tragœdiam ſcribit eo peruenit paupertatis, ut coactus ſit pignerare, & ueſtimenta, & uaſa eſcaria, ut ſit ipſe Atreus, id eſt ipſa tragœdia fuit in cauſa, ut pignera-

ret

ret reculas ſuas, ut ſi diceremus Thebais fuit in cauſa, ut Statius pigneraret res ſuas dum eam ſcriberet. hic eſt uerus poetæ ſenſus. A *Lenam pigneraret Atreus.*] Ita dictum ſicut & illud, purpura uendit cauſidicum, id eſt purpura eſt in cauſa ut cauſidicus conducatur precio, eoque modo à ueſte purpurea dicitur uendi. Sic etiam illud Valerianum in primo, Sulpitio apex prolapſus è capite ſacerdotium abſtulit, id eſt apex prolapſus fuit in cauſa, ut Sulpitio ſacerdotium auferretur.

Non habet infelix Numitor quod mittat amico,
Quintillæ quod donet habet, nec defuit illi
Vnde emeret multa paſcendum carne leonem
Iam domitum. conſtat leuiori belua ſumptu
Nimirum, & capiunt plus inteſtina poetæ.
Contentus fama iaceat Lucanus in hortis
Marmoreis, at Sarano, tenuiq; Saleio
Gloria quantalibet, quid erit, ſi gloria tantum eſt?
Curritur ad uocem iocundam, & carmen amicæ
Thebaidos, lætam fecit quum Statius Vrbem
Promiſitq; diem. tanta dulcedine captos
Afficit ille animos, tantaq; libidine uulgi
Auditur: ſed cum fregit ſubſellia uerſu,

Non habet infelix Numitor.] Inſultat diuiti auaro per ironiam, quem infelicem appellat, quod ueram munificentiam neſciat, quum nihil habeat quod donet poetæ uiro honeſto, multa autem Quintillæ meretrici. *Numitor.*] Pro quocunque nobili & diuite Romano ponitur: de quo forte & infra. Et Capito & Numitor fuerint damnante ſenatu. B *Leonem paſcendum.*] Nam leones alebantur in delitijs, ſequitur enim. iam domitum manſuefactum. Vnde temporibus Domitiani leo manſuetus magiſtrum à quo fuerat educatus, lacerauit in Theatro. Martialis, Laſerat ingrato leo perfidus ore magiſtrum. Lampridius in Heliogabalo de leonibus manſuefactis ſic meminit. Habuit leones & leopardos exarmatos in delitijs, quos edoctos per manſuetarios ſubito ad ſecundam & tertiam menſam iubebat accumbere, quos pſittacis, & phaſianis pauit. *Conſtat.*] Per ironiam ſunt legenda hæc. *Capiunt plus inteſtina.*] Poeta inquit multo plus comedit quàm Leo. *Contentus fama.*] Tacitæ obiectioni reſpondet. poſſet enim dici poetas ſola contentos eſſe debere gloria & fama, nec aliud ſibi quærendum. ait ergo: ita ſi diuites ſint qualis fuit Lucanus. is enim ſola fama contentus poteſt iacere in diuitijs ſuis. Sed Sarrano, & Saleio Baſſo pauperibus poetis ſit gloria quamuis magna, quid tamen illis proderit: ſi nihil aliud habeant quàm gloriam? Lucanum enim ampliſsimas habuiſſe diuitias, docet Cornelius qui ſcribit, C Anneum Melam, Lucani patrem, per procurationes adminiſtrandis principis negocijs adeo locupletatum, ut Nero eius opibus inhians paſſus ſit eum falſo crimine coniurationis Piſonianæ accuſatum, condemnari. *Hortis marmoreis.*] Luxum Romanorum oſtendit, qui hortos ſuos etiam marmore ornarent. nam eo delitiarum peruenerant, ut non ſolum ædificia marmore exornarent, ſed pedibus etiam gemmas in pauimentis calcarent. Vnde & Seneca, carpens luxum ſui temporis ita ſcribit ad Lucilium. Quid quum ad balnea Libertinorum peruenero? quantum ſtatuarum? quantum columnarum eſt nihil ſuſtinentium? ſed in ornamentum poſitarum impenſæ cauſa? *Iaceat.*] Maneat, & ſit contentus ſola fama in hortis marmoreis, id eſt ampliſsimis opibus. *At Sarrano.*] Sarranus, & Saleius Baſſus poetæ fuere pauperes temporibus Iuuenalis De Saleio his uerbis Tacitus meminit. Quis Saleium noſtrum egregium poetam, uel ſi hoc honorificentius eſt præclariſsimum uatem deducit, aut ſalutat, aut proſequitur. De quo plura in principio ultimæ Satyræ Perſii diximus. *Gloria quantalibet.*] Scilicet ſit. *Curritur ad uocem iocundam.*] Totum hoc à ſuperiore dependet. Eſt enim ſenſus. Non ignoro, inquit, ex ſuo carmine magnam etiam Statio gloriam exurgere, qui præcipuo omnium ſtudio, & plauſu auditur quum recitat ſuam Thebaida. Tamen ea gloria parum illi prodeſſet, niſi Thebaida Paridi Pantomimo uenderet. fame enim conficeretur: nam D ſequitur: Non tamen inuideas uati quem pulpita paſcunt: ſicque per exemplum Statij oſtendit gloriam omnino non ſatis eſſe pauperi poetæ, ſine præmijs. Totus autem ſenſus eo fertur, ut oſtendat carmina quidem Statij uniuerſis placere, ſed nullum extare niſi Paridem Pantomimum, qui poetam remuneret. ita animum omnium inuaſit auaritia, ut in contemptum nobilium dicat, ſolum Paridem Pantomimum, perſonam infamem & ſcenicam inueniri, qui poetas foueat. *Curritur.*] Quòd omnino glorioſum eſt, ut ipſum Statium audiant. *Iocundam.*] Poetæ recitantis. *Amicæ Thebaidos.*] Quæ omnibus grata eſt. Statius Neapolitanus fuit, quod ipſe in Syluis ſuis teſtatur, At me naſcentem gremio mea prima recepit Parthenope, dulcisque ſolo tu gloria noſtro. Alius etiam fuit Tholoſanus, qui in Gallia celeberrime Rhetoricam docuit, autor Euſebius. *Promiſitq; diem.*] Recitandi ſcilicet. *Sed quum fregit.*] Sed profecto, inquit, fame conficitur, & ſi magna cum laude & gloria carmen ſuum recitauit, niſi uendat Thebaida Paridi Pantomimo. *Fregit.*] Ita dictum quemadmodum & illud. Et aſſiduo ruptæ lectore columnæ. *Subſellia.*] Sedilia & ſcamna auditorij à poeta extructa, nam ut paulo ante diximus illic: Nemo dabit regum quanti ſubſellia conſtent: Et in prima Satyra, Frontonis platani, auditoria à poetis apparabantur, extructis ſedilibus. *Verſu.*]

Eſurit, intactam Paridi niſi uendat Agauen.
Ille & militiæ multis largitur honorem,
Semeſtri uatum digitos circumligat auro.
Quod nõ dãt proceres, dabit hiſtrio: tu Camerinos
Et Bareas, tu nobilium magna atria curas.
Præfectos Pelopea facit, Philomela Tribunos.
Haud tamen inuideas uati, quem pulpita paſcunt.

A Recitatione uerſuum. *Agauen.*] Vtrum tragœdiam de Agaue filia Cadmi Thebarum condi-
toris, & matre Penthei quæ bacchabunda eum in celebratione ſacrorum Liberi patris interemit,
rata cum eſſe aprum. Vnde Ouidius, Ille mihi feriendus aper: quum ab eo talia ſacrificia con-
temnerentur. De ea igitur potuit ſcribi fabula, quæ Agaue inſcriberetur. per tragœdias igitur o-
ſtendit poëtas præfecturas & tribunatus, promeruiſſe. Præfectos Pelopea facit, Philomela tribu-
nos. An quod magis placet ipſum
opus Thebanũ, in quo de Pentheo
& Agaue meminit, ut referatur ad
illud. Curritur ad uocem iocun-
dam, & carmen amicæ Thebai-
dos. *Intactam.*] Expone quam
adhuc non recitauerat, non au-
tem ab aliis non ſcriptam: nam
Ponticus poeta clarus, carmine
Heroico ſcripſit Thebanum bel-
lum: de quo ita Propertius. Quũ
B tibi Cadmeæ dicuntur Pontice Thebæ, Armaq́ fraternæ triſtia militiæ. eiuſdem Pontici memi-
nit & Ouidius in Triſtibus. Ponticus Heroo, Battus quoque clarus iambis. Scripſerunt ergo &
Ponticus, & Statius bellum Thebanum, quod inter Eteoclem & Polynicem fratres geſtum fuit
tanto odio, ut mutuis uulneribus ſeſe confoderint. Vnde Statius in undecimo Thebaidos. Ite
truces animæ, funeſtaq́ tartara leto Polluite, & cunctas herebi conſumite pœnas. *Paridi.*]
hic eſt ille Paris Pantomimus, de quo apud Martialem extat Epitaphium. Quiſquis Flamminiam
teris uiator, Noli nobile præterire marmor. Vrbis delitiæ, ſalesq́ Nili, Ars & gratia, luſus, & uolu-
ptas, Romani decus & dolor theatri: Atque omnes Veneres Cupidinesq́, Hoc ſunt condita, quo
Paris ſepulchro. Eiuſdem ſic meminit Tranquillus in Domitiano. Deinde Domitianus uxorem
ſuam Domitiam ex qua in ſecundo conſulatu filium tulerat, alteróque anno conſalutauerat ut
Auguſtam, eandem Paridis hiſtrionis amore deperditam repudiauit. De eo & poeta in præceden
ti Satyra: Paridẽ ludosq́ reliquit. Fuit autem non modo Domitiano, ſed toti ciuitati gratiſsimus,
à quo oſtendit poeta Statium ſalario fuiſſe ſuſtentatum quum in eius gratiam uideretur ſcribere,
nec à diuitibus quicquam haberet quod ſperaret: hocq́ totum in inuidiam tam principis, quàm
ciuium diuitum: quum principi chariores eſſent hiſtriones, quàm poetæ, diuitesq́ tanta tene-
rentur auaricia, ut non inueniretur, qui præmiis afficeret ſcriptores. Illud tamen obſeruandum,
C alium fuiſſe Paridem Pantomimum occiſum à Nerone, quaſi grauem aduerſarium. *Ille & mi-
litiæ.*] Quaſi aliquis dixerit: nunquid Paris poteſt tantum poetis præſtare? Immo etiam, in-
quit, poteſt honores largiri militares, ſicque imperatorem ſuggillat, qui pro meritis poetas non
ornaret, ſed pluris hiſtrionem quàm poetam faceret. *Semeſtri auro.*] Hoc dicit multos e-
tiam uates ad equeſtrem dignitatem prouehi per Paridem. Semeſtre autem aurum intelli-
gimus ipſum annulum, quo equites aureo uterentur: ut ſit periphraſis annuli, hoc eſt formæ
rotundæ. Nam ſemeſtris non ſolum ſex menſium dicitur, ſed medii etiam menſis: unde lunam
ſemeſtrem dicimus: quum ad medium peruenit menſem & rotunda eſt. Sic ſenſus eſt manife-
ſtus poetæ. Apuleius in ultimo de Aſino aureo ſic. Stellarumq́ media ſemeſtris luna flamme-
os ſpirabat ignes. Luna ergo ſemeſtris, hoc eſt rotunda, qua ſimilitudine poeta appellauit au-
rum ſemeſtre: hoc eſt rotundum, ac per hoc annulum ipſum, quaſi qui ferat ſimilitudinẽ lunæ
ſemeſtris, in qua opinione eſt & Probus. Alii per aurum ſemeſtre exponunt tribunitiam digni-
tatem, quod tribuni annulum geſtarent, ut oſtendit Plinius libro trigeſimotertio, & Plinius e-
ius Nepos in Epiſtolis pro Caluiſio ſic. Nunc rogo ſemeſtri tribunatu ſplendidiorem, & ſibi
auunculo ſuo facias. *Quod non dant proceres.*] Hiſtrio inquit dabit poetis, quod diuites per
auaritiam non dant. ſicque auaritiam ſui temporis ſuggillat, docetque diuites ut Camerinos
D & Bareas non eſſe colendos: quando ab eis nihil ſit ſperandum: nam multi poetæ, ut dictum
eſt ante, nobiles ſequebantur ut ab eis præmium aliquod acciperent ex carminibus ſuis. Ac-
cipe nunc artes, nequid tibi conferat iſte, Quem colis & muſarum & Apollinis æde relicta.
Tu Camerinos.] Per Camerinos, & Bareas, intelligit nobiles & potentes. Tu inquit ſeque-
ris, & colis nobiles, ſed falleris, nihil enim tibi dant. ſolus Paris Hiſtrio ob opera tua et dicata
te præfectum & tribunum facit. Non tamen dicit hoc, quia Statius unquam ſcripſerit tragœ-
dias, ſed ut oſtendat poetas per fabulas ſuas aliquando ad dignitates prouehi, ſed tamen illis
non eſſe inuidendum, quorum uita ex arte muſica tantum pendeat. *Pelopea.*] Id eſt, tra-
gœdia de Pelopea filia Thyeſtæ, cum qua ipſe pater concubuerat, ex qua natus eſt Aegiſtus,
qui Agamemnona, & Atreum interemit. *Philomela.*] Tragœdia de Philomela & Progne
ſororibus, quæ Itin Tereo patri epulandum appoſuerunt. nota eſt fabula. *Haud tamen in-
uideas.*] Licet inquit ex carmine ſuo poetæ præmia accipiant ex publico, tamen inuidendum
non eſt illis, quum aliunde nihil conſequantur, nec peculiare habeant patrimonium. *Quem
pulpita paſcunt.*] Quem paſcunt opera recitata in ſcenis: ex publico enim præmia accipiebant
quum placebant populo, quibus alebantur. Vnde Terentius ex Eunucho ſua quum eſſet rur-
ſus uendita, & ageretur iterum pro noua, precium accepit octo millium ſeſtertiûm, ut innuat

poeta

poeta miſerum eſſe, uitam ſcriptorum pendere ex incerto euentu ſcenæ. Catherini autem origi- A
nem habuerunt à Camerino Sulpitio, qui miſſus fuit unà cum Spurio Poſthumo Albo & Au-
lo Manilio Athenas, ut inde inclytas leges Solonis acciperent, & aliarum ciuitatum inſtituta, &
iura moresq; noſcerēt. De Barea Sorano dictum eſt in tertia Satyra illic: Stoicus occidit Baream.

Quis tibi Mecœnas? quis nunc erit aut Proculeius?
Aut Fabius? quis Cotta iterum? quis Lentulus alter?
Tunc par ingenio precium, tunc utile multis
Pallere, & uinum toto neſcire Decembri.
Veſter porro labor fœcundior hiſtoriarum
Scriptores, petit hic plus temporis, atq; olei plus,
Namq; oblita modi milleſima pagina ſurgit
Omnibus, & creſcit multa damnoſa papyro.
Sic ingens rerum numerus iubet, atq; operum lex.
Quæ tamen inde ſeges? terræ quis fructus apertæ?
Quis dabit hiſtorico, quantum daret acta legenti?

Quis tibi Mecœnas.] Poetarum ſtudioſiſsimum fuiſſe Mecœnatem, notius quidem eſt quàm ut hoc loco oporteat indicari. Oratius O & præſidium & dulce decus meum. Martialis, Ocia da nobis, ſed qualia fecerat olim Mecœnas Flacco, Vergilioq; ſuo. ergo inquit Iuuenalis, quem inuenies quum aliquid ſcripſeris Mecœnatem, id eſt tam munificum in poetas quàm fuit Mecœnas?

Proculeius.] Eques fuit Romanus, ut ſcribit Porphyrio, Augu-
ſti apprime familiaris. in fratres B
ſuos Scipionem & Murenam adeo liberalis, ut bona ſua cum iis æquis partibus diuiſerit, quū bello ciuili ſpoliati fuiſſent. Oratius,
Viuet extento Proculeius æuo Notus in fratres animi paterni. De Proculeio meminit & Plutarchus in Antonio. *Fabius.*] Forte intelligit de Fabio illo ad quem Ouidius exulans ſcribit quatuor Epiſtolas in libro de Ponto, tanquam ad eum qui ſcriptorum eſſet amicus & liberalis, unde eſt illud ipſius Ouidij, Dignus es argento fuluo quoque dignior auro, Sed te quum donas iſta iuuare ſolent. Hocq; magis placet quàm ut intelligas de Fabio Maximo, qui uendito fundo ſuo, ab Hannibale captiuos Romanos redemit. *Cotta.*] Cottam bonum uirum fuiſſe oſtendit ſuperius. Quæ Piſo bonus quæ Cotta ſolebat Largiri. Ad Cottam ſcribit Ouidius in Ponto ter, quem amicum ſibi eſſe oſtendit ſic, Quumq; labent alij, iactataq; uela relinquāt, Tu laceræ remanes anchora ſola rati. Grata tua eſt igitur pietas. ignoſcimus illis Qui cum fortuna terga dedere fugæ. *Tunc par.*] Tempore Mecœnatis, & Proculei, & cæterorum qui iiſdem fere fuere temporibus munifici & liberales, merces dabatur æqua ingenijs ſcribentium. *Neſcire uinum toto Decembri.*] Hoc dicit propter Saturnalia, quæ menſe Decembri celebrabantur. Pa- C
pinius, Et multo grauidus mero December. Senſus igitur eſt, multis fuiſſe utile uino abſtinuiſſe, quo tempore maxime alij uino indulgebant, id eſt toto Decembri ac per hoc totis Saturnalibus, quæ per quinque, ut communior eſt opinio dies celebrabantur. Martialis, Omnia miſiſti mihi Saturnalibus Vmber Munera contulerant quæ tibi quinq; dies. De Saturnalibus lege Macrobium primo Saturnalium, & Gellium. *Veſter porro labor.*] Senſus eſt, Vos autem qui hiſtorias ſcribitis plus etiam temporis conſumitis quàm poetæ, plus etiam laboris ſuſtinetis etiam cum impenſa olei & iactura papyri. Sed quæ tum inde eſt merces? quaſi dicat nulla. *Fœcundior.*] Huberior & maior. *Plus olei.*] Maiorem lucubrationem. alludit ad prouerbium illud quod apud ueteres erat frequens in eos qui longo peruigilio aliquid fruſtra lucubraſſent. Cuius Cicero libro ſeptimo Epiſtolarum ſic meminit, Pompeius ſe profitetur & oleum & operam perdidiſſe. Plautus in Penulo: Tum pol ego & oleum & operam perdidi. *Pagina.*] In libris dicitur à pangendo, quòd in ea uerſus pangantur. unde & plantæ dicuntur pangi. Suetonius in Galba. Pangi malum placuiſſet. Plinius libro decimoſexto capite uigeſimoſeptimo. Naſcenti & depacto ſurculo natura incurioſius ſemen dedit. *Milleſima.*] Numeroſa. *Oblita modi.*] Quaſi finem non inueniens, quale eſt opus Titi Liuij quod centum & quadraginta uoluminibus uix abſoluitur. *Operum lex.*] Vt nihil ſcilicet de hiſtoria omittatur, neq; enim oportet hi- D
ſtoricum, quem admodum faciunt poetæ, uno aut altero uerbo rem teugiſſe ſed plene omnia narraſſe. C. De hiſtoriæ ſcribendæ lege, uide Ciceronem De oratore libro ſecundo, & Luciani Dialogum, & Pontani Actium. S. *Papyro.*] Hoc eſt charta. Nam ex papyro quæ herba naſcitur in paluſtribus Aegypti aut quieſcentibus Nili aquis, præparantur chartæ diuiſæ acu in prætenues ſed quam lauſsimas philyras. ex ea etiam nauigia texunt, & è libro uela tegetesq;, necnon & ueſtem, & ſtragula, ac funes. *Quæ tamen inde ſeges.*] Quæ utilitas ubi eſt? metaphora eſt ab agris. *Inde.*] Ex laboribus ſcribendarum hiſtoriarum. *Terræ apertæ.*] Hiſtoriæ diligenter explicatæ. *Quis dabit hiſtorico.*] Vt ſit ſenſus, hiſtoricus non tantum emolumenti ex laboribus ſuis conſequitur, quantum Scribæ & Actuario legenti acta publica datur. *Legenti acta.*] Id eſt Scribæ ſiue Actuario qui uerba ſiue legis, ſiue actorum ſenatus præconi ſubijceret, ut ab eo clare enunciarentur. Ergo Actuarij uidentur dici, qui acta lectionesq; deſcriberent, eaq; deſcripta recitarent. De quibus ſic Tranquillus in Cæſare. Orationem non immerito Auguſtus exiſtimabat magis ab Actuarijs exceptam male ſubſequentibus uerba dicentis, quàm ab ipſo editam. Ergo qui acta ſiue priuata, ſiue publica deſcriberent, Actuarij ſunt dicti. Acta dicuntur quæcunque publicis monumentis mandantur. Vnde in ſecun-

da

A da Satyra: Cupient & in acta referri, ubi de uocabulo acta multa diximus, pluraq́; dicemus in no-
na Satyra illic: Et libris actorum ſpargere gaudes. *Sed genus ignauum.*] Obiectio eſt, non eſſe mi-
rum ſi hiſtoricis nullum ſit emolumentum, quum in umbra ſemper uerſentur quod eſt ocioſo-
rum & molliū. Vnde Oratius, Poſcimur ſi quid uacui ſub umbra Luſimus tecum. Et idem in Epi-
ſtolis. Somno gaudentis, & umbra. *Dic igitur.*] Oſtēdit hac interrogatione neque cauſidicos,

Sed genus ignauum, quod tecto gaudet & umbra.
Dic igitur quid cauſidicis ciuilia præſtent
Officia, & magno comites in faſce libelli?
Ipſi magna ſonant, ſed tunc cum creditor audit
Præcipue, uel ſi tetigit latus acrior illo,
Qui uenit ad dubium grandi cum codice nomen.
Tunc immenſa caui ſpirant mendacia folles,
Conſpuiturq́; ſinus. ueram deprendere meſſem
Si libet: hinc centum patrimonia cauſidicorum,
Parte alia ſolum ruſſati pone Lacertæ.
Conſedere duces, ſurgis tu pallidus Aiax
Dicturus dubia pro libertate, bubulco

qui ſe longe aliter in forenſibus a-
ctionibus exercent, multum lucra-
ri. *Officia ciuilia.*] Actiones
cauſarum ciuilium. *Præſtent.*]
Quid lucri afferant. *Libel-
li comites.*] Quos ſecum in forum
deferunt. *Ipſi.*] Cauſidici.
Magna ſonant.] Magno agunt
ſtrepitu & clamore, ut uideantur
clientum ſuorum acerrimi defen-
ſores. *Sed tunc cum creditor audit.*]
B Senſus eſt, cauſidicus tunc inquit
magna ſonat, quum creditor eum
agentem audit. & præcipue inquit
magna ſonat, ſi debitor latus eius
tetigit, tanquam qui eum magis ur-
geat ad dicendum, utpote qui ne-
get credita, ſicq́; oſtendit poeta dictis magis ab debitoribus q̃ creditoribus cauſidicū urgeri. *A-
crior illo.*] Creditore. *Qui.*] Scilicet debitor. *Venit ad nomen dubium.*] Id eſt ad ambiguum
debitum refellendum quod incertum eſt & dubium, quum ipſe neget. Nam nomen pro debitore
ponitur, & ſæpe pro debito. Cicero in Oratione pro Roſcio Comœdo: Non refert parua nomina
in codices, Immo omnis ſummas. Idem in Epiſtolis ad Atticum. Perfeci inquit ut Salaminij totum
nomen perſoluerent, id eſt debitum. Plautus in Ciſtella. Nunc quod reliquum reſtat, uolo perſol-
uere ut expūngatur nomen nequid debeam, id eſt ut debitum deleatur. pro debitore, Oratius,
Nomina ſectatur, modo ſumpta ueſte uirili. Sub patribus duris tyronum fœnerator Alphius.
Cum codice.] Vtrum legum? an accepti & expenſi? Tunc inquam caui folles ſpirant mendacia,
quum creditor audit, ut à ſuperiore dependeat, ſicq́; cauſidicos taxat, qui lucri cupiditate falſas
C agunt cauſas, in quibus effundunt magnas offas mendaciorum. *Folles.*] Metaphoricos, id
eſt ora ipſorum cauſidicorum. *Conſpuiturq́; ſinus.*] Sputo nimio conſpergitur. C. Quo ſigni-
ficatur magna dicentis uis & orationis contentio. S. *Veram meſſem.*] Verum laboris emolu-
mentum. Senſus eſt: Si uoles cauſidicorum etiam qui negocium agunt, lucrum & diuitias conſi-
derare, inuenies ſolum patrimonium ruſſati Lacertæ plus ualere, quàm patrimonia centum cau-
ſidicorum. ſicq́; oſtendit longe maius eſſe lucrum in militia uerſantium, quàm literatorum, &
hoc quidem culpa temporum, quibus auaritia cunctis in rebus dominatur, ut bene conueniat ſo-
lum patrimonium, & non ſolum rus. præceſsit enim centum patrimonia, & non centum rura.
comparat enim patrimonium patrimonio, ut nullo modo legendum ſit rus Sati, ut capias ſatum
pro proprio nomine, ſed Ruſſati unica dictione. C. Quaſi dicas, purpurati, & ueſte ruſſa, id eſt
rubra, ornati. S. *Ruſſati Lacertæ.*] Lacerta nomen militis fictum à poeta. Nam milites Ro-
mani uſi ſunt in prælio ueſtibus ruſſatis, quas Græci Phœniceas, nos uero coccinas appellamus.
ſumpta à Lacedæmonijs conſuetudine, qui autore Valerio, tali genere ueſtium uſi ſunt, ut colo-
ris ſimilitudine uulnerum ſuorum cruorem occultarent, ne hoſtibus aliquid fiduciæ afferrent ſi
fuiſſent uulnerati. De colore ruſſato meminit Seruius libro octauo ubi exponit pilenta. Erant in-
quit tunc Veneti coloris non ut nunc ruſſati, quibus miſi caſte utebantur. Romæ etiam & Præne-
D ſte ut ſcribit Hermolaus in ſeptimo libro Annotationum in Plinū, lapidum monumenta com-
probant, in quibus ſæpe eſt inueniri ruſſatos. Purpureis etiam ueſtibus uſos eſſe in prælio oſten-
dit Plutarchus in Eumene ſic. Inſtructa igitur acie incedentibus, ut primum auratis in armis ad
ſolem ſplendor enituit, ac beluæ cum turribus, & purpureæ ueſtes inſpectæ ſunt. (Is enim ua-
dentibus in prælium ornatus eſt) primi iter cum clamore ſiſtunt. Trebellius item Polio in uita
Diui Claudij, ruſſas ueſtes ſic memorat, De noſtro ærario priuato dabis huic ſalarium: Tuni-
cas ruſſas militares annuas. Flauius Vopiſcus item ſic ſcribit de ueſte ruſſa in Aureliano. Cape i-
gitur tibi pro rebus geſtis tunicas ducales ruſſas quatuor. *Conſedere duces.*] Sumptum eſt
ex libro decimotertio Metamorphoſeos Ouidij. Conſedere duces, & uulgi ſtante corona. C.
Eodem Hemiſtichio uſus eſt Virgilius in ſeptimo Aeneid. S. Igitur oſtendit poeta cauſidico-
rum labores omnino graues eſſe, quos non ſine magna anxietate exantlant in agendis cauſis,
ſed eorum præmia perexigua. *Conſedere duces.*] Id eſt iudicibus ſedentibus pro tribuna-
li, tu oras & cauſam alienam dicis. *Aiax pallidus.*] Id eſt, tu cauſidice non minus palles,
quum ad alienam cauſam tuendam ſurgis, quàm palluit Aiax in cauſa ſua agenda: ubi ſeden-
tibus Græcorum ducibus tanquam iudicibus, Aiax cauſam ſuam agit, petens arma patrue-
lis Achillis aduerſum Vlyſſem. *Dicturus pro dubia libertate.*] Oraturus pro eo, cuius liber-
tas

taſ in ambiguo eſt, quum quæritur, ſit ne liber? Nam Romæ in iudicijs plerunque quæſitum eſt, A an is appellandus eſſet liber, qui natus eſſet ex matre libera licet ancilla concepiſſet. Et è contrario ſi libera concepiſſet, deinde ancilla facta peperiſſet: placuit eum qui naſcitur, liberum naſci. Et an is diceretur liber, qui non iuſtis nuptijs, ſed uulgo conceptus eſſet: placuit etiam eum naſci liberum, quia non debet calamitas matris ei nocere qui in utero eſt. Ex hoc quæſitū eſt, ſi ancilla prægnans manumiſſa ſit, deinde ancilla poſtea facta, aut expulſa ciuitate peperit, liberum an ſeruum pariat, & tamen rectius probatum eſt liberum naſci & ſufficere ei qui in uētre eſt, liberam matrē uel medio tempore habuiſſe. C. Hæc ex Inſtit. libro primo, titulo De ingenuis. S. Emergebant igitur ſæpe Romæ tales cauſæ ubi de libertate agebatur, quas tanquam magnum aliquid cauſidici non ſine animi & corporis labore tuendas ſuſcipiebāt.

Iudice: rumpe miſer tenſum iecur, ut tibi laſſo
Figantur uirides ſcalarum gloria palmæ.
Quod uocis precium? ſiccus petaſunculus, & uas
Pelamidum, aut ueteres Afrorum epimenida bulbi.

Bubulco iudice.] Hoc eſt ruſtico, ſiue barbaro, ac per hoc legum imperito. Nam multi indulgentia imperatorum aſciti fuerant in decurias iudicum externi, rudes, & barbari. Vnde Iulio Cæſari obiectum eſt quòd ex Gallis multos in numerum ſenatorum introduxiſſet, illa enim in eum uulgo cantabātur. Gallos Cæſar in triumphum ducit, iidem in curia Galli brachas de B poſuerunt, latum clauum ſumpſerunt. quam ſenatorum indignitatem ab Auguſto Cæſare ſublatam ſic ſcribit Suetonius, Senatorum affluentem numerum deformi & incondita turba (erant enim ſupra mille & quidam indigniſſimi, & poſt necem Cæſaris per gratiam & præmium allecti, quos abortiuos uulgus uocabat) ad modum priſtinum & ſplendorem redegit. Vnde nunc cum iudicem bubulcum nominat, non exponas ciuem Romanum bubulcum, quòd agricolationi intentus eſſet, non enim temporibus poetæ Romani omnibus affluentes delitijs, omnique luxu corrupti agriculturæ uacabant, licet id priſcis temporibus factitatum fuiſſet: Nam ex agris ſubinde, ut ſcribit Plinius ſenatus duces accerſebantur, hincque qui eos uocabant, appellati ſunt uiatores indito nomine à frequenti uia: ſed ut dixi hominem rudem, ſiue ruſticum, & barbarum, qui principum indulgentia inter iudices electus fuiſſet. Non ignoro tribus fuiſſe apud Romanos ruſticas, & urbanas, de quibus ſic Plinius libro decimo octauo, Ruſticæ tribus laudatiſſimæ eorum, qui rura haberent, Vrbanæ uero, in quas tranſire ignominia eſſet deſidiæ probro. Et Aſconius in ſecundo Verrinarum: Tribus urbanæ ruſticæque omnes triginta quinque numerantur, ex quarum ſingulis terni eligebantur ad iudicandum, hique centumuiri dicebantur, licet centum & quinque eſſent. Potuit etiam poeta poſuiſſe bubulcum pro ciue Romano graui & ſeuero, ſicut etiam C alibi Creticum poſuit pro uiro nobili: Cretice pelluces. Nam C. Attilius Bubulcus conſul fuit unà cum Tito Manlio Torquato, quo tempore Sardinia inſula rebellauit, autoribus Pœnis. Vnde mox Sardi ſubacti & oppreſſi. fuit item Iunius Ruſticus, quem Domitianus interemit quòd Peti Thraſeæ, & Heluidij priſci laudes edidiſſet, appellaretque eos ſanctiſſimos uiros, ut ſit ſenſus. Surgis tu pallidus Aiax, dicturus pro dubia libertate Bubulco iudice, hoc eſt graui & magno uiro iudice, qualis fuit Attilius, ſiue Bubulcus, ſiue Iunius. Huic tamen opinioni non ita me addico, ut nolim eam poſſe quum libeat citra reprehenſionem diſcedere. *Rumpe.*] Inſultatio poetæ in uanum cauſidici laborem. *Palmæ uirides figantur.*] Vt conſequaris uictoriam in iudicio & damnes reum ad ſcalas gemonias. Nam ſcalæ gemoniæ locus erat in Vrbe, in quem rei unco trahebantur. Tranq. nemo punitorū non in gemonias abiectus, uncoque tractus. dictæ aūt ſunt gemoniæ à gemendo, quod nō ſine gemitu & lachrymis in eas traherentur. Vnde Plinius lib. octauo mentionem faciens de canibus, appellat gradus gemitorios his uerbis. Teſtatum eſt canem, nec à corpore receſſiſſe abiecto in gradibus gemitorijs mœſtos edentem ululatus. magna ergo gloria erat cauſidico damnaſſe reum ad ſcalas gemonias. Inde plurima palma fores eius ornabantur, Martialis in libro ſeptimo ad Fuſcum cauſidicum, Sic fora mirentur, ſic te pallatia laudent, Excolat & geminas plurima palma fores. *Petaſunculum.*] Diminutiuum à petaſone, eſt autem per- D na ſalita, quæ ſi uetula eſt, ingrati eſt ſaporis. Mart. lib. xiij. Muſteus eſt propera, caros nec differ amicos: Nā mihi cū uetulo ſit petaſone nihil. *Siccum.*] Aut quia in fumo ſuſpenditur, aut quia uetulus eſt & ſucco exhauſtus. *Pelamidum.*] Piſcis eſt qui quū minimus eſt, & fœtas redeuntes in mare autūno comitatur, cordilla appellatur. Quū è mari uerno tempore Pontum intrat limoſa aut è luto, pelamis incipit uocari ἀπὸ τοῦ πηλοῦ, i. à luto. Feſtus ſic inquit, pelamis genus piſcis dictum, quod in luto moretur quod Græce πηλὸς dicitur. Quum autem tempus annuum exceſſit, thynnus. Cybium uero, conciſa pelamis dicitur. De hoc piſce Plinius libro nono & trigeſimo ſecundo multa ſcribit, de quo & nos ex autoritate eius in Commentarijs Perſii. *Veteres bulbi.*] Id eſt non recentes, & proinde minus ſapidi. Nam ut ſcribit Plinius Vetuſtiores improbantur, & parui, & longi. eſt enim bulbus genus oleris de quo multa Plinius libro nono, capite quarto & quinto. Bulbos Cato imprimis ſerendos præcipit, celebrans Megaricos à Megara ciuitate. Vnde Columella. Iam Megaris uenient genitalia ſemina bulbi. Bulbos item ſcribit Columella libro tertio eſſe oculos harundinum. *Epimenida.*] Appoſitio eſt. Nam ex genere bulborum ſunt Scilla, & duo genera medicæ, maſculus albis folijs, fœmina nigris, & tertiū genus eſt cibis gratū Epimenidiū uocatur. Afrorū aūt dicit bulbos, quia quū in Africa naſcūtur maxime, ut

ſcribit

A ſcribit Plinius, laudantur. *Vinum Tyberi deuectum.*] Quaſi dicat tranſmarinum non Romanum, aut Campanum, quod optimum erat. *Quinq; lagenæ.*] Cum diſtinctione legendum, quaſi dicat non iam multum uinum dabitur, ſed quinq; duntaxat lagenæ. Eſt autē lagena tam aquarium quàm uinarium uas. Martialis, Et nigra Syra deſtituti lagenę. Talis eſt etiam locutio apud Plautum in Pſeudulo. Niſi argentum mihi redditur, uiginti minæ. Sic etiam locutus eſt Plinius libro decimoquarto capite decimoquarto. Cenſores edixerunt ne quis uinum Græcum Amineumq; octonis æris ſingula quadrantalia uenderet. *Si quater egiſti, ſi contigit aureus unus.*] Laborem cauſidici magnum eſſe oſtendit, cum modico emolumēto. Senſus enim eſt, Si forte cauſam quater egiſti, & ſi ex ea re aureū unum accepiſti, eius mercedis pars tibi danda eſt pragmati-

B cis, à quibus adiutus fuiſti. Nam pragmatici dicuntur, qui cauſidicis & oratoribus uerba iuris ſubminiſtrant, de quibus ſic Cicero libro primo de Oratore. Itaq; non ut apud Græcos infimi homines mercedula adducti, miniſtros ſe præbent in iudicijs oratoribus, ij qui apud illos pragmatici uocantur. πρᾶγμα enim negociū ſignificat. Plautus in Caſina. Enimuero πραγματά μοι παρέχεις, hoc eſt, negocia mihi exhibes, nā παρέχειν eſt exhibere. πραγματεὺς negociator. *Inde.*] Ex eo aureo. *In fœdera.*] Quia ita pacti ſunt.

> Aut uinum Tyberi deuectum quinq; lagenæ,
> Si quater egiſti, ſi contigit aureus unus,
> Inde cadunt partes in fœdera pragmaticorum.
> Aemylio dabitur quantum petet, & melius nos
> Egimus, huius enim ſtat currus aheneus, alti
> Quadriiuges in ueſtibulis, atq; ipſe feroci
> Bellatore ſedens curuatum haſtile minatur
> Eminus, & ſtatua meditatur prælia luſca.
> Sic Pedo conturbat, Matho deficit, exitus hic eſt
> Tongilli, magno cum rhinocerote lauari
> Qui ſolet, & uexat lutulenta balnea turba,

Aemilio dabitur.] Illud etiam incōmodum eſt cauſidicis, ut inter illos præmia ij tantum capiant qui diuites habentur & nobiles. per Aemylium autem intelligimus diuitem & nobilem. *Huius enim.*] Hæc particula ſemper rei præcedentis ſignat cauſam. *Stat currus aheneus.*] Statuas habet in quadrigis, & nobilis habetur. Nam apud Romanos antiquitus ſtatuæ maiorum togata effigie ponebantur. deinde etiam haſtas tenentes. equeſtres quoq; ſtatuę celebratæ ſunt: poſtea uero in bigis & quadrigis, unde & triumphales natæ. Plinius hæc libro uigeſimoquarto. ponebantur etiam cauſidicis equeſtres ſtatuæ. Martialis libro nono. Tam graue percuſsis incudibus æra reſultant, Cauſidicum medio quum faber aptat equo. *Albi quadrijuges*] Quaterni equi iuncti currui qua-

C drijuges dicuntur & quadriiugi, & bijuges & bijugi ſi bini tantum. *In ueſtibulis.*] In prima ædium parte, de quo plura illic, Veſtibulis abeunt ueteres laſsiq; clientes. *Ipſe.*] Aemylius. *Bellatore*] equo aheneo qui uidetur pugnas minari. *Minatur.*] Intētat quaſi in hoſtem. ſic Papinius de quo Domitiani, curſumq; minatur. *Meditatur prælia.*] Præparare, & exercere uidetur. *Luſca.*] Quia ita ſe habebat ſtatua, ut unus tantum oculus uideretur in alteram partem obliquato capite, aut (quod magis placet) quia unum claudebat oculum, quo certiorē inferret ictum, nam naturale eſt ut uno tantum oculo clauſo, aliquid rectius longe mittatur, quia plures motus ut ſcribit Ariſtoteles, duobus quàm uno excitantur oculo: Et quia radij utriuſq; oculi non ſine perturbatione in idem concidunt. *Sic Pedo cōturbat*] Senſus eſt. Pedo cauſas agit, tractat, miſcet, ſic, id eſt per exiguam mercedem, & modica munera, ut reliqui de quibus ſupra. C. Imo conturbat, id eſt decoquit, diſapidat, & fortunas abſumit. Eſt enim conturbare, in hac ſignificatione uerbum Iuris, quo etiam Cicero & alij ueteres ſunt uſi. plena autem locutio eſt cōturbare rationes, fortunas, rem & id genus. hinc conturbator, pro decoctore. Martialis libro decimo. Hic precioſa fames, conturbatorq; macellus. S. *Sed Matho.*] Etiam infelicius qui deficit, & propemodum omni ope deſtituitur, quem exitum ſentit & Tongillus, quia nihil lucratur, licet uarijs modis diuitem ſe oſtentet ut conducatur. quaſi innuat hoc accidere iniuria temporum, quibus auaritia bonos mores op-

D preſsit. Et tamen, inquit, hæc falſa opum oſtentatio fuit utilis multis, hominū enim ingenia ex cultu maxime cenſentur. Sicq; poeta per hos tres cauſidicos oſtendit aut nullum, aut ſane modicum eſſe in actionibus cauſarum emolumentum. De Mathone cauſidico diximus in prima Satyra. De quo & Martialis. Parua rogas magnos, ſed non dant hæc quoq; magni. Vt leuius pudeat iam Matho magna roga. Exitus hic eſt *Tongilli.*] Id eſt finis Tongilli, ut deficiat, modicamq; capiat mercedem, qui ut ſe per opes commendet in balneis lauatur rhinocerote, comitatus magna hominum multitudine & per forum geſtatur lectica purpura amictus, tanquam qui empturus ſit ſeruos, aliaq; multa precioſa. *Exitus.*] Finis. alibi: Quis enim te deficiente crumena, Et creſcente gula manet exitus. Alibi. Sæuus & illū Exitus eripuit. De Tongillo meminit Mart. Vri Tongillus male dicitur hemitriteo, Noui hominis mores, eſurit atq; ſitit. *Rhinocerote.*] Hoc eſt uaſe ex cornu rhinocerotis, quo potentiores in balneis utebantur cum oleo, pauperioribus autem in uſu erat guttus ex cornu tauri, unde ſuprà: pleno componit lintea gutto. Rhinoceros eſt animal, de quo meminerunt Plinius libro octauo, Diodorus & Solinus, unum in fronte cornu habet. ῥὶν enim naſus dicitur κέρας, cornu, hoſtis Elephanto, cornuq; ad ſaxa elimato ſe pugnæ pręparāt, in dimicatione aluum maxime petens, quam ſcit eſſe molliorem, uulgo nunc appellamus Alicornum. *Turba lutulenta.*] Id eſt multitudine comitum, qui cum per lutum ſunt comitati.

Premit iuuenes.] Id eſt oneri eſt iuuenibus Medis hoc eſt ſeruis Medis, dum lectica per forum ge- A
ſtatur. *Medos.*] Populi ſunt contermini Perſis. Illinc mittebantur ſerui robuſto & ualido cor-
pore. *Aſſere.*] Id eſt ligno quo lecticarij ſerui utebantur ad ſuſtinendam lecticam. Vnde Tran-
quillus in Caligula, Ad primum tumultum lecticarii cum aſſeribus in auxilium accurrerunt. Mar-
tialis, Vt canuſinatus noſtro Syrus aſſere ſudet. Iuuen. alibi: Ferit hic cubito, ferit aſſere duro Al-
ter. De hoc autē plura diximus in tertia Satyra.

Perq́ forum iuuenes longo premit aſſere Medos
Empturus pueros, argentum, murrhina, uillas.
Spondet enim Tyrio ſtlataria purpura filo.
Et tamen hoc ipſis eſt utile: purpura uendit
Cauſidicum, uendunt amethyſina: conuenit illis
Et ſtrepitu, & facie maioris uiuere cenſus.
Sed finem impenſæ non ſeruat prodiga Roma.
Vt redeant ueteres, Ciceroni nemo ducentos
Nunc dederit nummos, niſi fulſerit annulus ingens.
Reſpicit hoc primum qui litigat, an tibi ſerui
Octo, decem comites, poſt te an ſit ſella, togati

Empturus pueros] Vt diues uideatur, oſtendat ſe uelle emere multa precioſa. *Argentū*] Vaſa argentea. *Murrhina.*] Oriens, autore Plinio libro trigeſimoſeptimo Murrhina mittit. Inueniuntur enim ibi in pluribus Parthici regni locis. Vocabulū aūt deductum eſt à myrrha: quem humorem putant ſub terra calore denſari, de qua Lucanus. Non auro myr- B
rhaq́ bibūt. Martialis. Si calidūq́ petas ardenti myrrha Falernum, Conuenit & melior fit ſapor inde
mero. *Spondet.*] Id eſt promittit, oſtenditq́ hominem eſſe diuitem, qui poſsit talia emere. *Sla-
taria.*] Id eſt ampla & lata. nam autore Feſto antiqui ſtlatum pro latum dixerunt, Sditem pro li-
tem: unde & ſtlatam genus nauigij appellarunt latum magis quàm altum. Latum clauum uidetur
deſignare. *Filo Tyrio.*] Id eſt purpureo. Nam ut ſcribit Plinius libro nono purpuræ uſum Ro-
mæ ſemper fuiſſe conſtat, ſed Romulo in Trabea. Nam toga prætexta, & latiore clauo Tullum Ho-
ſtilium è regibus primum uſum manifeſtum eſt, ut liquido appareat de lato clauo hoc loco intel-
ligere. *Et tamen hoc ipſis eſt utile.*] Senſus eſt, licet ſit ambitioſum hæc oſtentare, tamen ipſis ali-
quam affert utilitatem, quod à clientibus facilius conducuntur. *Purpura.*] Id eſt ueſtis ipſa pur-
purea in cauſa eſt, ut cauſidicus conducatur. ita dictum ſicut illud: Et Lenam pignerat Atreus, id
eſt Atreus fabula in cauſa eſt, ut poeta pigneret ueſtimenta, ita premitur paupertate, dum ſcri-
bit. *Amethyſina.*] Veſtimenta coloris uiolacei. nam amethyſus lapis eſt precioſus, de quo Pli-
nius libro trigeſimoſeptimo capite nono. Cuius fulgor ille emicans uiolaceus eſt, à cuius ſi-
militudine dicuntur ueſtes amethyſinæ. Amethyſi Indicæ principatum tenent. illud obſeruan- C
dum amethyſum legendum eſſe, non amethyſtum, quod uocabuli origo maxime docet, eſt e-
nim facta compoſitio nominis ab a, quæ particula eſt priuatiua, & μέθυσος ebrius. Vnde ſic ſcribit
Plinius eodem libro. Cauſam nominis afferunt, quòd uſq́ ad uini colorem accedens priuſquam
deguſtet in uiolam deſinit, fulgorq́ quidam in illa purpuræ, non ex toto igneus, ſed in uini co-
lorem deficiens. quibus uerbis oſtendit dici amethyſum, quòd non penitus colore uini inebrie-
tur. Et paulo infra hæc ſubdit. Magorum uanitas reſiſtere ebrietati amethyſos promittit, & inde
appellatas, ita ut manifeſto conſtet amethyſum non amethyſtum dicendum. Et ſic amethyſina, &
non amethyſtina, ſicut dicimus byſsina à byſſo. C. Non male tamen amethyſtus cum ſt, in ulti-
ma, dicitur, ſiquidem Græce ebrius non ſolum μέθυσος dicitur, uerumetiam μέθυστος, & per cir-
cumciſionem, μέθυσος. huic rationi ſuffragantur omnes auctores, qui amethyſtum, non ame-
thyſum, & amethyſtina, non amethyſina ſcribunt. Vide poſt Plinium, etiam Georgium Agricolā,
qui de omnibus gemmis & lapidibus ſcripſit. S. *Conuenit illis.*] Non eſt inquit, mirum, ſi talia
per oſtentationem faciunt, nam conuenit illis uiuere (ſi conduci uolunt) facie maioris cenſus.

Strepitu] Referri poteſt ad ſeruorum multitudinem. *Facie.*] Oſtentatione, & ſpecie quadā,
Nam licet proprie ſit ipſa oris ſpecies, qua nobis hominis qualitas oſtenditur, ad alia tamen me-
taphoricos refertur, ut dicamus, faciem huius rei, id eſt ſpeciem huius rei. Saluſtius in Iugurtha. D
Cæterum facies totius negocij uaria erat, id eſt ſpecies, & ut aiunt, apparentia. *Maioris cenſus.*]
Maiorum opum. *Sed finem impenſæ.*] Vt igitur diuites uiderentur, & ſic conducerentur, ultra
modum circa corporis ornatum impendebant, ita moribus Vrbis exigentibus. Vnde Seneca ad
Lucilium. Non ego ambitioſus ſum, ſed nemo aliter poteſt uiuere, non ego ſumptuoſus ſum, ſed
Vrbs ipſa magnas impenſas exigit. *Prodiga.*] Profuſa ad ſumptum. prodigere enim apud Fe-
ſtum conſumere eſt *Vt redeant ueteres.*] Temporis ſui ſtultitiam notat, quum in cauſidicis diui-
tiæ tantum, & non uirtutes conſiderentur. Eſt enim ſenſus. Si inquit detur, ut ueteres oratores re-
uiuiſcant, qualis fuit Cicero, nemo ei ducentos dabit nummos, niſi in illius manibus inſpecti fue-
rint annuli precioſi, quaſi ſoli diuites ſint ſapientes & diſerti, ut oſtendat homines nō de ueſtibus,
ſed de uirtutibus eſſe cenſendos. *Octo ſerui.*] Qui lecticam ferant, unde octophorū, & exapho-
rum, quæ ab octo & ſex ſeruis fertur appellatur. Martialis libro ſexto, Laxior exaphoris tua ſit le-
ctica licebit. Idem libro quarto. Quum ubi nō eſſent ſex millia Cæciliane, Ingēti late uectus es exa-
phoro. de Octophoro Tranquillus in Caligula. eum enim adeo delicate inceſsiſſe ſcribit, ut octo-
phoro ueheretur. *Decem comites poſt te.*] Id eſt clientes, qui te proſequantur. *An ſit ſella*] ubi
ſedeat, an lectica qua geſtetur; Nam ſellā accipi pro lectica manifeſtum eſt. Iuuenalis in prima Sa-

tyra

A tyra, Oſtendens uacuam & clauſam pro coniuge ſellam. *Togati ante pedes.*] Id eſt anteambulo-
nes togati, qui per ambitionem diuitem præcedebant. Martialis libro tertio. Centum miſelli iam
ualete quadrantes, Anteambulonis congiarium laſsi. Idem. Sum comes ipſe tuus, tumidiq́ ante-
ambulo regis. *Ideo.*] Quia animaduerteret iſtas oſtentationes opum eſſe utiles. *Agebat.*]
cauſam dicebat. *Sardonyche.*] Onycem ſcribit Pli. gemmã eſſe, cui cũ ſarda nomen ſit coniun-

Ante pedes. ideo conducta Paulus agebat
Sardonyche, atq; ideo pluris quàm Coſſus agebat,
Quàm Baſilus. RARA in tenui facundia panno.
Quando licet flenti Baſilo deducere matrem?
Quis bene dicentem Baſilum ferat? accipiat te
Gallia, uel potius nutricula cauſidicorum
Aphrica, ſi placuit mercedem imponere linguæ.
Declamare doces, ò ferrea pectora Vecti,
Cum perimit ſæuos claſsis numeroſa tyrannos.
Nam quæcunq; ſedẽs modo legerat, hæc eadẽ ſtans
Proferet, atq; eadem cantabit uerſibus iiſdem.
Occidit miſeros crambe repetita magiſtros.
Quis color, & quod ſit cauſę genus, atq; ubi ſumma

ctum. eſt enim alius lapis. ſcribit e-
tiam Porphyrio Onycem marmo
ream ampullam ſignificare. Ony-
ci enim candor eſt unguis humani
ſimilitudine. Item chryſoliti, & ia-
ſpidis, & ſardæ, unde nominis ſo-
cietas oritur. Sardonychen Ptole
mæus à Sardonice mõte Indiæ de-
riuari tradit. ergo ſardonyche, id
eſt annulo ſardonyche ornato.
Conducta] Nam ueſtes, & comi
B tes conducebantur. *Pluris.*] Ma
iore emolumento conducitur.
Baſilus & Coſſus.] Nomina pau-
perum cauſidicorum. *Rara in te-
nui facundia panno*] Non mirum eſt
inquit, ſi Coſſus & Baſilus raro cõ
ducuntur ad agendas cauſas, pu-
tat enim uulgus ſub ſordido amictu facundiam non habitare. hoc igitur modo poeta hominum
ſtultitiam taxat, quum homines de ueſtibus (ut diximus) non ſint cenſendi. C. Contra hũc Iuue
nalis uerſiculum afferri poſſet Cecilianum illud, ut eſt apud Ciceronem Tuſc. iii. Sæpe eſt etiã ſub
palliolo ſordido ſapientia. S. *Quando licet Baſilo.*] Vult oſtendere grauiores cauſas non com-
mitti cauſidicis pauperibus, licet ſint diſerti. Eſt enim ſenſus: Quando licet Baſilo deducere ma-
trem? id eſt agere cauſam difficilem, ubi maxime ſit iudicum miſeratio captanda per multas ma-
tris lachrymas, id eſt mulieris uiduæ, cuius filii circumueniantur. *Quis ferat.*] Licet inquit ſit
cauſidicus diſertiſsimus, tamen quia pauper eſt, non auditur à iudicibus, non conducitur à liti-
gantibus. *Accipiat te.*] Senſus eſt, ſi uis inquit agendo cauſas lucrari, fac petas Galliam, aut A-
C phricam, ubi magnis patroni præmiis afficiuntur. *Declamare doces*] Miſeretur Rhetorum, qui
adoleſcentulos per declamationes exerceant ſummo cum labore, & modico emolumento. Eſt e-
nim declamatio (ut inquit Quintil. libro decimo) forenſium actionum meditatio. Nam in ſcholis
proponebantur certa quædam diſcipulis, quæ themata dicimus, quibus ſic exercebantur ut do-
meſtica illa exercitatione ad ueras litium cauſas inſtructiores deſcenderent. Declamationes an-
te Ciceronem (ut ſcribit Seneca) uocabant theſes, deinde controuerſias nominarunt, & declama-
tiones. Eſt enim ordo. Tu doces Vecti, appoſitiue pectora ferrea, id eſt patientiſsima, declamare.
eſt autem interpoſita acclamatio in nimiam patientiam Rhetoris, qui quotidie tot adoleſcentes &
doceat, & audiat. *Nam quæcunq; ſedens.*] Ratio quare ſit patientiſsimus. *Sedens legerat.*] Scilicet
claſsis puerorum. *Claſsis numeroſa.*] Scilicet puerorum declamantium ordo. Claſsis autem di
cebatur, ut oſtendit Quintilianus libro primo, diſcipulorũ multitudo, quibus in ordinem diſtri-
buens præceptores ſecundum ingenii uires ordinem dicendi dabant, & ita ſuperiore loco quiſque
declamabat, ut præcedere profectu uidebatur. illic ingens palmæ contentio, ducere uero claſſem
multo pulcherrimũ. Nec de hoc ſemel decretũ erat, triceſimus dies reddebat uicto certaminis po
teſtatẽ. *Quum perimit.*] Tunc inquit ſunt ferrea & patientiſsima pectora, quum claſsis numeroſa
perimit ſæuos tyrannos, id eſt quum audis diſcipulos ſe declamationibus exercentes, quibus ty-
rannorum cædes continentur. *Crambe repetita.*] Angelus Politianus uir ætate noſtra ſine con-
D trouerſia graphice eruditus contendit, Crambe legendum eſſe, expreſſumq́ eſſe à Iuuenale ada-
gium illud Græcũ *Δὶς κράμβη θάνατος* quo ſignificatur bis poſitam crambem mortem eſſe: eſt enim
crambe (ut oſtendit Plinius) genus braſsicæ: ut faſtidiũ uidelicet ſæpius repetitæ controuerſiæ de-
notaret, quum uulgo quoq; recalefacta braſsica iam in prouerbiũ faſtidii conceſſerit. erit ergo di-
ctum per prouerbium. Declamatio ſæpe repetita, faſtidio præceptores conficit. *Quis color*] Or-
do eſt, omnes uolunt noſſe, quis color, & quod ſit genus cauſæ &c. *Quis color.*] Volunt inquit
diſcipuli noſcere omnia quæ pertineant ad declamationũ exercitationem, & quis ſit color, qui in
declamationibus quęritur, de quo ſuperius diſſeruimus: Dic Quintiliane colorem, hoc eſt, quę ſit
ratio excuſans factum. Nam color ut diximus ante, eſt ratio quę factum excuſat, ut Oreſtes quum
fatetur ſe occidiſſe matrem niſi attulerit facti rationem, peruertit defenſionem. ergo affert ratio-
nem, quæ niſi intercederet, ne cauſa quidem eſſet. Illa enim inquit patrem meum occiderat. ergo
ratio ea eſt, quæ continet defenſionem, ſine qua cauſa non conſiſteret. Inuenta ratione, firmamen
tum quærendũ eſt, id eſt quod accuſationẽ continet, & quod affertur contra rationẽ defenſionis
hoc modo. Quũ uſus fuerit Oreſtes ratione hoc pacto, iure occidi, illa enim patrem meum occide
rat, utetur firmamento accuſator hoc modo: ſed nõ abs te occidi, neq; indemnatam pœnas opor-
tuit

tuit dare. Ex ratione defenſiōis & ex firmamēto accuſatiōis iudicij queſtio naſcatur oportet, quā iudicationem appellamus. Quum ergo poeta ait, Quis color, intelligit quę ratio ſit rei. Quum ait quæ ueniant diuerſa parte ſagittæ, firmamentum intelligit quod affertur contra rationem defenſionis: quod ideo appellat ſagittas, quòd eo quaſi acutis ſagittis reus urgeatur. *Genus cauſæ.*] An demonſtratiuum, an deliberatiuum, an iudiciale: aut cauſæ genus honeſtum, turpe dubium, A

Quæſtio, quæ ueniant diuerſa parte ſagittæ.
SCIRE uolunt omnes, mercedem ſoluere nemo.
Mercedem appellas? quid enim ſcio? culpa docentis
Scilicet arguitur, quod læua in parte mamillæ
Nil ſalit Arcadico iuueni, cuius mihi ſexta
Quaq; die miſerum dirus caput Annibal implet.
Quicquid id eſt, de quo deliberat, an petat Vrbem
A Cannis, an poſt nymbos, & fulmina cautus
Circumagat madidas à tempeſtate cohortes.
Quantum uis ſtipulare, & protinus accipe, quod do,
Vt totiens illum pater audiat. aſt alij ſex
Et plures uno conclamant ore ſophiſtæ,

humile, admirabile. Cauſa autem eſt, ut finit Apollodorus, negociū omnibus ſuis partibus ſpectās ad quæſtionem: aut cauſa eſt negocium, cuius finis eſt controuerſia. *Summa quæſtio*] In cauſa plures poſſunt eſſe quæſtiones, ſed ſumma illa appellatur, unde ſummus naſcitur ſtatus, & in qua res maxime uertitur, quā aliqui autore Fabio, generalem quæſtionem, uel caput generale appellauerūt. *Quæ ſagittæ.*] Sumptum à ſagittarijs, id eſt quod ſit firmamentū quod ab accuſatore affertur ut diximus, ad euertendam rationē defenſionis. aut reuera intelligit firmiſsima argumenta, grauiſsimasq; accuſationes, ut illud: Nunc etiam audes in horū conſpectum uenire proditor patriæ, proditor inquā patriæ uenire audes in horum conſpectū. Vehementer enim aduerſarium urget feritq;, quaſi aliquod telū ſæpius perueniat in eandem partē corporis. B *Mercedē appellas*] Verba ſunt poetæ ad rhetorē, id eſt ſi laboris tui mercedē petis, diſcipulus reſpondet, quid ſcio? *Culpa docentis.*] Scilicet ſtatim inquit accuſatur magiſter, quum ad diſcendum tardus ſit diſcipulus, ideo ironicos pronūciatur. *In læua p.*] Vbi ſedes eſt cordis, unde omnis eſt intellectus. nam ut autor eſt Plin. lib. xi. Cor homini eſt tantū infra læuam papillā, quū in cæteris animalibus in medio pectore ſit. *Nil ſalit*] Nihil ſapiētiæ ſit. Nam nōnulli philoſophorū in corde, ut ſcribit Fulgentius, ſapientiā eſſe dixerunt. Sed hoc uerbo ſalit ad id reſpexit, quòd cordi præcipuus eſt calor, & palpitatio. *Arcadico iuueni*] .i. tardo, & aſinino. Nam in Arcadia optimi progenerantur, ut apud Perſ. documus illic: Vt Arcadię pecuaria rudere credas. q; alij ſentiūt iuueni Arcadico, id eſt nobili, q; Romani ab Euādro rege Arcadię originē duxerint, proindeq; in teſtimoniū originis antiquæ in calceis lunā geſtarent, ut docet Plut. nō probo: hinc enim exit indignatio, q; inique præceptor accuſetur, quū aſinus doceri nequeat, quaſi in poteſtate præceptoris ſit etiam tardo & aſino uirtutis cognitionē ingerere. Sic poeta oſtēdit, ſterilia nullo labore uinci. C *Sexta quaq; die dirus An. imp. caput miſ.*] Ordo eſt. Cuius Annibal dirus implet mihi caput ſexta quaq; die. *Quicquid.*] .i. de quo deliberat. ut ſit ſenſus: Cuius ſuaſoria de Annibale ſexta quaq; die mihi non ſine magna animi moleſtia & faſtidio audiēda eſt. Nam in ſcholis rhetorū præter declamationes & cōtrouerſias, ſuaſoriæ quoq; proponebātur diſcipulis in quibus ſe exercerēt. Talis ergo ſuaſoria erat de Annibale. Deliberat Annibal, an poſt uictoriā Cannenſem ducat exercitū ad urbē Maherbale præfecto equitū ſuadēte pollicenteq; ei cœnā in Capitolio die v. Et an relicta Vrbe, quā armis premebat reducat copias in Apuliā, repulſus bis ab imbre, quū eſſet ad tertiū lapidē. *Circūagat*] Inde reducat. Silius. cunctantē, & uana minantē Circūagit: caſtriſq; ducē ſuccedere cogit. *A tēpeſtate*] nam duplici tēpeſtate quum iam ad tertium lapidē exercitū duxiſſet, repulſus eſt, ut ſcribit Liu. *Quantum uis ſtipulare.*] Verba ſunt diſpenſatoris diſcipulū præceptori tradentis, id eſt pete & roga. Col. Fœnoris tui Syluinē, quod ſtipulanti ſpoponderam tibi, reliquam penſiunculam percipe. unde & ſtipulatio eſt uerborum conceptio, quibus is qui interrogatur, daturum facturūue id quod interrogatus eſt reſpōdet, ut das ne capram ſanam? do. D *Protinus accipe quod.*] Id eſt tantū cape, quantum tecum paciſcor, & quantū teneor dare ex cōuentione noſtra. *Vt totiens illum.*] Accedebant enim patres ad magiſtros, quum filij in ſcholis declamarent. Perſius, Atq; oculos memini tingebam paruus oliuo, Grandia ſi nollē morituri uerba Catonis Diſcere, ab inſano multū laudanda magiſtro, Quę pater adductis ſudans audiret amicis. Audiebantur autē certis diebus, ut modo dixit poeta. Quaq; die ſexta: unde ita Quint. in x. Obſtat huic frequens turba diſcipulorū & conſuetudo claſsium certis diebus audiendarū, non nihil etiā perſuaſio patrū numerantiū potius declamationes, quàm æſtimantiū. *Aſt alij ſex & plures.*] Hæc à poeta cum indignatione & miſeratione quadam proferuntur, ut ſit ſenſus. Grauis profecto labor eſt, exigua autem merces docentiū declamare: & multi tamen id muneris obeunt. uerū multi alij ex ijs intelligentes in huiuſmodi munere docendi tenuē eſſe quæſtum, relictis declamationibus quę in ſcholis & locis priuatis exercebātur, in forum deſcendunt, ubi agant ueras cauſas. ſed melius inquit poeta, ſibi cōſulerent, ſi alium uiuendi tramitem ingrederentur. alij ſex & plures, id eſt multi. *Sophiſtæ.*] Sophiſtæ idem fuere apud antiquos qui rhetores dicuntur, uerum poſtea cœpti ſunt dici qui artem deceptoriam, quæ ſophiſtice dicitur exercēt, unde & Boetius interpretatur ſophiſticen cauillatoriam. *Vno ore.*]

Vno modo, quũ omnes idem agunt, ut conferant ſe ad agendas ueras cauſas. *Raptore relicto.*]
A Id eſt declamatione obmiſſa de raptore .i. ſtupratore. Nam in ſcholis talis proponebatur declama
tio. Rapta raptoris, aut nuptias indotatas, aut mortem optet. una nocte quidã duas rapuit, altera
mortem optat, altera nuptias. Hanc tractat Seneca in primo Declamationũ. Item alia eſt declama
tio: Rapta raptoris mortẽ aut indotatas nuptias optet. Rapta producta nuptias optauit. Iuuenis

Et ueras agitant lites raptore relicto,
Fuſa uenena ſilent, malus ingratusq́ maritus,
Et quæ iam ueteres ſanant mortaria cæcos.
Ergo ſibi dabit ipſe rudem, ſi noſtra mouebunt
Conſilia, & uitæ diuerſum iter ingredietur,
Ad pugnam qui rhetorica deſcendit ab umbra,
Summula ne pereat, qua uilis teſſera uenit
Frumenti. quippe hæc merces lautiſsima. tenta
Chryſogonus quanti doceat, uel Pollio quanti
Lautorum pueros artem ſcindens Theodori.
Balnea ſexcentis, & pluris porticus, in qua

raptorẽ ſe negauit. Conuictus eſt,
illa mortẽ petijt: Raptor contradi
cit. *Fuſa uenena ſilent*] Id eſt decla
matio omittitur, ubi actio eſt uene
ficij, qualis ſeptima eſt declamatio
apud Sen. lib. iij. De ueneno dato
filio furenti, quę ſic incipit. Filio fu
renti, & ſua membra lanianti pater
uenenũ dedit. Accuſatur ab uxore
malæ tractationis. unde ſequitur:
malus, ingratusq́ maritus. poteſt
B etiã ingratus maritus ita exponi,
ut intelligamus aliam declamatio
nem, quę eſt huiuſmodi: Torta à ty
ranno uxor nũquid de uiri tyran
nicidio ſciret, perſeuerauit negare, poſtea maritus tyrannum occidit. Intra quinquenniũ non pa
rientem nomine ſterilitatis dimiſit, agit illa ingrati. *Et mortaria.*] Subaudi ſilent, id eſt declama
tio omittitur filij conterentis in mortario medicamenta ad ſanandos cæci patris oculos, quæ no
uerca uenena eſſe dixit, & pater credit, teſtamẽtumq́ mutauit. Ait ergo poeta tales declamationes
à Sophiſtis relinqui, & ueras cauſas agi. *Dabit ſibi rudem*] Imponet ſibi finem agendi cauſas in fo
ro. eſt autem rudis, qua donabantur gladiatores, quum miſsionẽ impetrabant, autor Priſcianus.
Oratius, Spectatũ ſatis & donatũ iam rude quæris Mecœnas iterũ antiquo me includere ludo. Et
ſuprà. Accepta rude cœpiſſet Veiento uideri. Ouidius. Et me donari iam rude tempus erat. Eiuſ
dem fit mentio apud Ciceronem in ij. Antonianarũ. Tam bonus gladiator, rudem tam cito cœpi
ſti. Inde rudiarii, qui miſsionẽ artis gladiatoriæ impetrarũt, quo uocabulo utitur Tranq. in Tybe
rio. *Diuerſum.*] Contrariũ à ſuperiore. *Ab umbra rhetorica.*] A declamationibus, quæ in ſcho
lis aguntur. *Ad pugnã.*] Ad uerũ certamen .i. ad ueras lites, & cauſas forenſes. *Sũmula ne pere
C at*] Hæc uidetur eſſe ratio, quare in forũ deſcendat ad agendas ueras cauſas, ne ſumma ſcilicet &
cenſus decreſcat, propter quẽ teſſerã habuit frumentariã. apparet teſſerã dari cõſueſſe pro qualita
te cenſus, dabatur aũt populo per teſſeram frumentũ. Tranq. in Aug. Ac ne plebs frumẽtationum
cauſa frequentius à negocijs auocaretur, ter in anno quaternorũ menſium teſſeras deſtinauit. Da
bantur & pecuniæ per teſſeras. Tranq. in eodẽ. Frumentũq́ in annonæ difficultatibus ſæpe leuiſsi
mo, interdũ nullo precio uiritim admẽſus eſt, teſſerasq́ nũmatis duplicauit. Teſſera etiã erat præ
ceptũ ducis, quo uel ad aliquod opus, uel ad bellũ mouebatur. Vegetius autor lib. vi. cap. vij. Virg.
It bello teſſera ſignũ. C. Teſſeræ etiã ſunt corpora quadrata, potiſsimũ oſſea punctis notata, qui
bus in alueolũ iactis ludunt. Cic. de Diuinat. Quid enim eſt fors? idem propemodũ quod micare,
quod talos iacere, quod teſſeras. Dadi, Italica lingua uocantur. S. *Quippe hæc merces lautiſsima*]
Ironice, id eſt hæc eſt merces ampliſsima, quæ datur Romæ. *Tenta Chryſogonus quanti doceat.*] In
quire inquit & ueſtiga quanti citharœdi filios nobiliũ doceant fidibus. ut oſtendat longe hube
rius eſſe citharœdorũ lucrum, q̃ ſophiſtarũ, & cauſidicorũ. Sic igitur poeta ſui tẽporis cæcitatẽ, &
ſtultitiã notat quũ ſtudia literarum arti muſicæ poſtponãtur, paruoq́ in precio habeantur, quod
& Mart. notat lib. v. Artes diſcere uult pecunioſas, Fac diſcat citharœdos, aut choraulas. *Chryſo
gonus.*] De hoc & Saty. vi. Chryſogonũ cantare uetent, fuit enim citharœdus. *Pollio.*] De eo il
lic diximus, An Capitolinã deberet Pollio quercũ. eſt autẽ nomẽ citharœdi. oſtendit igitur citha
D rœdos maiorẽ ex laboribus ſuis mercedẽ conſequi q̃ rhetores. tenta igitur ait, id eſt ſi tentare uo
lueris, inuenies eorũ mercedem eſſe maiorẽ. *Pueros lautorũ.*] Filios diuitũ, & primorũ. *Scin
dens.*] Lacerãs, & deridens. nam Pollio inquit deridet artem rhetoricã, quum plus ipſe lucretur in
arte ſua. Scindere enim eſt cõtumelia uerborũ lacerare. Tranq. in Auguſto. Antonio honorifice ſa
lutato, Auguſtũ ſæuiſsimo conuicio corã proſciderunt. *Theodori.*] Hic eſt de quo Quint. ſic li
bro tertio. Theodorus Gadareus, qui ſe dici maluit Rhodiũ, quem ſtudioſe, quũ in eam inſulam
ſeceſsiſſet, dicitur Tyberius audiuiſſe. de hoc meminit & Tranq. in Tyberio. Docuit autem Rhodi
præcepta rhetorices per id tempus, quo Tyberius Rhodũ ſeceſsit, ubi circa ſcholas & auditoria
profeſſorum aſsiduus fuit, & imprimis Theodorum audiuit. Gadareus autẽ dictus eſt à Gadaris
ciuitate Syriæ, quã Iudæi ſibi uendicarunt. Vnde & Strabo quum de Gadaris loqueretur ait: hinc
fuit Theodorus orator, qui ætate noſtra uiguit. Strabo autem ſcribit eũ temporibus Tyberij flo
ruiſſe. Theodori etiam cuiuſdam Gadarei meminit & Ioſephus libro primo Belli Iudaici, incertũ
autem an hunc intelligat. *Balnea ſexcentis.*] Senſus eſt, non cunctabuntur diuites Romani, & bal
nea, & alia ædificia ſummis impenſis erigere, circa autem filiorũ eruditionem erunt parciſsimi.
Balnea ſexcentis] Scilicet ſeſtertijs extruuntur à diuitibus, nec eiuſmodi parcunt impenſis. Vnde

Seneca

Seneca ad Lucil. At nunc quis eſt qui ſic lauari ſuſtineat? pauper ſibi uidetur & ſobrius, niſi parie- A
tes magnis & precioſis orbibus refulſerunt, niſi Alexandrina marmora Numidicis cruſtis diſtin-
cta ſunt, niſi illis undiq; operoſa & in picturæ modum uariata circumlitio prætexitur, niſi uitro
abſcōditur camera, niſi Thaſius lapis quondam rarum in aliquo ſpectaculū templo piſcinas no-
ſtras circumdedit, in quas multa ſudatione corpora exanimata demittimus, niſi aquam argentea

Geſtetur dominus, quotiens pluit, an ne ſerenum
Expectet, ſpargatq; luto iumenta recenti?
Hic potius: nanq; hic mundæ nitet ungula mulæ.
Parte alia longis Numidarum fulta columnis
Surgat, & algentem rapiat cœnatio ſolem.
Quanticunq; domus, ueniet qui fercula docte
Componit, ueniet qui pulmentaria condit.
Hos inter ſumptus ſeſtertia Quintiliano
Vt multum duo ſufficient: res nulla minoris
Conſtabit patri, quàm filius. unde igitur tot
Quintilianus habet ſaltus? exempla nouorum
Fatorum tranſi, felix, & pulcher, & acer,

epiſtomia fuderint, & adhuc ple-
beias fiſtulas loquor. Quid quum
ad balnea libertinorum peruene-
ro? quantū ſtatuarum? quantū co
lumnarū eſt nihil ſuſtinētium, ſed
in ornamentum poſitarū impen-
ſæ cauſa? quantū aquarum per gra
dus cū fragore labentiū? C. Epi
ſtomium autē, quo proximis uer-
bis uſus eſt Seneca, æramentū eſt,
quo ora ſalientuum, id eſt fiſtula-
rum ſiue tuborū aquam emittenti B
um, obturantur, & laxantur cum
opus eſt. S. *In qua geſtetur domi
nus.*] Tanta erat Vrbis luxuria, ut
porticus haberent & loca, quas ge
ſtatiōes appellauere: in quibus æſti
uo pluuioq; tēpore ad amœnitatē uel geſtarētur à ſeruis, uel ueherētur iumentis, de quibus ſic Pli
nius Iunior ad Caniniū Ruffum. Quid agit Euripus uiridis & gemmeus? quid ſubiectus & ſerui-
ens lacus? Quid illa mollis & tam frigida geſtatio? Idē ad Apollinarē. Ambit hūc ambulatio preſ-
ſis uarieq; tonſis uiridibus, incluſa ab iis geſtatio in modū circi, quæ buxū multiformē huiuſmo-
di & recentes manu arbuſculas circuit. Sydomus de geſtatione ſic meminit. Prædiorū iis iura con
termina, domicilia uicina, quibus interiecta geſtatio laſſat peditem, nec ſufficit equitaturo. Geſta-
tio itē alia ſignificatione accipitur pro portatione. Sen. in ii. lib. Epiſtolarū. Geſtatio & corpus con
cutit, & ſtudio non officit, poſsis legere, poſsis dictare, poſsis loqui, poſsis audire, quorū nihil nec
ambulatio uetat fieri &c. *An ne ſerenū exp.*] luxuriç Romanç per ironiā inſultat, debet ne inquit
ex pectare donec ſerenat, quo minus geſtetur. *Hic p.*] .ſ. geſtetur in porticu. *Parte alia.*] Magni
ficentiā pariter, & luxuriā Vrbis oſtēdit: ubi porticus colūnis marmoreis, & iis Numidicis exædifi C
cabātur. M. Lepidus Catuli in cōſulatu collega primus omniū, ut ſcribit Plin. lib. xxxvi. limina ex
Numidico marmore impoſuit magna reprehēſione, id aūt erat uariatū maculis purpureis. unde
Statius in Syluis. Sola nitet flauis Nomadū deciſa metallis Purpura. *Surgat*] Surgere uideas. *Cœ
natio.*] Locus ubi cœnabant, quod tricliniū Græci appellant. Plin. Iunior. Iūctaq; ei quotidiana
amicorūq; cœnatio: hoc eſt locus ubi cœnabant. Idem etiā cœnaculū dicebatur, ſed poſtquam (ut
ſcribit Varro) in ſuperiore parte domus cœnitare cœperūt, ſuperioris domus uniuerſa, cœnacula
ſunt appellata. unde in ſequentibus: Rarus uenit in cœnacula miles. *Solem algentem.*] Hoc eſt: ut
habeat lumen ab ſole hiberno, ita ut poſsit eam hiberni ſolis totus propemodum curſus hilarare.
Nam antiqui pro temporū & regionum qualitate ædificia, ut docent & Victruuius, Palladius, &
Colu. erigebāt, ut feneſtrç æſtiuo tēpore ad ſeptentrionē uergerēt, ſoleq; auerſarētur, hiberno uero
ſolē raperēt. unde Plin. Iunior ita ſcribit de domo ſua Nouocomēſi. Incipit porticus ante medium
diē hiberna, inclinato die æſtiua. hac adeūtur diçtç duç, quarum in altera cubicula quatuor, altera
tria, ut circuit ſol, aut ſole utūtur, aut umbra. De poſitione ædificii ſic Colu. in primo. Vrbana rur
ſus in hybernacula & æſtiua ſic digeratur, ut ſpectēt hyemalis tēporis cubicula brumalē Orientē,
cœnationes æquinoctialē Occidentē. Rurſus æſtiua cubilia ſpectēt meridiē æquinoctialē, ſed cœna
tiones eiuſdē tēporis proſpectēt hibernū Orientē. *Quāticunq; d.*] ſubaudi cōſtabit, hoc eſt magno: D
quaſi dicat in ædificiis extruēdis paradiſq; coquis, & epulis grandē pecuniæ ſummā nō uerebun
tur impendere, ſed magiſtris qualis fuit Quintilianus exiguā ſane mercedē dabūt. Nam (ut ſcribit
Plin. lib. ix. coqui triumphorū preciis parabātur, & coquorum piſces, nulluſq; prope iam mor-
talis æſtimabatur pluris q̄ qui peritiſsime cēſum domini mergeret. coquos autē in ſeruitiis habe-
bāt, quū antea eos ex macello, ut docet Plin. cōducere cōſueuiſſent. Liu. De bello Maced. Tum co-
quus uiliſsimū antiquis mancipiū & æſtimatiōe, & uſu in precio eſſe cœpit, & quod miniſteriū fue
rāt, ars haberi cœpta. *Pulmētaria.*] Græci uocant obſonia, quæ nos pulmētaria: à pulte (ut ſcribit
Plin.) denominata, quibus uice panis multis annis uſi fuere Romani. *Hos inter ſ.*] .i. inter tales
ſumptus. *Vt multū*] Vt magnū preciū. *Vnde igitur tot.*] Verba poetā interrogātis. Si Romani,
inquit, tam parci ſunt erga præceptores, unde igitur Quint. eſt tā locupletatus. Nā Romæ xxiii. an
nis rhetoricen profeſſus eſt, ut ipſe tradidit: primuſq; mercedē publicā meruit. Ex Hiſpania à Gal
ba autore Euſ. ductus eſt. à Mar. laudatur uno epigrāmate. *Saltus*] tantū ſoli, unde Saltuarii quos
nūc Camparios uocāt. *Exēpla tranſi.*] Verba ſunt poetæ reſpōdentis. Quintilianū eſſe prætereū
dū, tanquā unicū felicitatis exemplū, ac ſi dicat nullū aliū inuentū, qui ex liberalibus ſtudiis ſit lo-
cupletatus. *Nouorū ſ.*] Nouæ felicitatis quā ipſa fata tribuere Quintiliano ut eſſet diues. *Felix*]

A Beneficio inquit fortunæ factũ eſt, ut in Quint. omnia agnoſcerētur, quæ in fortunato homine cō uenire ſolent eſſe. *Felix.*] Quaſi cui fortuna aſpirauerit, quod ter eſt repetitũ, ut latenter innuat tantā felicitatē non tam doctrinæ ꝙ fortunæ beneficio eſſe aſſequutum. unde ſequitur. Si fortuna uolet.

Pulcher] Iocũdus aſpectu. *Acer*] Ad dicendũ. *Sapiens.*] Eruditiōe multa. *Generoſus.*] eſt qui magni & lõgi eſt generis. *Subtexit lunā.*] nobiles Romani lunatis calceis utebātur. Mart. lib. ij. Lunata nuſquā pellis, & nuſquā toga. Stat. in Sylu. ad Criſpinũ. Primaq; patricia clauſit ueſtigia luna. Cuius ratione Plut. in Probl. lõga diſputatiōe oſtēdit. Quid eſt quod q nobilitate pręſtare uidētur lunulas in calceis ferunt? an ut dicit Caſtor ſignũ eſt eius quæ in luna eſſe dicitur habitatiōis, & ꝙ poſt mortē animæ rurſus lunā ſub pedibus habeāt? an ꝙ Arcades qui cũ Euā-
B dro in Italiā uenerũt proſelenes appellati, hoc eſt antelunares eo calcei genere uterētur? omitto reliqua quæ apud Plutarchũ legi poſſunt. alij tradũt Romanos calceis lunatis eſſe uſos, inſtituēte id Numa Põpilio, qui calceis ſenatorũ. c. literam quæ centũ ſignificat inſcribi iuſsit, ut per eam ſeſe è numero centũ patrum eſſe admonerētur. hāc poſtea à figuræ ſimilitudine, lunæ effigiē eſſe dixere, & ob id lunatos calceos appellatos. *Nigræ alutæ.*] Nigros fuiſſe calceos ex eo carmine Oratij datur intelligi in Satyra. Nā ut quiſq; inſanus nigris mediũ impedit crus pellibus. *Alutæ*] calceo. appellatione alutæ intelligimus omnem pellem tenuē & mollem.

Felix, & ſapiens, & nobilis, & generoſus
Appoſitam nigræ lunam ſubtexit alutę.
Felix, orator quoq; maximus, & iaculator.
Et ſi perfrixit, cantat bene. diſtat enim quæ
Sydera te excipiant modo primos incipientem
Edere uagitus, & adhuc à matre rubentem.
Si fortuna uolet, fies de Rhetore conſul.
Si uolet eadem, fies de Conſule rhetor.
Ventidius quid enim? quid Tullius? an ne aliud ꝙ

Orator] dicēdi peritus. *Iaculator.*] qui argumētis ſuis tanquā telis aduerſariũ urgeat. *Et ſi perfrixit cantat bene*] Adeo inquit fortuna Quintiliano aſpirauit, ut etſi raucus eſſet nimio frigore, tamē bene canere diceretur. *Perfrixit.*] Præteritum eſt à perfrigeo: illũ ante dicimus perfrixiſſe, qui nimio frigore ſit factus raucus. Mart. libro iij. Perfrixiſſe tuas queſta eſt præfatio fauces. *Diſtat.*] Differt refert. *Quæ ſyd. te excipiāt.*] qui ſyderum aſpectus in ortu tibi affulſerit. Credimus enim ex aſtrorum motu futura cognoſci, & naſcētibus hominibus maliciam, uel bonitatem, felicitatem, uel infelicitatē portēdi, unde Mathematici horam partus, id eſt horoſcopũ maxime obſeruant. Suet. in Aug. Vulgata res eſt, P. Nigidium comperta moræ cauſa, ut horā quoq; partus ac-
C ceperit affirmaſſe dominum terrarum orbi natum. Iouis autē & Veneris ſydera benigna ſunt naſcentibus & ſalutaria. Ouid. Natus es infelix (ita dij uoluere) nec ulla Commoda naſcēti ſtella leuis ue fuit. Non Venus affulſit, non ulla Iuppiter hora. Contra ſtella Saturni malefica eſt, quibus in ortu irradiauerit: alibi Iuu. Hæc tamen ignorat quid ſydus triſte minetur Saturni. Prop. Et graue Saturni ſydus in omne caput. *Primos u.*] Primos ploratus, eſt enim uagitus proprie puerorum infantiũ. Ouidius in Epiſt. Canaces ad Macareum. Vagitus dedit ille miſer, ſenſiſſe putares.

Rubentem] Ob partum recentē. *Si fortuna uolet.*] Quintilianũ (ut diximus) latēter innuit non tam doctrinæ, quàm fortunæ beneficio eò diuitiarum perueniſſe. Eſt ergo ſenſus, beneficio fortunæ fieri poſſe, ut ex infima conditione aliquis ad ſupremos honores prouehatur. unde eſt illud Tranquilli De rhetoribus. Magna inquit profeſſorum atq; doctorum profluxit copia, adeoq; floruit, ut nonnulli ex infima fortuna in ordinem ſenatoriũ, atq; ad ſummos honores proceſſerint: uideturq; hoc dixiſſe propter Quintilianum. quem Auſonius ad conſulatum prouectum fuiſſe oſtendit his uerbis. Quintilianus conſularia per Clementem ornamenta ſortitus. *De conſule rhetor.*] Id accidit Valerio Liciniano: de quo Plinius in Epiſtola ad Cornelium Minutianum ita ſcribit. Audiſtine Valerium Licinianum in Sicilia profiteri? nondũ te puto audiuiſſe. Eſt enim recens. Prætorius hic modo inter eloquentiſsimos cauſarum actores habebatur, nunc eo decidit, ut exul de ſenatore, Rhetor de oratore fieret. itaq; ipſe in præfatione dixit dolenter & grauiter. Quos tibi
D fortuna ludos facis. Facis enim ex profeſſoribus ſenatores, ex ſenatoribus profeſſores. *Ventidius.*] Probat exemplo Ventidii Baſsi, & Seruij Tullij fortunam magnam habere poteſtatem in homines. Eſt autem ordo & ſenſus: Ventidius quid fuit aliud quàm ſydus? id eſt qua alia re prouectus eſt ad conſulatum quàm ſyderum beneficio? Nam Ventidius Picens, fuit genere & loco humili, quem puerum cum matre captum Pompeius Strabo Magni Pompeij pater Aſculo ſubacto inter cæteros ante currum ſuum triumphans ſinu matris iacentem uexit. poſtea quum adoleuiſſet, uictum ſibi quæſiuit comparandis mulis & uehiculis, quæ magiſtratibus præberet, qui ſortiti prouincias forent: unde in amicitiam Cæſaris peruenit, mox tribunus plebis, ac deinde prætor creatus: atq; in eo tēpore iudicatus eſt à ſenatu hoſtis cum M. Antonio. poſt uero coniunctis partibus, non priſtinam tantũ dignitatem recuperauit: ſed pontificatum, ac deinde conſulatũ quoq; adeptus eſt. Quam rem adeo intoleranter tulit populus Rom. ut uulgo per uias Vrbis uerſiculi perſcriberentur. Concurrite omnes augures, aruſpices, portentum inuſitatum cõflatum eſt recens. Nam mulos qui fricabat, cõſul factus eſt. Idem autore Plutarcho in uita Marci Antonij Orientalibus prouincijs præpoſitus à M. Antonio Parthos in Syriam erumpentes tribus prælijs fudit, primusq; de Parthis triumphauit, & morte obita publico funere ſepultus eſt. *Tullius.*]

Non

Non de Cicerone, ſed de Seruio Tullio intelligit, qui ex ſerua natus in domo Tarquinij Priſci Tanaquilis aſtutia regnum, poſt interfectum Tarquinium, obtinuit. *Seruis.*] ut Seruio Tullio. *Captiuis.*] ut Ventidio. *Fati occulti.*] Nõ intellecti à nobis. *Felix ille tamen.*] Cui hoc acciderit, ut ex ſeruo fiat rex, & ex captiuo conſul, & triumphator. *Pœnituit.*] exemplo Thraſymachi, & ſecundi Carinatis rhetorum oſtendit infelicia eſſe literatorum ſtudia, quando eorum laboribus iu- A

Sydus, & occulti miranda potentia fati?
Seruis regna dabunt, captiuis fata triumphos.
Fêlix ille tamen, coruo quoq; rarior albo.
Pœnituit multos uanæ, ſterilisq; cathedræ,
Sicut Thraſymachi probat exitus, atq; Secundi
Carinatis. & hunc inopem uidiſtis Athenæ
Nil præter gelidas auſæ conferre cicutas.
Dij maiorum umbris tenuem, & ſine pondere terrã,
Spirantesq; crocos, & in urna perpetuum uer,
QVI præceptorem ſancti uoluere parentis
Eſſe loco. metuens uirgæ iam grandis Achilles
Cantabat patrijs in montibus, & cui non tunc
Eliceret riſum citharœdi cauda magiſtri?
Sed Ruffum, atq; alios cædit ſua quæque iuuentus,
Ruffum, qui totiens Ciceronem Allobroga dixit.
Quis gremio Enceladi, doctique Palæmonis affert,
Quantum grãmaticus meruit labor? & tamẽ ex hoc
Quodcunque eſt (minus eſt aũt quàm rhetoris æra)

ſta præmia non reddantur. uterq; enim coactus eſt, quum fructũ ex ſtudijs non caperẽt, relinquere artem docendi. Thraſymachus autẽ fuit Carthaginẽſis inter ſophiſtas numeratus a Philoſtrato, qui quũ rhetoricen cœpiſſet profiteri, deſtitit ob exiguam mercedem. Cõqueritur & Martia. ſtudia liberalia penitus negligi. Ac circũ pulpita noſtra, Et ſteriles cathedras, baſia ſola crepant. *Et hunc.*] ſcilicet Secundum. ſicuti uiſus fuit & Thraſymachus Carthaginenſis inops. De Secundo Carinate Tacitus libro xv. ſcribit ſic. Secundum Carinatem græca doctrina oretenus exercitum, animum bonis artibus nõ imbuerat. Dion uero ſcribit, Caligulam adeo inuidum, & ſuſpitioſum ad omnia, ut Secundum Carinatem rhetora in exilium egerit, q; aliquando orationem quandam per exercitationem in tyrannos dixiſſet. *Nil præter cicutas gelidas.*] Dãnat Athenienẽſes auaritiæ & inſipientiæ, qui debitis non afficerent præmijs & honoribus uiros bonos & literatos, innuens ab eis Socratem etiam tantum philoſophum, qui omni honore honeſtandus erat, ſublatum ueneno cicutæ. Eſt autem cicuta, ut docet Plin. publica Athenienſium pœna inuiſa. Semine & folijs refrigeratoria uis, ut epota ſtatim perimat hominem. *Dij maiorum umbris.*] Optat manibus maiorũ perpetuam tranquillitatem, qui præceptores non minus quàm parentes coluerint. C *Dij.*] ſ. date. Tenuem terrãm. Sic Martia. Sit tibi terra leuis, mollis; tegaris harena. Tibullus contrà. O tu qui uenerem docuiſti uendere primus, Quiſquis es, infelix urgeat oſſa lapis. *Et in urna perpetuum uer.*] Perpetuos flores: nam intra herbas odoratas condebantur. *Loco parentis.*] Qui ſumma pietate præceptores uenerati ſunt. Seneca ad Lucil. Quam uenerationem pręceptoribus meis debeo, eandem præceptoribus humani generis, à quibus tanti boni initia fluxerunt. *Metuens uirgæ.*] Exemplo Achillis oſtendit præceptores eſſe miro honore colendos, qui quum in Pelio monte Theſſaliæ educaretur ſub diſciplina Chironis Centauri, ſummo in honore eũ ſemper habuit & timuit. Vnde Ouid. in Arte amandi: Creditur annoſum pertimuiſſe ſenem. Quas Hector ſenſurus erat, poſcente magiſtro Verberibus iuſſas præbuit ille manus. à quo & medendi, & canendi artem didicit. De hoc plura ante. Recubans ſub eodem marmore Chiron. *Cantabat.*] ſ. Achilles laudes magiſtri. *Montibus patrijs.*] .i. Theſſalicis, unde fuit Peleus Achillis pater. Et cui non tunc erat inquit Chiron eiuſmodi, ut facile de ſe riſum ſpectantibus poſſet mouere, tanquam caudatus magiſter. *Citharœdi.*] Chironis, qui ut dixi, docuit Achillem & muſicen, & medicinam, de eo nonnulla Higinus. Hic herbam inuenit, quæ Chironcum appellatur, ſed & aliam, quæ Centaurion omniũ morborũ remediũ promittentẽ, de hoc plura in Commẽtarijs Achilleidos. *Sed Ruffum.*] D Nunc autem inquit tam longe abeſt, ut præceptores colantur, ut multi etiã à diſcipulis uerberentur. *Ruffum, qui totiens.*] Habet emphaſim hæc repetitio, quaſi diceret qui contẽnendus nõ erat, utpote rhetor optimus, qui etiam Ciceronẽ eloquentiæ cuiuſdam gallicæ diceret. Nam & alij extitere, qui Ciceronẽ ut redundantẽ notauerint. Brutus (ut autor eſt Tacitus in libro De claris oratoribus) eũ elumbẽ & fractũ nominauit. Rurſus idem autor eſt Ciceronẽ à Caluo male audiuiſſe, tanquam ſolutũ & eneruem, unde ſic ſcribit Seneca in Declamationibus. Caluus qui diu cũ Cicerõe iniquiſſimam litem de eloquentiæ principatu habuit. *Allobroga.*] Gallum & barbarũ, nam Allobroges populi ſunt Galliæ, quorum Vienna ciuitas eſt metropolis, autor eſt Stra. lib. iiij. *Enceladi.*] Nomen Grãmatici ut fuit etiam Enceladus Gigantũ unus, ut poetæ fabulãtur. *Doctiq; Palæmonis.*] hic eſt ille Rhemnius Palæmõ Vicentinus grãmaticus, qui ut ſcribit Tranq. De claris grãmaticis, tanta fuit ſuperbia, ut diceret literas ſecum natas, & ſecum morituras. Marcum Varronem literarum porcum appellabat, iactabatq; nomen ſuum in Bucolicis non temere poſitum præſagiente Virgilio, fore quandoque omnium poetarum ac poematum iudicem, qui quandoque interrogatus, quid inter ſtillam & guttam intereſſet, gutta inquit ſtat & ſtilla cadit. autor eſt Euſebius. Eius meminit & Plinius libro uigeſimotertio capite quarto. *Et tamen ex hoc.*]

A licet inquit id modicum ſit, quod datur Grammatico, tamen ex eo ipſe pædagogus aliquid ſibi intercipit. & eſt ordo, & tamen Acœnitus ipſe cuſtos diſcipuli præmordet ex hoc quodcunq; eſt, reliqua per parentheſim leguntur. *Acœnitus.*] Nomen uidetur eſſe fictum, quod propriam nimium ſpectet utilitatem, ab α quod eſt ſine & κοινότης, communitas. *Cuſtos*] Diſcipuli pædagogus.

Diſcipuli cuſtos præmordet Acœnitus ipſe,
Et qui diſpenſat, frangit ſibi. cede Palæmon,
Et patere inde aliquid decreſcere, non aliter, quàm
Inſtitor hibernæ tegetis, niueiq; cadurci,
Dummodo non pereat, mediæ quod noctis ab hora
Sediſti, qua nemo faber, qua nemo ſedebat,
Qui docet obliquo lanam deducere ferro,
Dummodo non pereat totidem olfeciſſe lucernas,
Quot ſtabant pueri, quum totus decolor eſſet
Flaccus, & hæreret nigro fuligo Maroni.
RARA tamen merces, quæ cognitione Tribuni
Non egeat. ſed uos ſæuas imponite leges,
Vt præceptori uerborum regula conſtet,
Vt legat hiſtorias, auctores nouerit omnes
Tanquàm ungues digitosq; ſuos: ut forte rogatus
Dum petit aut thermas, aut Phœbi balnea dicat,
Nutricem Anchiſæ, nomen, patriamq; nouercæ
Anchemoli, dicat quot Aceſtes uixerit annos,

Frangetſibi.] Ex ſolita mercede magiſtri aliquid ſibi præcidet. *Cede Palæmon.*] Verba ſunt Iuuena. quadam miſeratione ſubſannātis defraudātium auaritiam, ut ſit cede Palæmon de iure tuo, & patere æquo animo ſiquid tibi intercipitur, non aliter quàm patitur ſibi detrahi inſtitor uilis ſupellectilis, ut accipias tegetis protegumento lecti ad arcendum frigus hibernum. nam inſtitor, autore Vlpiano, appellatur ex eo quod negocio gerendo inſtat, nec multū
B facit tabernæ ſit præpoſitus, an cuilibet alij negociationi. nam quicūque ad emendum uendendum ue præponitur, inſtitor appellatur. eos etiam dicendos placuit inſtitores, quib. ueſtiarij, uel lintearij dāt ueſtem circumferendam, & diſtrahendam, quos uulgo circitores appellamus. ſtabularij quoq; inſtitorum loco habendi ſunt, ſed & ſi tabernarius ſeruum ſuum peregre mitteret ad merces cōparādas ſibi & mittēdas loco inſtitoris habendū ſcribit Labeo. hinc inſtitoriæ operæ dicuntur. Tranquil. in Nerone: parabātur inſignes ganeę, & matronarū inſtitorias operas imitantiū. Ouid. Inſtitor ad dominā ueniat diſcinctus emacē. *Cadurci.*] Verū ſtraguli, an tegumēti lecti. Solēt enim lecti superne ueluti tētorijs cooperiri uelis eiuſmodi cādidis. ſupra: Violato pœna cadurco, id eſt lecto, qui
C aut ſtragulo niueo ſternitur, aut ſuperne, ut dixi uelis cādidis integitur. *Dūmodo ne p.*] Verba Iuue. deridētis tam extremā hominū auariciā. i. dūmodo nō pereat labor tuus docendi poſt mediā noctem, quo tempore muſiæ tibi olfaciendæ ſunt lucernæ, quod pro maximo faſtidio intelligit. *Ab hora.*] Poſt horam. Pli. in vij. A conceptu decimo die dolores capitis. id eſt poſt conceptum, de qua particula plura diſſeruimus in 1. Sa. illic. Exul ab octaua Marius bibit. *Mediæ noctis.*] Eo enim tēpe pueri ludum literariū petebant. Ma. lib. ix. Quid tibi nobiſcū eſt ludi ſcelerate magiſter, Infelix pueris uirginibusq; caput. Nondū cruſtati rupere ſilētia galli, Murmure quū ſæuo uerberibusq; tonas. *Flaccus.*] Orat. bene autem Ora. & Virg. nominauit, nam grammaticorum proprium eſt poetas interpretari. *Decolor.*] Qui nimia attrectatione & fumo lucernarum colorem amittit. *Fuligo.*] Nigricies ea dicitur quę prouenit ex fumo, dicta fuligo quaſi fumigo. lucernarū fuligo à Plin. dicitur. *Rara t. m.*] Licet inquit aliqua tibi merces detur, eam tamen nō habebis, niſi per litē & ſtrepitū forēſem. *Cognitione t.*] Iudicis, nam per tribunū unūquēq; iudicē intelligit.

Sed uos ſæuas.] Cū indignatione & quadam miſeratione hæc dicit in magiſtros, qui multis laboribus & incommodis onerantur. ex quo inquit ipſi non poſſunt his tot incommodis deterreri, quominus ueſtros filios doceant, uos eis alteras leges imponite. *Regula u.*] Vt intelligat regulam omnium uerborum, quem caſum unumquodq; uerbum regat, quod inter rudimenta grammatices minimum eſt.
D Grammatici officium breuiter deſcribit, & uerborum nomine, non ſyntaxin modo intelligit, quę maxima eſt & Grammatici finis, (eſt enim Grammatico propoſitus finis emendatus purus, & dilucidus ſermo) uerumetiam reliqua, quæ antecedunt uerborum præcepta, id eſt, omniū orationis partium cognitionem, & uerborum interpretationem. Cicero quidē à Grāmaticis exigit poetarū pertractationē, hiſtoriarū cognitionē, uerborū interpretationē, et pronūciandi quendā ſonū. idē facit Quintil, & alij. S. *Dum p. t.*] Loca calida ad hoc parata ut ſudor è toto corpore eſiceretur, θερμὸν enim ſignificat calidū. *Nutricē Ae.*] Sępe enim eiuſmodi quęſtiones obſcurę exigebantur à grammaticis. unde & Tyberius (autore Tranquillo) ſolitus eſt fatigare Grāmaticos quærendo quæ fuerit mater Hecubæ, quod Achilli nomen, quū inter filias Lycomedis latuit habitu muliebri. *Nouercæ Anch.*] De nouerca Anchemoli Virg. hæc cecinit. Hinc Steſenū petit, & Rheti de gente uetuſta Anchemolū thalamos auſum inceſtare nouercæ. ſcri. Seru. Rhetum Marubiorum regem fuiſſe in Italia, qui Anchemolo filio Caſperiam ſuperduxit nouercam, quam priuignus ſtuprauit, quo cognito quum pater eum perſequeretur, & ad pœnam uocaret, fugiens ille ad Turnum ſe cōtulit. Anchemoli, ſiue Anchemori cuiuſdā ab Hypſipyle educati, mox ſerpentis morſu necati, meminit Sta. in Thebaide. *Aceſtes.*] Crimniſi Siculi fluuij filius fuit ex Segeſta Troiana. Vir. Troia Crimniſio conceptum flumine mater Quem genuit. hic in Sicilia imperium

perium tenens Aeneæ multos cados uini dono dedit. Virg. Vina, bonus quæ deinde cadis onerarat Aceſtes. A *Pollice.*] Tanquam digito. ſumptum eſt autem de Perſio. Et premitur ratione animus uincíq; laborat, Artificemq́; tuo ducit ſub pollice uultum. *Ne faciant uicibus.*] Rem pudendam uerbis honeſtis expreſsit. *In fine.*] Perpetratæ ueneris, in qua oculi ad angulos torqueri ſolent. Virg. Nouimus & qui te tranſuerſa tuentibus hircis. *Hæc inquit curas.*] Hæc ſunt inquit pater, quæ tibi curanda ſunt o magiſter. *Et quum ſe uerterit annus.*]

Quot Siculus Phrygibus uini donauerit urnas.
Exigite, ut mores teneros ceu pollice ducat,
Vt ſi quis cæra uultum facit: exigite, ut ſit
Et pater ipſius cœtus, ne turpia ludant,
Ne faciant uicibus. non eſt leue tot puerorum
Obſeruare manus, oculosq; in fine trementes.
Hæc, inquit, curas, & cum ſe uerterit annus,
Accipe, uictori populus quod poſtulat aurum.

Ego hunc locum ſimpliciter accipiendum arbitror, id eſt, cum annus curſum ſuum perfecerit. nam proprium anni eſt in ſeipſum reuerti. Papinius in Syluis. Verſumq́; domus ſibi temperat annum. Tranquillus in Caligula. Vicies ac ſepties milies ſeſtertium non toto uertente anno abſumpſit. Vir. Atq; in ſe ſua per ueſti B gia uoluitur annus. Ora. In uerſum annũ appellauit perpetuo, ut eſt autor Porph. epitheto, quia in ſe ſemper uertitur. Vt ſit ſenſus. Difficilia quidẽ ſunt, quæ tibi o magiſter imponũtur à parẽtib. diſcentiũ, ſed finito anno præmiũ tuum promeritum non accipies niſi per litem, & quod populus, id eſt, ipſe tribunus magiſtratus populi iuſſerit tibi uictori dari. ut ſic referas ad illud, Rara tamen merces, quæ cognitione Tribuni Non egeat. Legendum hoc eſt riſu Satyrico in contemptum auariciæ ſui temporis. uerba enim ſunt Iuue. dicentis, poſt labores tuos finito anno accipe mercedem, quam tibi daturus non eſt niſi per litem. Non tamen ignoro tradi à Macro. libro ſecundo in Somnium Scipionis, Vertentem annum appellari poſſe, quum aſtra cuncta ad eandem metam redierint, unde primũ profecta ſunt. & paulo poſt inquit: Annus uero, qui mundanus uocatur, qui uere uertens eſt, quia conuerſione plenæ uniuerſitatis efficitur, largiſsimis ſeculis explicatur. Et in primo Satur. annum ſolis uertentem nominat. C. & de uulgari anno uertentẽ, accipiendum hoc loco eſt, qui annus trecentis ſexaginta quinq; diebus & quadrante conſtat. Hoc autem fit, cũ Sol à primo Arietis minuto profectus duodecim luſtratis zodiaci ſignis, in idem ſignum reuertitur, ut Aſtronomi tradunt.

Licet totus hic Britãnici locus de mercede & uertẽte anno uideretur expũgẽdus tanq̃ nõ intellectus, ſuã tamẽ illi interpretationẽ reliqmus, & noſtrã in fine ſcholij uice ſubiũximus hoc modo. C

Rara tamen merces, quæ cognitione tribuni Non egeat.] In hãc ſententiã exponit Britannicus, ut dicat, apud tribunos plebis agi neceſſe fore, & poſt impenſos labores erudiendis pueris ludimagiſtrum in iudicio experiri oportere, ut mercedem laboris & impenſe doctrinæ aſſequatur, idq́; Iuuenalem in fine Satyræ apertius ſenure, dum inquit: & cum ſe uerterit annus, Accipe uictori populus quod poſtulat aurum: tanquam poſt lites iudicio à tribuno pleb. definitas, tandem populus aurum, quod petebatur, uictori magiſtro & mercedẽ tradi poſtularet. Qui ſenſus etſi à multis mira perſuaſione receptus, q̃ abſonus ſit, nemo mediocris ſolertiæ uir ignorarit. Vbi enim, quæſo apud autores cõpertum fuit, tribunum plebis iuris cognitionẽ aut in ius uocationẽ apud ſuũ tribunal Romæ habuiſſe, ita ut an ſtipendiũ magiſtro debeatur, ſuæ cognitionis & arbitrij fuerit. Nõ enim ut de controuerſo iure cognoſceret, aut ſuper eo dijudicaret, ſed ut à maiorũ magiſtratuũ iniuria tenuem plebem defenderet in repræſenti, tribunitiã poteſtatẽ inuentam ueteres uoluere. Prehendere enim licebat tribuno, & in carcerem mittere, non autem ſuper controuerſo iure dijudicare, quod oẽs annales, & omnia monumenta uetuſtatis percalluere. Præterea quid imperitius dici potuit, quàm ut in exactione uilis ſtipendij populus, tanquã ſi plebs, aut plebiſcitũ aliquod rogaretur, intereſſe debeat: ita ut rogatione promulgata, an ſtipẽdiũ magiſtro debeatur, decernat: Sed quod eſt uero propius, quodq́; ab autoris ſenſu nõ abſonũ putamus, profecto ſic eſt, ut poeta nõ D de tribuno pleb. qui iuris nõ habet cognitionem, ſed de tribuno ærario, apud quẽ leuiores expendũtur cauſæ, intellexiſſe credatur. Etenim liquere arbitror, leues & nummarios iudices, tribunos fuiſſe ærarios, cauſarumq́; cognitionẽ habuiſſe in minimis, quippe ab Aurelio tribuno pleb. rogatiõe prorogata, iudicia in tres ordines diuiſa fuere; ſenatores, equeſtrẽ ordinẽ et tribunos ærarios, quorũ cognitio in minorib. fuit cauſis. ideo in ſubſellijs, nõ pro tribunali ius dicebãt. Raram dicit ergo mercedẽ quæ cognitiõe nõ egeat tribuni, nõ pleb. apud quẽ nulla erat iuris cognitio, ſed ærarij, q de minorib. cauſis ius reddebat, intellexiſſe ꝓbabile ẽ. Rurſus quod dicitur in fine Satyræ. Accipe uictori populus qđ poſtulat aurũ: neq; de rogatione populi aut ſcito plebis, quod ille aſſeuerat, intelligi arbitramur, ſed uetuſtũ potius morẽ præſignari, quod apud Romanos in ſacris certaminibus inoleuit frequens. Fuit enim antiqui moris, ut qui in theatro præſtabant munera, multitudini effuſæ ad ſpectaculũ ſtipem ſpargerẽt, uictoresq́; certaminũ & multarum palmarum gladiatores ære collato & ſtipe donarẽt. Anno igitur uertẽte, quod poeta dicit, & cũ ſe uerterit annus, & poſt erudiendis pueris labores impẽſos, Accipe, inquit, mercedẽ, qualẽ populus uictori in ludis poſtulare ſolet, ac ſi dicat, uilẽ aſſem & nimis tenuem mercedem qualis eſt ſtips exigua, quæ à populo in ludis poſtulatur cum ære collato uictor à plebe donatur, cõſequens. S.

SATYRA VIII

Nobilitas propria eſt uirtus non acta parentum.

STEMMATA quid faciunt? quid prodeſt Pontice longo
Sanguine cenſeri? pictoſq́; oſtendere uultus
Maiorum? & ſtantes in curribus Aemilianos?
Et Curios iam dimidios? naſumq́; minorem
Coruini, & Galbam auriculis, naſoq́; carentem?
Qui fructus generis tabula iactare capaci
Fumoſos equitum cum dictatore magiſtros,

A *Stemmata quid.*] Hac Saty. eos inſectatur, qui aut maiorum gloria, aut falſis fortunę bo-
nis efferuntur, exiſtimantes ueram inde hominis nobilitatem pendere, docẽs eam hæ-
reditariam non eſſe, nec à parentibus teſtamẽto relinqui, ſed unumquemq́; uirtutum
meritis fieri nobilem, unde illud eſt Senecæ ad Luci. Platonem non accepit nobilem
philoſophia, ſed fecit. Hicq́; nactus occaſionem monet Ponticum ad quẽ ſcribit Saty-
rã, multos extitiſſe qui humili loco
nati ad ſummam dignitatem con-
ſurrexerunt, ſeq́; uirtutis ſplendo-
re claros nobileſq́; fecerunt: cõtra
nonnullos qui ex claris parentib.
orti in aliquod dedecus reuoluti
ſunt, lucem quam à maioribus ſu-
is acceperant, in tenebras conuer-
tiſſe: ut ſic demum oſtẽdat, ueram
nobilitatem ex propria uirtute pẽ-
dere. *Stemmata.*] In atrijs Roma-
B ni imagines maiorum cæreas ha-
bebant ſingulis armarijs diſpoſi-
tas, ut eſſent imagines quæ comita-
rentur gentilicia funera, ſemperq́;
defuncto aliquo totus aderat fami-
liæ eius, qui unquam fuerat popu-
lus. Stẽmata igitur (ut ſcrib. Plin.)
lineis diſcurrebant ad imagines pictas. talem igitur imaginũ ordinem antiqui Stemma nomina-
uerunt. Tranquil. in Nerone, obiectum eſt Caſsio Longino, quod in uetere gentili ſtẽmate C. Caſ-
ſii percuſſoris Cæſaris imagines retinuiſſet. Idem in Galba. Imperator uero etiã Stemma in atrio
propoſuerit, quo paternam originem ad Iouem, maternã ad Paſiphaen Minois uxorem referret.
Mar. Atria Piſonum ſtabant cum ſtemmate toto, Et docti Senecæ ter uenerãda domus. Seneca in
tertio de Beneficijs. Qui imagines in atrio exponunt, & nomina familiæ ſuæ longo ordine, ac mul-
tis illigata flexuris in parte prima ædium collocant, non noti magis quàm nobiles ſunt. Stemma-
ta uero pro ſtatuis accipi non probo. Nam quum Tranquil. ſcribat in ueteri ſtemmate imagines
retinuiſſe, idem eſt ac ſi diceret, ſtatuam in ſtatua retinuiſſe. Sed ut dixi, ordo ille nobilitatis deſig-
C nabatur per eas ſtatuas in atrijs diſpoſitas in armarijs, & illigatas multis lineis. De quibus & Pau-
lus Iuriſconſultus de gradibus ſic ſcribit. Stemmata cognationum directo limite in duas lineas ſe-
parantur, quarũ altera ſuperior, altera inferior. Ex ſuperiore autẽ primo & ſecundo gradu tranſ-
uerſæ lineæ pendent. Stemmata item à ſcriptoribus frequentiſsime pro generoſitate uſurpatur.
Mar. Argenti furioſa ſui quum ſtemmata narrat. Papi. in Syluis: Expectatur equus, cuius de ſtem-
mate longo, Felix emeritos habet admiſſura parentes. Perſius. Stemmate quòd Tuſco ramũ mil-
leſime ducis. Ait ergo poeta, ſtemmata non eſſe, quæ nobilitatem homini parent. *Longo ſan.*]
Longo maiorum genere, ut oſtendat ex genere maiorum ueram nobilitatem non pẽdere. Ouid.
Nam genus & proauos, & quæ non fecimus ipſi, Vix ea noſtra puto. *Pictos uultus.*] Nam imagi-
nes pictæ erant, ut dictum eſt. *Aemilianos ſtantes in curribus.*] Id eſt, ſtatuas triumphales Aemilia-
norum. Nam Paulus Aemilius filius eius qui apud Cannas trucidatus eſt, de Liguribus & Perſa
rege Macedonum triumphauit, ex quo natus eſt filius, quem Scipioni filio Aphricani ſuperioris
tradidit in adoptionem, qui Aemilianus eſt cognominatus. is fuit qui Carthaginem deleuit, Nu-
mantiam in Hiſpania uicit, unde & Aphricani inferioris, & Numantini cognomen reportauit.
Et Curios.] M. Curium abſtinentiſsimum fuiſſe illud declarat, quòd quum Samnitum legati (ut
ſcribunt Vale. Plu. & Liuius) ad eum in ſcamno ſedentem magnum auri pondus attuliſſent publi-
D ce miſſum, inuitarentq́;, ut id acciperet, reſpondit, ſe malle locupletibus imperare quàm locuple-
tem fieri, & qui acie uinci non potuit, eum pecunia corrumpi non poſſe. *Dimidios.*] Vetuſtate
exeſos, & mutilatos. *Coruini.*] Coruinorum familia fuit antiquiſsima, quæ à coruo propugna-
tore Valerij aduerſus ferocem Gallum accepit cognomen. ex ea familia fuit Meſſala Coruinus o-
rator, qui primus præfectus urbis ſexto die magiſtratu ſe abdicauit, non ciuilem poteſtatem eſ-
ſe conteſtans. Eum inter oratores laudat ſic Quintilianus in decimo. At Meſſala nitidus, & candi-
dus, & quodammodo præ ſe ferens in dicendo nobilitatem ſuam, uiribus minor. *Galbam.*]
Sulpitiorum familiam antiquiſsimam docet Tranquillus in Galba. Qui autem primus cogno-
men Galbæ tulerit, cur, aut unde traxerit, ambigitur. Familiam illuſtrauit Sergius Galba con-
ſularis, & eloquentiſsimus, quem tradunt Hiſpaniam ex prætura obtinentem, triginta Lu-
ſitanorum milibus perfidia trucidatis, Viriatini belli cauſam extitiſſe. *Quis fructus generis.*] Sub-
audi eſt, id eſt, quid prodeſt ad nobilitatem, quæ hoc modo non paratur? *Iactare.*] Oſtentare.
Tabula capaci.] Amplo armario, erant enim (ut diximus) imagines cæreæ in armarijs. *Magi-
ſtros fumoſos.*] Id eſt, imagines fumoſas, & ueteres ſuorum maiorum, qui fuerint magiſtri e-
quitum, quæ dignitas in populo Romano fuit ampliſsima. Nam dictatoribus ſemper iun-
gebantur eo modo, quo regibus Tribuni celerum, i. equitum, nec unquã dictatores creabãtur, niſi

ingruente

ingruente maxima neceſsitate. Tunc cæteri magiſtratus in urbe ceſſabant, ab iis ius prouocandi A
non erat, quibus & capitis animaduerſio data eſt. Et quia hic magiſtratus maximę eſſet poteſta-
tis, non erat fas ultra ſex menſes retineri. Quum ergo dictator ſine magiſtro equitum non creare-
tur, bene dixit cum dictatore magiſtros. dictus eſt à dicendo dictator, quòd à conſule diceretur.
Tranquillus in Tyberio. Quum dictatorem dicere à ſenatu iuberetur. Fumoſos autem legendum

Si coram Lepidis male uiuitur? effigies quo
Tot bellatorum, ſi luditur alea pernox
Ante Numantinos? ſi dormire incipis ortu
Luciferi, quo ſigna duces, & caſtra mouebant?
Cur Allobrogicis, & magna gaudeat ara

eſſe, non famoſos, illud me monet Ciceronis in Piſonem. Obrepſiſti ad honores errore hominum, cõmendatione fumoſarum imaginum, quarum ſimile habes nihil præter colorem. Seneca ad Lucilium. non facit nobilem atrium plenum fumoſis imaginibus. Boe. in
principio operis loquens de quibuſdam ueſtibus ait. Quarum ſpeciem ſicut fumoſas ſolet ima-
gines, caligo quędam obduxerat. Nam in atriis ignis fiebat, ut & Lucas in diuinis ſcripturis ait.
Non ignoro tamen famoſum capi etiam in laudem, de quo illic. Famoſaq́; mœnia Lagi. *Coram
Lepidis.*] id eſt, clariſsimis imaginibus maiorum morũ, qualis fuit Aemilius Lepidus, qui bis cõ- B
ſul fuit, pontifex maximus, & cenſor, de quo plura in vi. Satyra. *Effigies quo tot bellatorum.*] Quid
neceſſe eſt inquit iactare & oſtentare effigies tot bellatorum, ſi tota nocte in alea uerſaris ante Nu-
mantinos. i. ante imagines morum maiorum, qualis fuit Scipio Numantinus. Nam Scipio Aemi
lianus Macedonici filius, ut à deleta Carthagine cognominatus eſt Aphricanus, ſic & à Numan-
tia deuicta Numantinus: quæ ciuitas in Hiſpania olim memorabiliſsima, quamuis ſine muris, &
turribus, populi Romani per multos annos bella ſuſtinuit, demumq́; longa obſidione & fame ui
cta, ſeipſam ferro, ueneno, & igne ſubiecto abſumpſit. Deletæ Numantiæ ſolum titulum in trium-
phum tulit Scipio, nullo Numantino inuento, qui cathenatus in triumphum duceretur. Cuius
cognominis meminit & Propertius. Vera Numantinos regna loquuntur auos. Et Apul. in pri-
mo limine ſecundæ Apologiæ. At hoc ego Aemiliano, non huic Aphro, ſed illi Aphricano, & Nu
mantino, & præterea cenſorio uix crediſſem. Et ita dictũ ante Numantinos, id eſt, ante ſtatuas
Numantinorum, ſicut & infra. Statuamq́; parentis Ante Triumphalem. *Effigies quo.*] id eſt cur,
ad quid. Virgil. Quo molem hanc immanis equi ſtatuere. *Pernox alea.*] Ita dictum, ut illud uigi
les feneſtræ: nam quòd hominis eſt, rei applicuit. Pernox enim appellatur, quod per noctem uigi
lat. *Luciferi ortu.* id eſt ipſo ortu, id eſt ſi tota nocte in alea uerſatus, quieti tandem te ad auroram
tradis, quo tempore maiores illi tui clariſsimi imperatores in expeditionem exercitum ducebãt. C
Nam, & C. Sul. dictator, ut docet Liuius lib. ſeptimo primæ Decadis, ubi illuxit, in radicibus mon
tium extendere aciem cœpit aduerſus Gallos. *Ortu lu.*] Lucifer ſtella eſt, quum ante ſolem cur-
rit, & oritur ante lucẽ, lucifer appellatur. eadem quum ſolem ſequitur poſt occaſum eius apparẽs
in cœlo, clariſsimeq́; lucens, Veſperugo, ſiue Veſper uocitatur. lege Victru. lib. ix. & Plin. lib. ii. ca-
pite vii. *Cur Allo.*] Senſus eſt, cur inquit, Fabius maiorum gloria efferatur eorumq́; titulos ſibi
aſciſcat, ſi auaritia & libidine flagrat, ut oſtendat nobilitatem non pendere ex genere, neq; ex glo-
ria maiorũ. hoc dicit propter Q. Fabium Maximum filium Q. Fabii Maximi Allobrogici ciuis &
imperatoris clariſsimi, qui uitam luxu perditam egit, & maioribus indignam, adeo ut Pompeius
prætor urbanus paternis bonis interdixerit. lege Valeriũ lib. iii. capite v. Per hunc autem intelli-
git omnes, qui moribus nequaquam maioribus ſuis ſimiles, eorum tantum gloria efferuntur.
Allobrogicis] Cognomine maiorum, quod familiæ pepererunt. Is Fabius, qui apud flumẽ Iſaram
aduerſus Allobroges & Bituitũ Aruernorũ regẽ feliciter pugnauit. Nam ex Bituiti exercitu, cæſa
milia hominũ centum uiginti, Bituitus Albæ cuſtodiendus datus eſt, quũ ad ſatisfaciendum ſena
tui Romam profectus eſſet. Allobroges in deditionẽ accepti. Lege Liuiũ. Allobroges autem popu
li ſunt Galliæ Narbonenſis quorũ metropolis eſt Vienna. Strabo lib. iiii. *Fabius na. in lare Hercu-
leo.*] Hoc dicit quia gens Fabia originem duxit ab Hercule. Ouid. in Fa. libro ii. Vt tamen Hercu D
leæ ſupereſſent nomina gentis, Credibile eſt ipſos conſuluiſſe deos. Idem in lib. de Pon. ſcribẽs ad
Fabiũ Maximũ ſic ait, Conueniens animo genus eſt tibi, nobile nanq; Pectus & Herculeæ ſimpli-
citatis habes. Ferunt enim autore Plu. ex una nympharũ Fabium Maximum genitum eſſe. Quidã
uero Herculem apud fluuiũ Tyberim cum muliere indigena congreſſum habuiſſe aſſerunt, & Fa-
bium uirum optimum, à quo Fabiorũ familia Romæ initium habuit, genuiſſe, unde etiam tanq̃
deum ſibi propinquũ, & familiarẽ inuocabãt Fabii. Plu. in eadẽ uita Fabii ſic ſcrib. Vt animaduer
tit diſsipatas Rom. copias, & undiq; ab hoſte circũuentas, clamoreq́; fugientiũ ad aures eius perua
ſit, percuſſo fœmore, ſuſpiriiſq́; ac gemitu omnib. præſentibus, Hercules, inquit, Citius quidem
quàm ſperabam, tardius uero q̃ ipſe maturabat Minutius, ſeipſum perdidit. Fabius item, ut ſcri-
bit Plinius recepto Tarento ab hoſtibus ſignum Herculis inde translatum in capitolio dedicauit.
Et magna gaudeat ara.] Cur inquit ſibi placeat Fabius, quod ſacra Herculis miniſtret. Nam fa-
milia Fabiorũ ſacra Herculis hæreditaria habebat, quæ peculiari colebant ueneratione. originem
enim, ut diximus, ducebat ab Hercule. Eam aram magnam dixit pro maxima, idq́; ratione car
minis. Eam aram Euander Herculi dedicauit in foro boario, unde Ouidius in Faſtis. Inſtituit-
que tibi quæ maxima dicitur aram. De hac lege Liuium in primo limine primi libri Ab Vrbe
con-

A condita. Et Ouid. in primo Faſt. Dionyſius de ea ita ſcribit. Eſt enim foro boario proxima, uenera-
tione apud incolas inter cæteras præcipua. Solinus. Hercules inſtituit aram, quæ maxima apud
pontifices habetur, quum ſe ex Nicoſtrata Euandri matre, quæ à uaticinio Carmenus dicta eſt,
immortalem comperiſſet. *Si cupidus.*] Si auarus ſit, quod turpiſsimū homini eſt. Tale eſt illud
Perſii. Egregium quum me uicinia dicat, Non credam? uiſo ſi palles improbe nummo, Si facis in
penē quicquid tibi uenit, amarū.

Natus in Herculeo Fabius lare? ſi cupidus? ſi
Vanus, & Euganea quantumuis mollior agna?
Si tenerum Cattritus atinenſi pumice lumbum
Squallentes traducit auos? emptorq́ ueneni
Frangenda miſeram funeſtat imagine gentem?
TOTA licet ueteres exornent undiq; ceræ
Atria, nobilitas ſola eſt, atq; unica uirtus.
Paulus, uel Coſſus, uel Druſus moribus eſto,

Si puteal multa cautus uibice fla-
gellas, Ne quicquam populo bibu-
las donaueris aures. *Vanus.*]
ſtultus imprudens ut illud: Sic libi-
tum uano qui nos diſtinxit Otho-
ni. aut uanum mendacem intelli-
git, & nequā. Terentius. Nonne pu-
det uanitatis, hoc ē mēdacij. Verg.
Nec ſi miſerum fortuna Sinonem
Finxit, uanum etiam mēdacemq́
B improba finget. *Euganea.*] Pata-
uina. ad oues autem Altinates reſpexit, quæ lanarum mollicie, autore Columella, commendaban-
tur. Mar. Velleribus primis Apulia, Parma ſecundis Nobilis, Altinum tertia laudat ouis. Sunt au-
tem Euganei Venetiæ populi. Sydonius Apollinaris mentionē faciens de Tito Liuio ſic. Vel quic-
quid in æuum Mittunt Euganeis Patauina uolumina chartis. Martia. laudans Altini littora libro
quarto Epigrammatum ſic inquit: Quæq; Antenoreo Dryadum pulcherrima Fauno Nupſie
ad Euganeos ſola puella lacus. Cæterum de Euganeis leges Plinium libro tertio capite xx. & xxi.

Mollior.] Delicatior & minime aptus laboribus, ut oſtendat corporis mollitiem haudqua-
quam uiris conuenire. *Attritus lumbum.*] Synecdoche attrito lumbo, uel habens lumbum attri-
tum. mollitiem ſui temporis notat, quo multi ſibi draucos appetebant cutem ſibi polientes. Lum-
bum autem poſuit pro podice, quem ut teneri & ueluti mulieres uiderentur, depilē, glabrumq́ ſi-
bi reddebant. *Pumice Catinenſi.*] id eſt, Siculo. Nam Catana ciuitas eſt Siciliæ non longe à mon-
te Aetna, qui perpetuo flagrans incendio, lapides pumices eructat in littus Catinenſe. Eſt autem
pumex lapis leuis, ſpongioſus atq; aridus, incendio excoctus. De quo ſic Virgilius in Aetna: Con-
geries ſaxi anguſto de uertice ſurgunt, Sic ueluti in fornace lapis torretur, & omnis Exuitur peni-
tus uenis, ſubit aluus humor Amiſsis opibus, leuis, ſine pondere pumex, Excoquitur. De pumi-
C ce ſic Plinius libro trigeſimoſexto. Sed & hi pumices, qui ſunt in uſu corporum leuigandorum
fœminis iam quidem & uiris. *Traducit auos ſquallentes.*] id eſt dedecorat, & ridendos præbet,
quum eis ſimilis non ſit. Traducere enim eſt dedecorare, & ueluti infamia afficere, ut eſt illud Mar-
tialis. Rideris multoq; magis traduceris Apher, id eſt, infamia afficeris & dedecore aſpergeris, &
rideris. & in ſequentibus. In qua ſe traducebat Vlyſſes, id eſt dedecorabat, ſeq; ridendum præbe-
bat. Sic & illud in ſacra ſcriptura. Ioſeph autem quum eſſet uir bonus, & nollet eam traducere, hoc
eſt nota & infamia afficere, & ridendam præbere. De hoc etiam prima Satyra diximus. *Emptor-
que ueneni.*] Et ſi ueneficus eſt. *Imagine frangenda.*] Si in ſtemmate ſuorum maiorum habet ſta-
tuam, quæ cæteris eſt dedecori, & ideo frangenda. *Funeſtat.*] cōmaculat, à funere ſumpta transla-
tio. *Miſeram.*] Dictum per commiſerationem, quæ talem produxerit. *Veteres ceræ.*] Ima-
gines ceræ collocatæ in armarijs & in atrijs ut dictum eſt. Seneca de Beneficijs. Nemo altero nobi-
lior, niſi cui rectius ingenium, & artibus bonis aptius. Qui imagines in atrijs exponunt, & nomi-
na familiæ ſuæ longo ordine, ac multis ſtemmatum illigata flexuris in parte prima ædium collo-
cant, non noti magis, quàm nobiles ſunt. *Atria.*] Atrium prima erat pars ædium. Oratius. Et
rebus omiſsis Atria ſeruantem poſtico falle clientem. Seneca De breuitate uitæ. Quàm multi, per
refertum clientibus atrium prodire uitabant. illic ignis, ut paulo ante diximus, fiebat, ideo Iuue-
D nalis ſuperius, imagines fumoſas appellat. Dictaq; ſunt atria, uel ab Atriatibus Tuſcis, quod il-
linc exemplum ſumptū ſit, autore Varro. uel quòd à terra oriantur, quaſi aterraria, uel quòd atra
eſſent ex fumo. De ijs ſic meminit Vitruuius in ſexto. Earum autem rerum non ſolum erunt in ur-
be ædificiorum rationes, ſed etiam ruri, præterquam quod in urbe atria proxima ianuis ſolent
eſſe. *Nobilitas ſola uirtus.*] Concludit nobilitatem non in gloria maiorum, neq; in falſis fortunæ
bonis, ſed in propria ueraq; animi uirtute conſiſtere. unde Marius apud Sal. ait, fortiſsimū quēq;
generoſum eſſe. Oſtendit autem poeta nobilitatem hæreditariam non eſſe, quandoquidem uir-
tus in qua ipſa conſiſtit nobilitas, neq; dono detur, neq; accipiatur: quum diuitiæ, & imagines, &
alia fortunæ bona à maioribus relinqui poſsint. Virtus autore Cicer. in Rhetor. animi habitus
eſt naturæ modo rationi cōſentaneus, habitus uero, eſt animi, corporiſq; conſtans & abſoluta a-
liqua in re perfectio. *Paulus moribus eſto.*] Facito ſis ſimilis moribus Paulo & Coſſo, & Druſo, qui
multis officijs de republica benemeriti ſunt. per Paulū intelligere poſſumus Paulum Aemilium,
qui Perſen Macedoniæ regem cum liberis eius in triumphum duxit, quiq; frugalitatis & mode-
ſtiæ amator, filiarum maiorem. M. Catonis filio, uxorem dedit, minorem Helio Tuberoni paupe-
ri ſed optimo. uirtutem enim eſt admiratus, per quam erat pauper. *Vel Coſſus.*] De Coſſo intel-
ligendum eſt, qui ut ſcribit Florus, Muſſulanos et Getulos, iubente Auguſto Cęſare domuit. unde

cogno

cognomentum Getulici aſſecutus eſt,unde ſequitur,Salue Getulice.meminit & Tranquil.in Augusto.fuit & ante,ut ſcribit Liuius lib.iiij.Cornelius Coſſus tribunus militum, qui occiſo Volumnio rege Veientium,opima ſpolia ſecunda retulit. *Druſus*.] de Claudio Druſo poteſt intelligi, qui(autore Tranquillo in Tyberio)hoſtium duce Drauſo,cominus trucidato,ſibi poſteriſq; ſuis cognomen inuenit.Traditur etiam proprætor ex prouincia Gallia retuliſſe aurum,Senonibus olim in obſidione capitolij datum, nec(ut fama eſt) extortum à Camillo.poſſes etiam intelligere de Druſo Nerone,qui Aſdrubalem iuxta Metaurum cecidit,aut Druſo fratre Tyberij Neronis, qui ab Augusto in Germaniam miſſus parta illic uictoria Germanici cognomen eſt aſſecutus.hos ergo tres commemorat,ut de rep. optime meritos. A

Hos ante effigies maiorum pone tuorum;
Præcedant ipſas illi te conſule uirgas.
Prima mihi debes animi bona,ſanctus haberi,
Iuſtitiæq; tenax,factis,dictiſq; mereris,
Agnoſco procerem,ſalue Getulice,ſeu tu
Syllanus,quocunque alio de ſanguine rarus
Ciuis,& egregius patriæ contingis ouanti.
Exclamare libet,populus quod clamat Oſiri
Inuento.quis enim generoſum dixerit hunc,qui

Hos.] .ſ.mores Vt ſit ſenſus:Fac ut imagines tuorum maiorum uideant uitam bene compoſitam in te eſſe. B *Illi*.] Scilicet mores. *Præcedant*.] Si uis inquit uera nobilitate cenſeri, fac dignitates, & honores,quos in rep.adeptus es,uirtutibus & moribus ornes,& eos ſemper tecum præferas. *Ipſas uirgas*.] Ipſas dignitates:nam conſulibus duodecim lictores dabãtur cum duodecim faſcibus uirgarum,totidemq; ſecuribus colligatis,qui conſules præcedebant,prætoribus uero ſex tãtum faſces cum reliquis inſignibus. *Animi bona*.] Bonorũ tria ſunt genera alia ſunt corporis, ut ualitudo,uelocitas,uires,dignitas.Alia fortunæ,quæ externa dicuntur,quòd penitus ſint extra omnem hominis poteſtatem,& fortunæ imperio ſubiecta,ut genus,educatio,opes,clientelæ,amicitiæ, affinitates,gloria maiorũ,quæ incerta infirmaq; ſunt,quæq; homines ignauos plerumq; reddũt, & ab omni uirtute alienos.hinc ergo uera nobilitas non pendet:Alia ſunt animi bona , quæ conſilio & cogitatione noſtra conſtant,iuſtitia uidelicet , fortitudo,prudentia,& modeſtia,quæ uirtutes ſunt immortales,& quibus dijs ſimiles efficimur.hinc ergo uera habetur nobilitas.inquit igitur poeta,prima mihi debes animi bona , ut ſit prima pro primum , nomen pro aduerbio,ut ſit ſenſus : Si uis nobilis haberi ex bonis externis & corporis,fac primum bona animi, id eſt, uirtutem amplexus ſis,quæ maxime æternitati hominis memoriam conſecrat,& ſine qua uera nobilitas non habetur.ut oſtendat & illis bonis hominem etiam poſſe clareſcere.ſed bona animi ea eſſe; C quæ ueram homini nobilitatem tribuant. *Sanctus haberi*.] Ordo hic eſt & ſenſus . Ergo te inquit agnoſco procerem,id eſt nobilem,ſi mereris haberi & dictus & factis ſanctus,& iuſtitiæ tenax . Bene autem Iuue.uirum bonum definiuit,qui & opere,& uerbo unicuiq;,ſi poſsit,prodeſt,& nemini iniuriam facit.Sanctum(autore Macro.)dicimus ſacrum,quod religioſum, & omni obſeruatione inuiolatum.uerum etiam apud autores,ut hoc loco accipitur ſanctus pro eo qui ſe ab omni labe purum cuſtodit. *Agnoſco procerem*.] Te habeo,& admitto nobilem,& generoſum. *Mereris*.] Subaudi ſi,id eſt,ſi tu mereris haberi ſanctus,id eſt,bonis factis,& dictis. *Salue Getulice*] Te enim ſalutabo quocunq; uis cognomine,ut nobiliſsimum,qualis fuit Coſſus Getulicus , tanquam & tu Getulos deuiceris . Nam à uictorijs cognomenta duces reportabant , ut Numidicus, Macedonicus , Creticus , Iſauricus , Dacicus ,Britannicus. Martialis. Creta dedit magnum,magnum dedit Aphrica nomen Scipio quod uictor , quodq; Metellus habet. Nobilius domito tribuit Germania Rheno: Et puer hoc dignus nomine Cæſar eras. *Seu tu Syllanus*.] Ordo eſt & ſenſus . Et libet mihi exclamare præ lætitiá ; quod populus Aegyptius clamat inuento Oſiri , ſi tu contingis patriæ ouanti Sillanus rarus & egregius ciuis de quocunq; alio ſanguine.id eſt,præ lætitia clamabo,ſi tu de quocunq; alio ſanguine,ac ſi dicat,etiam uiliſsimo natus ſimilis fueris Syllano raro & egregio ciui,ut præclara pro republica facias,ſicut Syllanus . Is enim autore Liuio lib. D viij.Secundi belli Punici,Scipionis legatus Magonem ducem Carthaginenſium in Hiſpania ſuperauit,Hannonem alterum imperatorem uiuum cepit.Sicq; poeta ſemper docet, illos nobiles eſſe,undecunq; nati fuerint,qui præclaris facinoribus uitam ſuam illuſtrauerint. *Patriæ ouanti*.] Nam patria læta eſt,quum de rep.benemerentes habet ciues. *Oſiri inuento*.] Inuento Api boue, quem Aegypti colunt ueluti Oſiridem . Nam tradiderunt animam Oſiridis in bouem tranſmigraſſe.non eſt fas eum certos(ut ſcribit Plin.) uitæ annos excedere.Merſum igitur in ſacerdotum fonte enecant,quęſituri luctu alium quem ſubſtituant. donec inueniant mœrent deraſis etiam capitibus,quo Inuento populus luctum finit.De Api boue ita ſcribit Stra.lib.xvij.Memphis Aegyptiorum eſt regia,ea Apidis templum habet,qui idem eſt quod Oſiris . Hic autem eſt ille Oſiris, quem alij Saturni ex Rhea filium fuiſſe tradunt,Alij Iouis ex Niobe , uirum magni ingenij,gloriæ cupidum,qui relictis Argis patria ſua , ad Aegyptios transfretauit , quos ditioni ſuæ ſubegit.Iſidem Inachi filiam, quæ Io ante uocabatur, duxit uxorem,quorum uterque ob uarias uirtutes diuinos honores meruit . Iſis enim leges ſtatuiſſe fertur,unde Theſmophora à Græcis , hoc eſt legifera dicta eſt . Eam etiam frugum inuentricem dicunt. Oſirim uero uarias artes Aegyptios docuiſſe . de quibus ſic cecinit Tibullus . Primus aratra manu ſolerti fecit Oſiris, Et teneram ferro ſolli-

A citauit humum: Primus inexpertæ commiſit ſemina terræ, Pomaq́ꝫ non notis legit ab arboribus. Hic docuit teneram palis adiungere uitem, Hic uiridem dura cedere falce comam. Oſirim fe runt à Typhone fratre per fraudem occiſum fuiſſe, ac dilaniatum, eiuſque membra ab uxore diu quæſita, quæ quum non inueniret in maximos fletus perrumpere ſolitam, qua re commotos Aegyptios, tamdiu ea quęſiuiſſe, quoad iuxta Syenem inuenerunt, quæ illic Iſis ſepulturæ man dauit. *Inſignis.*] Subaudi eſt.

Quis enim.] Rationem affert, illum nobilem nequaquam cenſendum, in quo ſolum præclarum genus, & non uirtus ſpectatur, ut oſtendat ſolam uirtutem dare homini nobilitatem. Sene. Quis eſt generoſus? ad uirtutem bene à natura compoſitus. Quinti. Qui generoſiſsimus? nonne qui optimus, non qui celebritate naſcendi, ſed
B qui uirtute maxime excellit. *Nanum cuiuſdam.*] Oſtendit illum ſæpe deriſui haberi, qui nobilis & generoſus appellatur. Nam quemadmodum per riſum & iocum appellamus nanum Atlanta, & Aethiopem album & cygnum, ita etiã ironicos appellamus aliquos Creticos, & Camerinos, quum tamen non ſint ueri Cretici nec Camerini. Hoc eſt, quum in iis nulla maiorum uirtutis ornamenta ſpectentur. Vt ſit ſenſus, non ſi te Creticum, aut Camerinum aliquis appellat, ꝓpterea es Creticus aut Camerinus. Nam id cognomen poſ-

Indignus genere, & præclaro nomine tantum
Inſignis? nanum cuiuſdã Atlanta uocamus.
Aethiopem cygnum, paruam, extortamq́ꝫ puellam,
Europen. canibus pigris, ſcabieq́ꝫ uetuſta
Leuibus, & ſiccæ lambentibus ora lucernæ,
Nomen erit pardus, tigris, leo, ſiquid adhuc eſt
Quod fremit in terris uiolentius. ergo cauebis,
Et metues, ne tu ſis Creticus, aut Camerinus.
His ego quem monui, tecum eſt mihi ſermo Rubelli
Plance: tumes alto Druſorum ſanguine, tanquam
Feceris ipſe aliquid, propter quód nobilis eſſes,
Vt te conciperet, quæ ſanguine fulget Iuli,
Non quæ uentoſo conducta ſub aere texit.
Vos humiles, inquis, uulgi pars ultima noſtri,
Quorum nemo queat patriam monſtrare parentis.
Aſt ego Cecropides. uiuas, & originis huius
Gaudia longa feras, tamen ima plebe Quiritem
Facundum inuenies. ſolet hic defendere cauſas
Nobilis indocti, ueniet de plebe togata
Qui iuris nodos, & legum ænigmata ſoluat.
Hic petit Euphraten iuuenis, domitiq́ꝫ Bataui

C ſet tibi eſſe impoſitum in deriſum, ſicuti etiam per iocum Atlanta nanum appellamus. *Europen.*] Quam ob pulchritudinem Iupiter in taurum conuerſus ex Phœnicia in Cretam aduexit. fuit autem filia Agenoris Phœniciæ regis. *Leuibus.*] Sine pilis, qui propter ætatem longam & ſcabiem decidunt. *Violẽtius.*] quàm pardus, tigris, & leo. *Ergo cauebis & metues.*] Ne te ita per deriſum uocent Creticum & Camerinum, quemadmodum nanum appellant Atlanta, & Aethiopem cygnum. Ab eo Metello, qui deuicta Creta Creticus eſt cognominatus, & ab eo. P. Sulpitio Camerino uetuſtiſsimi generis, qui una cũ Sp. Poſthumio Albo, Aulo Mãlio miſſi fuerunt Athenas, iuſsi inclytas leges Solonis deſcribere, & aliarũ ciuitatũ inſtituta, iura, moresq́ꝫ noſcere. *Tecũ eſt m. ſ. Rub. p.*] à Pontico ad quẽ ſcri Satyrã diſcedit, & Rubelliũ Plancũ alloquitur: mox ad Ponticũ redibit, quũ dicet paulo poſt: Hæc ſatis ad iuuenem. De Rubellio Planco ita ſcrib. Tacitus in Nerone. Igitur quaſi iam depulſo Nerone, quiſnã deligeretur perquirebant, & omnium ore Rubellius Plancus celebrabatur, cui nobilitas per matrẽ ex Iulia familia. ipſe placita maiorũ colebat habitu ſeuero, caſta & ſecreta domo, quãtoq́ꝫ metu occuluor, tanto plus famæ adeptus. *Tumes.*] In ſuperbiã eucheris. C. *Alto Druſorũ ſanguine.*] Supra, dixit longo ſanguine, id eſt illuſtri & antiquo genere gloriaris. S. tanquã aliquid egregium feceris, unde nobilis ſis cenſendus. ſicq́ꝫ oſtendit ad ueram nobilitatem non ſufficere genus maiorum. *Vt te conciperet.*] Subaudi &. ut ſit, Et ut te conciperet mater ex familia Iulia, non
D autem ignobilis mulier, quæ urgente paupertate texit telam conducta mercede. *Sub aere.*] Sub dio, ſicq́ꝫ pauperũ manſiones deſignauit. Ora. Diues ne priſco natus ab Inacho, Nil intereſt, an pauper, an infima De gente, ſub dio moreris? *Vos humiles inquis.*] Subaudi eſtis. cum contemptu proferendum hoc eſt. *Patriam parentis.*] Vnde deſcenderit parens ueſter. *Aſt ego Cecropides.*] Subaudi ſum. i. nobilis. *Viuas.*] Non ſine indignatione dictum à poeta, & irriſione uanæ nobilitatis. imitatio eſt Perſii. Dinomaches ego ſum. ſuffla. ſum candidus. eſto. *Tamen ima.*] ut oſtendat nobilitatem pendere ex uirtute & bonis animi, non autẽ ex bonis externis, quibus inſulſi homines inflantur. *Nobilis.*] Ironicos, qui ſe nobilem putat. *De plebe togata.*] .i. uili. Toga enĩ ut diximus ex Aſconiĵ teſtimõio, erat uiliorũ. *Nodos.*] Difficultates. C. implicatos, & difficiles locos. S. *Soluat.*] Explicet & enodet. *Aenigmata.*] Aenigma ſermo eſt obſcurus interpretamento indigens, ab αἰνίττω, quod eſt innuo. innuit enim quiddam, quod poſtea eſt pluribus explicandum. uel ab αἰνιγματώδης, quod eſt obſcure loquor, ut illud. Vidi mare concretum in Creta, ligneo in campo, ubi caro humana oſsibus ludebat. ſignat enim ſaliuum cum ſale in menſa, ubi manus humana talos iactabat. Ergo ænigmata dubios & obſcuros legum ſenſus appellat. hoc genus quidam è noſtris ueteribus ſcirpos appellant, Gellius. *Hic alius.*] Vt ſit ſenſus, Alius inquit iuuenis

nis,quem uos ignobilem appellatis,nulli prorſus pro repub.parcens labori,longinquas regiones petit,mille pericula adit.At tu nihil horum facis:Cecropidem te tantum uocas,hoc eſt nobilem,quumq; deſidiæ conſulas,una hac re gloriaris,quòd nobilis ſis:cum autem non appellat Cecropidem,quòd ſit Athenienſis,ſed quia Athenis,quum familiæ de nobilitate contenderent,aliæ dicebant ſe à Cecrope oriundas,unde Cecropidæ dicebantur,aliæ ab Alcmæone,unde Alcmæonij,aliæ ab Erictheo,unde Ericthidæ.ſed Cecropidæ nobiliores habebantur à Cecrope, qui etiam ante Deucalionis tempora regnauit Athenis, quem omnis antiquitas fabulata eſt fuiſſe biformem , quia primus marem fœminæ matrimonio iunxit. A

Cuſtodes aquilas,armis induſtrius:at tu
Nil niſi Cecropides,truncoq; ſimillimus Hermæ.
Nullo quippe alio uincis diſcrimine,quam quòd
Illi marmoreum caput eſt,tua uiuit imago.
Dic mihi Teucrorum proles,animalia muta
Quis generoſa putet,niſi fortia:nempe uolucrem
Sic laudàmus equum,facili cui plurima palma
Feruet,& exultat rauco uictoria circo.
Nobilis hic quocunq; uenit de gramine,cuius
Clara fuga ante alios,& primus in æquore puluis:
Sed uenale pecus Corithæ,poſteritas &
Hirpini,ſi rara iugo uictoria ſedit,
Nil ibi maiorum reſpectus,gratia nulla
Vmbrarum,dominos pretijs mutare iubentur

Euphraten.] Partes orientales : nam Euphrates fluuius eſt,quem fundit maior Armenia,Babylonem interluens . autores Strabo libro ſecundo & libro undecimo,item Solinus & Mela: hunc Aſſitij Regium flumen appellant. B *Bataui domiti.*] De Batauis meminit Tacitus in eo opuſculo, quem de Germanis compoſuit. Sunt enim germaniæ populi rhenum incolentes . hos Domitianus adhuc puer domuit,ut ſcribit Tacitus & Sylius. At puer auricomo iam formidate Batauo. *Cuſtodes aquilas.*] Vexilla:nam aquila Romanorum erat inſigne.Iuuc.in ſequentibus.Da nunc & uolucrem ſceptro quæ ſurgit eburno,eo loco de aquila pluſcula. Vegetius.Primum ſignum totius legionis eſt aquila,quam aquilifer portat. *Aquilas cuſtodes domiti Batani.*] .i. Præſidia poſita ad tenendos Batauos nuper domitos à Domitiano. *Truncoq; ſimillimus Hermæ.*] .i.ſtatuæ Mercurij . Hermes enim appellatus eſt Mercurius,ut autor eſt Fulgentius,ab eo quod ἑρμηνεύω,idem eſt quod interpretor,& diſſero , illa uidelicet cauſa , aut quod negociatori linguarum ſit cognitio neceſſaria (utraq; enim regna permeare dicitur ſuperna atq; inferna) quod modo uentis in altum nauigans currat,modo demerſus inferna tempeſtatibus appetat:uel,ut autor eſt Diodo.lib.i. quòd ſermonis inuẽtor fuerit.Ora.Mercuri,facunde nepos Athlantis , Qui feros cultus hominũ recentũ,Voce formaſti catus:uel quia uerborũ interpretationẽ inuenerit,unde & ipſum Hermẽ,hoc eſt interpretẽ appellarũt.Latini uero Mercuriũ dici uoluere,quaſi merciũ curã.negocijs enim ut ſcrib.Fulgentius,prçfuiſſe dicitur,eumq; deũ lucri putauerũt.Perſius. Mercuriũq; Accerſis fibra,da fortunare penates.Ora.Mercarier unus Cũ lucro notã:nã frequentia Mercuriale,impoſuere mihi cognomẽ cõpita.Hermæ lapidei Athenis ex domeſtica cõſuetudine opus quadratũ plurimi erãt,tam in priuatarũ çdiũ ueſtibulis,q̃ in ſacrarũ,qui ut ſcrib. Thucydides lib.vi.Hiſtoriarũ una nocte,cũ Athenienſes expeditionẽ aduerſus Syracuſanos pararent,ex maxima parte circa ora circũciſi fuerunt incerto autore,quæ res infęlicitatẽ portẽdit Syracuſanis:nam Syracuſani ſuperati, cæſiq; pene fuerunt omnes.De Mercurio etiam ſic loquitur Macro.primo Satur. Plæraq; etiam ſimulacra Mercurij quadrato ſtatu figurantur ſolo capite inſignita . Hoc idem teſtatur Plutarchus in Nicia & Alcibiade ſic. Adijciebant præterea Mercurij ſtatuas,quarum Athenis magna copia erat ex omnibus locis ciuitatis una nocte fuiſſe deiectas,capitibusq; perfractis ad terrã proſtratas iacere. meminit & Aemilius Probus in Alcibiade.bene igitur comparat poeta illum qui ſe Cecropidem dixit,quum patriæ inutilis ſit,ſtatuæ truncæ Mercurij. *Nullo diſcrimine.*] Nulla differentia. *Dic mihi Teucrorum proles.*] id eſt o tu Rubelli , qui te iactas oriundum ex ſanguine Iuli , & Troianorum:nam ex familia Iulia , ut dixit , ducebat originem. D *Niſi fortia.*] Id eſt,alicuius uirtutis. *Sic laudamus equum.*] Quia ſæpe ſit uelox in certamine & uictor. *Feruet .*] Celebratur. *Exultat.*] Applaudit,& fauet. *Raucó.*] Sonoro propter clamorem fauentium & excitantium currentes illic aurigas. Nam Raucus uocabulum eſt medium , nam modo ſonorum , modo obtuſæ uocis, raucum appellamus. *Nobilis hic.*] ſcilicet eſt. Nobilis ille inquit habetur equus,ubicunq; nutritus ſit,qui in certamine cæteros curſu ſuperat.ut innuat ita & illos nobiles uocandos,qui egregio aliquo facto cæteris præſtãt : non qui opibus, aut maiorum gloria nitantur,quum nobilitas tota ab animi probitatibus pendeat. *Hirpini.*] Nomen equi optimi. Martialis. Hirpini ueteres, qui bene nouicatos. *Et Corithæ.*] Ait poeta eorum ſobolem à dominis quibus chari eſſe deberẽt reſpectu parentum,uenditioni exponi,quia parum curſu ualeant. *Si rara.*] Ratio quare uendatur. *Iugo.*] id eſt,ſi raram conſecutus fuerit uictoriam,dum currum in circo trahit. *Nil ibi maiorum.*] Nullo enim maiorum reſpectu mouentur,quin illos ut inutiles uendunt. Sicq; poeta docet illos contemni,qui à maioribus ſuis degenerauere. *Nil ibi.*] Ordo eſt,nil reſpectus eſt. *ibi*] id eſt,in equo optimis parentibus progenito. *Vmbrarum.*] Maiorum mortuorum. *Epirhedia.*] Epirhedium currum ſignificat, quod uocabulũ Romani,autore Fabio , ex duobus peregri

A nis ſuum fecerunt, *sui* & rheda dictione gallica, quod uehiculũ ſignificat. Gellius autor eſt, quoſdam ſenſiſſe uocabulum totum eſſe barbarum. *Molam Nepotis.*] Nepos nomen eſt proprium uiri, qui Romæ habebat piſtrinum, de quo Martialis. Bis uicine Nepos. *Segnipedes.*] Pigri. facta eſt compoſitio ex ſegnis & pes. contra ſonipedes acres appellamus. *Ergo ut miremur.*] Senſus hic eſt. Quandoquidem is nobilis duntaxat eſt cuius uita pendet ex uirtute, & non ex maiorum gloria, aliquid primum effice, unde te, & non tua, id eſt, maiorum tuorum genus & facta miremur. quia ut dignum eſt, ex Ouidij ſententia: Et genus, & proauos, & quæ non fecimus ipſi, Vix ea noſtra puto: ſed quod per uirtutem fecimus, id totum noſtrum eſt, & facit nobiles. *Non tua.*] Genus, & gloriam maiorum tuorum. *Aliquid da.*] Aliquid præclarum

B ede. *Quod poßim incidere titulis.*] Inſcriptionibus. *Præter honores.*] Præter famam & gloriam tuorum maiorum, quos tanquam uiros probos laudauimus. *Quibus omnia debes.*] Ex quibus totus pendes. omnia enim quæ habes uidelicet gloriam & famam illis debes, id eſt, eorum beneficio omnia habes. ita dictum, ut illud, criminibus debent hortos, id eſt, obligati ſunt criminibus, quòd hortos habeant, quia eorum beneficio ſunt aſſequuti. *Hæc ſatis.*] Abſoluta quam fecit digreſſione ad Rubellium, redit ad Ponticum. *Hæc ſatis.*] ſcilicet ſunt. *Fama*] Aut quam gloria maiorum tradit, & reddit ſuperbum: aut quem fama, id eſt, rumor tradit eſſe ſuperbum, id eſt dicit. *Nerone propinquo.*] Hinc enim inflatur, quod ex familia Iulia oriundum (ut diximus) ſe prædicabat, ex qua & Nero Cæſarum ultimus originem ducebat. *Rarus enim.*] Non

C eſt inquit mirum, Rubellium ita inflari gloria, quia raro fit ut ſenſus cõmunis in magnis opibus inueniatur. ſicq; taxat Rubellium meræ inſcitiæ, ut qui inde ueram nobilitatem pẽdere exiſtimet.

Senſus communis.] Intelligentia quædam omniũ communis. Dicimus enim hominem à cõmuni ſenſu remotũ, qui aliquid turpiter, & citra rationem facit, quaſi qui minime quod ab omnib. communiter fieri ſolet faciat. Imitatio eſt Oratij. Cõmuni ſenſu plane caret inquimus. Quint. lib. 1. improbans uitã ſolitariã in futuro oratore ſic ſcribit. Sẽſum ipſum, qui cõmunis dicitur, ubi diſcet, quum ſe à congreſſu, qui non hominibus ſolum, ſed mutis quoq; animalibus naturalis eſt, ſegregarit? C. Sẽſus cõmunis, eſt interior animi facultas, & uis qua exteriores ſenſus omnes ſuis funguntur officijs, & in qua uis eſt, de iſs quæ ſenſibus exterioribus obijciuntur, cognoſcendi & iudicandi. S. *Laude tuorum.*] Nolim te totum ex rebus geſtis maiorũ pendere, ſic ut nihil ipſe facias, unde laudẽ merearis. *Ne tecta collapſa.*] Metaphoricos colũnas uocat laudes maiorum. i. ne ſi laudes maiorũ ſubtrahantur, quibus ſuſtentaris, & tu corruas, quum te propria uirtute non fulcias. ergo ne tecta, id eſt ne tu ipſe percas, amotis laudibus maiorum. *Stratus h. p.*] Alia tranſlatione oſtẽdit oportere hominẽ propria uirtute niti, ut ſtet, ſic ut palmes ulmis ſuſtentandus eſt, ſi humi iaceat, ſic & homo eſt propria uirtute fulciendus: exponitq; quibus uirtutib. ſit innitendũ ad ueram nobilitatẽ conſequendã. *Eſto b. m.*] Oſtendit quemadmodũ uera nobilitas comparetur.

Tutor.] Is eſt, qui uim & poteſtatẽ habet in capite libero ad tuendũ eum, qui propter ætatẽ ſuam

D ſpõte ſe nequit defendere. itaq; tutor appellatur, quaſi tuitor, atq; defenſor. unde tutela ipſa uis & poteſtas. Vlpianus. *Arbiter idem.*] Is proprie arbiter dicitur, qui uoluntarie aſſumitur cauſæ cognitor ab utroq; litigante, finemq; ſententia ſua controuerſiis imponit. Cicero in Oratione pro Roſcio. Quum ad iudicem cauſam labefactari animaduertunt, ad arbitrum confugiunt. Trãquillus in Othone. Cuidam etiam de parte finium litiganti cum uicino, adhibitus arbiter totum agrum redemit. unde Arbitrarium dicitur, quum adhuc res apud arbitrium geritur, & adhuc eſt incerta. *Integer.*] Qui minime corrũpatur. *Ambiguæ.*] Ordo eſt. & ſenſus, crede eſſe ſummũ nefas proferre animam pudori, id eſt, pluris facere uitam quàm pudorem & honeſtatem. hoc dico ſi quando citabere teſtis rei ambiguæ, ut ſit ſenſus, laudabilius eſſe mori quàm aliquid flagitioſum propter uitam committere. *Phalaris licet.*] Phalaris crudeliſsimus fuit tyrannus, qui primus Agrigenti in Sicilia tyrannidem exercuit, ad omnem ſæuitiam natus, quam matri inauſpicatus ſomnus portendit (uiſa enim eſt facem parere) nouorum tormentorum repertoribus præmia proponebat. Ob quam rem Perillus ei taurum æneum fabricauit, quo homines ſubiecto igne incluſi torquerentur, & mugitum bouis, uox hominis imitaretur. Cæterum Phalaris ipſum opificẽ eo incluſum ſupplicio mortis affecit. Ouid. in Ibim. Paphio clauſus in ære gemas. *Dictet*]

Exiguis, tritoq; trahunt epirhedia collo
Segnipedes, dignúq; molam uerſare Nepotis.
Ergo ut miremur te, non tua, primum aliquid da,
Quod poſsim titulis incidere præter honores,
Quos illis damus, & dedimus, quibus omnia debes.
Hæc ſatis ad iuuenem, quem nobis fama ſuperbum
Tradit, & inflatũ, plenumq; Nerone propinquo.
Rarus enim ferme ſenſus communis in illa
Fortuna, ſed te cenſeri laude tuorum
Pontice noluerim: ſic ut nihil ipſe futuræ
Laudis agas. MISERVM eſt aliorũ incũbere famæ,
Ne collapſa ruant ſubductis tecta columnis.
Stratus humi palmes uiduas deſiderat ulmos.
Eſto bonus miles, tutor bonus, arbiter idem
Integer. ambiguæ ſiquando citabere teſtis,
Incertæq; rei, Phalaris licet imperet, ut ſis
Falſus, & admoto dictet periuria tauro,

Oſten-

Summum crede nefas animam præferre pudori,
Et propter uitam uiuendi perdere cauſas.
Dignus morte perit: cœnet licet oſtrea centum
Gaurana, & Coſmi toto mergatur aheno.
Expectata diu tandem prouincia quum te
Rectorem accipiet, pone iræ frena, modumq́;
Pone & auaritiæ, miſerere inopum ſociorum.
Oſſa uides regum uacuis exhauſta medullis.
Reſpice quid moneant leges, quid curia mandet,
Præmia quãta bonos maneant, quàm fulmine iuſto
Et Capito, & Numitor ruerint damnante ſenatu
Piratæ Cilicum. ſed quid damnatio confert,

Oſtendat quomodo tibi iurandum ſit. Nam dictare eſt aliquid docere in omni genere doctrinæ, quod alius excipiat, & Dictata quæ traduntur in omni genere diſciplinæ. Perſius. Centum dictata fuiſſe Pro nihilo pendas. A *Perdere cauſas uiuendi.*] Dupliciter dicimus hominem uiuere, uidelicet quum anima eſt coniuncta corpori, & quum poſt hanc, quam mortem dicimus, hominis memoria bonorum operum meritis ad poſteros extenditur. Qui igitur pro conſeruatione huius uitæ turpia & nefanda committit, amittit cauſas uiuendi .i. bonos mores, bonum nomẽ, honeſtatẽ, quæ omnia ſunt cauſa ut hominis fama immortalitatem ſortiatur. bene enim agendo fit quod ſcribit Salu. ut memoriam noſtri quàm maxime longam efficiamus. Ergo bona opera ſunt cauſa ęternę memorię, & ut hominis nomen ſemper uiuat. Vnde illud Martialis. Poſt te uicturæ, per te quoq; uiuere chartæ Incipient, cineri gloria ſera uenit. B *Dignus morte perit.*] Senſus eſt: ille omnino perit, id eſt, nomen & fama eius omnino extinguitur, & in obſcuro eſt, dignus morte, id eſt, de quo nulla unquam fiat mentio, tanquam de ſcelerato, qui relicta honeſtate uoluptatibus ſe immergit. Plin. Iunior. Nam quicunq; uoluptatibus dediti, quaſi in diem uiuunt, uiuendi cauſas quotidie finiunt, qui uero poſteros cogitant, & memoriam ſui operibus extendunt, his nulla mors non repentina eſt. Merito igitur illos perijſſe iudicamus, qui uitam à uirtutibus alienam duxere, unde & Plin. exprobans nimium unguentorum luxum Romanis ſic inquit. Quis non merito iudicet perijſſe tales? *Licet cœnet.*] Lauticiæ inquit iſtæ diuitiarum & luxus, non ea ſunt quæ hominis memoriam ad poſteros propagent. *Gaurana oſtrea.*] Id eſt, quæ in lacu Lucrino ſaginabantur. Eſt enim Gaurus mons in Campania non longe à Baijs, proximus Lucrino lacui, de quo Lucanus. Vel ſi conuulſo uertice Gaurus Decidat in fundum penitus ſtagnantis Auerni. Strabo libro quinto. *Mergatur.*] Perfundatur, ungatur. hinc illud eſt Plinianum. Liniq; iam non ſolum, ſed & perfundi unguentis gaudent. C *Aheno Coſmi.*] Vnguento Coſmiano. Martialis. Paſtillos Coſmi luxurioſa uoras. Nam unguentis cognomina dedere, alijs patrię, alijs ſucci, alijs arbores, alijs cauſæ, alijs confectores. *Aheno.*] Vas eſt coquinarium ex ære. Paulus Iuriſconſultus ſcribit inter cacabos & ahenum quod ſupra focum pendet, omnino multũ intereſſe, ut in hoc aqua ad potandũ calefiat, in illis pulmentaria coquantur. *Expectata diu.*] Docet Ponticum in prouinciæ adminiſtratione quid ſit agendum, notans auariciam præfectorum, qui ad omnes rapinas conuerſi, ſocios & prouinciales ſpoliabant. *Expectata diu.*] Quam diu, & ſummo deſiderio expectâſti. *Pone frena iræ.*] Ne quid per iram uiolentum cuiquam facias. *Pone & auaritiæ.*] Sis ab rebus alienis abſtinens. *Oſſa uides regum.*] Id eſt uides reges ipſos exhauſtos, & exinanitos uſq; ad ſanguinem & medullas. unde Plutarchus in Antonio. Multi & reges ab eodem ſpoliati ſunt, & fortunis omnibus exuti. *Reſpice.*] Legibus inquit fac pareas, quæ monent nihil eſſe faciendum quod ab honeſtate ſit ſolutum. *Quid curia mandet.*] Hoc eſt Senatus qui Magiſtratibus in prouincias euntibus mandat ut iuſte recteq; omnia adminiſtrent. *Curia.*] Duorum autem generum curiæ in Vrbe fuerunt, & ubi curarent res diuinas ſacerdotes, ut curiæ ueteres, & ubi ſenatus humanas, ut curia Hoſtilia, quam primus ædificauit Hoſtilius rex. autor Varro. De qua ſic & Titus Liuius libro primo ab Vrbe condita: Tullus Hoſtilius principes Albanorum in patres, ut ea quoque pars reipublicæ creſceret, legit: templumq; ordini ab ſe aucto D fecit curiam, quæ Hoſtilia uſque ad patrum noſtrorum ætatem appellata eſt. *Maneant.*] Expectent. *Fulmine iuſto.*] Seuera, & graui ſenatus condemnatione. *Ruerint.*] Ceciderint condemnati. *Et Capito.*] Hic eſt ille Coſſucianus Capito, qui, ut ſcribit Tacitus in Nerone, fuit Tigillini gener, cuius precibus aſcitus in ordinem ſenatorum, repetundarum damnatus fuit, quòd Ciliciam cui præfuerat, ſpoliaſſet. *Numitor.*] Placet ut legatur Numitor: nam & ante Numitorem poſuit pro nobili, & diuite. Non habet infelix Numitor quod mittat amico, Quintillæ quod donet habet, nec defuit illi, Vnde emeret multa paſcendum carne leonem. Sunt etiam codices qui legunt & Tutor. Nam fuit temporibus Vitellij Iulius Tutor, quem ripæ Rheni præfecit Vitellius. lege Corne. Tacitum. *Piratæ Cilicum.*] Ac ſi dicat ſpoliatores ſpoliatorum. Nam & Cilices piraticam exercuerunt Tryphonis & regum qui ſucceſſerunt (ut autor eſt Strabo) ignauia, eos Pompeius Magnus intra quadraginta dies captis octingentis quadraginta ſex nauibus ademit. autor Plutarchus. *Sed quid damnatio confert.*] Sed quid inquit prodeſt ubi illos eſſe damnatos, quando ærarium id capiat, quod ipſi præfecti ubi reliquerunt, id eſt quod tu extorſiſti ex ipſis damnatis. Nam per iudicium coacti erant bona illa rapta relinquere ſocijs & prouincialibus: uerum auaricia principum ea in ærarium deferebantur, quod & prima Satyra poeta eſt conqueſtus

A illic. At tu uictrix prouincia ploras.

Quum Panſa eripiat, quicquid tibi Natta reliquit?
Præconem Chærippe tuis circumſpice pannis,
Iamq́ tace. FVROR eſt poſt omnia perdere naulum.
Non idem gemitus olim, nec uulnus erat par
Damnorum ſocijs florentibus, & modo uictis.
Plena domus tunc omnis, & ingens ſtabat aceruus
Nummorum, Spartana chlamys, conchylia Coa,
Et cum Parrhaſii tabulis, ſigniſq́ Myronis
Phidiacum uiuebat ebur, nec non Polycleti
Multus ubique labor, raræ ſine Mentore menſæ.
Inde Dolabella eſt, atque hinc Antonius, inde
Sacrilegus Verres. referebant nauibus altis

Quum Panſa eripiat quicquid tibi Natta reliquit.] Id eſt quum publicum ærarium tibi eripiat quicquid tibi reliquit præfectus ſpoliator, ut per Panſam intelligas publicum ærarium, per Nattam omnem præfectum ſpoliatorem ſociorum. legendumq́ eſt coniunctim cum ſuperiore, ut ſic ſe habeant uerſus. Sed quid damnatio confert, Quum Panſa eripiat quicquid tibi Natta reliquit. *Præconem Chærippe.*] Hoc legendum quadam cum miſeratione, ut ſit ſenſus, O Chæripppe o Cilix circumſpice præconem uendentem pannos tuos, hoc eſt pannos præfecti damnati, qui tui eſſe deberent, ſed in ærarium deferentur. Etiam tace, noli ullo modo conqueri, ne quid tibi ab imperatore grauius contingat. ut ſit aſpice ut iniuſte omnia Romæ agantur, & tace. ſupprimenda inquit tibi eſt iniuria, quũ iam mor-
B tis etiam immineat periculum, ſi loqui & conqueri uolueris. *Furor eſt perdere naulum.*] Summa inquit inſania eſt, uelle perdere uitam poſt omnia fortunæ bona. Metaphora autem eſt à domino nauis ſumpta, qui poſt iacturam factam in mari, naulum tamen ab his qui in naui ſecum manſere ſtudet exigere ne perdat. Naulũ aũt proprie dicitur ipſum preciũ, quod gubernatori nauis perſoluitur. ναῦλον Græci uocant. Ergo perdere naulũ .i. uitã. *Non idem g.*] Non erat inquit tãtus dolor olim ſpoliatis, quantus nunc, erant enim tunc locupletes. *Vulnus d.*] Dolor qui ex damnis proueniebat. *Non erat p.*] .i. ſimilis, quia tanto dolore non afficiebantur, quum omnino pluribus ablatis multa etiam ſupereſſent. *Socijs fl.*] id eſt, omni rerum copia & honorum affluentibus. *Modo uictis.*] Recenter ſuperatis: nam tunc quum primo uicti fuerant, erant diuites. *Plena domus tunc omnis.*] Ita ut quamuis ſpoliarentur, multa tamen eis relinquerentur. *Spartana chlamys.*] Hoc eſt ueſtis purpura Laconica infecta. Nam ſuccus ille purpuræ non modo apud Tyrios inuenitur, ſed & in Menynge Aphricæ, & Getulo littore oceani, & in Laconica Europæ, lege Pliniũ lib. ix. cap.
C xxxvi. Chlamis autem ueſtis eſt militaris. *Conchylia.*] Veſtes conchyliatæ, hoc eſt purpura infectæ. Nam conchylia ſunt ex genere purpurarũ autore Plin. lib. ix. ex cuius faucibus habetur ros, ſiue liquor aptus ad tingendas ueſtes. *Coa.*] abſolute dictum. i. ueſtis Coa tenuiſſima, quam bombicinam appellamus tanta tenuitate, ut corpus pelluceret. Plin. lib. xi. in mollium reprehenſionem ſic exclamat. Nec puduit has ueſtes etiam uiros leuitate uſurpare, propter onera æſtiua. in tantum à lorica gerenda diſceſſere mores, ut oneri ſint etiam ueſtes. & Solinus. Hoc eſt illud ſericum in uſum publicum damno ſeueritatis admiſſum, & quo oſtentare potius corpora quàm ueſtire primo fœminis, nunc etiam uiris perſuaſit luxuriæ libido. Oratius. Altera nil obſtat, cois tibi pene uidere eſt, Vt nudam. hæ fiebant in Co inſula, quas prima texiſſe fertur Pamphyla Platis filia (ut ſcribit Plin.) & tradit Ariſto. in v. Propertius. Quid iuuat ornato procedere uita capillo? Aut tenues Coa ueſte mouere ſinus? *Parrhaſii.*] Hic eſt ille nobiliſsimus pictor, qui olim cum Zeuſide contendit, eumq́ lintei pictura eluſit. natus eſt Epheſi. De eo multa memorabilia tradit Plinius libro trigeſimoquinto capite quinto. de eo & Tranquillus in Tyberio, & Quintilianus libro xij. ſcribunt. *Signis.*] Statuis. *Myronis.*] Egregius hic ſtatuarius, quod indicat Plin. libro xxxiij. & Propertius ſic. Atq; aram circum ſteterant armenta Myronis, Quatuor artificis uiuida ſigna boues. *Phidiacum ebur.*] id eſt ſtatuæ eburneæ ſculptæ à Phidia tanto ſucceſſu, ut uiuere ui-
D derentur. Virgilius. Credo etiam uiuos ducent de marmore uultus. In ebore effingẽdo (ut ſcribit Quint.) longe citra æmulũ uiguit. de hoc ſcribit Strabo lib. viij. & Plin. lib. vij. & xxxiiij. huius etiam Seneca, & Plutarchus meminerunt. Propertius. Phidiacus ſigno ſe Iuppiter ornat eburno.

Nec non Polycleti.] Sycionius ſtatuarius fuit, de quo Plin. qui diligẽs ſupra cæteros fuit, formãq; humanam ſupra uerum expreſsit, ſed deorum autoritatem non expleuit. ergo inquit poeta ubique extabant opera Polycleti ſtatuarij egregia, quæ multo cum labore ab eo fuerant peracta.

Mentore.] Hic celeberrimus fuit poculorum cælator ut ſcribit Plinius libro trigeſimotertio. & Martialis. Accipe Mentorea pocula facta manu. Idem alibi. Solus Mentoreos habes labores. Propertius. Lesbia Mentoreo uina bibas opere. *Inde Dolabella eſt.*] Ob eas inquit diuitias multi ad latrocinia conuertebantur. Quales fuerunt Dolabella, Antonius, & Verres, qui prouinciarum præfecti eas ſpoliauerunt. Duos Dolabellas fuiſſe eodem nomine, & tempore ſcribit Pedianus, quorum alterum Cæſar accuſauit ex Sicilia reum, nec dãnauit, quin abſolutus Rhodum (ut ſcribit Tranquillus) ſeceſsit. Alterum Dolabellam, qui Aſiæ præfuerat proconſul accuſauit Scaurus repetundarum, damnauitq́. *Atque hinc A.*] Hic eſt ille C. Antonius. de quo Pedianus. Hũc Anton. Cẽſores ſexẽnio q̃ hęc dicerẽtur ſenatu mouerũt, cauſasq́ ſubſcripſerũt, q ſocios diripuerat, multos enim in Achaia ſpoliauerat. *Sacrilegus.*] Verres ut in ij. Sat. diximus, per trienium

nium Siciliam tenuit: atque in ea libidinoſe, auare, crudeliterq; uerſatus eſt: ſuccedente tandem A
Metello, repetundarum reus à Siculis poſtulatus eſt. Sacrilegium autẽ ob id appellat, quòd non
ſolum deos Siculis ſuſtulit, ſed & Athenis Mineruam, Deli Apollinem, Iunonem Sami, Dianam
Pergami. Deosq; tota Aſia Græciaq; uiolauit. Vnde illud eſt Cicer. in ipſum Oxymoron: Sicu-
los iam ne deos quidem in ſuis urbibus ad quos confugerent habere, quòd eorũ ſimulachra ſan-
ctiſsima C. Verres ex delubris ſan
ctiſsimis ſuſtuliſſet.

Occulta & ſpolia, & plures de pace triumphos.
Nunc ſocijs iuga pauca boũ, et grex paruus equarũ,
Et pater armenti capto eripietur agello,
Ipſi deinde lares, ſi quod ſpectabile ſignum,
Si quis in ædicula deus unicus: hæc etenim ſunt
Pro ſummis, nam ſunt hæc maxima. deſpicias tu
Forſitan imbelles Rhodios, unctamq; Corinthum:
Deſpicias merito: quid enim reſinata iuuentus,
Cruraq; totius facient tibi leuia gentis?
Horrida uitanda eſt Hiſpania, gallicus axis,

Occulta ſpolia.] In Vrbem inquit referebant
plura ſpolia prouincialium, uelu-
ti de rebus bellicis parta, quum o-
mnino eſſent de pace ſublata.

Occulta.] Id eſt furtiua, nam
ea palam non referebant ut conſpi
cerentur, quo more ſolent impe-
ratores in triumphis ſpolia hoſti-
um referre. Sunt qui illud a pro-
ducunt contra legem, ſic legendo, B
occulta ſpolia, forte quia duæ ſub
ſint conſonantes in dictione ſe-
quenti, quod tamen raro accidit,
ſed magis placet ut legatur, Occulta & ſpolia, & plures de pace triumphos, ſicq; & ſententia & uer
ſus optime ſtabit. *Et plures triumphos de pace.*] Ex prouincijs inquit finitus magiſtratibus do-
mum cum multis triumphis redibant, hoc eſt cum multis ſpolijs ſumptis de pace, ut faciunt
triumphantes ex hoſtibus: unde eſt etiam illa Saluſtij conqneſtio in Iugurtha, Pars ex pacatis
prædas agebant. Et alibi in eodem. Non peculatus ærarij factus eſt, neque per uim ſocijs erc-
ptæ pecuniæ. quæ quanquam grauia ſint, tamen pro conſuetudine iam pro nihilo habentur.

Iuga pauca boum.] Subaudi eripientur. indomitam enim ſui temporis auaritiam notat, quum
etiam res uiles raperent. *Capto eripietur agello.*] Ex quo inquit prouincialibus agelli erepti
ſunt, nunc rapiunt pauca iuga boum, id eſt omnem reliquam uilem ſupellectilem. unde Salu-
ſtius in Catilina ſic conqueritur, At hi contra ignauiſsimi homines per ſummum ſcelus omnia
ea ſocijs adimere, quæ fortiſsimi uiri uictores hoſtibus reliquerant. *Ipſi deinde lares.*] Ipſi dij
domeſtici, quos colunt. bene autem ipſi, quaſi qui minime ſint uiolandi. *Si quod.*] Scilicet
eſt. *Spectabile.*] Pulchrum, & ſpectatu dignum. *Signum.*] Statua. *Vnicus.*] Etiam u- C
nicus. *Nam ſunt hæc maxima.*] Id eſt hæc quæ eis ſunt relicta, quamuis minima pro ſummis
ſunt. *Deſpicias tu forſitan.*] Poſsis forſitan ſecure Rhodios imbelles, & Corinthios ſpoliare, à
quibus tibi nihil ſit metuendum, quando effœminati molleſque ſint. ſed caue inquit Hiſpaniæ
iniuriam facias, quæ ſcelus inultum non ſinet. *Imbelles Rhodios.*] Luxuria, & delitijs affluen-
tes. Nam ex Aſia, ut docet Valerius, lautitia & immodici ſumptus, & omnia non neceſſaria uo-
luptatis genera fluxerunt. Sic & Liuius libro nono De bello Macedonico: luxuriæ peregri-
næ origo ab exercitu Aſiatico in Vrbem inuecta eſt. Rhodos autem inſula eſt maris Lycij cogno-
minata, ut diximus in ſexta Satyra, à Rhodo Neptuni filia ex ſorore. Lycia autem pars eſt Aſiæ.

Vnctamq; Corinthum.] Pinguem & locupletiſsimam, ac proinde uoluptatibus, & luxuriæ obſe-
quentem. Nam pecunia, ut docet Thucydides libro primo, præpotens fuit, ut etiã ab antiquis poe
tis demonſtratur locuples oppidum cognominantibus. Eam etiam ſcribit Strabo libro octauo,
locupletiſsimam fuiſſe, ibiq; emporium fuiſſe mercatoribus illuc undiq; mercimonia conuehen-
tibus, unde uectigalia pendi ingentia cõtingebat: Veneris etiam templum adeo locupletatum ex-
titit, ut ſupra mille deæ proſtitutas puellas caperet, quas Veneri uiri mulieresq; addixerũt. pro-
pter has igitur frequens in Vrbem multitudo, turbaq; conueniebat, unde ciuitas mirum in mo-
dum ditabatur. Nautæ etiam leuiter ſumptus factitantes abſumebantur. Hinc uulgatum eſt uete- D
ri ſermone prouerbium, Non omnium eſt uirorum Corinthum nauigatio. ſita autẽ eſt in medio
Iſthmi. *Reſinata.*] Expilata. Arborum, ut ſcribit Plin. lib. decimoquarto, ex quibus manat ſuc
cus, aliæ picem, aliæ reſinam mittunt. Reſina autem pilos è corpore hominum euellebãt. Quod
ut turpiſsimum notat Plinius eodem libro his uerbis: pudetq; confiteri maximum iam hono-
rem eius eſſe in euellendis è uirorum corporibus pilis. Ergo reſinata glabrata, cuius crura ſunt
depilia, & mollia. *Leuia.*] Expilata: nam leue appellamus priore producta ſine pilis. Ma-
crobius. Leue autem eſt mulierum corpus, quaſi naturali frigore denſetur. Iuuenalis. Et iam
leue caput. *Horrida uitanda eſt Hiſpania.*] Nulla, inquit, iniuria laceſſenda eſt Hiſpania. Nam
Romanos impetus ſæpe ſuſtinuit. Numantini enim multos imperatores cum exercitibus pro-
fligarunt, primo Quintum Pompeium, deinde Marcum Pompilium, poſtea Hoſtilium Manci-
num, quod bellum uiceſimum perdurauit annum. Et poſtremo quum ipſi à Scipione obſeſ-
ſi ad extremam neceſsitatem eſſent redacti, ne in Romanorum poteſtatem peruenirent, res om-
nes in forum collatas cum uxoribus & liberis incendio abſumpſerunt, ſeque omnes igni ſu-
periecerunt. *Horrida.*] Inculta, & deliciarum aſpernatrix. *Vitanda eſt.*] Quia ſe ulciſce-
tur. *Gallicus axis.*] Id eſt Gallia, quæ in continuo armorum tumultu uerſatur, & in qua ſubiu-

A ganda Cæſar decem conſumpſit annos,& nunc imperij Romani frena recuſat:nam temporibus Vitellij & Veſpaſiani tumultū excitauit armorum. *Illyricūq; latus*] Illyrij autore L.Floro ſub extremis Alpium radicibus agunt inter Arſiam gentem Liburnorū,Titiumq; flumen lōgiſsime per totum Adriatici maris littus effuſi.Plin.libro iij.oſtendit Illyricum Macedonia,Pannonia,& Noricis terminari. *Parce & meſſoribus illis.*] Aphros intelligit unde Romā frumenta multa mittebantur Plinius lib.v.ſcribit in Aphrica regionem eſſe CCLM. paſſuum fertilitatis eximiæ cū centeſima fruge agricolis fœnus reddente terra. *Circo.*] Satyrice dictum.i.ludis Circenſibus,ut alibi.Atq; duas tantum res anxius orat,Pannū,& Circenſes. *Quanta aūt inde feres.*] quaſi dicat parua,cū interrogatione legendum.i.minima erunt Aphris, quę abſtuleris,quum iam à Mario
B Priſco ſint ſpoliati. *Inde.*] ab Aphris,nam præceſsit meſſoribus illis,ſequitur deinde,quum Marius diſcinxerit. *Marius.*] Priſcus,de quo Satyra prima.Exul ab octaua Marius bibit. *Diſcinxerit.*] Spoliauerit,tractum ab is qui ueſtimēta alicui ablaturi zonā diſſoluunt.

Illyricumq; latus.parce & meſſoribus illis,
Qui ſaturant Vrbem,circo,ſcenęq; uacantem.
Quanta autem inde feres tam diræ præmia culpæ,
Quum tenues nuper Marius diſcinxerit Afros?
Curandum in primis,ne magna iniuria fiat
Fortibus,& miſeris:tollas licet omne quod uſquā eſt
Auri atq; argenti,ſcutum gladiumq; relinques,
Et iacula & galeam. ſpoliatis arma ſuperſunt.
Quod modo propoſui non eſt ſententia,uerum
CREDITE me uobis folium recitare Sibyllæ.
Si tibi ſancta cohors comitum,ſi nemo tribunal
Vendit acerſecomes,ſi nullum in coniuge crimen,
Nec per conuentus,nec cuncta per oppida curuis
Vnguibus ire parat nummos raptura Celæno.
Tunc licet à Pico numeres genus,altaq; ſi te

Curandum in p.] Curandū inquit eſt,ne cuiquā magna fiat iniuria,ſed præcipue fortibus,& pauperibus,quia tales facile ad uindictam accenduntur. *Fortibus & miſeris*] Vtriq; enim ad uindictam ualidi ſunt.nam ubi fortes ſe ab alio ſentiunt iniuſte opprimi,iniuriam æquo animo ferre nequeunt. *Tollas licet omne.*] .i.facere non poteris quin arma relinquātur,quibus ſe uindicent,licet reliquis bonis fuerint ſpoliati. *Quod modo propoſui.*] Quod ego dixi de prouincialiū uindicta. *Non eſt ſententia*] non eſt,quod tantummodo ego ita ſentiam,ſed eſt Sibyllę uaticiniū,ut ab autoritate ſit ſuaſio.ut dicat credendum eſſe ex illans iniurijs prouincialibus & ſocijs eos ab Romanorū imperio defecturos.Sententiā in-
C quit Quint.uocauerunt quod animo ſenſiſſent.Sententiā etiam dicimus orationē,generalem pronunciationē continentē,quæ uel hortatur uel demonſtrat,ut,Inſcitia eſt cōtra ſtimulū calces. *Folium Sibyllæ.*] Sibylla in folijs reſponſa dabat ſcripta.Verg.Folijs tantūne carmina manda. Hoc etiā apud priſcos ut ſcribit Plin.ſeruatum eſt ante uſum chartarū,ut in folijs palmarū ſcriberent. *Sibyllæ*] nomen eſt nō propriū mulieris,ſed officij. σιοὺς enim deos Aeoles appellāt,& βουλὴν conſiliū, quaſi dei conſilium,hoc eſt quæ mentē & conſiliū dei ſcire uiderentur. futura enim prædicebant. Fuere autem,autore Varrone ut ſcribit Lactantius,decem. C. De Sibylla ſi præclara & ſcitu digna cupis noſſe,lege quæ Lud.Viues in Auguſtinū de Ciuitate dei ſcripſit,Itē Sibyllina oracula,è Græco in Latinū conuerſa à Sebaſtiano Caſtalione. S. *Si tibi ſancta cohors.*] Ordo eſt. Tunc licet à Pico numeres genus tuū,ſi tibi eſt ſancta cohors.ut ſit ſenſus,patiar te oſtentes generoſum origine deducta,uel à Pico Martio,ſi nemo Acerſecomes.i.nullus libertus tuus uendit tribunal.i.iudicia & ſententias. *Acerſecomes.*] Capillatum ſignificat ab ἀ quòd eſt ſine,& κείρω tondeo,cuius futurum ſecundū apud Aeoles eſt κέρσω & κόμη coma.inde acerſecomes intonſus comā, quales pueros Romani,ut ſcribit Seneca,in delitijs habuere.Appellatus eſt etiā Apollo acerſecomes quod intonſus ſemper eſſet,eſtq; peculiare Apollinis epithetū, quod nunquā radij poſſunt lucis auelli. *Crimen in coniuge.*] Subaudi eſt,nam ſæpe præfecti uxoribus obſequentes,iniquas ſententias ferunt. *Ce-*
D *læno.*] Id eſt ſi auaritia tua tanquā altera Celæno Harpya non parat ire per conuentus.Nam Harpyæ finguntur à poetis rapaces,& ſordidæ fuiſſe & tres ſorores. κελαινὸς autem apud nos ſignificatur obſcurum,& nigrum. *Conuentus.*] Quatuor modis intelligitur, uno modo quū quemlibet hominem ab aliquo conuentum dicimus : alio quum ſignificatur multitudo ex compluribus hominum generibus in unum contracta locum:tertio quum aliquem in locum frequentia hominum ſupplicationis aut gratulationis cauſa congregatur:quarto quum à magiſtratibus iudicij cauſa populus colligitur . Hoc igitur loco Iuuenalis de locis ubi à magiſtratibus iudicij cauſa populi prouinciæ congregabantur . In Hiſpania autem erant conuentus quatuor , ſtatuti per rectores prouinciæ ad iudicia facienda . Gaditanus,Cordubenſis,Aſtygitanus,& Hiſpalenſis.unde Suetonius in Cæſare.Quæſtori ulterior Hiſpania obuenit , ubi cum mandato reipub. iure dicendo conuentus circumiret. *A Pico.*] Qui primus rex Aboriginum fuit , & Fauni pater,Saturni uero filius.Vergilius,Iſq; parentem Te Saturne refert,tu ſanguinis ultimus autor.Ergo à Pico tanquam ab antiqua & nobili progenie. De Pico Ouidius libro decimoquarto Metamorph. & in Faſtis,Item Dionyſius libro primo Antiquitatum Italiæ meminerunt. *Alta nomina.*] Sublimia,& fortium uirorum.Sic Statius in Thebaide nomina ingētia dicit,id eſt nomina uirorum magnorum & fortium. Quorumq; ingentia Tullus Aonis & Tyriæ ſuſpirant nomina matres.

Nomina delectant,omnem Titanida pugnam
Inter maiores ipſumq́; Promethea ponas.
De quocunq; uoles proauum tibi ſumito libro.
Quod ſi præcipitem rapit ambitus atq; libido,
Si frangis uirgas ſociorum in ſanguine, ſi te
Delectant hebetes laſſo lictore ſecures,
Incipit ipſorum contra te ſtare parentum
Nobilitas,claramq́; facem præferre pudendis.
OMNE animi uicium tanto conſpectius in ſe
Crimen habet,quanto maior,qui peccat,habetur.
Quo mihi te ſolitum falſas ſignare tabellas
In templis quæ fecit auus? ſtatuamq́; parentis
Ante triumphalem? quo? ſi nocturnus adulter
Tempora Santonico uelas adoperta cucullo?
Præter maiorum cineres atq; oſſa, uolucri
Carpento rapitur pinguis Damaſippus,& ipſe,

Omnem pugnam Titanida.] Id eſt ipſos Titanas,qui aduerſus deos pugnauerunt. lege Ouidiũ,& Higinium. *Ipſumq́; Promethea.*] Quaſi qui antiquiſsimus fuerit.Deucalionis enim Theſſaliæ regis fuit pater,quo regnante fuit diluuium illud cantanſsimũ.Hunc Prometheum antiquitas commenta eſt primum fuiſſe,qui ex limo hominem finxerit,quem infuſo igne cœleſti ex ſolis rotis ſubrepto animauerit.unde Fulgentius Prometheum dicit eſſe appellatum προμήθειαν quaſi prouidentem uirum.Huius meminit & Higinius. *Proauum.*] Maiores tuos. Ouidius,Et genus, & proauos, & regia nomina iactas. *De quocunq; libro*] Id eſt de omnibus ijs, de quibus ſcriptores tradiderunt. neque enim nobis ſcire liceret, qui egregij,forteſq; fuiſſent, niſi ſcriptorũ monumenta extarẽt,ergo bene ait de quocunq; libro. *Quod ſi præcipitem*] Ordo eſt.Nobilitas ipſorũ parentum incipit ſtare contra te,ſi ambitus rapit te præcipitem. Senſus eſt.Si male inquit uixeris,nobilitas tuorum maiorum tibi obeſt, quia efficitur ut eorum ſplendore ab omnibus cognoſcaris. quòd ſi humili loco natus eſſet, non ita omnibus eſſes notus. *Ambitus.*] Ambitum pro ambitione poſuit. Eſt enim ambitio honoris cupiditas. Saluſtius. Sed à quo incepto ſtudio me ambitio mala detinuerat. *Atq; libido*] Vſus Veneris,quo nihil turpius eſt homini.quo enim id ui penetrauit,iniuria ibi dominatur,infamia flagrat. *Frangis uirgas.*] Si crudelis es in ſocios quibus præes. Nam ſex lictores præcedentes prætorem, ſex uirgarum faſces cum ſecuribus colligatos geſtabant,Duodecim autem conſules.Eæ autem erant ex Betulla.unde inquit Plinius, Betulla terribilis magiſtratuum uirgis. *Incipit ipſorum contra te ſtare.*] Nobilitas inquit tua tibi nocet.facit enim ut ſcelera tua omnibus nota ſint. uidetur autem hoc ſumptum ex Saluſtio in Iugurthino,qui ſcribit:Maiorum gloria poſteris lumen eſt,neq; mala eorum in occulto patitur. *Præferre claram facem pudendis.*] Et ſcelera tua omnibus nota facere.nam eorum fama,& ſplendore tanquam face præcedente facta tua illuſtrantur, & nota fiunt. *Omne animi uicium.*] Omne inquit hominis uicium tanto omnibus notius eſt,quanto ipſe qui committit eſt illuſtrior,ut ſit præcedentis ſententiæ confirmatio. *Tanto conſpectius.*] Tanto euidentius, & quod conſpici poſsit. *Quo mihi te ſolitum.*] Senſus eſt,quid opus eſt te iactes,& nobilem te prædices ſi falſa teſtamenta ſolitus es ſignare,quod hominis eſt ſceleratiſsimi:ut doceat nobilitatem ex bonis moribus cenſeri.Subaudiendum igitur eſt iactas,ut ſit:Quo,ad quid te iactas?Ita dictum,ut illud Oratij, Quo tibi Tulli Sumere depoſitum clauum,fieriq; tribuno?& alibi.Quo fortuna mihi,ſi non conceditur uti?rbis autem repetit,ad maiorem indignationem exprimẽdam. *Signare.*] Obſignare annulo, unde alibi,Signator falſo qui ſe lautum atq; beatum Exiguis tabulis,& gemma fecerat uda. Tranquillus in Cæſ.Quum quid per iocum teſtandi gratia ſignarent. *Falſas tabellas.*] Falſa teſtamenta. Vlpianus De teſtamentis,ſignatas tabulas accipi oportet,& ſi tabulæ linteo quo inuolutæ ſunt, ſigna impreſſa fuerint. Tranquillus in Nerone.Tũc primum repertum,ne tabulæ niſi pertuſæ ac ter lino per foramina traiecto,obſignarentur. *In templis quæ fecit auus.*] Ibi enim ſæpe ſignabant, ut oſtenderent fidem,religione maxime conſtringi. *Auus.*] Maiores tui.quaſi dicat,quæ illi per uirtutẽ,nec ſine ingẽti gloria fecerunt,tu tuis flagitijs dedecoras. *Statuamq́; parẽtis ante triumph.*] Ita dictum ſicut & ante. Ante Numantinos ſi dormire incipis ortu Luciferi, quo ſigna duces & caſtra mouebant. *Si nocturnus adulter.*] Si tempore nocturno ſcortaris contecto capite cucullo Santonico.Eſt autem cucullus genus ueſtimenti Gallici,quod etiam à Bardis gente Gallica dicitur bardocucullus,& bardiacus cucullus, de quo plura dicemus in ultima Satyra illic:Bardiacus iudex datur. De quo alibi poeta. Illa iubet ſumpto iuuenem properare cucullo. *Santonico.*] Gallico. Martialis. Gallia Santonico ueſtit te bardocucullo. Santones enim populi ſunt Aquitaniæ ad Oceanum uerſi, quæ eſt tertia pars Galliæ. Strabo libro quarto. Tibullus. Et Oceani littora Santonici. *Præter.*] Iuxta. *Damaſippus*] Equorum domitor interpretatur, δαμάζω enim domito ἵππος equus: per Damaſippum autem quemcunq; nobilem taxat. Nam temporibus Neronis multi à claris maioribus oriundi aurigare in gratiam principis didicerunt,qui ut eſt apud Tranquillum, eodem ſtudio tenebatur. Hos igitur ut turpi ſtudio fœdatos ſugillat, oſtendens tales haudquaquam eſſe nobiles: nam poeta non modo ſui, ſed & ſuperiorum temporum uicia inſectatur, latenter Neronem tangere uidetur. *Ipſe.*] Habet emphaſim, quæ quo ſit inſignior,idem pronomen repetit alterius uerſus initio, quæ figura ἀναδίπλωσις

A B C D

C.

A ou Græce reduplicatio Latine nominatur. S. *Stringit.*] Cohibet ne recurrat. *Sufflamine.*] Sufflamen, id eſt quod rotæ in deſcenſu, uel nimio procurſu opponitur, ne aut recurrat, aut nimium procurrat. pro mora poſuit in ultima Satyra. Nec res atteritur longo ſufflamine litis. à quo uidetur & uerbum ſufflaminare formari. Nam Auguſtus Cæſar ſufflaminandus participio uſus eſt ut docet Seneca ſic. Achetius noſter ſufflaminandus uſus eſt, adeo non currere, ſed decurrere uidetur. uoluit enim oſtendere, mirā illi fuiſſe eloquentiæ uelocitatem.

Ipſe rotam ſtringit multo ſufflamine conſul,
Nocte quidem. ſed luna uidet, ſed ſydera teſtes
Intendunt oculos. finitum tempus honoris
Quum fuerit clara Damaſippus luce flagellum
Sumet, & occurſum nuſquam trepidabit amici
Iam ſenis, ac uirga prior innuet, atq; maniplos
Soluet, & infundet iumentis hordea laſsis.
Interea dum lanatas, toruumq; iuuencum
More Numæ cædit Iouis ad altaria, iurat
Solam Hippo, & facies olida ad præſepia pictas.
Sed quum peruigiles placet inſtaurare popinas,
Obuius aſsiduo Syrophœnix udus amomo
Currit, Idumeæ Syrophœnix incola portæ.
Hoſpitis affectu, dominum, regemq; ſalutat,

Nocte quidem.] Verba Damaſippum excuſantis, cui reſpōdet poeta, ſed luna uidet, & ſydera teſtes oculos intendunt. *Finitum tempus honoris quum fuerit.*] Eò inquit Damaſippus impudentiæ deuenit, ut non dubitauerit finito conſulatus ſui tempore, palam & media luce aurigare. *Tempus honoris*] Con-
B ſulatus. *Flagellum.*] Ad agitandos equos. *Ac uirga prior annuet*] Prior amicum ſalutabit citra omnem pudorē, uel quod melius eſt, annuet prior uirga ipſis iumētis, ut cum ſequentibus coniūgantur. *Maniplos ſoluet.*] Syncope pro manipulos, id eſt faſciculos fœni. ſic & Ouidius libro tertio Faſt. Pertica ſuſpenſos portabat longa maniplos. Inde maniplaris nomina miles habet. *Interea dum lanatas.*] Dum ſacrificia inquit peraguntur, in quibus oues & iuuenci mactantur ante aras Iouis more Numæ qui plurima (ut ſcribunt Liuius, Plutarchus, Dionyſius, & Plinius De uiris illuſtribus) ſacra inſtituit, iurat interea ſolam Hippo. tanquam ſtabulariorum deam, quæ equis præſit, & agaſonibus. *Lanatas.*] Lanigeras oues ſcilicet. *Iurat ſolā Hippo.*] Tanto inquit ſtudio tenetur aurigandi, agendiq; iumenta, ut etiam per Hippo, quaſi per numen peculiare agaſonū, ſibiq; maxime colendū iuret. erit igitur accuſatiuus Græcus Hippo. triplicem enim habet inflexionem in accuſatiuo, ut Hipponē, Hipponā, & Hippo dicamus, ut dicimus
C Didonem & Dido, Manthonem & Mantho, Saphonē & Sapho: Ouid. Miſeramq; relinquere Dido, nam uerſus aliter non ſtaret. aut tenera Hipponā tantum dicemus, nam ſic in multis legitur codicibus. Hipponam, & facies olida ad præſepia pictas, tolliturq; illud ſolam. *Hippo.*] Deam quam Stabularij colebant, ut oſtēdit Apul. lib. tertio Metamorphoſ. his uerbis, Reſpicio pilæ medio, quæ ſtabuli trabes ſuſtinebat, in ipſo meditullio Hipponæ deæ ſimulachrum reſidens ædiculæ, quod accurate corollis roſeis recentibus fuerat ornatum. Quin & florentiſsimus Tertullianus in Apologetico de eadem ſic. Vos tamen non negabitis, & iumenta omnia, & cunctos canterios cū ſua Hippona coli à uobis. *Et facies pictas.*] Scilicet ipſius deæ Hipponæ, ut intelligas plures imagines deæ, quæ in ſtabulis pingebantur, tanquam deæ iumentorum agaſonumq; præſidis. *Sed quum peruigiles.*] Aliud in nobilitate inſectatur flagitium, quod ſcilicet abſq; ullo pudore, intermiſſa aurigatione, popinas frequētent. Eſt ergo ſenſus, Quum nobilis Damaſippus in popinas deſcēdit, ſtatim adſunt unguentarij qui eum uenientem blande excipiant atq; ſalutent. *Placet.*] Ipſi nobili. *Inſtaurare.*] Repetere, ac per hoc oſtendit frequenter ab eo fieri. *Peruigiles.*] Id eſt noctu dieq; patentes propter multitudinem confluentem. *Popinas.*] Loca ſunt deſidiæ luxuriæq; apparata, ibi enim commeſſabantur, cæteraq; faciebant, quæ intemperantiæ ſunt, qui in eis uerſabantur popinones ſunt appellati. *Syrophœnix.*] Vnguentarius. fictum eſt nomen ex Syria &
D Phœnicia, nam illinc unguenta precioſa mittebantur, optimiq; unguentorum compoſitores. *Vdus.*] Id eſt profluens undique ex nimia unguentorum attrectatione. *Amomo.*] Id eſt unguento ex amomo. Eſt enim amomum genus fruticis prouenienſ in parte Armeniæ quæ uocatur Otene, & in Media, & in Ponto, ex quo unguentum optimum fit, unde Plinius de ungentis ſcribens ſic tradit. Omnia autem acutiora fiunt coſto, quæ maxime nares feriunt. *Incola portæ Idumeæ.*] Hoc eſt, qui domi ſuæ incolit portas Syrias. Nam Idumæa pars eſt Syriæ, ut ſcribit Ioſephus primo libro, & Strabo lib. xvi. Plin. lib. v. qui tradit. Qui ſubtilius Syriam diuidunt circum Euphratem Syriam Phœnicem uolunt, & eſſe oram maritimam Syriæ, cuius pars ſit Idumæa & Iudæa. poeta igitur portam Idumæam intelligit portam Syriam. Bene ergo ait incola portæ Idumeæ, quum Idumæa (ut dixi) pars ſit Phœnices, unguentariusq; ſit ex Syria Phœnice. *Hoſpitis affectu.*] Id eſt ſalutat & appellat dominū, & regem blandiendo ex affectu ipſius hoſpitis, qui ita gaudet ſalutari. hoc aūt eſt ex uetere cōſuetudine, ut docet Sen. q ſcribit Priſcos ſolitos fuiſſe, quotiēs homini ignoto occurrerēt, eū dn̄m & regē appellare, idq; genus blādimēti quoddā erat, & honorifica appellatio. Mart. lib. i. Quū te nō noſſem dn̄m, regēq; uocabā: Quū bene te noui iam mihi priſcus eris. Idem lib. ij. Quod te nomine iam tuo ſaluto, Quū regē & dn̄m prius uocabā, Ne me dixeris eſſe cōtumacem. Auguſtus, ut ſcribit Tranq. & Tertul. meminit, ſe nec à liberis, nec à ſeruis, uel

uel loco dominum paſſus eſt appellari, atq; eiuſmodi blanditias etiam inter ipſos prohibuit. A

Et cum uenali.] Adeſt inquit non ſolũ unguẽtarius, ſed & mulier, quæ uinum uendit, quæ ijſdem uenientem blanditijs nobilẽ excipit. Cyane autẽ eſt nomen mulieris uerſantis in popinis. eiuſdem nominis eſt mulier in nymphã conuerſa in Sicilia. & itẽ alia Meandri fluuij filia, mater Cauni & Biblidos, autor Ouid. in Met. *Succincta.*] Ad miniſtrandum.

Et cum uenali Cyane ſuccincta lagena.
Defenſor culpæ dicet mihi, fecimus & nos
Hæc iuuenes. eſto, deſiſti nempe, nec ultra
Fouiſti errorem. BREVE ſit quod turpiter audes.
Quædam cum prima reſecentur crimina barba.
Indulge ueniam pueris. Damaſippus ad illos
Thermarum calices, inſcriptaq; lintea uadit
Maturus bello, Armeniæ Syriæq; tuendis
Amnibus, & Rheno atq; Iſtro. præſtare Neronem
Securum ualet hæc ætas. mitte hoſtia Cæſar,
Mitte, ſed in magna legatum quære popina.
Inuenies aliquo quum percuſſore iacentem
Permixtum nautis, aut furibus, aut fugitiuis,
Inter carnifices & fabros ſandapilarum,
Et reſupinati ceſſantia tympana galli.
Aequa ibi libertas, communia pocula, lectus
Non alius cuiquam, nec menſa remotior ulli.
Quid facias talem ſortitus Pontice ſeruum?

Venali lagena.] Vino uenali, nam lagena, ut diximus ſupra, eſt uas tam uinarium quàm aquarium. oſtendit igitur poeta homines illic & ungi, & potare. *Defenſor culpæ*] Occurrit his quæ poſſent obijci à criminis defenſore, & ipſos aliquãdo in ijſdem erroribus uerſatos. ut dicat uerũ quidẽ eſſe, ꝙ ipſi in adoleſcẽtia ſua peccauerint, ſed erroribus ſuis nõ nimium immoratos, ut moneat, ſi plerũq; per ætatis imbecillitatem, aut fragilitatẽ humanã in aliquod quis uiciũ prolapſus fuerit, ab eo celeriter recedendum. B *Fouiſti errorem.*] .i. tenuiſti. *Breue ſit.*] Attẽde ſententiã. innuit poeta cuiuſuis hominis eſſe ut erret, ſed nullius niſi inſipiẽtis in errore perſeuerare. *Indulge ueniam.*] debes inquit pueris, & adoleſcẽtibus talia propter ætatẽ perpetrãtibus ignoſcere. Sed Damaſippo ignoſcendũ nequaquã eſt, qui iam eſt ętate prouectior, & iam grauioribus negocijs aptus. *Damaſippus ad illos Thermarũ c.*] Damaſippus inquit, per quẽ intelligit, ut diximus, unumquenq; nobilem, non erubeſcit ſe in popinas & thermas ad potandũ demittere, ubi homines tantum flagitioſi, uiliſsimiq; uerſabãtur. unde cũ emphaſi eſt pronunciandũ, ad illos calices thermarũ, quaſi ad illas potationes, quibus fœdiſsimi homines inebriantur. *Inſcripta lintea*] Sudaria thermarum, quibus detergebantur quum ſudaſſent. ita enim à uarietate texturæ appellabantur, qua uidebantur inſcripta, & picta. C *Maturus bello, Armeniæ*] Ea ætate, ut aptus ſit ad tractanda bella. *Armeniæ.*] Bene aũt Armeniam nominat. Nam imperãte Nerone Armenia nouos excitauit tumultus. Illuc miſſus Corbulo Megiſtanas, qui primi defecerãt, pepulit ſedibus. Caſtella eorũ excîdit, plana, edita, ualidos inualidosq; pari metu cõpleuit. Tacitus, Armenia finitima eſt Cappadociæ, dicta eſt ab Armeno Iaſonis comite. C. Ioſephus Antiq. lib. i. ſcribit, ab Aramo Semæ filio, Noe nepote Arameos, qui poſtea Armeni dicti ſunt, fuiſſe nominatos. S. *Syriæq; tuendis amnibus.*] Quales ſunt Euphrates, Tigris & Orontes. ſunt enim amnes Syriæ. *Et Rheno.*] Scilicet tuendo. fluuius eſt Rheticarũ Alpiũ, qui inacceſſo & præcipiti uertice ortus, modico flexu occidentẽ uerſus, Germaniã à Gallia ſeparat, Septẽtrionaliq; Oceano miſcetur. *Iſtro*] Is eſt qui & Danubius nominatur, quẽ iccirco Ouid. & Papin. uocant binominẽ. ex uertice mõtis Arbonæ, C. ſiue, ut alij legũt, Abnobæ, S. effuſus plures adit populos, donec in Ponticũ mare ſex erũpit meatibus. uide Plin. lib. iiij. cap. xij. *Mitte hoſtia Cæſar.*] Locus hic duobus modis poteſt explicari, ut ſit ſenſus. O Cæſar, ſi Damaſippũ ad bella gerẽda es miſſurus, mitte hoſtia eius. i. noli quærere Damaſippum in ſua domo, quia illic nõ inuenies, ſed quære illum in popinis ubi quotidie uerſatur. item ſic. O Cæſar, Damaſippũ potes mittere ad hoſtia Iſtri, & Rheni, quia iam ætate eſt graui, ſed ſi uis eum inuenire, accede ad popinas, nam ibi eſt frequens, ut ſit manifeſta irriſio nobilitatis. D *Legatum.*] Legatus pro oratore ponitur. Legatus item dicitur, qui in exercitu ſecundam poſt imperatorem obtinet dignitatem, ut hoc loco. *Sandapilarum.*] Feretrum eſt ſandapila ad mortuos efferendos, in qua nõ nobilium, ſed plebeiorũ tantum, atq; damnatorũ cadauera portabantur, autor Fulgentius. unde Tranquillus ſic de Domitiano interfecto, Cadauer eius populari ſandapila per ueſpilliones exportatum. *Tympana ceſſantia.*] Id eſt inter gallos ſacerdotes Cybeles, quia à ſuis per Vrbem bacchationibus, & diſcurſibus ceſſant, & in popinis ſecedunt. *Galli.*] Sacerdotis Cybelei. De Gallis illic diximus apud Perſium, Tunc grandes Galli. Dicti ſunt Plinio, Feſto, & Ouid. à Gallo Phrygiæ fluuio cuius aquam potantes redduntur inſani. Martianus etiam tradit ab hoc fluuio, miniſtros matris deum Gallos dictos. Tradunt ſcriptores hos ſpiritibus afflatos, & in armorum agitatione tumultuoſa, & cum ſtrepitu, & fragore, cymbaliſque ac tympanis, & armis, item etiam tibijs uociferationibus inter ſacrificandũ ſtupefaciẽtes, inq; miniſtrorũ habitu publica modo quodã ſacra factitantes. *Reſupinati*] Vt ocioſi, & ebrij *Æqua ibi libertas*] Indifferẽter om̃ia illic agũtur, ut alicuius nullus ſit reſpectus, ſed omnes pari modo habeãtur. *Lectus*] diſcubitorius. *Remotior*] ſeparatior in loco abſtruſo. *Quid f.*] ſi talẽ inqt nactus ſis

ſeruum

A ſeruũ,hoc eſt tam flagitioſum quàm eſt nobilis ille uitioſus,quid facias de illo. ut ſit ſenſus, illum ſtatim à te reijcias,mittasq; ut nequã hominem in ergaſtula.Sed uos inquit nobiles uobis ignoſcitis,neq; quicquã uobis turpe putatis,quod nõ recte facitis.quaſi dicat deberetis in uicia animaduertere,taliaq; delicta non pati. *In Lucanos.*] Nam frequentia erant ergaſtula in Lucania,& Hetruria.Martialis libro octauo,Et ſonet innumera compede Thuſcus ager. *Lucanos*] Lucani populi ſunt Italię,qui littus Thuſcum aiungunt, mediterraneamq; plagam tenentes ſupra Tarentinũ ſinum incolunt.Brutijs contermini ſunt. Lege Strabonem in ſexto.

Nempe in Lucanos,aut Thuſca ergaſtula mittas.
At uos Troiugenæ uobis ignoſcitis,& quæ
Turpia cerdoni, Voleſos,Brutosq; decebunt.
Quid,ſi nunquam adeo fœdis,adeoq; pudendis
Vtimur exemplis,ut non peiora ſuperſint?
Conſumptis opibus uocem Damaſippe locaſti
Suppario,clamoſum ageres ut phaſma Catulli.
Laureolum uelox etiam bene Lentulus egit,
Iudice me,dignus uera cruce.nec tamen ipſi
Ignoſcas populo:populi frons durior huius

Ergaſtula.] De ergaſtulis abunde diximus in ſexta Satyra. *At uos Troiugenæ.*] Satyrica irriſio, id eſt nobiles, qui ex ſanguine Troiano iactatis originem ueſtram duci. *Vobis ignoſcitis.*] Siquid inquit
B turpiter facitis, uobis ignoſcitis,putatisq; uobis id licere, quod in cerdone & paupere damnaretis,ſi admitteret. *Cerdoni.*] Ignobili,& infimæ conditionis.Nam cerdones dicuntur qui artificio,& lucro uictum quærunt.Nam κέρδος ſignificat lucrum. *Voleſos,Brutosq;.*] Per hos omnes nobiles intelligit.fuerunt enim Romani ciues antiquiſsimi. Voleſii,originem ex Sabinis duxerũt, temporibus Romuli in Vrbem recepti.Nam Tatius rex Sabinorum poſt pactiones factas cũ Romulo,ut æqua poteſtate,paribusq; honoribus in urbe Roma maneret, ipſe & cum eo tres uiri ex illuſtribus familijs Romæ permanſerũt Valerius Voleſus,& Tallus cognomine Tyrannus,& ultimus Metius Curtius,is qui armatus lacum nando tranſmiſit,& cognati & clientes haud pauciores indigenis, Dionyſius Halicarn.libro ij. *Quid ſi nuſquã adeo.*] Senſus eſt,Nobilitas Romana adeo eſt flagitijs contaminata noſtris temporibus,ut etiam ſi fœda ſunt quæ commemoraui, ſpurciora tamen etiam ſuperſint:ſicq; probat per exemplũ eiuſdem Damaſippi,per quem unũquenq; nobilem intelligit,etiam turpiora fieri,quàm quæ ſupra etiam ſint cõmemorata. *Quid,*] ſcilicet dicas. *Conſumptis opibus.*] In eos enim inuehitur nobiles,qui opibus per luxum conſumptis,ad artem ſcenicam deſcenderunt,ut pro hiſtrionibus in ſcena fabulas agerent , quod erat hominum
C uiliſsimorum,& infamium,multi etiam ad gladiaturam,quod extremæ erat infamiæ, ſe conferebãt,quod notat poeta in Sat.xi.illic:Nam dũ ualida & iuuenilia mẽbra ſufficiunt galeæ. *Suppario*] Arti ſcenicę.Nam ſuppariũ ſiue ſipariũ,ut ſcribit Feſtus,mimici genus fuit ueli.De quo ſic & Donatus in Terent.pro aulęis ſupparia poſterior ætas accepit.Eſt aũt mimicũ uelum,quod populo obſiſtit,dum fabularũ actus cõmutatur.De eo ſic meminit Apul.i.Met.Oro te inquã aulæũ tragicũ dimoueto,& ſuppariũ ſcenicũ cõplicato.& itẽ,aulæo ſubducto & cõplicato,& cõplicitis ſupparijs ſcena diſponitur.Sen.ad Serenũ de Tranquillitate uitæ.Publius Tragicis comicisq; uehemẽtior ingenijs,quotiẽs mimicas ineptias,& uerba ad ſummã caueã ſpectanda reliquit,inter multa alia cothurno non tantũ ſuppario fortiora.Cic.de Prouincijs cõſularibus.Itaq; ille alter, ut ipſe eſt homo doctus,& à ſuis Gręcis ſubtilius eruditus,quibuſcũ iam in orcheſtra heiluatur,ante poſt ſuppariũ ſolebat.ergo locaſti uocẽ Damaſippe ſuppario, id eſt ludis ſcenicis uocem tuã mercede locauiſti. *Phaſma.*] Græce,uiſio Latine:nomen fuit fabulæ Catulli poetæ forte temporibus Iuu. quemadmodũ & Menãdri,unde Terẽt.Idẽ Menãdri phaſma nũc nuper dedit . Illic nãq; adoleſcẽs ut ſcribit Donatus,eſt introductus,qui aſpectu pulchrę uirginis,ueluti numinis uiſu perculſus exhorruit. nomen igitur fabula ſortita eſt ab euentu rei,ꝙ uiſa fuerit puella ueluti dea, φαίνω enim idem eſt quod appareo.Phaſma item ponitur pro portento,ut ſæpe apud Herodotũ. Tale inquit,
D phaſma apparuit in Græcia.in ea igitur fabula,aut uiſio alicuius rei,aut mõſtra reprę́ſentabãtur, in quibus magno eſſet opus clamore,unde clamoſum dixit,poeta. *Laureolũ u.*] etiã inquit Lẽtulus uelox.bene egit Laureolũ,eſtq; riſu ſatyrico adiuuandũ,ut oſtendat nõ modo unũ nobilẽ,ſed multos ludis ſcenicis cõtaminari,optimeq; fabulas tanquã peritos mimos agere,unde mira urbanitate ait:etiã Lẽtulus bene egit.i.reprę́ſentauit fabulã. *Lentulus.*] Nomẽ propriũ nobilis,qui & ipſe fabulã Laureolũ egit in ſcena.Nam Laureolus tragœdia fuit,quã Neuius ſcripſit autore Gellio in carcere:dicta à Laureolo ,qui in ea introducebatur,ſublatus ob ſcelus in crucẽ. hanc fabulã, ut alias multas Domitianus reprę́ſentauit,ita ut qui ageret,uera nõ falſa cruce pẽderet.Mart.lib.i. Nuda Calidonio ſic pectora prębuit urſo,Nõ falſa pẽdens in cruce Laureolus.Lẽtulus igitur nobilis Romanus eã egit pro hiſtrione,ita ut nõ uera tamẽ cruce pepẽderit,quemadmodũ debuit,ut ait Iuu.quãdo nõ erubuit pro hiſtriõe in ſcenã deſcẽdere. *Velox*] Mira ſtrenuitate. *Dignus u.c.*] ex ſtomacho dixit poeta.dignus erat inqt,qui uera cruce & nõ ficta pẽderet,quandoquidẽ hiſtrionẽ faceret. *Nec t.ipſi p.*] nõ ſolũ inquit hæc in nobilib. nõ ſunt ferenda,quæ faciũt:ſed ne populo quidẽ ignoſcendũ,qui hæc ſine pudore ſpectat. *Durior frõs.*] quia nullo afficitur pudore,in frõte enim eſt ſedes pudoris,unde extat prouerbiũ,ut quũ quis pudorem amiſerit, dicatur frontem perfricuiſſe.Quint.perfrica frontem,& dic te digniorẽ,qui prætor fieres q̃ Catonẽ. *Huius pop.*]

Quaſi

Quaſi qui altiora curare deberet. *Qui ſedet & ſpectat.*] Qui ſuſtinet ſedere & ſpectare. *Triſcur-* A
ria.] Noua uocabuli cõpoſitio,per quã ſignat nimiã patriciorũ ſcurrilitatẽ.à tris & ſcurra.Nã tris
& ter pro ſuperlatiuo Græci & Latini uſi ſunt.Plautus in Rudente. Tum triſurcifer mihi audes in-
clementer dicere?Idem in Bacchidibus.Vt pergręcetur tecum triuenefice,id eſt maxime uenefice,
& maxime furcifer,unde dicimus & Triſmegiſtum Mercurium,quaſi ter maximum.Mart. lib.vi.

Qui ſedet,& ſpectat triſcurria patriciorum,
Planipedes audit Fabios,ridere poteſt qui
Mamercorum alapas. quanti ſua funera uendant
Quid refert?uendunt nullo cogente Nerone.
Nec dubitant celſi prætoris uendere ludis.
Finge tamen gladios inde,atq; hinc pulpita pone,
Quid ſatius?mortem ſic quiſquam exhorruit,ut ſit
Zelotypus Thymeles,ſtupidi collega Corinthi?
Res haud mira tamen,citharœdo principe natus

Hermes om̃ia ſolus & ter unus, id
eſt triſmegiſtus. *Patriciorum*] no-
bilium.de uocabuli ſignificatu di-
ximus prima Sat.illic,Patricios o-
mnes opibus,quum prouocet u-
nus. *Fabios planipedes.*] Id eſt no-
biles quales fuerunt Fabij recitãtes
comœdias Planipedias. de comœ-
dijs diximus Satyra prima illic, re-
citauerit ille togatas. *Mamercorũ*
alapas.] Id eſt qui poteſt ridere &
ſpectare Mamercos nobiles,qui in B
ſcena alapas,& alia flagra patiebã-
tur in agendis fabulis,ſicuti & Latinus Mimus,qui ut riſum ſpectatoribus moueret, Panniculum
alium mimum percutiebat. Mart. Heſterna factum narratur Poſthume cœna: Os tibi præciſum
quanto non ipſe Latinus Vilia Panniculi percutit ora ſono.Idẽ lib.v.O q̃ dignus eras alapis Ma-
rianę Latini,Te ſucceſſurum credo ego Panniculo.Mamercorũ autem alapas poſſumus intellige
re,aut quas ipſi alijs incuterẽt,aut quas ipſi paterẽtur.Mamercorũ familia antiquiſſima fuit, quæ
nobilitatis principiũ accepit ab eo Mamerco Aemylio,qui dictator Fidenas,quũ defeciſſent, de-
bellauit. *Quanti ſua funera.*] Nobiliũ impudentiã inſectatur,q; non modo artibus ſcenicis ope-
ram ſuam præſtent,ſed & in gladiatoriam ſponte ſua deſcẽdant.Nam antea Nero quadringentos
ſenatores,ſexcentosq; equites Romanos,& quoſdam fortunę atq; exiſtimationis integrę,ut Trã-
quillus & Tacitus ſcribunt,ad ferrum exhibuit.Ait igitur Iuuen.nobiles cogente Nerone ad ferrũ
ſe tunc exhibuiſſe,nunc autẽ nullo iubẽte ad id muneris deſcẽdere.Ordo eſt, Quid refert quanti
uendant ſua funera?eſt autẽ tacita reſponſio ad defenſores. Non ſunt inquit excuſandi, quia di-
gladiando magna præmia conſequantur.Turpiſsimum enim eſt eis,quia ſponte tali ſe offerũt mu
neri,q; ſi coacti eſſent,inquit poeta,excuſandi eſſent. *Vendunt nullo cogente Nerone.*] Hinc tota in-
dignatio poetæ eſt,quod non coacti id faciant. *Vendere.*] Id eſt ſua funera. *Ludis celſi prætoris*] C
Nam prætores ludis præerant,unde alibi,Quid?ſi uidiſſet prætorem in curribus altis Extantem,
& medio ſublimem in puluere circi? *Celſi.*] Celſus non eſt propriũ hoc loco,ut quidam putaue
runt,ſed celſum expone ſublimem,& ſedentẽ in curru,quũ ludis habitu triumphali præſit. *Fin-*
ge tamen gladios] Duplici modo exponi poſſe uidetur,ut ſit ſenſus:Eſto,inquit,mortis ſupplicium
tibi paratum ſit,niſi in theatrũ deſcẽdas ad artes ſcenicas,nõne ſatius eſt mori,q̃ ludis ſcenicis fœ
dari?Hincq; maxime oſtendit artem illam ſcenicam uiliſsimorum tantũ hominum fuiſſe & infa-
mium,unde & apud iuriſconſultos lib.iij Digeſtorũ legimus eos qui in ſcena ob præmium uerſa
rentur,& omnes qui operas ſuas locarent arti ludicræ,infames eſſe. Quod & in ſecunda Saty.do-
cet illic:Vicit & hoc monſtrum tunicati fuſcina Gracchi.nam profligatiſsimus quiſq; ex iuuentu-
te utriuſq; ordinis tenebatur ſenatuſconſulto in opera ſcenæ arenæq; edenda,multiq; & ſpõte ſua
famoſam illam iudicii notam ſubibãt.autor Tranquillus in Tyberio.Alius ſenſus eſt.Finge gladi-
os inde,atq; hinc pone pulpita,id eſt ponamus tibi ludos gladiatorios & ſcenicos proponi qui-
bus exercearis,utrum horum potius eligas.quaſi dicat munus gladiatoriũ magis eligendum, ut
minus turpe. ſicq; oſtendit quum uterq; ludus ſit inhoneſtus,turpiorẽ tamen eſſe ſcenicum. unde
bene ait,an quiſquã ſic mortem exhorruit ut ſit zelotypus Thymeles?id eſt an quiſquam ita expa
uit ludos gladiatorios,ubi homines cæduntur,ut malit artibus ſcenicis contaminari?hocq; ma- D
gis placet.Nam hiſtrioniam & gladiatoriã comparat,de utraq; etiam fecit mentionẽ, ut oſtendat
iam nobilitatem Romanam ſine aliquo pudore in utroq; munere uerſati graui cum ignominia.

Finge gladios.] Puta gladios eſſe,qui te confodiant,aut gladiatoriam tibi proponi. *Hinc pul-*
pita.] Id eſt ſcenam ipſam multis pulpitis extructam,in qua tibi ut hiſtrioni ſint agẽdæ fabulę. Ac
per hoc oſtendit mortem eſſe potius appetendam,q̃ pudorem amittendum.aut gladiatoriam po
tius q̃ hiſtrioniam eligendã. *Mortem ſic quiſquã.*] Itane mortem quiſquã timuit,ut omni prorſus
pudore calcato malit in ſcena uerſari pro hiſtriõe?ac ſi dicat,repetatq; quod dictũ eſt potius mor
tem eligendam,q̃ honeſtatem deſerendam. *Vt ſit zelotypus Thymeles.*] Vt uelit in ſcena uerſari,
ubi repræſentet pro hiſtrione Latinum Mimũ zelotypum Thymeles uxoris ſuæ.Nam Latinus Mi
mus,de quo Satyra prima,temporibus Domitiani tanquã Thymeles uxoris zelotypus Pannicu
lum alterum Mimum alapis cædebat,ut riſum ſpectatoribus moueret. *Collega ſtupidi Corinthi*]
Id eſt ſocius Corinthi alterius Mimi. *Stupidi.*] Hebetis,& ignaui. *Res haud mira tamen.*] ſcili-
cet eſt.Et eſt ſenſus,non eſt tamen mirum nobilem Romanum hoc facere,quia ſub Nerone princi
pe natus eſt,qui artibus ſcenicis multum delectatus eſt:nam ut ſcribunt Tacitus, Tranquillus, &
Euſebius, adeo cytharœdicæ arti deditus fuit,ut in Achaia inſtituerit ciuitates, apud quas muſici

A agones edi ſolent, citharœdorũ coronas ad ipſum mitti Eas adeo grate accipiebat, ut legatos qui pertuliſſent nõ modo primos admitteret, ſed etiã familiaribus epulis interponeret. Caniãte eo ne neceſſaria quidem cauſa excedere theatro licitum fuit, itaq; enixe quędam in ſpectaculis feruntur. Nunc poeta demõſtrat philoſophice, quantã perniciem moribus hominũ & ciuitatibus afferant corrupti mores principũ, eorũq; quorũ uita omnibus tanquã ſpeculũ eſſe debet, unde illud etiam exit: Sed quis non faciet, quod principis uxor?

Nobilis. hæc ultra, quid erit niſi ludus? & illud
Dedecus urbis habes, nec mirmillonis in armis,
Nec clypeo Gracchum pugnãtem, aut falce ſupina.
Damnat enim tales habitus, & damnat & odit,
Nec galea frontem abſcõdit. mouet ecce tridentem,
Poſtquam uibrata pendentia retia dextra
Nequicquam effudit, nudum ad ſpectacula uultum
Erigit, & tota fugit agnoſcendus arena.
Cedamus tunicæ, de faucibus aurea cum ſe
Porrigat, & longo iactetur ſpira galero.
Ergo ignominiam grauiorem pertulit omni

Natus nobilis.] Scilicet eſt. *Hæc ultra*] Poſt hac quid uidebimus in Vrbe, niſi omnes nobiles ſcenicis artibus uacare. *Vltra hæc.*] .ſ. tempora. *Et illud dedecus.*] C. Alia exemplaria habent illic, id eſt in arena ubi pugnatur. S. Senſus eſt, habes hoc etiam, quòd in dedecus Vrbis maxime redundat, Gracchum pu B gnantem non armis mirmillonis, non clypeo, non galea tectum, ſed habitu retiarij tunicati. eritq; appoſitio Gracchum pugnantẽ. dedecus autem appellat, tum quòd artem gladiatoriam exerceat, quæ infamis habetur, tum quòd mirmillo eſſe non uult, qui tecta facie pugnat, ſed retiarius qui galerum tantum ſumit uultu aperto, ut cognoſcatur. Tota eſt hinc poetæ indignatio, ꝙ gaudeat operã ſuam ſponte arenæ præſtare, & cognoſci, quaſi qui omnem pudoris rationẽ amiſerit. per Gracchũ nobiliſſimum quenq; intelligit. Nam Gracchorũ familia nobiliſſima fuit, & potens. *Mirmillonis.*] Gladiatorũ alter ſequutor & mirmillo, alter retiarius dicebatur. Mirmillo ſcutum & falcem ſumebat & galeam, in cuius uertice erat effigies piſcis: aduerſus quem retiarius pugnãs, quum eum inſequeretur, hæc cantabat. Non te peto, piſcẽ peto, quid me fugis Galle? retiarius autem fuſcinã, & rete geſtabat tunicatus. ait igitur poeta nobiles eo inſolẽtiæ & impudentiæ deueniſſe: ut nõ modo nõ erubeſcãt tecti armis in arena decertare more mirmillonis, qui tectus galea & ſcuto pugnat, ſed ultro omnia facie aperta peragant habitu retiarij tunicati, qui tunica tectus dimicabat fuſcinam & rete geſtans. nam gaudent cognoſci. *Aut falce ſupina.*] Id eſt erecta, quæ à mirmillone ſumebatur. *Damnat.*] Quia non C pudet, immo gaudet cognoſci. *Tridentem.*] Id eſt fuſcinam, quam habet ut retiarius. *Erigit uultum.*] Vt cognoſcatur. *Ad ſpectacula.*] Ad ipſos ſpectatores theatri. *Nequicqu.*] Fruſtra, quũ mirmillonem capere non potuerit. *Effudit.*] Emiſit. *Dextra uibrata.*] Dextra commota, & concuſſa, eijciendo rete. C. *Cedamus.*] Alij legunt, credamus, ſed parum refert, utrum legas. S.

Cedamus tunicæ.] Cedamus inquit tunicæ, id eſt retiario homini tunicato. quum præſertim ſit ciuis, & nobilis Romanus, quod facile agnoſcas ex habitu diuite & magnifico. Nam funiculus ipſe, quo ſibi galerum capiti alligauit, aureus eſt, qui ornatus nõ eſt pauperum gladiatorum. hocq; totum ironicos pronunciandum, ut ſit ſenſus. Debemus inquit cedere, & locum dare nobili Romano fugienti tota arena, ut euadat, ne ſcilicet à mirmillone inſequente feriatur: hocq; quaſi quadam cum miſeratione nobilitatis. Sic etiam conſtat, ut tradit Herodianus, Commodo imperatori, qui in amphitheatro cum gladiatoribus dimicauit, habitum fuiſſe reſpectum à cęteribus gladiatoribus. Sic enim ſcribit, Facile autem dimicans ſuos compares ſuperabat, neq; tum ultra uulnera procedebat, dante unoquoq; manus, atq; imperatorem potius quàm gladiatorem agnoſcente. Sicq; legendum eſt, cedamus & non credamus, aliter ſenſus non procedit, unde bene ſequitur, Ergo ignominiam, quaſi dicat ipſum mirmillonem ex uictoria aduerſum nobilem potius ignominiam reportaſſe, quàm laudem, aut gloriam, ut ſit ſenſus, Ergo mirmillo quum non paſ D ſus ſit retiarium uirum nobilem fugere, quaſi cuius miſereri deberet, grauiorem adeptus eſt ignominiam, quàm ſi graue uulnus accepiſſet. nam à ſpectatoribus deriſus eſt, quaſi qui peritus imperitum ſuperauerit. hocq; totum ironicos in contemptum ipſius nobilis, qui fœdam in harena operam nauauerit. *Tunicæ.*] Tunicato retiario per hypalagen. Nam retiarij tunicati erant. unde in ſecunda Satyra, tunicati fuſcina Gracchi. Tranquillus in Caligula. Retiarij tunicati quinq; numero gregatim dimicantes ſine certamine ullo, totidem ſecutoribus ſuccubuerant *Aurea ſpi.*] Funiculus ipſe aureus qui circa galerum diſcurrens ad ornatum porrigebatur ad fauces, ut galerus ſub mento uinciretur. Spira autem proprie appellatur inuolucrum funis in orbem collecti. Et ſerpentem dicimus collectam in ſpiram, hoc eſt in gyrum & reuolutionem. Spiram item dicimus circulum illum eminẽtem, qui baſi apponitur. Victruuius. Si autem Ionicæ columnę fient ſcapus pręter ſpirã, & capitellum in octo partes & dimidiam diuidatur. Plin. lib. xxxvi. cap. xxiiij. in Epheſinæ Dianæ primum columnis, ſpiræ ſubditæ, & capitella addita. Victruuius loquens de æde Dianæ ſic ſcribit. Et fecerunt primo columnæ craſſitudinem octaua parte, ut haberent ſpeciem excelſiorem, baſi ſpiram appoſuerunt pro calceo. Spiras etiam dicimus in ligno, quum uenæ & nodi ſe conuoluerunt. Plinius libro decimoſexto. publicum omnium uitiũ uocatur ſpira, ubi ſeſe cõuoluere uenæ, atq; nodi. *Longo gal.*] Id eſt procero, & eminẽti.

Secu

Vulnere, cum Graccho iuſſus pugnare ſecutor.
Libera ſi dentur populo ſuffragia, quis tam
Perditus, ut dubitet Senecam præferre Neroni,
Cuius ſupplicio non debuit una parari
Simia, nec ſerpens unus, nec culeus unus.
Par Agamemnonidæ crimen, ſed cauſa facit rem
Diſſimilem: quippe ille deis autoribus ultor
Patris erat cæſi media inter pocula, ſed nec
Electræ iugulo ſe polluit, aut Spartani
Sanguine coniugij, nullis aconita propinquis
Miſcuit, in ſcena nunquam cantauit Oreſtes,
Troica non ſcripſit. quid enim Virginius armis

Secutor.] Hoc eſt mirmillo, qui retiariū poſtquā ab eo captus non eſt, inſequitur. *Iuſſus.*] A prætore qui præeſt ludis, & cui operā ſuam uendidit. *Graccho.*] Nobili uiro retiario, de quo ſæpe & pauloante dictū. *Libera ſi dentur.*] Si poſſet inquit quod ſentit populus libere dicere, indubitanter Senecam quamuis humili loco natum propter eius uirtutes Neroni præferret, qui nobilitatis ſuæ ſplendorem uitijs obſcurauit, ut oſtendat in uirtute, non in maiorum gloria ueram nobilitatem conſiſtere. Fuit autē Seneca præceptor Neronis, & Lucani poetæ patruus, qui inciſione uenarū, & ueneni hauſtu perijt. Tranquil. Tacitus & Euſebius autores. Sed quum dicit libera ſi dentur populo ſuffragia, temporū ſuorū cōditionem ſuſpirat, quibus ab imperatoribus occupata libertate omnia eorum nutu adminiſtrabantur, quum antea magiſtratus ſuffragijs populi crearentur, ut latius dicemus in Satyra decima. *Quis tam perditus*] Quis adeo rationis egens ſcilicet eſt. *Vt dubitet.*] Vt non dicat Senecam Neroni præferendum? *Non una ſimia*] Qui parricidium cōmiſiſſent, uirgis cæſi, & culeo inſuti cum ſimia, gallinaceo, ſerpente, & cane, in mare uel in propinquum flumen proijciebātur, autor eſt Modeſtinus Iuriſconſultus lib. xliij. Digeſtorum. Plautus, iube hunc inſui culeo, atq; in altum deportari, ſi uis bonam annonam. *Non una.*] Sed multæ, ut qui multa commiſerit parricidia, ac per hoc multæ mortes. Parricidiū enim proprie dicitur committere quicunq; manus cognatorum ſanguine commaculat. Nero enim ut Tacitus & Tranquillus ſcribūt, cōſcius fuit necis Claudij. matrem Agrippinam & ſororem patris interfecit, autor Euſebius. Octauiam uxorem prius relegatam ſub crimine adulterij occidit, Poppeam duodecimo die poſt diuortium Octauiæ in matrimonium acceptam, ictu calcis grauidam interemit, Antoniam quoq; filiam Claudij recuſantem poſt mortē Poppeæ nuptias ſuas, quaſi nouarum rerum molitricem interfecit: Aulum Piancium iuuenem ſibi propinquitate coniunctum, iactans eum à matre dilectum, & ad ſpem imperii impulſum. Item priuignū Ruffinum Criſpinum Poppea natum impuberem adhuc quia ferebatur ducatus & imperia ludere, mergendum mari dum piſcaretur ſeruis ipſius demandauit, Britannicum fratrē ſuum per adoptionē, ueneno ſuſtulit. *Culeus.*] Saccus eſt ex corio, quo ut diximus, inſuebantur parricidæ. Item nomē eſt menſuræ continentis amphoras uiginti. Rhemnius Fannius. Eſt & bis decies quem conficit amphora noſtra, Culeus, hac nulla eſt maior menſura liquoris. Cato. Vbi delegeris in eius muſti culeum aquę marinę ueteris quartas binas, uel ſalis puri modium, & eum in fiſcelam ſuſpendito. *Par Agamemnonidæ*] crimen inquit quod commiſit Oreſtes, quum matrem interemit, par fuit crimini Neronis, qui eodem modo Agrippinam matrem ſuam occidit, eſt autem Agamemnonidæ genitiuus caſus, id eſt Oreſtis filij Agamemnonis. *Sed cauſa facit rem diſſimilem.*] Sed cædes inquit Oreſtis, multum à cæde quam fecit Nero, differt. Oreſtes enim cauſam uidetur habuiſſe honeſtā necis maternæ, quia ea Agamemnonem maritum ſuum & patrem ipſius Oreſtis occidiſſet adiuta ab Aegiſto adultero. nam eum, ut alij tradiderunt, in conuiuio ſecuri percuſsit, unde ait cæſi media inter pocula, ut alij uero quum ueſtem indueretur ſine capitio. Neroni uero nulla fuit honeſta cauſa cur matrem ſuam interficeret. *Nunquā cantauit Oreſtes.*] Quod fecit Nero, qui non modo Romæ in agone citariſtarum contendens omnes ſuperauit, ſed & Olympia, Iſthmia, Pithia, & Actia celebrans inter Cerycas tragœdos, & cithariſtas coronatus eſt. autor Euſeb. Tranquil. ſcribit coronam etiam citharæ à iudicibus ſibi allatam adorauiſſe, ferriq; ad Auguſti ſtatuam iuſsiſſe. *Troica non ſcri.*] Non damnat Neronem ꝙ Troica ſua ſcripſerit, quibus excidium Troianorum continebatur, ſed quòd Vrbem incenderit, cuius conflagrationē è turri Mecœnatica proſpectans lætusq; flammæ (ut aiebat) pulchritudine *ἁλώσιν* illi cantauit in habitu ſcenico, id eſt captiuitatē Troiæ, quam ſuis Troicis complexus fuerat, quaſi dicat non incendit Vrbem Oreſtes ut Nero quem conſtat ipſo tēpore Vrbis flagrantis iniſſe domeſticam ſcenam, & Troianum incendium ceciniſſe, præſentia mala caſibus ueruſtis aſsimilantē. Vrbē autem incenderat, quaſi offenſus ueterū ædificiorum deformitate, & anguſtijs flexuriſq; uicorum. Tranquill. Tacitus, & Euſebius autores. Eutropius tradit Neronem Vrbem incendiſſe, ut ſpectaculi eius imaginem cerneret, qualis olim Troia capta arſerat. Troica ſcripta à Nerone fuiſſe Seruius docet, illud exponens. Et Troiæ Cynthius autor. Cynthium eſſe regem Troiæ, quem in Troicis ſuis Nero cōmemorauit, idem illud enarrans in quinto Aeneidos. Solus qui Paridem. Paris inquit ſecundū Troica Neronis fortiſsimus fuit. Troica autem appellauit Nero, quam Homerus Iliada. Troica etiam ſcripſit Macer quidam affinis Ouidij, de quo ipſe in Ponto ſic meminit. Tu canis æterno quicquid reſtabat Homero: Ne careant ſumma Troica bella manu. *Quid enim Verginius armis.*] Nero, quem iam xiij. annos tanquam immanem

A belluam,& terrificum monſtrum terrarum orbis perpeſſus fuerat,deſtitutus fuit initium facientibus Gallis,duce Iulio Vindice,qui tum eam prouinciã proprætor obtinebat. Deſciuit & Galba in Hiſpania cum exercitu.Item Verginius Ruffus Germanici exercitus ductor,qui cum Galbæ aſſenſurus non foret,nec alij,niſi quem ſenatus delegiſſet ad imperium, Iulius Vindex indignatus, quum Galbæ faueret,congreſſus eſt cum Verginio,à quo ſuperatus eſt & ad mortem compulſus cæſis in eo conflictu uiginti millibus Gallorum . Recuſauit tamen Verginius imperium oblatũ à militibus,conſcius ſe ex equeſtri familia ortum,ignoto patre, imparéq; ſi recepiſſet,tutum ſi recuſaſſet. unde extat apud Pliniũ Iuniorem tale diſtichõ.Hic ſitus eſt Ruffus pulſo qui Vindice quondam,Imperium aſſeruit non ſibi ſed patriæ. Demum enim ſecutus eſt partes Galbæ,qui Neroni imperium ademit.

Debuit ulciſci magis:aut cum Vindice Galba?
Quid Nero tam ſæua,crudaq; tyrannide fecit?
Hæc opera,atq; hæc ſunt generoſi principis artes,
Gaudentis fœdo peregrina ad pulpita ſaltu
Proſtitui,Graiæq; apium meruiſſe coronæ.
Maiorum effigies habeant inſignia uocis,
Ante pedes Domiti longum tu pone Thyeſtę
Syrma,uel Antigones ſeu perſonam Menalippes,

B Ait ergo poeta,recte factum à Verginio Vindice & Galba,qui à Nerone deſciuerint,eius ſcelera uliſcentes. *Quid Nero tam ſæua.*] Nero inquit in tyrannide ſua tã crudeli quid fecit?ac ſi dicat preter tam crudelia facta hoc eſt cædes ſuorum,& Vrbis incendium,quid aliud fecit?ſicq; interrogationi reſpondendo,oſtendit illum etiam contra omnem imperatoris maieſtatem uerſatum eſſe in certaminibus citharœdorum. *Hæc opera.*] Verba reſpondentis.Hæc inquit quando me interrogas ſunt opera & artes Neronis. *Generoſi.*] Ironice. *Proſtitui.*] Id eſt gaudentis ſtatui & poni. *Ad pulpita peregrina.*] Id eſt in ſcena ubi multa pulpita ſunt extructa,ut docet Victruuius. hoc damnat,quòd non ſolum Romę,ſed Neapoli in theatro complures cantauerit dies,idemq; etiam in Achaia pro citharœdo uerſatus ſit in certaminibus.Olympiæ quoq; præter conſuetudinem muſicum agona commiſit,ibiq; etiam plurifariam aurigauit,ſed excuſſus curru, ac rurſus repoſitus quum perdurare nõ poſſet,deſtitit ante decurſum, nec eo ſecius coronatus eſt.Deniq; certamina obijt omnia. Quatuor autem certamina erant celebratiſſima in Græcia,Olympica in honorẽ Iouis,donabanturq; uictores corona ex oleaſtro.Pythia in honorem Apollinis, uictoribus corona dabatur ex lauro.Iſthmia in bonorem Palæmonis,uictores coronam accipiebãt pineam. Nemea Archemoro dicata,uictorum corona erat ex apio,unde ſequitur. *Graiæq; apium meruiſſe coronæ*]
C Ex Græcia reuerſus Romam tanquam ingentem reportans uictoriam,eo curru redijt quo Auguſtus olim triumphauerat,& in ueſte purpurea,diſtinctaq; ſtellis aureis clamyde, coronamq; capitẽ gerens Olympicã,dextra manu pythiam.ſequentibus currum ouãtium ritu plauſoribus Auguſtanos militesq; ſe triumphi eius clamantibus. inſectatur ergo ipſum poeta,quem non puduerit,non modo Romæ & in Italia,ſed etiam in Græcia locis peregrinis artibus ſcenicis ſe fœdare. *Fœdo ſal.*] Scenica ſaltatione,ac per hoc fœda,minimeq; homine libero digna. *Meruiſſe ap.*] Coronam ex apio,quæ ut diximus,dabatur uictoribus in ludis Nemeis,ſicut docet Plin.lib. xix. his uerbis.Honos apio in Achaia coronare uictores ſacri certaminis Nemeæ. unde innuit poeta ipſum in ludis Nemeis concertaſſe. *Maiorum effigies.*] In irriſionem Neronis hæc dicit. Quũ alij inquit boſtium ſpolia,aliaq; uictoriarum præmia ſolerẽt ante ſtatuas maiorũ collocare cum ipſis rerum titulis,tu potes inquit ô Nero ante effigies maiorum tuorum collocare ornamenta ſcenica,quæ in recitatione tragœdiarum ſumpſiſti,& inſignia uocis tuæ, id eſt ornamenta & præmia, quæ ex cantu tuo ſcenico conſequutus es.ut per inſignia uocis , intelligat præmia quæ accepit ex cantu ſuo,hoc eſt coronas & citharã , quam ab iudicibus ad ſe allatam adorauit,ſicq; aperte eius impudentiam ſugillat.Nam inſignia dicũtur omnia,quæ ſunt homini ornamento.unde dicimus inſignia cõſulis uirgarum faſces cum lictoribus,Annulum inſigne ordinis equeſtris,eo quòd ho-
D mines inſigniat,ornet,& decoret.Orat.Tu quũ proiectis inſignibus annulo equeſtri Romanoq; habitu prodis. *Effigies ma.*] Statuæ, quæ in atrijs cereæ in armarijs ordine,ut diximus , collocatæ ponebantur. *Ante pedes Domiti.*] Pro Domitij,aut patris tui,aut attaui . Nam uterq; ut docet Tranquil.Domitius eſt appellatus. *Thyeſtæ.*] De Thyeſte & Atreo tragœdiã ſcripſerunt Valerius & Seneca. *Syrma.*] Tragœdorũ fuit ueſtis,quam pallam Latini dixere:de qua Orat. in Poetica.Poſt hũc perſonæ pallæq; repertor boneſtæ Aeſchylus.Mart. Trãſtulit ad Satyros iam noſtra Thalia coturnos,Aptaſti longũ tu quoq; ſyrma tibi. *Longum Syrma.*] Pone inquit ornamẽta, habitusq; ſcenicos,quibus uſus es in agendis fabulis ante pedes patris tui.dictũ autẽ eſt Syrma à σύρειν quod eſt traho.trahebatur enim per pulpita.Orat.Traxitq; uagus per pulpita ueſtẽ.Nero autem recitauit tragœdias Canacem parturientẽ,Oreſtem matricidam,Oedipodẽ excæcatũ,Herculem inſanum.Tranq.autor. *Antigones*] Huius nominis fuit filia Laomedontis regis Troianorũ, quæ quũ auſa eſſet Iunoni ſe pulchritudine præferre,ab ea in ciconiam eſt cõuerſa. Fuit etiam Antigone filia Oedipi,quæ patrẽ cæcũ ductitauit.de hac frequẽs ſcripta fuerat tragœdia , de ea & Statius in Thebaide. *Menalippes.*] Dionyſius Halicarnaſſeus ſcribit Euripidem comœdiam feciſſe τὴν σοφὴν μελανίππην, id eſt de ſapiente Menalippe, in qua comœdia Menalippes filios in patris ſtabulis expoſuit,quam rem pater prodigiũ eſſe exiſtimãs deliberauit adurere. Sed Menalippe-dũ ueles

let filios ſeruare philoſophorũ rationibus non eſſe monſtrũ oſtendit. De hac fortaſſe intellexit, & A
Varro in ij. De re ruſt. *Coloſſo mar.*] Reſpexit ad Coloſſum, quem ut ſcribit Tranq. centum & xx. pedum æreum erexit Nero in ueſtibulo domus aureæ, quæ ſtatua eo mortuo, dicata fuit Soli mutato nomine, eam fabricauit Zenodotus accitus è Gallia. Plin. ſcribit lib. xxxiiij. cap. vij. ſtatuarũ moles turribus pares Coloſſos uocitatas. Feſtus ait uocitatũ eſſe Coloſſum à Coloſſo primo inuẽtore. Coloſſum in portu ſuo Rhodij habuere tanta magnitudine, ut inter crura naues extenſis uelis trãſirẽt, is dicatus fuit Soli. ſeptuaginta enĩ fuit cubitorũ altitudinis, quẽ fecerat Chares Lyndius Lyſippi diſcipulus. Hoc ſimulachrum poſt quadrageſimũ ſextum annum terræmotu proſtratũ: ſed iacens quoque miraculo fuit. pauci enim pollicem eius amplectebãtur. Duodecim annis tradũt effectum CCC. talentis. à Coloſſo Coloſſenſes appellauit diuus Paulus Rhodios, quòd Coloſſum illum colerent. B

Et de marmoreo citharam ſuſpende Coloſſo.
Quis Catilina tuis natalibus, atq; Cethegi
Inueniet quicquam ſublimius? arma tamen uos
Nocturna, & flammas domibus, templisq; paraſtis,
Vt Brachatorum pueri, Senonumq; minores,
Auſi quod liceat tunica punire moleſta.
Sed uigilat conſul, uexillaq; ueſtra coercet.
Hic nouus Arpinas ignobilis, & modo Romæ
Municipalis eques galeatum ponit ubiq;
Præſidium attonitis, & in omni gente laborat.
Tantum igitur muros intra toga contulit illi

C. Coloſſæ, teſte Strabone & Plinio oppidũ Phrygiæ prope Laudiceam fuit, à Coloſsis igitur oppido Coloſſenſes uocauit Paulus apoſtolus, nõ Rhodios, à Coloſſo quem colebãt. S. Hoc autem loco nõ de Neronis Coloſſo intelligit, qui nõ marmoreus, ſed aereus (ut diximus) fuit, ſed de ſtatua Auguſti. Tranquillus enim ait ſic de Nerone. Citharã autẽ ab iudicibus ad ſe allatam adorauit, ferriq; ad Auguſti ſtatuam iuſsit, hoc nũc poeta Neroni obijcit. *Quis Catilina tu.*] Exemplo Catilinæ & Cethegi oſtẽdit illos non appellãdos eſſe nobiles, qui ex nobili orti genere, impie atq; turpiter uiuũt. Nam Catilina cum C. Cethego uiro ſenatorio, & alijs nobilibus opprimendæ reip. conſiliũ inierunt. Eſt ergo ſenſus, Nihil genere tuo ô Catilina, & Cethegi fuit nobilius: tamen non dubitaſtis patriæ exitiũ machinari, quo more fecerunt Galli. *Tuis nata.*] Tuo genere, Seneca ad Lucil. Conditor ille iuris humani non natalibus nos, nec nomiuũ claritate diſtinxit. *Vt Braccha. pu.*] Scilicet parauerunt, pueri Bracchatorũ, id eſt poſteri Gallorum, qui duce Brenno relictis ob ſterilitatẽ agris ſuis, Cluſum Italiæ oppidum obſederũt. Ad quos quũ miſsi fuiſſent ab ſenatu tres legati, qui eos monerent, ut ab oppugnatione deſiſterent, ex ijs unus contra ius gentium proceſſit, & ducem Senonum interemit. Quo facto concitati Senones Vrbem infeſto exercitu petierunt, C
& fuſo exercitu Romano apud Haliam fluuium, uictores Vrbem intrauerunt: ubi nobiliſsimos ſenum cum inſignibus honorũ quos quis geſſerat in ueſtibulis ædium ſedentes occiderũt. Reliqua iuuentus cum Manlio in Capitolium fugit, ubi obſeſſa Camilli uirtute liberata eſt. ait ergo poeta, Catilinam cum coniuratoribus nõ aliter patriæ perniciem quæſiuiſſe, q; Gallos. Gallia autem Bracchata appellata eſt Narbonẽſis prouincia, quæ interno mari alluitur, Varo flumine ab Italia Alpiumq; ſaluberrimis iugis diſcreta, à genere ueſtium, quas ad terrorem intonſas, & uarij coloris ferunt. Græci, autore Diod. anxiridas uocant, de quibus ita meminit Corn. Tacitus, At Cecinna uelut relicta poſt Alpes ſæuitia ac licẽtia, modeſto agmine per Italiam inceſsit. Ornatum ipſius municipia, & coloniæ in ſuperbiã trahebant, q; diuerſi coloris ſagulo bracchas barbarum tegmen indutus togatos alloqueretur. De ijs etiam ſic Tranq. in Cæſare. Gallos Cæſar in triumphum ducit. Iidem in curia Galli bracchas depoſuerunt. Medos etiam, aliasq; gentes barbaras tali genere ueſtium uſas docet & Perſ. Quoq; docet ſapiens bracchatis illita Medis, Porticus. Et Ouid. De triſtibus. Pellibus hirſutis arcent mala frigora bracchis. Senones autem populi ſunt Galliæ Lugdunenſis. *Auſi.*] Scilicet uos cõiuratores id facinoris. *Quod liceat.*] Quod omnibus licitũ ſit, id eſt id facinoris cõmiſiſtis, quod incẽdio hoc eſt grauiſsimo ſupplicio meretur puniri. *Tunica moleſta.*] Id eſt igne, & ſupplicio ignis. de tunica autẽ moleſta ſic Seneca lib. ij. ad Lucil. Cogita illam tunicam alimentis ignũ, & illitam & intextã, & quicquid aliud cõmenta eſt ſæuitia. hoc enim genus ſupplicij excogitatum eſt, ut facinoroſi homines igne, & tunica obuoluti cremarentur uiui. D

Sed uigilat conſul.] Vos inquit patriam quæritis perdere, qui nobiles uos eſſe dicitis, Conſul uero, quem ignobilem putatis, ipſam tuetur, ac ſeruat, ſicq; poeta oſtendit, nõ ex natalibus, ſed ex recte factis uirtuteq;, nobilitatem pendere, cenſendamq; eſſe. *Vigilat.*] Operam dat ne Catilina & reliqui coniurati, remp. perdant. *Vexilla ueſtra.*] Conatus, & furores ueſtros. uexilla enim ſunt ſigna militaria per diminutionem dicta à uelis. *Coercet.*] Reprimit. *Hic nouus Arpinas.*] Ignobilis, id eſt Cicero quem uos nouum, & ignobilem per cõtemptum appellatis, quum tamẽ conſtet, ut Plutarc. & Euſeb. ſcribunt, eum ex regio Volſcorũ genere eſſe ortũ, matre Heluia, & patre equeſtris ordinis. Nam Romani, eos qui nulla maiorũ dignitate claruiſſent, nouos ſolitu ſunt appellare: unde Catilina inuectus in Ciceronẽ, eum nouũ hominem nuncupat. *Arpinas.*] Arpinum oppidum eſt Volſcorum, patria Ciceronis. Volſci autem populi ſunt iũcti Latinis, quorum oppida ſunt, Aquinũ, Fabrateria, Fruſino, Cora, Pometia, Antiũ, Velitræ, & Sueſſa eorũ metropolis. *Eques munici, Romæ*] i. natus in municipio Arpino, ſed Romæ in ordine equeſtri. *Modo Romæ.*]

A Quē modo & nuper in equeſtri ordine dicitis eſſe Romæ, nō uetere & nobili genere. unde Salu. ita ignobilitatē obijcit. Verū ut opinor ſplēdor domeſticus tibi animos attolit. Et paulopoſt, uerū ut opinor, homo nouus Arpinas ex M. Craſsi familia, illius uirtutē imitatur. Nam illos, ut diximus, Romani, qui ſine maiorum ſplendore per ſeipſos claruiſſent, in contemptū nouos appellabant, & inquilinos, quaſi qui alienas ædes incolerēt. *Nominis.*] Famæ & laudis. *Tituli.*] Honorum qui non ſine titulo & inſcriptione notantur in Faſtis, ſtatuiſq; ſubſcribuntur. *Non Leucade.*] Id eſt ex bello Actiaco, ubi M. Antoniū cū Cleopatra bello nauali ſuperauit Auguſtus, nam Leucas inſulá eſt ante ſinum Ambracium iuxta Actium promontorium Epyri, ubi pugna cōmiſſa fuit. Eam inſulā appellarunt Leucadē à petra albicante, quæ in pelagus illic protēditur. B Alcmeonides uero ſcribit, Alizeū & Leucadium filios fuiſſe Icari, & à Leucadio dictam eſſe Leucadem. *Campis Theſſaliæ.*] Id eſt ex uictoria Pharſalica: ſuperatis Caſsio & Bruto. *Abſtulit.*] Reportauit.

Nominis, & tituli, quantum non. Leucade, quātum
Theſſaliæ campis Octauius abſtulit udo
Cædibus aſsiduis gladio. SED Roma parentem,
Roma patrem patriæ Ciceronem libera dixit.
Arpinas alius Volſcorum in monte ſolebat
Poſcere mercedes alieno laſſus aratro,
Nodoſam poſt hæc frangebat uertice uitem,
Si lentus pigra muniret caſtra dolabra:
Hic tamen & Cymbros, & ſumma pericula rerum
Excipit, & ſolus trepidantem protegit Vrbem.
Atq; ideo poſtquā ad Cymbros, ſtragēq; uolabant,
Qui nunquam attigerant maiora cadauera corui,

Sed Roma.] Roma inquit nō habuit unde Auguſtū Cæſarem, licet diuerſa bella tractaſſet, appellaret patrē patriæ, ſed habuit unde Ciceronē appellaret: ſic igitur commendat quē Romani, ut ignobilē uituperabant. *Patrē patriæ*] Primus fuit Cicero, qui tale cognomen meruit conſeruata patria in cōiuratione Catilinaria, id poſtea cognominis ad imperatores adulatione magis q̄ merito delatum. *Arpinas alius*] .i. Marius. Nam Arpinū patria fuit cōmunis Marij & Ciceronis. Monet exēplo item Marij nobilitatē ex uirtute pendere. *Laſſus aratro alieno.*] Oſtendit Iuuenalis nō ſolum Mariū aratorem fuiſſe, ſed etiā agricolam mercenariū. *Poſt hæc*] Poſt agricolationem rebus bellicis ſe accōmodauit. Sequutus enim eſt Romanorū caſtra, ut miles gregarius, quod indicat, quum ait illum uerſatum inter fabros ad dolanda ligna. Milites enim operibus fabrilibus exercebantur. Vnde Mart. iuriſcōſultus titulo De re militari ſic ſcribit. Et ſi ſcio fabrilibus operibus C exerceri milites non eſſe alienū. Fabri enim tignarij, carpentarij, ferrarij, idq; genus artifices, ut docet Vegetius, caſtra ſequebātur, nullius rei principes niſi operis caſtrorū muniendorum. Marius, ut ſcribit Plutar. obſcuro genere ortus patrē Mariū, matrē Fulcinam pauperes homines atq; mechanicos habuit, uitam ab urbanis, lautiſq; uiuendi moribus alienā, ſed modeſtam, & priſcis uiuēdi inſtitutis egit in uilla Ciuernate, quæ erat in agro Arpinati. militauit primo ſub Scipione Aphricano Numantiā obſidente, ubi quū aliquādo poſt cœnam de imperatoribus ſermo fieret, & quidam ex præſentibus ſiue ſerio, ſiue ioco Scipionē interrogaret, quem talē ducē poſt illum pop. Rom. habiturus eſſet, Scipio percuſſo leuiter Marij humero, hūc inquit, hic præſtanti uirtute erit. *Frāgebat n. uitē*] .i. uite pulſabatur à cēturione in caſtris. Nam cēturiones uitē geſtabant ad milites in officio cōtinendos. Plin. lib. xiiij. cap. primo loquēs de uite. Quid quod inſertæ caſtris ſummam rerū imperiūq; continent: Centurionū in manu uitis, & optimo præmio tardos ordines ad lentas perducit aquilas. Liuius libro ſeptimo. ab Vrbe cōdita loquēs de Scipione inferiore. Quem militem extra ordinem deprehēdit, ſi Roman. eſſet uitibus, ſi extraneus uirgis cecidit. *Pigra d.*] Dolabra ferramentū eſt fabrorū ad dolanda ligna, unde & nomē deductū. Caſtra enim ſequebantur fabri, centonarij, & dendrophoni. i. arborum ſucciſores. *Hic tamen Cimbros.*] Hic tamē inquit Marius, quem uos ignobilem dicitis, uicit & Cimbros: Nam eos in Gallia apud aquas Sextias iun- D ctis Catuli proconſulis cū exercitu ſuo copijs deleuit, in quo prælio traduntur cæſa fuiſſe hominū centum & xl. milia, capta xl. *Et ſolus.*] Nō aūt ſolus hoſtem ſuperauit ſed una cum collega Catulo. Cæterum hoc ex hiſtoria. Nam ut ſcribit Plutarchus, famam & gloriam huius rei totam Mario propter primam uictoriam aduerſus Teutonas, & Ambrones, & nomen imperij tribuebāt, unde autore Liuio, primores ciuitatis qui aliquantulum ut nouo homini ad tantos honores euecto inuiderant, conſeruatā ab eo rempublicam fatebātur, quaſi ab eo ſolo, & non etiam à collega. *Atq; ideo.*] Ob talem inquit uictoriam factum eſt, ut collega nobilis Catulus Luctatius habuerit unde triumpharet, quaſi dicat ex ſudore hominis noui & ignobilis inuenit nobilis unde triumpharet, ſicq; nobilitatem cauillando uirtutem extollit Marij, nam quum duo ei triumphi, primus, ſcilicet ex Teutonis, ſecūdus ex Cimbris offerrētur, ambos agere noluit. Nam, ut in huiuſmodi ſecūdis rebus manſuetū ſe præberet, cū Catulo triūphare omnino inſtituit. formidabat enim milites, qui in ea dimicatione cōuenerant, ut ſi Catulus honore excluderetur, ipſe quoq; triūpho priuaretur. Ergo in cauſa fuit, ut Catulus ſecundū habuerit triumphū. ſ. Cimbricū, quū uterq; ei eſſet ab uniuerſo populo oblatus. Hic autē eſt ille Catulus Luctatius, de quo & in ſecunda Satyra nonnulla attingimus, qui capitolium igni abſumptum non ſolum refecit, ſed & magnificentius dedicauit. *Maiora cad.*] magno eīn corpore, horrēdiſq; oculis erāt, & apud Germanos prędones appellabātur.

autor Plu. Cadauer autẽ dictũ eſt à cadendo, non aũt ut quidam expoſuerunt, quaſi caro data uer- A
mibus, diciturq; cadauer nõ ſolum hominũ, ſed omniũ animalium atq; etiam rerũ inanimatarũ.
Vnde Ser. Sulpicius ſic ſcribit Cic. Hem nos homũculi indignamur, ſi quis noſtrorũ interijt aut
occiſus eſt. quorum uita breuior eſſe debet, quum uno loco tot oppidorum cadauera proiecta ia
ceant. Locutus enim eſt ante de multis ciuitatib. proſtratis, & dirutis. *Poſtquam corui uolabant.*]

Nobilis ornatur lauro collega ſecunda
Plebeiæ Deciorum animæ, plebeia fuerunt
Nomina, pro totis legionibus, hi tamen & pro
Omnibus auxilijs, atq; omni plebe Latina
Sufficiunt dijs infernis, Terræq; parenti.
Pluris enim Decij, quàm qui ſeruantur ab illis.
Ancilla natus trabeam, & diadema Quirini,
Et faſces meruit regum ultimus ille bonorum.
Prodita laxabant portarum clauſtra tyrannis
Exulibus iuuenes ipſius conſulis, & quos
Magnum aliquid dubia pro libertate deceret,
Quod miraretur cum Coclite Mutius, & quæ

id eſt, poſtquam parta fuit uicto-
ria. *Stragẽ.*] Cladem dictam à
ſternendo. *Plebeiæ Deciorum ani-
mæ.*] Licet inquit Decij ignobiles
haberentur, quũ in domum ſuam
Decius pater primus conſulatum
detulerit, tamen opem patriæ tule
runt. Nam uterq; Decius pater &
filius ſe deuouit: pater bello Lati-
no, filius bello aduerſus Aethru-
ſcos. Samnites, Vmbros, & Gal-
los, Decius pater quũ ſe deuouit, B
his uerbis, ut ſcribit Liuius lib. viij.
eſt uſus, ſicuti uerbis nuncupaui,
ita pro repub. Quiritum exercitu,
legionibus, auxilijs populi Rom.
Quiritũ legiones, auxiliaq; hoſtiũ
mecum dijs manibus deuoueo. Decius filius quũ uideret acies inclinari, exemplũ patris imitatus
aduocato. M. Liuio pontifice haſtæ inſiſtens, & ſolẽnia uerba reſpondens, ſe & hoſtes dijs manib.
deuouit, impetuq; in hoſtes facto uictoriã ſuis reliquit legionibus. Nã ilico pugna inſtaurata fuit,
cœpitq; põtifex uociferari, uiciſſe Romanos, defunctos cõſulis fato Gallos, Sãnitesq; Telluris ma
tris ac deorũ manũ eſſe. *Pro t. l.*] Pro totius exercitus Romani ſalute. *Sufficiunt.*] Sufficere di
cimus ei, cui deſiderium implemus. *Terræ p.*] In cuius uiſceribus dicuntur ipſi eſſe inferi. *Plu
ris e. D.*] Exemplo ergo Deciorum oſtendit hominem ſola animi uirtute nobilem (ut diximus) fie
ri, quod item exẽplo Seruij Tullij probat, qui in domo Tarquinij uxoris induſtria & conſilio, tan
ta gratia apud populũ Rom. uixit, ut quũ interdũ iactari uoces ab iuuene Tarquinio audiret, ſe in
iuſſu populi regnare, auſus ſit ferre ad populũ, uellent iuberentue ſe regnare, unde tanto conſen-
ſu, quanto haud quiſquam alius ante rex eſt declaratus. *Ancilla.*] Cornicularia, fuerat enim ex C
Corniculo oppido Latij. Eſt autẽ ordo, ille bonorũ regũ ultimus natus ancilla meruit trabeã. An
cilla propriè dicitur mulier, quæ in ſeruitute eſt. *Trabeam.*] Veſtis fuit regum. Liuius, Seruius
cũ trabea, & lictorib. prodijt. Plin. Trabeis uſos inquit accipio reges. Eam ſcribit Dionyſius Hal.
lib. ij. circũ diſtinctã fuiſſe purpura, ſub tegmine puniceo, ueſtẽq; fuiſſe genulẽ Romanis honorifi
cam. *Diadema.*] à Diadeo quod eſt circũligo, erat autem pannum, quo ueluti faſcia reges caput
ſibi uinciebant. Seneca ad Luciliũ. Vides illum Scythiæ Sarmatiæq; regem inſigni capitis decore:
ſi uis illum æſtimare, totumq; ſcire qualis ſit, faſciã ſolue, multũ mali ſub illa latet. Valerius de Põ-
peio ſic. Cui candida faſcia habenti crus alligatum, Fauonius, non inquit, refert, qua in parte cor
poris ſit diadema, exigua panni cauillatione, regias eius uires exprobrans. idem Valer. alibi. Rex
etiam ille ſubtilis iudicij, quem ferunt traditum ſibi diadema, priuſquam capiti imponeret reten
tum diu conſideraſſe, ac dixiſſe. O nobilem, magis quàm fœlicem pannũ. Hæc ideo copioſius di-
xi, ut eorum opinio explodatur, qui diadema coronã regiam interpretantur. *Quirini.*] Hoc eſt
inſigne regium, quo Romulus, qui Quirinus dictus eſt, primus rex apud Romanos eſt uſus, de
Quirino illic eſt dictum, in ualle Quirini. *Faſces.*] de faſcibus abunde ſuperius diximus, his &
reges utebantur. Liuius, Dionyſius, Plutarchus, & Macrobius autores. *Vltimus bonorum regũ.*]
Nam fuit ſextus rex Romanorum, poſt quem Tarquinius Superbus regnauit omnium ultimus, D
qui quanto cæteri meliores fuere, tanto ipſe fuit nequior. *Iuuenes ipſius conſulis.*] Exemplo filio-
rum Bruti, & Aquilij, aliorumq; coniuratorum, qui nobili genere fuerunt, oſtendit, ut ſupra ex-
emplo Catilinæ & Cethegi, eos appellandos non eſſe nobiles, qui citra uirtutem uiuunt: pulſis e-
nim Tarquiniis regibus, patricij iuuenes, inter quos fuere filij duo Iunij Bruti conſulis, Marcus
& Manlius Gelij, uxoris Bruti fratres, Liuius & Marcus Aquilij memores eius licentiæ, quam
ſub regibus habuerant conſpirarunt in domo Aquiliorum de reducendis regibus. Coniura-
tionem detexit Vindex Cecinenſis Aquiliorum ſeruus: deprehenſi iuuenes pœnas dederunt,
Bruto filijs ſuis non parcente: nam ſupplicium eorum conſtantiſſime iuſſit, & ſpectauit. autores
Liuius, Dionyſius, Plutarchus, Plinius, & Florus. *Ipſius conſulis.*] Bruti, qui primus eiecto
Tarquinio Superbo conſul eſt creatus. *Deceret.*] Cõueniret facere pro libertate, id eſt, pro liber
tatis conſeruatione, quam pater eorum eiectis regibus patriæ tradiderat. multum autem inter-
eſt, quum dicimus pro imperio pugnat, & de imperio. propugnare eſt pro conſeruatione impe-
rij, ut. ſ. quod habeas conſerues: de imperio autẽ pugnare, eſt de imperio habendo. ſ. ut qđ nõ ha
beas acqras: ut illud ſit in cõſeruatiõe, hoc in auctiõe. *Dubia l.*] Hoc eſt, quũ libertas in ambiguo
eſt, quũ alij in oppugnãda, alij in tuẽda laborẽt. *Quod m.*] qđ poſſet mirari, & imitari. *Mutius.*]

A ſ.Scæuola,qui adoleſcens nobilis indigne ferens ciuitatem Romanã ub Aethruſcis obſideri,quorum ſæpe exercitus fudiſſet,abdito intra ueſtẽ ferro in caſtra hoſtiũ uenit,quorũ dux erat Porſena,q in integrũ conabatur Tarquinios reſtituere,ibi forte quũ ſtipendiũ militib.daretur,& ſcriba cũ rege pari ornatu ſederet,ſcribã pro rege obtruncat.captus & ante tribunal regis adductus,tũ quoq; inter tantas fortunæ minas metuendus magis ꝙ metuens,Romanus ſum inquit ciuis:C.

Imperij finem Tyberinum uirgo natauit.
Occulta ad patres produxit crimina ſeruus
Matronis lugendus,at illos uerbera iuſtis
Afficiunt pœnis,& legum prima ſecuris.
MALO pater tibi ſit Therſites,dummodo tu ſis
Aeacidæ ſimilis,Vulcaniaq; arma capeſſas,
Quàm te Therſitæ ſimilem producat Achilles.
Et tamen ut longe repetas,longeq; reuoluas
Nomen,ab infami gentem deducis aſylo.
Maiorum primus quiſquis fuit ille tuorum

Muciũ uocãt,hoſtis hoſtem occidere uolui,nec ad mortẽ minus animi eſt ꝙ ad cædẽ,ſtatimq; dextrã inceſo ad ſacrificiũ foculo iniecit,quã animi uirtutẽ cõſpectans Porſena cũ intactũ,inuiolatũq; dimiſit,unde poſtea Scæuolę cognomẽ accepit,à clade dextræ manus.nota eſt hiſtoria. *Quum C.*] Oratius Cocles eodem bello poſitus forte in ſtatione pontis,quũ Porſena irB ruerct,ſolus hoſtiũ impetũ in primo põtis aditu ſuſtinuit,donec à tergo pons interrũperetur. Tũc in Tyberim armatus deſilijt,multisq; ſuper incidentib.telis incolumis ad ſuos tranauit. Statua ei erecta fuit in comitio,agriq; quantum uno die arãri poſſet datum trãs Tyberim.Cocles autẽ ob id eſt cognominatus,quòd in alio prælio oculum amiſerat,ſcribit Plin.lib,xi.eos Coclites appellari,qui altero lumine orbi naſcerentur,unde & Cyclopes accepimus appellatos in Sicilia,quòd ſolum oculum in fronte haberent C. quos Romani errore forſitan linguæ Græcæ,Coclites appellarunt. S. *Virgo.*] id eſt Chloelia,quæ eodem bello inter pacis conditiones data Porſenæ inter obſides dux agminis uirginum,deceptis cuſtodibus,noctu caſtris egreſſa,equum,quem ſors dederat,arripuit & Tyberim traiecit. Rex ira incenſus Chloeliã obſidem repetijt,accepitq;,cuius uirtutẽ admiratus eã ad ſuos remiſit,facta ei poteſtate eligẽdi quos uellet ſecũ ducere ex obſidib. quæ pueros impuberes elegiſſe fertur,quorũ ætatem iniuriæ non obnoxiã eſſe ſciebat,ſtatua ei equeſtris in foro poſita. *Virgo.*] ordo eſt,& qđ miraretur uirgo,quæ natauit. *Imperij finem Tyberinum.*] Hoc eſt quæ natauit Tyberim,qui tunc imperij Romani finis erat,nõ enim tunc temporis Romani ulterius imperabant, *Seruus.*] .i. Vindex Cecimenſis unus ex ſeruis Aquiliorum.cõ
C iurationis cõſiliũ,ut diximus,detexit,ad cõſules em̃ rem detulit,unde ille primũ dicitur uindicta liberatus,uindicta ab eo denominata.Poſt illũ obſeruatũ eſt,ut qui ita liberati eſſent,in ciuitatẽ accepti uiderẽtur. *Matronis l.*] aut quẽ matronæ lugerẽt,ut filiorũ ſuorũ accuſatorẽ,aut,quòd magis placet,cuius obitũ matronæ merito lugere deberẽt,tanquã qui coniurationẽ prodẽdo libertatẽ patriæ ſeruaſſet,quo more Brutũ,annũ ut ſcribit Liui.fleuerũt,ut acrẽ uiolatæ pudicitiæ uindicẽ. *Verbera.*] Nã nudatos nobiliſsimos iuuenes uirgis ceciderũt,ſecuriq; percuſſerũt. *Et l.p.ſ.*] .i.cõſulatus primus,qui fuit inter leges expulſis regibus.Nã antea reges ſine legibus omnia arbitrio ſuo moderabãtur.Ac p hoc Brutũ intellige,qui primus regib.exactis creatus cõſul ſuppliciũ ſumpſit de filijs,reliquisq; cõiuratis. *Malo p.t.ſ.*] Sẽſus eſt.Malo te ex humili genere ortũ,modo uirtutẽ amplexus ſis,quæ uerã homini nobilitatẽ largitur,ꝙ ex claris maiorib.& nihil facias dignũ memoria & laude,unde nobilitas cõparatur. *Therſites.*] in caſtris Græcorũ Therſites fuit,ut in Iliade ſcribit Home.uir loquaciſsimus,qui nihil curæ haberet ꝙ recte,aut ꝙ aperte,ſed ut quã primũ,& ꝙ maxime ridicule loqueretur.Idẽ fœdiſsimus omniũ,qui ad Troiã nauigauerãt,altero oculo ſtrabone,altero pede claudo,anguſtiſsimis humeris & ad pectus uſq; cõtractis,uertice acuminato,raro capillo,& eo impetigine aſtricto,idem cũ regibus contentionẽ agere ſolitus eſt aſsidue,eosq; obiurgare nõ honeſtatis utilitatiſue gratia,ſed ut ſcurrã ageret.hũc Vlyſſes grauiter ſce
D ptro eburneo percuſſũ interemit. *Aeacidæ.*] Achillis Nepotis Aeaci.Nam Aeacus genuit Peleũ,Peleus Achillem. *Vulcania.*] Vulcanus Thetidis precibus,ut ſcribit Homerus,arma Achilli filio fabricauit. *Et tamen ut longe.*] Non ſine ſumma indignatione hæc à poeta dicuntur,ut ſit ſenſus.Licet inquit intumeſcas longo genere maiorum,illud tamen ſcies originem tuam duci ab ignobilibus,oſtendens omnes pariter Romanos humili loco ortos eſſe,quum aut à paſtoribus genus ſuum duxerint,aut ab hominibus ſceleratiſsimis,qui ad aſylum Romuli cõfugerant.Romanum autem populum à paſtoribus duxiſſe originem,indicat & Varro in re Ruſtica his uerbis.Romanorum uero populum à paſtoribus eſſe ortum quis non dicit?Quis Fauſtulum neſcit paſtorem fuiſſe nutricium,qui Romulum & Remum educauit,nõ ipſos fuiſſe paſtores obtinebit,quòd palilibus potiſsimum condiderunt urbem? *Reuoluas nomen.*] Originem,& nomen familiæ tuæ. *Gentem.*] Genus tuum. *Infami aſylo.*] Hoc eſt infami genere hominum.Nam ut docet Liuius libro i.Romulus,ne uana eſſet urbis magnitudo,adijciendæ multitudinis cauſa,locum qui tunc ſeptus erat denſis ſentibus inter duos lucos aſylum aperuit,in honorem dei referẽs,ſacrum enim eſſe uoluit & inuiolabilẽ.eò ex finitimis populis turba omnis ſine diſcrimine liber an ſeruus eſſet auida nouarũ rerũ perfugit,idq; primũ ad cœptã magnitudinẽ roboris fuit. Sicq; per ſpeciẽ religionis erga deos ſpõſor factus eſt eos qui illuc cõfugiſſent nihil detrimẽti ab inimicis accepturos,

&ſi

& ſi apud ſe permanere uellent, ciuitatis etiam participes faciebat, tradebatq́; agri portionẽ, quem A bello quæſierat. lege Dionyſium. Aſylum autem dixerunt ab à particula priuatiua & συλᾶν quod eſt diripio. nullus enim illinc ut aliqua diripi poterat. hoc autem non fuit in omnibus tẽplis, niſi quibus conſecrationis lege conceſſum fuit. primo autem, ut docet Seruius, apud Athenienſes ſtatuium fuit ab Herculis filijs, quos inſequebantur hi qui erant à patre oppreſsi, ſicut docet Statius in ſeptimo Thebaidos. Fama eſt defenſos acie poſt buſta paterni Numinis Herculeos ſedem fundaſſe nepotes. Templum etiam Iunonis in Vrbe Troia appellatum fuiſſe Aſylum oſtendit Virg. in ij. Et iam porticibus uacuis Iunonis Aſylo, Cuſtodes lecti Phœnix & dirus Vlyſſes, Prædam aſſeruabant. *Aut paſtor fuit.*] Vt fuit Romulus & Remus eorumq́; altor Fauſtulus. *Quod dicere nolo.*] C. Reticentia eſt. tacet enim illum fuiſſe latronem, & latronum ducem, deinde etiam parricidã, Aemilio auo & Remo fratre trucidatis. Liuius libro primo. Lucianus Fraterno primi maduerũt ſanguine muri. S.

Aut paſtor fuit, aut illud, quod dicere nolo.

SATYRA IX

Turpia qui tolerant, nona carpuntur iniqui

Cire uelim quare totiens mihi Neuole triſtis
Occurras fronte obducta, ceu Marſya uictus.
Quid tibi quum uultu, qualem deprenſus habebat
Rauola, dum Rhodopes uda terit inguina barba,
Nos colaphum incutimus lambenti cruſtula ſeruo.
Non erat hac facie miſerabilior Crepereius
Pollio, qui triplicem uſuram præſtare paratus
Circuit, & fatuos non inuenit. unde repente
Tot rugæ? certe modico contentus agebas

CIRE *uelim quare totiens.*] Hac Satyra deteſtandum ſui temporis flagitiũ inſectatur. B Multi enim abiecta omni honeſtate quũ iam barbati eſſent, uxoremq́; haberent, draucorũ cõmercio utebantur pro ſe & uxore ſua. Tale igitur genus hominũ tota Satyra exagitat, pari modo notans & molles cinædos, & draucos ipſos. Sed quũ poeta liberiore ſtilo talem turpitudinem flagellet, illud omnino hanc Satyram interpretanti obſeruandum eſt, ut quũ turpia offenderit, ſummam adhibeat uerborum modeſtiam, uiciũ in contemptum trahat, doceat talia ut nefandiſsima eſſe fugiẽda, ni C hil eſſe omnipotenti deo noſtro deteſtabilius. Sic enim legendo adoleſcentium mentes à uicijs reſiliunt, uirtutibus inhærent, & praua declinantes recta ſequuntur. Introductũ igitur Neuolũ qui in tali turpitudine cinædis operam præſtabat, quaſi per dialogũ interrogat cur triſtis ſit, & is reſpondens auaritiã ſui tẽporis accuſat conqueriturq́; pro laboribus ſuis præmia nõ rependi à cinædis, nec ab iis quorum uxoribus operã præſtitit. Sicq́; poeta Satyrico ueluti dialogo nefanda ſui tẽporis uitia inſectatur. *Fronte o.*] Capata, & in rugas cõtracta. *Marſias.*] De Marſia Phrygio intelligit, qui ut Apuleius ſcrib. in primo limine primi libri Floridorũ, filius fuit illius Hiagnis, qui rudibus adhuc muſicæ ſeculis ſolus ante alios cantus canere inſtituit. Nam ante Hiagnin nihil aliud plerìq; callebant quàm quod Virgilianus opilio ſeu bubſequa, Stridenti miſerum ſtipula diſperdere carmen. Primus Hiagnis in canẽdo manus diſcapedinauit, primus duas tibias uno ſpiritu animauit, primus leuis & dextris foraminibus, acuto tinnitu & grauibombo concentũ muſicũ miſcuit. à patre igitur Marſias eruditus cum Apolline certauit, à quo ſuperatus uelut urſus bipes corio execto, nudis & laceris uiſceribus relictus eſt. Ita Marſias in pœnam cecinit & cecidit. *Quid tibi cum u.*] ſ. tali, id eſt, quid ſibi uult talis uultus? *Deprehenſus.*] in turpi opere. *Rauola.*] Pro cunnilingo ſui temporis accipitur. *Rhodopes.*] Nomen mulieris in D famis. *Nos colaphum.*] Legendum eſt quaſi per acclamationem poetæ, ex quo rei turpitudinem oſtendit quaſi diceret. Tam turpia fiunt per totam urbem, & ſine ulla peccantis caſtigatione: uerũ ſi ſeruus cruſtula comedit, ſtatim eum uerberamus, & acriter caſtigamus. Sicq́; poeta docet mirã eſſe mortalium cæcitatem, qui leuiora crimina notent & puniant, grauiora uero impunita relinquant. *Colaphum.*] Dictio eſt Græca Latine alapa dicitur. Teren. Plus quingentos colaphos infregit mihi. *Cruſtula.*] Seruius differentiam facit inter cruſtam & cruſtum, ut cruſta ſit eorum quæ non comeduntur, ut cruſta marmoris. Verg. Currenti in flumine cruſtæ. Cruſtũ uero eorum quæ comedũtur. Verg. Patulis nec parcere quadris Fatalis cruſti. Orat. per diminutionẽ in Satyris. Dant cruſtula blandi doctores elemẽta uelint ut diſcere prima. *Pollio Crepereius.*] Pollionem ut luxurioſum, & nepotẽ ſugillat, qui abſumptis opibus mutuo & in fœnus cogebatur pecuniam quærere, quod nõ faciebat ſine magno pudore, & frontis contractione ob priſtinã fortunã, à qua ob gulã deiectus erat. *Hac facie*] Tua. ſ. ô Neuole. *Non inuenit fatuos.*] Hoc eſt, qui reuera fatui fuiſſent, ſi dediſsẽt mutuo quod ad ſe nõ eſſet rediturũ. Fatui aũt dicũtur, qui nullius ſunt prudẽtię. C. Stulti, hebetes, ſtipites, caudices, plũbei. S. *Vnde.*] Subaudi ſunt. *Tot r.*] tãta uultus triſtitia, quę per rugas oſtẽditur. *Certe m.*] occurrit tacitę reſpõſioni, poſſet enĩ dicere, paupertas mihi

moleſta

A moleſtá eſt,& proinde triſtis ſum.ait ergo.Certe tu contentus modico uitam per ſummam hilari-
tatem agebas,ita ut uernas prorſus hilaritate uitæ referres:nam uernæ utpote in domibus poten-
tiorum nati & nutriti,miræ dicacitatis erant,à uerna fit uernaliter. Ora. in ſermonibus. Conti-
nuatꝗ dapes,nec non uernaliter ipſis Fungitur officijs prælambens omne quod affert.Differt au-
tem uerna à ſeruo,quod ſeruus is ſit,qui aut bello captus,aut ære paratus in poteſtatem noſtram
uenit.Vernæ uero, qui ex ancillis
naſcuntur domi.nam & ij in ſerui-
tute ſunt. *Vernam equitem.*] Ita in-
quit hilare uiuebas, iiſꝗ iocis, ut
uerna eques uidereris. Sic enim
Romani uernas equites per io-
cum nominauere. Martia. Quiri-
nalis futuit ancillas, domumꝗ &
agros implet equitibus uernis. I-
dem alibi. Ciuis non Syriæue,Par-
thiæue,nec de Cappadocis eques
B cathaſtis. *Facetus.*] ſcribit Quin-
tilianus facetum non tantum circa
ridicula conſiſtere, ſed etiam eſſe
appellationem excultæ cuiuſdam
elegantiæ,unde Ora. Molle atꝗ fa-
cetum. *Ioco mordente*] iocum acci-
pimus,autore Fabio,quod eſt con-
trariū ſerio.Nā & fingere,& terre-
re,& promittere interim iocus eſt.

Vernam equitem,conuiua ioco mordente facetus,
Et ſalibus uehemens intra pomeria natis.
Omnia nunc contra,uultus grauis,horrida ſiccæ
Sylua comæ,nullus tota nitor in cute,qualem
Præſtabit calidi circumlita faſcia uiſci,
Sed fruticante pilo neglecta,& ſqualida crura.
Quid macies ægri ueteris,quem tempore longo
Torret quarta dies,olimꝗ domeſtica febris?
Deprehendas animi tormenta latentis in ægro
Corpore,deprehendas & gaudia:ſumit utrunꝗ
Inde habitum facies.igitur flexiſſe uideris
Propoſitum,& uitæ contrarius ire priori.
Nuper enim(ut repeto)fanum Iſidis,& Ganymedē
Pacis,& aduectæ ſecreta palatia matris,
Et Cererem(nam quo non proſtat fœmina tēplo?)

Mordente.] Per iocum mordentem intellexit dicacitatem, quæ proprié ſignificat ſermonem cum
riſu aliquos inceſſentem,ideo Demoſthenē urbanum fuiſſe dicunt,dicacem negant. *Vehemens*]
Valde prōptus. *Salibus.*] Ridiculis.Ci.Omne quod ſalſum ſit ait eſſe Atticorū, quia ſunt maxi-
me ad riſum cōpoſiti.Et Catullus quū dicit, Nulla eſt in toto corpore mica ſalis, hoc dicit nihil in
corpore eius eſſe ridiculum.Salſum igitur erit quod non erit inſulſum,uelut quoddā ſimplex ora-
tionis condimentum,quod ſentitur latente iudicio,& uelut palatum excitat,quod à tædio defen-
dit orationem. *Intra pomeria.*] Eos ſales intelligit,qui autore Fabio urbanitas dicuntur, quã ait
C ſignificari ſermonē præferentē in uerbis,& ſono,& uſu proprium quendam guſtū Vrbis,& ſum-
ptam ex conuerſatione doctorū tacitam eruditionem,cui contraria ſit ruſticitas. *Pomeria*] Di-
cunt quaſi poſt mœnia.Nam ut ſcribit Liui.ſpacium quod neꝗ habitari,neꝗ arari fas erat, non
magis quod poſt murū eſſet,ꝗ quod murus poſt id,pomeriū Romani appellauere. *Omnia nunc
contra.*] Subaudi ſunt tibi. *Sylua b.*] Cæſaries incompta. *Siccæ.*] Non unguentatæ:nam & ca-
pilli,totūꝗ caput unguento fouebantur.Mart.Si ſapis Aſſyrio ſemper tibi crinis amomo Splen-
deat,& cingant florea ſerta caput.Plau.in Caſina.Vnde hic amabo unguēta olēt,oh perij.Ceſſo ca-
put palio detergere. *Calidi uiſci.*] Hoc dicit quia ut ſcribit Plin.lib.xxiiij. Viſcum cum reſina, &
cæra,panos in cute mitigat omnis generis,tali igitur remedio facies reddebatur nitidior. *Sed
fruticante.*] Notat mollitiē,turpitudinemꝗ ſui tēporis.Nam cinædi,ut molliores uiderentur,cru-
ra & brachia ſibi depilabant.Eſt ergo ſenſus.Crura inquit nunc ubi ſunt neglecta,& ſquallida pi-
lo fruticante.i.ſubnaſcente inſtar fruticis. *Quid macies.*] Subaudi ſibi uult. *Aegri ueteris.*] Vale-
tudinarij hominis,qui morbo diutino laborauerit. *Deprehendas animi tormenta.*] Senſus eſt. Sen-
tio profecto te graui cura uexari.Nam facile unuſquiſꝗ deprehēdat animi perturbationes ex ha-
bitu corporis.i.& curas & gaudia. *Deprehendas*] Secunda perſona pro tertia,i.unuſquiſꝗ faci-
le poſſit deprehendere. *Vtrumꝗ habitum.*] Et mœroris,& gaudij. *Inde.*] Ex animo.i.ex affecti-
D bus latentibus in animo,gaudio.ſ.& mœrore. *Flexiſſe.*] In aliam partem uertiſſe,& mutaſſe.
Vitæ priori.] Quam agebas multis iocis & ſalibus. *Nuper enim.*] Dum oſtendit Neuolum fuiſſe
mœchum & pædiconem notiſsimum,notat adulteria,aliaꝗ flagitia ſui temporis,quæ in tantum
adoleuerant,ut tota fere ciuitas corrupta contaminataꝗ foret.Eſt ergo ordo & ſenſus. O Neuole
tu nuper mœchus notior Aufidio,ſolebas celebrare phanum Iſidis,ut repeto memoria ut recor-
dor. *Phanum Iſidis.*] In templis & in primis Iſidis frequentia cōmittebantur adulteria,de quibus
pluſcula diximus in ſeptima Satyra illic.Iſiacæ ſacraria lænæ.Erat autem templum Iſidis uicinum
campo Martio. *Ganymedem pacis.*] Templum pacis Veſpaſianus extruxit iuxta forum, in quo
aut pictam imaginem,aut ſtatuam Ganymedis fuiſſe oſtendit poeta.Ganymedes autem filius fuit
Laomedontis regis Troianorum,quem dilectum Iupiter in Aquilam conuerſus rapuit in cœlū,
remotaꝗ Hebe filia, pocillatorem ſuum fecit, *Palatia.*] Id eſt templum extructum in palatio:
de quo ita Liuius libro trigeſimonono ab Vrbe condita.Et ædem magnæ matris in palatio faci-
endam locauerunt.Palatium autem collis fuit,ut alibi oſtendimus. *Secreta.*] Quæ tantū à facer-
dotibus curētur,ſunt enim omnia deorū ſacra myſtica. *Matris a.*] Cybeles aduectę ex Phrygia.
de qua in tertia Sat.plura diximus illic.Hoſpes numinis Idęi.Lege Liuiū. *Cererem.*] Templum
Cereris,qđ erat ad circū maximū,ut docet Plin.li.xxxv.cap.xi. *Nam quo nō p.*] Hæc legūtur per
paren-

parentheſim,& ſummam indignationem.oſtendit autem pudicitiam non modo in locis propha A
nis,ſed ne ſacris quidem eſſe tutam,hocq; maxime dicit,quia Cererem nominauit,in cuius tẽplo ſolebant eſſe tantum caſtæ matronæ,in quo nunc adulteria committuntur.Ouid.lib.iiij.Faſt.Sed ſi thura aberũt,udas accendite tædas.Parua bonæ Cereri,ſint modo caſta,placẽt. *Proſtat.*] Proſtare eſt corpus,ut diximus in i.Saty.in uulgus dare,eſtq; uerbum neutrum. *Aufidio.*] Aufidius taxatur ut nobilis adulterijs,& matronarũ corruptor. *Quod taceo*] Occupano. *Vtile & hoc multis.*] Subaudi eſt.uerba ſunt Neuoli reſpondẽtis,ſub cuius perſona tota Satyra exurgit. *Inclinare.*] Incuruare ad rem turpẽ, ut alibi, quot diſcipulos inclinet Amilius. *Inde.*] Ex tali turpi opere. *Operæprecium.*] Emolumentum, ſermo ſumptus à mercenarijs, quibus iucundum eſt & utile poſt operã precium accipere. *Lacernas.*] Ordo eſt.Accipimus aliquãdo lacernas pingues. De lacerna dictũ eſt in i. Saty. *Pingues.*] Craſsioris lanæ, & fili. *Munimẽta.*] Appoſitio eſt; hoc eſt,quæ ſuperinduũtur togæ. Mart.in Diſtichis Amphitheatrales non commendamur ad uſus, Quum tegit albentes noſtra lacerna togas. Toga autẽ ut diximus ante,communis fuit ueſtis Romanorũ,nulla inter eos diſcretione.unde Virg.eos appellauit gentem togatam,ſed poſtea remanſit in pauperibus & clientibus. B *Male percuſ.*] Male calcatas,ac per hoc rariore textura,minoreq; æſtimatione. C *Pectine.*] Pecten inſtrumentum eſt, quo ſtamen calcatur in texendis pannis,& linteis.

Notior Aufidio mœchus celebrare ſolebas
(Quod taceo)atq; ipſos etiam inclinare maritos.
Vtile & hoc multis uitæ genus,at mihi nullum
Inde operæprecium,pingues aliquando lacernas
Munimenta togæ,duri craſſiq; coloris,
Et male percuſſas textoris pectine Galli
Accipimus,tenue argentum,uenæq; ſecundæ.
FATA regunt homines,fatum eſt in partibus illis,
Quas ſinus abſcondit.nam ſi tibi ſydera ceſſant,
Nil faciet longi menſura incognita nerui.
Quamuis te nudum ſpumanti Virro labello
Viderit,& blande aſſiduæ denſæq; tabellæ
Sollicitent. ἔθους γὰρ γλυκὺ εἶναι ἄνδρα κίναιδον.
Quod tamẽ ulterius monſtrũ,quàm mollis auarus?
Hæc tribui,deinde illa dedi,mox plura tuliſti.
Computat,atque cauet.ponatur calculus,adſint
Cum tabula pueri.numera ſeſtertia quinque
Omnibus in rebus,numerentur deinde labores.
An facile & pronum eſt agere intra uiſcera penem
Legitimum,atque illic heſternæ occurrere cœnæ?
Seruus erit minus ille miſer,qui foderit agrum
Quàm dominum.ſed tu ſane tener,& puerum te,
Et pulchrum,& dignum cyatho,cœloq; putabas.
Vos humili aſſeclæ,uos indulgebitis unquam

Textoris G.] Nam Galli uiliores craſsioresq; ueſtes cõficiebãt.Mart. Me pinguis Gallia ueſtit. *Tenue arg.*] Tenuẽ laminã,aut aliquid ex tenui,exiguoq; argento,ut ligula. *Venæq; ſ.*] Ita dictũ,ſicut dicimus panem ſecundariũ,quem alio uocabulo cibariũ appellamus,qui bonitate ſit inferior q̃ qui fit ex prima farina. *Fata re.h.*] Hoc dictum à Neuolo cũ ſuſpirio & querela,ut dicat deos qui rerum omnium moderatores ſunt ſibi aduerſos exiſtere: nec quenq̃ in opere ſuo optatum exitũ ſortiturũ,cui dij propicij non fuerint. *Fatum eſt in p.il.*] Neceſſe eſt & illum fata ſibi propicia habere,qui inhoneſtæ uoluptati inſeruit:nã & res illa ex fato, & ſyderib.pendet.De fato alibi ante diximus. *Sinus.*] Veſtis. *Si tibi ſ.c.*] .i.Si in ortu tuo benignũ tibi nõ affulſerit ſydus. *Spumanti l.*] Quum enim appetũt labra mouent, titillatu pruriginis. *Virro.*] Nomen diuitis adamãtis ſibi draucos,alibi pro diuite tantum ponitur. Virroni murena datur. *Te nudum.*] Ac per hoc enam bene mentulatũ.Nam in balneis dabatur occaſio inſpiciundi qualis quiſq; eſſet. *Tabellæ.*] Quę mittebantur à cinędis. *ἔθους γὰρ.*] .i.moris enim dulcis uirũ eſſe cinędũ,ſubaudi eſt. *Vlterius m.*] .i.peius. Vnde dicimus ultima uicia. i. extrema & D
peſsima quaſi ultra,quę nõ poſſis progredi.C.Et poſtremos homines appellauit Cicero.i.nequiſſimos. S. uerba ſunt adhuc Neuoli conquerentis de auaricia cinædi. *Hæc t.*] Verba Virronis recitata à Neuolo ponentis calculum rationibus ſuis cum Neuolo. *Cauet.*] Aliqui legunt,& ceuet,ut ſit,Cinædus in draucum auaricia utitur,& tamen in re turpi perſeuerat. Nam ceuere eſt in obſcœnis,de quo ante.Ego te ceuentem Sexte uerebor.quod ſi legas atque cauet,erit ſenſus computat,atq; cauet,ſcilicet ſibi ne in computatione decipiatur. *Ponatur calculus.*] id eſt, ſubducatur ratio expenſi & accepti.calculus autem breuis eſt lapillus,quo ratiocinatores utuntur in rationum computatione.poſſunt eſſe uerba Neuoli indignantis, munera quæq; ſibi numerari & proinde prorumpenus,ponatur calculus. De calculo dicemus huberius in Satyra xi. *Omnibus in rebus.*] Ex omnibus inquit,quæ mihi tribuiſti non pluſquam quinq; ſeſtertia fuerunt, ſed numerentur labores mei,quos inuenies longe maiores,quàm munera tua. *Legitimum.*] Conuenienti magnitudine. *Sed tu ſane.*] Ironicos hoc dicit,ut oſtendat nullam ſibi fuiſſe uoluptatem, quũ eſſet iam grandi ætate,& totus hirſutus. *Dignum cyatho.*] Alterum Ganymedem,qui Iouis fuit formoſiſsimus pocillator. *Vos.*] O diuites cinædi.Eſt enim interrogatio ad diuites cinędos, & argumẽtũ à minori ad maius.i.ſi draucis nihil datis,q̃ uoluptati ueſtrę cũ maximo ſuo labore inſer-

Cultori,iam nec morbo donare parati?
En cui tu uiridem umbellam,cui ſuccina mittas
Grandia,natalis quotiens redit,aut madidum uer
Incipit,& ſtrata poſitus,longaq; cathedra
Munera fœmineis tractas ſecreta calendis.
Dic paſſer cui tot montes,tot prædia ſeruas
Appula,tot miluos intra tua paſcua laſſos?
Te Trifolinus ager fœcundis uiribus implet,
Suſpectumq; iugum Cumis,& Gaurus inanis.
Nam quis plura linit uicturo dolia muſto?
Quantum erat exhauſti lumbos donare clientis

A inſeruiunt, nihil eſt quod pauperes clientes à uobis ſperare poſſint. *Aſſeclæ.*] Datiuus eſt caſus.à ſequendo ſunt dicti aſſeclæ,ij enim ſunt,qui ſpe alicuius emolumenti diuites ſequũtur. *Cultori.*] Clienti. C. nam clientes,à colendo dicti ſunt,quaſi colentes. S. *Morbo.*] Hoc eſt prurigini ueſtræ,id eſt,ipſis draucis,qui in morbo ueſtræ libidinis ſuccurrunt. utrum ſint uerba drauci,an poetæ ignoro. *En cui tu uiridem umbellam.*] Verba poſſunt eſſe tam drauci quàm poetæ ſubſannãtus per irriſionem ipſum cinædum,cui tanquàm mulierculæ mittebantur munera à draucis, quum contra ipſe nimia ingratitudine nihil referret. Vt ſit ſenſus, & diſſuaſio:nihil cinædo tam ingrato eſſe donandum. *Vmbellam.*] Velum erat,quo præſertim mulieres utebantur ad arcẽdum ſolem. Martialis.Accipe quæ nimios uincant umbracula ſoles. Sit licet &
B uentus te tua tela teget. *Succinæ.*] Electra dicuntur à ſucco arborum,unde deſudant. Nam uanitas prodidit Græcorum Phaetontis fulmine icti ſorores fletu mutatas in arbores populos, lachrymis electrum omnibus annis fundere iuxta Eridanum amnem quem Padum uocamus.Et electrum appellatũ, quoniam ſol uocitatus ſit electros:quam opinionem,ut multi alij poetæ,ſecutus Martialis,ſic cecinit. Quum Phaetontea formica uagatur in umbra, Implicuit tenuem ſuccina gutta feram. Diodorus hoc ut falſum improbans tradit Baſileam inſulam eſſe Scythiæ oppoſitam in oceano,in quam tempeſtas electrum plurimum eijcit,nulla alia in parte orbis repertum,illudq́ ab incolis ad loca uſq; noſtra tranſmitti.Succinis autem mulieres delectabantur,unde Plin.lib.xxxvij. ſic ſcribit,Proximũ locum in delitijs fœminarũ tamẽ adhuc tantũ ſuccina obtinent,eãdẽq; omnia hæc quã gẽmæ auctoritatẽ. *Natalis quotiens.*] Nam ab amicis mittebantur munera celebranti diem ſuũ natalem. *Madidum uer incipit.*] .i. quotiens uenere Kalendæ Martiæ,quo tempore incipit uer & frequentes ſunt pluuiæ. Kalendis igitur Martijs munera mulieribus mittebantur ab amicis,ſicut menſe Decembri quinq; diebus uiris,quo tẽpo
C re Saturnalia celebrabantur.Et quemadmodũ mulieres Kal. Martijs ſeruos cœna excipiebãt tanquam exhortãtes eos ad inſequẽtis anni operã,ſic & uiri in Saturnalibus ſeruos in cœnam admittebant tanq; eis gratias agentes operę toto anno nauatæ.unde Tibul.in primo limine tertij libri ad Neerã.Martis Romani feſtæ uenere Kalendæ,Exoriẽs noſtris hic fuit annus auis. Et uaga nũc certa diſcurrunt undiq; pompa,Perq; uias Vrbis munera perq; domos.Et Mart. lib.v. ad Gallã. Scis certe puto ueſtra iam uenire Saturnalia Martias Kalend.Mulieres autem Kalend.Martias colebant in memoriã belli cum Sabinis cõpoſiti,nam tali die Sabinæ mulieres bella ſedarunt. Ora. Martijs cœlebs quid agam Kalendis? *Et tractas.*] Legendũ eſt tractat,& non tractas,ut ſit ordo et ſenſus.En cui tu mittas umbellã quoties natalis redit.Et ipſe potius in cathedra ſtrata tractat munera ſecreta fœmineis Kalendis.Tractat ergo.i.manib. pertractat tanq; fœmella. *Secreta.*] Quæ non uult ab alijs uideri, ut pudenda muliebriaq;.Nam & ipſe cinædus tanquam fœmina ſedet expectans dona ab amatoribus. *Poſitus.*] Sedens. *Cathedra ſtrata.*] Id eſt,ſella tapetibus ornata, quali ſede mulieres ſedentes munera expectabant ab amicis,& amatoribus. *Fœmineis Kalendis*] Martijs,quæ ut dictum eſt,à mulieribus tantum colebantur. *Dic pa.*] Inſultat eius mollicici pariter & auariciæ. *Paſſer.*] Tu mollis & ſalax ut paſſer,qui ob uenerẽ putris eſt & caducus. *Tot miluos.*] Tot tua paſcua,in quibus ambiendis milui uolando defatigantur.Imitatio eſt Perſii. Di
D ues aras Curibus quantum non miluus oberret. *Te Trifolinus.*] In Campania eſt ager Trifolinus.Plinius libro quarto capite ſexto.uina trebellica appellarunt ad quartum à Neapoli lapidẽ, & iuxta Capuam Caulina , mox Trifolina. *Suſpectum.*] Quod imminet Cumis , & quod à Cumis ſuſpicitur.De Miſſeno uidetur intelligere.nam uicinum eſt Cumis.Strabo proximum eſt Cumis Miſſenum promontorium. *Gaurus.*] Mons Campaniæ non longe à Baijs prope lacum Auernum,de quo Luca. Vel ſi cõuulſo uertice Gaurus Decidat in fundum.Plin.lib.xiiij.cap.ix.Certant Maſſica æqua ex monte Gaurano Puteolos Baiasq; proſpectãtia. *Inanis.*] Concauus,ut eſt natura montium. *Plura linit.*] Plura recõdit in cella uinaria.Linit autem.i. gypſat.Nam uaſa uino repleta conſueuere pice aut gypſo obturari,ne uina exhalarẽt.Vnde eſt illud Perſii. Seriolæ ueteris metuens deradere limum.i.gypſum,aut picem.Colu.lib.xiij.Nam oportebit poſt hunc numerum dierum confeſtim uinum emundare,& ſi quid fecis,aut labris uaſorum,aut lateribus hæſit,eradi,ac ſuffricari,& protinus operculis impoſitis oblini.Orati.Vile potabis modicis ſabinũ Cantharis,Græca quod ego ipſe teſta Conditum leui,hoc eſt gypſaui.Huic contrarium eſt Terentianum illud.Releui dolia omnia , atq; omnes feras . quod ſignificat aperui , & quaſi regypſaui: nam præteritum eſt à relino,non ut quidam falſo putauerunt à releuo per ſyncopen. *Victuro*] Quod diu ſeruabitur. *Quantum erat.*] Quã magna res erat,ironicos,ac ſi dicat res minima erat.

Melius.]

Melius ne hic ruſticus infans.] Senſus eſt. Maius profecto erit lucrum, quod faciet puerulus, qui deferat nuncios ſacerdoti cybeleio, quàm ego facio, eſtq; legendum cum interrogatione. Et erit ordo infans ruſticus cum matre, & caſulis, & cũ catello luſore, id eſt, qui pauperrimus eſt, & aliud nihil habet quàm matrẽ, & caſulam, & catellũ, ne fiet, id eſt, nonne fiet hic, id eſt Romæ, melius, id eſt, cum maiori emolumento legatus, id eſt, internuncius, & ueluti leno amici pulſantis cymbala, id eſt, ſacerdotis cybelei, qui ſacerdotes rebus ſpurcis, et uenereis dediti erãt: nam patiebãtur muliebria ut molles, & eunuchi. Ergo melius ne, id eſt nonne, ut alibi in ſequentibus iam ne igitur laudas, id eſt, nonne laudas. poſſet etiam legi, Et næ pro certe, & ualde, ut eſt ſæpe apud Terentium. Perſius. Næ mihi Polydamas, & Troiades Labeonẽ Prætulerint. *Pulſantis cymbala.*] De Gallis geſtantibus cymbala diximus proxima Satyra. Et reſupinati ceſſantia tympana Galli. A

Iugeribus paucis? melius ne hic ruſticus infans
Cum matre, & caſulis, & cum luſore catello
Cymbala pulſantis legatus fiet amici?
Improbus es, cum poſcis, ait. ſed penſio clamat,
Poſce, ſed appellat puer unicus, ut Polyphemi
Lata acies, per quam ſolers euaſit Vlyſſes.
Alter emendus erit, nanq; hic non ſufficit, ambo
Paſcendi. quid agam bruma ſpirante? quid oro?
Quid dicam ſcapulis ſeruorum menſe Decembri,
Et pedibus? durate, atq; expectate cicadas?

B

Improbus.] Verba cinædi, id eſt, inſaciabilis es. Verg. Improbum anſerem appellat inſaciabilem. Improbum item dicimus, ſicuti manifeſtiſsimum eſt, minime probum. Vt illud apud Senec. Improbus homo eſt, qui beneficium ſcit ſumere, & reddere neſcit. Improbum ſæuum ſignificat Virgil. Lauit improba teter Ora cruor. *Sed penſio clamat.*] Verba ſunt Neuoli. Penſio inquit, id eſt, æs alienum quod mihi pro domicilio meritorio pendendum eſt, clamat & urget, ut poſcam à te. penſio à pendendo dicitur: nam apud antiquos omnis pecunia pendebatur. appellat autem penſionem, quæ pro locis conductis ſoluitur. Mar. lib. iij. ad Gargilianum. Vnde tibi toga eſt, & fuſcæ penſio cellæ. Capitur etiam pro ipſa in omni re ſolutione, ut illud apud Liui. lib. xxxix. ab Vrbe condita. Decreuerunt conſules ut tribus penſionibus ea pecunia ſolueretur, hoc eſt tribus enumerationibus, ſiue ſolutionibus. *Sed appellat puer unicus.*] Puer inquit, qui ita unicus eſt, ut fuit acies unica Polyphemi. quaſi diceret qui ſolus mihi ſatis non eſt, ſicut acies unica nõ ſatis fuit Polyphemo. nam ſi duas habuiſſet, Vlyxes non euaſiſſet. appellat me & urget, ut alterum reperiam ſeruum, quia ſolus non poſsit mihi dare operam. *Acies lata.*] Latus oculus. acies autẽ proprie, ut docet Cic. in lib. De natura deorum, dicitur ipſa pupilla. *Euaſit Vlyſſes.*] Nam Vlyſſes, ut ſcribit Home. libro C
Odyſſ. ix. tempeſtate per nouem dies iactatus, quum in patriam cum ſocijs eſſet rediturus ad Lotophagos prius in Aphricam delatus eſt, unde ſocij loto guſtata uix abſtrahi poterant: deinde illinc diſcedens in Siciliam uenit ad Cyclopas, apud quos omnia ſponte ſine cultura proueniunt, oues paſcunt: Vlyſſes acceptis duodecim ſocijs è nauibus in littus deſcendit indagaturus quæ loca, quis teneret, tulitq; ſecum utrem plenum uini ſuauiſsimi, quod dederat Maron Iſmari accola ſacerdos Apollinis, & Euanthis filius. unde dictũ eſt uinũ Maronicũ, cuius tanta erat uis, ut uni mẽſuræ uini, uiginti aquarũ adderẽtur. Hæc prodidit Home. & Virgil. quorũ & Plinius meminit lib. xiiij. cap. iiij. Spelũcã polyphemi intrauerũt, qui tũc per paſcua agebat oues. Illic copia caſei, agnorũ, & hedorũ, orauere ſocij Vlyſſem, ut his reb. onuſti ad naues remearẽt, Vlyſſes renuit cupidus uidẽdi, & experiẽdi an Polyphemus iure hoſpitij aliquid donaturus eſſet. Caſeo igitur cõfidẽtes ueſci cœperũt. Superuenit cuſtos cũ ouib. ingẽs ſaxũ oſtio opponit, qui ſint interrogat ſuperbe, reſpõdent ſe Achiuos eſſe ex Agamẽnonis exercitu fluctibus illuc pulſos, ſupplices aliquid petere, hoſpites enim & ſupplices in tutela eſſe Iouis. Tũ dij inquit nõ ſunt curæ Cyclopibus, & cũ dicto duos ex iſs arreptos more mõtani leonis integros depaſtus eſt, multo hauſto lacte obdormiuit. Sequẽti die gregẽ in paſcua eduxit. & fores eadẽ mole clauſit, ueſpera rediſt, duas in cœna capras deuorauit: Vlyſſes blãdis uerbis ſuauiſsimi uini, quod ſecũ attulerãt, poculũ obtulit, quo guſtato, ter iuſsit ad ſe deferri, exhilaratus uino petit de nomine eius tanq; ei gratias acturus. Vns. i. D
nemo mihi nomẽ eſt inquit Vlyſſes. At ille, neminẽ ultimũ comedã, & ſomno ſe dedit profundiſsimo, uino repletus: Vlyſſes cũ ſocijs accepto ligno oblõgo & acuto, igniq; præuſto oculũ, qui unus illi erat in media frõte, eruerũt, palũ in uulnere reliquẽtes. Cyclops dolore percitus, grauiter mugit. Ad tã horrendã uocẽ cõcurrere alij Cyclopes quærentes, cur ipſos à ſomno excitaret. Tum ille. Nemo inquit dolo me, nõ uirib. interficit. illi reſpõderũt, ſi nemo uim infert, certe Iouis mala euitare nequis. Cyclops amoto ſaxo oues emiſit. ſingulas manib. pertẽtatas. Vlyſſes mira aſtutia ſocios primum, mox ſe ſub uẽtre alligauit & ita periculũ euaſit, ad ſociosq; rediſt. Polyphemus aũt, ut tradit Home. filius fuit Neptuni & Theoſſæ, qui obcæcatus deſcẽdit ad littora, & patrẽ Neptunum cõtra Vlyſſem imprecatus eſt, ex quo putat illũ paſſum naufragiũ. *Scapulis.*] Terẽt. Dũ ſtudeo eſſe fidelis, amiſi ſcapulas. ſunt aũt oſſa humeris annexa, à quibus dependẽt brachia. *Menſe D.*] Illud obſeruandũ eſt dici mẽſe Decẽbri, & mẽſe Ianuario, & nõ menſe Decẽbris, & Ianuarij, et ſic de reliquis. Itẽ urbẽ Patauiũ, & lacũ Benacũ, & fluuiũ Adduam, et montẽ Parnaſum, & arborẽ ficũ. Licet plærũq; cõtra per uulgatã & merã latinitatẽ in cõtrariũ dici reperiatur. *Durate.*] Verba ſunt Neuoli, & nõ auari, ut qui dicat: Quid dicam ſcapulis & pedibus tẽpore hyemis, ut durẽt & æquo

A animo ferant frigoris iniuriã. C. ſic, Verg. Aeneid. i. Durate, & uoſmet reb. ſeruate ſecũdis. nã quæ dura ſunt, difficile frangũtur, idcirco durãt, & uim melius ferunt.] S. *Verum ut diſsimules.*] Eſto inquit ut fingas te ignorare reliqua, quæ in te cõtuli beneficia, quãto precio metiris. i. quãti facis, ꝙ ego feci tibi grauidã uxorẽ. *Virgo ma.*] Sed cã tibi impleui, ut mulier eſſet effeci. *Tabulas.*] quibus inter ſe cõuenerant in matrimoniũ. *Signabat.*] .i. alias tabulas iã erat ſignatura, cũ alio uiro. *Quo te c.*] Quo fugias? quid reſpõdeas? *Quæ p.*] .i. Quæ premia poteris tu dicere eſſe, aut prima aut ultima, quaſi diceret tãmulta in te contuli beneficia, ut nõ poſſis dicere, ego uolo hoc eſſe ultimũ premium laboribus Neuoli, quũ nunquam poſsis ſatisfacere. *Nullum ergo meritum.*] Occurrit tacitæ obiectioni. poſſet enim dicere auarus, merita eius nulla eſſe. An non

Verum ut diſſimules, ut mittas cætera, quanto
Metiris precio, quod ni tibi deditus eſſem,
Deuotusq; cliens, uxor tua uirgo maneret?
Scis certe quibus iſta modis, quàm ſæpe rogaris,
Et quæ pollicitus. fugientem ſæpe puellam
Amplexu rapuit, tabulas quoq; ruperat, & iam
Signabat, tota uix hæc ego nocte redemi
Te plorante foris. teſtis mihi lectulus, & tu,
Ad quem peruenit lecti ſonus, & dominæ uox.
Inſtabile, ac dirimi cœptum, & iam pene ſolutum
Coniugium in multis domibus ſeruauit adulter.
Quo te circumagas? quæ prima, aut ultima ponas?
Nullum ergo meritum eſt ingrate, ac perfide, nullũ,
Quod tibi filiolus, uel filia naſcitur ex me?
Tollis enim, & libris actorum ſpargere gaudes
Argumenta uiri. foribus ſuſpende coronas,
Iam pater es, dedimus quod famæ opponere poſſis.
Iura parentis habes, propter me ſcriberis hæres,

B inquit hoc eſt meritum maximũ, quod quum ipſe non poſſes ex uxore ſuſcipere liberos, ego uicem tuam ſuppleuerim, & inde tibi nati ſint liberi? *Tollis.*] Educas tãquam tuos. Terẽ. Quicquid peperiſſet decreuerunt tollere. *Argumenta uiri.*] Argumentum autore Fabio plura ſignificat. Nam & fabulæ ad actus ſcenarum compoſitæ argumenta dicuntur, & orationum Ciceronis uelut thema argumentum appellamus. unde Pedianus inquit, argumentũ tale eſt. Ex quo apparet argumentum omnem eſſe materiam ad ſcribendũ deſtinatam. Et pro materia accipit Cic. inquiens, quoniam nullum ſcribendi argumentum mihi relictum eſt. Argumentũ etiam dicimus probabile inuentum ad faciendã fidem. Cic. Top. & Part.

C orat. Ergo argumenta uiri. i. filios, qui fidem faciunt & indicium te eſſe uirum. dicimus enim ſic, ſilentium tuum mihi argumento, te uirũ bonum eſſe, id eſt indicio. Plin. loquens de Vrſis. Cibi nulla argumenta. i. nulla indicia. deductumq; eſt uocabulum ab arguo, quod idem eſt quod fidem facio, & indico, ut uerba tua arguunt te improbum eſſe. i. indicant, & fidem faciunt. *Libris actorũ*] Diximus in ij. Saty. illic. Cupient & in acta referri, acta eſſe libros, in quibus tam publica quàm priuata negocia perſcribuntur. Vnde Cice. in ij. Philippica: in publicis actis nihil eſt lege grauius, In priuatis firmiſsimũ eſt teſtamentũ. Tranquillus in Tyberio. Interim quũ in actis ſenatus legiſſet, dimiſſos, ac ne auditos quidem quoſdã reos. Idem in Cæſare. Fuerat animus cõiuratis corpus occiſi in Tyberim trahere, bona publicare, acta reſcindere. i. libros quibus acta Cæſaris conuinerentur. Vnde & ætate noſtra dicimus, in actis tabellionũ hoc inuenitur. i. in libris quibus deſcribũtur acta & geſta hominũ. Ita demum, ut appellatione actorũ intelligamus non ſolum libros ipſos, in quibus ipſa negocia perſcribantur, ſed etiam abſolute facta & geſta, ut illud apud Tranquil. in Auguſto. Nihil cõuenientius ducens, ꝗ necem auunculi uindicare, tueriq; acta. i. quæ egiſſet. Ergo libris actorũ. i. libris continentibus publica ciuitatis negocia: nam & nomina liberorũ in publicis ciuitatis monumentis deſcribebãtur. Vnde Apul. in ſecunda Apologia ita ſcribit. Pater eius natã ſibi filiam more cæterorum profeſſus eſt. tabulæ eius partim tabulario publico, partim domo aſ-

D ſeruabantur, quã conſuetudinẽ ſeruant adhuc Veneti. poſſumus etiã intelligere priuatos libros, in quibus parentes acta ſua deſcriberent, inter quæ & nomina liberorum, unde Seruius in ij. Georg. exponẽs illud. Populi tabularia uidit, ſcribit in tẽplo Saturni, ubi erat ærariũ ſolita fuiſſe reponi acta, quæ ſuſceptis liberis faciebant parentes. Plin. oſtendit in x. acta eſſe libros, inquiens phœnicẽ autem in comitio propoſitum, quod actis teſtatum eſt, ſed quę falſa eſſe nemo dubitauerit. Idẽ etiam in viij. Sed ſuper omnia in noſtro æuo actis Populi Ro. teſtatum. Tranquil. in Caligula. Quibuſdam abſentiũ maritorum nomine repudium ipſe miſit, iuſſitq; in acta referri. Ab actis dicuntur actuarij, hoc eſt, qui ſcribendo, negocia tam publica, quàm priuata, in acta referunt, quaſi notarij. Vnde Tranquil. in Cæſare. Orationes aliquas reliquit inter quas temere quædam fuerunt ut pro. Quin. Metello, quam non immerito Auguſtus exiſtimabat magis ab actuarijs exceptam male ſubſequentibus uerba dicentis, quàm ab ipſo editam. *Suſpende coronas.*] In ſignum lætitiæ. ornabantur enim fores domus coronamentis frõdibusq;. Alibi. Pone domi lauros. *Iam pater es*] iam filios habes. *Dedimus quod famæ*] .i. dedimus ubi filios, quibus potes oſtendere te eſſe & uirum, & maritũ, ac per hoc detractorum famam extinguere, qui te mulierem & cinædũ dicebant. *Propter me ſcriberis hæres.*] C. Nam lege Papia cauebatur, ut qui coniuges filios nõ haberẽt, quod alter alteri legaſſet, decima parte fiſco applicaretur. Idcirco hic adulter debere ſibi maritum ait

filios

filios ſuo beneficio illi de uxore gigni, quamobrem totum legatum aſſequitur, quòd alioqui A ex lege Papia non liceret. Hanc legem poſtea abrogarunt Arcadius & Honorius Imperatores, titulo de infirmandis pœnis cœlibatus. S. *Legatum omne capis.*] Beneficio inquit meo factum eſt, ut poſſis ſcribi hæres omnium legatorum, quum antea obſtantibus legibus tibi non liceret. Legatum appellatur, ut diffinit Modeſtus, quædam donatio teſtamento relicta, deducto uocabulo à le-

Legàtum omnè capis, nec non & dulce caducum.
Commoda præterea iunguntur multa caducis,
Si numerum, ſi tres impleuero. iuſta doloris
Neuole cauſa tui. contra tamen ille quid affert?
Negligit, atq; alium bipedem ſibi quærit aſellum.
Hæc ſoli commiſſa tibi celare memento,
Et tacitus noſtras intra te fige querelas.
NAM res mortifera eſt inimicus pumice leuis.
Qui modo ſecretum commiſerat, ardet, & odit,
Tanquam prodiderim quicquid ſcio. ſumere ferrũ,
Fuſte aperire caput, candelam apponere ualuis
Non dubitat. nec contemnas, aut deſpicias, quod
His opibus nunquam cara eſt annona ueneni.
Ergo occulta teges, ut curia Martis Athenis.

go legas, quod eſt idem quod mãdo, & decerno teſtamento. Inde eſt legator, qui teſtamento legat & relinquit bona ſua alicui. Legatarius uero is appellatur, q legatũ capit. A lego compoſitũ eſt allego, quod capitur pro mitto. Plautus. Quin ea ipſa me allegauit qui iſtam accerſerem. Allego etiam pro adduco. Plin. Tum multa allegauit, quæ ad rem propoſitam pertinere non uidebantur. *Et dulce caducum.*] B Teſtamentum caducum, ut legitur apud iuriſconſultos codice De teſtamentis, dicitur quod ſub conditione fit à cadendo, quòd ea deficiente, uel uiuo, uel mortuo teſtatore id cadat, perueniatq; uel ad teſtatorem, uel ad ſubſtitutum eo mortuo, uel quòd ab uno cadit in alterum per hæreditatem. C. Iuſtinianus Imp. poſtea & nomen & materiam caducorum ſuſtulit Cod. lib. vi. Tit. De caducis tollendis. S. Capis inquit, & caducum legatum id quod ſine liberis capere non poteras, id enim in te cadet, quod non expectabas: nam à cadendo, ut diximus, deducitur uocabulum, quum ab uno in alterum per hæreditatem cadit. Dulce aũt appellat quod ex inſperato contingit. *Si numerum, Si tres impleuero.*] Si tres ex uxore tua ſuſcepero filios. Nam qui in urbe tres filios, quinq; in Italia, ſeptem in prouincijs habuiſſet, immunitate donabatur, quam plerique etiam ſine uxore & liberis ab imperatoribus impetrauerunt. Quod & Martialis, quum eſſet ſine liberis petijt, impetrauitq; à Domitiano, ut docet carmine ſuo. Quod fortuna uetat fieri permitte uideri: Natorum genitor dicar ut eſſe trium. Et alibi ad C uxorem. Natorum mihi ius trium roganti Muſarum precium dedit mearum Solus qui poterat, ualebis uxor: Non debet domini perire munus. Idem alibi. Præmia laudato tribuit mihi Cęſar uterq;, Natorumq; dedit iura paterna trium. Qui ergo ius trium liberorum habuiſſent, multa conſequebantur præter cæteros cõmoda. unde Appianus & Tranquil. ſcribunt in diuiſione agri Cãpani Iulium Cæſarẽ iuſſiſſe agros qui circa Capuã cæteris fuiſſent cultiores, & feraciores, patribus diuidendos eſſe, quibus trium liberorum ius adeſſet, quo facto concurriſſe ad xx. hominũ milia, qui trium liberorum alimenta depoſcerent. Idem tradit, teſſerã frumenti triplicem ſolitos accipere. Et in petitione magiſtratuum non habentibus filios eo numero anteponebantur. *Iuſta doloris cauſa tui.*] Poſſunt eſſe uerba poetę quaſi dolẽtis caſum Neuoli: poſſunt etiam referri ad ipſum Neuolum ſui ipſius miſereſcentẽ. Dolor eſt motus aſper in corpore à ſenſibus alienus. Cicer. in ij. Tuſculan. *Ille quid affert.*] Diues auarus. *Negligit.*] .ſ. te Neuole, nihil tibi dat. *Hæc ſoli.*] Verba Neuoli ad poetam, ut taceat. *Leuis.*] mollis & effœminatus, qui pumice cutem ſibi polit. *Qui modo ſecretum.*] Cinædus inquit, qui ſecreto opera mea uſus eſt, timens ne publicetur, odio me proſequitur, & cædem mihi omnibus modis machinatur. *Ardet.*] Indignatione, & ira accenditur. *Candelam apponere ualuis.*] id eſt, domum accendere adhibita candela. hoc magis placet, quàm intelligas candelam per inferiora immiſſam, illud enim minime lætale eſſet ſupplicium. D Valuæ autem dicuntur ipſæ fores à uoluendo. Plinius libro decimoquinto ualuas ex cupreſſo etiam quadringentis prope annis durare. *Sumere ferrum.*] ad occidendum. *Aperire caput.*] Scindere, frangere, comminuere. Petronius. Iam non potui ſupplicio caput aperire. *Nec contemnas.*] Quod dico. *Quod.*] Quia. *Annona ueneni.*] Id eſt ipſa ueneni merces & copia nunquam eſt cara huiuſmodi diuitibus & cinædis, quia impenſæ non parcunt. Appellatione autem annonæ intelligimus non modo rem omnem frumentariam, ſed alia quoq; cibaria. unde Cice. ſcribit in ij. De diuinatione: Annonam futuram cariorem in macello. Sic & Tranquillus in Tyberio. Annonam macelli ſenatus arbitratu quotannis temperandam cẽſuit, uideturq; uocabulum deductum ab anno tanquam ſit anni alimonia. Et quum Romæ ſæpe fame laboraretur, magiſtratus conſtituti ſunt, qui annonæ præeſſent, qui præfecti annonæ dicebantur. Vſurpatur etiam in alijs quàm in edulijs. Oratius in epiſtolis. Vilis amicorum eſt annona, bonis ubi quid deeſt. & locum ſic intelligas, amici uiri boni & ſapientis nihil deſiderant, neq; petunt quod magni ſit precij, ubi aliquid eis deeſt. quaſi diceret, uili re cõtenti ſunt, & modica, quia boni ſunt, & ſapiẽtes. *Vt c. m. A.*] .ſ. tegit. fac inquit, non minore ſilẽtio hæc tegas q̃ cõſilia ſua tegit ſenatus Atticus. *Curia Martis.*] id eſt Areopagus, ubi teſte Polluce, iudicia cædis, uulnerum & ueneficiorum per populum exer-

Senſus eſt. Deterior autem erit cõditio domini, qui aliquid fecerit, unde ſit ſeruus, id eſt, ſubiectus A
ſeruo ſuo, & non liber. Nam dominus qui aliquod ſcelus commiſerit, ſemper timet ſeruum ſuum
ne ab eo accuſetur, & ita ſemper eſt ſeruus ſeruo, & nunquam liber. *Illis.*] Scilicet ſeruis. *Quo-
rum animas.*] i. quos alit. *Suo farre.*] id eſt pane. farre autem ait quia Romani trecentis annis ui
xerunt farre, ut Plin. tradit ex ſententia Verri. *Iccirco.*] Verba Neuoli. *Commune.*] Quod ad

Quorum animas & farre ſuo cuſtodit, & ære.
Iccirco ut poſſim linguam contemnere ſerui,
Vtile conſilium modo, ſed commune dediſti.
Nunc mihi quid ſuades poſt damnũ tẽporis, & ſpes
Deceptas? FESTINAT enim decurrere uelox
Floſculus anguſtæ, miſeræq; breuiſsima uitæ
Portio, dum bibimus, dum ſerta, unguenta, puellas
Poſcimus, obrepit non intellecta ſenectus.
Ne trepida, nunquam pathicus tibi deerit amicus
Stantibus & ſaluis his collibus, undiq; ad illos
Conueniunt & carpentis, & nauibus omnes,
Qui digito ſcalpunt uno caput. altera maior
Spes ſupereſt, tu tantum erucis imprime dentem.
Hæc exempla para felicibus, at mea Clotho
Et Lacheſis gaudent, ſi paſcitur inguine uenter.
O parui, noſtriq; lares, quos ture minuto,
Aut farre, & tenui ſoleo exornare corona,
Quando ego figã aliquid, quo ſit mihi tuta ſenectus
A tegete & baculo, uiginti milia fœnus
Pignoribus poſitis, argenti uaſcula puri,
Sed quæ Fabricius cenſor notet, & duo fortes

omnes æque pertinet. *Ne trepi-
da.*] Verba Iuuenalis. *Pathicus.*]
Cinædus à patiendo muliebria,
quod ſi à Latino deducis, cum exi
li ſcribetur, ſi uero à Græco πάϑος,
aſpirationẽ addes. *His collibus.*]
i. durãte hac urbe, ubi ſeptem ſunt
colles. C. Propert. Septem urbs
alta iugis, toto quæ præſidet orbi.
S. *Carpentis & nauibus.*] Terra &
mari. eſt enim carpentum uehiculi
genus. *Qui digito.*] Hoc eſt mol- B
les, quod in Cæſare notatũ eſt, qui
caput ſibi uno digito ſcalperet, un
de Cic. conijciebat, nihil ſuſpican-
dum eſſe de eo tanquam molli. Se
ne. ad Lucil. impudicũ & inceſſus
oſtendit, & manus mota, & unum
interdum reſpõſum, & relatus ad
caput digitus, & flexus oculorum.
Nam & Pompeius ſic à Clodio eſt
notatus, ut ſcribit. Plut. in Vita Põ
peij. Et Ammianus Marcellinus Hi
ſtoriæ libro decimoſeptimo Pom
peij obtrectatores ait hoc etiam in
eo ludibrioſum & irritum obſer-
uaſſe, quod genuino quodam mo
re caput digito uno ſcalpebat C. Videtur Iuuenalis particulam uerſus cuiuſdam Calui ſumpſiſ- C
ſe, qui de Pompeio dixit: Qui digito ſcalpit uno caput. De Caluo poeta & hoc uerſiculo, Seneca
in libris oratorum & Rhetorum. Itaq; poeta oſtendit Romam confluere omnes molles, pathicos,
& draucos, hoc eſt qui & patiantur, & faciant turpia & obſcœna. S. *Altera ſpes.*] Non eſt inquit
tibi dehinc deſperandum. Immo altera tibi maior ſpes ſupereſt, ſcilicet cinædos ubi non defutu-
ros. *Tu tantum erucis.*] Per erucam omne Veneris excitamentum intelligit: Eruca autem eſt her
ba, quæ maximas uires in Venerem præſtat. Virg. in Moreto. Intybaq;, & uenerem reuocans eru-
ca morantem. Plinius in decimo capite quadrageſimotertio. Auiditas coitus putatur ex cibis fie-
ri, ſicut uiro eruca, pecori cæpe. Ouid. in ſecundo de Re. Nec minus erucas aptum eſt uitare ſala-
ces. Colu. Et quæ frugifero ſeritur uicina priapo, Excitet ut ueneri t[illegible]dos eruca maritos. *Hæc
exempla.*] uerba Neuoli, Fer inquit, hæc exempla, & documenta excitandæ libidinis felicibus qua
ſi diceret ſe in tali re minime eſſe fortunatum. *At mea Clotho.*] Sed licet inquit in tali uitæ inſtitu-
to infelix ſim, Clotho tamen mea, & lacheſis, id eſt, tota uita mea ſemper tali uitæ genere delectata
eſt, maximeq; delectatur. per Clothon autem & lacheſin, quæ duæ ſunt ex Parcis, quæq; uitam ho
minum diſponere dicuntur, uitam intelligit. *O parui.*] Votum eſt Neuoli cum ſuſpirio, quo di
uitias more inſipientis ſibi optat, ſicq; poeta per irriſionem oſtendit eum neſcire uiuere, conten-
rum (quod facit ſapiens) paruo, atq; ideo turpes exercere artes, quaſi innuat uitioſum hominem à D
ſapiente in hoc differre, quod hic multa concupiſcat, ille paucis contentus ſit. *O parui.*] Ex af-
fectu dictum: nam parui ei uidebantur. *Lares.*] Dij familiares, de quibus pluſcula diximus illic
apud Perſi. Bullaq; ſuccinctis laribus donata pepẽdit. Nam eos ut domus præſides colebant,
quibus canis aſſiſtebat, & ipſi caninis pellibus ueſtiebantur. De his multa Plutarchus in Pro-
blematis & Feſtus poſt Apuleium qui putat ex lemurib. eum qui poſteriorum ſuorum curam ſor
titus, pacato & quieto numine domum poſſidet, larem dici. Eum uero qui propter aduerſa ui-
tæ merita nullis bonis ſedibus in terra, uagatione, ceu quodam exilio punitur, inane terricula-
mentum bonis hominibus, cæterum noxium malis, laruam dici. lemurem autem uolebant eſ-
ſe animum quum ex corpore noſtro migraſſet. Hinc autem ortam eſſe originem colendi lares in
domo oſtendit Seruius, quia homines apud maiores in ſuis domibus ſepeliebantur, quos pro
dijs colere, & uenerari cœperunt. *Aut farre.*] Mola, quæ ex ſale & farre cocto conſtabat. *Fi-
gam aliquid.*] Reponam. *A tegete & baculo.*] à mendicatione. *Viginti milia.*] Subaudi ſint mi-
hi. Optat enim habere hæc. *Fœnus.*] Appoſitio eſt. *Sed quæ Fabricius.*] Hoc eſt quæ inuidio-
ſa etiam ſint, ut mereantur etiam à Fabricio notari. Hocq; dicit, quia Fabricius Lucinius cenſor
Cornelium Ruffinum duobus cõſulatibus & dictatura ſpecioſiſſime functum, quòd decem pon

A do uaſa argentea comparaſſet,perinde ac malo exemplo luxurioſum in ordine ſenatorio retineri
dum non cenſuit,lege Valerium in ij.De cenſoria nota,& Gellium libro quarto. *Et duo fortes*]
Subaudi ſint ſerui. *De grege Mœſorum.*] id eſt,de grege ſeruorum,quales habebantur ex Mœſia.
Eſt autem Mœſia, ut Plinius docet libro tertio prouincia Pannoniæ finitima, ad Pontum uſque
cum Danubio decurrens. Ex qua uenerunt qui in Aſia, ut tradit Artemidorus, habitant iuxta
Bithyniam ſupraq; fontes Caici.

De grege Mœſorum,qui me ceruice locata
Securum iubeant clamoſo inſiſtere circo.
Sit mihi præterea curuus cælator,& alter,
Qui multas facies pingat cito.ſufficient hæc.
Quando ego pauper ero,uotum miſerabile,nec ſpes
His ſaltem.nam cum pro me fortuna rogatur,
Affigit cæras illa de naue petitas,
Quæ Siculos cantus effugit remige ſurdo.

De quibus Strabo libro duodeci-
mo. *Locata.*] Suppoſita ad ſe-
rendam lecticam, aut reuera qui
eum in circo ſuccollantes ferrent.
neque enim lectica à duobus tan-
tum ſeruis geſtari potuiſſet, ſed à
ſex uel octo,unde hexaphorum,&
octophorum appellata eſt lectica.
Circo clam.] Propter populi cla-
morem,& plauſum fauentis auri-
B gis,unde alibi. Totam hodie Ro-
mam circus capit,& fragor aurem Percutit,euentum uiridis, quo colligo pãni. *Cælator.*] Qui
mihi uaſa precioſa cælet.Cælare enim inſculpere eſt, unde & cælũ ferrum,quo uaſa cælantur,quæ
ueteres ancæſa uocabant,quòd circumcedendo fiant. *Sufficient.*] id eſt ſatis erũt hęc mihi: ſi ha-
beam. *Quando ego pauper ero.*] Si hæc habuero. *Votum miſerabile.*] Verba Neuoli uotum ſuum
damnantis,eſtq; ueluti acclamatio,quaſi qui errorem ſuum iam cognoſcat. *Affigit cæras.*] Sy-
renæ tres filiæ Acheloi ex Calliope muſa finguntur à poetis , quæ in littore Campano habitantes,
nautas propter ea loca nauigantes,ſuauitate cantus in ſomnũ & ſcopulos inducebant,cogebãtq;
facere naufragium.unde Vlyſſes ut ſcribit Homerus libro xij.Odyſſeæ,quum iuxta ea littora eſſet
nauigaturus,à Circe admonitus,aures ſocijs ſuis cæra obturauit,ſe autem malo manibus & pedi
bus alligari iuſſit apertis auribus,imperans etiam ſi innueret,ne ſolueretur . Nauigantibus igitur
Syrenes ſtatim cantare ſuauiſſime cœperunt.Huc ades inclite Vlyſſe magna Achiuorũ gloria,hac
nauem ſiſte,ut noſtram uocem audias.Nemo enim unquam hac iter fecit,quin noſtri cantus ſua
uitate demulceretur.Neq; enim nos fugit,quid apud magnam Troiã Græci ſimul & Troiani deo
rum uoluntate geſſerunt.ijs ergo cantus illecebris captus Vlyſſes,quum ſocijs annuẽs ſupercilijs
iuberet ſe ſolui,non id prius impetrauit,quàm periculum euaſerit.Ferunt tunc illas dolore perci
C tas in mare ſe pręcipitaſſe,& à nomine unius Parthenopes , quæ Neapoli ſepulta fuit appellatam
urbem Parthenopem. Vnde Silius Italicus.Syren dedit una ſuum memorabile nomen Partheno
pe moriens Acheloias,æquore cuius Regnauere diu cantus,quum dulce per undas Exitium miſe
ris caneret non proſpera nautis. Earum nomina fuere Parthenope,Leucoſia,Ligia.

SATYRA X

Arguit hæc Satyra & curas & inania uota

OMNIBVS in terris,quæ ſunt à Gadibus uſq;
Auroram,& Gãgem,pauci dignoſcere poſſunt
Vera bona,atq; illis multum diuerſa, remota
Erroris nebula.quid enim ratione timemus,
Aut cupimus? quid tam dextro pede concipis, ut te

O*Mnibus in terris.*] Hac
Satyra Iuuenalis inſe-
ctatur ſtulta hominũ
uota , qui mentis affe-
ctibus inſeruientes à
dijs multa petunt tanquam bona,
quæ eis maxime ſunt perniciofa.
Ait ergo poeta, homines adeo ig-
norantiæ profundo immerſos , ut
pauci exiſtant qui uera bona,ma-
laq; cognoſcant , & proinde fieri,
ut pro bonis mala ſibi optent. col
D ligitq; à dijs,aut nihil omnino pe-
tendum,quum ipſi multo melius
quàm nos ſciant quid nobis expe
diat: aut id tantum petendum , ut
mens ſana ſit in corpore ſano. *A Gadibus.*] Ab Occidente.Nam Gades Inſula eſt extra Colũnas
Herculis ad hoſtium Betis irrumpentis in oceanum Britannicum. *Gangem.*] id eſt Orientem:
Ganges Indiæ fluuius eſt,quem alij incertis fontibus,ut Nilum, rigantemq; uicina eodem modo,
alij in Scythicis montibus naſci dixerunt.in cum decem & nouem amnes influunt. Plinius libro
ſeptimo. *Pauci dignoſcere poſſunt.*] Pauci inquit ſunt mortalium ab Occidente uſque in Orien-
tem,qui uere ſciant dignoſcere uerum bonum à malo. *Vera bona.*] Quia multa ſunt quæ bona
uidentur,quum tamen non ſunt. *Diuerſa.*] Contraria,id eſt mala. *Illis.*] .ſ.bonis. *Remota
nebula erroris.*] .i.remota animi noſtri cæcitate,qui mala deuinctus cupiditate tranſuerſus fertur.
Vnde Valerius . Etenim denſiſsimis inuoluta tenebris mortalium mens,in quàm late patentem
errorem cæca precationes tuas ſpargis? *Timemus.*] Vt malum. *Cupimus.*] Vt bonum
Dextro pede.] Secundo & proſpero conatu . Nam pede dextro id dicimur facere, quod nobis
proſpere cedit , contrà ſiniſtro . unde Apuleius in Aſino aureo:ſiniſtro pede profectum, me ſpes
compen-

compendij fruſtrata eſt. *Concipis.*] Verbum eſt uotis conueniens, dicimus enim uota concepta, quæ mente concipimus & agitamus, quod concipis, id eſt animo tuo optas. *Euertere domos.*] Ordo eſt, dij faciles ipſis optantibus euertere domos. *Nocitura toga.*] Toga & militia ablatiui ſunt caſus. adeo inquit homines longe ſunt à cognitione ueri boni, ut plerunque petant quæ omnino eis ſunt nocitura, & domi, & militiæ. alij enim reipub. adminiſtrationem, alij rei militaris imperia expetunt, & multa id genus, quæ ipſis exitium afferunt. A

Conatus non pœniteat, uotique peracti?
Euertere domos totas optantibus ipſis
Dij faciles. nocitura toga, nocitura petuntur
Militia, & torrens dicendi copia, multis.
Et ſua mortifera eſt facundia. uiribus ille
Confiſus periit, admirandiſque lacertis.
Sed plures nimia congeſta pecunia cura
Strangulat, & cuncta exuperans patrimonia cẽſus;
Quanto delphinis balena Britannica maior.
Temporibus diris igitur, iuſſuque Neronis
Longinum, & magnos Senecæ prædiuitis hortos
Clauſit, & egregias Lateranorum obſidet ędes
Tota cohors, rarus uenit in cœnacula miles.

Toga.] Nam per togam, quę (ut ſcribit Pedianus & iam ſæpe diximus) communis fuit habitus marium & fœminarum, intelligimus res urbanas, unde Cic. Cedant arma togæ. & Iuuenalis, Tantum igitur muros intra togę contulit illi, Nominis & tituli. C. Eſt enĩ Metonymia, ut Rhetores docent. Cic. libro iij. de Orat. S. *Et torrens dicendi copia.*] Scilicet petitur, id eſt eloquentia, periphraſticos. B *Multis.*] Cum ſequentibus connectitur, ut ſit ſenſus. Multi eloquentiam optãt, ſed multis mortifera eſt, & pernicioſa, ut fuit Demoſtheni & Ciceroni, de quibus inferius. *Torrens.*] Ingens, & abundans: unde inferius de Demoſthene, Torrentem & pleni moderantem frena theatri, & alibi. Iſeo torrentior. ſumpta translatione à torrente, hoc eſt fluuio, qui magno rapitur impetu. *Viribus ille.*] Id eſt alius. Oſtendit enim & uires homini quandoque eſſe pernicioſas. Reſpexit autem ad Milonem Crotonienſem quem ferunt egiſſe omnia ſupra quàm homo ualet, de quo & hoc proditur, quòd ictu nudæ manus, taurũ fecit uictimam: eum ſolidum, ea qua mactauerat die humeris ſolus geſtauit, non grauatim. Exitum autem habuit uitę miſerandum. quum enim iam natu grandis athleticam deſiſſet, iterque ſolus per loca faceret ſilueſtria, quercum uidit patulis ramis in media parte hiantem. tunc uolens experiri an uires ſibi adhuc ſupereſſent, immiſsis in arboris ſciſſuram digitis, quercum deducere, ac reſcindere conatus, mediam diſcidit. moxque uiribus ceſſantibus, & in natiuam ſuam arbore redeunte, C retentus & captus, ſe feris præbuit lacerandum. de hoc Gellius, Valerius, Solinus, Plinius, & Strabo. Ouidius in Ibin ſic. Vtque Milo robur deducere fiſsile tentes, Nec poſsis captas inde referre manus. *Sed plures nimia.*] Multa inquit exitioſa petuntur, ſed diuitiæ maxime, quæ inter alia petuntur, plures occidunt, & quanto quis plura poſsidet, tanto magis exitio eſt obnoxius. *Cenſus.*] Scilicet ſtrangulat, tantum exuperans cuncta patrimonia, quanto maior eſt balena delphino, id eſt qui ſit ualde extra cõmunem diuitiarum menſuram. *Balena Britannica.*] Bene autem Britannicã nominauit, quia in Oceano Britannico, ut in nono teſtatur Plin. tales beluæ maiores ſpectantur, Gręci phalenam appellant. Feſtus autẽ Pompeius eãdem piſtricem, & cetum putat.

Temporibus diris.] Oſtendit poeta exemplo Caſsij Longini, & Senecę, diuitias homini ſępe pernicioſas eſſe. nam quo tempore Nero imperabat, Caſsiũ Longinum iuſsit interfici, hac una ex cauſa, quòd in uetere gentili ſtemmate, Caſsij Cęſaris percuſſoris imaginem retinuiſſet. Sed Iuuenalis innuit, Longinũ interfectum quòd eius opibus Nero inhiaret. eadem etiam cauſa Seneca coactus eſt mori. *Senecæ prædiuitis*] Nam Seneca opes uel inuidioſas poſſedit, de quibus ſic Corn. Tacitus. Feſtus Ruffus, & Tigillinus uarijs criminationibus Senecam adoriũtur, tanquã ingentes, & ultra priuatũ modũ euectas opes adhuc augeret, quodque ſtudia ciuiũ in ſe uerteret, hortorũ quoque amœnitate, & uillarum magnificentia, quaſi principẽ ſupergrederetur. Seneca quoque apud eundem Tacitum, alloquẽs Neronem, ſe diuitem teſtatur his uerbis. At tu gratiam immenſam, innumeram pecuniam dediſti, adeo ut plerunque intra me ipſe uoluam, ego ne equeſtri & prouinciali loco ortus, proceribus ciuitatis annumeror? Vbi eſt animus ille modicis contentus, tales hortos extruit? & per hæc ſuburbana incedit? & tantis agrorum ſpatijs tam lato fœnore exuberat? D
C Vna defenſio occurrit, quod muneribus tuis obniti non debui. Seneca quarto Imperij Neronis anno ſeſtertiûm millies poſſedit, ut Tacitus refert libro decimotertio, id eſt coronatorum ſiue ſcutorum aureorũ ſeptuagies quinquies centũ millia. quid putamus quatuor reliquis annis acceſsiſſe? nam octauo Neronis anno perijt uir ſapiens & moderatus. S. Demum finis uitæ eius fuit. quũ enim ex Cãpania remeãs in agro ſuburbano apud quartũ lapidẽ ſubſtitiſſet, illò iuſſu Neronis, ꝓpinqua ueſpera Syluanus tribunus prætorię cohortis uenit, & uillã globis militũ ſepſit, intromiſitque unũ ex cẽturionibus, qui neceſsitatẽ ultimã denũciaret. quo accepto brachia primũ ferro percuſsit, mox crurũ, & poplitũ uenas abrupit, illatuſque balneo, & uapore eius exanimatus ſine ullo funeris ſolẽni crematur. *Aedes l.*] Nã & Plautiũ Lateranũ conſulem deſignatum Nero adeo propere interfici iuſsit, ut nõ cõplecti liberos, nõ illud breue mortis arbitriũ permitteret. manu aũt Turij tribuni trucidatus eſt. *In c.*] Raro inqt fit, ut pauperib. & inglriis, qui cõductis cœ

A naculis habitare conſueuerunt, cædes paretur. Cœnacula autem antiqui & cœnationes loca appellauerunt ubi cœnabant, ſed poſtquam (ut ſcribit Varro in lingua Latiali) in ſuperiori parte cœnitare cœperunt, ſuperioris domus uniuerſa ædificia cœnacula dicta ſunt. Nec mirum. nam & piſtrinum ueteri uocabulo adhuc nominamus, in quo grana molis uerſatilibus teruntur, quum antea tantum ante uſum molarũ in pilis pinſerẽtur, unde & nomen. ſimili modo dicimus ueteri nomine loricam, quæ ferro modo conſtat, quum antea loris conſiceretur, à quibus & nomen. unde Feſt. ſcribit cœnacula dici ad quæ ſcalis aſcẽditur, cui aſtipulatur Apuleius in nono Metamorphoſ. Meque per ſcalas complicitus pedibus in ſuperius cœnaculum attracto. Plaut. in Amphytrione. In ſuperiore qui habito cœnaculo. Tranquillus in Auguſto. Ipſe Circenſes ex amicorum ferè B libertorumq́ cœnaculis ſpectabat. Liuius libro nono De bello Macedonico. Cœnaculum ſuper ædes datum eſt ſcalis ferentibus in publicum obſeratis. Ea autem cœnacula utpote diuitibus incõmoda inquilinis locabantur, de quibus alibi ante ſenſit. Vltimus ardebit quẽ tegula ſola tuetur A pluuia, molles ubi reddunt oua columbæ.

Pauca licet portes argenti uaſcula puri,
Nocte iter ingreſſus gladium contumq́ timebis,
Et motæ ad lunam trepidabis harundinis umbram.
CANTABIT uacuus coram latrone uiator.
Prima fere uota, & cunctis notiſsima templis,
Diuitiæ ut creſcant, ut opes, ut maxima toto
Noſtra ſit arca foro. ſed nulla aconita bibuntur
Fictilibus: tunc illa time, quum pocula ſumes
Gemmata, & lato Setinum ardebit in auro.
Iam ne igitur laudas, quod de ſapientibus alter
Ridebat, quotiens à limine mouerat unum,
Protuleratq́ pedem, flebat contrarius alter?
Sed facilis cuius rigidi cenſura cachinni,
Mirandum eſt unde ille oculis ſuffecerit humor.
Perpetuo riſu pulmonem agitare ſolebat
Democritus, quanquam non eſſent urbibus illis

Contum.] Lignum cuſpidatum, quo nautæ utuntur ad explorandam fluminum altitudinem. Iuuenalis ſuprà. Et contum, & ſtygio ranas in gurgite nigras. *Cantabit uacuus.*] Seneca ad Lucilium, Nudum latro tranſmittit, etiam in obſeſſa uia pauperi pax eſt. *Latrone.*] Latrones antiqui autore Feſto, eos dicebãt, qui conducti militabant, quaſi λατρεύοντες, id eſt ſeruientes. nam λατρεία ſeruitus eſt. at nunc uiarum obſeſſores dicuntur, quòd à latere adoriũtur, uel quòd C inſidiantur latenter. *Prima fere uota.*] Subaudi ſunt. *Sed nulla aconita.*] Attende periculum quod diuitibus imminet, ſæpe numero enim uenenis tolluntur. *Aconita.*] Aconitum, ut ſcribit Plinius libro uigeſimoſeptimo in nudis naſcitur cautibus, quas Græci aconas uocant, unde nomen aconitum aliqui dixere. Alij quoniam uis eadem in morte eſſet, quæ cotibus ad ferri aciem deterendam, ſtatimq́ admota uelocitas ſentiretur. *Fictilibus.*] A pauperibus qui fictilibus utuntur. *Gemmata.*] Quum in maximis eris diuitijs, ita ut poculis gemmatis utaris: aureis enim calicibus gemmas, & præcipue ſmaragdos inſerebant. Martialis, Gemmatum Scyticis ut luceat ignibus aurum, Aſpice quot digitos exuit iſte calix. & Iuuenalis ante. Nam Virro ut multi gemmas ad pocula transfert, A digitis. *Setinum.*] Vinum eſt Campanum, à Setia denominatum. Martialis, Pendula Pontinos quo ſpectat Setia campos, Exigua uetulos miſit ab Vrbe cados. *Iam ne igitur laudas?*] Senſus eſt, quum homines feruntur tam præcipites, & tam multis agitentur incommodis, propter ſtulta uota & cupiditates, nonne igitur exiſtimabis Heracliti & Democriti ſanum fuiſſe iudicium, qui contrarijs animi affectibus, eorum cæcitatem & uitia damnauere? de quibus ſic Seneca De tranquillitate uitæ: & Democritum potius imitemur, quàm Heraclitum. Hic enim quotiens in publicum proceſſerat, flebat, at ille ridebat. Huic omnia quæ agimus, miſeriæ: Illi ineptiæ uidebantur. Horatius in Epiſtolis de Democrito. D Si foret in terris rideret Democritus. hinc ei, ut tradit Suidas, inditum fuit nomen gelaſini. Nam Gelaſinus Græce, Latine ridiculus interpretatur. unde & Plautus In Stycho. Gelaſino mihi paruo nomen pater indidit propter paupertatem, hoc adeo nomen repperi, quia inde iam à pauxillo puero ridiculus fui, eo quia paupertas fecit ridiculus forem. Gelaſini etiam anteriores dentes uocantur (ut docet Polydeutes de rerum uocabulis) quos ridendo oſtendimus. Gelaſinus etiam autore Suida, ruga illa, ſiue linea dicitur, quæ dum ridemus in facie efficitur. Vnde in ſeptimo Martialis, Nec grata eſt facies, cui Gelaſinus abeſt. *Ridebat.*] Hominum negocia tanquam ineptias. *Flebat.*] Scilicet Heraclitus tanquam miſerias. *Cenſura.*] Taxatio, quia cenſores moribus urbis præeſſent. *Quanquam non eſſet.*] Ac ſi dicat, multo magis riſiſſet, ſi tantæ tunc uanitates extitiſſent. *Prætexta & trabeæ.*] Id eſt talia magiſtratuum inſignia, qualia habent Romani. prætextã enim & ſellam curulem, lictoresq́, & togam pictam, quæ inſignia Hetruſcorum magiſtratuum erant Tullus Hoſtilius Romanorum rex tertius, debellatis Hetruſcis, primus ut Romæ haberentur inſtituit. ſed poſtea Tarquinius Priſcus, quum filius bello Sabino annos quatuordecim natus, hoſtem manu percuſsiſſet, eum & pro concione laudauit, & bulla aurea prætextaq́ donauit, inſigniens puerum ultra annos fortem, præmijs uirilitans & honoris. autores ſunt Macrobius, Liuius, Dionyſius, & Plinius. Dicebatur autẽ prætexta, quod purpura prætexeretur.

Trabeæ

Prætexta, & trabeæ, faſces, lectica, tribunal.
Quid ſi uidiſſet prætorem in curribus altis
Extantem, & medio ſublimẽ in puluere circi
In tunica Iouis, & pictæ ſarrana ferentem
Ex humeris aulæa togæ, magnæq́ coronæ
Tantum orbem, quanto ceruix non ſufficit ulla.
Quippe tenet ſudans hanc publicus, & ſibi conſul
Ne placeat, curru ſeruus portatur eodem.

Trabeæ.] Trabeam geſtamen fuiſſe cõſulum, & ducum, Dionyſ. in quinto loquens de triũphante ſic. Nec ornatur trabea, qui peculiaris eſt cõſulum ducumq́ amictus. quod ſenſit etiam Pap. in Syluis in carmine Euchariſtico. Hic quum Romuleos proceres, trabeataq́ Cæſar Agmina, mille ſimul iuſsit diſcũbere menſis. ſed & augurum fuiſſe interprete Seruio docet Vergil. Ipſe Quirinali lituo, paruaq́ ſedebat Succinctus trabea. ea & reges uſi ſunt autore Plin. in octauo. *Faſces*] Lictores præcedentes cũ faſcibus uirgarum, in quibus ſecures erant alligatę. *Lectica.*] Qua geſtabãtur à ſeruis. *Tribunal.*] In ſellis curulibus & tribunalibus cõſidebãt, qui maiora iudicia exercebãt: ſubſellia erant tribunorũ, trium uirorum, quæſtorum, & huiuſmodi minora officia exercentiũ. Aſconius autor eſt. Subſelliũ enim eſt ſedile, ut ſcribit Varro, dictum quòd nõ plane ſit ſella, ſicut ſubſipere quòd B non plane ſapit. *Quid ſi uidiſſet.*] De ſcribit prætorẽ præſidentẽ ludis Circenſibus habitu triumphali, deridetq́. nam inſignia triũphalia prætori in Circẽſibus ludis concedebantur, & etiam aliquando priuatis. Vnde L. Aemylio, qui Perſen regem Macedonũ deuicit, conceſſum fuit à populo, & à ſenatu, ut ludis Circenſibus triũphali ueſte uteretur. Plin. De uiris illuſtr. *In curribus altis*] In curru triumphali, qui auratus erat, & quatuor equis albis trahebatur. *In tunica Iouis.*] Habitu triumphali, de quo ita meminit Liu. lib. x. ab Vrbe cõdita, qui Iouis optimi maximi ornatu decoratus curru aurato per Vrbem uectus in Capitolium aſcenderit. Nam qui triumphabãt tunicam ſibi induebant ſumptam ex templo Iouis: de qua ſic meminit Lamprid. in Alexandro Seuero. Prætextam, & pictam togam, nunquam niſi conſul accepit, & eam quidem quam de Iouis templo ſumptam alij quoq́ accipiebant, aut prætores, aut conſules. quod etiam uidetur innuere Iulius Capitolinus in geſtis Gordianorum his uerbis. Palmatam tunicam, & togam pictam primus Romanorum priuatus ſuam propriam habuit, quum ante Imperatores etiam de Capitolio acciperẽt, uel de palatio. item Flauius Vopiſcus in uita Probi imperatoris. Te manet pro uirtutibus tuis Capitolina palmata. Ea purpurea erat & auro intexta, ut ſcribit Plin. libro nono, & palmata, ſiue palmaris dicta, quòd ea, ut ſenſit Seruius, utebantur, qui palmã meruiſſent. Mart. Palmataq́ ducem te cito redde togæ. Alij dicunt prætextam triumphantis appellatam eſſe tunicam Iouis, quod C ad ſimilitudinẽ tunicæ Iouis eſſet facta. Alij dicunt palmatam dictam eſſe, quòd in ea pars palmæ, hoc eſt uictoriæ intexeretur, ut ab Helena pictis ueſtibus apud Homerum acu certamina inferuntur, quod & Plin. libro octauo, cap. lvi. indicare uidetur, quum ait, pictas ueſtes iam apud Homerum fuiſſe, unde triumphales natæ. *Aulæa ſarrana pictæ togæ.*] Id eſt togam pictam & purpura diſtinctam, ut ſit periphraſis ipſius togæ triumphalis, quam ut diximus palmatam appellarunt, de qua ſic Seruius. Palmatam togam merebantur qui de hoſtibus palmam reportaſſent. Martialis, Palmataq́ ducem te cito redde togæ, de qua & Apuleius in prima magiæ Apologia ſic, deniq́ triumphantibus quadrigas albas, & togam palmatam exprobrares. Palmatam autem togam purpuream fuiſſe indicat Sydonius his uerbis. Et illam Sarranis ebriam ſuccis, inter crepitantia ſegmenta palmatam conuenuſtauit. *Aulæa.*] Latitudinem ueſtis expreſsit. nam Aulæa proprie dicuntur uela & ornamenta, quibus parietes & aulæ teguntur, quæ Græce periſtromata, & peripetaſmata appellantur. Inter quæ dicuntur & ipſa tapetia, de quibus ſic Plautus in Pſeudulo. ut ne periſtromata quidem æque picta ſint Campanica, neq́ Alexandrina beluata conſueta tapetia. ad ornamentum etiam theatrorum adhibebantur, ut ante. Aſt alræ quotiens aulæa recondita ceſſant. *Serrana.*] Tyria, purpurea. nam ut ſcribit Gellius, Tyros ante dicta fuit Sarra, ſicut & D Thacia Sytho, & Corinthus Ephire. iuxta aũt Tyrũ purpura piſcis capiebatur, ex cuius faucibus, ut alibi diximus, liquor eliciebatur aptus ad tingẽdas ueſtes, quæ modo purpureæ ab ipſo piſce, modo Sydoniæ à Sydone ciuitate Tyri, modo Sarranæ ab inſula dicebãtur. Verg. Sarrano dormiat oeſtro. *Ex humeris*] .ſ. depẽdentia, *Tantũ orbẽ c.*] .i. coronã auream tanti ponderis. *Quippe tenet ſudans.*] adiuuat eum ad coronã ſuſtinendã. Nam à tergo triumphantis ſeruus erat, qui coronam ſuſtentabat. Plin. libro xxxiij. cap. i. Et cũ corona ex auro Hetruſco ſuſtineretur à tergo, anulus tamen in digito ferreus erat, æqua fortuna triũphantis, & ſerui coronã ſuſtinentis. *Hanc publicus.*] Ordo eſt, ſeruus publicus ſudans tenet hãc, nec mirum à poeta dictum ſeruũ publicũ. Nam non ſolum ſerui erant priuati, qui dominis proprijs ſeruirent, ſed & publici, qui ad publica ciuitatis miniſteria adhibebantur. Vnde Valer. in ij. De maieſtate loquẽs de Mario. Miſſus enim ad eum occidendum priuata domo Minturnis clauſum ſeruus publicus natione Cimber. Idem in tertio capite De fortitudine loquens de Teramene Athenienſi, Ridensq́ ſeruo publico, qui potionem tradiderat, Critiæ, inquit, propino. *Ne ſibi placeat.*] Ne nimis inſoleſcat. nam placere ſibi eſt ſe efferre. Martialis in quinto, Quum uoco te dominum, noli tibi Cinna placere. Maiores enim inſtituerunt, ut à tergo triumphantis adſiſteret ſeruus, qui pari fortuna triumpharet. moneretq́ triumphantem, ut ſeipſum cognoſceret: nę tanta gloria nimium ſuperbiret. unde Tertul. ſic ſcribit, Ho-

minem

A minem ſe eſſe etiam triumphās in illo ſublimiſsimo curru admonetur. Suggeritur enim à tergo. Reſpice poſt te, hominem memento te etiam. uiuq; hoc magis gaudet tanta ſe gloria coruſcare, ut illi admonitio conditionis ſuæ ſit neceſſaria. *Da nunc & uolucrem.*] Adde etiam & aliud triumphantis inſigne, id eſt aquilam. Nam aquila Romanorum inſigne erat militare. Ea ut ſcribit Ioſephus lib. iij. De bello Iudaico, reliqua ſigna præcedebat, quod & uniuerſarum auium regnum habeat, & ſit ualidiſsima, itaq; illā & principatus inſigne putat, omēq; uictoriæ quodcūq; bello petierint. erat & antea prima cum quatuor alijs, lupis, minotauris, equis, apris, quæ ſingulos ordines anteibant. paucis ante annis ſola in aciem portari cœperat, reliqua in caſtris relinquebātur. Marius in totū ea abdicauit. Ex eo notatū, non fere apud legiones unquam hiber B natum eſſe in caſtris, ubi aquilarū non ſit iugum. autor eſt Plin. libro octauo. Qui in acie aquilam ferebat, aquilifer appellabatur. unde Tranquil. in Auguſto. Conſtat aquilifero legionis ſuæ grauiter ſaucio, Aquilam humeris ſubijſſe, diuque portaſſe.

Da nunc & uolucrem, ſceptro quæ ſurgit eburno,
Illinc cornicines, hinc præcedentia longi
Agminis officia, & niueos ad frena Quirites,
Defoſſa in loculis, quos ſportula fecit amicos.
Tunc quoq; materiam riſus inuenit ad omnes
Occurſus hominum, cuius prudentia monſtrat
Summos poſſe uiros, & magna exempla daturos
Veruecum in patria, craſſoq; ſub aere naſci.
Ridebat curas, nec non & gaudia uulgi,
Interdum & lachrymas, cum fortunæ ipſe minaci
Mandaret laqueum, mediumq; oſtenderet unguem.
Ergo ſuperuacua, aut pernicioſa petuntur,
Propter quæ fas eſt genua incærare deorum.

Sceptro quæ ſurgit eburno.] Nam inter alia triumphantis inſignia, erat & ſcipio eburneus habens aquilam in ſummitate, quem manibus triumphās geſtabat. Dionyſ. lib. iij. *Illinc cornicines*] nam cornicines ſequebantur caſtra, præcedebantq; triumphantis currum canentes, ijq; erant & buccinatores ornamentū totius legionis. in ingreſſu conflictus, & eius reditu quoties pugnabatur, cornicines & tubicines canebant. Vnde eſt illud in octaua Satyra. Aut longos caſtrorum ferre labores Si piget, & trepido ſoluunt ubi cornua uentrem Cum lituis audita. De iis lege Vegetium. *Agminis officia,*] hoc eſt clientes, & amicos triumphantem præcedentes, & miniſtrantes. nam clientes ex inſtituto Romuli, ut tradit Dionyſ. tenebantur patronis ſuis in magiſtratibus, & deductionibus, & alijs in reipub. ſumptibus impendiorum participes tanquam genere C proximi adeſſe. tanta erat inter eos beneuolentia, ut clientes dignum cenſerent omnia patronis pro uiribus ſubminiſtrare. *Niueos Quirites.*] Nam miniſtri & clientes ad habenas triumphantis aderant ueſtibus induti candidis. ſcribit Plutarchus. Paulo Aemylio eunti cum prætura ad Hiberos, conceſſos lictores à ſenatu: & equo uectum albo, albaq; indutum trabea, & miniſtros omnes albis ueſtibus fuiſſe indutos. Domitianus, autore Tranquil. generum fratris indigne ferens albatos & ipſum miniſtros habere proclamauit. *Defoſſa.*] Poſita. *Sportula*] Quæ dabatur ut diximus in prima Satyra clientibus. *In loculis.*] In prima Satyra diximus de loculis illic. Loculis comitantibus itur Ad caſum tabulæ. *Tunc.*] Suis temporibus incultis, & agreſtibus. *Cuius prudentia.*] Democritus inquit, exēplo eſt uiros prudētes ubiq; naſci poſſe, hocq; dictum eſt ex ſtomacho in ſuperbiam eorum, qui orti ſanguine Romano cæteros contemnebant. ſicq; docet poeta iuxta illud Apulei in prima Apologia, non ut prognatus, ſed ut moratus quiſq; ſit ſpectādum, nec qua regione, ſed qua ratione uitā uiuere inierit conſiderandū, quādo in omnibus gentibus uaria ingenia proueniant, quāquam uideātur quadā ſtultitia, uel ſolertia inſigniores, apud ſocordiſſimos inquit Scythas Anacharſis ſapiens natus eſt, apud Atheniēſes catos, Meletides fatuus. non ergo inquit mirū eſt, ſi & in Thracia, ubi aer craſsiſsimus eſt, Democritus tantæ uir prudentiæ natus eſt. Prudentia in bonorum & malorū delectu cōſiſtit. *In patria u.*] In Thracia, ubi patriā Ab- D derā habuit, ut ſcribit Laert. Diog. quā condidit ſoror Dionyſii & nomine ſuo ſic uocauit. *Craſſoq; ſ. a. n.*] Hoc dictū eſſe uidetur ex Heracliti ſententia, qui affirmat animā ibi eſſe prudentiorem, ubi aer ſit ſiccior. unde Thebani pingues hebeteſq; ſunt exiſtimati, qa Thebis aer ſit craſsiſsimus, contra Athenis ſit ſiccus, & ideo Atheniēſes prudentiores habētur. traxit autē colorem Iuu. ab illo Oratij in Epiſt. Bœotū in craſſo iurares aere natū. Illud nō eſt omittendū quod ſcribit Probus Aemylius in Alcibiade, Bœotios magis corporis firmitati ꝙ ingenij acumini inſeruire. *Ridebat curas.*] Negocia hominum, ut diximus, & diuerſos animi affectus. *Quum fortunæ ipſe minaci*] Oſtēdebat Democritus has res humanas, pro quibus mortales tanto tempore anxij ſunt, parui faciendas, quum illę non ſint quæ hominū mentibus tranquillitatē largiri queant: fortunamq;, quā cęteri mortales colunt tanquam deam cunctis in rebus dominantem, ita contemnebat, ut ei mandaret laqueum, à quo ſuſpenderetur, intelligens eam homini uirtutibus ſtipato nullo modo nocere poſſe. *Medium unguem.*] Medium digitum, quem Perſius, ut diximus in eius Commentarijs, infamem appellat, Infami digito & luſtralibus ante ſaliuis Expiat. nam eum digitum cæteris contractis in aliquē protendere contumelioſum eſt. eſt autem inter digitos tertius. unde Martialis, Rideto multum qui te Sextille cinædum, Dixerit, & digitum porrigito, medium. *Ergo.*] Quum pauci cognoſcant uerum bonum, & uerum malum. *Fas eſt.*] Licet apud deos,

nam

nam fas dicitur, quod quũ ſit deus nõ iraſcitur.Ius autem ad homines pertinet unde illud apud Verg.Sæpe etiã feſtis quędã exercere diebus Fas & iura ſinunt,hoc eſt et dij,& homines permittũt. ergo dij permittunt ſe rogari,& cõcedunt quæ nocitura ſunt. *Quoſdam præcipitat*] Exemplo Seiani oſtendit nimios honores,quos putamus uerum bonum, quandoq; perdere homines.Seianus enim regnante Tyberio,eo potentiæ & auctoritatis peruenerat,ut natalis eius publice celebraretur,imagines aureæ paſsim ponerentur.In quinto cõſulatu cum ſumpſerit collegam imperator. Verum, quum is poſtea in omne genus crudelitatis erupiſſet, Seianũ tanquam furem aduerſus Germanici liberos filij ſui,quorum ipſe alterum ſuſpecto iam, alterum oppreſſo demum Seiano interemit, datis ex Capreis literis ad ſenatum interfici iuſsit,unde Seneca de Trãquillitate uitæ ſic inquit. Quo die B illum ſenatus deduxerat, populus in fruſta diuiſit, in quẽ quicquid congeri poterat,dij homines contulerant, & ex eo nihil ſuperfuit, quod carnifex traheret.nam in ſcalas gemonias unco à carnifice, quicquid ſuperfuit,tractum eſt.

Quoſdam præcipitat ſubiecta potentia magnæ
Inuidiæ,mergit longa atq; inſignis honorum
Pagina,deſcendunt ſtatuæ,reſtemq; ſequuntur.
Ipſas deinde rotas bigarum impacta ſecuris
Cædit,& immeritis franguntur crura caballis.
Iam ſtridunt ignes,iam follibus atq; caminis
Ardet adoratum populo caput,& crepat ingens
Seianus.deinde ex facie toto orbe ſecunda
Fiunt urceoli,pelues,ſartago,patellæ.
Pone domi lauros,duc in capitolia magnum
Cretatumq; bouem,Seianus ducitur unco
Spectandus:gaudent omnes.quæ labra?quis illi
Vultus erat?nunq̃,ſi quid mihi credis,amaui
Hunc hominem:ſed quo cecidit ſub crimine?quiſnã
Delator?quibus indicijs?quo teſte probauit?

Longa atq; inſignis honorum pagina.] Id eſt inuidia quam contraxerat ex ſummis honoribus,qui in libris & actis publicis deſcribũtur.

Deſcendunt ſtatuæ.] Id eſt diſiciuntur per totam Vrbem. Nam in gratiam Seiani ſtatuæ paſsim per Vrbẽ poſitæ erant à multis,quæ nunc in eius contemptũ,gratiamq; imperatoris dejiciuntur, ſic enim fieri conſueuit ad odium damnati teſtandũ. Quod & Cicero in C.Piſonem oſtendit factum his uerbis.Dyrrachini autem ſtatuam illius perſimilem,quam ſtare celeberrimo in loco uoluerant,ne ſuauiſsima hominis memoria moreretur deturbant,affligunt,cõminuunt,diſsipant.

Reſtemq; ſequuntur.] Vtrum dum ex ſublimi auelluntur,an dum per Vrbẽ in eius dedecus raptãtur humi. *Rotas bigarum.* Biga appellatur currus,quum à duobus equis iunctis trahitur. Sic qua C driga & triga,quæ à quatuor,& tribus.Nec audiendi ſunt, qui in plurali tantum numero inflecti contendunt,quorum falſam opinionem auctoritas optimorũ autorum redarguit, & imprimis Plin.lib.ſeptimo.Myrmecides quidam in eodem genere inclaruit à quo quadriga ex eadem materia,quam muſca alis integeret,fabricata eſt.Tranquil.in Tyberio.Natalem ſuum plebeis interrurrentẽ Circẽſibus,uix unius bigæ adiectione honorari paſſus eſt.Nam ſtatuæ ut docet Plin.uolumine xxxiij.nõ modo equeſtres ponebãtur,orto ſine dubio à Græcis exẽplo,qui uictores celatas tantũ dicabant in ſacris,ſed & in curribus ijs,qui triũphaſſent,ſed ſerũ hoc fuit, nec ante Diuũ Auguſtũ, nec uetus fuit bigarũ celebratio in ijs qui prætura functi curru uecti eſſent per circũ. *Iã ſt.ignes*] quibus ſtatuæ fundãtur. *Atq; caminis*] .i.fornacibus. κάμινος ẽm fornacẽ ſignificat,à quo etiã formamus caminatus.Plin.li.xvi.caminata foſſura ore cõpreſſiore ſint. loquitur enim de ſcrobib. *Ardet ador.p.c.*] Seianus inquit,quem in tãto honore tota ciuitas habuit,ut pro deo enã colerct,igni abſumitur. *Crepat.*] ſubiecto igne. *Facie ſecũd.a*] i.ex Seiani facie, quẽ totus orbis ſecundũ poſt principẽ Tyberiũ agnoſcebat.Nã interdũ per eius fortunã interdũ per Tyberij ſimul, atq; Seiani fortunã omnes iurabãt,quippe ſignificãtes ipſum ſimul cũ Tyberio imperare.ita dixit ſecundã faciem,ſicut & Papin.Rutiliũ Gallicũ,appellauit proximã ceruicẽ Domitiano.Stat proxima ceruix Põderis immẽſi. *Sartago*] uas eſt coquinariũ ad res frigẽdas cõparatũ.Perſ. metaph. D ſic,Vnde hæc ſartago loquẽdi Venerit in linguas. *Pone domi l.*] Verba ſunt populi inſultãtis Seiano in gratiã principis, lętitiã inquit,oſtẽde,captus eſt Seianus hoſtis noſtri imperatoris,& iam unco ducitur in ſcalas gemonias.nam in ſignũ lætitiæ frondibus,& ſertis fores ornabãtur,unde & ſuperius.Per limina tẽde corymbos. *In cap.*] Vt Ioui Capitolino mactetur *Cretatũ*] Candidũ. Perſ.cretata ambitio.i.candidati cõpetitores magiſtratuum.Martial.Cretatam prætor cum uellet mittere mappam. *Ducitur unco.*] Nam damnati unco trahebantur in ſcalas gemonias, interdum & in Tyberim,Vnde Lamprid.in uita Commodi ſic ſcribit,Corpus eius ut unco traheretur atq; in Tyberim mitteretur,ſenatus & populus poſtulauit. *Quæ labra*] Verba populi Seianum mortuum inſectantis *Delator.*] Occultus, ut diximus,accuſator.Deferre enim eſt clandeſtinò accuſare.Mart.Ecce reum Carus te detulit,adſit agellus. *Indicijs.*] Et indicibus legitur.Nam index ſignificat eum qui coniurationẽ,crimen aut aliam rem ſecretam detegit.Vnde & indicium, id eſt ipſa detectio.Index etiam pro indicio,ut illud apud Valerium,Tam memorabilis operis index eſt in Capitolio ſtatua bullata.Index etiam capitur pro ſecundo digito manus per quẽ aliquid indicamus.Celſus,per plagam digitus index erit dimittendus.capitur & pro operis titulo. Plinius libro trigeſimo capite primo.Vicies centum milia uerſuum à Zoroaſtre condita indicibus quoq;

uolu-

Nil horum, uerboſa & grandis epiſtola uenit
A Capreis. bene habet, nil plus interrogo. SED quid
Turba tremens? ſequitur fortunã, ut ſemper, & odit
Damnatos. idem populus, ſi Nortia Thuſco
Fauiſſet, ſi oppreſſa foret ſecura ſenectus
Principis, hac ipſa Seianum diceret hora
Auguſtum. iam pridem, ex quo ſuffragia nulli
Vendimus, effugit curas. nam qui dabit olim

A uoluminum eius poſitis explanauit. Index item pro eo lapide, quo auri & argenti tentatur boni-tas. *Nil horum.*] Reſpondentium uerba. *A Capreis.*] Inſula eſt Campaniæ, ubi frequẽs erat Tyberius ad uacationem urbanarũ rerum. Olim à continenti auulſæ fuerunt. Strabo in vi. ſic ſcribit: Prochyta & Pithecuſæ auulſæ de terra partes ſunt, eodem modo & Capreæ, ergo à Capreis, à Tyberio. *Epiſtola uenit.*] Ad ſenatum enim ſcripſit per Neuium Sertorium Macronẽ, oportere Seianũ in cuſtodia haberi, aperte autẽ interfici non imperabat, non quia id nollet, ſed quia timebat ne ex hoc tumulus orieretur. *Bene habet.*] Inualuit praua conſuetudo, ut dicatur bene ſe habet. Sed profecto ita dicendũ eſt bene habet, quo genere locutionis ueteres uſi ſunt. Terentius, bene habet. Propertius Et bene habet nunquam mater lugubria ſumpſi. Oratius, Magnum narras uix credibile, atqui ſic habet. Sic & Græci locuti ſunt καλῶς ἔχει. *Sed quid*] Verba poetæ, quid inquit turba facit? *Sequitur fortunam.*] Nam uulgares homines in amicitijs colendis fortunam maxime ſequuntur, ut quo ſe illa, eodem quoq; ſe inclinent. Vnd eſt illud Oratij. Diffugiunt cadis cum fece ſiccatis amici. Sic etiam Ouid. ſcribens ex Ponto ad Maximum. Affuit ille mihi quum me pars magna reliquit, Maxime, fortunæ nec fuit ille comes. Idem in eodem. Et cum fortuna ſtatq; caditq; fides. Idem, Diligitur nemo, niſi cui fortuna ſecunda eſt, Quæ ſimul intonuit proxima quæq; fugat. Poeta oſtendit turpe eſſe amicum in aduerſis deſeri. Vnde & Ouid. in Põto. Turpe ſequi caſum, & fortunę cedere amicum: Et niſi ſit felix, eſſe negare ſuum. *Vt ſemper.*] Scilicet fecit in alijs. nam quo ſe fortuna, eodem & fauor hominum inclinat. modo enim ſummo honore in ſenatum deduxerunt, modo lecta Tyberij epiſtola omnes uno ore conuiciati ſunt ei, in carcereq; traxerunt. *Idem populus.*] Vulgi leuitatem oſtendit, & taxat. Si enim inquit accidiſſet, ut ei Nortia propicia fuiſſet, & Tyberius naturæ per ſenectam conceſſiſſet, certe Seianus imperator creatus fuiſſet. *Si Nortia.*] Hoc eſt dea Hetruſcorum, Nam, ut ex Tertulliano didicimus, Volſinenſium dea peculiaris fuit Nortia, & Sutrinorum. ſic enim ſcribit, Vnicuiq; etiam prouinciæ & ciuitati ſuus deus eſt, & paulo infra, Cruſtuminenſium Deluentinus, Narnienſium Viridianus, Aſculanorũ Anchatia, Volſinienſiũ Nor-

C tia, Oriculanorum Valentia, Sutrinorum Nortia &c. de Nortia item Liuius libro ſeptimo ſic ſcribit, Volſinijs quoq; clauos indices numeri annorum fixos in templo Nortiæ Aethruſcæ deæ comparere, diligens talium monumentorum autor Cinthius affirmat, ſub eius nomine fortem fortunamq; ſignificari Martianus Capella in libro De nuptijs philologiæ ſcribit. *Thuſco,*] Id eſt Seiano, qui ex Aethruria erat oriundus. *Si ſenectus ſecura principis foret oppreſſa.*] Si Tyberius in ſenecta quieta morte aſſumptus eſſet, & non ſollicita. ac ſi dicat, ſi in trãquillo reip. ſtatu, & ciuitatis beniuolentia mortuus eſſet. hoc autem dicit, quia nõ ſine magno animi cruciatu oppetijt. de eo enim ſic Tranquillus recitans initium epiſtolæ eius, Quid ſcribam patres C. aut quomodo ſcribam, aut quid omnino non ſcribam, hoc tempore dij me deæq; perdant, quẽ quotidie perire ſentio, ſi ſcio. Veneno (ut aliqui tradiderunt) lento, & tabifico ſublatus fuit. *oppreſſa.*] A morte, non autem à Seiano, ut quidam inepte ſcripſerunt. *Hac ipſa hora.*] Qua ſcilicet damnatus eſt, & ductus unco.

Auguſtum.] Hoc eſt imperatorem. omnes enim imperatores Auguſti nomen ſibi uſurparunt.

Iampridem ex quo.] Hic ſenſus eſt. Non fuiſſet inquit mirum ſi forte populus Romanus mortuo Tyberio, imperatorem Seianum creaſſet, & non potius ipſe ſumeret curam reipub. adminiſtrandæ per libertatem. Is enim ex quo fuit ſub iugo & imperio Cæſarum priſtinæ libertatis iam oblitus, nec nunc aliud in precio habet quàm ludos Circenſes. erit autem ordo, populus iampri-

D dem effugit curas ex quo ſuffragia nulli uendimus. *Suffragia nulli uendimus.*] Oſtendit in creandis magiſtratibus quos ad arbitrium ſuum populus per ſuffragia creare ſolebat, nunc nullam ei eſſe creandorum poteſtatem, ſed omnia tantum imperatoris nutu geri. Quod ab Sylla primum factum conſtat, quum ſe dictatorem dixiſſet. Nam ei ſenatuſconſulto data fuit poteſtas necis, confiſcationis, ſortitionum poſſeſsionis, populationis, auferendi regni, conferendi cuicunq; collibuiſſet, publicatarum uenditionis ædium, omnia enim arbitrio ſuo adminiſtrabat. Quod poſtea factitarunt imperatores, qui ſecuti ſunt oppreſſa libertate. Vnde Tranquillus in Caligula ſic. Tentauit & comitiorum more reuocato, ſuffragia populo reddere. *Vendimus ſuffragia.*] Conſueuerant enim competitores magiſtratuum in comitijs tribuum ſuffragia ſibi coemere muneribus, & largitionibus. Quod & Plutarchus eleganter in uita Coriolani his uerbis oſtendit. Diu ſi quidem poſt emptio & uenditio fera prorupit, & inter concionis ſuffragia ſeſe argẽtum miſcuit. Seneca ad Lucilium: quàm putas iucundum eſſe tribubus uocatis, quum candidati in templis ſuis pendeãt, & alius nummos pronunciet, alius per ſequeſtrem agat, alius eorum manus oſculis conterat? Petronius. Nec minor in campo furor eſt, emptiq; Quirites Ad prædam ſtrepitumq; lucri ſuffragia uertunt. Venalis populus, uenalis curia patrum. *Effugit curas.*] Populus inquit iam omiſit curas priſtinas gubernãdæ reip. & eas ipſis reliquit imperatoribus, qui omnium iam rerum habe-

nas ad nutum moderantur. *Imperium.*] Aut merum eſt, aut miſtum. Merū imperium habet gladij poteſtatem ad animaduertendum in facinoroſos homines, quod etiam poteſtas dicitur. Miſtū imperium eſt, quum etiam iuriſdictio ineſt, quod in danda poſſeſsione conſiſtit. Iuriſdictio eſt etiam iuris dandi licentia. hæc Vlpianus De iure omnium iudicū. Imperium ergo poſſumus accipere, aut dictaturā, nam ut ſcribit Pōponius De iuris origine, proditi ſunt dictatores à quibus nec prouocādi ius fuit, & quibus etiā capitis animaduerſio data eſt: aut ſimpliciter quācunq; dignitatem. *Faſces.*] Conſulatus, & præturas. Nā ſex lictores cum totidē faſcibus uirgarum, & ſecuribus colligatis prætorem, duodecim uero conſulem præcedebant. *Legiones.*] Exercitus, præfecturas ſtratioticas. *Continet nunc ſe.*] Et hæc omnia permittit ab imperatoribus, qui populi libertatē oppreſſere, diſponi. *Pannum & Circenſes.*] Videtur potius legendum eſſe, Pana quàm pannū. duas enim res dicit populum curare, ut ſit ſenſus. Lupercales ludos in honorem Panos & Circenſes curat, ſi enim dicas pannum & Circēſes, una tantum res erit. de Lupercis ſupra diximus in ſecunda Satyra. Palmas præbere Luperco. De Circenſibus autem illic in tertia, Si potes auelli Circenſibus. *Perituros.*] Verba ſunt populi. *Magna eſt fornacula.*] Magnum eſt incendium, hoc eſt res maximi excidij, & furoris mouentur. *Mi.*] Pro mihi. Vergil. & mi genus ab Ioue ſummo. *Brutidius*] Nomen fictum. *Quā timeo.*] Quàm timeo ne multi imitati Aiacem manu ſua ſibi mortē conſciſcant, utpote, qui male defenſi fuerint, quod multi fecerunt Tyberij tēporibus. unde Tranq. Citati ad cauſam dicendam partim ſe domi uulnerauerunt, certi damnationis, ſed ad uexationē ignominiamq; uitandam partim in media curia uenenū hauſerūt. *Aiax.*] C

Imperium, faſces, legiones, omnia, nunc ſe
Continet, atq; duas tantum res anxius optat
Pannum, & Circenſes. perituros audio multos.
Nil dubiū, magna eſt fornacula: pallidulus mi
Brutidius meus ad Martis fuit obuius aram,
Quàm timeo uictus ne pœnas exigat Aiax,
Vt male defenſus, curramus præcipites, &
Dum iacet in ripa, calcemus Cæſaris hoſtem.
Sed uideant ſerui, ne quis neget, & pauidum in ius
Ceruice aſtricta dominum trahat: hi ſermones
Tunc de Seiano, ſecreta hæc murmura uulgi.
Vis ne ſalutari ſicut Seianus? habere
Tantundem? atq; illi ſellas donare curules?
Illum exercitibus præponere? tutor haberi
Principis anguſta Caprearum in rupe ſedentis
Cum grege Chaldæo? uis certæ pila cohortis,

Ciuis citatus. Nam Aiax quum in iudicio armorū Achillis ab Vlyſſe eſſet ſuperatus, dolore in inſaniam uerſus eſt, qui mortē Vlyſsi minatus, quum ad eius paſcua ueniſſet, ratus eius cōmilitones interficere, oues & alia pecora trucidauit. In caprum quendā, quem Vlyſſem eſſe crediderat, crudeliter ſæuiuit, qui ſimul ac cognouit, quę per inſaniam perpetraſſet, gladio ſibi pectus tranſuerberauit. Aiax Thelamonis fuit filius ex Heſione Laomedōtis filia. fuit & alius Aiax Oilei filius in currendo perniciſsimus, ut ſcribit Homerus in Iliade. *Calcemus Cæſaris hoſtem.*] Pedibus inquiunt Seianum hoſtem Cæſaris proteramus. Et uideant nos ſerui, ne nos accuſent, quòd eum, ut amici non calcauerimus. Illudq; reſpexit poeta, quòd nulli delatorum, autore Tranq. fides eſt apud Tyberium abrogata. *Ceruice aſtricta.*] Obtorto collo. Qui enim ui in iudicium, aut ad aliquod ſupplicium ducebantur, aut obtorto collo, aut iniecto laqueo trahebātur. Plaut. in Penulo. Sed quid ego dubito fugere hinc in malam crucem priuſquā obtorto collo ad prætorē trahor? Cic. in Oratione pro Aulo Cluentio. Nec quicquā propius eſt factum quàm ut illum perſequeretur, & collo obtorto ad ſubſellia reduceretur, ut reliqua poſſet perorare. Diuus Hieronymus in Epiſt. ad matrē & filiam, in Gallia commorantes ſic ſcribit, Obtorto collo me in ius trahis ut aut probem quod nolo, aut multorum inuidiam ſubeam. Tranq. in Vitellio. religatis poſt terga manibus iniecto ceruicibus laqueo, ueſte diſciſſa, ſeminudus in forum tractus eſt. Apul. lib. viij. Metam. Collo conſtrictum D reducunt eum paſtores moleſti. Idem in nono, colloq; cōſtricto, & ſacrilegos impuroſq; compellantes interdum pugnis obuerberant. *Hi ſermones.*] Subaudi erant qui ſequuntur. *Vis ne ſalutari.*] Vis ne eſſe ea potentia & autoritate, qua Seianus extitit apud principem? *Habere tantundem.*] Scilicet diuitiarū poſsidere. *Sellas do. cur.*] Id eſt creare tuo arbitrio magiſtratus, nam ſella curulis magiſtratuū erat, & triūphantium. Aliqui dictam putant quod in curru ponebatur, quo in curiam ſoliti erant uehi honoris gratia qui magiſtratū geſsiſſent. autor Gellius lib. iij. cap. xviij. Liuius uero innuit dici curulem à Curibus ciuitate Sabinorū. uerba Liuij hæc ſunt. Haud pœnitet, inquit, eorum ſententiæ eſſe, quibus & apparitores, & hoc genus ab Aetruſcis finitimis: unde ſella curulis, unde toga prætexta ſumpta eſt. Strabo lib. iiij. Memorię proditum eſt, ut triumphalia ornamenta inſigniaq; conſularia, & ſimpliciter magiſtratuū decora, in Romanam urbem, à Tarquinijs tranſlata ſunt. *Tutor prin.*] Tutor is dicitur, qui poteſtatē habet in capite libero ad eū tuendū, qui propter ætatē ſuam ſponte ſe defendere nequit, quaſi tuitor, & defenſor, ſicut ædituus qui ędes tuentur. Seianus autē, principe Capreis cōmorante, omnia gubernabat, tanquā tutor principis, & defenſor. *Chaldæo.*] Propter Thraſyllū mathematicum Chaldæum, quē de futuris maxime conſulebat. Chaldæi autem Diodoro autore Babyloniorum antiquiſsimi fuerūt, qui eum lo-

A cum in ſua rep. quē Aegyptij ſacerdotes obtinuere. Ad cultū enim deorū deſtinati, per omnem ui
tam philoſophabātur. periti ſsimi aſtrologiæ habiti, multi diuinatione quadā futura prædicebāt,
ac tū augurijs, tum ſacris, tum alijs quibuſdam incātationibus, & mala auertere ab hominibus, &
bona afferre, auguria inſuper, ſomniaq́, & prodigia interpretari cōſueuere. De his etiā ante dixi-
mus in vi. Sat. illic: Chaldæis ſed maior erit fiducia. *Vis certa pila*] Nō interrogantis eſt ſed affir-
mantis.

Egregios equites, & caſtra domeſtica: quid ni
Hæc cupias? & qui nolunt occidere quenquam,
Poſſe uolunt. SED quæ præclara, & proſpera tanti,
Vt rebus lætis par ſit menſura malorum?
Huius qui trahitur prætextam ſumere mauis?
An Fidenarum, Gabiorumq́ eſſe poteſtas?
Et de menſura ius dicere? uaſa minora
Frangere pannoſus uacuis ædilis Vlubris?
Ergo quid optandum foret, ignoraſſe fateris
Seianum. nam qui nimios optabat honores,
Et nimias poſcebat opes, numeroſa parabat
Excelſæ turris tabulata, unde altior eſſet
Caſus, & impulſæ præceps immane ruinæ.

Scio inquit te uelle impe-
ria militaria, ut ſcilicet præſis co-
hortibus prætorianis, quibus Seia
nus præfuit. *Pila.*] Tela ſunt Ro
manorū. Lucan. Et pila minantia
pilis: ſicut ſariſſæ Macedonum, &
geſſa Gallorum. *Egregios equi-
tes*] Intelligit equites domeſticos,
quos Romani ſtratiotas appellarūt:
& ſic docet quæ ſint caſtra domeſti
ca, ut ſtet & particula pro, id eſt. ca
B ſtra enim domeſtica erant ipſi e-
quites, qui ad imperatoris cuſto-
diā excubabāt, etiā prætoriani di-
cebātur. eques autē duplici modo
accipitur, ut eques ille appelletur,
qui mercede aliena conductus e-
quo meret, & qui cenſu ſuo eque-
ſtrem obtinet dignitatem, is à Mart. dicitur eques non alienus. Quis largitur opes ueteri fidoq́ ſo
dali? Aut quem proſequitur non alienus eques? Idem in Diſtichis. Felix cui comes eſt non alienus
eques, hoc eſt qui aliena mercede non facit ſtipendiū, ſed diuitijs proprijs eſt eques, Itē equitē pro
equo poſuit Enni. Denique ui magna quadrupes eques atq́ elephanti Proijciunt ſeſe: quem locū
ſecutus Verg. ſic ſcripſit. Frena pelethronij Lapythæ, gyroſq́ dedere, Impoſiti dorſo, atq́ equitem
docuere ſub armis Inſultare ſolo, & greſſus glomerare ſuperbos. *Cohortis.*] Cohors pars deci-
ma eſt legionis. Nam in legione decem erant cohortes, conſtabatq́ peditibus, & equitibus, ſed ma
iore ſemper peditū numero. *Quid ni hæc cupias.*] Non eſt inquit mirū, ſi tales honores cupias,
nam & qui nolunt occidere quenquā, uelint tamē poſſe occidere, ac proinde eſſe potentes, & prin
C cipes. *Sed quæ præclara.*] Sentētia eſt catholica, quæ tamē Seiano accōmodatur, quæ id conti-
net, quod his uerbis ſcribit Apul. Nihil quicquā homini tam proſperū diuinitus datū, quin & ta-
men admiſtum ſit aliquid difficultatis, ut etiam in ampliſsima quaq́ lætitia ſubſit quæpiā uel par
ua querimonia, cōiuratione quadā mellis & fellis. Sed & Plin. lib. vij. ſic. Quid q̄ bona malis paria
non ſunt etiā pari numero? nec lætitia ullo minimo dolore penſanda? Plaut. in Amphytrione. Ita
dijs placitum, uoluptati ut mœror comes cōſequatur, quin incōmodi plus maliq́ illico adſit, bo
ni ſi obtigit quid. *Prætextam.*] Prætexta triumphantiū fuit, & magiſtratuū, ut ex Macrobii le-
ctione ſuperius docuimus. Prætexta etiā ſolitos geſtare ſenatores conſtat. unde Aſconius ait, præ
textam nobiliorum eſſe, togam uero uiliorum. dicta prætexta quòd purpura prætexeretur. un-
de Plinius libro nono, de purpura loquens ſic inquit. Huic faſces ſecureſq́ Romanæ uiam faci-
unt, idemq́ pro maieſtate in pueritia, diſtinguitq́ ab equite curiam. Prætextam ergo hoc loco ac-
cipere poſſumus ueſtem ſenatoriam, quam eo die induerat, quo uenit in ſenatum. quum occiſus
fuit. *Sumere mauis.*] Hæc interrogatio eo tendit, ut oſtendat longe tutius eſſe in mediocri humi-
liq́ fortuna uerſari, q̄ in ſumma opulentia. *An Fide. Gab.*] Oppida (ut diximus ante) Latij deſer
ta, de quibus Orat. ſic: Gabijs deſertior, atq́ Fidenis, uicus. *Poteſtas.*] Nomen eſt officij. nam ut
paulo ſuperius diximus ex Vlpiani teſtimonio, Poteſtas appellabatur merum imperiū, quando
D poteſtatem gladij haberet ad animaduertendū in ciues delinquentes. Tranq. in Claudio. Atq́ eti-
am per prouincias poteſtatibus demandauit. Ergo poteſtas Gabiorum, id eſt eſſe magiſtratus, &
habere imperium Gabijs ad animaduertendum in ciues facinoroſos. *Vaſa m. fr.*] Id eſt eſſe ædi
lis qui ponderibus, & mēſuris præerat. Perſ. Seſe aliquid credens Italo quòd honore ſupinus Fre-
gerit heminas Areti ædilis iniquas. Erant autem ædiles minimi magiſtratus adoleſcētesq́, prima
commendatione creabantur. Cic. legum ij. Suntoq́ ædiles curatores Vrbis, annonę, ludorumq́
ſolennium, illiſq́ ad honoris amplioris gradum primus acceſſus eſto. *Vlubris.*] Oppidū eſt
Latij deſertū, unde ait uacuis, hoc eſt parum habitatis. Nam Oppida etiam præter Vrbem ipſam
ut oſtendimus in quarta Sat. ædiles habebāt. *Pannoſus.*] Veſtibus craſsioribus, nam Pannoſi
& pannucij dicuntur, qui ueſtibus incedunt craſsioribus. hoc autē dicit contra prætextam, quæ
purpurea erat, & pręcioſa. *Ergo quid op.*] Peroratio eſt qua oſtendit Seianum ignorauiſſe uerū
bonum, quum illud in dignitatibus, & honoribus reponeret. quū Seianus inquit tanta mala pro
pter nimios honores ſit paſſus, Ergo ignorauit quid uerum bonum eſſet, & proinde optandum
Numeroſa p.] Seianus inquit, qui ſummos ſibi honores quęrebat, procerā turrem ſtruebat un-
de caderet. Nam quanto quis altiore ex loco cadit, tanto grauiorem ruinam ſentit. hocq́ totum
metaphoricos, Claudius in Ruffinum, Tolluntur in altum, Vt lapſu maiore ruant. *Præceps im.*]
Poſuit

poſuit præceps, ut ſubſtantiuum, quaſi pro præcipitio, ſic & Pap. in Soterijs. Rutilij Gallici, Et ſubi A
u præceps iuuenile pericli. *Quid Craſſos.*] Et patrē & filium quos à Parthis cæſos oſtendit Plutar.
Nam quū Pop. Ro. à Parthis graue bellum motū ad Orientē accepiſſet, aduerſus eos miſit L. Craſ
ſum cum infinitis regum auxilijs, nam Bithyniæ rex Nicomedes Romanos iuuit, & Mithridates
Pōticus: cum quo bellū poſtea grauiſsimū fuit, & Ariarates Cappadox, & Ptolemæus Paphlagon,

Quid Craſſos? quid Pompeios euertit? & illum
Ad ſua qui domitos deduxit flagra Quirites?
Summus nempe locus nulla non arte petitus,
Magnaq́ꝫ numinibus uota exaudita malignis.
AD generum Cereris ſine cæde & uulnere pauci
Deſcendunt reges, & ſicca morte tyranni.
Eloquium ac famam Demoſthenis, aut Ciceronis
Incipit optare, & totis quinquatribus optat,
Quiſquis adhuc uno partam colit aſſe Mineruam,
Quem ſequitur cuſtos anguſtæ uernula capſæ.
Eloquio ſed uterq; perit orator, utrunq;
Largus, & exundans leto dedit ingenij fons.

uictus tamen eſt Craſſus, & ab ho-
ſtibus captus. caput ei reciſum cū
manu dextera Ariſtonico regi o-
blatū ludibrio fuit, & quia Parthi-
co auro inhians talē ſuſceperat ex-
peditionem, aurum liquidū in os
eius infuſum fuit, ut cuius animus
arſerat auri cupiditate, eius etiam
mortuum & exangue corpus ure-
retur. eius filius à Parthis cum eos
inſequeretur, cum exercitus parte
inſidijs interceptus obtruncatur. B
Eius caput abſciſſum, & lancea pręfixum Parthi ante Craſsi caſtra o-
ſtentabant. *Quid Pomp.*] Magnū
Pompeium cū duobus filijs. Nam
Magnus dum primum ſibi in rep.
locum quærit, à Cæſare in campis Philippicis profligatus, à Ptolemæo rege Aegypti interficitur. Fi
lij uero, Cn. & Sextus, quum ingens bellū in Hiſpania pararēt, demū apud Mundam ciuitatē à Cæ
ſare ſunt ſuperati. Cneum eo prælio profugum crure ſaucio deſerta & auia petentem Cenonius
apud Lauronem oppidum conſecutus pugnantem, necdum deſperantē interficit. Sextum fortu-
na in Celuberia interim abſcondit, alijsq́ꝫ poſt Cæſarem bellis reſeruauit. Is enim contractis infeli
cis belli reliquijs in Sicilia ingens commouit bellum cōfugientibus ad eum qui ſuperfuerant ex
parub. Bruti & Caſsij. uerū pręlio nauali ab Agrippa & Aug. ſuperatus, amiſſa claſſe CCC. & quin-
quaginta nauiū, cum ſex nauibus in Aſiā profugit: à Titio, quem olim captū ſeruauerat Mileti in-
terficitur. lege Apianum. *Et illum.*] Iulium Cęſ. qui poſtea in ſenatu tribus & uiginti uulneribus
cōfoſſus fuit, Bruto & Caſsio coniurationis principibus, primoq́ꝫ eius percuſſore Caſca, qui eum
iuxta collum enſe percuſsit. *Ad ſua fl.*] Ad ſuum imperium, ut ſibi parerēt. *Nulla non arte pe.*] C
Id eſt omni arte quæſitus. *Numinibus ma.*] Non propicijs, non amicis. *Ad ge. ce.*] Non eſt in-
quit mirum, hos omnes tam crudeliter cæſos. pauci enim ſunt tyranni, qui ferro non pereant.
Ad ge. Ce.] Id eſt Plutonē, qui rapiēdo Proſerpinā factus eſt Cereris gener, nota eſt fabula. *Elo
quium.*] Confutat & uotum eorum, qui ſibi optant eloquentiā, oſtendens & illic uitæ periculū eſ-
ſe. Id autē exemplo Ciceronis & Demoſthenis probat, quorum uterq; perijt ob eloquentiā. *De-
moſthenis & Ciceronis.*] Bene aūt hos nominauit. alter enim apud Græcos, alter uero apud Latinos
eloquentiæ principatū obtinuit. Ciceronē appellat Plin. lib. xvij. lucem doctrinarū alteram. Quin
til. lib. x. utrunq; tanquā optimū oratorē miris laudibus celebrat. *Et to. quin.*] Pueri inquit, qui
adhuc primis inſiſtunt rudimentis gloriæ cupidi, quū ueniere quinquatria multis optant ſibi uo
tis eloquentiā, idq́ꝫ maxime faciunt, ꝙ putant ſe ijs diebus magis exaudiri. Nam Minerua ingenijs
puerorū, pariter & puellarū fauet. Ouid. in iij. Faſt. Pallada tūc pueri teneræq́ꝫ ornate puellæ, Qui
bene placarit Pallada, doctus erit. Quinquatria dicta ſunt à numero quinario, de quibus ſic Oui
dius eodem libro. Vna dies media eſt, & fiunt ſacra Mineruæ, Nomina quæ iunctis quinq; diebus
habent. Sanguine prima uacat, nec fas concurrere ferro, Cauſa ꝙ eſt illa nata Minerua die. Altera
tresq́ꝫ ſuper ſtrata celebratur arena, Enſibus exerus bellica læta dea eſt. Ego hunc locum ita acci
piendū eſſe cenſeo aperto ita ut eſt, ſenſu, non ut alij alioquin literati, qui de Mineruali neſcio quid D
intelligunt. eſt enim ordo. Quiſquis colit Mineruā partam uno aſſe, incipit optare totis quinqua-
tribus eloquentiam, id eſt quoties ueniunt quinquatria, qui dies ad ferias Mineruæ pertinēt, pue-
ri ita gloria incenduntur, ut optēt eſſe eloquētia & fama Demoſthenis & Ciceronis pares. *Colit
Mi.*] Qui in his ſtudijs adhuc puer uerſatur: ita dictū quemadmodū, Ille colit muſas, id eſt carmi-
ne ſe exercet. *Adhuc co.*] Qui adhuc primis rudimentis inhæret. *Partam.*] Id eſt quæ rudimē-
ta ſibi acquiſiuit. *Vno aſſe*] Exigua mercede, hocq́ꝫ ex affectu poetæ ſubſanantis auaritiam ſuorū
temporū, quibus exigua præceptoribus præmia exhibebātur, quemadmodū & temporibus no
ſtris, re in deterius ſemper labente. *Quē ſe. cu. ca.*] Puerum ingenuū ad præceptorē euntē non ſo
lus proſequebatur pædagogus, ſed & capſarius, quem Vlpianus titulo De manumiſsis uindicta
ſcribit eum eſſe qui pueri portet libros. Sueton. tradit Neronē damnatorum liberos quoſdā cum
pædagogis & capſarijs uno prandio pariter iuſsiſſe necari. capſariū etiam appellat Vlpianus titu-
lo De officijs præfecti uigilum, qui mercede ſeruanda in balneis ueſtimenta ſuſcipit. *Eloquio ſed
uterq; perit*] Sed per eloquentiā ſuam uterq; ad necē compulſus eſt. Cic. enim perſequēte eū M. An
tonio, interfectus eſt à Pōpilio Lenate, quē parricidij olim accuſatū defenderat, caputq́ꝫ cū manu
dextera relatum eſt Antonio, quæ quū diu ſummā aſpexiſſet lætitia exultans, ubi oculi ſaciati ſunt

A illo ſpectaculo, iuſsit in roſtris per cōtumeliam deponi: quaſi uero illū iam mortuū contumelia afficeret, ac nō potius ſe ipſum ac fortunā ſuam indignā oſtenderet, quæ ad tantā potentiam nefarium hominē prouexiſſet. *Ingenio.*] Ipſi Cic. qui magni erat ingenij. *Nec unquā ſanguine cauſidici*] Oſtendit poeta grauius magno ꝗ mediocri periculū imminere oratori. neq; enim inquit roſtra, in quibus concionantes cōſidunt, reſperſa ſunt ſanguine puſilli cauſidici. *Roſtra ma.*] Hoc autē dicit, & quia Cic. ſæpe pro roſtris concionatus eſt, & quia Antonius manum & caput Ciceronis iuſsit in roſtris infigi. Roſtra autem ędificiū, ſiue templum erat ante curiam Hoſtiliā in foro, adornatū antea roſtris nauiū Antiatium, unde & nomen ſortitum, autor eſt Liu. lib. viij. ab Vrbe cōdita. & Plin. lib. xxxiij. cap. v. Roſtra qui erant concionaturi cōſcendebāt. Cæſar quæ-
B ſtor Iuliam amitam uxorēq; Corneliam defunctas oratione laudauit ē more pro roſtris, autor Plut.

Ingenio manus eſt, & ceruix cęſa, nec unquam
Sanguine cauſidici maduerunt roſtra puſilli.
O fortunatam natam me conſule Romam.
Antoni gladios potuit contemnere, ſi ſic
Omnia dixiſſet. ridenda poemata malo,
Quàm te conſpicuæ diuina Philippica famæ,
Volueris à prima quæ proxima. ſæuus & illum
Exitus eripuit, quem mirabantur Athenæ
Torrentem, & pleni moderantem frena theatri.
Dijs ille aduerſis genitus, fatoq; ſiniſtro,
Quem pater ardentis maſſæ fuligine lippus
A carbone, & forcipibus, gladiosq; parante
Incude, & luto Vulcano ad rhetora miſit.
Bellorum exuuiæ, truncis affixa trophæis

O fortunatā.] Cic. Catilinæ cōiuratione oppreſſa, hoc carmē in ſuā laudē cecinit, quod carmen, deriſum eſt. *Ridēda poemata*] Hinc oſtendit illud uehemēs Antonij odiū in Cic. emerſiſſe, quod in eum Philippicas ſcripſiſſet, in quibus miris Antonium afficit contumelijs. Licet illinc odij initiū traxiſſe uideatur, quod quū poſt mortē patris, Iulia mater Antonij, nupta eſſet P. Lētulo, quē cum L. Catilina conſpirantē Cic. cōſul ſupplicio affecit, diceret corpus uitrici ſui non prius ad ſepulturā datū, quā id mater ſupplex impetraſſet à Ciceronis uxore. In qua quidē re, ut ſcribit Plut. mentitur, quod nullus ex his, qui tūc ſupplicio fuerūt affecti, ſepultura prohibitus eſt. *Quā te cōſpicuæ diuina Philippica famæ, Volueris à prima quæ proxima.*] Mallem inquit Cicero talia carmina ridicula ſcripſiſſet, ꝗ ſecundā Philippicam. nam & ſi omnibus orationibus ſuis grauiter Antoniū accuſat, ſecunda tamē illū acerrime inſectatur. Philippicas autē orationes ſuas in Anto-
C niū appellauit, ut ipſe ad Atticū ſcribit, ꝙ libertate dicendi & eloquētia maxime imitatus ſit Demoſthenē, qui in Philippū multas ſcribens actiones eas Philippicas appellauit. *Sæuus exitus eripuit illum*] .ſ. Demoſthenē, nam Demoſthenes quū nunciatū eſſet Antipatrū & Craterū Macedones aduentare, ex Vrbe profugit in Calabriā ad templū Neptuni. quo cognito Antipater Archiam Tyriū illuc cū ſatellitibus miſit, qui templū ingreſſus ſuadere cœpit Demoſtheni, ut unà ſecū ad Antipatrum pergeret, nihil omnino moleſtum ab illo perpeſſurus. Cui reſpōdens dixit, parū expecta dū nonnulla domeſticis ſcribo. Hæc fatus in interiorē templi partē conceſsit, captoq; libro, quaſi ſcribere uellet, calamū ori admouit, ex quo incluſum uenenū ſumpſit. Eratoſthenes autem ait in circulo quodā concauo, quē circa brachiū ferebat, uenenū ſeruaſſe. Fuit itē alius Demoſthenes Athenienſis, miſſus cum Nicia aduerſus Syracuſanos: de quo meminerunt Plut. in Nicia. Thucyd. lib. vij Hiſtoriarū, & Iuſt. lib. iiij. quē tradunt alij gladio, & uoluntaria morte ſe uindicaſſe, alij interfectū iuſſu Gylippo duce Lacedæmoniorum. *Dijs aduerſis g.*] Quia multis agitatus eſt aduerſitatib. *Quē pater ard. maſ.*] Nō iam ad rhetora à patre eſt miſſus, nam annorum ſeptē tantū fuit, quum patrem amiſit. Sed ad Iſeum ſe cōtulit, quanquā tunc tēporis floreret Iſocrates. pater aūt Demoſthenis fuit (ut Theopōpus, & Plut. tradunt) in primis honeſtus ac probus uir, Macheropius ab officina gladiorum eſt cognominatus, quā Athenis egregiā, multisq; artificibus ſeruis inſtructā habebat. Ma-
D tre barbara muliere natum ſcribit Aeſchines. De eo ſic Sydonius Apollinaris, Fabro progenitus ſpreto cui patre polita eloquijs plus lingua fuit. De eo ſic & Valer. Quā matrē Euripides, aut quē patrē Demoſthenes habuerit, ipſorū quoq; ſeculo ignotū fuit. Alterius autē matrē olera, alterius patrē cultellos uenditaſſe omniū doctorum literæ loquuntur. *Lippus.*] Is appellatur, cui oculi iugiter ſtillant. Vnde lippitudo morbus, quo oculi infeſtātur. Orat. Oculis collyria lippis. *Et lu. Vulc.*] Luto Vulcano pro luteo legēdū eſt, ut docuimus in vi. Sat. illic. Et terrā luto ferit inteſtino, nā prima lōga eſt. Perſ. ſurgit tibi lutea pellis. Ouid. Lutea mane uidet pulſis aurora tenebris. Ver. Mollia luteola pingit uacinia calta, & alibi. Et croceo mutauit uellera luto. pro luteo croco. ut ſit hypallage. Nā dictio, quæ duas extremas habet lōgas, & mediā breuem ſtare nō poteſt in uerſu hexametro. hac autē ratione dicimus induperator pro imperator, quia media ſit breuis, & extremę lōgæ. Quādo autē eſt à Luto deriuatū primā habet breuē. Orat. in Serm. defingit Rheni luteū caput.

Bellorū exuuiæ] Oſtēdit & uotū eorum damnādum eſſe, qui ad res bellicas optauerunt deſcēdere, tanꝗ reportaturi (quod fere ab omnibus expeti ſolet) famā & gloriā: docēs & id multis pariter imperatoribus, & patriæ fuiſſe exitioſum, ut patebit Alexādri, & Hannibalis exēplo. Ordo aūt hic eſt. Lorica affixa truncis trophęis, & buccula pēdens de caſside fracta & iugum curtū de temone, & reliqua appoſitiue exuuiæ bellorū, creduntur eſſe bona maiora bonis humanis. *Trophæis.*]

Trophæum

Trophæum dictio eſt Græca. τροπὴ enim Græce, conuerſationem Latine ſignificat, erat autem monumentum hoſtium deuictorũ. à Græcis cõſuetudo manauit, qui ubi hoſtes in fugam conuertiſſent, arborẽ truncatis ramis erigebant, quibus hoſtium ſuſpẽdebant exuuias. Vnde Nonius. Spolia inquit hoſtium ſtipitibus affixa trophęa uocantur, Tranquillus in Caligula truncatisq; arboribus, & in modum trophæorum adornatus, eam conſuetudinem Romani uſurparunt, unde Marij A

Lorica, & fracta de caſſide buccula pendens,
Et curtum temone iugum, uictæq; triremis
Apluſtre, & ſummo triſtis captiuus in arcu
Humanis maiora bonis creduntur: ad hæc ſe
Romanus, Graiusq; ac barbarus induperator
Erexit: cauſas diſcriminis, atq; laboris
Inde habuit: TANTO maior famæ ſitis eſt, quàm
Virtutis; quis enim uirtutem amplectitur ipſam

trophæa à Sylla diſiecta ſunt, quæ à Cęſare ut Tranquil. & Plutar. ſcribunt, fuerunt repoſita. ſcribi Seru. trophæa in locis eminentioribus collocari ſolita, & ideo Romę in arcubus incidebantur, ad id exædificatis. Sed ea poſtea nõ ſolũ in marmore, ſed & in ære incidi cœpere. Vnde Plut. cõqueritur imprudenter ſimul & aſpere nimis egiſſe primos ex Græcis, qui trophæa, aut marmore inciſa, aut ære ſculpta fa B cientes, odium ſimul & bellũ à conſeruata uicti ignominia, perpetuum reddidiſſent. De trophæis mẽtionem ſæpiſsime fieri apud Thucydidem inuenies. Illud deniq; tenebis trophæum fuiſſe aut ſaxum, aut arborẽ deciſis ramis, aut columnã erectam, aut arcus cũ inſcriptione huiuſmodi. Atheniẽſes hic uicerũt Lacedæmonios uel ſimili. *Truncis.*] Quia ut diximus, ramis trũcatis ſpolia arbori ſuſpendebantur, unde eſt illud Verg. Vota deum primo uictor ſoluebat eoo, Ingẽtem quercum deciſis undiq; ramis Conſtituit tumulo, fulgentiaq; induit arma Mezenti ducis exuuias tibi magne tropæum Bellipotens aptat rorantes ſanguine criſtas, Telaq; trunca uiri, & bis ſex thoraca petitũ, Perfoſſumq; locis. *Lorica.*] Ex corio fieri conſueuit, quæ quamuis nunc ex ferro conficiatur, nomẽ obtinuit à loris. *Buccula*] Ea eſt pars galeæ, quæ buccas tegit, cuius ſic meminit Iulius Capitolinus in Maximinis. Fecit & galeas gemmatas, fecit & bucculas. *Curtũ iugum.*] mutilatum ut Mart. Et curtus Chiones Antyopesue calix. & Propert. lib. iiij. Lęſit & obiectũ tegula curta caput, aut curtũ temone. i. à temone curtatũ, & auulſum. *Temone*] A tenẽdo eſt dictus, quod plauſtrum teneat. & gubernet. *Apluſtre*] Autor eſt Feſtus apluſtria eſſe nauium ornamẽta, quæ quia plus erant quã eſſent neceſſaria, etiã apluſtria appellabãtur. Cic. in Arato. Nauibus aſſumptus fluitantia quærere apluſtra. Silu. lib. x. Sic iamq; per undas, Et trãſtra & mali laceroq; apluſtria uelo, Ac miſeri fluitant reuomentes æquora nautæ. *Et captiuus triſtis in ſummo arcu.*] Nam in arcubus la C pideis incidebatur totus ordo uictorię. Domitianus per ſummã ambitionem, arcus cum quadrigis & inſignibus triumphorũ per regiones Vrbis tantos, aut tot extruxit, ut cuidam Græce inſcriptũ arcui ſit, conſulatus xvij cœpit, autor Trãquillus. *Maiora bonis h.*] Hoc eſt nihil eſſe in bonis humanis excellentius hac gloria bellica. *Ad hæc ſe.*] Ad hanc gloriã & famã cõparandam ex ſpolijs, & uictorijs hoſtiũ. *Induperator*] Pro imperator propter rationẽ de luteo ſuperius dictã, quia inter duas ſyllabas lõgas nõ poteſt media breuis ſtare in hexametro carmine, Sic & Macedas pro Macedonas dicunt poetæ. Vt illud apud Valer. Flaccum in primo. At Iuno Argolicas pariter Macedumq; per urbes. *Romanus.*] Senſus eſt Romani imperatores Græci & Barbari erexerunt ſeſe ad hæc, & animum ſuũ intenderunt uidelicet ad famam & gloriã, quam dum omni ſtudio ſequuntur, & ſibi, & patrię peperere exitium. Atq; hoc modo dignitates petentiũ damnat ſtultum uotum, per Romanũ autem poſſumus intelligere nõ modo Iuliũ Cæſarem, ſed & M. Antonium multosq; alios, qui dũ gloriã bellicam ſequuntur, & ſibi exitium, & patriæ calamitates multas attulerunt.

Graiusq;.] Vt Themiſtocles, & Milciades duces Athenienſiũ, qui dum famã, & gloriã rebus bellicis aucupantur, miſerabili exitu uitã finiuere. Nam Milciades, qui Athenas, totãq; Græciam liberauerat, ſuperato Dario duce Perſarũ, ob eamq; rem multis affectus publice honoribus: demum proditiõis accuſatus, cauſa cognita, capitis abſolutus, pecunia mulctatus eſt, quã quia ſoluere nõ D poterat in carcerẽ coniectus eſt, ubi diem obijt ſupremũ. Themiſtocles uero rebus licet feliciter aduerſus Xerxem geſtis, inuidia tamen ciuiũ, ſuſpectus & ipſe proditionis, ciuitate eiectus, Argos habitatum cõceſsit, ubi quum tutũ ſe nõ uideret, Corcyram demigrauit, deinde ad Admetũ Moloſſorum regem confugit. Demum quũ à Lacedæmonijs & Atheniẽſibus ad ſuppliciũ depoſceretur, ad Artaxerxẽ confugit, à quo magnis donatus in Aſiam redijt, domiciliũq; ſibi Magneſiæ conſtituit, ubi autore Thucydide, morbo aſſumptus eſt, Alij uero tradunt, cum epoto tauri ſanguine, infuſo ueneno uitam finiuiſſe. *Barbarus.*] Vt Hãnibal, qui dum Romanos bellis aſsiduis uexat, in cauſa fuit, ut patria à Romanis ſit euerſa, ipſe etiam ad uenenum ſit compulſus. de cuius nece mox dicemus. *Erexit ſe.*] Id eſt animũ ad hæc intendit. *Inde.*] Ex hac gloriæ cupiditate. *Habuit cauſas diſcriminis.*] Cupiditas inquit illa gloriæ fuit cauſa, ut adiuerint tot pericula, & tot labores.

Tanto maior famæ ſitis eſt.] Non ſunt inquit ad hæc pericula & labores tam moti uirtutis q̃ gloriæ cupiditate. Neq; enim hæc, quia per ſe pulchra eſſent fecerunt, & quod ſola cõtenti eſſe uellent rei bene actæ conſcientia, ſed ut immortalem gloriam cõſequerentur, quod omnes fere mortales faciũt, quis enim aliquid cum uirtute faciat, niſi ſibi magnam prouenturã inde ſciat gloriam, quæ boni operis eſt tanquam merces & præmium, unde hoc loco poeta horum imperatorum exẽplo

A eos denotat, qui uirtutem non amplectātur, niſi famam inde cōſequuturam arbitrentur, quod eſt
contra Ciceronis philoſophiā, qui ait, ſufficere debere ad gloriā benefacti conſcientiā. C. Idem
tamen Cicero de Offic. libro i. dicit: Vix inuenitur, qui laboribus ſuſceptis, periculisq; aditis, non
quaſi mercedem rerū geſtarum deſideret gloriā. Idem ſcribit Ariſt. Eth. iiij. S. *Præmia ſi tollas.*]
ipſam gloriā, quàm operis bene nauati habent pro præmio. *Si tollas.*] Si auferas, quaſi dicat,

Præmia ſi tollas: patriam tamen obruit olim
Gloria paucorum, & laudis, tituliq; cupido
Hæſuri ſaxis cinerum cuſtodibus, ad quæ
Diſcutienda ualent ſterilis mala robora fici:
Quādoquidē data ſunt ipſis quoq; fata ſepulchris.
Expende Annibalem: quot libras in duce ſummo
Inuenies: hic eſt, quem non capit Aphrica Mauro
Perfuſa Oceano, Niloq; admota tepenti.
Rurſus ad Aethiopum populos, aliosq; elephantos.
Additur imperijs Hiſpania, Pyrenęum

iſti imperatores hæc tā egregia nō
feciſſent, niſi ſe æternam gloriā ade
pturos ſperaſſent. *Patriā tamen*]
Senſus eſt, dum nonnulli gloriæ &
laudis cupidi bella gerunt, in cau-
ſa fuere, ut patria ſubuerteretur, ſi
cut Carthago euerſa eſt, dum An-
nibal gloria incenſus cū Romanis
gerit bellum. Senſusq; ita à ſupe-
rioribus pendebit, ut dicas. Sum-
mo quidem ſtudio mulu gloriam
B tanquam ſummum bonum appe
tiuerunt, ſed tamen ipſa gloria ob
ruit patriā eorum. Hoc autem ui-
detur poeta ſumpſiſſe ex tertio Tuſc. Ciceronis ita ſcribentis de gloria. Qua cęcitate homines cum
quædam præclara etiā cuperent, eaq; neſcirēt, nec ubi, nec qualia eſſent, funditus alij euerterunt ſu
as ciuitates, alij ipſi ſe occiderūt. *Tituliq; cupido*] Inſcriptionis, qualis ſolet fieri in ſaxis tumulo-
rum. *Ad quæ.*] Ad quā gloriam, & titulū. *Diſcutienda.*] Delenda. monet poeta rebus huma-
nis minime confidendū, quum omnia ſint caduca & uana, iuxta illud Salomonis. Vanitas uani-
tatū, & omnia uanitas. *Robora fici.*] Caprifici. ea enim ex muris erumpit, ſcinditq; ſepulchra.
Mart. Marmora Meſſalæ findit caprificus. C. Alij legunt ficus generandi caſu per quartā. S.
Quandoquidem.] Stulti inquit ſunt mortales qui ſempiternam ſe putāt adepturos gloriam ex ti-
tulis ſepulchrorū, ac per hoc uarijs ſe patriamq; laboribus, ac periculis obijciunt, ut in ſepulchris
rerum geſtarū titulos relinquant, non intelligentes ipſos etiam titulos cum ſepulchris erumpente
caprifico, poſſe deleri, quod & Plin. in Prohemio ſeptimi complorat his uerbis. Vni homini ſepul
turæ cura, atq; etiam poſt ſe defuturæ, ubi locum emendauimus. Nam ubi ſcriptum erat mendoſe
defutura, & Hermolaus Barbarus corrigeret defuturo, nos correximus defuturæ, ut ſit ſenſus. Cu
C ra ſepulturæ eſt homini, atq; etiam defuturæ poſt ſe, id eſt homo curam habet ſepulturæ & eius
rei quæ etiā poſt ſe defutura eſt, hoc eſt quæ cito delebitur, nec diu durabit, quandoquidē etiam fa
ta data ſunt ipſis ſepulchris, ut aut uetuſtate, aut alia calamitate intercidant. Sicq; uanā ſtultamq;
hominū ambitionē & gloriā ſugillat. Sic & Mart. Accipe non Phario nutantia pondera ſaxo, Quæ
cineri uanus dat ruitura labor. Auſonius. Mors etiā ſaxis nominibusq; uenit. hæcq; cum ſuperio-
ribus coniunctim legēda ſunt. *Expēde Annibalem.*] Exēplo Annibalis monet poeta opibus hu-
manis neuuquā cōfidendū, cæcāq; iſtam gloriæ cupiditatē omnino fugiendā, quandoquidē per
mortē omnia prorſus deſtruūtur. nā ſi Annibalis inqt cineres uolueris expēdere, docebit te mors
hominē, cuius animus immēſus erat, nihil omnino eſſe, proindeq; tam multa nō fuiſſe quærenda,
quæ cito interuētu mortis eſſent perdēda. *Quot l.*] quaſi dicat minimi pōderis inuenies eum, cu
ius animus tātus erat, ut regnū Aphricę ei ſatis nō eſſet. Nā Aphrica nō contētus, exercitū in Hiſpa
niā, Italiāq; traiecit. ubi Romanos per xvi. annos aſſiduis, crebriſq; uictorijs defatigauit. *Quē non
ca.*] Quaſi Aphrica eius capax nō eſſet, quū eſſet tāta animi magnitudine, poſteaq; minimo ſepul
chro cōtentus fuerit. *Aphrica perf. Mauro Oc.*] deſcriptio eſt ſitus Aphricæ, quæ cū ſit tertia pars
orbis, ab Aſia ſeparatur Nilo, ab Occidēte alluitur Oceano Atlātico, ubi Aethiopes ſunt in Libya.
ab Europa noſtro mari. *Oceano M.*] Atlātico ad Occidentē. ibi enim ſita eſt Mauritania. *Nilo
D tep.*] Hoc dicit propter intēperiem æſtus, ob quē ad eius fontes nullus unquā fuit aditus. eſt enim
zonę torridę ſubiectus, de cuius ortu uaria referūtur ab autoribus. De quo ſic Plin. Nilus incertis
ortus fontibus, ut per deſerta, & ardētia, & immēſo longitudinis ſpacio ambulans &c. *Rurſus ad
Aethiopum po.*] Aphrica inquit, itē admota eſt ad alios Aethiopes, ut per hoc intelligas non ſolum
Aphricam ad Aethiopes Atlanticos ad Occidentē, ſed etiā Aethiopes Troglodytas ad Orientē in
Arabia extēdi. eſt enim duplex Aethiopia (ut diximus alibi) altera in Occidente ad Atlanticū O-
ceanum, altera uero in Arabia Orientem uerſus. Statius in x. Thebaidos. Aethiopesq; alios &c.
Additur imp. Hiſpania.] Nam in Hiſpaniam cōtra fœdus tranſiuit. Saguntū ciuitatem Romanorū
octauo mēſe cœpit & euertit. De quibus iniurijs miſſos à Romanis ad Annibalē legatos, qui que-
rerentur, noluit audire, ſed armorum ſtrepitu & tubarum clangore, nauim ne ad littus appelle-
rent prohibuit. qui ut mandatum erat, iter ad Carthaginem uertentes, bellum de more indixe-
runt. Annibal deinde ſuperato Pyrenæo ſaltu per Gallias, fuſis qui ei obſiſtere conati erant, ad Al
pes uenit, & laborioſo per eas tranſitu, quū montanos quoq; Gallos obuios aliquot prælijs repu
liſſet, in Italiā deſcendit, & ad Ticinum amnem Romanos equeſtri prælio fudit, iterumq; exercitu
Romano ad flumen Trebiam fuſo, Apenninum per maximā militum uexationem propter uim
tempeſtatū tranſiit: Campaniam uaſtauit: exercitum Romanū apud Cannas Apuliæ uicū ſupera
uit

uit, quo prælio quadragintaquinque milia cæſa fuerunt cum Paulo conſule, & ſenatoribus nonaginta, cõſularib. atq; prætorijs, aut ędilitijs triginta. potitus Capua, quę ad eũ defecerat, ad tertiũ ab urbe Roma lapidem ſuper Anienem caſtra poſuit, ipſe uero cum duobus milibus equitum uſque ad portam Capenam, ut urbis ſitum exploraret obequitauit, & quum per triduum utringue in arma exercitus omnis deſcendiſſet, certamẽ tempeſtas diremit. Nam quum in caſtra rediſſent ſtatim ſerenitas erat. Hæc omnia poeta percurrit. *Pyrenæum.*] ſcilicet montem, qui Galliam ab Hiſpania diuidit. *Et montem rupit.*] Nam ut ſcribunt Liuius & Plutarchus montem facto incendio, infuſoq; inſuper aceto diſrupit. *Oppoſuit natura.*] Nam Alpes, ut ſcribit Plinius. Italiæ pro muris aduerſus impetum barbarorum dedit, & ut idem ſcribit prodigij loco habitum eſt, quum Annibal eas ſuperauit. *Tamen ultra pergere tendit.*] Non contentus in Italiam deſcendiſſe, quam per annos ſexdecim, ut diximus uaſtauit, uoluit & Romam ipſam capere. *Actum inquit.*] id eſt, nihil adhuc fecimus, niſi Romam capiamus, & uexila noſtra in media Suburra figamus. *Media Suburra.*] Fuit enim ut ante diximus regio Romæ celebratiſſima. *O qualis facies.*] Deformitatem Annibalis notat per acclamationem. *Et quali digna tabella.*] Nam deformes ſæpe in deriſum à pictoribus in tabellis pinguntur. *Quum belua Getula.*] id eſt elephãtus Maurus. Nam Getuli populi ſunt Libyæ contermini Mauritaniæ, ubi elephantes inueniuntur, ſed maiores in India, hoc autem dicit ex hiſtoria. Nam Annibale in Ethruriam deſcendente, Arnus uehementer excreuerat. Quare tantum exercitum ſecum trahens uitare non potuit quin ingentem hominum ac iumentorum iacturam faciens ipſe quoque, & ſi elephanto qui unus ex multis ſuperfuerat eminens ueheretur, plurium dierum ac noctium intemperie uigilijs confectus alterum oculorum amitteret. autores Plutarchus & Liuius.

Tranſilit. oppoſuit natura alpemq;, niuemq;,
Diduxit ſcopulos, & montem rupit aceto.
Iam tenet Italiam, tamen ultra pergere tendit.
Actum, inquit, nihil eſt, ni Pœno milite portas
Frangimus, & media uexillum pono Suburra.
O qualis facies, & quali digna tabella,
Quum Getula ducem portaret belua luſcum.
Exitus ergo quis eſt? ô gloria, uincitur idem
Nempe & in exiliũ præceps fugit, atq; ibi magnus,
Mirandusq; cliens ſedet ad prætoria regis,
Donec Bithyno libeat uigilare tyranno.
Finem animæ, quæ res humanas miſcuit olim,
Non gladij, non ſaxa dabunt, non tela, ſed ille
Cannarum uindex, ac tanti ſanguinis ultor
Annulus. i demens, & ſæuas curre per alpes,
Vt pueris placeas, et declamatio fias.
Vnus Pelleo iuueni non ſufficit orbis,

Exitus ergo quis eſt?] Hoc totum eſt in deriſum Annibalis, qui dum inanem ſequitur gloriam, ſuperatus eſt à Romanis. Quis inquit fuit finis Annibalis? ſuperatur inquit, & in exilium abijt. Nam ex Italia in Aphricam reuocatus, à Scip. poſteriore ſuperatus eſt, qui fugiens ad Antiochum regem Syriæ, conceſſit, quem Romanis hoſtem fecit, quo uicto ad Pruſiam Bithyniæ regem tranſiuit. unde à Romanis per Flaminiũ legatum repetitus, hauſto quod ſub annuli gemma habebat ueneno, abſumptus eſt. *O gloria.*] Exclamatio eſt in uanam gloriæ cupiditatem. oſtendit enim Annibalem dum gloriam quęrit, & ſuperatũ à Romanis, & ex patria fugatum, in exilio uitam finiuiſſe. Gloriam autem ſcimus eſſe duplicem, ut altera dicatur gloria adumbrata, quæ ueram gloriam imitetur. multi enim famam popularem tanquam ueram gloriam ſequentes, ſeq; & ciuitates ſuas perdidere. Altera uero quædam ſolida res ſit, & expreſſa non adũbrata. Ea eſt ut ſcrib. Cic. in iij. Tuſcul. cõſentiẽs laus bonorũ, incorrupta uox bene iudicantiũ de excellenti uirtute. Quintil. laudẽ bonorũ, gloriã appellat. Sene. ait, gloriã uanũ & uolatile quiddã eſſe, auraq; mobilius. *Vincitur.*] Idẽ inquit, qui Roma. uires toties cõquaſſauit, ſuperatur tandẽ. *Nempe in e.*] Abijt. ſ. ad Antiochũ, mox ad Pruſiã. *Sedet ad p.*] Miſeriã oſtẽdit Annibalis, qui tanquã cliẽs prętorio aſſidens Pruſiã regẽ expectaret. *Prætoria.*] De prætorio diximus in. i. Sat. illic. Criminibus debent hortos, prætoria, menſas. *Libeat u.*] Melius eſt legere uigilare, q̃ iugulare. ut ſit ſenſus, ad prætoria Pruſiæ regis Bithyniæ aſſidebat tanq̃ cliẽs, donec rex è lecto mane ſurgeret, ut uel eũ Romano ritu ſalutaret, aut ut præſto eſſet, ſiquid imperaret. *Tyranno B.*] .i. Pruſiæ regi Bithyniæ. Illud aũt obſeruãdũ eſt primã & ſecũdã ſyllabã Bithyni poni ad placitũ, unde alibi. Equitesq; Bithyni. *Finẽ a.*] Ordo eſt, & ſenſus. Nõ gladij, nõ ſaxa dabũt finem animę. i. ipſi Annibali qui res humanas perturbauit, ſed uenenũ, quod ſumpſit ex annulo. Nã ubi ſenſit ſe per Flaminiũ repoſci à Romanis, hauſto ut diximus q̃ ſub annuli gẽma habebat, ueneno, abſumptus eſt. *Miſcuit.*] Cõturbauit, & tremefecit. Virg. & oẽm miſcet agẽs telis nemora inter frõdea turbã. *Annulus u. C.*] .i. qui ſumpſit uindictã de Romanis trucidatis apud Cannas uicũ Apuliæ, de quibus pauloante diximus. *Vt pueris p.*] ut pueri habeãt materiam ad declamandũ, quæ ſumebatur, ut diximus, ex hiſtorijs. *Declamatio.*] Eſt ut ante docuimus illic, Declamare doces, forenſium actionum meditatio. Ita enim pueri exercebantur, ut ad ueras cauſas agendas in foro eſſent inſtructi. *Vnus orbis.*] Senſus eſt. Alexander Magnus, qui gloriæ ſtudio animum adeo inſatiabilem geſſit, ut uno orbe contentus non eſſet, cognoſcet in fine uitæ cupiditates ſuas

A inanes uanasq́ fuiſſe, contentusq́ erit ſolo tumulo, quum aliud ſecum ferre non licebit, per quod poeta docet homines per mortem moneri rebus humanis, & caducis minime inhiandum, inanemq́ gloriam omnino fugiendam. Quod autem poeta dicat, unum orbem non ſufficere Alexandro, hoc eſt ex hiſtoria. Nam ut ſcribunt Plutarchus & Curtius, quum ab Anaxarcho, ex perſuaſione audiuiſſet, plures eſſe mundos, fleuiſſe fertur, amicisq́ percunctantibus quidnam fleret reſpondiſſe, an non inquit dignum eſt flere, ſi quum infiniti ſint mundi, domini unius uix facti fuerimus. *Pelleo iuueni.*] Alexandro Macedoni. Nam Pella autore Plin. et Strabone, Colonia fuit in Macedonia ubi milites recenſebantur, & alebantur equi, unde & Philippum Pelleum appellauit Luca. Pellei proles ueſana Philippi.

Aeſtuat infelix anguſto limite mundi,
Vt Gyari clauſus ſcopulis paruaq́ Seripho.
Quum tamen à figulis munitam intrauerit urbem,
Sarcophago contentus erit. MORS ſola fatetur,
Quantula ſint hominum corpuſcula. creditur olim
Velificatus Athos, & quicquid Græcia mendax

Aeſtuat.] Exudat, ueluti æſtuant qui loco anguſto incluſi ſunt, unde nulla dentur ſpiracula. *Ae-*
B *ſtuat infelix.*] Infelicem eum appellat, qui in toto terrarum orbe nõ minus ſe arctum putat, quàm ſi clauſus ſit parua inſula, unde & Seneca ad Lucilium ſic infelicem dicit. Alexauder Macedonum rex diſcere geometriam infelix cœperat, ſciturus quàm puſilla terra eſſet, ex qua minimum occupauerat, ita infelix dico ob hoc, quòd intelligere debebat, falſum ſe cognomen gerere. Quis enim eſſe tam magnus in puſillo poteſt? *Limite.*] Anguſto ſpacio mundi: nam totum mundum putabat ſibi modicum & puſillum, ac ſi modica clauderetur inſula. *Vt Gyari.*] Gyarus & Seriphus inſulæ ſunt exiguæ, in quas relegabantur ſontes, quarum Seryphus una eſt ex Cycladibus, Gyarus autem una ex Sporadibus. *Vrbem munitam figulis.*] Babylonem intelligit, quam Semiramis uxor Nini condidit in Aſſyria muris coctilibus tantæ latitudinis, ut duo currus contrarij exciperentur. De qua multa Diodorus, Trogus, Strabo, Plinius, Solinus, & alij. Illic Alexander ſublatus fertur ueneno, quod dedit Antipater per Iolam miniſtrum, conſcio ut nonnulli tradiderunt Ariſtotele. Venenum fuit aqua frigidiſſima, quæ manat ex Nonacrina rupe Arcadiæ, nec contineri poteſt alio uaſe, quàm muli ungula. autores Plutarchus & Victruuius. Plinius libro trigeſimo aquam Stygem uocat: Vngulas tantum mularum repertas, inquit, neque aliam ullam materiam quæ non perroderetur à ueneno Stygis aquæ cum id dandum Alexandro Magno Antipater mitteret, memoria dignum eſt, magna Ariſtotelis infamia excogitatum. S. *Sarcophago contentus*
C *erit.*] Sarcophagum pro ſepulchro poſuit. Nam ſarcophagus lapis eſt, ut ſcribit Plin. lib. I. qui circa Aſſon Troadis naſcitur, in quo mortuorum corpora recondita cõſtat conſumi pręter dentes, omniaq́ quæ illata ſunt una cum cadauere fieri lapidea, ἀπὸ τῆς σάρκος quod ſignificat carnem & φάγω, comedo. De eo lapide ſic ſcribit Celſus. Lapis etiam qui carnem exedit, quem ſarcophagon Græci uocant. ſcribit Strabo cadauer Alexandri ereptum fuiſſe Perdicæ à Ptolemæo, Alexandriamq́ delatum, atque conditorium illic extructum fuiſſe, quod (ut ſcribit Tranquillus) iuſſit aperiri Auguſtus quum Alexandriam ueniſſet, ſuperatis Antonio & Cleopatra. Sed quando de ſarcophago facta eſt mentio, ſubijt mihi monere locum illum apud Plautum in Amphitrione eſſe corrigendum, ubi legitur. Hæc ſola ſarcam geſtat, tu ſcribe ſic, quod nos recte emendauimus, Hæc ſola ſana reſtat meorum familiarium. ſequitur enim immo omnes inſani ſunt profecto. dicit enim Amphitryo omnes familiarium eſſe inſanos, quum ab eis non cognoſcatur prætérquàm ab Bromia, quam ſolam dicit reſtare ſanam, facile enim fuit ſarcam pro ſanam ſcribere. Sic etiam locus ille in Aſinaria eſt caſtigandus, ubi ſcriptum eſt, Vides meam ante mergere, Nos ſic correximus, uides me amantem egere, ſcilicet uiginti minus, de quibus ante. *Mors ſola fatetur.*] Sola inquit mors docet hominem, qui tantopere intumeſcit, inanemq́ hanc mortalem gloriam quærit, eſſe quiddam minimum, quando mortuus uel paruula urna recondatur, hocque
D maxime dictum eſt ob Alexandrum, cuius animus tantus erat, ut uix eum totus orbis caperet, qui mox exiguo captus eſt tumulo. *Creditur olim.*] Damnat & Xerxem ſtultitiæ, qui cupiditate gloriæ incenſus inenarrabili belli apparatu Græciam aggreſſus eſt, ubi tandem ſuperatus ſummo cum dedecore in Aſiam refugit. Cuius rei hiſtoria, ut luculenter docent, Iuſtinus libro ſecundo, Herodotus libro ſeptimo, Plutarchus in uita Themiſtoclis, & Probus Aemilius ita ſe habet. Xerxes quum Græcis bellum illaturus eſſet comparatis ſeptingentis milibus hominum de regno, & trecentis de auxilijs, & decies centum milibus nauium numero, fabricato ponte ſuper Helleſpontum traiecit in Europam, ubi inito prælio quum Perſæ à Græcis duce Themiſtocle bello nauali ſuperati, in fugamque conuerſi eſſent, ipſe tali clade perculſus & dubius conſilij, hortante Mardonio milites ducibus perducendos tradit, ipſe cum paucis Abydon contendit, ubi quum ſolutum pontem hybernis tempeſtatibus offendiſſet, piſcatoria ſcapha traiecit in Aſiam trepidus, quæ omnia hoc in loco poeta proſequitur. C. *Velificatus.*] Perfoſſus, & tranſnauigatus, ut Mela loquitur. S. *Athos.*] Mons eſt altiſsimus Macedoniæ, qui ad mare Aegeum uſq́ porrigitur, & in æſtate umbram extendit ad Lemnon inſulam maris Aegei, quem ut ſcribit Herod. lib. vij. & Iuſtinus, Xerxes, quum in Gręciã ueniſſet, claſſemq́ haberet ad Eleuntem Cheroneſi ſtationẽ, iuſſit abſcindi à cõtinẽti, foſſa aũt facta ẽ lõgitudine mille & quingẽtorũ paſſuũ

ea latitudine, ut duas naues contrarias exciperet, quod quidem factum eſt cum ad oſtentandam A
potentiam, tum ad relinquendam memoriam magis quàm ad ullam expeditionem neceſſariam,
ergo uelificatus, id eſt, per quem naues ſuis uelis nauigauere. Catullus. Per medium claſſis barba
ra uenit Athon. *Athos.*] In nominatiuo Athon inuenitur & Athos, cuius genitiuus & datiuus
eſt Atho more Attico, Accuſatiuus Athon à nominatiuo Athos. Vergilius: aut Athon, aut Rhodo

Audet in hiſtoria, cum ſtratum claſſibus iiſdem,
Suppoſitumq; rotis ſolidum mare credimus: altos
Defeciſſe amnes, epotaq; flumina Medo
Prandente, & madidis cantat quæ Soſtratus alis.
Ille tamen qualis rediit Salamine relicta,
In Corum atq; Eurum ſolitus ſæuire flagellis]
Barbarus, Aeolio nunquam hoc in carcere paſſos,
Ipſum compedibus, qui uinxerat Ennoſigæum?

pen, aut alta ceraunia telo Deiicie
Athona autem à nominatiuo A-
thon, ablatiuus Atho. Ouid. lib. ij.
De Arte amandi: Quot lepores in
Atho, quot apes paſcuntur in Hyb
la. *Et quicquid Græcia mendax.*]
Innuit Iuuenalis ea quæ de Xerxe
dicuntur, eſſe fabuloſa. Nam Græ-
ci hiſtorici fabulas plerunq; hiſto
riis infarciunt, mendaciisq; gau-
dent. unde Plin. libro v. capite i. lo
quens de nemore Heſperidum ſic B
inquit. Nec præter oleaſtros aliud extat ex narrato illo aurifero nemore: Minus profecto miren-
tur portentoſa Græciæ mendacia de iis prodita. Idem in octauo. Mirum eſt quàm procedat Græ-
ciæ credulitas. nullum tam impudēs mēdacium eſt, ut teſte careat. Sic etiam à Valerio in capite de
amicitia taxantur ut mendaces. Illa gentis ad fingendum paratæ monſtro ſimilia mendacia.
Conſtratum claſsibus.] Nam naues decies centum milia habuiſſe dicitur. *Suppoſitumq; rotis.*]
Nam ut ex Aſia in Europam traiiceret copias, pontem fecit quo Abydum Seſto coniunxit. In-
ter quas urbes Helleſpontus non maiore eſt ſpacio quàm ſeptem ſtadiorum, ſed quum pons
tempeſtate & fluctibus eſſet quaſſatus, iuſſit trecenta uerbera ponto infligi, & compedes iaci, &
colaphos incuti. Herodotus autor eſt lib. ſeptimo cum his quoque miſiſſe qui ſtigmata ponto in
urerent, hac barbara & ueſana execratione, quaſi diſiecti pontis pœnas infligeret. o amara, a-
qua, Rex compedes has iniicit, quòd illum iniuſte læſeris, abs quo nihil mali paſſum fuiſti. Ete-
nim rex Xerxes uolueris nolueriſue tranſmittet, merito tibi nemo amplius ſacrificabit, ut amaro
doloſoq; fluuio. Sed pontem, occiſis prioribus architectis refici iuſsit. Verg. in culice ſic. Nō per-
foſſus Athos, nec magno uincula ponto Iacta, meo quærent iam ſera uolumine famam, Non Hel
leſpontus pedibus pulſatus equorum, Græcia quum timuit uenientes undique Perſas. *Rotis.*]
Hoc eſt curribus, qui per pontem fabricatum in Europam traducti ſunt. Quod tamen minus ad C
mirabile facit, quòd Caligula, autore Tranquillo, contabulauit medium interuallum Baiarum
uſque Puteolos trium milium & ſexcentorum fere paſſuum. *Credimus altos defeciſse amnes.*] Tan
ta enim fuit, ut diximus, hominum multitudo, ut non immerito proditum ſit flumina ab exercitu
fuiſſe ſiccata, Græciamq; omnem uix capere exercitum eius potuiſſe. *Medo.*] Medi populi ſunt
orientales Aſiæ maioris contermini Perſis: quod Apuleius in prima Apologia oſtendit, quum di
cit Cyrum maiorem ob locorum uicinitatem fuiſſe Semimedum & Semiperſam. *Et madidis.*]
Credimus & ea quæ Soſtratus madidis alis cantat. fuit Soſtratus quidam Auguſti temporibus
homo, ut ſcribit Plutarchus in Marco Antonio, omnium ætatis ſuæ ad dicendum ex tempore
promptiſſimus, ſed tamen Academiæ non decenter ſe inſerens. de hoc poeta non intellexit, ſed de
alio, quem poeta innuit de expeditione Xerxis in Græciam multa conſcripſiſſe. Verum quum de
eo alibi nos legiſſe non meminerimus, rem ut adhuc indagandam relinquimus, eosq; miramur,
qui falſò tradiderunt Soſtratum ex teſtimonio Herodoti, uatem fuiſſe, qui de aduentu Xerxis præ
dixerit, quum ab Herodoto non Soſtratus, ſed Onomacritus quidam ſortilegus nominetur in ſe
ptimo, cuius ſuaſu Xerxes ad inferendum Græciæ bellum eſt inductus. fuit & alius Soſtratus Gni
dius, qui ob nauigantium ſalutem turrim pharon fabricatus eſt, Ptolemæo permittente nomen e-
ius in ea inſcribi, autor Plinius libro trigeſimoſexto. *Alis madidis.*] Hoc eſt furore poetico ple- D
nis & ebriis. nam madidus ponitur pro ebrio. Plautus in Amphi. Faciam ut ſit madidus ſobrius.
Ille tamen qualis redit.] Irridet poeta fatuum regem, cuius introitus in Græciam quàm terribilis,
tam turpis ac fœdus diſceſſus fuit. nanq; non ſolum terreſtri prælio ſuperatus eſt, ſed demum &
nauali apud Salamina profligatus à Themiſtocle, in Aſiam fugere coactus eſt. Salamis autem, ſi-
ue Salamin inſula eſt ex aduerſo Atticæ iuxta Aeginam. Eiuſdem nominis eſt etiam ciuitas in Cy
pro, quam Teucer, fugiens Telamonem patrem, condidit. *In Corum atque Eurum.*] Speciem pro-
genere poſuit. *Barbarus.*] Ignominioſe barbarum appellat, hocq; ex hiſtoria: nam Græci uo-
lentes Xerxem ſignificare, Barbarum dicunt, quaſi ueſanum hominem. *Carcere Aeolio.*] In an
tro Aeoli, qui Iouis ex Aceſta Hippotæ Troiani filius, tēporib. Iliacis, Aeoliis Inſulis imperauit, &
quum incolis uentorum flatus prædiceret, exiſtimatus eſt in poteſtate ſua uentos habere, unde
Verg. Imperio premit, ac uinclis & carcere frenat. & Ouid. lib. xiiij. Metaph. Hippotaden cohiben
tem carcere uentos. *Ennoſigæum.*] Neptunū, ab ἔνω quod eſt concutio. C. ſiue ab ἔνοσις, id eſt con
cuſſio. S. & γαῖα terra, eo quòd mare fluctibus terram concutiat. unde Gelius cauſas terræmotus
ſub dubio explicans inquit, uentorum ne ui accidat ſpecus hiatusq; terræ ſubeuntium? an aqua-
rum ſubter in terrarū cauis undantiū fluctibus pulſibuſue, ita ut uidētur exiſtimaſſe antiquiſſimi
Græco-

A Grecorum,qui Neptunum Ennogiſæum appellauerunt:an cuius aliæ rei cauſa nondum etiā pro certo habitum C. ἐνοσίγαιος unico n in prima ſyllaba ſcribūt Græci,& ita ſcribendum eſſe uerbū ex quo factum eſt, docet: niſi quis alterum n epentheſi poetica acceſſiſſe uelit. S. *Mitius id ſane.*] Ironicos ſubaudi fuit,tantūmodo iniecisſe uincula & quod nō credidit dignū ſtigmate,quaſi diceret adeo fatuus & ueſanus fuit,ut etiā dignū ſigmate exiſtimauerit:nā ut diximus,Neptunū iuſſit notis inuri. Eſt enim ſtigma nota & punctū, quo quis ſignatur à C. στίγω,uel στίζω,id eſt,ſigno,noto, pungo. S. per tranſlationē aūt capitur pro ſuggillatione & nota infamiæ. Tranquillus in Cæſare. Perpetua ſtigmata impoſita non diſſimulauerat. Mart.lib.xij. Frons hęc ſtigmate non meo notanda eſt.

Mitius id ſane,quod non & ſtigmate dignum
Credidit huic quiſquam uellet ſeruire deorum?
Sed qualis redijt?nempe una naue cruentis
Fluctibus,ac tarda per denſa cadauera prora.
Has toties optata exegit gloria pœnas.
Da ſpacium uitæ,multos da Iuppiter annos,
Hoc recto uultu,ſolum hoc & pallidus optas.
Sed quàm continuis & quantis longa ſenectus
Plena malis,deformem,et tetrum ante omnia uultū,
Diſſimilemq́ ſui,deformem pro cute pellem,
Pendentesq́ genas,& tales aſpice rugas,
Quales umbriferos ubi pandit Tabraca ſaltus,
In uetula ſcalpit iam mater ſimia bucca.
Plurima ſunt iuuenum diſcrimina,pulchrior ille
Hoc,atq́ ille alio,multum hic robuſtior illo.
Vna ſenum facies,cum uoce trementia labra,
Et iam leue caput,madidiq́ infantia naſi.
Frangendus miſero gingiua panis inermi.
Vſque adeo grauis uxori,natiſq́,ſibiq́,
Vt captatori moueat faſtidia Coſſo.
Non eadem uini,atq́ cibi torpente palato
Gaudia:nam coitus iam longa obliuio,uel ſi
Coneris,iacet exiguus cum ramice neruus,

Huic.] Tā fatuo & ueſano. *Quiſquam uellet deorum.*] Quaſi diceret B ne dij quidem ab iniurijs eius tuti eſſent,ſi ius cōtingeret ei miniſtrare. ſicq́ eius perſequitur fatuitatē. *Sed qualis redijt.*] Hic qui tam terribili apparatu Græciam inuaſit. Eſtq́ facta repetitio in irriſionem tam fatui conatus. *Nempe una naue.*] Nam una, ut diximus, tātum ſcapha piſcatoria aufugit in Aſiam. Erat res ſpectaculo digna, & ad æſtimationem rerum humanæ ſortis uarietate mirāda, in exiguo latentem uidere nauigio,quē pauloante uix æquor omne capiebat, carentem etiam omni ſeruorū miniſterio. *Has.*] Tales. *Exegit* C *gloria.*] Gloria,inquit, & honorū cupiditas cauſa fuit,ut multi in tales prolaberentur pœnas. *Exegit.*] Sumpſit has pœnas & hæc ſupplicia. Exigere aūt uarijs ſignificationibus accipitur,ſed hoc loco pro ſumere,ut illud apud Valerium. Papirius in pœna exigenda perſeuerauit. Exigere inquirere. Virgil. Quærere conſtituit,ſocijſq́ exacta referre. Exigere eijcere,excludere. Terentius. Spectandæ,an exigendæ ſint uobis prius. Apul.in iiij. Floridorū. Eas omnes peſtes mōrbus exegit. C. Itē apud Cic. & Liuium,exacti reges,id eſt pulſi,& eiecti. S. Exigere,debitum repetere. Cic.in epiſtola ad Caſsiū, ſed non urgeo,lōgiores enim expectabo, uel potius exigam. Exigere cogere. Virg. Quos improba uentris Exegit cæcos rabies. Exigere agere. Virg. Omnis ut tecum meritis pro talibus annos Exigat. Exigere definire,conſtituere. Virgil. Decreuitq́ mori tempus ſecum ipſa modumq́ Exigit. Exigere finire. Ouidius. Iamq́ opus exegi. *Da ſpacium uitæ.*] Confutat & uota illorum qui longam ſibi exoptant uitam, oſtendens multis argumentis nihil homini poſſe melius contingere, breuitate uitæ, iuxta illud Plinii. Natura nihil hominibus breuitate uitæ præſtitit melius. Hebeſcunt ſenſus,membra torquentur,præmoritur uiſus,auditus,inceſſus,dentes etiam ac ciborum inſtrumenta,nulla demum genus quies unquam eſt,quæ omnia incōmoda à poeta cōmemorantur. *Deformem.*] Proponit incōmoda lon D gæ uitæ. *Pro cute pellem.*] Diſtinguit poeta pellem à cute, ut pellis dicatur in ſene, cutis in iuuene,licet apud autores hæc confundantur. Cutem & pellem dicimus indifferenter in brutis & hominibus,cutem etiam in arboribus & pomis,corticem ipſum. *Pendentesq́ genas.*] Genæ dicuntur proprie tegumenta ſuperiora pariter & inferiora oculi,quæ etiā palpebræ appellantur. Plin. libro xi.cap.xxxvij. quæ ſeneſcentibus ſolent flacceſcere. priſci tamē genas,autore Plin. appellauere infra oculos malas,iuxta ꝙ poſſemus intelligere pelliculas pendentes ex malis. *Quales um.*] Ordo eſt,quales rugas ſimia iā mater ſcalpit in uetula bucca, ubi Tabraca pandit ſaltus umbriferos. *Tabraca.*] Oppidū eſt Aphricæ,Mela & Ptolemæo autoribus. Ibi magna eſt copia ſimiarum,unde Stra.lib.xvij. ſic tradit. Refert Poſſidonius,ſe quū ex Gadibus in Italiā nauigaret in Lybiæ orā delatum eſſe,ac ſyluam quādam iuxta mare uidiſſe ſimijs plenam,quarum aliæ ſuper arboribus, aliæ in terra ſederent,nonnulliæ catulos haberent,& hubera dependentia. riſiſſe itaq́, quū eas huberibus graues cerneret,nōnullas etiam caluas,nonnullas hernioſas. *Vna ſe. facies*] C. Similitudo. id eſt,ſimiles inter ſe ſenes omnes ſunt. S. *Infantia.*] More infantis ſemper ſenibus nares ſtillāt. *Gingiua.*] A gignendis dentibus dicta. *Grauis.*] Moleſtus. *Coſſo captatori*] Coſſi,ut ſcribit Feſtus,dicūtur natura rugoſi à ſimilitudine uermiū ligno editorū. hic propriū eſt nomē captatoris auariſsimi,de quo ante. *Cūra.*] Ramex morbus eſt, qui integris teſticulorū tunicis innaſcitur.

κιρσοκήλην Græci appellant, uenæ intumeſcunt, hæ quoq; intortæ glomerataſq; ad ſuperiorem partem, uel ipſum ſcrotum impletur, uel mediam tunicam, uel iam interdũ etiam ſub ima tunica circa ipſum teſticulum neruumq; eius increſcunt. *Suſpecta libido.*] Quid inquit dices, quod ij qui in coitu operam præſtare non poſſunt, ſuſpecti ſunt, ne ſint fellatores, ita enim facilius arrigunt. unde: Martialis. Summa petas, id eſt os, illic mentula uiuet anus. *Aſpice partis.*] Alio incommodo ſenex afficitur, quod auditu priuatur, nulla enim ei poteſt eſſe uoluptas aliquo canente. A

Et quamuis tota palpetur nocte, iacebit.
An ne aliquid ſperare poteſt hæc inguinis ægri
Canicies? quid quod merito ſuſpecta libido eſt,
Quæ uenerem affectat ſine uiribus? aſpice partis
Nunc damnum alterius. nam quę cantãte uoluptas,
Sit licet eximius citharœdus? ſit ue Seleucus,
Et quibus aurata mos eſt decurrere palla.
Quid refert magni ſedeat qua parte theatri,
Qui uix cornicines exaudiat, atq; tubarum
Concentus? clamore opus eſt, ut ſentiat auris,
Quem dicat ueniſſe puer, quot nunciet horas.
Præterea minimus gelido iam corpore ſanguis
Febre calet ſola. circumſilit agmine facto
Morborum omne genus, quorũ ſi nomina quæras,
Promptius expediã quot amauerit Hippia mœchos
Quot Theniſon ægros autumno occiderit uno,
Quot Baſilus ſocios, quot circũſcripſerit Hirrus
Pupillos, quot longa uiros exorbeat uno
Maura die, quot diſcipulos inclinet Amillus,
Percurram citius quot uillas poſsideat nunc,
Quo tondente grauis iuueni mihi barba ſonabat.
Ille humero, hic lumbis, hic coxa debilis, ambos
Perdidit ille oculos, & luſcis inuidet. huius
Pallida labra cibum capiunt digitis alienis.
Ipſe ad conſpectum cœnæ diducere rictum
Suetus, hiat tantum, ceu pullus hirũdinis, ad quem

Sit ue Seleucus. id eſt optimus citharœdus, qualis fuit Seleucus, ut ſit ſenſus, nulla ſuauitate modulationis demulcetur, licet optimus citharœdus canat, & ipſe Seleucus, quem pro optimo ſui temporis citharœdo intelligit. & licet ſint illi, quibus eſt mos decurrere palla aurata, hoc eſt tibicines, quorum cantus eſt multo clarior. Tibicines enim induti ueſte longa, uagabantur per theatrum canendo. Oratius in poetica. Sic priſcæ motũq; & luxuriã addidit arti Tibicen, Auratã traxitq; uagus per pulpita ueſtẽ. C. Alij legunt, & quibus aurata mos eſt fulgere lacerna. nam lacernis in theatro utebãtur. Auratam uocat, hoc eſt auro pictã & ornatã, ſiue auratã. i. pulchrã, ut in illo Virgil. Geor. i. Cãdidus auratis aperit cũ cornib. annũ Taurus. S. *Quid r.*] refellit eos q poſsẽt dicere, ſenẽ nõ audire, qa à canẽtib. lõge ſedeat ut ſit ſenſus ſedeat qua pte uelit theatri, nõ tñ audiet citharœdos, q uix exaudiat cornicines & tubicines, quorũ ſonitus ſũt acerrimi. *Quod n. h.*] Nã pueri nũciabãt horas dñis. Mar. li. viij. Horas quinq; puer nõ dũ tibi nũciat, & tu Iam cõuiua mihi Ceciliane uenis. Plin. lib. vij. Cn. Bebius Pãphilus præfectura & ipſe functus obijt, quũ à puero quęſiſſet horas. *Præterea m.*] aliud ſenectutis uitiũ oſtendit, q̃ ſ. calore naturali deſtituatur. *Hippia.*] Mulier adultera ſuis tẽporib, de qua ſupra: Hippia quid uidit? *Themiſon.*] à Plin. & Cor. Celſo cõmendatur ut optimus medicus, licet hoc loco à Iuuenale notetur. *Quo B. ſ.*] Tẽporibus Cæſaris Baſilus uiguit, de quo Lucanus. Vt primũ aduerſæ ſocios in littore terræ, Et Baſilũ uidere ducẽ noua furta per æquor, Exquiſita fugę. an de eo hic intelligat incertũ. *Circumſcripſerit.*] Circũuenerit, & fraudauerit, uerbũ aũt formatũ à longa ſcriptura, qua homines circũligantur, & illaqueantur, unde circumſcriptorẽ dicimus defraudatorem, & deceptorẽ. Iuuenalis in Saty. xv. Pupillũ ad iura uocantẽ Circũſcriptorẽ. *Hirrus*] Irus, ut eſt apud Hom. in xviij. Odyſſeæ, Ithacẽſis fuit mẽdicus ſtultus magno corpore, ſed nullis uiribus, quẽ Vlyſſes domũ reuerſus ſub mendici habitu pugnis occidit. De quo ſic Mar. Quũ ſis tam pauper quàm nec miſerabilis Irus. Oui. Irus egẽs. binominẽ appellat Ouid. in Ibim: nã & Arneus dictus ẽ, hic uero ficto nomine à Iuuenale ponitur p paupe tutore. ἶρος eñ ut ſcrib. Gelius Attici aſpirãt, interpretaturq; paup, uocãt enim Attici ἴχθυν ἶρον, q̃ ſignificat piſcẽ pauperẽ. *Inclinet.*] Ad obſcœna. *Amillus.*] hũc etiã Martialis notat, ut pediconẽ lib. vij. Recluſis forib. grãdes pręcidis Amille, Et te deprehẽdi, cũ facis iſta, cupis. *Quo t.*] de Cinamo tõſore intelligit, de quo in prima Saty. *Coxa d.*] Debilẽ appellamus, q corpore nõ ſit integro, ſed aliqua parte mãco. Sen. Vt magis diligas integrũ omnib. mẽbris atq; illæſũ q̃ debilẽ, aut luſcũ. idẽ in Cõtrouerſijs. Quidã expoſitos debilitabat, et debilitatos mendicare cogebat, ac mercedem exigebat ab eis. Tranquillus in augusto: in hoc ludicro. C. Nonium Aſprænatem lapſu debilitatũ, aureo torque donauit. *Luſcis.*] Luſcus appellatur, qui & hębeti eſt uiſu, & qui altero oculo caret. Martialis. Oculo Philenis ſemper altero plorat, Quo ſit iſtud mõ queris? luſca eſt, unde & luſcioſus dicitur interdiu parũ cernẽs, quos Gręci auctore Fulgẽtio, myopes uocãt. Plautus in Mercatore, mirũ lolio uictitat tã uili tritico, quia luſcioſus eſt dicũt eñ comedẽtib. loliũ, oculos obſcurari. *Riſum.*] id eſt os, eſtq; apud autores inueniri & in homine, & animali bruto. Oratius. in Satyris. Ergo non ſatis eſt riſu diducere rictum, auditoris. Plinius libro octauo loquens de tauris quibuſdam Syluestribus ſic ſcribit. Oculis cæruleis,

B

C

D

pilo

A pilo in contrarium uerſo,rictu ad aures dehiſcente.Martialis.Rictibus bis tauros nõ eripuere ma
giſtri.Rictus etiam in auibus dicitur.Plin.lib.x.cap.ix.loquens de cocyce aue,ſic ait:Nec alio quã
colore ac rictu,columbi potius. *Sed omni membrorum damno.*] Oſtendit inter alia ſenectutis incõ-
moda hominem etiam,quod omnium eſt grauiſſimum,deſipere. *Ad Phialen.*] Mulierem fella-
tricem ſui temporis notat cui ſenex irrumator bona ſua reliquit. *Oris artificis.*] Ad fellandũ.ſ.

Ore uolat pleno mater ieiuna.ſed omni
Membrorum damno maior dementia,quæ nec
Nomina ſeruorum,nec uultum agnoſcit amici,
Cum quo præterita cœnauit nocte,nec illos
Quos genuit,quos eduxit.nam codice ſæuo
Hæredes uetat eſſe ſuos,bona tota feruntur
Ad phialen, tantum artificis ualet halitus oris,
Quod ſteterat multis in carcere fornicis annis.
Vt uigeant ſenſus animi,ducenda tamen ſunt
Funera natorum,rogus aſpiciendus amatæ
Coniugis,& fratris,plenæq́ ſororibus urnæ.
Hæc data pœna diu uiuentibus,ut renouata
Semper clade domus multis in luctibus,inq́
Perpetuo mœrore,& nigra ueſte ſeneſcant.
Rex Pylius(magno ſi quicquam credis Homero)
Exemplum uitæ fuit à cornice ſecundæ.
Felix nimirum, qui per tot ſecula mortem
Diſtulit,atq́ ſuos iam dextra computat annos,
Quiq́ nouum totiens muſtum bibit. oro parumper
Attendas,quantum de legibus ipſe queratur
Fatorum,& nimio de ſtamine,quum uidet acris
Antilochi barbam ardentem: nam quærit ab omni
Quiſquis adeſt ſocio,cur hæc in tempora duret.
Quod facinus dignum tam longo admiſerit æuo.

Quod ſteterat.] Quod os pro ipſa
ſteterat. *In carcere fornicis.*] In lu
panari,in quo meretrices, non ali
ter quàm noxij in carcere, continẽ
tur. *Vt uigeant.*] Quanquam a-
nimi ſenſus uigeant, multa tamen
incommoda patienda ſunt. *Ni-
gra ueſte.*] id eſt lugubri & pulla,
qualis in funerib. ſolet ſumi. *Rex
Pilius.*] Neſtor Nelei filius, Pilon
Laconiæ urbẽ imperio tenuit. O-
B uid.Nos Pilon antiq Nelei Neſto-
ris arua,Miſimus, incerta eſt fama
remiſſa Pilo. Hic tertiam hominũ
ætatem uixiſſe dicitur. Ouid. Vixi
Annos bis centum, nunc tertia ui
uitur ætas.Cic.in Catone maiore.
Videtis ut apud Homerum ſæpiſ-
ſime Neſtor de uirtutibus prædi-
cet.Tertiam enim iam ætatem ho-
minum uiuebat. Ora. At nõ ter æ-
uo functus amabilem Plorauit o-
mnes Antilochũ ſenex Annos. An
tilochum in bello Troiano amiſit,
quẽ Memnõ Auroræ filius, ut ſcri
bit Homerus,in iiij Iliados,interẽ-
mit. *Secũdæ uitæ à cornice.*] id eſt,
C poſt cornicem, quæ multis ſeculis
fertur uiuere.Heſiodus enim ut pu
tat Plinius, fabuloſe multa de ho-
minum æuo referẽs, cornici nouẽ
ætates noſtras attribuit, unde & Virg.in Epigram.ſequutus Heſiodũ ſic ſcribit.Hos nouies ſupe-
rat uiuendo garrula cornix.Oui.in Metaph.Capitq́ nouẽ cornicis ſecula paſſę. *Felix n.*] Ironia
eſt,ac ſi dicat infeliciſſimus fuit. *Dextra c.*] Conſuetudinẽ tangit ueterum,qui annos digitorum
geſtu computabant, cuius rei meminit Apulc.in ij.Apologia.Si xxx.annos pro decem dixiſſes,
poſſes uideri pro cõputationis geſtu erraſſe,quos circulare debueris digitos aperuiſſe.Quũ uero
quadraginta,quæ facilius cæteris porrecta palma ſignificãtur,ea quadraginta tu dimidio auges,
non potes digitorũ geſtu erraſſe,niſi forte triginta annorum Pudentillam ratus,binos cuiuſq́ an
ni conſules numeraſti.Eiuſdem rei meminit & Plin. lib. xxxiiij.cap. vi. Præterea Ianus geminus à
Numa rege dicatus,qui pacis belliq́ argumento colitur,digitis ita figuratur,ut trecentorũ quin-
quaginta quinq́ dierum nota per ſignificationem anni temporis, & æui ſe deũ indicaret. Diuus
Hierony.in Iouinianũ ſcribens in exponenda domini parabola,quæ eſt de fructu agri trigeſimo:
ſexageſimo atq́ centeſimo:xxx.tradit digitorũ molli coniunctione,ſexaginta uero ſuperiore digi
D to depreſſo ſignari.mox addit,porro centeſimus numerus,diligenter quęſo lector attende,de ſi-
niſtra transfertur,ad dextrã,& iiſdem quidem digitis,ſed non eadem manu,quibus in læua nuptę
ſignificantur & uiduæ,circulũ faciẽs exprimit uirginitatis coronã. C. Ergo infra centũ ſiniſtra,ſu
pra centũ,dextra numerabant.Quod ſi Neſtor ſuos annos iam dextra numerabat, ſupra centũ
annos uixerat,quod Iuuenalis per dextrã uoluit innuere.Totã uero iſtam rationẽ computãdi, tu
lector,uel apud uenerabilẽ Bedã,uel apud Cœliũ Rhodig.lib. xxiiij. cap.xii.diſce. S. *Totiẽs m.b.*]
Qui tot annos uixit. C. *Oro p.a.*] Poſtulat attentionẽ.nam mira exemplorũ copia uult oſtẽdere
in longa uita nõ eſſe hominis felicitatẽ. S. *De l.f.*] .i.parcarũ quæ in tam longum tempus uitã ſuã
produxerint. *Nimio ſtamine.*] Longa uita,quæ per filum oſtenditur.Tres enim Parcæ eſſe dicun
tur:Clotho,Lacheſis,& Atropos,quæ ſumma concordia nendo uitam hominis diſponere dicun
tur,unde à poetis dicuntur Parcæ concordes. C. Verg.in Buc.Concordes ſtabili fatorum numi
ne Parcæ. S. *Antilochi barbam.*] Filium ſuum iam barbatum,& ætate iam adulta. *Acris.*] Strẽ
nui & fortis in bello. *Quærit.*] Scilicet cum multis querelis. *Dignum tam longo æuo.*] Hoc loco
eorum opinionem probat qui in longinquitate uitæ,infelicitatem eſſe putãt,unde Seneca in pro-
uerbiis.Heu quam pœnitenda incurrũt uiuendo diu,in breuitate aũt felicitatẽ,unde illud eſt. Pli.
lib.vij.Nautura uero nihil hominib.breuitate uitæ præſtitit melius. *Tam l.æ.*] q tam diu eſſet ui
uendum,

uendum, ut ſpectandum ſibi foret funus filij. cuius mortem indignanter tuliſſe docet & Proper. A
Nam quo tam dubiæ ſeruetur ſpiritus oræ, Neſtoris eſt uiſus poſt tria ſecla cinis. Quis tam longæ uæ minuiſſet facta ſenectæ, Gallicus Iliacis miles in aggeribus? Non ille Antilochi uidiſſet corpus humari: Diceret aut o mors cur mihi ſera uenis. Oratius. At non ter æuo functus amabilem, Plorauit omnis Antilochum ſex annos. Et Neſtor apud Homerum in xi. Odyſſeæ. Illic iacet meus charus filius fortis & clarus Antilochus.

Hæc eadem Peleus, raptum quum luget Achillem,
Atque alius, cui fas Ithacum lugere natantem.
Incolumi Troia Priamus ueniſſet ad umbras
Aſſaraci magnis ſolennibus, Hectore funus
Portante, ac reliquis fratrum ceruicibus, inter
Iliadum lachrymas, ut primos edere planctus
Caſſandra inciperet, ſciſſaque Polyxena palla:
Si foret extinctus diuerſo tempore, quo iam
Cœperat audaces Paris ædificare carinas.
Longa dies igitur quid contulit? omnia uidit
Euerſa, & flammis Aſiam, ferroque cadentem.
Tunc miles tremulus poſita tulit arma tyara,
Et ruit ante aram ſummi Iouis, ut uetulus bos
Qui domini cultris tenue & miſerabile collum

Hæc eadem Peleus.] Scilicet conqueritur. Achilles Thetidis & Pelei filius fuit, quem ad Troiam profectū in templo Apollinis Tymbræi occiſum ferunt inſidijs Paridis poſt ſimulacrum latentis, quū illuc acceſſiſſet, ut armatam Polyxenam uxorem duceret, unde fingitur tenente Apolline arcum, Paridem tela in Achillem direxiſſe. Virgil. Dardana qui Paridis direxit tela manuſque, Corpus in Aeacidæ. Hunc ergo pater Peleus, ut immatura morte præuentum, miſerabiliter fleuit. B *Atque alius.*] ſcilicet Laertes Vlyſſis pater, ſcilicet conqueritur: nam exulante Vlyſſe, & per tot maria errante Laertes pater ut ſcribit Homerus in ultimo Odyſſeæ, in agro quotidie opere ruſtico ſe macerabat, ancilla uetula panem & uinum ei miniſtrante, rogabatque aſſidue Iouem, ut animam ex membris ſolueret.

Cui fas.] Cui par eſt, & decet. *Ithacū.*] Vlyſſem pro Ithacenſem ab Ithaca eius patria. Eſt aūt Ithaca inſula ante ſinum Corinthiacum, non longe à Cephalena inſula. *Natantem.*] Per maria iam decem annos errantem. *Incolumi Troia.*] Priamus, inquit, non uidiſſet obſidionem decennalem patriæ ſuæ, nec mortem tot liberorum, totque propinquorum, ſi ei prius contigiſſet obire mortem, quàm Paris rapuiſſet Helenam. Sicque oſtendit in longitudine uitæ multas exiſtere miſerias. Ordo autem eſt. Priamus magnis ſolennibus ueniſſet ad umbras Aſſaraci incolumi Troia, Hectore portante funus, & reliquis fratrum ceruicibus, ſcilicet portantibus. *Inter lachrymas Iliadum.*] id eſt mulierum Troianarum. C *Aſſaraci.*] Tros genuit Aſſaracum & Ilionem, Ilion Laomedontem Priami patrem. *Hectore funus portante.*] Apud antiquos à filijs funera patrum efferebantur. Nam, ut ſcribit Plinius libro ſeptimo capite quadrageſimoquarto, Quintus Metellus Macedonicus à quatuor filijs illatus eſt rogo. *Reliquis fratrum.*] Subaudi à ſuperiore portantibus. Quinquaginta enim autore Homero habuit filios, & filias duodecim. *Vt inciperet.*] Ita ut inciperet tanquam præfica. Nam in funeribus conducebantur mulieres, quæ ad lamentandum mortuum plangendi modum cæteris darent, eæ dictæ ſunt præficę, quaſi quæ alijs ad id muneris præficerentur. Neuius. Hæc quidem mehercle opinor præfica eſt, quæ ſic mortuum collaudat, autor eſt Feſtus. *Polyxena.*] Priami filia. *Sciſſa palla.*] Veſtis eſt honeſtæ mulieris. Vergilius. Pallam ſignis, auroque rigentem. Plautus in Menechmis. pallam ad Phrygionem fer confecto prandio. in luctibus autem funerum præ dolore ueſtes ſcindebantur. *Diuerſo tempore.*] ſcilicet ab eo quo euerſa fuit patria, & quo Paris parabat nauigare in Græciam, ut raperet Helenam. *Carinas audaces.*] id eſt ipſe audax, qui in Græciam cum Aenea, delectaque Troiana iuuentute nauigare non eſt ueritus rapturus (quod fecit) Helenam marito. Nam quum Priamus ægre ferret Heſionem ſororem ſuam ab Hercule iure belli ſublatam & traditam Thelamoni, miſit Paridem in Græciam edoctum ut Heſionem repeteret, quod ſi non impetraret, aliam raperet. Po- D ſtulata Heſione, nec reddita, regionem uaſtauit, & Sparta ui expugnata, Helenam abduxit, ob quod à marito recipi meruit. Alij ſcribunt Paridem à Menelao hoſpitio honorifice ſuſceptum, pulchritudine mulieris captum, hoſpitij iure calcato cum omni regia ſupellectile eam abduxiſſe, uolentem. Alij diuerſa ſentiunt. Diffuſius hanc hiſtoriam in commentarijs noſtris in Achilleida recitauimus. *Longa dies igitur.*] Quum ergo inquit Priamus tam multa aduerſa diu uiuendo ſit perpeſſus, quid ei profuit longa uita? ac ſi dicat, longe melius fuiſſet ſi in uiridiore uita mortuus eſſet. *Longa dies.*] Lougum tempus. *Euerſa.*] Proſtrata. *Aſiam.*] Hyperbole, non enim tota Aſia, ſed multæ Aſiæ ciuitates una cū Troia euerſę ſunt. C. *Aſiam*] Totū pro parte, ergo Synecdoche eſt. S. *Miles tremulus.*] Priamus, qui ætate confectus capta iam Troia arma induit, ut patriæ opem ferret. Verg. Arma diu ſenior deſueta trementibus æuo, Circumdat ne quicquā humeris. *Tiara.*] De Tiara ſatis ſuperius diximus ex teſtimonio Herodoti & aliorum autorum eo loco. Veſtitur bucca Tiara. Eſt enim genus pilei, quo reges Perſarū utebātur. Sed & tiarā Strab. lib. xv. ait eſſe calciamentū altū, ac duplū magorū infulis ſimilē. *Ruit a. a.*] Cic. in primo Tuſcul. ſic ſcribit. Priamū tanta progenie orbatū, quum ad aram confugiſſet manus hoſtilis interemit, hic ſi uiuis filijs incolumi regno occidiſſet, aſtante ope barbarica, tectis cælatis, laqueatis, utrum tan-

A dem à bonis, an à malis diſceſsiſſet. *Summi Iouis*] ſcilicet Hercei, de quo Luca. Herceas monſtra
tor ait, non reſpicit aras. Ouid. in Ibin ſic. Cui nihil Hercei profuit ara Iouis. Herceus autẽ Iupiter
eſt dictus, quòd intra ualium coleretur: nam ἕρκος ſeptum ſignificat. *Ab ingrato aratro.*] Ab ip-
ſo agricola ingrato, id eſt, quem iam agricola ingratus faſtidiuit. *Exitus ille hominis.*] id eſt, finis
uitę Priami. *V tcunque.*] Subaudi quaſi diceret ſatis miſerabilis fuit. *Sed torua.*] Sed uxor He-
cuba terribilis fuit omnibus ſuis
latratibus: nam ut ſcribit Ouid. li-
bro xiij. Metaph. ea poſt cędẽ Pria
mi, euerſionemq́; patriæ, quũ mor
tem Polydori filij ulciſceretur, ex-
cæcato Polymneſtore, à quo Poly-
dorus interemptus fuerat, furibũ-
da abeuntes Græcos latratu eſt in
ſectata, unde in canem conuerſam
finxerunt. De qua ſic Plau. In Me-
næchmis. Non tu ſcis mulier Heco
B bã quapropter canem Græci eſſe
prędicabant: omnia mala ingere-
bat, quemq́; aſpexerat, itaq; adeo
iure cœpta appellari canis. De ea
item ſic Cic. in iij. Tuſc. Hecubam
autẽ putant propter animi acerbi
tatem quãdam & rabiem, fingi in
canem eſſe conuerſam. *Tranſeo*]

Præbet, ab ingrato iam faſtiditus aratro.
Exitus ille utcunq; hominis, ſed torua canino
Latrauit rictu, quæ poſt hunc uixerat uxor.
Feſtino ad noſtros, & regem tranſeo Ponti.
Et Crœſum, quem uox iuſti facunda Solonis
Reſpicere ad longæ iuſſit ſpacia ultima uitæ.
Exilium, & carcer Minturnarumq́; paludes,
Et mendicatus uicta Carthagine panis
Hinc cauſas habuere. quid illo ciue tuliſſet
Natura in terris, quid Roma beatius unquam,
Si circumducto captiuorum agmine, & omni
Bellorum pompa, animam exhalaſſet opimam,
Quum de Theutonico uellet deſcendere curru?
Prouida Pompeio dederat Campania febres

Occupatio eſt. *Regem p.*] Mithridatem, qui ad ſexageſimum & octauum ætatis ſuæ annum per
multas ęrumnas & clades peruenit. Ter enim à Romanis ducibus ſuperatus eſt, à Sylla, Lucul-
lo, & Pompeio. Demum quum à Pharnace filio bello premeretur obſidereturq́; in regia, mor-
tem per uenenum tentauit, uxore prius, ſororibus & pellicibus ueneno necatis, ſed quum id fru-
ſtra hauſiſſet, quòd à teneris annis remedia ſibi aduerſus uenena comparaſſet, à milite Gallo no-
mine Bithoco in cædem ſuam exorato, interfectus eſt, autor eſt Plut. *Et Crœſum*] hic eſt ille Crœ
ſus rex, qui quũ omniũ hominũ feliciſsimũ ſe arbitraretur. (theſauros enim maximos habebat)
accedenti ad ſe Soloni philoſopho, quũ ex Aegypto reuerteretur, diuitias ſuas oſtendit, interroga
C uitq́;, an quiſquam eſſet felicior. Tunc reſpondit Solon, neminem ex uiuentibus appellandũ eſſe
felicem, ad quod reſpexit. Ouid. Sed. ſ. ultima ſemper expectanda dies homini, diciq́; beatus Ante
obitum nemo ſupremaq́; funera debet. itaq; quum à Cyro rege Perſarũ bello captus rogo eſſet in
cõpedibus poſitus, cum quatuordecim Lydorũ clariſsimis filijs, recordatus eſt ſententiæ Solonis,
nominauitq́; ter Solonem. Quo audito Cyrus, quũ aliquem deũ inuocare crederet, grauiter in-
doluit memor humanæ cõditionis, quæ incertis fortunæ flatib. iactatur. Ita Crœſum ex rogo iam
ardenti, ſed diuino quodam imbre cælitus demiſſo, extincto abſtractum, ad ſe adduci iuſsit. de
eo multa Herodotus, Iuſtinus, & Plutarchus ſcribunt. *Solonis.*] Solon, ut inquit Laertius, Sala
minius patria fuit, Athenis claruit Tarquinio Priſco Romę regnante, leges Athenienſibus dedit
tanto temperamento, ut parem gratiam à Senatu & plebe contraheret, quibus, ſi Athenienſes, au
tore Valerio, uti uoluiſſent, ſempiternum habituri fuiſſent imperium. Is omnium hominũ & ora-
culi iudicio ſapientiſsimus eſt habitus. *Reſpicere ad ultima ſpacia*] Vt nemo. ſ. (ut memorauimus)
circa mortem felix diceretur. *Exiliũ & carcer*] Incõmoda inquit, quę plurima perpeſſus eſt. C.
Marius, habuere cauſas ex longa uita. Nam Marius ſuperatus à Sylla Minturnis latuit in palude,
ubi cõpręhenſus in carcerẽ eſt coniectus. Gallum miſſum qui eũ interficeret, uultus maieſtate per
terruit. Solutis à Minturnẽſibus uinculis, in Aphricã nauicula traiecit. Sed quũ Sextilius Aphri-
D cę pretor moneret per lictorẽ, ut inde faceſſeret, reſpõdit lictori, Vade & nuncia Sextilio te uidiſſe
C. Mariũ in ruinis Carthaginis ſedentẽ, exulemq́;. & panẽ mendicantẽ, & cum dicto diſceſsit, hęc
breuiter tangit poeta. De quib. diffuſius Plutarch. & Plin. de uiris illuſtribus. *Minturnarum palu-
des.*] inter Formias, & Sinueſſam Minturnę ſunt, utrinq; ad ſtad. lxxx. diſtãtes, interfluit aũt Li-
ris amnis, quẽ olim clanin uocauere, qui ibi paludes efficit. De quib. Lucanus ſic. Quũ poſt Theu
tonicos uictor libycoſq́; triũphos, Exul limoſa Marius caput abdidit ulua, Stagna auidi texere ſo
li laxęq́; paludes. *Hic c.h.*] ex lõga uita. *Quid illa c.t.*] Procreaſſet. Verg. Dardanidæ duri quæ
uos à ſtirpe parentũ Prima tulit. i. procreauit, & in lucẽ produxit. Senſus eſt, quid enim inquit bea
tius in terra extitiſſet ipſo Mario, ſi ei poſt triumphũ Theutonicũ cõtigiſſet mori. Nã ſecũdo cõſula
tu, qui ultro ei delatus fuit, Cymbros in Gallia apud aquas Sextias, Theutonas in Italia in cãpo Sa
uidio uicit, de quib. triũphauit. *Circumducto captiuorum a.*] Nam captiui manib. reuincti poſt ter-
ga, uel cathenis collo iniectis, imperatorẽ triũphantem præcedebãt, uſq; in capitoliũ. Papinius in
Syluis. Actias auſonias fugit Cleopatra cathenas. Propert. Aut regum auratis circũdata colla ca-
thenis. Pompa, à πέμπω quod eſt mitto pompam ago, duco, eſt enim ordo rerum progrediẽtium.
Animam o.] Alluſio eſt ad ſpolia opima, quæ dux duci detraheret. *Curru Theutonico*] Quo in
triũpho Theutonico eſt uectus, ſicq́; colligit ex lõga uita felicitatẽ minime cẽſendã. *Prouida P.*]

ſeri-

ſcribit Plutarchus ante ciuile bellum, quum Pōpeius Neapoli ægrotaret, uota publice ſuſcepta ob A
eius ſalutem, unde ad multa mala futura eſt reſeruatus. uictus enim acie Pharſalica, in Aegyptum
fugit, ubi iubente Ptole. annos lx. natus obtruncatus eſt ab Achilla & Photino. caput Cæſari aduē
tanti uelamine opertum cum annulo oblatum eſt. Truncus à Seruio Codro humatus eſt, inſcri-
bente in ſepulchro: Hic ſitus eſt Pompeius Magnus. Strabo ſcribit in monte Caſio fuiſſe ſepultum

Optandas, ſed multæ urbes, & publica uota
Vicerunt. igitur fortuna ipſius, & urbis
Seruatum uicto caput abſtulit. hoc cruciatu
Lentulus, hac pœna caruit, ceciditq; Cethegus
Integer, & iacuit Catilina cadauere toto.
Formam optat modico pueris, maiore puellis
Murmure, quum Veneris fanum uidet anxia mater
Vſq; ad delicias uotorum: cur tamen, inquit,
Corripias? pulchra gaudet Latona Diana.
Sed uetat optari faciem Lucretia, qualem
Ipſa habuit. cuperet Rutilæ Virginia gibbum

ubi templum eſt & Ioui Caſii. Er-
go Pompeio, inquit, rectius cōſul
tum fuiſſet, ſi mortuus eſſet eo tem
pore, quo Neapoli ægrotauit, mul
tis enim miſerijs caruiſſet. uidetur
que Iuuenalis ſumpſiſſe hoc ex Ci
cerone in Tuſcul. ſic ſcribente. Pō-
peio noſtro familiari, quum graui-
ter ægrotaret, Neapoli melius eſt
factum: Coronati Neapolitani fue
runt, nimirum etiam Puteolani,
uulgo ex oppidis publice gratula- B
bantur. Ineptum ſane negocium,
& Græculum, ſed tamen fortuna-
tum. Verum igitur, ſi tum eſſet ex-
tinctus, à bonis rebus, an à malis diſceſſiſſet? certe à miſeris. nō enim cum ſocero bellum geſſiſſet,
non imparatus arma ſumpſiſſet, non domum reliquiſſet, non ex Italia fugiſſet, non exercitu amiſ-
ſo nudus in ſeruorum ferrum & manus incidiſſet, non liberi defleti, non fortunæ omnes à uictori
bus poſsiderentur. Quod ſi mortem tum obijſſet, in ampliſsimis fortunis occidiſſet. Is propaga-
tione uitæ, quot, quantas, quàm incredibiles hauſit calamitates? *Campania.*] Nam Neapolis ci
uitas eſt Campaniæ. *Optandas febres.*] Quæ ei optandæ fuiſſent, ne in tanta mala recideret.
Vicerunt.] Impetrarunt ſalutem Pompeio. *Fortuna ip. & ur.*] id eſt, infelicitas ipſius, quia inter-
fectus eſt. *Vrbis.*] Quia bellum ciuile eſt geſtū cum maxima totius urbis calamitate. *Igitur.*]
Quia diu uixit. *Caput ſeruatum.*] Quod tam multis uotis incolume diu ſeruauerant. *Victo.*]
Pompeio à Cæſare uicto. *Lentulus.*] P. Lentulus in coniuratione Catilinaria una cum Cethego
cōprehenſus à Cicerone Conſule in carcere ſtrangulatus fuit. *Hoc cruciatu.*] Quod caput ei nō
eſt abſciſſum. *Ceciditq; Ce. Integer*] Sine aliqua mēbrorū diminutione, quū uitam tantū laqueo
amiſerit, ut ſcribit Salu. *Toto ca.*] Toto cadauere integro. nam Catilina (ut idem autor eſt) acri- C
ter pugnans cū hoſtibus cōfoſſus eſt, lōgeq; à ſuis inter hoſtiū cadauera repertus. Iuuen. ergo colli
git nihil hominib. breuitate uitæ poſſe melius præſtari. *Formam o.*] Cōfutat & eorū uotū, qui li-
beris ſuis optāt pulchritudinē, oſtendēs exēplis, ꝙ & forma ſit res homini pernitioſa. Ordo eſt, &
ſenſus. *Mater a.*] Sollicita. ſ. de natorū formoſitate uſq; ad delicias uotorum optat formam pue
ris modico murmure, & puellis maiore, quū uidet fanū Veneris, quaſi quę ſit dea, ꝑ quā genus hu
manū creſcat, & progignatur. unde ſic Venus apud Papiniū loquitur. Nil ego nil fateor toto iam
dulce ſub urbe Aut uidi aut genui. *Maiore pu. mu.*] Nemo enim eſt parentū, qui nolit filias pul-
chriores eſſe ꝙ filios, multiſq; id rationib. ſed maxime ut facilius nubant. *Vſque ad de.*] Vſq; ad
delicata nimis uota, qualia expreſsit Perſi. Hūc optent generū rex & regina puellæ. Hunc rapiant,
quicquid calcauerit hic roſa fiat. quaſi diceret optat ut tā formoſa ſit, ut eā iuuenes in ſuos ample-
xus optēt. *Delicias.*] Appellatione deliciarū accipimus omnia quæ loco feſtiuitatis habētur, de
ducto nomine à delectādo. Catulū enim paſſerē, colūbam, Leonē reliquaq; id genus et ſeruos, qui
aliquo modo nos delectarēt delicias appellamus, unde Mar. Stellæ deliciū mei colūba. Cat. Paſſer
deliciæ meæ puellæ. Plu. in uita. M. Antonij ſic ſcribit. Erat aūt Sarmentus Cæſaris ſeruulus ex ijs,
qui feſtiuitatis cauſa haberi ſolēt, quos Romani delicias appellant, iuxta quod dicit Vir. Alexin de
licias dñi. Et Sene. ad Luci. Seruū Ruſticolā delitiolū ſuum nominat. Delicias etiā alio modo no- D
minamus, ut ſi dicamus puerū nutritū in ſummis delicijs, quaſi in ſummis opib. & lauticijs, unde
Sen. De breuitate uitæ. Audio quendā ex delicatis (ſi modo deliciæ uocandæ ſunt) uitā & cōſuetu
dinem humanā dediſcere. *Cur t. c.*] Cur inquit o poeta damnas hoc uotū: uerba ſunt defenſo-
ris. *Gaudet Latona.*] Exēplo defendit uotū eſſe honeſtum. alluſio eſt ad illud Virg. Latonæ tacitū
pertentant gaudia pectus. *Vetat Lucretia.*] Docet te, inquit, Lucretia uxor Tarquinij Collatini
quæ fuit formoſa, pulchritudinem non eſſe appetendam, quum ipſa ob eam occiderit. quū enim
à Tarquinij Superbi filio per uim fuiſſet ſtuprata gladio ſibi pectus tranſuerberauit, notiſſima eſt
hiſtoria ex Dionyſio, Liuio, & Ouid. in Faſtis. *Virginia.*] L. Virginij centurionis filia fuit uirgo
plebeia cuius ſtuprandæ conſilium, quum Appius decemuir cœpiſſet, eamq; corrumpere nequi
ret, clientem ſubornauit, qui eam in ſeruitium depoſceret, facile uicturus, quum ipſe eſſet accuſa-
tor & iudex. Pater qui tunc in algido militabat, re cognita, quum ipſe iudicij die ſuperueniſſet, & fi
liam ante tribunal locatam, quum defendere aduerſus iniquum iudicem nequiret, ultimo collo-
quio cum ea impetrato, in ſecretum adductam, cultro de taberna lanionis abrepto occidit, hoc
tamen quum adhuc uiueret dicto, liberam te & honeſtam filia ad manes progenitorum mitto.
Nam uiuenti neutro horum per tyrannum tibi potiundum erat. Corpus eius humero gerens ad

t 2 excr-

A exercitum profugit, & milites ad uindicandum facinus accendit, qui creatis decem tribunis, A-
uentinum occuparunt. Decemuiros abdicare ſe principatu coegerunt, eosq; omnes aut morte, aut
exilio punierunt. Appius in carcere eſt necatus. Lege Dionyſium libro nono. Liuium in tertio
primæ Decadis, & Plinium De uiris illuſt. *Gibbum.*] Tumorem appellamus, & eminentiam in
quacunque parte corporis, unde Tranquillus in Othone. Excreuerat etiam in deteriore latere
eius gibbus uel caro, propende-
batque adeo, ut ægre faſcia ſub-
ſtringeretur. & Iuuenal. Mediiſq;
in naribus ingens Gibbus. in gene
re autem fœminino idem Tran-
quil. in Domitia. & prima declina
tione protulit: ipſum enim Domi-
tianum ferunt ſomniaſſe gibbam
ſibi pone ceruicem auream ena-
tam. dicitur & gibber, unde gibbe
roſi & gibboſi homines nominan
B tur. Apuleius ij. libro Floridorum.
Quumq; inter ſcapulum crates re
texiſſet, quod erat aucto gibbere.
Rutilæ.] Aut notat mulierem de-
formem temporibus ſuis, aut eam
deſignat de qua Plin. in ſeptimo,
quæ uixit per nonaginta & ſeptem
annos. *Suam.*] .ſ. faciem. *Miſe
ros parentes.*] Ne corrumpatur.
Rara eſt concordia formæ.] Rarenter
inquit inuenias, ut qui formoſi
ſint in caſtitatis ſe terminis conti-
neant. Ouidius. Lis eſt cum for-
ma magna pudicitiæ. aut enim
corrumpitur, aut mœchatur.

Accipere, atq; ſuam Rutilæ dare. filius autem
Corporis egregij miſeros, trepidosq; parentes
Semper habet. RARA eſt adeo concordia formæ,
Atq; pudicitiæ. ſanctos licet horrida mores
Tradiderit domus, ac ueteres initata Sabinas.
Præterea caſtum ingenium, uultumq; modeſtum
Sanguine feruentem tribuat natura benigna
Larga manu. quid enim puero conferre poteſt plus
Cuſtode & cura natura potentior omni?
Non licet eſſe uiros, nam prodiga corruptoris
Improbitas ipſos audet tentare parentes.
Tanta in muneribus fiducia. nullus ephebum
Deformem ſæua caſtrauit in arce tyrannus.
Nec prætextatum rapuit Nero loripedem, uel
Strumoſum, atq; utero pariter gibboq; tumentem.
Nunc ergo iuuenis ſpecie lætare tui, quem
Maiora expectant diſcrimina. fiet adulter
Publicus, & pœnas metuet quaſcunq; mariti.
Exigere irati, nec erit felicior aſtro

Licet horrida.] Ordo eſt, licet domus horrida & imitata
ueteres Sabinas tradiderit mores ſanctos. *Horrida.*] Inculta, & omnium deliciarum ex-
C pers. *Veteres Sabinas.*] Nam mulieres Sabinæ, pro exemplo pudicitiæ habentur. Oratius.
Quod ſi pudica mulier in partem iuuet Domum, atque dulces liberos Sabina qualis. Martia-
lis libro primo. Caſta nec antiquis cedens Leuina Sabinis. *Præterea caſtum.*] Hic ſenſus eſt,
licet inquit benignitate naturæ fiat, ut aliquis ſit caſtus, & uerecundus per ſe nullo cuſtode ad-
hibito, nec cura alicuius qui cogat eſſe pudicum, & bonum, quando ipſa natura ſit optima cu-
ſtos: tamen non licet eſſe uirum cum maxime uelit. cogitur enim tanquam fœmina pati mulie
bria, & cinædus fieri. hoc autem cum eo conuenit: Rara eſt adeo concordia formæ. Ordo au-
tem eſt, natura larga præterea tribuat ingenium caſtum, & uultum modeſtum, feruentem ſan-
guine, manu benigna. Nam reliqua ſunt per parentheſim. *Natura larga.*] Ad conferen-
dum. melius eſt ſi ſit hypallage, ut ſit natura benigna tribuat larga manu. Natura potentior om
ni cuſtode & cura. Oſtendit autem naturam difficulter ſuperari. qui enim mores nobis per con
ſuetudinem inſederunt, quæ altera habetur natura, uix queunt immutari. *Non licet eſſe ui-
ros.*] Quia, ut dixi, ſtuprantur. *Prodiga.*] Conſumptrix. prodigere enim, ut inquit Feſtus,
eſt conſumere. *Corruptoris.*] Quia muneribus etiam ipſos parentes expugnat, ut uendant
filios ad obſcœna. *Nullus ephebum.*] Aliud periculum indicat imminere formoſis. Nam à
potentioribus caſtrabantur, & principibus adhibebantur cuſtodiendis lectis matronarum. un-
D de uocabulum eſt ductum ab εὐνὴ quod eſt cubile, & ἔχω quod eſt teneo & aſſeruo, habeo, quaſi
eunoechus, & per ſyneresim eunuchus. Domitianus tamen, autoribus Tranquillo & Martiale,
edicto inhibuit mares caſtrari. *Ephebum.*] id eſt, puerum qui iam peruenit ad pubertatem.
Nam ephebi dicuntur qui ad pubertatem peruenere. ea omnino ætas eſt ab anno decimoquar-
to ad decimumſeptimum. Ephebia eſt prima ætas adoleſcentiæ, autores Cenſorinus libro De
die natali, & Donatus. Nomen enim eſt Græcum ἐπὶ in & ἥβη pubertatem ſignificat. Ephebi er-
go dicuntur exiſtentes in pubertate. *Arce.*] Arx, ut diximus, autore Aſconio, uel ſedes ty-
ranni dicitur, uel editus in ciuitate & munitior ad ſalutem ciuium locus. Vergilius. Quo res
ſumma loco Panthu, quam prehendimus arcem? *Rapuit.*] Stuprauit. *Strumoſum.*]
Srruma eſt tumor, ut ſcribit Celſus in quinto, in quo ſubter concreta quædam ex pure & ſangui-
ne, & quaſi glandulæ oriuntur. naſcuntur enim & in inguinibus & lateribus, ſed maxime in cer
uice. *Tumentem utero.*] Qui ſit utero tumenti, & inflato. *Nunc ergo lætare.*] Inhibitio per
ironicam permiſſionem. eſt enim ſenſus. Quum filius inquit tuus formoſus tam multis ob-
noxius ſit periculis, debes ſane pulchritudine eius delectari, quaſi dicat nihil habes quod læte-
ris. *Maiora diſcrimina.*] Proponit aliud incommodum & periculum formoſorum, adulteri
enim fiunt publici. *Exigere.*] Suſtinere, alibi, Quàm timeo uictus ne pœnas exigat Aiax.

Felicior

Felicior aſtro Martis. id eſt ipſo Marte, quem cum Venere concumbentem Vulcanus clam retibus adamantinis inuolutum omnibus dijs uidendum præbuit. Ouidius autor. *Iſte dolor*] Quem mariti ex muliere adulterata concipiunt. *Exigit.*] Poſcit, & tanquam debitum repetit, maritus inquit iratus dolore uxoris adulteratæ, grauiores ſumit pœnas quàm leges tolerant. *Necat hic ferro.*] Aemulatio eſt Oratij in ſecundo Sermo. Hic ſe præcipitem tecto dedit, ille flagellis Ad mortem cæſus, fugiens hic decidit acrem Prædonum in turbam, dedit hic pro corpore nummos. *Mugilis intrat.*] Mugilis, uel mugil (utroque enim modo dicitur) piſcis eſt cuius natura, teſte Plinio libro nono ridetur, in metu capite abſcondito totum ſe occultari credentis. per inferiora mœchis immittebatur. Catullus. Ah tum te miſerum maliq; fati, Quem attractis pedibus patente porta Percurrent raphaniq;, mugilesq;. *Sed tuus Endymion.*] id eſt, filius tuus formoſus qualis fuit Endymion uenator, quem luna ob ſpeciem dilexit, dormientemq; eſt oſculata. Propertius. Nudus & Endymion Phœbi cœpiſſe ſororem Dicitur, & nudæ concubuiſſe deæ. Papinius in Syluis. Cedat tibi Latmius ultro, id eſt Endymion, quem ut ſcribit Cicero Tuſculano primo Luna in Latmo mõte Cariæ obdormientem oſculabatur. Ouidius. Faueas o candida dixi, Et ſubeant animo Latmia ſaxa tuo. hoc autem eſt ex hiſtoria: nam ut ſcribit Plinius libro ſecundo, Endymion primus hominum lunæ curſum deprehendit, ob idq; amore eius captus fama traditus. Endymion ergo pro ſpecioſo amatore ponitur. ſic etiam apud Apulc. in 1. ubi quum ipſum autorem tertio ab hinc anno interpretaremur, omnesq; codices haberent, charus Endoſmion, conteximus Endymion. A B

Martis, ut in laqueos nunquam incidat. exigit autẽ
Interdum iſte dolor pluſquam lex ulla dolori
Conceſſit. necat hic ferro, ſecat ille cruentis
Verberibus, quoſdam mœchos, & mugilis intrat.
Sed tuus Endymion dilectæ fiet adulter
Matronæ, mox quum dederit Seruilia nummos:
Fiet & illius quam non amat, exuet omnem
Corporis ornatum, quid enim ulla negauerit udis
Inguinibus? ſiue eſt hæc Hippia, ſiue Catulla?
Deterior totos habet illic fœmina mores.
SED caſto quid forma nocet? quid profuit olim
Hippolyto graue propoſitum? quid Bellerophõti?
Erubuit nempe hæc ceu faſtidita repulſa.

Fiet adulter.] Sponte inquit formoſas, turpes autẽ conductus precio amabit earumq; libidini inſeruiet. *Seruilia.*] Hic ponitur pro uulgari muliere, & adultera, alludit autẽ ad Seruiliam Bruti matrem, Catoniſq; ſororem, cum qua Cæſar libidinis commertium habuit. autor Plu. C *Fiet & illius.*] ſcilicet Seruiliæ, quam non amat, accepto prẹmio. *Exuet omnem.*] ſcilicet mulier, id eſt deponet. eſt autẽ ratio quare matronam quam non amat, incat, quia illa ſuo ornatu ſe ſpoliat, & adulterum ditat. C. Neſcio quomodo elegantius aliquanto legatur in altero codice, eruet, non exuet. S. *Quid enim.*] Nihil inquit mulier habet, quod mœchis non donet. *Inguinibus*] Voluptatibus ſuis Venereis. de inguine diximus in 1. Satyra illic. Ad menſuram inguinis. *Siue Hip.*] Siue inquit prodiga eſt, ut Hippia, ſiue auara, ut Catulla, omnino in adulterum eſt liberalis. poteſt etiam eſſe alius ſenſus, ſiue inquit nobilis eſt, ut Hippia, ſiue humili loco nata, ut Catulla, ac per hoc omnes pariter mulieres, quum impudicæ ſunt, in amatores ſuos ſunt liberales. Aliter etiam exponi poteſt, ut ſic dicas, ſiue pauper eſt, ſiue diues in amatores ſuos liberalis eſt, quum eſt impudica. *Deterior fœmina.*] Mulier inquit impudica, quæ alijs in rebus honeſtatem calcat, in adulterum ſe benignam præbet & liberalem, ne ſibi obijci poſſit quod ſit ruſtica, & male morata, quum amatori defatigato nihil det. ergo in ea habet totos mores, id eſt nihil omittit, ut nõ poſſit dici bonis eſſe moribus, quum ſe benignam, facilem, liberalemq; præbeat. *Sed caſto quid forma nocet.*] Antipophora eſt, quaſi Iuuenalis dixerit omnem formam eſſe noxiam. Aduerſarius contra neget inquiens formam non nocere caſto, id eſt, qui in caſtitate uiuere propoſuerit. Poeta ergo exemplum ſubdit Hippolyti & Bellorophontis, probans formam eis nocuiſſe, quum maxime pudicitiam tueri conſtituiſſent. D Hippolytum enim quum ob egregiam formam Phẹdra nouerca deperiret isq; eam auerſaretur, dolore percita, Theſeò patri eum adulterij falſo accuſauit, ob quam rem pater iratus à Neptuno petijt, uel ſi mauis Aegeo, ut phocas immitteret, quum iuxta litus quadrigis ueheretur, quo facto, equi conſternati in fugam per ſyluas conuerſi Hippolytum diſcerpſerunt. *Graue propoſitum.*] Conſeruandæ caſtitatis. *Quid Bellorophontis.*] Bellorophon filius Glauci regis Corinthiorum, quum ad Prœtum Abãtis filium Argiuorum regem perueniſſet, ab Sthenobœa, uel, ut ſcribit Homerus Ancea uxore Prœti dilectus fuit impatienter, ea ab eo petit, uti ſui copiam faceret, promittens ei coniugis regnum, quæ quum impetrare nequiret, uerita ne ſe apud regem criminaretur, occupauit eum, aſſerens Bellorophontem ſibi uim inferre uoluiſſe. Prœtus quod eum dilexerat, noluit de eo ſupplicium ſumere: ſed eum ad Lebaten patrem Sthenobœæ miſſit, ut illum Chimeræ lacerandum obijceret, quæ eo tempore Lyciorum agros uaſtabat, unde belua occiſa uictor profugiens, quum ad cœlum euolare contenderet, neq; iam longe abeſſet, territus altitudine decidit, perijtq;. Oſtendit igitur poeta, hæc mala ei ob nimiam pulchritudinem obtigiſſe. Nota eſt fabula apud Hyginum de Sideribus, & apud Homerum libro ſexto Iliados. *Erubuit.*] Hæc. ſ. Phædra, quæ Hippolytum tentauerat, rubet enim qui in turpi faci-

A nore deprehenditur, ut illud. Rubet auditor, cui frigida mens eſt. & Teren. erubuit, ſalua res eſt. *Nec Sthenebœa.*] Vxor Prœti regis Argiuorum. *Quam Creſ.*] Phędra filia Minois regis Cretenſium, quam Theſeus interempto Minotauro, ſecum abduxit. *Creſſa.*] Cretenſis. Ouidi. Mitut Amazonio Creſſa puella uiro. *Concuſſere ambæ.*] Commouere ſe, & erexere ad uindictam. ſ. tractumq́ eſt à luctatoribus qui certaturi manus concutiunt. *Pudor.*] Quo afficitur, quum auſa ſit rem pudendam tentare. C. Eſt autem pudor, ut definit Ethic. iiij. Ariſtoteles, metus quidam dedecoris, & infamię. Pudore accenditur odium & creſcit, ut iam nihil cupiat quàm calamitatem, & perniciem eius in quem fertur. Nam odiũ ira eſt inueterata. S. *Odio.*] quo fertur in eum, à quo repudiata eſt. *Elige quid nam.*] Oſtenſurus eſt poeta formam obeſſe ex hi-
B ſtoria, quam à Tacito perſcriptam breuiterq́ à Tranquillo tactam in exemplum affert: nam Meſſalina Claudij imperatoris uxor nouo furore, inuſitatoq́ amore in C. Silium iuuentutis Romanæ formoſiſſimum ita exarſerat, ut Iuliam Syllanam nobilem matrimonio eius exturbaret, uacuoq́ adultero potiretur. neq́ Silius flagitij aut periculi neſcius erat, ſed certo ſi abnueret exitio, & nonnulla fallendi ſpe, ſimul magnis præmijs operiri futura, & parẽtibus frui pro ſolatio habebat. illa non furtim, ſed multo comitatu uentitare domum, & congreſsibus adhæreſcere, largiri opes, honores. Itaq́ profecto Claudio Hoſtiam, nuptiarũ ſolennia celebrata ſunt, adhibitus qui tabulas obſignaret, uerba auſpicum audita, ſacrificatum apud deos, diſcubitum inter cõuiuas, nox deniq́ acta licentia coniugali. Cæſar re cognita, in præteritum Silio ueniam dari iubet, redderet uxorem, rumperetq́ tabulas, quum interea Narciſſus libertus à Claudio Hoſtiam accitus dixit, matrimonium Silij uidet populus, & ſenatus, & miles, & ni propere agis, tenet
C urbem maritus. Timens igitur Meſſalina in Lucullianos hortos digreſſa eſt, tentauitq́ poſtea marito occurrere, ut ueniam impetraret. Silius tribunali admotus non defenſionem, non moras tentauit, precatus ut mors acceleraretur. Occiſo igitur Silio Meſſalina in hortis Lucullianis Narciſſo inſtante ictu tribuni transfixa eſt. *Elige quid nam ſu.*] Hac interrogatione oſtendit Silij utranq́ conditionem fuiſſe difficilem, ſiue Valeriam Meſſalinam uxorem duceret, ſiue abnueret. ait ergo poeta, elige quid putes ſuadendum Silio, ducat ne uxorem, an abnuat, quaſi diceret, utrũque omnino durum eſt. nam ſi duxerit periculum necis imminere à marito, ſi abnuerit ab ea. uerba autem ſunt Iuuena. ad monitorem. *Rapitur miſer.*] Ad nuptias. ſ. *Extinguendus.*] Quia poſtea interfectus eſt imperante Cæſare. *Meſſalinæ oculis.*] id eſt, ante oculos Meſſalinæ adducitur Silius, & eam ſibi matrimonio coniungit. *Flãmeolo.*] Diminutiuum eſt à flammeo. eſt enim ut ſcribit Plinius uelũ coloris lutei, quo nouę nuptæ caput obtegebant. *Genialis.*] Lectus. Genialis proprie autore Feſto, dicitur, qui nuptijs ſternitur in honorem genij, unde & appellatur. de genio multa alibi, & præcipue apud Perſium ex auctoritate Cenſorini. *Tyrius.*] Purpureus. Nam ex Tyro inſula ut ante diximus, purpura piſcis habetur, qui liquorem in faucibus habet, aptum ad tingendas ueſtes. autor Plinius. ob hanc uirtutem purpuræ Tyrij non ſolum ab regibus, ſed & ab Romanis libertate ſunt donati. autor eſt Strabo qui de hac re multa ſcribit libro ſextodecimo.
D C. *Decies centena.*] Id eſt, ut plenam locutionem faciam, Seſternûm decies centena millia. hanc ſummam uulgus millionem uocat, ea connnet ſcutatorum ſiue coronatorum uiginnquinque millia, qui aliquando fuit Senatorius cenſus Romæ. Poetæ interdum, ſolo utuntur aduerbio, dicunt enim, decies, pro decies centena millia ſeſtertiûm, ut in illo Mart. ad Calenum, Optarent ubi centies amici, id eſt centies centena millia. S. *Ritu antiquo.*] Id eſt, quantus ante Auguſtum cenſus ſenatorius fuerat. Varius enim fuit cenſus ſenatorius Romæ, aliquando minor, aliquando maior, uerum nunquam maior quàm ſub Auguſto. fuit enim decies ſeſtertiûm, hoc eſt ad triginta millia coronatorum. *Cum ſignatoribus auſpex.*] Nuptijs enim auſpices interponebantur. Cuius conſuetudinis ita meminit Valerius libro ſecundo. Apud antiquos non ſolum publicè, ſed etiam priuatim nihil gerebatur, niſi auſpicio prius ſumpto, quo ex more nuptijs etiam nunc auſpices interponuntur. *Hæc tu ſecreta.*] Forſan inquit tu exiſtimabis o Sili has nuptias ſecreto celebratum iri. *Non niſi legitime.*] Hinc furioſam Meſſalinæ libidinem oſtendit, quæ omnia ſecurè fecerit, & inter conuiuas in amplexibus Silij ſteterit. *Niſi legitime.*] Niſi ſecundum rationes coniugales, & leges. *Quid placeat dic.*] O Sili. *Pereundum eſt ante lucernas.*] Id eſt in medio conuiuio nocturno, quo tempore cœnatur ad lucernas. *Si ſcelus.*] Id eſt ſi Meſſalinæ coniungeris. *Mora paruula.*] Breuiſſimum tempus.

Nec Sthenebœa minus, ꝗ Creſſa excanduit, & ſe
Concuſſere ambæ, MVLIER ſęuiſſima tũc eſt
Quum ſtimulos odio pudor admouet. elige quidnã
Suadendum eſſe putes, cui nubere Cæſaris uxor
Deſtinat. optimus hic, & formoſiſsimus idem
Gentis patriciæ rapitur miſer extinguendus
Meſſalinæ oculis. dudum ſedet illa parato
Flãmeolo, tyriusq́ palam genialis in hortis
Sternitur, & ritu decies centena dabuntur
Antiquo, ueniet cum ſignatoribus auſpex.
Hæc tu ſecreta & paucis commiſſa putabas.
Non niſi legitimè uult nubere, quid placeat, dic.
Ni parere uelis, pereundum eſt ante lucernas:
Si ſcelus admittas, dabitur mora paruula, dum res

Imperio.]

Imperio.] Scilicet Meſſalinæ. *Quicquid leuius.*] Vtcunq; feceris omnino tibi erit moriendũ, aut A
per Cæſarem, aut per Meſſalinam. *Nil ergo optabunt homines.*] Verba monitoris ad Iuuenalem, er
go inquit, quum undiq;, ut declaraſti, immineant pericula, homines nihil peterea dijs debebunt.
Si conſilium uis.] Verba Iuuenalis reſpondentis monitori. *Expendere quid conue.*] ſines inquit,
ut ipſi dij expendant, & quaſi rem põderando id dent, quod nobis ſit utile & cõmodum. Iuxta di-

Nota Vrbi, & populo, contingat principis aures.
Dedecus ille domus ſciet ultimus: interea tu
Obſequere imperio, ſi tanti eſt uita dierum
Paucorum. quicquid leuius, meliusq; putaris,
Præbenda eſt gladio pulchra hæc, & cãdida ceruix.
Nil ergo optabunt homines? SI conſilium uis,
Permittes ipſis expendere numinibus, quid
Conueniat nobis, rebusq; ſit utile noſtris.
Nam pro iocundis aptiſſima quæq; dabunt dij.
Charior eſt illis homo, quàm ſibi. nos animorum
Impulſu, & cæca, magnaq; cupidine ducti
Coniugium petimus, partumq; uxoris; at illis
Notum qui pueri, qualisq; futura ſit uxor.
Vt tamen & poſcas aliquid, uoueasq; ſacellis
Exta, & candiduli diuina tomacula porci,
ORANDVM eſt, ut ſit mens ſana in corpore ſano.
Fortem poſce animum, & mortis terrore carentem,
Qui ſpacium uitæ extremum inter munera ponat
Naturæ, qui ferre queat quoſcunq; labores,
Neſciat iraſci, cupiat nihil, & potiores
Herculis ęrumnas credat, ſæuosq; labores,
Et Venere, & cœnis, & plumis Sardanapali.

ctũ illud Socratis, qui aiebat, à dijs
nihil ultra petendum eſſe, q̃ ut tri-
buerent bona, quia ij demũ ſcirẽt,
quid unicuiq; eſſet utile, nos autẽ
plerũq; id uotis expetere, quod nõ
impetraſſe melius foret. *Illis*] .ſ.
dijs. *Nam pro iocundis.*] loco eo-
rum, quæ nos iocunda ducimus.
Qui pueri.] Pro quales pueri.
Vt tamẽ & poſcas.] Vt conceda-
mus inquit ut ab ipſis dijs etiã ali-
quid poſcas, id tantũmodo peten B
dũ eſt, ut ſit mens ſana in corpore
ſano: hęc enim ſunt quę Cic. in lib.
De finibus bonorũ & malorũ pri
ma naturę appellat, hoc eſt, quę in
homine ſunt pręſtãtiſſima: ſenſuũ
uidelicet, & membrorũ integritas.
Vnde eſt illud Apuleij in Dogmate
Platonis, tunc hominem eſſe perfe
ctum, quũ anima & corpus æquali
ter copulantur, & inter ſe conueni
unt, ſibiq; reſpondent, ut firmitas
mentis præualentibus corporis ui
ribus non ſit inferior. Idem ſenſit
Orat. in Odis. Frui paratis, & uali
do mihi Latoe dones, at præter in-
tegra Cum mente nec turpem ſene C
ctam Degere nec cithara carẽtem.
Seneca ad Lucil. Roga bonã mentem, bonam ualetudinẽ animi, deinde tunc corporis. Nam hoc
in homine eſt integræ felicitatis. quorum neutrũ contigit Caligulæ, autore Tranquillo, dicente ſic.
Valetudo eius neq; corporis neq; animi cõſtitit. *Tomacula.*] Edulia ſic dicta, quod Græci *τόμην*
ſectionem dicunt, hoc eſſe puto, quod Macrob. appellat inſitium, ab eo quod inſecta caro reticulo
circũdatur. Tomacula dicuntur alio nomine, ſiue per ſyncopẽ Tomacla. Mart. Quod fumãtia qui
tomacla raucis Circũ fert tepidis coquus popinis. fiebãt enim ut plurimũ iecore, & pulmone por
cino: eratq; genus cibi ſeruilis: in luxu autẽ erant abdomina, teſticuli, uuluæ, ſincipita, quæ cẽſo-
rijs legibus quandoq; fuerunt interdicta. *Fortem animũ.*] Laudabile eſt uotum. C. & ad animi
tranquillitatẽ accommodatũ, in qua trãquillitate beata uita conſiſtit. Sic Verg. Georg. ij. eum feli-
cem appellat qui metus omneis & inexorabile fatũ ſubiecit pedibus, ſtrepitũq; Acherontis auari.
Et mortis terrore carentẽ.] Subijcit fortitudinis effectus, de quibus ſic Cic. De off. lib. i. Magnitudi
nis animi & fortitudinis propriũ eſt, nihil extimeſcere, omnia humana deſpicere, nihil quod ho-
mini accidere poſsit, intolerandũ putare. S. *Spacium uitæ*] .i. finem uitæ mortẽ ipſam. eſt enim
ſapiẽtis id nõ timere, quod uitari nõ poteſt. *Neſciat iraſci.*] Animi perturbatione nõ agatur. in ſa
piẽtẽ enim ira nõ cadit, mortẽ non timet, ſed eam inter munera naturæ cõnumerat. *Et potiores* D
Herculis ærumnas.] Qui potius ad uirtutes quam ad uoluptates erigatur. Hercules enim uarios ſe-
quutus labores, ut ſcribunt Ouidius & Diodorus, immortalem ſibi gloriam & famam peperit.
Ærumnas,] Aerumna eſt ut ſcribit Cicero ægritudo quædam animi laborioſa. *Sæuosq; la-
bores*] Aut quos ſatis crudeliter imperauit Euryſtheus, aut ſæuos, magnos, & uix ſuperabiles. *Et
Venere & plumis Sardanapali*] Id eſt quàm ſint delitiæ & uoluptates quales ſequutus eſt Sardanapa-
lus, qui ultimus Aſſyriorũ rex, in omnem libidinem ita ſe demiſit, ut nunc uiri nunc mulieris uita
abuteretur, omni prorſus calcata & ſexus, & pudoris cura. Stola enim muliebri faciem, totũq; cor
pus in modum pellicis fuco cõponens, ultra luxũ muliebrem laſciuiebat, uocẽ fœmineã imitatus,
cibũ potumq;, qui uoluptatẽ præberent continuo appetebat. Adeo uero delitiæ, turpis uoluptas,
incõtinentia in eo uiguere, ut ſucceſſoribus poſt obitũ ſuum in ſepulchro inſcribi barbarica uer-
ba mandauerit. Hæc habeo quæ comedi, & quæ cum amore & uoluptate percepi. Arbactus eius
præfectus, quum eum inter mulieres penſa partientem inueniſſet indignatus, communicatis cum
militibus quæ uidiſſet uniuerſum exercitũ aduerſus eum accendit, bello Sardanapalus ſuperatus
in regiam ſe recepit, ubi extructa pyra ſe ſuasq; diuitias precioſiores cremauit, hoc ſolo uirum imi
tatus. De Sardanapalo multa Strabo libro quarto, Iuſtinus, Diodorus lib. tertio. Cic. lib. v. Tuſc.

A *Monſtro quod ipſe tibi*] Docet poeta bene beateq; uiuere uolenti, omnes animi cupiditates eſſe ſuperandas, uirtutẽq; uoluptatibus anteferẽdam, ꝙ omniuo eſt ſapientis. unica enim inquit uia eſt ſcilicet uirtutis, quæ ad quietam tranquillamq; uitam nos ducit, tutos uel ab omnibus fortunæ telis. neq; enim fortuna ullam habere poteſt poteſtatẽ in illũ, qui ſe uirtutis armatura induerit, nam fortunæ fortiter reſiſtit, minas eius haud timet, omnes impetus facillime ſuſtiuet. Eſt igitur ſenſus. ego mõſtro, qđ poſsis ipſe tibi dare, id eſt oſtendo tibi iter quo tibi ſit gradiendum, id eſt iter uirtutis, nam ea eſt, quæ ut diximus, ducit hominem ad quietam, tranquillamq; uitam. *Ipſe tibi poſsis dare*] Id eſt qđ tu per te ipſum ſine difficultate potes arripere, unicuiq; enim licet rectum uiuendi iter ingredi, uitãq; beatam apprehẽdere. *Nullũ numen habes.*] Eſt ueluti cõtra fortunam reſpõſio, tanquã inſidias & incõmoda minitantem, ut ſit ſenſus. Non eſt ô fortuna qđ homini quẽ in ſinu uirtutis reſidentẽ inuenis miniteris. nullum enim habes numen, id eſt poteſtatẽ in nos, ſi ſit prudentia, hoc eſt ſi cũ uirtute omnia agimus.

Monſtro, quod ipſe tibi poſsis dare. SEMITA certẽ
Tranquillæ per uirtutem patet unica uitæ.
Nullum numen habes ſi ſit prudentia: ſed te
Nos facimus fortuna deam, cœloq; locamus.

B Sed tamen nos ueluti cæci, & parum perſpicaces, te facimus deam tanquam quæ res humanas ex libidine modereris, quod in homine ſapiente facere non potes, quum ipſe uirtutis umbone omnes tuos impetus facile ſuſtineat & ſuperet. prudentia enim eſt agere recta, ueraq; cũ ratione. Nam prudentia ſtat in delectu bonorum & malorũ, ut Cic. in multis locis ait. Qui ergo ea bona ſequuntur quę dicuntur eſſe fortunæ ſubiecta & externa, ut ſunt diuitiæ, honores, & dignitates, quæ homini auferri poſſunt dicũt naturã humanã fortunæ eſſe ſubiectam. Sed ſi bona animi ſequerẽtur, id eſt uirtutes, quæ ab eis auferri nequeunt, tunc intelligerẽt id quod eſt uerum, naturam humanam caſibus non eſſe ſubiectam, quia ipſa ſibi cunctis in rebus proſpiceret. C. Sunt qui legant, nullũ numen abeſt: ut ſit ſenſus, Deos adeſſe ijs qui prudenter rem gerunt: quod ſi ſine conſilio prudentiaq; temere rem geſſeris, nihil eſſe quod fortunam, ut uulgus facit, incuſes, ſed te ipſum, tuamque temeritatem, & ſocordiam. S.

SATYRA XI

Lauta reprobamus conuiuia, parca probamus.

ATTICVS eximie ſi cœnat, lautus habetur:
Si Rutilus, demens: quid enim maiore cachinno
Excipitur uulgi, quã pauper Apicius? omnis
Conuictus, thermæ, ſtationes, omne theatrum

ATTICVS *eximie*.] Hac ſatyra poeta alloquitur Perſicum amicum ſuũ, quẽ inuitauerat in cœnam, pollicC eturq; ſe ei frugalem cœnam daturum. Hincq; nactus occaſionẽ eos inſectatur, qui cœnas lautiores parant ꝗ modus facultatũ ferat, oſtẽdens omnibus in rebus luxum fugiendũ eſſe, mediocritatẽq; colendam, & unumquẽq; ſecundũ Chilonis ſententiã ſeipſum noſcere debere, nequid omnino ſupra uires ſuas efficiat. *Atticus eximie.*] Senſus eſt. Atticus quem pro nobili & potẽti uiro ponit, ſi laute & ſplẽdide parat cœnas, laudatur ab omnibus, & merito quia diues eſt: ſi uero Rutilus idẽ facit, omnibus eſt ludibrio, quia tenui eſt diuitiarũ cenſu ut oſtendat unicuiq; pro qualitate diuitiarum colendã eſſe uitam. ad hunc Atticũ ſcribit Mart. libro vij. Attice, qui renouas facũdæ nomina gentis. nã nomẽ gẽtile ducit ab illo Attico Põponio eqte Ro. qui Ciceroni fuit familiariſsimus, qui ab Athenis cognomẽ reportauit. *Eximie*] Excellẽter, & egregie. ab eximo fit eximius, quaſi qui ex hominũ numero ut excellẽtior eximitur. *Lautus h.*] .i. magnificus & ſplẽdidus, ac per hoc laudaD tur. Nã lauticia eſt hominis ſplẽdidi & diuitis. Eos em̃ lautos dicimus, q nitido, magnificoq; epularũ apparatu uiuũt, quaſi qui uelint om̃ia delicata, & lauta, ut ſit uocabulũ à lauãdo. *Si Rutilus d.*] Rutilũ ſui tẽporis hominẽ mediocriũ opũ notat, qui ſumptuoſas, opiparasq; cœnas parabat, nulla habita facultatũ ſuarũ ratione, ita ut omnes ſentirẽt & dicerẽt, eum ad ſummã miſeriã peruenturum, & abſumptis omnibus bonis ad armorũ tractandorũ meditationẽ deſcenſurũ, ex quo quęſtu uiueret. *Quã pauper Api.*] ꝗ pauper guloſus, per Apiciũ em̃ omnẽ guloſum intelligit, de quo multa diximus in iiij. Sat. illic. Quę miſer & frugi nõ fecit Apicius. *Cõuictus*] Conuiuium, ac per hoc omnes cõuiuæ. *Thermæ.*] loca calida, ubi deſudabant, qui loturi erant in balneis. qui enim in balneis lauabãtur, loco prius calido, aut ad ignẽ aut ad ſolẽ deſudabãt, poſtea lauabãtur, poſtremo perũgebãtur oleo. Apul. lib. iiij. de Aſino aureo. Nudatiq; & flammę largiſsimæ uapore recreati, calidaq; perfuſi, & oleo peruncti ad menſas dapibus largiter inſtructas accũbunt. *thermæ* em̃, calidũ ſignificat. *Stationes.*] Vocabulũ ductũ eſt à ſtando, & multiplici capitur ſignificatione. Nã dicitur ſecundũ Vlp. titulo De flumine, nequid fiat, is locus ubicũq; naues tutæ ſtare poſſunt, unde Ver. Et ſtatio tutiſsima nautis. Sta. itẽ dicitur quicũq; locus in Vrbe, ubi frequẽter cõſiſtitur, ueluti porticus publica, aut quadriuia, aut officina, quã & noſtris tpib. ſtationẽ appellamus in qua cõſiderẽt. Pli. in Ep. pleriq; in ſtatiõib. ſedẽt, tẽpuſq; audiẽdo fabulas cõterũt. ſtatio itẽ locũ ſignificat de ſtina-

ſtinatũ ad ſtandum,ut illud apud Valerium.Collocatas à ſe in quadam ſtatione quinq; cohortes, atq; ex ea uiribus hoſtium depulſas repetere eandem ſtationẽ è ueſtigio iuſſit.In qua ſignificatione eſt illud in ſexta Satyra.Lachrymiſq; paratus,in ſtatione ſua. Liuius in ſeptimo , primæ Decad. Nec Galli ſe ſtatione tenuerunt.Statio item accipitur pro ipſis cuſtodibus.Tranq.in Tyberio.Diſpoſita ſtatione per ripas Tyberis,quæ obuiam prodeũtes ſummoueret. Statio item ponitur pro ipſo officio ſtãdi,ut illud apud Valerium, Senatus aſsiduam ſtationem eo loci peragebat. A

De Rutilo . nam dum ualida , ac iuuenilia membra
Sufficiunt galeæ, dumq; ardens ſanguine fertur
Non cogente quidem, ſed nec prohibente tribuno
Scripturus leges,& regia uerba laniſtæ.
Multos porro uides, quos ſæpe eluſus ad ipſum
Creditor introitum ſolet expectare macelli,
Et quibus in ſolo uiuendi cauſa palato eſt.
Egregius cœnat meliuſq; miſerrimus horum,
Et cito caſurus iam perlucente ruina.
Interea guſtus elementa per omnia quærunt,

De Rutilo.] Subaudi loquuntur quæ ſequuntur. *Nam dum ualida.*] Verba ſunt uulgi præuidẽtis miſeriam Rutili guloſi.ut ſit ſenſus. profecto inquit breui futurũ eſt, ut ad ſummam inopiam redigatur, Et recta quidẽ ad eam feſtinat . Nam dum eſt iuuenis , facilius poterit arma tractare,ſicq; eſt ironice dictũ. Ordo eſt.Nam ſcripturus eſt leges,& regia uerba laniſtæ, id eſt ipſe ad meditationem tractandorum armorum deſcendet,& ab laniſta diſcet fietq; gladiator. B Nam ut recitauimus in ij.Saty.illic, Vicit & hoc monſtri tunicati fuſcina Gracchi,ex ſententia Tranq. in Tyberio,ex iuuentute utriuſq; ordinis profligatiſsimus quiſq; in opera ſcenæ arenæq; edendi ſenatuſconſulto tenebatur,multi etiã famoſam iudicij notam ſponte ſubibant.Quod ut turpiſsimum hoc loco,ſicut & in dicta Satyra inſectatur poeta. Itaq; nõ exponas ipſum futurũ laniſtã qui alios doceat,ſed futurũ gladiatorẽ, deſcenſurũq; in arenã ad digladiandũ,quemadmodum multi nobiles ſponte ſua fecerunt temporibus Domitiani de quibus in Sat.viij.Quanti ſua funera uẽdant. Quid refert?uendũt nullo cogẽte Nerone . unde & Tranq . in Cæſare ſcribit munere gladiatorio Furium Leptinum ſtirpe prętoria,& A.Calpenũ ſenatorẽ quõdam actoremq; cauſarũ in foro depugnaſſe. *Non co.qui.*] Faciet inquit hoc ſponte,ut diſcat rationẽ tractandorũ armorũ,non autem cogẽte tribuno.Nam tribuni plebis quũ conſules habebant delectũ populi ad militiã, aut cogebãt Quirites dare nomina,aut prohibebãt ob ſeditionem,& odium in patres . Autor Liu.unde dies L.Manlio dicta fuit à M.Põpeio tribuno pleb.propter delectũ acerbe factũ.lege Liu.in vij. lib. primæ Dec.Et in tertio, ubi ſic ſcribit,At ex parte altera cõſules in conſpectu eorũ poſitis ſellis delectũ habebant,eo decurrũt tribuni concionẽq; ſecũ trahunt.Et paulopoſt. Quemadmodũ tribuni geſsiſſent in prohibendo delectu,ſic patres in lege impedienda gerebant. poeta ergo oſtendere uult tale genus hominũ quum à fortunis ſuis per luxũ deciderint,quaſi ſibi præcluſa omni honeſtans ſemita ad armorũ tractandorum meditationẽ deſcẽdere ſolere,ut ex eo,ut diximus,quæſtu tanquã gladiatores uiuant. C *Scripturus leges.*] Tractandorũ armorũ.ſ.quas dabit ei laniſta. rationes enim inferendi & uitandi ictus docebãt laniſtę,nõ modo gladiatores,ſed etiã tyrones ipſos,q docet Trãq.in Cæſ.his uerbis.Tyrones neq; in ludo,neq; per laniſtas,ſed in domibus per equites Romanos ac etiam per ſenatores armorum peritos erudiebat. Videtur alludere ad illum P.Rutilum à quo ut ſcribit Valer.lib.ij.armorum tractandorũ meditatio tradita eſt militibus. Is ex ludo C.Aurelij Scauri doctoribus gladiatorũ accerſitis,uitãdi atq; inferẽdi ictus ſubtiliorẽ rationem legibus ingenerauit. *Verba regia laniſtæ.*] Dictata ipſius laniſtæ qui inter gladiatores eſt tãquam Regulus & magiſter. *Laniſtæ.*] Ii erant qui familias habebant gladiatorias,quas mercede locabant edentibus munera,dicti à laniando,quòd præeſſent gladiatoribus qui inuicẽ dimicando ſe dilaniarent. unde & lanij dicuntur qui laniant pecora & carnes uenditant. *Multos porro uides.*] Multi inquit,inſuper exiſtunt ex guloſis qui pecuniã fœnore acceptam gulæ obſequẽtes atterunt, decipiũtq; ipſos creditores,quos ſæpe eluſerũt,qui quũ promiſerint ſe ſoluturos, tergiuerſantur, D & gulæ tantũ memores,debiti obliuiſcũtur. *Et quibus*] Et uides multos quibus cauſa uiuendi eſt in ſolo palato,id eſt qui nullam aliam ob cauſam uidentur uiuere quàm ut comedant.Tale genus hominũ taxauit Socrates,ut recitat Macrobius libro ſecũdo Satur.dicens. multos homines propterea uelle uiuere,ut eſſent & biberẽt,ſe bibere atq; eſſe,ut uiueret. *Creditor*] Creditor is dicitur qui aliquid alicui credit cũ ſolutionis expectatiõe. *Macelli*] Macellũ locus fuit in Vrbe , ubi obſonia uẽdebãtur,dictũ,ut ſcribit Plu.in Probl.à quodã Macello,qui in Vrbe latrociniũ exercebat, quo dãnato,cẽſores Aemylius & Fuluius ſtatuerũt ut domus eius publicaretur , uenderẽturq; ibi obſonia. *Solo pal.*] Bene aũt palato,nã intellectus ſaporũ,quũ cæteris ſit in prima lingua,homini etiã in palato. *Egregius*] Aduerbiũ cõparatiuũ eſt hoc loco.i.magis egregie,quod quidẽ rarũ eſt.

Et cito c.] In paupertatẽ lapſurus. *Ruina perl.*] Perſtat in metaphora,quia præceſsit caſurus.i. egeſtate iã apparẽte. *Interea*] Dũ adhuc ſunt diuites. *Omnia ele.*] Aut ad illã conſuetudinẽ reſpexit,quã Antoninus Geta,ut ſcribit Spartianus,habebat,ut prãdia per ſingulas literas iuberet ſciẽtib.ſeruis,uelut in quo erat anſer,apruna,anas.itẽ pullus,perdix,pauus,porcellus,piſcis,perna,& quæ in eã literã genera eduliorũ caderent.item faſianus,farta,ficus,& talia,ut ſit ſenſus,quęrũt guſtus per ſingula elemẽta.i.per ſingulas literas.Nam literæ dicũtur elementa,q quemadmo-

dum

A dum illa coeuntia omne corpus perficiunt, ſic etiam literæ coniunctæ literalem uocem quaſi corpus aliquod cōponunt, aut (quod omnino placet) hyperbolicos dictum eſt. neq; enim per omnia elementa, quæ quatuor ſunt, ſed per tria duntaxat aerem, aquam, & terram, ut dicat uolatilia, aquatilia, & terreſtria animantia quæri ad epulandū. Elementa autē dicta ſunt, ut ſcribit Diuus Hieronymus in commentario Epiſtolæ, quæ Pauli ad Hebræos inſcribitur, quaſi eleuamēta, eo quòd ex ipſis cætera originem ſumāt, initia uidelicet, & fundamenta creaturarum.

Nunquam animo precijs obſtantibus: interius ſi
Attendas, magis illa iuuant, quæ pluris emuntur
Ergo haud difficile eſt perituram arceſſere ſummam
Lancibus oppoſitis, uel matris imagine fracta,
Et quadringentis nūmis condire guloſum
Fictile: ſic ueniunt ad miſcellanea ludi.
Refert ergo quis hæc eadem paret. in Rutilo nam
Luxuria eſt, in Ventidio laudabile nomen
Sumit, & à cenſu famam trahit. illum ego iure
Deſpiciam, qui ſcit quanto ſublimior Atlas
Omnibus in Libya ſit montibus, hic tamen idem
Ignoret, quantum ferrata diſtet ab arca
Sacculus. è cœlo deſcendit γνῶθι σεαυτὸν
Figendum, & memori tractandum pectore, ſiue

Nunquam animo precijs obſtantibus.] Nūquam inquit magnitudine precij terrentur, quominus lautas cœnas ſibi parent. *Interius ſi attendas*] Ratio quare ſumptibus non parcant. illa enim inquit ſuauiora uidentur, quæ maiore comparantur precio. *Attendas interius.*] Hoc eſt ſi rem diligentius con-

B ſideres, & intrinſecus inſpicias.

Ergo] Quum precioſis epulis delectentur, ut ſuauioribus. *Haud difficile eſt.*] Facile eſt ijs guloſis.

Accerſere ſummam,] Id eſt euocare, & contrahere grandem æris alieni ſummam, datis pignoribus. Apul. libro decimo: ueſte ipſa mea, quamuis paruula, diſtracta ſufficientem corraſi ſummulam, id eſt contraxi. *Perituram.*] Quæ gulæ gratia intereat. *Lancibus oppoſitis.*] Id eſt pignori, intellige aureis, uel argenteis. *Vel matris imagine fracta.*] Tanta inquit gula eſt, ut non ſolum lances opponant pignori, ſed etiā mediam ſtatuam matris, quod maxime ignominioſum erat. *Et quadringentis.*] Facile inquit exiſtunt, qui condiant, & parent largas, & huberes cœnas, uel quadringentis nūmis, id eſt integro cenſu equeſtri etiam in fictilibus, id eſt in mediocri etiam rerum facultate. C. Continet ea ſumma ad decem millia coronatorum & nūmis plenum eſt. ſeſtertijs nūmis. S. *Condire.*] Proprium eſt ciborum, quos adhibito multo pingui dicimus bene conditos. inde & condimentum. ergo condi-

C re magno ſumptu & delicato parare. *Fictile guloſum.*] Epulas lautas, & opiparas, etiam in paupertate, quæ fictilibus utitur. *Sic ueniunt ad miſcellanea ludi.*] Hoc modo inquit ueniunt ludij ad miſcellanea, hoc eſt ludij fiunt abſumptis per gulam opibus. & ſic ad miſcellanea ueniunt, hoc eſt ad ludos, & artes ludicras. Nam miſcellanea, ſiue miſcellos ludos appellauere, de quibus ſic Suetonius in Caligula. Edidit & peregre ſpectacula in Sicilia Syracuſis haſticos ludos, & in Gallis Lugduni miſcellos. Videntur dici à miſcendo, quòd aut ibi uaria hominum ludentium multitudo commiſceretur, aut uaria ludicra peragerentur. unde & Apuleius libro tertio De aſino aureo turbam miſcellaneam appellauit, quæ confuſanea eſt atque commixta ex uariarum aggregatione gentium. Sic & Gellius in Noctibus Atticis in fine operis, miſcellam doctrinam appellauit, quæ uariam, multiplicemq; rerum cognitionem contineat. uerba ſunt Gellij. quia uariam, & miſcellam, & quaſi confuſaneam doctrinam conquiſiuerant. *Ludi.*] pro ludij, ſicut peculi, pro peculij, palati pro palatij. ludij autem ludiones dicti ſunt pari modo hiſtriones. Liuius libro ſeptimo ab Vrbe condita. Ludiones ex Hetruria acciti ad tibicinis modos ſaltantes haud indecoros motus more Thuſco dabant. Ouidius, Ludius æquatam ter pede pulſat humum. Vnde ludiæ etiam fœminę ſunt appellatæ, quę artes ludicras exercerēt. Martianus Capella. Ludiam quādam Gaditanam ſaltantem uidimus ſemicinctā. Iuuen. appellat Satyra ſexta Hippiam ludiam, quæ relicto

D marito gladiatorem in Aegyptum ſecuta eſt. *Refert ergo.*] Quum ergo inquit omnes pari luxu uiuant, multum inter eſt diues ne ſit, an pauper qui ita uiuat. Nam uirtuti datur diuiti luxus, pauperi uero uitio. *In Rutilo.*] Nam luxuria eſt, id eſt uiuere ſplendide & magno apparatu, appellatur luxuria in Rutilo, id eſt in paupere. *In Ventidio autem.*] Id eſt diuite, & potenti uiro non cenſetur luxuria ſed honeſtius accipit nomen, quaſi qui nihil ſuperfluum faciat, quum diues ſit. Ventidium autem diuitem fuiſſe docet & Perſius illic, Noſti Ventidi prædia? cuius Diues erat Curibus quantum non miluus oberret. Fuit autem temporibus Claudij Neronis, quem Corn. Tacitus in Claudio ſcribit, nationi Galilæorum, & Felicem fratrem Pallantis Samaritis præfuiſſe.

Trahit famam à cenſu.] Vt dicatur quædam conueniens magnificentia. *Illum ego iure.*] Senſus eſt. Ille omnino externæ dementiæ eſt cenſendus, qui facile cognoſcat, quanto Atlas ſit ſublimior alijs montibus, & non quantum exiguū patrimonium diſtet à magno, ut innuat unicuique ſecundum modum diuitiarum eſſe uiuēdum. *Atlas in Libya.*] Atlas mōs eſt Mauritaniæ iuxta fines Oceani ad Occidentē, citro arbore nobilitatus, miræ altitudinis, ut autore Herodoto eius cacumen nequeat cerni, quòd à nubibus nunquam relinquatur, neq; hyeme neq; æſtate, Colūnam cœli illū eſſe indigenę aiūt. *Sacculus*] Parua crumena, ac per hoc modicæ opes. *Diſtet*] differat ab arca ferrata, ab amplis diuitijs. ſolēt eñ arcę potētiorū aduerſus rapinas furū armari ferro. *E*

cœlo

cœlo deſcendit γνῶθι σαυτόν] id eſt cognoſce te ipſum. Hoc de cœlo non deſcendit, ſed à Chilone Lacedæmonio inuentum oſtendit Plinius libro ſeptimo, cuius ut inquit reſponſa pro oraculis habebantur, ea fuere tria Cognoſce te ipſum, Nihil nimis, Comes æris alieni atq; litis eſt miſeria. Hæc quum in templo Delphici Apollinis eſſent conſecrata, & literis aureis inſcripta, è cœlo deſcēdiſſe creditum eſt, per quod monet uuicuiq; non iam corporis ſui mēbra, aut ſtaturam, figurāue, A

Coniugium quæras, uel ſacri in parte ſenatus
Eſſe uelis. nec enim loricam poſcit Achillis
Therſites, in qua ſe traducebat Vlyſſes
Ancipitem. ſeu tu magno diſcrimine cauſam
Protegere affectas. te conſule, dic tibi qui ſis
Orator uehemens, an Curtius, an Matho. buccæ
Noſcenda eſt menſura tuæ, ſpectandaq; rebus
In ſummis, minimis, etiam quum piſcis emetur
Nec mullum cupias, quum ſit tibi gobio tantum
In loculis. quis enim te deficiente crumena,
Et creſcente gula manet exitus, ære paterno,
Ac rebus merſis in uentrem, fœnoris, atq;
Argenti grauis, & pecorum, agrorumq; capacem?
Talibus à dominis poſt cuncta nouiſsimus exit
Annulus, & digito mendicat Pollio nudo.

ut ſcribit Cicero in primo Tuſcul. Quæſtionum eſſe noſcendam, ſed quid cunctis in rebus ualeamus conſiderandum. nequid in tota uita agamus, quod ſupra noſtri ſit, aut ingenij, aut corporis, aut fortunæ uires, quod per ſequentia docet. C. Alium quoq; uſum huius dicti docet Cicero Epiſt. ad Q. Fr. libro tertio, Ceſſator inquit eſſe noli, & illud γνῶθι σαυτόν, noli puta re ad arrogantiam minuendam ſolum eſſe dictū, uerumetiam ut bona noſtra norimus. S. B *In parte ſacri ſenatus.*] Siue ſtudeas eſſe ſenator. debes enim te ipſum noſcere, an tali muneri ſis idoneus, quum nihil ſit reip. pernicioſius imperito moderatore. *Nec enim loricā*] Exemplo docet homini nihil eſſe quærēdum, quod uiribus, aut ingenij, aut corporis ſui ſit maius. Eſt enim ſenſus. Therſites qui uiliſsimus fuit in caſtris Græcorū, quū ſeipſum noſceret, nūquam arma Achillis popoſcit, quaſi qui præclaris rebus minime eſſet idoneus, quum de ijs in medium prolatis à Thetide poſt mortem filij certarent Vlyſſes & Aiax Telamonius. De Therſite multa diximus in fine Satyræ octauæ.

Se traducebat.] Præbebat ſe ridendum. Nam traducere, ut diximus illic: Traducit Gallia talo, eſt præbere ſe ridendum, & ignominia afficere. nam non minori erat dedecori Vlyſsi geſtare arma Achillis, quàm coruo pennas pauonis. Aut reuera traducebat, id eſt oſtendebat ſe armatum tanquam Achillem, quo ſignificatu uidetur & Martialis illic accepiſſe. Vna eſt in noſtris tua Fidentine libellis, Pagina, ſed certa domini ſignata figura, Quæ tua traducit manifeſto carmina furto. C

Ancipitem.] Dubium intuentibus num Achilles eſſet, utpote qui reuixiſſet, præberetq; ſe uidendum, ut facile poſſet hoſtes decipere, ne alter eſſet Achilles, quum arma eius conſpicerent. Nam anceps dicitur quod in ambas partes capi poſſe uidetur. ac per hoc poeta notat ipſum Vlyſſem, qui uiribus longe impar Achilli, eius tamen arma ſibi indueret. *Seu tu magno.*] Siue grauem inquit amici cauſam es defenſurus, te ipſum debes metiri, & diligenter conſiderare, an ei tractandæ ſis aptus. Vnde illud Martial. Qui ſua metitur pondera ferre poteſt. C. Item Orat. in Poetica, iubet uerſare diu quid ferre recuſent, quid ualeant humeri. S. *Qui ſis.*] Quid poſsis efficere.

Orator uehemens.] Id eſt conſule, & teipſum interroga, an ſis orator uehemens? an quales fuere Curtius Montanus & Matho uiles cauſidici. De Curtio illic pleraque diximus. Montani quoque uenter adeſt. De Mathone in prima Satyra illic, Cauſidici noua quum ueniat lectica Mathonis. Sicq; utrunque, ut uilem cauſidicum flagellat. *Bucca.*] Melius ſi eum inferioribus coniungatur, ut ſit ſenſus: Vnuſquiſq; conſiderare debet eloquentiæ ſuæ uires tam in ſummis quàm in minimis rebus, ſi ei ſit orandum, ut perſtet in actione cauſarum. *Etiam cum piſcis emetur, Nec mullum.*] Quum pauper ſis diuiti homini noli te æquiparare, ſed ad diuitiarum tuarum modum fac te metiaris. de mullo piſce dictum eſt Satyra quarta. *Gobio.*] Id eſt precium Gobionis piſcis, D qui exiguo paratur precio. de quo Plinius lib. ix. & Martialis, in Venetis ſint lauta licet conuiuia terris, Principium cœnæ gobius eſſe ſolet. Duplici autem inflexione dicimus, & gobionem & gobium. *Manet exitus.*] Quaſi dicat, magna te expectat miſeria, quum per luxum epularum bona tua attriueris. *Talibus à dominis.*] Senſus eſt, Ex quo per ingluuiem bona ſua abſumpſerunt, coguntur annulos deponere. i. inſigne equeſtre, & plerunq; mendicare. Nam annulus aureus inſigne erat equeſtris dignitatis, nec eum geſtare poterat niſi cui erat quadringentorum ſeſtertiûm ſumma, qua imminuta eum deponere cogebatur. Apuleius in ſecunda Apologia, Negat poſſe diſſoluere annulos aureos, & omnia inſignia dignitatis abijcit cum creditoribus depaciſcitur. Martialis, Dum donas Macer annulos puellis, deſiſti Macer annulos habere, id eſt habere cenſum equeſtrem. *Talibus dominus.*] ironicos à luxurioſis. *Exit.*] Deponitur, cum amplius geſtari non licet, imminuto cenſu equeſtri. Plinius De annulis hæc libro trigeſimo tertio. Annuli medium ordinem, tertiúq; plebi & patribus inſeruere. *Pollio.*] Qui eques fuerat & diues, puto Iuuenalem intellexiſſe de Caio Arulio Pollione, qui ut ſcribit Plinius, prodigi & ſagacis ad luxurię inſtrumēta ingenij, primus tēporibus Neronis docuit ſecare putamina teſtudinū in lammas, & lectos diſcubitorios operiri, qui forte per nimiā rerū luxuriā bona ſua abſumpſit.

Non

Non præmaturi cineres, nec funus acerbum
Luxuriæ, ſed morte magis metuenda ſenectus.
Hi plerunq; gradus, conducta pecunia Romæ,
Et coram dominis conſumitur. inde ubi paulum
Neſcio quid ſupereſt, & pallet fœnoris auctor,
Qui uertere ſolum, Baias, & ad hoſtia currunt.
Cedere namq; foro iam non tibi deterius, quàm
Aeſquilias à feruenti migrare Suburra.
Ille dolor ſolus patriam fugientibus, illa
Mœſtitia eſt, caruiſſe anno Circenſibus uno.
Sanguinis in facie non hæret gutta, morantur
Pauci ridiculum, & fugientem ex Vrbe pudorem.
Experiere hodie nunquid pulcherrima dictu
Perſice non præſtem uita, nec moribus, & re,
Sed laudem ſiliquas occultus ganeo, pultes
Coram alijs dictem puero, ſed in aure placentas,

A *Non præmaturi cineres.*] Senſus eſt. nõ eſt homini luxurioſo timendũ, ne cũ ante tẽpus occupet mors, ſed ne diu uiuat & in miſeram ſenectutẽ perueniat. *Præmaturi cineres.*] Mors prȩmatura. *Luxuriæ.*] Homini luxurioſo, eſt enim datiuus caſus. *Hi plerunq; gradus.*] Talem inquit uiuendi ordinẽ Romæ uidebis, ut multi pecuniam ſibi creditam cõſumant, deinde ſine aliquo pudore fugiant ex Vrbe. *Et coră dominis.*] Emphaſin habet hæc particula, & adiuuandũ geſtu. *Dominis.*] Hoc eſt fœneratoribus ipſis uidentibus. *Inde ubi paulum.*] ſenſus eſt. Vbi paulũ ſibi ex bonis ſuis ſupereſſe uident, & iam fœnerator maxime timet, ne perdat pecuniã creditam, patriã deſerunt fugientes. *Qui uertere ſolum.*] Vertere ſolum dicitur, qui patriam ſuam deſerit, & in aliena exulat. Liu. lib. iij. ab Vrbe condita. Collegæ eorum exilij cauſa ſolũ uerterunt. *Baias*
B *& ad hoſtia currunt*] Baias diximus in iij. Sat. urbẽ eſſe Campaniȩ non longe à Neapoli. *Ad hoſtia*] .ſ. Tyberina, ut inde nauigent. hoſtia enim dicuntur fluminum exitus in mare, unde dicimus, Nili ſeptẽ eſſe hoſtia. *Cedere nãq; foro.*] Nõ pluris inquit faciunt deſerere ciuitatem, quaſi à celebri loco ad minus celebrem migrẽt, forum autẽ pro Vrbe ſæpe ab autoribus ponitur, ut ſit pars pro toto, & hoc quia locus eſt ciuitatis frequentior. Alibi ante. Et Valer. in ſecundo, iam hæc cenſura ex foro in caſtra trãſcendit, hoc eſt ex correctione morum Vrbis contulit ſe etiã ad notandos mores militantium. *Aeſquilias*] Vnũ ex ſeptẽ collibus eſſe Vrbis oſtẽdimus in tertia Satyra. *Suburra feruenti.*] Hoc eſt celebri. Nam Suburra uicus fuit celebratiſſimus in Vrbe. de quo in tertia Satyra. *Ille dolor*] Hinc notat populi Romani deſidiam, cui nihil magis curæ eſſet quã
C ſpectare ludos Circenſes, unde & ſupra. Si potes auelli Circẽſibus, & alibi ante. Atq; duas tantum rex anxius optat, Pana & Circenſes. De Circẽſibus ſatis dictum eſt in tertia Satyra. *Sanguinis in facie.*] .i. nullo prorſus afficiuntur pudore, quum fugiunt ex Vrbe. *Gutta ſanguinis.*] Id eſt ruboris. Nam perfundi rubore probitatis eſt indicium, unde illud Terentianum. Erubuit ſalua res eſt. Diog. autore Laertio, quum uideret adoleſcentulum erubuiſſe, confide ait fili, huiuſmodi eſt uirtutis color. *Pauci morantur.*] Pauci retinent pudorẽ fugientẽ ex Vrbe, id eſt qui propemodũ nullus iam in Vrbe inuenitur, nec habitare poteſt, quũ omnes eum abijciant. unde Apul. in ſecunda Apologia. Pater eius plurimis creditoribus defœneratus, maluit retinere pecuniam q̃ pudorem.

Experiere ho.] Hodie inquit Perſice intelliges cum ego tantum uerbis frugalitatẽ ſoleam extollere, & nõ re ipſa amplecti. quaſi dicat inuenies me & uita, & moribus id etiam præſtare, quod uerbis profiteor. *Non præſtem.*] Non exhibeam. *Pulcherrima dictu*] Id eſt frugalitatem & modeſtiam quæ inter alias uirtutes ſunt pulcherrimæ memoratu. *Vita nec moribus & re.*] Poteſt enim aliquis frugalitatẽ uerbis mirabiliter extollere, uita autem aut moribus nequaquã. multi enim uirtutem laudant & tamen uitia ſequuntur. *Sed laudem ſiliquas.*] Id eſt uictũ tenuem, Nam per ſiliquã legumen intelligit. capitur enim ſiliqua pro folliculo leguminis. Verg. Siliqua quaſſante legumẽ. Perſ. Inuigilat ſiliquis, & grandi paſta polenta. Siliqua itẽ eſt autore Plin. lib. xiij. arbor quã Iones
D Ceraunia uocant, trũco & ipſa fertilis, in Syria Ioniaq; naſcitur circa Gnidũ, atq; in Rhodo ſemper uernãtibus folijs flore cãdido, cũ uehemẽtia odoris. *Occultus*] Qui gulæ meæ luxũ diſsimulẽ. *Ganeo.*] Guloſus, & ganearũ ſectator. Nam ganeæ loca erãt potatiõibus, & libidinibus apta. Tranquil. in Tyberio. Popinas ganeasq; uſq; eo inhibuit, ut ne opera quidem piſtoria proponi uenalia ſineret. Plin. lib. viij. cap. xv. mẽtionem faciens de porco, Neq; inquit ex alio animali numeroſior materia ganeæ, quinquaginta prope ſapores, quũ cæteris ſinguli. in genere etiam neutro declinatur autore Feſto qui ſcribit, Ganeũ locum eſſe ſubterraneũ & abditũ, unde nominati ganeones, qui illic uerſarentur cum ſcortis. unde illud apud Terent. in Adelphis. Credo abductũ in ganeum aliquo, ubi Donatus ait ueteres ganeũ meretricum tabernam dixiſſe, quod ipſa ſit in terra, non ut cœnaculũ ſuperius. *Pultes.*] Cibos uiles & uulgares, nam ex farina in ollas coquinarias infuſæ fiunt. Plin. lib. viij. Milio Campania gaudet præcipue, pultẽq; candidam ex eo facit, fit & panis prædulcis. Mart. Imbue plebeias clufinis pultibus ollas, Vt ſatur in uacuis dulcia muſta bibas. Pulte Romani uice panis longo tempore, ut ſcribit Plin. uixere, antequã conficiendi panis rationem inueniſſent, inde pulmentaria ſunt appellata, & pulmenta. *Dictem.*] Mandem, præcipiam.

C. *In aure.*] Sunt qui legant, ore, ſed aure rectius, ut apponatur ei quod dixit coronam, & in aure, id eſt clam. S. *Placentas.*] Lautæ enim gulæ ſunt placentæ, quarũ Cato in Re ruſtica con

fecturam

ſecturam docet. ex farina enim ſiliginea & alica conficiebantur, addito caſeo ouilo. Cato enim ſic A
inquit. Focum ubi coquas calefacito bene, & textum, inde facito ſolum tenue caſei ouili. pondo
xiiij. ne acidum ſed bene recens, in aquam ter indito, poſtea indito mellis boni pondo quatuor. Id
bene unà commiſceto cum caſeo, tunc placentam foco imponito, texto calido operito, uideto ut
bene & ocioſe percoquas, aperito dum inſpicias bis aut ter: ubi cocta erit eximito & melle ungi-
to. liquidam fuiſſe, & dulcem oſtē-
dit Orat. in Epiſtolis, Ridiculus to-
tas ſimul abſorbere placentas. Idē
alibi. Pane ego iam mellitis potio-
re placentis. Et Martialis in ſepti-
mo, Dulci placenta ſordidam linit
mappam. Seneca ad Lucilium. A-
micos incolumes cogitare, melle
ac placenta frui eſt, nomen forma
tum eſt ab accuſatiuo Græco. pla-
centa uidetur eſſe ex genere carū,
quas nos tortas appellamus. *Ha-* B
bebis Euandrum.] Deliciarū exper-
tem cœnam pollicetur Perſico, ut
ſit ſenſus. Ego te lauriore conuiuio
non ſum excepturus, quàm Euan
der excepit Herculem, & Aeneam
Troianum, quos frugalibus epu-

Nam quum ſis conuiua mihi promiſſus, habebis
Euandrum, uenies Tirynthius, aut minor illo
Hoſpes, & ipſe tamē contingens ſanguine cœlum
Alter aquis, alter flammis ad ſydera miſſus.
Fercula nunc audi nullis ornata macellis.
De Tyburtino ueniet pinguiſsimus agro
Hœdulus, & toto grege mollior, inſcius herbæ,
Nec dum auſus uirgas humilis mordere ſalicti,
Qui plus lactis habet, quàm ſanguinis, & montani
Aſparagi, poſito quos legit uillica fuſo.
Grandia præterea, tortoq; calentia fœno
Oua adſunt ipſis cum matribus, & ſeruatæ
Parte anni, quales fuerant in uitibus, uuæ,

lis conſtat exceptos. Vergilius de Aenea. Viſcera toſta ferunt taurorum, onerantq; caniſtris. Do-
na laboratæ Cereris, Bacchumq; miniſtrant. Veſcitur Aeneas ſimul, & Troiana iuuentus, Per-
petui tergo bouis & luſtralibus extis. *Euandrum.*] Euander filius fuit Carmentæ, qui profu-
gus ex Peloponneſo autoritate magis quàm imperio ea loca regebat, ubi nunc eſt Roma, is Her-
culem ex Hiſpania, interempto Gerione redeuntem cum bobus mira ſpecie, ut filium Iouis hu-
maniſsime excepit, dicata ei ara: quæ maxima eſt appellata. autores Liuius, Ouidius, So-
linus, Dionyſius, Iuſtinus. *Tirynthius.*] Id eſt Hercules à Tirynthe oppido, quod in eo geſta
eius maxime claruerunt. Tiryns autem oppidum clariſsimum fuit Græciæ. Homerus: Qui te-
nuere Argos, Tirynthaque mœnibus altam. Senſus eſt autem, Venies, inquit, Hercules, aut Ae-
neas, id eſt, tam frugali excipieris à me cœna quàm Hercules & Aeneas excepti fuerunt ab Euan- C
dro. *Hoſpes.*] Aeneas. *Minor illo.*] Scilicet Hercule, cui rerum geſtarum magnitudine haud
quaquam fuit par. *Et ipſe tamen.*] Scilicet Aeneas. *Sanguine.*] Nam ex Venere natus eſt, ut
Hercules ex Ioue. *Alter aquis.*] Aeneas ut ſcribit Dionyſius, quum regnaſſet tres annos poſt obi
tum Latini, quarto & ipſe anno bello extinctus eſt, quum in eum Mezentius Aetruſcorum rex
cum Rutulis omnibus impetum feciſſet. Inito igitur prælio non procul à Lauino, quum multi
utrinque forent cæſi, eius corpus nuſquam apparuit, unde nonnullorum fuit opinio eum ſtatim
relatum fuiſſe inter deos. Alij uero tradiderunt Numico ſubmerſum eſſe, quum aduerſus Turnū
pugnaret, Iouemq; indigetem eſſe appellatum, ubi templum ei ædificatum eſt hac inſcriptione,
Patri indigeti, qui fluuij Numici undas gubernat. unde & Tibullus, Illic ſanctus eris, quum te ue-
neranda Numici Vnda deum cælo miſerit indigetem. *Alter flammis.*] Hercules, qui in monte
Oeta poſt indutam tunicam ab Deianira ſanguine Neſſi infectam, igni abſumptus eſt, & in cœ-
lum tranſlatus. *Nullis ornata macellis.*] Epulæ inquit meæ quas tibi ſum appoſiturus, ex publi
co macello non ſunt comparatæ, ſed uernaculæ ſunt. *Tyburtino.*] Tybur non longe ab Vrbe ſi-
tum in colle, ubi Hercules colebatur. Martialis. Tybur in Herculeū migrauit nigra Lycoris. Catil-
lus Amphiarai filius poſt interitum patris, iuſſu Oiclei aui in Italiam uenit cum tribus filiis Cora-
ce, uel ut alij ſcribunt Cora, Catillo, Tyburte, condiditq; oppidum. Sylius. Hinc Tybur Catille tu D
um. Plinius. Tyburtem conditorem fuiſſe ſcribit, quem tradit cœpiſſe auguria iuxta tres ſalices,
quæ ſua ætate adhuc uirebant. *Mollior.*] Tenerior. *Salicti.*] Salicta loca ſunt multis ſalicibus
cōſita, ſicut ficeta multis ficis, querceta multis quercubus, ſpineta multis ſpinis. *Aſparagi*] Sub
audi uenient. Aſparagi à caulis aſperitate ſunt denominati, ut docet Varro. Alij uero dicunt di-
ctionē eſſe Grecam ἀσπάραγος, alij uero à Chaldea uoce deduci, quæ caulem ſignificat, quia hæc her
ba ſemper creſcat in caulem, & uirgultum. *Montani.*] Ad differentiam aſparagorum altili-
um, qui ſapidiores ſunt, & ideo lautæ gulæ. Plinius. Silueſtres fecerat natura corrudas, ut quiſque
demeteret paſsim. Ecce altiles ſpectantur aſparagi. Et Rauenna ternis libris rependit. Martialis.
Mollis in æquorea quæ creuit ſpina Rauenna, Non erit incultis gratior aſparagis. Silueſtrem igi-
tur & montanum aſparagum intelligit, quem aliqui corrudam, aliqui Libycum uocāt. Atuci hor
minium. autor eſt Plinius libro uigeſimo capite decimo. *Villica.*] Villici uxor. Villicus autem
inter mancipia is erat, qui totius uillæ curam habebat. *Calentia.*] id eſt recentia. *Torto fœ-
no.*] In quo geſtantur. Martialis. Sed tua fœno curſor oua portabat. *Seruatæ uuæ.*] Duplici
modo ueteres toto anno ſeruauere uuas, quas & ollares & penſiles nominauere. In ollis enim, au
tore Columella ſine noxa ſeruabant, unde Oratius. Vuecula conuenit ollis, aut in ſublimi ſu-

A ſpendebantur.unde Orat.Quum penſilis uua ſecundas Ornabat menſas. *Signinum pirum*] Subaudi adeſt à Signia patria dictum,ut ſcribit Plin.lib.xv.cap.xv.Corn.Celſus lib.ij.cap.xxiiij. Inter pira quæ reponũtur in primis cõmẽdat Tarentina atq; Signina. *Syriumq;*.] Colum.lib.v.cap.x. oſtendit pirum Syrium id eſſe,quod Tarentinum,ſic enim ſcribit.Curandum eſt aũt ut quàm generoſiſsimis piris pomaria conſeramus.Ea ſunt Cruſtumina,regia,Signina,Tarẽtina,quæ Syria

Signinum,Syriumq́; pirum,de corbibus iiſdem
Aemula Picenis,& odoris mala recentis,
Nec metuenda tibi ſiccatum frigore poſtquam
Autumnum,& crudi poſuere pericula ſucci.
Hæc olim noſtri iam luxurioſa ſenatus
Cœna fuit.Curius paruo quæ legerat horto
Ipſe focis breuibus ponebat holuſcula,quæ nunc
Squallidus in magna faſtidit compede foſſor,
Qui meminit calidæ ſapiat quid uulua popinæ.
Sicci terga ſuis rara pendentia crate,
Moris erat quondam feſtis ſeruare diebus,
Et natalicium cognatis ponere lardum,
Accedente noua,ſiquam dabat hoſtia,carne.

dicuntur,purpurea,ſuperba,hordeacea,anitiana,neuiana,fauoniana,lateriana,& alia multa,quorũ enumeratio longa eſt. C. Plinius non eadem facit Syria pira,& Tarentina.Vide locum Plinij proxime citatum. S. *De corbibus iiſdẽ*] Ordo eſt:Mala æmula Picenis pomis,& odoris recentis,adſunt de iiſdem corbibus,ex quibus & pira. *Aemula Picenis.*] Videntur de
B ſignari poma Tyburtia,de quibus ſic Orat.Picenis cedunt pomis Tyburtia ſucco,Nam facie præſtant. *Nec metuenda tibi*] Ne muſto ſuo tibi officiant.nam id quidẽ per frigus uẽtosq; hyemales exhauſtum eſt. *Autumnum.*] Succũ illum autumnalem quem per hyemem amittunt.Nec placet intelligas poma ſiccata,ut aliqui alioquin docti ſenſerunt. *Hæc olim.*] Talis inquit cœna,qualem tibi appono apud nobiliores priſcis temporibus luxurioſa fuiſſet. *Curius.*] Curius inquit Dentatus nõ dedignabatur ueſci oleribus,ac per hoc uilibus dapibus,hocq; eſt ex hiſtoria.Nam inuẽtus eſt à legatis Sannitũ aurum ei afferẽtibus cum rapa in igne uerſaret in fictilibusq; uel ut alij tradunt Cauno ligneo comederet. Sicq; oſtẽdit tanta priſcos frugalitate,& parſimonia uixiſſe,ut nobiliſsimi,uel oleribus contenti eſſent. *Foſſor ſquallidus in compede.*] Hoc eſt ſeruus in ergaſtulis,ac per hoc oſtendit gulæ luxum tantũ inualuiſſe ſuis temporibus,ut ne uiliſsimus quidem delitijs abſtineret.Nam ſerui in cõpedibus tenebantur, uel ad metalla fodienda,uel agros colendos,uel excidẽdos lapides.unde eſt illud Plin.lib. octauo
C loquẽtis de agricultura:At nũc eadem illa uincti pedes,damnatæ manus,inſcripti uultus exercẽt. Ouid.in Ponto ad Græcinum loquens de ſpe ſic inquit.Hæc facit ut uiuat foſſor quoq; cõpede uinctus:Liberaq; à ferro crura futura putet.Plaut.in Captiuis.Iubete hic craſſas cõpedes impingiere inde extra portam ad meum libertum Cordalum in lapidicinas facite deductus ſiet.De ergaſtulis in ſexta Satyra diximus copioſius illic.Ergaſtula tota. *Vulua*] De uulua Plin.ut diximus ante in ſecũda Satyra multa ſcribit ſic in xviij.ca.xxx.Quod alio nomine locos appellant,hoc in reliquis animalibus uuluam.Hæc uiperæ & intra ſe parientibus duplex.Oua generãtium annexa præcordijs:Et in muliere geminos ſinus ſub utraq; parte laterum habet,funebris quoriẽs uerſa ſpiritum incluſit.Vulua eiecto partu melior quã edito.Eiectitia uocatur illa hæc porcaria,primiparæ ſuis optima.Nec nouellarum ſuum præterquã primipararum probantur,potiusq; ueterũ,nec dum effœtarum,& biduo ante partum,aut poſt partum,aut quo eiecerint die.Grata ergo erat uulua in cibis.Martialis in Diſtichis.Te fortaſſe magis capiet de uirgine porca,Me materna magis de ſue uulua capit. *Popinæ.*] Diuerſoria erant guloſorum,ubi obſonia cocta parabantur,& uendebantur.Nero,ut Tranquillus ſcribit,interdixit,nequid in popinis cocti præter legumina,aut olera ueniret,quum antea nullum non obſonij genus proponeretur.Orat.Quin omnia malit Quæcũq; immundis ferueat allata popinis.à popina popinones ſunt denominati,qui in iis uerſaban-
D tur. *Quid ſapiat.*] Quàm boni ſit ſaporis. *Rara crate.*] Oſtendit priſcos Romanos,nullo non modo cibi,ſed ne ædificij quidem luxu uixiſſe,qui coquinas cratibus inſtructas habuerunt, unde carnes ſalitæ penderent. *Natalicium.*] Id eſt die natali,qui delicatiori apparatu celebrari ſolebat. *Lardum.*] Carnem ſuillam ſalitam,unde Macrobius libro ſeptimo Saturn.Sæpe appoſita ſalita carne,quam laridum uocamus,ut opinor quaſi large aridum.Eam appellat Cicero in libro De ſenectute ſuccidiam his uerbis.Iam hortum ipſi agricolæ ſuccidiam alterã appellant.Sic etiam Varro in ſecundo Rerum ruſticarũ.Et qui non audierit patres noſtros dicere ignauum & ſumptuoſum eſſe,qui ſuccidiam in carnario ſuſpenderit.Martialis in quinto ad Torantium.Et pallẽs faba,cum rubente lardo.quibus uerbis plane oſtendit appellatione lardi carnem ſuillam ſalitam intelligi.ſuccidium item in genere neutro inuenitur. *Accedente noua carne.*] Hoc cum ſuperioribus coniungitur,ut ſit ſenſus.Erat moris ponere lardum natalicium cognatis accedente noua carne,id eſt recenti. *Si quam dabat hoſtia.*] Si forte acciderat,ut hoſtiam dijs mactarent.nam carnes uictimarum uendebantur,& plerunq; duplo,ſicut in ferijs Latinis.unde Valer.in ſecundo de Inſtitutis antiquis.Immolatarum à magiſtratibus hoſtiarum exta ad quæſtores ærarij delata ueniebãt:ſacrificijsq; populi Romani tum deorum immortalium cultus,tum etiam hominum continentia inerat,imperatoribus noſtris q̃ ſacras manus habere deberent apud iſta altaria diſcẽ

tibus

tibus. *Cognatorũ aliquis.*] ordo eſt. Aliquis cognatorum functus ter titulo cõſulis, id eſt ter ade- A
ptus cõſulatum. *Caſtrorũ imperijs*] qui imperator fuiſſet, & dux exercitus. *Solito maturius ibat.*] Tanquã ad lautius cõuiuium. *Ligonem.*] C. Ruſticum ad fodiendũ, & herbas extirpãdas inſtrumentum. S. *A monte domito*] per multũ laborem culto. Glorioſum enim apud priſcos Romanos fuit agricolationi uacare, unde ſcribit Pli. multas familias à ſtudio rerũ ruſticarũ cognomina adiuuctuſſe.

Cognatorum aliquis titulo ter conſulis, atq;
Caſtrorum imperijs, & dictatoris honore
Functus, ad has epulas ſolito maturius ibat,
Erectum domito referens à monte ligonem.
Quum tremerẽt autem Fabios, durumq; Catonem,
Et Scauros, & Fabricios, rigidiq; ſeueros
Cenſoris mores etiam collega timeret,
Nemo inter curas, & ſeria duxit habendum,
Qualis in Oceani fluctu teſtudo nataret,
Clarum Troiugenis factura, ac nobile fulcrum:
Sed nudo latere, & paruis frons ærea lectis
Vile coronati caput oſtendebat aſelli,
Ad quod laſciui ludebant ruris alumni.
Tales ergo cibi, qualis domus, atq; ſupellex.

Nã Cicerones ſunt cognominati, quòd bonũ cicer ſererent, Fabij quod bonã fabã, Lentuli quod bonã lentẽ. Seranus qđ agrũ ſereret, quũ creatus eſt dictator. Deniq;, ut ſcribit Cato in Re ruſtica, & Pli. meminit, quũ bonũ agricolã, bonũq; colonũ dixiſſẽt ſe ampliſsime laudaſſe exiſtimabãt. Scribit præterea Plin. li. xvi. in Literno agro durare ſuis tẽporibus oleas, Apbricani prioris manibus B ſatas. Itẽ myrtum eodẽ loco conſpicuæ magnitudinis. *Quũ tremerẽt Fabios.*] Hic ſenſus eſt. Priſci Romani tam longe abfuerunt ab omnibus delitijs, quũ maxime ſeuerã cenſorum diſciplinã timerent, qui ciuitatis mores corrigebant, ut lectos ſuos triclinares nulla teſtudine ornauerint, ſicq; notat luxum ſui tẽporis in lectis diſcubitorijs. Caruilius enim Pollio prodigi & ſagacis, ut ſcribit Plin. ad luxuriæ inſtrumenta ingenij, primis temporibus Neronis docuit ſecare putamina teſtudinũ in laminas, & ita lectos triclinares operiri. Idem etiã autore eodẽ libro xxxiij. cap. xi. operiri docuit argẽto, mox auro. Ordo autem eſt. Nemo duxit habendũ inter curas & ſeria qualis teſtudo in mari nataret, quũ tremerẽt Fabios &c.

Fabios, Catonẽ, Scauros, & Fabr.] Vbiq; à poeta hi omnes nominãtur ut graues, & ſeueri ciues. ſic & Apul. priſcorũ auſteritatẽ cõmendat in prima Apologia, uerũ lõge auſterior, ut putat Seranis, & Curijs, & Fabricijs. *Cenſoris.*] Cenſorẽ ſcribit Varro De lingua Latina denominatũ à cenſendo, ꝙ ad eius cenſionẽ. i. arbitriũ cenſeretur populus. De cenſoribus plura alibi diximus. C *Etiam collega t.*] Alluſit poeta ad cenſurã Claudij Neronis & Liuij Salinatoris, qui ſeinuicẽ ſeueriter notauerunt. Nã quũ forte utriq; equitũ centurias recognoſcerẽt, in quarũ numero & ipſi eſſent propter robur ætatis, uentũq; eſſet ad tribum Salinatoris, præcoq; lecto nomine Salinatoris heſitaret citandũ nec ne ſibi eſſet: Claudius collegam citari, & equũ uendi iuſsit, ꝙ populi iudicio damnatus fuiſſet. Salinatorq; cenſor cum eodẽ collega omnes tribus, excepta Metia, ærarias fecit, ſtipẽdio priuauit eo crimine ꝙ aut prius ſe iniuſtẽ cõdemnaſſent (nam eum ex inuidia peculatus reum condemnauerant) aut poſtea tãtos bonores nõ recte tribuiſſent. *Qualis i.*] Id eſt quãta inueniretur. Nam teſtudines in mari Indico tantæ magnitudinis inueniũtur, ut ſingularũ ſuperficie habitabiles caſæ integãtur, atq; inter inſulas rubri præcipue maris, earũ teſtis, ueluti cymbis, nauigetur. autores Plin. & Diod. *Fulcrũ.*] A fulciẽdo, id eſt ſuſtinendo dictũ. ligna enim ipſa quæ lectum ſuſtinent, fulcra dicũtur. Verg. Lucẽt genialibus altis Aurea fulcra thoris. *Clarum*] Conſpicuũ. nã ut diximus, lecti nõ modo diſcubitorij, ſed & cubilares teſtudinũ putaminibus operiebantur. Apul. lib. x. Met. Lectus Indica teſtudine perlucidus, plumea cõgerie tumidus, ueſte ſerica floridus. Mart. li. xij. ad Amoenũ: Gemmãtes prima fulgẽt teſtudine lecti. magnis precijs cõparabantur, unde eſt illa Senecæ indignatio in lib. De beneficijs. Video elaboratã ſcrupuloſa diſtinctione teſtudinem, & fœdiſsimorũ, pigerrimorũq; animaliũ teſtas ingẽtibus precijs emptas. Nã teſtudinũ puta D mina ſecabãtur in laminas, ijſq; lectos, & repoſitoria ueſtiebãt, atq; etiã lacunaria. lege Plin. lib. ix. & xvi. ca. lxiij. *Troiugenis.*] Nobilibus Romanis. ſatyrice dictũ, quaſi qui gloriarentur ſe originẽ ducere à Troianis. *Sed nudo latere.*] oſtendit poeta in reprehẽſionẽ morũ ſui tẽporis, priſcos illos adeo ſeueros extitiſſe, ut cõtempto omni luxu ſæpe etiã in limitibus agrorũ collocatis lectis diſcubitorijs cœnarẽt, unde facile uideri poterãt. *Caput aſelli nudatũ c.*] Suſpẽſum in agro. qđ ideo fieri cõſueuit, quia putabatur Hetruſca diſciplina incõmoda agrorũ arceri poſſe. unde Col. De cultu hortorũ. Nũc caput Arcadici nudum cute fertur aſelli, Tyrrhenus fixiſſe Tages in limite ruris.

Nudo] Nuda ſpõda, ſine ullo ornatu, aut teſtudinũ, aut auri, aut argẽnti. Sic eñ lecti ornabãtur, ſumpto exẽplo ab Aſia. unde; ſic Liu. lib. ix De bello Maced. Luxuriæ eñ peregrinæ origo ab exercitu Aſiatico inuecta in Vrbẽ eſt. inde primũ lectos æratos, ueſtem ſtragulã precioſam, plagulas & alia textilia Romã adduxerunt. *Frons ærea*] Id eſt pars anterior fulcri ære tantum ornata. Nam ut ſcribit Plin. lib. xxxiiij. tricliniorum pedes, fulcra item, ære ornabant. frontẽ autẽ poni pro parte anteriore lecti ſic docet Val. loquẽs De maieſtate. Si quis cognoſcat lecti illius frontẽ Macedonicis triumphis fuiſſe ornatam. *Oſtendebant.*] Hoc eſt qui in lecto diſcumbebãt ſpectare, & ſibi inuicem oſtẽdere poterãt caput aſelli. *Coronati.*] Ornati ſertis. *Alumni.*] Dicuntur qui aluntur,

Tunc rudis, & Graias mirari neſcius artes,
Vrbibus euerſis prædarum in parte reperta
Magnorum artificum frangebat pocula miles,
Vt phaleris gauderet equus, cælataq́ caſsis
Romuleæ ſimulachra feræ manſueſcere iuſſæ
Imperij fato, & gemino ſub rupe Quirinos,
Ac nudam effigiem clypeo fulgentis, & haſta,
Pendentisq́ dei perituro oſtenderet hoſti.
Argenti quod erat, ſolis fulgebat in armis.
Ponebant igitur Thuſco farrata Catino
Omnia tunc, quibus inuideas, ſi liuidulus ſis.
Templorum quoq́ maieſtas pręſentior, & uox
Nocte fere media, mediamq́ audita per Vrbem
Littore ab Oceani Gallis uenientibus, & dijs
Officium uatis peragentibus, his monuit nos.
Hanc rebus Latijs curam pręſtare ſolebat
Fictilis, & nullo uiolatus Iuppiter auro.
Illa domi natas, noſtraq́ ex arbore menſas

A & qui alunt, ſed illud frequens, hoc rariſsimū. *Tunc rudis.*] ordo eſt. Miles tunc rudis, & neſcius mirari Graias artes, frangebat pocula magnorū artificum reperta in parte prædarū euerſis urbibus, & eſt ſenſus. Milites illis tēporibus cōtempto omni domus ornatu, id tantū quærebant ut equi, & arma eſſent ornamentis inſignia. *Artes G.*] In poculis, & ſtatuis faberrime ſculptis. mira enim Græcorum ad omnes artes fuere ingenia. *Phaleris.*] Ornamenta enim equorū ſunt phaleræ, de quibus ſic Apu. in prima Apol. Peram & bacculum tu philoſophis exprobrares? igitur & equitibus phaleras, & peditibus clypeos, & ſigniferis uexilla. Valerius libro nono, cap. De ira & odio. Offenſi annulos aureos ſibimet ipſos, & phaleras eqs ſuis detractas abiecerūt. Dictę aūt phalerę à *φαν‑ρὸν*, qđ eſt manifeſto, & illuſtro, ꝙ equus ijs ornamentis illuſtretur, B Græci *φάλαρα* dicunt, ſicut *τάλαντον* quod nos talentum. *Cælataq́ caſsis.*] Ordo eſt. Miles frangebat pocula, ut equus gauderet phaleris, & caſsis cælata oſtenderet hoſti perituro ſimulachra feræ Romuleæ iuſſæ manſueſcere fato imperij, & geminos Quirinos ſub rupe & nudam effigiem dei fulgentis clypeo & haſta, pēdentis. *Simulachra feræ Romuleæ*] Imaginem lupæ quę Romulo & Remo mammas præbuit ſub arbore fico, quæ poſtea ficus ruminalis eſt appellata. rumam enim ueteres mām̄am nominauerunt. *Iuſſæ manſueſcere.*] Quę ita iubentibus dijs manſuefacta eſt, ut non modo infantes non læſerit, ſed lacte ſuo uice nutricis etiam aluerit. *Imperij fato*] Ad fatum, & fortunam imperij. *Geminos Quirinos.*] Ro C mulū & Remū, licet Romulus tantū Quirinus ſit cognominatus, de quo pleraq́ diximus in ij Satyra illic, In ualle Quirini. *Nudā effigiē dei fulgentis.*] Martis, qui pater & autor fuit nominis Romani. genuit enim Romulū & Remū ex Rhea Ilia, Vrbis Romæ cōditores. *Fulgētis c. & haſta.*] Id eſt reſplendentis cælatura clypei & haſtæ. *Pendentis.*] Quum ſit in uertice caſsidis, unde & penſilia appellamus ædificia in aere extructa, ut hortos penſiles in terra poſitos, unde Papinius in Syluis de aqua ducta per ædificia ſublimia ſic ait: Et innumero pendens tranſmittitur arcu.

Farrata.] cibaria ex farre. *Catino.*] A capiendo dicitur ſecundū Varronē. *Thuſco.*] Fictili, nam in Hetruria, Aretina uaſa celebrata ſunt. Mart. Aretina nimis ne ſpernas uaſa monemus: Lautus erat Thuſcis Porſena fictilibus. *Præſentior.*] Magis propicius. Verg. Nec tam præſentes alibi cognoſcere diuos. Dum inquit quāuis fictiles colerentur, Romanis tamē erant magis propicij ꝗ nūc. unde Sen. ad Lucil. Cogita deos, quū propicij eſſent, fictiles fuiſſe. *Et uox.*] Probat per exēpla benigniores fuiſſe deos priſcis illis tēporibus. Nam quū Galli in Italiā uēturi eſſent, eodem anno, ut tradit Liu. in v. M. Ceditius de plebe nūciauit tribunis, ſe in noua uia ubi nunc ſacellū eſt, ſupra ędem Veſtæ noctis ſilētio audiuiſſe uocē clariorē humana, quæ magiſtratibus dici iuberet, Gallos aduentare. Cicero in ſecundo De diuinatione appellat Aium deū loquentem, cui in noua uia conſecrata fuit ara, ex eo quod monuerat, ut prouiderent ne à Gallis Roma caperetur. De eo ſic & D Liuius in quinto. Iuſtumq́ templum in noua uia Aio Locutio fieri. *Vox audita.*] Subaudi fuit.

Gallis uenientibus.] Quum Galli aduentarent. Nam Galli Senones duce Breno in Italiam uenerunt, Cluſiumq́ obſederunt, ad quos quum tres legati à ſenatu miſsi fuiſſent, qui Gallos monerent, ut ab oppugnatione deſiſterent, ex ijs unus cōtra ius gentium proceſſit, & ducem Senonum interfecit, quo facto indignati Galli Vrbē petierunt, & fuſo exercitu Romano apud Haliam fluuium Vrbem intrauerunt, ubi nobiliſsimos ſenum in ueſtibulis ædium cum inſignibus honorum ſedentes, primo ut deos uenerati, deinde ut homines deſpicati interfecerūt, Capitoliumq́ quo reliqua iuuentus confugerat, obſederunt, quod Camillus creatus dictator liberauit. *Et dijs peragentibus officium uatis.*] Id eſt omnia prædicentibus more uatum, qui mortalibus uentura prædicunt.

His monuit nos.] Ordo eſt, Iupiter fictilis monuit nos his. abſolute dictum his, ut ſit his rebus, & hoc modo monuit nos. *Iuppiter uiolatus nullo auro.*] Nondum auro effigiatus. ea enim uiolari dicuntur, quibus aliquid contra uoluntatem fit, quaſi Iupiter auro illo non delectaretur. unde in tertia Saty. Nec ingenuum uiolarent marmora tophum. *Illa tempora.*] Scilicet priſca. *Menſas natas domi.*] Id eſt ex arboribus uernaculis, nō autem ex longinquo petitas, quales erant menſæ citreæ. Ex Mauritania em̄ citrus arbor ut diximus mittebatur ex Atlante monte, tanti precij, ut menſę pari repēderētur auro, unde Mart. Accipe felices Atlātica munera ſyluas: Aurea ꝗ dederit dona

mino

minora dabit. *In hos uſus.*] Menſarum. *At nunc diu.*] Senſus eſt: Noſtris autē temporibus Ro- A
mani eo delitiarū peruenerunt, ut nulla pulmentaria iucunda ſuauiaue eſſe putent, niſi adſint mē
ſæ citreę, quę pede eburneo fulciantur. ex ebore eñ pedes menſis adhibebātur. Luca. Dētibus hic
niueis ſectos Atlātide ſylua, Impoſuere orbes, quales ad Cęſaris ora, Nō capio uertere Iuba. ſicq;
notat luxū menſarū citrearum. *Rhombus.*] Piſcis ex genere planorum, de quo in quarta Saty-

Tempora uiderunt, hos lignum ſtabat in uſus,
Annoſam ſi forte nucem deiecerat Eurus.
At nunc diuitibus cœnandi nulla uoluptas,
Nil rhombus, nil dama ſapit, putere uidentur
Vnguenta, atq; roſæ, latos niſi ſuſtinet orbes
Grande ebur, & magno ſublimis pardus hiatu,
Dentibus ex illis, quos mittit porta Syenes,
Et Mauri celeres, & Mauro obſcurior Indus,
Et quos depoſuit Nabathæo bellua ſaltu,
Iam nimios, capitiq; graues. hinc ſurgit orexis,
Hinc ſtomacho bilis: nam pes argenteus illis,
Annulus in digito quod ferreus. ergo ſuperbum
Conuiuam caueo, qui me ſibi comparat, & res

ra ſatis dictū. *Vnguenta*] Quibus ungebantur, quū exibāt è balneis. *Atq; roſæ.*] Coronę ex roſis, quibus in ſolenni conuiuiorum celebratione utebantur. *Latos orbes*] Menſas citreas, de quibus plura in prima Sat. illic. Prętoria mēſas. de quibus ſępe Mart. Tu Libycos Indis ſuſpendis dentibus orbes. Et alibi. Et Maruſiacis ſuſtentem dētibus orbes. *Grande ebur*] Pes eburneus. *Pardus*] Ex ebo- B
re effigiatus. eſt autem pardus parum differēs à panthera. quidā eū ſolo cādore ab ea diſcernūt. In Aphricą Syriaq; naſcitur. Solinus, & Plin. libro octauo. *Ex illis dentibus.*] Elephantorum. *Porta Syenes.*] Syene autore Strabone inſula eſt in finibus Aethiopię centū millibus paſſuum, ambitu. Pli. Ditiouis Aegypti eſſe incipit à fine Aethiopiæ Syene. ita uocatur inſula ſupra Syenem. xv. millibus paſſuum, Elephantis inſula habitatur nauigationis Aegyptiæ finis. dicta ab elephantorum multitudine. Strabo & Herod. Elephantinā appellant. Plin. uero Elephantidē, hinc autē mittebantur elephanti. portā autem appellauit Elephātidem inſulam, quia ex ea per Syenem tanquā portam in Aegyptū ſit trāſitus, ita dictū, ut illud in tertia Sat. Ianua Baiarū eſt, quia neceſſe ſit eunubus Baias tranſire per Vrbem Cumas. *Et Mauri celeres.*] Deſignat poeta, quibus in locis elephantes inueniantur. Nam eos fert Aphrica ultra Syricas ſolitudines, & Mauritania. Ferunt Aethiopes Trogloditæ, ſed maximos India. Hæc Pli. Per Mauros ergo celeres intelligit Aethiopes Trogloditas, qui mira pedum celeritate ſunt. de quibus ita Herod. lib. iiij. Trogloditæ Aethiopes, omniū quos ſan- C
do cognouimus, perniciſsimis pedibus ſunt, ſerpentibus, lacertisq; & aliȷs id genus reptilibus ueſcentes. Soli. Troglodite tanta pernicitate pollent, ut feras quas agitāt, curſu pedū aſſequātur. Mauri aūt pro Aethiopibus, & Aethiopes pro Mauris à poetis indifferenter nominātur, nec mirū, quū Aethiopes ad Occidentem uerſi Mauritaniam attingant. de Aethiopibus diximus etiam in ſecunda Satyra. *Indus.*] Indi populi ſunt ad Orientem ſiti prope Oceani refluxus, & ſolis exortus. de ȷs lege & Apul. in primo Floridorum. *Obſcurior.*] Nigrior q̄ Mauri ſint. Apuleius in eodem. Indis ad naſcentem diem ſitis, tamen in corpore color noctis eſt. *Depoſuit.*] Nam elephanti, aut caſu, aut ſenecta deciduos dentes deponunt, qui prægrandes ſunt: aut eos obſeſsi à uenatoribus arbori illiſos frangunt, hi autem ſunt minores. *Nabathæo*] Arabico. Nabathæi enim populi ſunt Arabię, contermini Syriæ, quorum regio populoſa, & fertilis habetur, Oppidum incolunt nomine Petram. Dicti, ut ſacræ teſtantur literæ, à Nabath primogenito Hiſmaelis. In Arabia autem ut diximus, apud Troglodytas naſcuntur elephantes. *Hinc ſurgit orexis.*] Hinc inquit maxime indignor, quod Romani iam tanti cœperunt facere ebur, ut iam pes argenteis in menſis ſuſtinendis non pluris æſtimetur quàm annulus ferreus in digito, ut oſtendat uile cenſeri argentum præ ebore. Lectos autem mulierum totos operiri argento, & triclinia quædam docet Plinius libro trigeſimotertio, cap. undecimo, quibus argentū addidiſſe primus traditur Caruilius Pollio eques Ro- D
manus: idem aureos fecit. *Hinc.*] Ex tanto eboris ſtudio & æſtimatione. Orexis, nauſea, & indignatio. Nam, ut diximus in Sat. Credo pudicitiam illic: Rabidam facturus orexim: orexis appetitum proprie ſignificat. ὀρέγομαι enim appeto ſignificat, tamen eſt etiam inueniri pro uomitu, ut Plinius ad Priſcum de Fannia ægrotante. Hoc diſcrimine implicita eſt inſidens febris, tuſsis, orexis, ſumma macies, ſumma defectio. *Bilis.*] Latinum eſt χολή Græcum. *Nam pes argenteus.*] Ratio eſt indignationis. Ordo eſt. Nam pes argenteus eſt id illis ſcilicet menſis, quod eſt annulus ferreus in digito. id eſt, non pluris faciunt nunc pedes argenteos in mēſis, q̄ annulos ferreos in digitis, ut iam Romanis uilius ſit argentum q̄ ebur. illud autē ſciendū pedem polyſemum eſſe. nam & pedem noſtrū dicimus, & lecti, & ueli, & carminis, & menſæ. *Annulus ferreus*] Nam apud Romanos uarius fuit annulorū uſus, triūphātibus enim annulus in digito ferreus erat, ii quoq; qui ob legationē acceperant aureos, in publico tantū utebantur, intra domos uero ferreis, quo argumento etiam temporibus Plinij, ut ipſe eſt autor, ſpōſæ annulus ferreus mittebatur, isq; ſine gemma. promiſcuus autē uſus cœpit ſecūdo bello Punico. neq; enim aliter potuiſſent trimodia illa annulorum Carthaginem ab Annibale mitti. Diuo Auguſto decurias ordinante, maior pars iudicū in ferreo annulo fuit, lege Pli. lib. xxxiij. cap. i. *Ergo*] Quum tanto luxu tumeatur. *Qui me ſibi co.*]

Deſpicit exiguas.adeo nulla uncia nobis
Eſt eboris,nec teſſellæ,nec calculus ex hac
Materia:quin ipſa manubria cultellorum
Oſſea.non tamen his ulla unquã obſonia fiunt
Rancidula,haud ideo peior gallina ſecatur.
Sed nec ſtructor erit,cui cedere debeat omnis
Pergula, diſcipulus Trypheri doctoris, apud quem
Sumine cum magno lepus,atq; aper,& pygargus,
Et Scythicæ uolucres,& phœnicopterus ingens,
Et Getulus oryx,hebeti lautiſsima ferro
Cæditur,& tota ſonat ulmea cœna Suburra.

A Qui me putat non minorem cœnam paraturũ q̃ ipſe ſolet. *Res exiguas.*] Nudum apparatum. *Nulla uncia eboris.*] Quod tanti faciunt ipſi. *Nec teſſellæ.*] Tali & teſſeræ erant eburneæ. à teſſera fit per diminutionẽ teſſella. *Nec calculus.*] Calculũ intelligit,quem nunc dicimus ſcachũ, antiqui latronem,& per diminutionẽ latrunculum dixere.Mart.de tabula luſoria.Hic mihi biſſeno: numeratur teſſera puncto,Calculus hic gemino diſcolor hoſte perit.Idẽ alibi.Inſidioſorũ ſi ludis bella latronũ,Iſte tibi geminus miles & hoſtis erit.De quo etiã ſic leges apud Gelliũ cõfutantem Chaldęos:Cur tandẽ non de alea quoque,ac de calculis , & alueolo audent dicere quiſnam ibi ludẽtium uincat:Pli.ad Geminiũ de calculo ſic meminit. Audiui ipſam ſolere ſępe,ut fœminã,in illo ocio ſexus, laxare animum luſu calculorũ.Luſum autẽ calculorũ inuenit Pala-
B medes,unde Sydonius:Tanquam Naupliades repertor artis,Gaudebas hilaremq; ciere rixam. Calculus item paruũ lapillũ ſignificat.Mart. Calculos in nitida ſic numeratur aqua.eũ etiã calculũ appellamus,qui naſcitur in ueſica.Pli. in xi. Sũt ijs etiã calculo humano remedia præcipua,unde calculoſi dicũtur, qui calculo laborãt, quos Gręci lithiacos appellant.à calculo fit calculator.Et quoniam in computatione calculi adhiberi ſolent,inde ortũ eſt ut dicamus,tecũ calculom uolo ponere,id eſt rationẽ computare.Plin.in Paneg. Aſſueſcat imperator cũ imperio calculũ ponere,ſic exeat,ſic redeat tanquam rationẽ redditurus.

Non tamen] Licet inquit manubria cultellorũ ſint oſſea,& non eburnea,non tamen ob id inſipidiora ſunt obſonia,quæ cõciduntur per illos. *Structor.*] Proprie is appellatur,qui perite obſonia incidit,ferculaq; cõponit.nam & id ad gulam pertinere oſtẽdit Sen.De breuitate uitæ. Quũ uideam q̃ ſuſpenſi ſint,quomodo aper à coquo cæſus exeat,quãta celeritate ſigno dato gladij ad miniſteria decurrãt,quanta arte ſcindantor aues in fruſta non enormia.Plin.itẽ lib.x.Poſtea culinarum artes,ut clunes ſpectẽtur,ut diuidãtur in tergora,ut à pede uno dilatatæ repoſitoria occupẽt, adeo,ut doctores eſſent,qui ludũ ſtructoriũ aperirent,ut Trypherus tẽporibus poetæ,qui ludũ iu-
C xta Suburrã habebat,ubi tradẽs diſcẽtibus præcepta ſcindẽdi obſonia,quæ ex ligno habebat formata,hebeti cultello docebat quo geſtu hæc uel illa ſecarẽt:& inde cœnã ulmeam nominat , quoniam ex ligno obſonia eſſent formata.Ordo aũt eſt.Sed nec erit nobis ſtructor diſcipulus Trypheri,id eſt qui eruditus ſit à Trypbero. *Cui cedere debeat omnis pergula.*] .i.omnes qui in pergulis ſone inſtituti.Nam pergula nõ modo dicitur in uineis,ut docet Colu.In pergula autẽ inquit,ſingulæ denas amphoras peræquẽt.Plin.lib.xiiij.In pergulis uero ſeruntur eſcariæ appellatæ,eduræ acinis,albæ,nigræq;.ſed etiã capi uidetur pro breui ambulacro & fornicato,quaſi à pergendo, ubi doctores diſcipulos ſuos erudirẽt,& opifices opera ſua quaſi à tranſeuntibus conſpicienda collocarẽt. Vopiſcus in uita Saturnini.Nam in Aphrica rhetoricę operã dederat,Romę frequentauerat pergulas magiſtrales.Suetonius De claris grammaticis loquens de Craſsitio Tarentino Grammatico ſic ſcribit.Deinde in pergula docuit.Plin.de Apelle pictore.Idem perfecta opera proponebat in pergula.Plaut.in Pſeudu.Cras faciam deportare in pergulam. *Diſcipulus t.*] Emphaſim habet quaſi qui inter alios ſit longe melius inſtitutus. *Sumine cum magno*] Sumẽ ut diximus apud Perſ. in prima Sat.illic:Calidũ ſcis ponere ſumen:lautæ eſt gulæ,& ex papillis lactãtis porcæ fit, ideoq; optimũ ut ſcribit Plin.lib.xi. ſi modo lac nõ hauſerit.Mart.Eſſe putes nondũ ſumen, ſic ubere largo Effluit,& uiuo lacte papilla tumet. *Pygargus.*] Ex genere eſt caprearum. Nam ut ſcribit Plin.
D lib.viij.Capreæ in plurimas figuras trãsfigurãtur:Sunt enim capreæ,ſunt ibices pernicitatis mirãdę,ſunt & origes contrario pilo ueſtiti,& ad caput uerſo,ſunt & damæ,& pygargi.Pygargus itẽ eſt ex genere aquilarũ.Plin.lib.xi.Secundi generis pygargus in oppidis,& in cãpis, albicãte cauda.

Scythicæ uolucres.] Phaſiani à Phaſide fluuio Colchorũ denominatæ.Mart.Argoa primum ſum tranſportata carina,Ante mihi notũ nil niſi Phaſis erat . Inter delitias enim ganeæ, & luxurioſas dapes cõnumerantur.unde Diuus Hieronymus ad Saluinam ſic ſcribit.Procul ſint à conuiuijs tuis phaſides aues,craſſæ turtures,attagen Ionicus. *Phœnicopterus*] Auis eſt,cuius linguã Apicius nepotũ omnium ãltiſsimus gurges autore Plinio,præcipui ſaporis eſſe docuit.unde Mar. Dat mihi penna rubens nomẽ,ſed lingua guloſis Noſtra ſapit.Auem eſſe paluſtrẽ docet Ariſtophanes in comœdia,quę inſcribitur *Ὄρνιθες*, & rubentibus pennis,unde facta eſt nominis compoſitio. *φοινικὸς* enim ruber dicitur & *πτερὸν* penna. *Oryx.*] Ex genere caprearum diximus eſſe orygem, qui cõtrario pilo ueſtiatur ad caput uerſo.Ariſt.uero in tertio lib.De partibus animaliũ, orygem ſcribit eſſe unicornem,& bifidæ ungulę:Huic Plin. aſtipolãs ait in xi. Vnicorne biſulcum oryx.Getulus, nam eũ Aphrica(ut ſcribit Plin.)generat perpetuo ſitientẽ. *Lautiſsima.*] Ordo eſt Getulus oryx, appoſitiue cœna lauoſsima,& ulmea cęditur ferro hebeti,& ſonat tota Suburra. *Suburra.*] Dictũ eſt Suburram regionẽ fuiſſe Vrbis celebratiſsimã.Alibi.Ego uel Prochytã prępono Suburrę:

Capreæ

Nec fruſtum capreæ ſubducere, nec latus Aphræ
Nouit auis noſter tyrunculus, ac rudis omni
Tempore, & exiguæ fruſtis imbutus ofellæ.
Plebeios calices, & paucis aſſibus emptos
Porriget incultus puer, atq; à frigore tutus,
Non Phryx, aut Lycius, non à mangone petitus
Quiſquam erit, & magno. quũ poſcis, poſce Latine.
Idem habitus cunctis, tonſi, erectiq; capilli,
Atq; hodie tantum propter conuiuia pexi.
Paſtoris duri eſt hic filius, ille bubulci
Suſpirat longo non uiſam tempore matrem
Et caſulam, & notos triſtis deſiderat hœdos,
Ingenui uultus puer, ingenuiq; pudoris.

Capreæ.] Siluestris capræ. Martialis. Pendentem ſumma capream de rupe uidebis, Caſuram ſperes, decipit illa canes. A *Auis Aphræ.*] Gallinæ Numidicæ. Oratius. Non aphra auis, non attagen Ionicus. Varro De re ruſtica lib. terno ſic. Gallinæ Aphricanæ ſunt grandes, uariæ, gibberæ, quas Meleagrides appellant Græci. *Tyrunculus.*] Miniſter meus. Nam tyrones propriè appellantur rudes & noui milites. *Imbutus fruſtis ofellæ.*] Non aſſuetus delicatis cibis, ſed paſius ofellis tantum, quæ omnino uulgarium ſunt. *Ofellas.*] Columella mentionem faciens de ſalſura carnis ſuillæ ait, dein ofullæ carnis ſpiſſæ componuntur, & alternis ſal ingeritur. *Plebeios calices.*] Martialis hos appellat audaces, qui falſa ſpecie imitabãtur cryſtallina, quum eſſent uitrea. Non ſumus audaces plebia toreumata uitri, Noſtra neque ardenti gemma feritur aqua. *Porriget.*] Mi B niſtrabit, & pocillator noſter erit. *A frigore tutus.*] Vilibus inuolutus ueſtibus. *Non Phryx aut Lycius.*] Non dabo tibi inquit ſtructorẽ elegantem, quales uenditant mangones Phrygios, & Lycios: (ex oriente enim uenuſti habebantur:) ſerui ſed dabò tibi ruſticanum, & incultum. *Phryx.*] id eſt Troianus. Nam Phrygia Aſiæ minoris regio eſt à Phrygia Aſopi & Europæ filia denominata. *Lycius.*] Lycia regio item Aſiæ minoris Phrygiæ contermina, à Lycaone Pandionis filio dicta. *Mangone.*] Mangones propriè uenditores dicuntur hominum. Martialis. Millia pro puero centum me mango popoſcit. Suetonius in Domitiano. Caſtrari inquit mares uetuit, ſpadonum qui reſidui apud mãgones erant, precia moderatus eſt. Et quum mercis appellatione homines, ut ſenſit Mela iuriſconſultus, non contineantur, propterea mangones non mercatores, ſed uenalitiarij appellandi ſunt. Dicti autem ſunt à manu & ago, quòd mancipia manibus agant, & poliant. unde uerbum eſt mangonizare, id eſt, polire & ornare, ut emptores facilius alliciantur ad emendum. unde Seneca ad Luciliũ. Mangones quicquid eſt quod diſpliceat aliquo lenocinio C abſcondunt. Nam hi ut teſtatur Quintilianus in ſecundo libro, capite decimoſexto, in ſeruis uenalicijs, colorem fuco & uerum robur inani ſagina mentiuntur: ut ſcilicet mancipia maiore precio uendant: præterea, ut pueri teneriore uiderentur ætate, eorum pubertatem medicamentis coercebant. unde Plinius libro xxi. capite xxvi. Radix hiacynthi bulbacea eſt, mangonicis uenalicijs pulchre nota, quæ in uino dulci illita pubertatem coercet & non patitur erumpere. Metaphoricos appellamus etiam mercatores aliarum rerum mangones. unde Plinius in fine operis ſui, mangones gemmarum appellat eos, qui gemmas expoliunt, & interpolant, ut carius uendant. agros etiam mangonizatos dicimus, qui diligentiore cultu poliuntur, ut ſint uendibiliores. Plinius libro nono capite liiij. Sergius Orata primus pẽſiles inuenit balneas, ita mangonizatas uillas ſubinde uendẽdo. A mangone fit mangonium, quod accipitur pro artificio mangonis. quo etiã Plin. utitur. Nec tamen in hoc mangonio quicquam totum placet. Et quoniam mentionem fecimus de uenalicijs, illud ſciendum eſt uenalicium capi pro loco, ubi nouitij uenderẽtur. unde Apuleius in i. Apologia loquens de Gagate lapide ſic ſcribit. Cuius odore etiam in uenalicijs uulgo ſanitatẽ, aut morbum uenalium experiuntur. Pau. iuriſconſultus. Nam quicũq; ex uenalitio nouiciorum emptus alicui miniſterio prępoſitus ſit, ſtatim eum è numero ueteratorum eſſe. Familias etiam uenalicias dicimus ſeruorũ, qui uenales proponũtur. Venaliciarij uero dicũtur, ut diximus, qui uenali D cia habẽt mãcipia, q & mãgones dicũtur. *Petitus.*] Emptus. *Et m.*] ſubaudi nõ petitus erit. ſ. precio, ita dictũ ut alibi. Magno hoſpitiũ miſerabile, magno ſeruorũ uẽtres. Aut reuera ita legi poteſt: Nõ à mãgone petitus, Quiſquis erit magno, ut ſit ſenſus nõ petitus à magno mãgone quiſq; erit .i. quicũq; puer erit, nõ erit petitus. i. acceptus & emptus à magno mãgone. i. diuite & magnũ numerum ſeruorũ habente. Seruos aũt uenales habebant in cataſtis: erantq; cataſtæ loca in quibus continebantur ſerui uenalicij, à κατιστάν quod eſt conſtituo, quod illic conſtituti tenerẽtur. Tib. Barbara gypſatos ferre cataſta pedes. Illic aũt magnus erat ex ſeruorũ garritu ſtrepitus. Ma. Heu q̃ lingua ſilet, non illam mille cataſtæ Vincebant. *Quum p.*] Latini inquit ſunt ſerui mei non exotici, ita ut quum aliquid ab eis uelis poſcere, poſcas Latine, non aut Græce, ut Barbare. *Idem habitus cunctis.*] Pari ſunt inquit corporis habitu & ornatu, non quales cæteri Romani habent uario corporum cultu. unde illud eſt à Seneca dictũ cũ ſumma indignatione ad Lucilium. Tranſeo inquit agmina exoletorum per nationes, coloresq; deſcripta, ut eadem omnibus lenitas, ſic eadẽ primæ mẽſura lanuginis, eadẽ ſpecies capillorũ, ne quis cui rectior eſt coma criſpulis miſceatur. unde pulchre ſeqtur, tõſi rectiq; capilli. ſed ne cõtraria uideãtur, q ait tõſi rectiq; capilli, ita intelligimus, ut capilli illi tõſi ſint ſurſũ erecti, & nõ pect. cõplanati, q & hodie iuuenes noſtri elegãtiores, factitãt.

A *Purpura ueſtit.*] Id eſt prætexta.nam pueri uſq; ad quartumdecimum annum ætatis ſuæ prætextam geſtabant,inde egreſſi togam uirilem ſumebant,lege Macrobium. *Ardens.*] Quæ colore ardere uidetur,ita dictum ut illud ante.Setinum ardebat in auro. *Nec pugillares.*] Manifeſte oſtendit puerum eſſe ſimplicem,& purum.Nec habet inquit genitalia grandiora,quæ aſſiduo libidinis uſu excreuerint,teſticulis in magnitudinem pugni prægrandibus. *Pugillares.*] Craſſitudine pugni.

Quales eſſe decet,quos ardens purpura ueſtit,
Nec pugillares defert in balnea raucus
Teſticulos,nec uellendas iam præbuit alas,
Craſſa nec oppſito pauidus tegit inguina gutto.
Hic tibi uina dabit diffuſa in montibus illis
A quibus ipſe uenit,quorum ſub uertice luſit:
Namq; una,atq; eadem uini patria,atq; miniſtri,
Forſitan expectes,ut Gaditana canoro
Incipiat prurire choro,plauſuq; probatæ
Ad terram tremulo deſcendant clune puellæ,
Irritamentum ueneris languentis,& acres
Diuitis urticæ,maior tamen iſta uoluptas
Alterius ſexus, magis ille extenditur,& mox
Auribus,atq; oculis concepta urina mouetur.
Non capit has nugas humilis domus,audiat ille

In balnea.] Nam illic potiſsimum à cinædis ſpectabantur. Martialis. Oculis deuorantibus draucos. *Raucus.*] Propter coitum, uox enim in adoleſcentibus poſt uſum ueneris mutatur,ſiuntq; rauci.Ariſtoteles in lib.Problematum.Homo quũ incipit coire pubeſcit,ac in grauem uocẽ exilem permutat. Aliqui etiam legũt Draucus.i.bene mentulatus. B *Alas uellendas.*] .ſ.piloſas.i.adhuc ea non eſt ætate, ut pili ſub alis fruticent,qui ſæpe in balneis à uulſoribus euellebantur. *Gutto.*] Vaſculo oleario, quo utebantur in balneis.Vbi poſt lauacrum oleo perungebantur,de quo dictum eſt in iij.Satyra.Apule.in primo limine ſecũdi libri Floridorum, ampullã oleariam appellat. *Hic tibi uina dabit.*] Talis inquit puer poculum tibi miniſtrabit. *Diffuſa*] Expreſſa,& in ſeries ſuas recondita. *Forſitan expectes.*] Neq; illud ubi eſt expectandum , ut exhibeã puellas Gaditanas,quæ te in cœna laſciua ſaltatione oblectent. Maiores enim domus, his nugis tantum delectantur:quæ omnia ſunt quædam ueneris irritamenta.ſicq; poeta laſciuos ſui temporis mores damnat,quibus tota tũc ciuitas corrupta erat. Vnde Quintilianus ſic. Omne conuiuium obſcœnis canticis ſtrepit: pudenda dictu ſpectantur. T. Liuius libro ix.De bello Macedonico loquẽs de luxuria Vrbis ab exercitu Aſiatico inuecta ſic ſcribit.Tunc pſaltriæ ſambuciſtriæq;, C & conuiuialia ludionum oblectamenta addita epulis:epulæ quoq; ipſæ,& cura,& ſumptu maiore apparari cœpere. *Gaditana.*] Nam cantiones Gaditanæ,Aegyptiæq; ex omnibus molliſſimæ habebantur ad ſaltationes,& motus impudicos puellarum.Martialis lib.iij.Cantica qui Nili,qui Gaditana ſuſurrat.alibi.Nec de Gadibus improbis puellę,Vibrabunt ſine fine prurientes.Papynius in Syluis. Illic Cymbala , tinnulæque Gades, id eſt, puellæ Gaditanæ peritæ ſaltationis ad tinnitum æris. Gades autem , ut diximus ante, inſula eſt Hiſpaniæ extra columnas Herculeas ad hoſtium Betis irrumpentis in Oceanum Britannicum.Martialis.Edere laſciuos ad Betica cruſmata geſtus. *Prurire.*] Laſciuo corporis geſtu moueri. *Choro.*] Cœtu. *Probatæ plauſu.*] Fauore diſcumbentium : nam ſuper cœnam hæc fiebant. *Clune tremulo.*] Impudico corporis motu. Martialis de puella Gaditana. Tam tremulum criſſat , tam blandum prurit , ut ipſum , Maſtrubatorem redderet Hippolitum. Illud autem obſeruandum , ut docet Seruius : omnia nomina Latina inanima, ſimplicia,à uerbo non uenientia in nis ſyllaba terminata eſſe maſculina,inanima propter canis , ſimplicia propter bipennis à uerbo non uenientia,propter finis, ergo poeta clunis bene dixit.Oratius tamen male,pulchræ clunes. C. Cur Iuuenalis bene, Oratius male,an quia Seruius Grammaticus dixit? at Oratius ante Seruium cum adhuc purè & Latinè loquerentur fuit. Qui potuit igitur Seruius Grammaticus,Oratio poetæ elegantiſsimo præ- D ſcribere?Quod ſi alteruter reprehendendus eſſet, iuſtius reprehendi poſſet Iuuenalis,qui deteriore linguæ Latinæ ſeculo uixit,qui ſolus ut uidetur,maſculinum genus ei uoci coniunxit.Nam præter Orat.& Plaut.& Corn.Celſus,& Pli.cũ fœminino cõiunxerũt.Plautus enim dixit,infractas clunes:Celſus,clunes extremas,ſic etiã.Plin.in Nat. hiſt. S. *Irritamentũ.*] Appoſitio eſt. *Vrticæ.*] Stimuli,qui maxime pungãt & irritent ad uenerẽ. *Maior i.*] licet inquit uiri hiſce laſciuis geſtib. maxime moueantur ad obſcœna,mulieres tamen ex ſunt quæ maiorem ſentiant uoluptatem. ac per hoc oſtendit libidine magis mulierem flagrare q̃ uirũ. *Alterius ſexus.*] Muliebris. *Extenditur*] Erigitur,& mouetur ad turpitudinem *Vrina concepta.*] Semen genitale collectum. *Auribus atque oculis*] Per auditum & aſpectum rerum turpium,ut alterum referatur ad cantica laſciua , alterum ad indecoros impudicosq; corporis motus. *Mouetur*] Irritatur. *Has nugas.*] In contemptum diuitum dictum.i.tales uoluptates,talemq; laſciuiam. *Audiat ille.*] Cum indignatione in hominem diuitem. Ordo eſt,audiat ille crepitus teſtarum,cum uerbis,quibus abſtinet mancipiũ nudum ſtans in olido fornice,ille inquam fruatur uocibus obſcœnis,qui lubricat orbem Lacedęmonium pedemate.hoc loco deſcribit ſaltationem illam,quam Lucianus commemorat de ſaltatione, ait enim Laconicos in choreis & tripudijs præcipuos omniũ Græcorũ extitiſſe,utpote qui à Caſtore & Polluce didiciſſent,eos aũt in orbẽ ſaltaſſe,ita docet [illegible]

καὶ κτυπῶν τῷ ποδί, οἱ δὲ κατὰ στοῖχον ἀλλήλοις ἑπόμενοι, σχήματα παντοῖα ἐπιδεικνύντες, πρὸς ῥυθμὸν ἐμβαίνοντες ἄρτι μὲν πολεμικὰ καὶ μετ' ὀλίγον δὲ χορευτικά, ἃ Διονύσῳ καὶ Ἀφροδίτῃ φίλα quæ Latine ſic. Et tibicẽ quidem in medio ſedet tibia canens, & pede pulſans terram. Illi autem per ordinẽ ſe inuicem ſequentes figuras uarias repręſentant, modo quidem bellicas, & paulopoſt ſaltatorias, quæ Dionyſio & Veneri amica ſunt. Pollux quoq; qui enumerat ſaltationum genera ſcribit πόδισμα Lacedæmonium, hoc eſt ſaltationem Laconicam: Nam Lacedæmon ciuitas eſt Laconiæ. Erit ergo ſenſus. Diuites & potentiores, qui ſaltationem Laconicam exercent, & his nugis delectantur, fruantur uocibus obſcœnis, & omni arte libidinis. Laſciuijs enim multis ſaltatio celebrabatur, & ideo ut dictum eſt, grata erat Dionyſio & Veneri. A

Teſtarum crepitus cum uerbis, nudum olido ſtans
Fornice mancipium quibus abſtinet, ille fruatur
Vocibus obſcœnis, omniq́; libidinis arte,
Qui Lacedæmonium pedemate lubricat orbem,
Namq́; ibi fortunæ ueniam damus. alea turpis,
Turpe & adulterium mediocribus. hæc eadem illi
Omnia cum faciant, hilares, nitidiq́; uocantur.
Noſtra dabunt alios hodie conuiuia ludos:
Conditor Iliados cantabitur, atq; Maronis
Altiſoni dubiam facientia carmina palmam.
Quid refert tales uerſus qua uoce legantur?
Sed nunc dilatis auerte negocia curis,
Et gratam requiem dona tibi, quando licebit
Per totam ceſſare diem, non fœnoris ulla
Mentio, nec prima ſi luce egreſſa, reuerti
Nocte ſolet, tacito bilem tibi contrahat uxor
Humida ſuſpectis referens multicia rugis,
Vexataſq́; comas, & uultum, auremq́; calentem.
Protinus ante meum, quicquid dolet, exue limen,
Pone domum, & ſeruos, & quicquid frangitur illis,
Aut perit, ingratos ante omnia pone ſodales.

Teſtarum crepitus.] Apparet apud antiquos inſtrumenta quædam fuiſſe, quæ teſtæ uocarẽtur, quæ pulſata amœnum redderent ſonum: Vnde eſt illud apud Tranquillum in Nerone. qui diuiſi in factiones plauſuum genera condiſcerẽt, Bombos, & imbrices, & teſtas uocabãt. nisi forte placeat intelligere crepitus teſtarum, hoc eſt tinnitus cymbalorum. B *Quibus abſtinet mancipium nudum.*] id eſt, quibus uocibus obſcœnis ipſa meretrix nõ utitur, quaſi maiore efficiatur uerecundia. *Nudum.*] Vtrum per inopiam an per impudicitiam, & laſciuiame. *Mancipium.*] Meretrix, quæ lenoni ſeruit. *Qui lubricat.*] Qui pedum celebri mobilitate exercet. C

Orbem Lacedæmonium.] Gyros, & ambages Lacedęmonias circum tibicinem in medio ſedentem & canentem. Nam circum auletem ſaltantes agebantur. *Pedemate.*] Saltu. Nam πόδισμα ſaltum ſignificat. non ignoro ab commentatoribus hunc locum diuerſis modis expoſitum, ut alij dixerint per orbem Lacedæmoniũ deſignari annulum, cuius uſus manauerit à Lacedæmonijs, ac per hoc annulatos ſenatores & equites Romanos intelligi, qui annulũ pytiſmate, hoc ẽ leui irroratiõe ſputi lubricũ faciant. Alij uero legendũ contenderunt pytiliſmate nõ pytiſmate, idq; eſſe genus exercitationis, cũ quiſpiã ſummis pedibus ingrediẽs manus protendit, ociſſimeq; mouet, alterã retrorſum ſcilicet, alteram prorſum, &c. Alij item trochum intelligi de arbore pinu fabricatum, quod pytus dicatur pinus, unde fit pytiſma. Ego autem ex ſententia Luciani contendo intelligi ut dixi ſaltationem Lacedæmoniam: legendumq; eſſe pedemate, id eſt, ſaltu, & non pytiſmate, neque pytiliſmate. De omnibus tamen his opinetur ut cuique libitum erit. *Namq; ibi fortunæ.*] oſtendit poeta non ſine riſu Satyrico inique pauperibus eſſe comparatum, ut multa non liceat ijs facere, quæ ſi faciant, uideantur inhoneſta, ſin à diuite fiant laudabilia, iuxta illud. Nam quod turpe bonis Titio Seioq;, decebat Criſpinum. *Fortunæ.*] Homini diuiti & fortunato. *Veniam damus.*] Ignoſcimus, & multa in diuite toleramus, quaſi illi turpe non ſit, quum turpia facit. Sicque poeta ſtultitiam hominum ridet, qui ex cenſu mores hominum ponderent, oſtendens non leuiore D cenſura taxanda eſſe diuitis uicia quàm pauperis. *Illi.*] Diuites. *Alios ludos.*] Alias uoluptates. Terent. Neſcis quos ludos hodie præbueris intus. *Conditor Iliados*] Homerus qui bellũ Iliẽſe carmine ſuo cecinit. C. Eſt autem περίφρασις, qua cũ latiſsime pateat, indiuidua quæ uocant, & propria perſonarum rerũq; nomina notare conſueuimus. S. ſicq; docet ſummam ſemper dicti & facti uerecundiam ſuper cœnam cuſtodiendã, reſq; ſerias ibi tractandas: quod & Perſ. ſenſit quũ dixit. Atq; uerecũdam laxamus ſeria menſa. *Dubia lau.*] Hoc dicit, quia quæſitum eſt & ſæpe dubitatum, utrius carmen eſſet elegantius Verg. an Homeri. Vnde Propertius, Cedite Romani ſcriptores, cedite Graij, Neſcio quid maius naſcitur Iliade. *Tales uerſus.*] Homeri & Vergilij.

Qua uoce] Quaſi dicat quoquomodo legeris, grauia, & ſonora uidebuntur. *Sed nunc dilatis*] Volo inquit nunc animo ſis omnium curarum uacuo & tranquillo, dum cœnamus, docẽs illam demum uitam eſſe iucũdam, quæ animi tranquillitati ſeruit. *Prima luce.*] Adulteria ſui temporis notat. ordo autem eſt, uxor non contrahat tibi bilem, ſi egreſſa prima luce ſolet reuerti nocte.

Contra bilem.] Choleram moueat, & indignationẽ, ꝙ ad mœchos fuerit. *Multicia.*] Veſtes de quibus in ſecunda Satyra. *Humida.*] Propter coitum, unde ſit ſuſpicio adulterij. *Auremq; calentem.*] Aures enim calentes indices ſunt adulterij recenter admiſſi, quod Suetonius notauit in

Octauio

A Octauio, fœminam conſularem è triclinio uiro coram in cubiculum abductam, rurſus in conui-
uium rubentibus auriculis, incomptiore capillo reductam. *Interea.*] dum cœnamus. *Me-*
galeſiaca.] iterum Pop. Romani deſidiam notat, qui impenſo ſtudio ludos circenſes ſpectaret, un
de ſupra. Si potes auelli circenſibus, & alibi, atq; duas tantum res anxius optat Pana & circenſes.
Nam in circo maximo ludi celebrabãtur in honorem Cybeles magnæ deorum matris, qui Mega-

Interea Megaleſiacæ ſpectacula mappæ
Idæum ſolenne colunt, ſimilisq; triumpho
Prædo caballorum prætor ſedet. ac mihi pace
Immenſæ, nimiæq; licet ſi dicere plebis,
Totam hodie Romam circus capit, & fragor aurem
Percutit, euentum uiridis quo colligo panni.
Nam ſi deficeret, mœſtam, attonitamq; uideres
Hanc urbem, ueluti Cannarum in puluere uictis
Conſulibus. ſpectent iuuenes quos clamor et audax
Sponſio, quos cultæ decet aſſediſſe puellæ.

leſes dicebantur ἀπὸ τῆς μεγάλης μητρός, hoc eſt à magna matre. *Map-*
pæ.] Mappa erat ſignum quod à
prætore, qui ludis præerat oſtendi
ſolebat non ſine magno aurigarũ
gaudio ludorum celebrationem
eſſe futuram: de quo ſenſiſſe uide-
tur Varro De lingua Latina quum
ait, in circo primo unde mittun-
tur equi, nunc dicuntur carceres à
coercendo ne inde exeant, ante-
B quam magiſtratus ſignum miſit.
Tranquillus in Nerone. Vniuer-
ſorum ſe oculis in circo maximo
præbuit, aliquo liberto mittente mappam. Martialis. Cretatam prætor cum uellet mittere mappã
Pręſtori mappam ſurripit Hermogenes. C. Et ſi hæc quæ Britannicus dicit, ſunt uerisſimilia, tamen
q; emendata exẽplaria habent, non mihi diſplicet, ut Palmæ legamus. S. *Idæum ſ.*] Quod ſolẽne
celebrãt in honorẽ Cybeles Ideæ, id eſt, Phrygiæ: nam Ida mons eſt Phrygiæ. eiuſdẽ etiã nominis
eſt in Creta. Ex Phrygia enim quo tempore Hãnibal Italiam uaſtabat adducta eſt, libris Sibyllinis
docentibus, hoſtem alienigenã, qui terræ Italiæ bellũ intuliſſet, pelli Italia uinciq; poſſe, ſi matris
Ideæ Peſſinunte numen Romam aduectum foret. legati igitur Pergamũ miſſi ad Attalum regem,
lapidem, quem matrem deum incolæ eſſe dicebant, ab eo acceperunt, Romamq; deportarunt. ex
cepit eam. P. Scipio Naſica. Cn. filius eius qui in Hiſpania perierat, uir optimus à ſenatu iudicatus
adoleſcens nondum quęſtorius: quoniam ita reſponſum habebatur ut numen id ab optimo ui-
ro reciperetur coerceretur q;. Vnde Ouid. in Faſtis. Mater abeſt, matrem iubeo Romane requiras.
Quum ueniet, caſta eſt accipienda manu. *Colunt.*] Celebrãt. *Prætor ſe.*] Pretores, ut ante di-
ximus, omnibus ludis præerant. Alibi Iu. Quid ſi uidiſſet prætorem in curribus altis Extantẽ, &
C medio ſublimem in puluere circi. In tunica Iouis. i. in habitu triũphantis. Vnde nunc ait, ſimilisq;
triumpho. i. triumphanti. hæc pertinẽt ad ſequentes uerſus. *Prædo c.*] Vel iniuſtus, & iniquus
occupator caballorum, id eſt, ornamentorum & inſignium triumphalium. uel prędo caballorũ,
id eſt, fraudator, & ſpoliator ipſorum equorum merentium pręmia: nam plerunq; ludorum prę
fecti palma & premio defraudant equos uictores, brauiũq; alijs nõ recte iudicantes tradũt, quod
& Plautus innuit in Amphytrione his uerſibus. Siue qui ambiſſent palmã hiſtrionibus, ſiue adeo
ædiles perfidioſe cui dicũt. *Sede.*] in curru. ſ. ut cum illo cõueniant. *Ac mihi pace.*] Venuſte ple
bem flagellat, oſtendens totũ eius ſtudium eſſe in ſpectaculis, ludorũq; celebratione. *Pace.*] Bo
na uenia, ut non iraſcatur, q; in eius cõtumeliã uidear hæc dicere. *Fragor.*] Strepitus & clamor
fauentiũ in circo. fragor proprie eſt rerũ fractarũ. *Percutit aurem.*] Nam in theatris & circis mag
ni tollebantur clamores ob ſtudium diuerſe fauẽtium. Orat. in Epiſtolis. Nam quæ peruincere uo
ces Eualuere, ſonum referunt quem noſtra theatra? Garganum mugire putes nemus, aut mare
Tuſcum, Tanto cum ſtrepitu ludi ſpectantur et arte. ſic & Seneca in prima epiſtola undecimi libri.
Ecce circenſium obſtrepit clamor, ſubita aliqua & immenſa uoce feriuntur aures meæ. *Colli-*
go.] Comprehendo, & conijcio. *Euentum.*] Intelligo inquit futurum, ut auriga panni uiridis,
id eſt, qui indutus eſt panno uiridi, & cui factio panni uiridis, id eſt, praſina fauet, ſit uictor. De
D quattuor autem factionibus ludorum circenſium diximus in tertia Satyra illic. Si potes auel-
li circenſibus. *Nam ſi deficeret.*] Si is auriga uinceretur, cui factio praſina fauet, uideret totam
ciuitatem non minus attonitam quàm olim fuit accepta clade Canenſi, hincque oſtendit, quod
diximus in præcedenti Satyra, magnum multorumque extitiſſe fauorem panni uiridis. Ca-
ligula enim & Nero ita praſinæ factioni addicti fuere, ut Caligula cœnaret in ſtabulo aſsidue
& maneret, Agitatori cyticho uicies ſeſtertium contulerit. Neroni uero plurimus ſermo quan
quam uetaretur, de circenſibus eſſet. Et quondam tractum praſinum agitatorem inter condi-
ſcipulos querens obiurgante eum magiſtro, de Hectore tracto ſe loqui, ementitus ſit.
Mœſtam.] Caſſiodorus ſcribit urbem non minus fuiſſe ſollicitam de uictoria agitantium e-
quos, nec aliter inter ſe contendere conſueuiſſe, quàm ſi reipublicæ diſcrimen adeſſet.
Victis conſulibus.] Sicuti fuit, quum Paulus Aemilius, & Terentius Varro conſules ſupe-
rati ſunt apud Cannas, quorum Paulus Aemilius etiam occiſus fuit. lege Liuium libro uigeſi-
moſecundo ab Vrbe condita. *Spectent iuuenes.*] Iuuenes, inquit, quos decet ſedere iuxta pu-
ellas, & certare ſponſionibus, ſpectent tales ludos. *Quos clamor decet.*] Quibus in circo tur-
pe non eſt clamare, quum applaudunt & fauent. *Sponſio.*] Dicitur contentio, & alterca-
tio, quæ fit depoſitis pignoribus. Spectatores igitur inuicem contendentes ſponſione, id eſt,

depo-

depoſito pignore alij alium fore uictorem aſſeuerabāt. Plin. libro xxxiij. Ad ſponſiones etiā num annulo exiliente. ſolent enim annuli in ſponſionibus ſæpe deponi. Idem in vij. loquens de Aſclepiade. Sed maxime ſponſione facta cum fortuna, ne medicus crederetur, ſi unquam inualidus ullo modo fuiſſet. Idem in. viij. loquens de cœna Cleopatræ. Ergo ſponſionibus factis poſtero die magnificam cœnam appoſuit Antonio. Idem in eodem: Ne triumphatu ſuo nimis ſuperbiat Antonius pene hiſtrioni cōparatus, & quidem nulla ſponſione ad hoc productus, ſingulos uniones con uiuis ad ſorbendum dedit. *Audax.*] Quia in diſcrimine res uerſatur, quum rei euentus ſit incertus. *Aſſediſſe.*] iuxta ſediſſe, ſic enim uiri & mulieres in theatris ꝑmiſcue ſedebant Ouid. Proximus ad dominam nullo prohibente ſedeto. A

Noſtra bibat uernum contracta cuticula ſolem,
Effugiatq; togam, iam nunc in balnea ſalua
Fronte licet uadas, quanquam ſolida hora ſuperſit
Ad ſextam. facere hoc non poſſis quinq; diebus
Continuis, quia ſunt talis quoq; tædia uitæ
Magna. uoluptates commendat rarior uſus.

Noſtra bibat uernum.] Conſueuerunt antiqui, autore Celſo, ut recitauimus apud Perſi. illic. Et aſſiduo curata cuticula ſole, ante cibum exerceri, eam exercitationē ſequebatur modo unctio uel in ſole, uel ad ignem, modo balneum. Deſcendebant enim in ſolium, ubi lauabantur, tum multo oleo ungebantur, leuiterq; perfricabantur. Perſius. alibi. At ſi unctus ceſſes, & figas in cute ſolem. ſecundum ergo hanc conſuetudinem ait, noſtra cuticula bibat ſolem uernum. *Contracta.*] Per ætatem rugoſa. *Effugiat togam.*] Exuat & deponat togam manſura ad ſolem, hoc magis placet quàm ut intelligas per togam labores comitum togatorum: nam uiliores togam ſumebāt quā diuites ſequebantur, qui potentiores ſalutabant matutino. eorum ergo comites errabant per urbem, dictiq; ſunt togati, & anteambulones. Mart. Si Matutinos facile eſt ubi rumpere ſomnos, At trita ueniet ſportula ſæpe toga. Niſi forte uelimus intelligere Iuuenalem inter togatos ambulaſſe ſequentem diuites ſalutantes, in quo officio oſtendit ſe Martia. Cur abſim quæret, breuiter tu multa fatere: Non poterat uanæ tædia ferre togæ. ſed prior ſenſus magis placet. Nam quum toga antea communis omnium Romanorum habitus fuiſſet, iuxta quod Virg. appellauit Romanos Gentem togatam, ad uiliores poſtea tantum tranſiuit. *Salua fronte.*] Sine aliquo pudore, hoc autem dicit, quia hora quinta negocijs maxime diſtricti erant. Martialis. In quintam uarios extendit Roma labores: Sexta quies laſſis, ſeptima finis erit. Salua autem fronte dicit, quia ibi omnis poſita eſt maieſtas hominis, unde dicimus iſte frontem perfricuit, id eſt omnem pudorem depoſuit. Quintilianus in nono perfrica frontem, & dic te digniorem qui prætor fieres. *Hoc.*] Scilicet frequentare conuiuia, & ocio indulgere. *Talis uitæ.*] Ocioſæ ſcilicet & uoluptariæ. *Voluptates commendat rarior uſus.*] Sententia eſt generalis, per quam (licet poeta eam ad mediocrem uſum epularum tenendum accommodet) monet omne nimium ex ſententia Chilonis cunctis in rebus eſſe fugiendum: nullamq; uoluptatem eſſe tantam, quæ non aſſiduitate ſui faſtidium pariat. B C

SATYRA XII

Arguit hæc auidos nimium nimiumq; rapaces.

NATALI Coruine die mihi dulcior hæc lux,
Qua feſtus promiſſa deis animalia ceſpes
Expectat, niueam reginæ cædimus agnam.
Paruellus dabitur pugnanti Gorgone Maura.

NATALI *Coruine die.*] Ad Coruinum hāc Saty. ſcribit, qua oſtendit ſe pro ſalute amici ſui Catulli, qui facto naufragio enatauerat, uota dijs eſſe per ſoluturum. Verum Satyræ non immemor eos flagellat, qui cupiditate adducti nō pro amico qui habeat filios, ut Catullus habebat, ſed pro orbis tantum quorum hæreditatem captent, uota ſuſcipiunt. nominatim aūt inſectatur Nouium & Hiſtrum Pacuuium, qui temporibus ſuis teſtamentorum captatione locupletati erant. Eſt autem ordo & ſenſus. O Coruine hæc lux qua ceſpes feſtus, id eſt, ara expectat animalia promiſſa dijs, eſt mihi dulcior natali die. *Natali die.*] Sūma enī hilaritate antiqui diē quo nati erāt quotannis celebrabāt, gratias dijs agentes ꝑ hac luce, ad quā uenerāt. Amici uero & cliētes natalē celebrantib. munera mittebāt. unde multi auaricia adducti nō ſolū diē natalē ſemel, ſed ſępius in anno, quo plura ab amicis munera acciperēt celebrabāt, quare à Ma. ſic taxatur Clytus. Vt poſcas Clyte munus exigaſq;, Vno naſceris octies in anno. Natalis aūt apud ueteres ꝑ ſe plenū fuit, ut illic apud Verg. Meus eſt natalis Iola. Et mox adiectionē recepit, ut hoc loco, natali die. Et apud Terē. Porro aūt alio munere ferietur, ubi erit puero natalis dies. *Ceſpes fe.*] ara ex ceſpitib. extructa. eſt enī ceſpes herba cū terra ſimul euulſa. *Reginæ*] Iunoni, quę ob excellentiā regina à poetis appellatur. unde Verg. Aſt ego quę diuū incedo regina. *Paruel.*] Par agna. nā uellus ſæpe ꝑ oue ponitur à poetis. Oui. li. vij. Me. Cultroſq; in guttura uelleris atri Cōijcit. *Pugnāti*] Periphraſis ē Mineruę, quā ſcimus eādē eſſe cū Pallade, quę in ſcuto caput Meduſæ dicitur habere collocatū, ergo pugnāti Gorgone. i. Mineruæ, quæ pugnat ægide, in D

qua

A qua eſt caput Meduſæ collocatum. Virg. Aegidaꝗ horriferam turbatæ Palladis arma. Higinius tamen tradit caput Meduſæ fuiſſe collocatum in pectore eius. unde & Claudianus in Gigantomachia. Tritonia uirgo Proſilit oſtendens rutilã cum gorgone pectus. *Gorgone Ma.*] Capite Meduſeo in pectore, ſiue ſcuto collocato. Gorgones tres fuiſſe tradunt fabulæ filias Phorci ex Cetio coniuge, quarum prima Stenno, ſecunda Euriale, tertia Meduſa. eas ſcribit Mela habitaſſe inſulas Gorgones in oceano Atlãtico, unde & Gorgones dictę exiſtimãtur. fingunt poetæ unum tantum oculum iis fuiſſe, quem ſibi inuicem commodarent. addunt Meduſam per littora uagantem à Neptuno amatam, fugiẽtemꝗ compreſſam fuiſſe in templo Palladis. Ob eamque rem deam indignatam, capillos eius per quos Neptuno placuerat, in ſerpentes conuertiſſe, feciſ-
B ſeꝗ ut qui eam aſpicerent in lapides uerterentur, hanc dormiẽtem Perſeus Iouis & Danaes filius acceptis Mercurij talaribus, eiusꝗ falcato enſe, & ſcuto Palladis chryſtallino, per quod illam impune aſpicere poſſet, interemit, abſtulitꝗ eius caput, quod ipſi ſcuto appoſuiſſe dicitur. ex ceruice igitur reciſa equus pegaſus alatus fertur eſſe procreatus, qui idem uſꝗ ad Heliconem collem peruolans, & pede humum fodiens, fontem excitauit Hippocrenem muſis cõſecratũ. Higinius tradit non à Perſeo, ſed à Minerua Meduſam interemptam fuiſſe. Omitto autem ea quæ à Diodoro libro quarto referuntur de Gorgonibus mulieribus ualidis & pugnacibus, aduerſus
C quas dicit Perſeum haud paruo certamine bellum geſſiſſe.

Sed procul extenſum petulans quatit hoſtia funem
Tarpeio ſeruata Ioui, frontemꝗ coruſcat,
Quippe ferox uitulus templis maturus, & aræ,
Spargendusꝗ mero, quem iam pudet ubera matris
Ducere, qui uexat naſcenti robora cornu.
Si res ampla domi, ſimiliſꝗ affectibus eſſet,
Pinguior Hiſpulla traheretur taurus, & ipſa
Mole piger, nec finitima nutritus in herba,
Læta ſed oſtendens Clitumni paſcua ſanguis
Iret, & à grandi ceruix ferienda miniſtro,
Ob reditum trepidantis adhuc, horrendaꝗ paſſi
Nuper, & incolumem ſeſe mirantis amici.
Nam præter pelagi caſus, & fulguris ictum
Euaſi, denſæ cælum abſcondere tenebræ
Nube una, ſubitusꝗ antennas impulit ignis,
Quum ſe quiſꝗ illo percuſſum crederet, & mox
Attonitus nullum conferri poſſe putaret
Naufragium uelis ardentibus. omnia fiunt
Talia, tam grauiter, ſi quando poetica ſurgit

Maura.] Nam ut diximus, in mari Athlantico habitauere. eſt autem Athlas mons Mauritaniæ, *Sed procul extenſum.*] Sed Ioui inquit uitulum parauimus, quem mactemus. *Funem extenſum.*] Ferociam oſtendit uituli, qui ducentes etiam anteiret. Nam uitulus funibus ducebatur, humeris autem hominis ad aras allatus nõ bene litabat, ſicut nec claudicans, nec aliena hoſtia deos placat, nec fugiens ab aris. *Hoſtia.*] Victima, nã hoſtia dicitur omnis beſtia ad ſacrificium tantum parata. *Tarpeio Ioui.*] Capitolino, cuius templum erat in Capitolio: nam quum fundamenta ædis Iouis foderentur, caput humanum dicitur inuentum. Vnde mons Capitolinus dictus eſt, qui antea Tarpeius à Tarpeia uirgine ueſtali, quæ Sabinorum ſcutis eſſe obruta dicebatur. hunc prius Saturnium appellatum ſcribit Cato & Fabius Pictor de Originibus. *Frontemꝗ coruſcat.*] Hoc loco coruſcat poſuit pro criſpat, quod ſignum eſt ferocitatis. *Templis maturus.*] Nam maturi tunc dicebantur ad ſacrificium, quum cauda articulum ſuffragis contingebat, breuiorem autem non litabant. autor Plinius. *Spargendusꝗ mero.*] Nam in ſacrificijs inter cornua uictimarum merum fundebatur. Virgilius in quarto. Ipſa tenens dextra pateram pulcherrima Dido, Candentis uaccæ media inter cornua fundit. *Ducere.*] Sugere. *Si res ampla domi.*] Senſus eſt. ſi mihi diuitiæ eſſent quales opto, mactarem ſane uictimam pinguiorem Hiſpulla: ſicꝗ ſe amico commendat ab ingenua uoluntate. *Af-*
D *fectibus.*] Deſiderijs meis. *Hiſpulla taur.*] Mulierem ſui temporis pinguem notat. *Ipſa mo.*] Ipſa craſſitudine. *Sanguis.*] Taurus, ſanguinis & ſucci plenus. *Clitumni.*] in agro Faliſco Clitumni amnis aqua potata candidos boues facit. Plinius libro ſecundo capite ſeptimo. C. Verg. in Georgicis. Hinc albi Clitumne greges, & maxima taurus, Victima. S. *Iret.*] Ad ſacrificiũ. ſ. *Grandi miniſtro.*] .i. uictimario, qui ante aras uictimam cędebat. *Mirantis ſe incolumem.*] Qui tãtam tempeſtatem euadere potuiſſet. *Nam præter pela. caſus.*] Pręter inquit æſtum maris, & ictum fulminis quaſi tenebræ ueluti nocturnæ obortæ ſunt, ſicꝗ atrocem tempeſtatem deſignat, qualis eſt illa Virgiliana. lib. i. Aeneid. Eripiunt ſubito nubes cœlumꝗ, diemꝗ Teucrorum ex oculis, Ponto nox incubat atra: Intonuere poli, & crebris micat ignibus æther: Præſentemꝗ uiris intentant omnia mortem. S. *Fulguris euaſi.* Quod forte euaſerat, fulgur autem poſuit pro fulmine. Eſt enim fulgur ignis late explicitus, fulgurato oſtendit ignem, fulminato emittit *Subitus ignis.*] Periphraſis eſt fulminis, eſt enim ignis coactus uentorum impetu iactus, lege Sene. in Naturalibus. *Impulit antennas.*] .i. percuſſit. *Conferri.*] Comparari ſuo naufragio. *Velis ardentibus.*] Fulminis incendio conflagrantibus. *Omnia fiunt talia.*] Tales inquit ſolent eſſe tempeſtates, quæ à poetis deſcribuntur, qualis fuit tempeſtas, Catulli. Nã poetæ ſi quando deſcribunt tempeſtates, eas exaggerando fingunt grauiſſimas, & ſic oſtendit tempeſtatem Catulli non cedere periculi atrocitate poeticis

deis tempeſtatibus, quantumuis grauiſſimis. *Si quando poetica ſurgit.*] Id eſt à poetis deſcribitur, A
bene autem dixit ſurgit: nam proprie tempeſtas in mari ſurgere dicitur. *Genus ecce aliud.*] Atten tũ facit auditorẽ. eſt enim dicturus quomodo in mare omnia precioſa proiecerit Catullus, urgẽte tempeſtate. *Quanquam cætera*] Subaudi, quæ dicturus ſum. *Miſerere iterũ*] Quia iam miſertus eſt propter tenebras, & fulminis ictum, quo uela ſunt percuſſa. *Eiuſdem ſortis.*] Eiuſdem tempeſtatis: nam potuiſſet aliud diſcrimen narrare extra tempeſtatem maris.

Tempeſtas genus ecce aliud diſcriminis, audi,
Et miſerere iterum, quanquam ſint cætera ſortis
Eiuſdem, pars dira quidem, ſed cognita multis,
Et quam uotiua teſtantur fana tabella
Plurima. pictores quis neſcit ab Iſide paſci?
Accidit & noſtro ſimilis fortuna Catullo,
Quum plenus fluctu medius foret alueus, & iam
Alternum puppis latus euertentibus undis
Arboris incertæ, nullam prudentia cani
Rectoris conferret opem, decidere iactu
Cœpit cum uentis, imitatus Caſtora, qui ſe
Eunuchum ipſe facit, cupiens euadere damno
Teſticulorum, adeo medicatum intelligit inguen.
Fundite quæ mea ſunt dicebat cuncta Catullus,
Præcipitare uolens etiam pulcherrima, ueſtem
Purpuream teneris quoq; Mecœnatibus aptam,
Atq; alias, quarum generoſi graminis ipſum

Pictores quis neſcit ab Iſide paſci?] Tibullus loquens de Iſide, ſcribit, Picta docet templis multa tabella tuis. *Tabella uotiua.*] Qui ex ualetudine ſeruati fuiſſent, in templo Aeſculapij in tabella genus morbi pictum ſuſpendebant. Sicque qui naufragium euaſerant tabella caſum pictum in templo Neptuni figebant, uerum po- B
ſtea recepta & ſuperſtitione Aegypua in templo quoque Iſidis cuius ſacra præcipua ueneratione in Vrbe colebantur, tabellas ponebant, tanquam quæ mari periclitantibus opitularetur. quare non immerito Aegyptius nauigium Iſidis colit, quia Europa in tauro rapta fertur, id eſt, in naui tauri picturam habente, autor Fulgentius. *Pars dira quidẽ.*] Arduum enim eſt ex naui precioſam ſupellectilem abijcere in mare. *Cognita multis.*] Quia calamitatem multi nauigantium ſunt experti. *Accidit fortuna.*] Ordo eſt. Accidit & Catullo noſtro ſimilis fortuna, id eſt ut in mare res precioſas abijceret, quod & multi alij fecere, ut templa docent deorum per tabellas uotiuas. *Votiuas.*] Votiuæ tabellæ dicuntur, quæ uota hominum depicta continent. uotiuas uero preces appellamus, quibus aliquid cum uoto poſcimus, uotiuam item di C
cimus uictimam, quæ per uotum ſacrificio eſt deſtinata. unde Oratius, Paſcitur in ueſtrum reditum uotiua iuuenca. Et Victruuius libro octauo. Hiero, rebus bene geſtis, quum auream coronam uotiuam dijs immortalibus quodam in fano conſtituiſſet. C. Item uotiua dicuntur quæ ex uoto ſuſcipiuntur, & fiunt. unde legatio uotiua, & ludi uotiui apud Ciceronem & alios. S.

Quum plenus fluctu.] Senſus eſt, quum forte nauis eſſet ſemiplena fluctu, undiſq; incertis agitaretur motibus, neq; gubernator ſua poſſet arte ſubuenire, Catullus partem rerum ſuarum, quibus nauis onerabatur in pelagus proiecit, quo nauis facta leuior tempeſtatem ſuperaret. *Decidere iactu cœpit.*] Id eſt Catullus cœpit decidere, & paciſci cum uentis iactu, id eſt rerum ſuarum eiectione, quaſi ita eiectis rebus ſuis, uentis ſatisfaceret. nam ſequitur imitatus Caſtora, & fundite quæ mea ſunt. illud enim abſurdum eſt exponere decidere pro cõcidere nauim. Decidere enim dicuntur debitores quum aliquibus rebus dans, cum creditore paciſcuntur. *Arboris incertæ*] Ordo eſt. Quum iam prudentia cani rectoris nullam ferre poſſet opem, uentis nimium concutientibus latus arboris incertæ, id eſt nauis. *Arboris incertæ.*] Id eſt nauis. Nam poetæ nauem plerunq; & arborem, & trabem appellant. Perſ. Trabe rupta Brutia ſaxa prehendit amicus inops. Ouid. Non dum cæſa ſuis peregrinũ ut uiſeret orbem, Montibus in liquidas pinus deſcẽderat undas. C. Eſt autem hæc ſynecdoche figura, cum pars pro toto uſurpatur: ut puppis pro naui, tectum pro do- D
mo. S. *Imitatus caſtora.*] Caſtor animal eſt Ponticum terreſtre, & aquaticum, cauda piſcium, cætera ſpecie lutræ, qui morſu teſticulos ſibi amputat periculo urgente, ob hoc ſe peti gnatus. Caſtoreũ id' medici uocant. Verg. Viroſaq; Pontus Caſtorea, de quo plura apud Perſiũ illic. Saperdam ea aduehe Ponto, caſtoreum, ſtuppas. de eo multa Plinius & Solinus. poeta exemplo Catulli monet ſalutem omnibus rebus anteponendam. *Medicatum.*] Ad multa medicamenta aptum.

Teneris Mecœnatibus.] Id eſt mollibus & delicatis, qualis fuit Mecœnas. Nam cum conſtat (ut diximus in prima Satyra illic, De Mecœnate ſupino) delicatum fuiſſe. *Atq; alias.*] Subaudi ueſtes. Hoc loco poeta deſcribit intelligitq; ueſtes coloris natiui ex lana Bethica. nam in pecudibus Bethicis, hoc eſt Hiſpanis, uellera ſunt rutila. ex quibus nullo alio adhibito colore ueſtes texebantur. eas oſtendit poeta talem colorem habere ex paſcuis potuq; aquarum, & aeris temperie. Inde lacerna Bethica apud Martialem ſic loquitur, Non eſt lana mihi mẽdax, nec mutor aheno: Sic placeant Tyriæ: me mea tinxit ouis. Idem libro nono, In Tarteſiacis domus eſt notiſsima terris, Qua diues placidũ Corduba Bethin amat. Vellera natiuo pallent ubi flaua metallo: Et linit Heſperium bractea uiua pecus. idem in fine xii. libri. Bethis oliuifera crinem redimite corona, Aurea qui nitidis uellera tingis aquis. *Generoſi graminis.*] Ordo eſt, quarum ueſtium ipſum pecus natura ge-

Infecit natura pecus, ſed & egregius fons
Viribus occultis, & Bethicus adiuuat aer.
Ille nec argentum dubitabat mittere, lances
Parthenio factas, urnæ cratera capacem,
Et dignum ſitiente Pholo, uel coniuge Fuſci.
Adde & baſcaudas, & mille eſcaria, multum
Cælati, biberat quo callidus emptor Olinthi.
Sed quis nunc alius, qua mundi parte, quis audet
Argento præferre caput, rebusq́ ſalutem?
NON propter uitam faciunt patrimonia quidam,
Sed uitio cæci propter patrimonia uiuunt.
Iactatur rerum utilium pars maxima, ſed nec
Damna leuant. tunc aduerſis urgentibus, illuc
Decidit ut malum ferro ſummitteret, ac ſe
Explicat anguſtum, diſcriminis ultima quando
Pręſidia afferimus, nauem factura minorem.
I NVNC & uentis animam committe, dolato
Confiſus ligno, digitis à morte remotus
Quattuor, aut ſeptem, ſi ſit latiſſima tæda.
Mox cum reticulis, & pane, & uentre lagenæ,

A nerosi graminis infecit, id eſt tinxit. unde infector tinctor appellatur. Cicero. Dibaphum cogitat, ſed infector eum remoratur. *Generoſi graminis.*] Herbæ generoſæ, & nobilis. *Sed & egregius fons.*] Non ſolum inquit lanæ illæ in ouibus ſunt rutilæ ex paſcuis, ſed etiam ex potu Bethis amnis, & ex aeris temperie. neque enim ad illud eſt referendum, quod aliqui ex autoritate Plinij ſenſerunt, qui ſic libro ſecundo capite tertio ſcribit: in Bœotia amnis Melas nigras oues reddit. Cephiſus ex eodem lacu profluens albas, rurſus nigras Penius, ruffasq́ iuxta Ilium Xanthus, unde & nomen illi: nam *ξάνθος* flauum ſignificat: ſed ad aquas tantum Bethicas, quum ſequatur & Bethicus adiuuat aer. *Viribus occultis.*] id eſt, non intellectis.

Aer Bethicus.] Bethis fluuius eſt Hiſpaniæ ulterioris, à quo & Hiſpania Bethica nominatur.

B *Parthenio factas.*] Commendatio eſt ab artifice. Sic Virgilius, diuini opus Alcimedontis. *Et dignum ſitiente Pholo.*] id eſt, qui optime poſſet Pholo ſatis facere ſitienti, & ſinm explere. Nam Pholus Centaurus fuit, à quo propinquus mons Pholus eſt appellatus, qui quum Herculem hoſpitio ſuſcepiſſet, dolium uini antea defoſſum extulit. hoc tradunt cuidam Cētauro olim à Dionyſio datum, imperatumq́, ut tunc uinum proferret quum adeſſet Hercules. eo igitur facto ferūt reliquos Centauros uini odore & uirtute fa-
C ctos ebrios fuiſſe, quumq́ impetum una omnes in Pholum facerent, ab Hercule partim cæſi ſunt, partim in fugam conuerſi. Lege Diodorum libro quinto. *Vel coniuge Fuſci.*] Mulierem bibacē ſui temporis flagellat. *Baſcaudas.*] Vaſa erant Britannica. Martialis. Barbara depictis ueni baſcauda Britannis: Sed me iam mauult dicere Roma ſuam. *Eſcaria.*] ſcilicet uaſa, ab eſca denominata. *Multum cælati.*] ſcilicet auri. *Quo biberet.*] Deſignat poculum aureū, quod ut ſcribit Plinius libro trigeſimotertio capite quarto puluino Philippus rex Macedonum ſubijciebat, quum uellet dormire. *Emptor Olinthi.*] Olinthus ciuitas eſt Thraciæ edito in loco ſita (ut libro primo Hiſtorię ſcribit Thucydides) quam, ut teſtatur Demoſthenes contra Aeſchinem Philippus Amynthæ filius Alexandri pater emit ab Laſthene amico ſuo, quem pecunia corruperat, de quo intellexiſſe Virgiliū in ſexto illic, Vendidit hic auro patriam, tradit Seruius. *Callidus.*] Nam ut ſcribit Iuſtinus, blandus pariter fuit, & inſidioſus, ut qui plura promitteret quàm præſtaret. Callidos appellat Cicero in libro De natura deorum, quorum tanquam manus, ſic animus uſu concalluit. *Sed quis nunc alius?*] Hæc ad laudem dicuntur Catulli qui (quod alij non facerent:) pluris fecit ſalutem quàm opes ſuas, ſicq́ ſui temporis auariciam notat. *Non propter uitam.*] Docet poeta philoſophice ita homini parandas eſſe opes, ut eas habeat tanquam ancillas non dominas. *Sed uitio cæci.*] Si licet aliquo modo coniecturam humanam ſequi, uidētur mihi hi duo uerſus omnino nō
D eſſe Iuuenalis, quia poetæ grauitatem non redolent, neq́ Satyricam dignitatem. *Cæci uicio.*] id eſt, immenſæ cupiditatis, & auaritiæ. *Iactatur.*] ſcilicet in mare aduerſis uentis, & fluctibus.

Illuc decidit.] Eo neceſſitatis deuenit, ut etiam arborem nauis ſuccideret. *Explicauit anguſtum.*] Succiſa arbore & nauem reddidit ſpacioſam, quæ antea anguſta erat, atque implicita.

Quando.] Quandoquidem ſolemus in periculis afferre ultima, & extrema præſidia, ut truncemus ſcilicet arborem, quo nauis fiat leuior, legendumque cum ſuſpirio. *I nunc.*] Honeſta inhibitio eſt per permiſſionem. Sic Ouidius. I nunc, & cupidi nomen amantis habe. monet enim quantum nauigantibus immineat periculum. *Tæda.*] Tabula nauis. Tædam autem poſuit pro omni arbore ex qua naues fieri ſolent. de Tæda diximus in prima Satyra illic. Tæda lucebis in illa. *Mox cum reticulis.*] Qui nauigant, panem & alia ad uictum neceſſaria ſecum ferunt. Perſius. Iam pueris pellem ſuccinctus & Oenophorum aptas. ait ergo poeta, Tu qui nauigaturus es, memento una cum pane & uino ſumendas eſſe tecum ſecures ad nauis arborem incidendam, ſi tempeſtas urgeat. quaſi diceret ſcito mortis periculum ſemper nauiganti imminere. legendumque eſt accipe non aſpice. reticulum enim eſt genus ſacci aptum ad panem ferendum, à rete denominatum. Oratius. Vt ſi reticulum panis uenales inter onuſto Forte uehat humero. Reticulum item ut diximus in ſecunda Satyra illic: Reticulumq́ comis auratum ingentibus

bus implet, tegmen eſt capitis muliebris. *Ventre lagena.*] Hoc eſt capaci & ampla lagena, de A
qua ſæpius iam in ſuperioribus Satyris diximus, ut non ſit opus amplius repetere. *Sed poſt-*
quam iacuit.] Senſus eſt & ordo, poſtquam mare factum eſt tranquillum, & omnis tempeſtas
ſedata eſt. *Prora miſerabilis cucurrit inopi arte.*] Hoc eſt ueſtibus extenſis, & uelo ſuo quod u-
num ſupererat, nam uela quæ maiora erant, in medio maris fulmine fuerant abſumpta.

Accipe ſumendas in tempeſtate ſecures.
Sed poſtquam iacuit planum mare, tẽpora poſtquã
Proſpera uectoris, fatumq́ ualentius Euro
Et pelago, poſtquam Parcæ meliora benigna
Penſa manu ducunt hilares, & ſtaminis albi
Lanificæ modica non multo fortior aura
Ventus adeſt, inopi miſerabilis arte cucurrit
Veſtibus extenſis, & quod ſuperauerat unum,
Velo prora ſuo iam deficientibus Auſtris.
Spes uitæ cum ſole redit, tum gratus Iulo,
Atq́ nouercali ſedes prælata Lauino,
Conſpicitur ſublimis apex, cui candida nomen
Scrofa dedit, lætis Phrygibus mirabile ſumen,
Et nunquam uiſis triginta clara mamillis.
Tandem intrat poſitas incluſa per æquora moles,
Tyrrhenamq́ Pharon, porrectaq́ brachia rurſus,
Quæ pelago occurrunt medio, longeq́ relinquunt
Italiam. non ſic igitur mirabere portus,
Quos natura dedit, ſed trunca puppe magiſter
Interiora petit Baianæ peruia cymbæ.
Tunc ſtagnante ſinu. gaudent ibi uertice raſo

Tem-
pora uectoris.] ſcilicet fuerunt. *Fa-*
tum.] Ipſa deorum benignitas.
Valentius.] Potentius. *Euro &*
pelago.] Ipſa tempeſtate. *Parcæ*
hilares.] id eſt ipſa fata. *Melio-*
ra penſa.] Feliciorem fortunam.
Penſa numero tantum plurali, di-
cuntur quæcunque in filum duci
poſſunt. Ouidius. Nos humiles fa-
mulæq́ tuæ data penſa trahemus.
Lanificæ. Hoc eſt lanam lucubrã-
tes. *Albi ſtaminis.*] id eſt felicita- B
tem portendentis: nam Parcæ di-
cuntur fila nigra ducere, quum
mortem, infelicitatemq́ minan-
tur, contrà uero fila alba, quum fe-
licitatem portendunt. Martialis. Si
mihi lanificæ ducunt non pulla ſo-
rores Stamina, nec ſurdos uox ha-
bet iſta dies. *Ventus adeſt.*] Sub-
audi & fortior: nam uentus eſt, qui
uehementiori uenit impetu, unde
nomen, aura uero leuior eſt.
Veſtibus extenſis.] Appoſitiue, in-
opi arte inopi præſidio. *Supe-*
rauerat.] Superfuerat Virgilius.
Amiſſa ſolus palma ſuperabat A-
ceſtes, id eſt, ſupererat. Plinius de C
Elephantis. Namq́ unum qui ſuperauerat. *Sublimis apex.*] Mons Albanus, ubi Aſcanius con-
didit Albam: nam poſt trigeſimum annum ex quo Aeneas Lauinium tenuerat, Aſcanius amiſſo
patre, abundante Lauinij multitudine, florentem iam ut tum res erant, urbem Lauiniæ matri ſi-
ue nouercæ (nam id quoque ambigit Liuius) reliquit: nouam ipſe aliam ſub Albano monte con-
didit, quæ à ſitu porrecto, longa Alba appellata eſt. de hoc plura diximus in quarta Satyra. *Can-*
dida ſcrofa.] Nam à nomine porcæ albæ, quæ triginta (ut ſcribit Varro libro ſecundo. De re ruſti-
ca) porcellos peperit in portentum albos, denominata eſt Alba. Scropha autem appellatur ſus nõ
caſtrata, ſed quæ ad fœturam habetur. *Mirabile ſumen.*] Appoſitio eſt, id eſt, ex qua optimum ha-
beri potuiſſet ſumen. De ſumine diximus in ſecũda Satyra: & apud Perſium illic. Calidum ſcis po-
nere ſumen. *Lætis Phrygibus.*] Quòd ſedem inueniſſent, ubi urbem conderent à ſcrofa illa no-
minandam. *Et clara.*] Ordo eſt, Scrofa clara triginta mamillis. *Nunquam uiſis.*] in alia ſci-
licet porca. *Intra moles poſitas.*] id eſt, portum Hoſtienſem magnis molibus à Claudio extru-
ctum. De quo ita Tranquillus meminit. Item perfecit emiſſarium Fucini lacus, portumq́ Hoſtien-
ſem, à Diuo Iulio ſæpius deſtinatum, ac propter difficultatem omiſſum, & paulo infra. continuis
xxx. hominum milibus ſine intermiſſione operantibus portum Hoſtiæ extruxit. de eo meminit
& Euſebius Cronographus. *Tyrrhenamq́ Pharon.*] id eſt turrim, quæ in portu Hoſtienſi erecta D
erat à Claudio, in æmulationem Phari Alexandrinæ, ut ad nocturnos ignes curſum nauigia diri-
gerent. Nam id ſciendum Pharum inſulam eſſe, quæ obiecta Alexandriæ portum efficit, ubi tur-
ris eſt eiuſdem nominis, quam Ptolemæus erexit, cuius uſus erat nocturno nautarum curſui ig-
nes oſtendere ad prænuncianda uada, portusq́ introitum: à cuius nomine omnes reliquæ tur-
res, quæ compluribus locis flagrant noctu, phari ſunt appellatæ. *Tyrrhenam.*] Tuſcam: mare
enim id Tyrrhenum dicitur, hoc eſt Ethruſcum, in cuius littore ſita eſt Hoſtia. *Non ſic mirabe-*
re.] Quum uideas portus ſtructiles ea eſſe operis magnitudine. *Brachia porrecta.*] Moles pro-
tentas in mare. *Relinquunt Italiam.*] Magnitudinem portus oſtendit, qui ita in mare extende-
batur, ut uideretur longe ab Italia recedere, & longe eam relinquere. *Interiora.*] Partem inte-
riorem ipſius portus. *Peruia.*] Nauigabilia etiam paruæ cymbæ, qualibus in lacu Lucrino
utuntur, qui in Campania eſt iuxta Baias: ſicq́ oſtendit nauem Catulli ita mutilatã, & tempeſtate
confractam, ut per breuia etiam ferretur. *Tunc ſtagnante ſinu.*] Portu tranquillos habente flu-
ctus, tempeſtate iam ſedata. *Tunc.*] ſcilicet ubi in portum uenere. *Vertice raſo.*] Serui qui
manumittebantur, in templo, ut diximus, diffuſius in commentarijs Perſii ex ſententia Plutarchi
in Problematis, Feroniæ, quæ libertorum dea dicebatur, raſo capite pileum accipiebant, cuius &

A Plautus in Amphytrione meminit. Quod utinam ille faxit Iuppiter, ut ego hodie raſo capite caluus capiam pileum. Nautæ igitur quaſi in libertatem uẽdicati, quam per tempeſtatem amiſerant, ad eius rei imitationem caput ſibi raſerant. *Garrula pericula.*] id eſt, quæ non ſine magna garrulitate referebantur, & nautas garrulos reddebant. *Ite igitur pueri,*] Verba ſunt Iuuenalis imperantis ſeruis, ut parent quæ ad ſacrificia & uota exoluenda pro Catullo pertineant.

Garrula ſecuri narrare pericula nautæ.
Ite igitur pueri, linguis animiſq; fauentes,
Sertaq; delubris, & farra imponite cultris,
Ac molles ornate focos, glebamq́; uirentem.
Iam ſequar, & ſacro, quod præſtat, rite peracto
Inde domum repetam, graciles ubi parua coronas
Accipiunt fragili ſimulachra nitentia cæra.
Hic noſtrum placabo Iouem, laribuſq; paternis
Tura dabo, atq; omnes uiolæ iactabo colores.
Cuncta nitent, longos erexit ianua ramos,
Et matutinis operatur feſta lucernis.
Nec ſuſpecta tibi ſint hæc Coruine: Catullus,
Pro cuius reditu tot pono altaria, paruos

Nam Romani instituto rebus diuinis operam dabant, quum aliquid commendandum eſſet, precatione, cũ ſoluendum, gratulatione: cum expoſcendum, uoto. Valerius autor in primo limine. *Linguis animiſq; fauentes.*] Nam in rebus diuinis, ut ſcribit Cicero De diuinatione, quę publice fierent, ut fauerent linguis imperabatur, quod ſignificabat, ut taciturnitatem præſtarẽt. Nam
B in ludis fauor, in ſacris taciturnitas eſt neceſſaria, ut ſancta rite peragi poſſint, nulla mala uoce obſtrepente. Tibullus. Quiſquis ades lingua uir mulierq; faue, & alibi. Ore fauete omnes. *Sertaq; delubris*] Templa enim deorum frondibus, & ſertis ornabantur. Virgilius. Et Feſta uelamus fronde per urbem. *Farra imponite cultris.*] id eſt, cultros mola, quæ ex toſto farre & ſale conſtabat, inſpergite: nam mola tria inſpargebantur, culter, ignis, & caput uictimæ. *Molles focos.*] Molles appellauit, aut quòd ĳs odores, & tura cremabantur, quæ Arabes molles mittunt. Tibullus. Vrantur pia tura focis urãtur odores, Quos tener, è terra diuite mittit Arabs. Virgilius. Molles ſua tura Sabæi. aut quod magis placet, molles focos, recentes, & nouos, ut illud apud Statium in Syluis. Sertis mollibus expleatur umbra, id eſt nouis, recentibus. unde Plinius ad Apollinarem. Prata florida & gemmea, trifolium, aliasq; herbas teneras ſemperq; molles, & quaſi nouas alunt. Sic & Virgilius. Caſtaneæ molles, id eſt nouæ & recentes: nam nuperrime parati erant foci, ſequitur enim, glebamq́; uirentem. *Glebamq;*
C *uirentem.*] id eſt, aram ex glebis erectam, ſuper quam foci parabantur. *Quod præſtat.*] Quod melius eſt, & excellentius tanquam publice factum. *Inde.*] id eſt, ex publico ſacrificio iam peracto. Eſt autem ordo, inde domum repetam, peracto rite ſacro, quod præſtat. *Domum repetam.*] Vt priuatim ſcilicet ſacrificet laribus, qui & priuatim in domibus, & publice in compitis colebantur. nam lares, ut recitauimus apud Perſium, antiquitas præſides uocauit, quibus canis aſſiſtit, & ipſi pellibus caninis ueſtiũtur, ut inquit Macrobius. cuius rei duplicẽ Plutarchus cauſam affert in Problematibus. Nam quum præſides inquit ſint, qui præſunt, hos domus cuſtodes eſſe oportet, & alienis formidoloſos, ut canes uidemus, mites uero, ac lenes manſuetoſq; domeſticis, uel quòd dæmonia quædam mala circumerrant, quibus dĳ quaſi carnificibus, & ſcelerum ultoribus aduerſus iniuſtos & impios utantur. Sic lares furiales exiſtimati ſunt, & pœnarum, & uitæ exactores, & operationum ſpeculatores. Quare fit, ut caninis pellibus induantur, quibus & canes ideo aſsiſtunt, quod ad inueſtiganda ſcelera, & ulciſcendos improbos ſagaces ſint. De laribus item meminit Apuleius in libro De deo Socratis. A laribus fit lararium, quod capitur pro loco ubi lares colebant, quod capellam uulgus appellat. De quo ſic Lampridius in Alexandro Seuero. Virgilĳ imaginem cum Ciceronis ſimulachro in ſecundo larario habuit, ubi & Achillis, & magnorum uirorum: Alexandrum uero magnum inter optimos, & diuos in larario maiore conſe-
D crauit. *Graciles coronas.*] Hoc dicit, quia Romani ut ſcribit Plinius libro uigeſimoprimo, cum terra flores negaret, coronas ex ramento è cornibus tincto ſibi conficiebant, quas hibernas appellabant, paulatimq́; ſubrepſit appellatio corollis inter initia propter gracilitatem nominatis. hinc ergo poeta graciles coronas appellauit. Lares autẽ coronari ſolitos docet Plinius ſic. Et iam tunc coronæ deorum honos erant, & larium publicorum priuatorumq́;, & ſepulchrorum, & manium. unde Plautus in Aulularia introducit larem dicentem, thure, uino, coronis, ſibi quotidie ſacrificatum fuiſſe. *Hic.*] Hoc eſt domi, *Laribus paternis.*] Hoc eſt domeſticis, et maiorum noſtrorum. *Noſtrum Iouem.*] Aut quem peculiari cultu domi ueneramur, aut noſtrum, id eſt Romanum. *Iactabo.*] Spargam. *Omnes colores uiolæ.*] id eſt uiolas omnis generis: nã tria ſunt, ut diximus apud Perſium illic, & Ianthina lena, genera uiolarum, purpureæ, luteæ, albæ. *Cuncta nitent.*] Ita à poeta inferuntur, quaſi ilico omnia à ſeruis & miniſtris eſſent parata ad ſacrificium.

Longos erexit ianua ramos.] id eſt ornata eſt ramis lauri: nam in Feſtorum ſolennitate domus lauro coronabantor. Alibi. Ornentur poſtes, & grandi ianua lauro. *Feſta.*] Coniũge cum ianua feſta, & domus feſta. *Operatur.*] Rem ſacram facit. Virgilius. lætus operatus in herbis. Propertius. Cynthia iam noctes eſt operata decem. *Nec ſuſpecta tibi.*] Noli inquit ſuſpicari Coruine me ideo hæc uota tam ſolenniter exſoluere, quia uelim captare Catullum. non enim eſt or-

bus

bus,ſed tres habet liberos,quibus bonà ſua relinquat. *Libet expectare.*] Voluptarium eſt inquit expectare,an aliquis appareat,qui pro amico Catullo tam ſterili uel gallinam moribundam mactet,quaſi dicat nemo erit qui ſacrificet. Nam gallinæ (ut ſcribit Plinius libro decimo) ad rem diuinam luteo roſtro pedibusq́, puræ non uidebantur:ad opertanea ſacra,nigræ. *Tam ſterili.*] Quàm eſt Catullus,qui quum filios habeat,nihil daturus eſt captatori, ſed omnia filijs reli- A

Tres habet hæredes. libet expectare,quis ægram
Et claudentem oculos gallinam impendat amico
Tam ſterili. uerum hæc nimia eſt impenſa, coturnix
Nulla unquam pro patre cadet ſentire calorem
Si cœpit locuples Gallita,& Pactius orbi,
Legitime fixis ueſtitur tota tabellis
Porticus. exiſtunt qui promittant Hecatombem.
Quatinus hic non ſunt nec uenales elephantes,
Nec Latio,haud uſquam ſub noſtro ſydere talis
Belua concipitur:ſed furua gente petita
Arboribus Rutulis,& Turni paſcitur agro
Cæſaris armentum,nulli ſeruire paratum

ctus:nam ſterilis amicus captatori dicitur, unde nullus exit fructus, quum omnia liberis relinquat: ſic & agrum ſterilem dicimus,qui fructum non facit, & mulierem ſterilem, quæ fœtus non parit. *Verum hæc nimia eſt impenſa*] ironicos quaſi diceret non eſſe mirandum, ſi quis non inueniatur qui pro amico gallinam ſacrificet, quia nimia ſit impenſa. *Coturnix.*] Auis quam uulgus uocat B qualeam, Græce ortyx dicitur, unde Ortygometram ipſarum coturnicum regem uocamus. Coturnicem autem poſuit pro uiliſſima aue:nam apud menſas Romanorum damnabatur,quòd morbo comitiali laborare dicitur. Plinius autor. *Pro patre.*] Pro eo qui pater ſit,id eſt,qui filios habeat,quia inde nihil ſit capturus. *Sentire calorem ſi cœpit.*] Auaritiam ſui temporis notat. mouentur inquit,ſpe conſequendæ hæreditatis ad facienda uota & ſacrificia pro orbo, ſi forte uel minima ualetudine corripiatur. hinc exit illa Plinij libro decimoquarto conqueſtio. Poſtquam cœpere orbitas in autoritate ſumma, & potentia eſſe, captatio in quæſtu fertiliſſimo, ac ſola gaudia in poſſidendo,peſſum iere uitæ precia. *Gallita & Pactius,*] Nomina ſunt diuitum orborum,quos pro omnibus diuitibus orbis ponit. De Pactio meminit Martialis ſic. Munera quæ cuperet Pactius eſſe ſua. *Legitime.*] Ironicos,quaſi iure quodam, & lege. *Tota porticus.*] Nam in porticibus templorum ſuſpendebantur tabellæ ſuſcipientium uota. *Calorem.*] Aeſtum febris. *Hecatõbem.*] Sacrificium centum boum,à numero uictimarũ: ἑκατὸν enim centum βοῦς bouem ſignificat, ad quod ſacrificij genus reſpexit Perſi. illic, cẽtum paria C ob res Egregie geſtas induco, id eſt, duplicẽ hecatombẽ. Quod genus ſacrificij primũ inſtitutum fuiſſe à Laconibus uidetur oſtẽdere Strabo in viij. Laconiã inquit,quũ priſcis annis centenis præeſſet urbibus,Hecatõpolim uocitatã memoriæ proditũ eſt. inde quotannis per eos boues centenos immolari conſuetũ fuerat,quod ſacrũ hecatombas appellabant,ut totidem numero mactarentur boues,quot eſſent ciuitates. Quum ergo tale ſacrificium perageretur,centum aræ extruebantur ut totidem eſſent,quot & uictimæ. unde illud dictũ eſt à Statio in Genethliaco Lucani. Certum Theſpiacis odora lucis, Stent altaria,uictimæq́ centum. Et licet aliæ etiam uictimæ quàm boues immolarentur,ſacrificium tamen ueteri uocabulo appellatũ eſt hecatombe. unde ita ſcrib. Iulius Capitolinus. Hecatombe autem tale ſacrificiũ eſt. centum aræ uno in loco ceſpiticiæ extruuntur,& ad eas centũ ſues,centum oues mactantur. Nam ſi imperatorium ſacrificiũ ſit centum Leones,centũ aquilæ, aut huiuſmodi animalia centena feriunt,quod quõdam Græci feciſſe dicũtur; quum peſtilentia laborarent. *Quatinus hic non ſunt.*] Senſus eſt, quandoquidem hic non ſunt uenales elephantes,nec talis in Latio belua progeneratur,ſed tantummodo ex locis longinquis petitur,ut imperatoribus ſeruiat,qui eam tantum in uoluptatem alunt. nulla igitur mora erit, quin per Pacuuiũ & Nouiũ captatores,elephanti inueniantur,quos pro orborũ ſalute ſacrificẽt. Sicq́ notat attentam captatorũ diligentiam,qui nulli parcentes nec impenſæ,nec labori,elephantes pe D regrinam etiam beluam inueniunt. Differunt autẽ inter ſe,quatinus & quatenus,ut quatinus pro quandoquidem & quoniam ponatur. Tranquillus in Claudio. Confirmauitq́ pro concione apud prætorianos,quatinus ſibi matrimonia male cederent ſe manſurum in cœlibatu. Quatenus uero pro quouſq́,ut ſit cõpoſitum à qua & tenus,ut Orati. Iubeas miſerũ eſſe libenter,Quatenus id faciat. Cice. in Lælio. uideamus quatenus amor in amicitia progredi debeat: *Hic.*] .ſ. Romæ. *Belua concipitur,*] ſcribit tamen Columel. in Vrbe Roma elephantes progeneratos fuiſſe. *Furua gente.*] aut ab Indis,quorũ in corpore (ut ſcribit Apul. in Floridis) color noctis eſt, aut ab Aethiopibus,qui ſunt in extrema parte Aphricæ ad montem Atlantẽ:nam utrinq́ elephanti mittuntur; aut ab Troglodytis Aethiopibus,qui Arabiæ ſunt cõtermini,omnesq́ colore fuſco,apud quos etiam elephantes progenerãtur. *Furua.*] Nigra,unde illud Mar. Nigro belua nil negat magiſtro: C. Item Orat. Quid tibi uis mulier nigris digniſſima Barris? nam Barri etiã elephantes appellantur. hinc Barrire,quod proprie faciunt elephantes cum clamant. S. *Cæſaris.*] Domitiani. *Armentum.*] Appoſitio eſt,ut ſit belua armentũ Cæſaris,uideturq́ hoc dici à poeta in ſegnitiem ſuorũ temporum,ut ſit ſenſus,elephanti. quorum uſus erat in bellis olim,nũc ab imperatoribus ſeculi noſtri ad uoluptatem & ſpectacula exhibentur. pugnauere Romæ in circo,Claudij pulchri ædili-

A tate, & Cæſari dictatori tertio eius conſulatu xx. contra pedites quingentos, itidemq; totidem tur-
rita, cum ſexagenis propugnatoribus. Germanici Cæſaris munere gladiatorio quoſdam incondi
tos motus edidere ſaltannũ modo. *Rutulis*] Populi ſunt Latij quibus imperauit Turnus. *Ha-
nibali Tyrio.*] Afro, & Carthaginenſi. Tyrium autem appellat, quòd ex Tyro uenerit Dido, quæ
Carthaginem condidit in Aphrica. Nam Hannibal ſecundo bello Punico, cum in Italiam per Al-

Priuato: ſiquidem Tyrio parere ſolebant
Hannibali, & noſtris ducibus, regiq; Moloſſo
Horum maiores, & dorſo ferre cohortes
Partem aliquam belli, & euntem in prælia turmam.
Nulla igitur mora per Nouiũ, mora nulla per Hiſtrũ.
Pacuuium, quin illud ebur ducatur ad aras,
Et cadat ante lares Gallitæ uictima ſacra
Tantis digna deis, & captatoribus horum.
Alter enim, ſi concedas mactare, uouebit
De grege ſeruorum magna, & pulcherrima quæq;
Corpora, uel pueris, & frontibus ancillarum
Imponet uittas, & ſi qua eſt nubilis illi
Iphigenia domi, dabit hanc altaribus, & ſi
Non ſperat tragicæ furtiua piacula ceruæ.

pes deſcendiſſet, elephantes ſecum
duxit, ut Liuius, Plutar. & Sylius
ſcribũt. *Regiq; Moloſſo.*] Pyrrho
Epirotarum regi. Moloſſi enim ge
nus Epirotarum ſub Pyrrho Neo
ptolemo fuere, quem Achilles pro
creauit, & ſub eius ſucceſſoribus
Theſſalici ſanguinis. dicti autẽ Mo
loſſi à Moloſſo rege: nam Pyrrhus
eo bello quo Tarentinos iuuit ad-
uerſus Romanos, primus in Italia
B uſus eſt elephantis, quos boues lu
cas appellatos conſtat, quòd in Lu
canis primum uiſi ſint. unde Auſo
nius. Vt lucas boues olim reſum-
pto, Præ feroces iuuit iuuentus Ro
mulea. *Horum maiores.*] Ordo
eſt. Siquidem maiores horum ele-
phantorum ſolebant parere Han-
nibali Tyrio & noſtris ducibus, & ferre cohortes dorſo, appoſitiue partem aliquam belli, quaſi di
cat in reprehenſionem ſegniciæ ſuorum temporum, eos nunc tantum ali ad ſpectacula, qui an-
tea ad bella duntaxat parabantur. *Euntem in prælia.*] Inuidioſe dixit in prælia, quaſi dicat nõ
progredientem (ut nunc fit) in theatra. *Noſtris ducibus.*] Id eſt Romanis. Nam & Scipio ſocer
Pompeij in exercitu ſuo aduerſus Cæſarem habuit elephantes in Aphrica, de quo Apianus li-
bro ſecundo De bello ciuili ſic ſcribit. Quum Scipio octo peditum legionibus inſtructus, equi-
tum uiginti milibus, quorum maior pars Libycorum fuit, ad hæc ſcutatis plurimis, & elephan-
tis circa triginta aduentare diceretur. *Nulla igitur mora eſt.*] Quum igitur inquit Gallita & Pa
C ctius orbi uexentur uel minima ualitudine, nulla mora eſt per Nouium aut Hiſtrum captatores,
quin elephas, qui in Italia nõ progeneratur, & ſi quis eſt, deſeruit imperatorib. quoquomodo in
ueniatur, ducaturq; ad aras mactandus, ſicque oſtendit attentam captatorũ diligentiam, qui nul
li parcentes, nec impenſæ, nec labori elephantes peregrinam beluam inueniant, tantus eſt amor
habendi. *Per Nouium.*] Nouius & Hiſter Pacuuius captatores temporibus poetæ. *Illud e-
bur.*] Ebur poſuit pro elephanto. contrà Virgil. in v. elephantum pro ebore. Altera candenti per-
fecta nitens elephanto. Dentes elephanti propriè ebur ſunt, penuria tamen factum eſt, ut & oſſa ſe
carentur, ac pro ebore haberentur. *Victima ſacra.*] Appoſitio eſt. *Tantis digna deis & captatori
bus horum.*] Ironicos legendum eſt, quaſi diceret nec elephantem licet omnium animalium maxi-
mum uictimam ſatis dignam eſſe, quæ dijs ſacrificetur, nec dignam quam captatores mactẽt, quã
do alia uictima nobilior exiſtat. ait enim, alter erit qui filiam & nubilem uouebit mactare prò ſalu
te diuitis. *Tantis deis.*] Laribus qui rogantur pro ſalute diuitis. *Captatoribus horum.*] Scilicet
diuitum. *Alter.*] ſcilicet Pacuuius non deerit, qui & ſeruos, & filiam nubilem, ſi habuerit, non
dubitabit mactare, ut ſolus hæreditatem omnem conſequatur, ut ſequentia docent. *Si conce-
das.*] Si ei per leges concedatur ut mactet ſeruum, uel ſi tu concedas, id eſt, ſi toleres. *Imponet uit
tas.*] Nam uictimæ caput uitta uinciebatur. Valerius. Flaccus libro primo ſic. Multa pallens fer-
D rugine taurus Stabat adhuc, cui cæruleæ per cornua uittę. Idem alibi: tibi cæruleis in littore uittis,
Et zephyris Glaucoq; bouem Theudiq; iuuencum Deijcit Ancæus. *Et ſi qua eſt Iphigenia domi.*]
Et ſi quam filiam nubilem habebit, eam exemplo Agamemnonis mactabit pro ſalute amici or-
bi, quamuis ei nulla ſit ſpes filiæ conſeruandæ, quomodo Agamemnoni ſeruata eſt filia per Dia
nam, quæ ei paranti puellam immolare, ceruam ablata puella, ſuppoſuit. *Furtiua piacula.*]
Furtiuas expiationes, quales ſubiectæ ſunt Agamemnoni ab ipſa Diana, quæ omnem exercitum
Græcorum peſtilentia uexabat ob ceruam ibi conſecratam in uenatione ab Agamemnone occi-
ſam. cerua enim quæ fuit piaculũ, & expiano ſuppoſita fuit. *Ceruæ tragicæ.*] De qua tragici ſcri-
pſerunt, ut Sophocles, & Euripides. *Laudo meum ciuem.*] Ironicos quaſi diceret ſapiẽs nimirum
eſt ciuis meus Pacuuius, qui filiam pro ſalute amici mactare eſt paratus: nam pluris facio teſtamẽ
tum quod captat, quàm ſalutem mille nauium, pro qua Agamemnõ Iphigeniam filiam ſuam im
molauit: nã ſi diues conualuerit, teſtamentũ mutabit, & omnia quæ utriq; relinquebat, ſoli relin-
quet Pacuuio: ergo laudandum eſt eius conſilium, ac per hoc oſtendit ipſum improbius facere q̃
fecit Agamemnon. Is enim immolatione Iphigeniæ mille naues ſeruauit. Pacuuius uero cæde filię
unũ tantũ hominẽ. ſed teſtamentũ inquit ironice pluris faciẽdũ eſt, q̃ mille naues, ſicq; improbã
& cæcã hominis cupiditatẽ dãnat, qui etiã ſpe incerta teſtamẽti paratus ſit filiã mactare: nam ſi tũc
more-

moreretur orbus, hæreditaſ pari modo ad utrunq; captatorē rediret. *Teſtamento*] Ad quod inhiat. A *Libitinam euaſerit.*] Id eſt mortem & funeſtam ualetudinem. nam Libitina dea fuit, in cuius æde, quæ ad ſepulturam pertinebant, uendere conſueuerunt. qui libitinarij ſunt appellati. autor Plut. in Problematis. *Tabulas.*] Teſtamentum. *Incluſus carcere naſſæ*] .i. munere captatoris ligatus, & captus. ſumpta eſt metaphora à piſcibus, qui naſſa incluſi nequeūt exire. Eſt enim naſſa uas uimineū ad capiendos piſces, quo quum ingreſsi fuerint, exire nequeunt. Sylius. Haud ſecus & uitreas ſolers piſcator ad undas, Ore leuē patulo texens de uimine naſſam.

Laudo meum ciuem, nec comparo teſtamento
Mille rates. nam ſi libitinam euaſerit æger,
Delebit tabulas, incluſus carcere naſſæ
Poſt meritum ſane mirandum, atq; omnia ſoli
Forſan Pacuuio breuiter dabit. ille ſuperbus
Incedet uictis riualibus. ergo uides quàm
Grande operæprecium faciat iugulata Mycænis.
Viuat Pacuuius quæſo, uel Neſtora totum:
Poſsideat quantum rapuit Nero, montibus aurum
Exæquet, nec amet quenquam, nec ametur ab ullo.

Poſt meritum mirandum.] Ironicos, quaſi dicat mirum non eſſe, ſi omnia bona relinquat Pacuuio, quando ipſe pro ſalute eius filiam etiam ſuam, ſacrificare paratus fuerit. *Forſan*] Hinc eſt maxima pars indignationis. *Breuiter dabit.*] B .i. illum hęredem relinquet ex aſſe, id eſt ex toto: nam qui omnia uni relinquit, breuibus, & paucis uerbis condit teſtamentum. dicit enim, Pacuuiū relinquo hæredem ex aſſe, id ex toto patrimonio: ſicq; breuiter teſtamentum condit. Mart. in vij. Hæredem Fabius Labienum ex aſſe reliquit. *Victis riua.*] Alijs captatoribus. Riuales proprie, autore Vlpiano dicuntur ij, qui per eundem riuum aquam ducunt. per translationē autem appellantur qui eadem cupiditate laborant, & ad eandē rem habendam intentū habent animū, quaſi eodē affectus riuo concurrentes. unde riuales qui eandem etiam mulierem amant, appellantur. *Ergo uides*] Inſultatio eſt poetæ per riſum in captatores. *Quàm grande operæprecium.*] Quàm grandem & magnam utilitatem afferat immolatio filiæ. eſt autem translatio ſumpta à mercenarijs, quibus ſuaue eſt poſt laborem mercedem accipere. *Mycænis iugulata.*] Id eſt filia, qualis fuit Iphigenia Mycænea Agamemnonis filia. nam Mycænis eſt forma patronymica. Mycænæ enim fuit Agamemnonis patria.

Viuat Pacuuius.] Hæc omnia cum ſumma indignatione dicuntur à poeta in reprehenſionē auaritiæ ſui temporis. *Neſtora totū.*] Qui trecētos annos uixiſſe fertur. de Neſtore diximus in Satyra, Omnibus in terris. *Quantum rapuit Nero.*] Nam ad omnes rapinas conuerſus fuit, ut templis ētiam pluribus dona detraxerit, nulliq; delegauerit officium cui non adijceret, ſcis quid mihi opus ſit, & hoc agamus, ne quis quicquam habeat. C *Nec amet quenquam, nec ametur ab ullo*] Dira ſane imprecatio eſt. nihil enim poteſt homini infelicius accidere, q̄ ut neminem habeat amicū. C. niſi forte exiſtat aliquis Timon, qui ob id quod omnium mortalium amicitiam contemneret, & odiſſet μισάνθρωπος dictus eſt. S.

SATYRA XIII

Mors cruciat prauos: ſapiens fert damna modeſte.

EXEMPLO quodcunq; malo committitur, ipſi
Diſplicet autori. prima eſt hæc ultio, quòd ſe
Iudice, nemo nocens abſoluitur, improba quamuis
Gratia fallacis prætoris uicerit urnam.

EXEMPLO *quodcunq; malo*] Hac Satyra Caluinū conſolatur, qui ob negatā ſibi pecuniā uehemēter cruciabatur. Sed ſatyræ non oblitus, notat tēpora ſua, quibus nimio auaritiæ ſtudio id frequenter accidebat. prima inter alias conſolatio eſt, cū qui abnegauerit, nunquā cruciatu carere, licet iudicia euaſerit, quū eū ſemper cōſcientia exagitet. D *Malo ex.*] Quodcūq; inquit turpe facinus cōmittitur, ſtatim ipſi autori diſplicet, ac per hoc ſtimulis cōſcientiæ flagellatur. *Exēplo*] exēplū eſt alicuius facti aut dicti præteriti, cū certi autoris nomine propoſitio, quod nos monet quid faciendū fugiendūue ſit. unde inquit Feſtus Pōp. Exemplū eſt quod ſequamur, aut uitemus. eſt enim ipſa res, quā imitamur, aut ſi ſors ita tulerit euitamus in aliquo. Id autē malo exēplo dicitur cōmitti, quod male docet, quodq; omnino fugiendū eſt, quodq; ſi quis ſequatur, malum exemplum ſequutus eſſe dicatur. *Prima eſt h.u.*] Inter alia inqt animi tormēta, hęc prima eſt pœna. nā ultio, & uindicta pœnā ſiue ſuppliciū ſignificāt. Val. li. i. Pari uindicta parentū ac deorū uiolatio expiāda eſt. *Quod nemo nocēs abſ.*] Cōſcientiæ enim flagello ſemper punitur qui deliquit. unde & Verg. Aen. vi. appellauit curas ultrices .i. cōſciētias ipſas, quę puniūt ſemper nocētes. Plau. in Muſt. Nihil eſt miſerius q̄ animus hominis cōſcius. nā ut ſcribit Apul. & ſi à cęteris ſilentiū eſt, tanē ipſe ſibimet cōſcius eſt poſſe ſe merito increpari. C. Huc facit quod ſcribit Paulus ad Rom. cap. ij. De lege naturæ ſiue conſcientia, accuſante unumquēq;, & excuſante, cuius nemo poſsit iudiciū effugere, etiā ſi ſcriptæ leges omnes, foraq; ſileant. S. *Improba quamuis*] Licet inquit per gratiam euaſerit urnam prætoris .i. iudiciū &

Quid ſentire putas omnes Caluine recenti
De ſcelere, & fidei uiolatæ crimine? ſed nec
Tam tenuis cenſus tibi contigit, ut mediocris
Iacturæ te mergat onus. nec rara uidemus
Quæ pateris, multis hic caſus cognitus, ac iam
Tritus, & è medio fortunæ ductus aceruo.
Ponamus nimios gemitus, flagrantior æquo
Non debet dolor eſſe uiri, nec uulnere maior.
Tu quamuis leuium minimam, exiguamq́ malorum
Particulam uix ferre potes, ſpumantibus ardens
Viſceribus, ſacrum tibi quòd non reddat amicus
Depoſitum. ſtupet hæc, qui iam poſt terga reliquit
Sexaginta annos Fonteio conſule natus?
An nihil in melius tot rerum proficis uſu?
Magna quidem, ſacris quæ dat præcepta libellis
Victrix fortunæ ſapientia. DICIMVS autem
Hos quoq; felices, qui ſcire incommoda uitæ,
Nec iactare iugum uita didicere magiſtra.
Quæ tam feſta dies, ut ceſſet prodere furem,
Perfidiam, fraudes, atq; omni ex crimine lucrum
Quæſitum, & partos gladio, uel pyxide nummos?
RARI quippe boni: numero uix ſunt totidem, quot

A damnationem prætoris, hocq́ dicit ex conſuetudine Romana. Nam ut ſcribit Seru. exponens illud Vergilij: Quæſitor Minos urnam mouet, non audiebantur cauſæ, niſi per ſortē ordinatæ. nam tempore quo cauſæ agebantur, conueniebant omnes, unde & cōcilium inquit uocatur, & ex ſorte dierum ordinem accipiebant, quo poſt diem trigeſimā ſuas cauſas exequerentur. unde ait urnam mouet. urnam ergo prætoris, id eſt iudicium prætoris, qui per fraudem, & nō recte duxit ſortem ex urna, unde improbam grauam appellat, quæ apud improbū iudicem ualuit. *Quid ſentire putas.*] Hæc omnia ad conſolationē dicūtur Caluini. Eſt enim ſenſus. Omnes quidem hoc ſcelus dānant, & ingens flagitiū eſſe prædicant. Sed tu non es tam tenui cenſu, ut omnino hac iactura obruaris, & in deſperationē uenias. *Scelere rec.*] Perfidia. *Fidei uiol.*] Solutæ, nō

B ſeruatæ, non præſtitæ. *Mediocris fort.*] Conſolatio à qualitate incōmodi. *Nec rara*] Cōſolatio à cōmuni incōmodo. *Temer.*] in cōclamatā te immergat miſeriā. *Nec rara uidemus.*] Cōſolatio à cōmuni miſeria. *Caſus hic cognitus*] Vt depoſitū denegetur. *Tritus.*] Frequētatus. *E medio aceruo f.*] E medio aceruo incōmodorum, quibus fortuna homines uexare ſolet.

Ponamus.] Pro deponamus aphereſis eſt. *Flagrantior æquo.*] Vehementior quàm res poſcat. Seneca De tranquillitate uitæ. In tuis

C quoq; malis id agere te oportet ut dolori tantū des, quantū poſcitur.

Spumantibus uiſceribus.] Feruentibus ita. *Depoſitum.*] Autore Vlpiano de ſignificatione uerborū, eſt, qđ cuſtodiendum alicui datum eſt, ex eo quod ponitur. nam præpoſitio auget poſitum, ut oſtendat totum fidei eius cōmiſſum, quod ad cuſtodiam rei pertinet. *Sacrū.*] Quod debet eſſe tanquā res ſacra, ac per hoc minime uiolandū. *Stupet hæc*] Familiaris reprehēſio in Caluinū, quaſi non cōueniat eū, qui iam grādi ſit ætate, & qui ſæpe id multis accidere cognouerit admirari. nam ut ait Cic. Tuſc. quinto ſapientis eſt nihil cum acciderit admirari, ut inopinatū, ac nouum, accidiſſe uideatur. *Stupet hæc.*] admiratur, eaq́ interrogatione legendum, qua ſolemus rem aliquā improbare. ſtupet autē is in quo ſenſus animi nō uigent, qđ aut metu, aut fulmine putauit accidere Corn. Celſ. Vnde Perſ. Sed ſtupet hic uino. Ter. Animus laſſus, cura confectus ſtupet. Dicimus etiā mēbra nimio oppreſſa frigore ſtupere. *Fonteio cōſ. n.*] Fontei meminit ſic Plin. lib. vij. cap. xxi. nuperq́ Fonteio, & Vipſano cōſulibus annos nouē genitū puerū à meridie ad ueſperū lxxv. milia paſ. cucurriſſe. de hoc meminit & Soli. cap. iij. Cęterū Caligula natus eſt patre ſuo, & Fōteio cōſulibus. autor Trāq. *Nil proficis.*] Nō diſcis lōgo rerū uſu hæc multis accidere. *Magna quidē ſacris.*] Sapiēs inquit uir omnib. fortunæ telis, & caſibus reſiſtit, inuictūq; ſe præbet, animi magnitudine omnia uitæ incōmoda ſu-

D perat, omnia ſe inferiora putat. ſic idē Caluino faciendū latenter oſtendit. *Sapiētia*] Ipſa philoſophia moralis, quæ quū antea ſapiētia nominaretur, à Pythagora primū philoſophia eſt appellata; cū ſe apud Leontē Phliaſiorum principē nō ſapientē ſed philoſophū nominaſſet. i. ſapiētię ſtudioſum. *Sapiētia*] ſubaudi eſt, ut ſit, ſapiētia eſt uictrix fortunæ. i. qui ex ſapiētiæ præceptis, & philoſophiæ uiuūt, caſibus fortunæ aduerſis non frangūtur, ſed fortunæ ludibria contemnūt. *Magna præcepta.*] Salubria, & ad bene beateq́ uiuendū pertinentia. *Sacris lib.*] Quaſi qui rem ſacram cōueniant: eſt enim philoſophia, ut ait Cic. Tuſc. v. uitæ dux, uirtutis indagatrix, expultrixq́ uitiorum. C. Sacros ſapiētiæ libros appellat, q̄ philoſophia ſit donū atq; inuentū deorū, quodq́ ſit rerū diuinarū & humanarū ſcientia. Cic, Tuſc. l. S. *Incōmoda uitæ*] Res aduerſas. *Nec iactare iugum.*] Nō infringi, non abijci urgente fortuna, ſumpta tranſlatione à bobus, qui urgente labore iugum renuunt & excutiunt, quaſi ſuccūbentes. ut oſtendat hominem in aduerſis animo debere eſſe forti & erecto, talemq́ uirum fortē appellamus, cuius propriū eſt dolorē mortemq́ contēnere. *Vita magiſtra.*] Longa enim uita eſt nobis magiſtra, monetq́ multa homini incōmoda omnino ferenda. *Quæ tam feſta dies*] Hoc dicit quia in die feſto nō licebat de ſcelere agi, hocq́ totum eſt ad conſolationē Caluini ex frequētioribus ſceleribus. *Prodere.*] Accuſare, & manifeſtare.

Gladio.] Cæde hominis. *Pyxide.*] Venenis, quæ pyxide ſeruantur. *Rari quippe boni:*] Adeò

inquit

inquit pauci boni exiſtunt,ut uix ſeptem reperias,ſicq́ alludit ad ſeptē illos Græciæ ſapientes qui uere uidentur dici potuiſſe boni.fuerunt autē hi: Thales, Solon, Periander, Cleobolus, Chilon, Bias,& Pittacus. *Thebarum portæ.*] Thebæ Boetiæ ſeptem habent portas. Ouid.ij. Triſtium. Cur tacui Thebas,& mutua uulnera fratrum,Et ſeptem portas cum duce quāq; ſuo. *Hoſtia Nili*] Septem Nilus hoſtijs in mare funditur, de quibus Diodorus,Strabo,Plinius,& Mela.Verg.in Georgic.Et diuerſa ruens ſeptē diſcurrit in ora.Ouid.Nilum ab ſeptem hoſtijs,Septemfluū appellat libro primo Metamorph. *Diuitis.*] to tam Aegyptum diuitem reddentis.inundatione enim Nili tota Aegyptus(ut autor eſt Diodorus) fit fertilis. *Nona ætas agitur.*] Oſtendit tam multiplicata eſſe humani generis ſcelera,ut iam tempora duplo peiora ſint,q̃ fuerint ferrea: & ita peiora,ut eorum ſcelerib.nomen non inueniatur à metallis,& B ſic eſt rei exaggeratio.hoc magis placet,quàm ut numeres ætates octo à metallis.non enim nominatur ætas electri,aut ſtanni,aut plūbi, ſicut ætas auri, argenti, æris,& ferri. A

Thebarum portæ,uel diuitis hoſtia Nili.
Nona ætas agitur,peioraq́ ſecula ferri
Temporibus,quorum ſceleri non inuenit ipſa
Nomen,& à nullo poſuit natura metallo:
Nos hominum diuûmq́ fidem clamore ciemus,
Quanto Feſſidium laudat uocalis agentem
Sportula.dic ſenior bulla digniſſime,neſcis
Quas habeat ueneres aliena pecunia,neſcis
Quem tua ſimplicitas riſum uulgo moueat,quum
Exigis à quoquam ne peieret,& putet ullis
Eſſe aliquod numen templis,aræque rubenti.
Quondam hoc indigenæ uiuebant more,priuſquā
Sumeret agreſtem poſito diademate falcem

Quorum.] Scilicet ſeculorum. *Metallum.*] dicitur uena,auri,argenti,ferri,æris,plumbi, marmoris.μεταλλάω enim idem eſt quod ſcrutor,& inquiro.Talia enim per uenas terræ quęrūtur.

Non inuenit.] Ordo eſt ipſa natura nō inuenit. *Nos hominū.*] Scimus inquit humani generis ſcelera eſſe,& maxima,& infinita,tamē deorū,& hominū fidē imploramus,quaſi in rem nouam,& atrocē. *Clamore*] Subaudi tanto. *Sportula.*] .i.clientes,qui ſportulā accipientes à Feſsidio cauſidico,eum adulando laudant. *Laudat*] Notat morem ſui tēporis.Nam ambitioſi,& poetæ,& cauſidici cœnis & muneribus laudatores ſibi parabāt.Perſius.Calidū ſcis ponere ſumen: Scis comitē horridulū trita donare lacerna.Et uerū inquis,amo:uerū mihi dicito.Orat.Nō ego uento ſæ plebis ſuffragia uenor,Impēſis cœnarū,& tritæ munere ueſtis.Mart.Quod tam grande ſophos clamat tibi turba togata,Nō tu Pomponi,cœna diſerta tua eſt. *Vocalis.*] Clamoſa,à uoce.nam C is dicitur uocalis,qui magnā habet uocē,unde Stentora fuiſſe uocaliſsimū dicimus,qui quinquaginta homines clamātes uoce ſua ſuperaret.Vocalis etiā opponitur muto.Plin.in x.Attagen maxime Ionius celebratur,uocalis aliâs,captus uero obmuteſcēs. *Digniſſime bulla.*] Id eſt quāuis ętate ſis ſenex,dignus tamen uideris bulla,quum ſis ſenſu puerili.ac ſi dicat,nimium ſimplex es,& parū peritus,qui exigas ut inter mortales ſit quędam uitæ ſynceritas,nulli inter eos ſint doli.Nam bulla,ut in Perſium diximus,aurea,erat inſigne puerorum prætextatorū,quæ à pectore dependebat,ut ſignificaretur eam ætatem alterius conſilio regendam.dicta à βουλὴ quod eſt conſilium,aut q eam partē corporis bulla cōtingat.i,pectus:in quo naturale manet cōſiliū. aut autore Aſconio, quaſi bullientis aquę ſinus cōmuniēs.ea etiā utebantur triūphantes in ſpeciē cordis,quibuſdā(ut ſcribit Macr.)remedijs incluſis aduerſus inuidiā.de hac etiam nō pauca Plutarchus in Problematis.Bullam etiam appellamus illud quod in aquis intumeſcit inſtar pilæ,& cito rumpitur.Ouidius.Intumuit,ſicut fuluo perlucida cœlo,Surgere bulla ſolet.Eo uocabulo uſus eſt Varro in Re ruſtica oſtendens uitam hominis fragilem eſſe,quū dixit.Homo bulla eſt.Inde etiam eſt uerbum bullare,quod ſignificat bullas,& tumores facere.Corn.Celſus loquens de urina.Si bullat,& male olet.unde Perſius O ſi Ebullet patrui præclarum funus,hoc eſt exeat,& rumpatur more bullæ in aquis. *Quas habet Veneres*] Quàm grata ſit & iucunda pecunia aliena.Nam hominibus quos in- D domitus auaritiæ furor agit,nihil eſt ſuauius rebus alienis,ac per hoc docet,non eſſe mirandum, ſi depoſitum ſit ei denegatum. *Quem riſum moueat.*] Quantopere omnes rideant ſimplicitatem tuam quum poſcis,ut nemo deos periurio offendat,quaſi nemo iam fere exiſteret qui fallax & periurus nō ſit,quum iam etiā credant deos nō eſſe. *Araq́ rubenti.*] Aut propter ignem ibi ad ſacrificia accēſum:aut,quod magis placet,propter ſanguinē uictimarū. *Hoc more.*] Hac uitę ſanctitate,ut nō peierarēt. *Indigenæ.*] .i.inde geniti,nec aliūde ueniētes.hos Græci αὐτόχθονας appellāt.

Priuſquā Saturnus fug.] .i.ætate aurea,qua Saturnus regnauit,qui à Ioue filio eiectus regno Cretæ in Latium uenit.à Iano in regnū benignę exceptus fuit,q eum ruris cultum docuiſſet. Saturniam Italiam Ianus appellauit,aramq́ cū ſacris cōdidit,quæ Saturnalia dixit:eo quod Saturnus apparere deſiſſet.dicitur autē ab Ioue filio pulſus,quia ſcimus tēpora ſeneſcētia ab his quæ ſunt nata depelli.Macr.Plin.& Lactāt.Falcifer etiā eſt appellatus, aut quia ſurculorū inſitiones, pomorūq́ eductiones,& omnes huiuſmodi fertiliū Saturno tribuant diſciplinas,quæ omnia ſine uſu falcis fieri nō poſſe uidentur.aut quia tēpus omnia metat,execet,& incidat. Saturnus enim tempus interpretatur.Ouid.Te fera nec quicquā placidum ſpondentia Martis Sydera preſſerūt,falciferiq́ ſenis.Regnante igitur Ioue,ętas appellata eſt argentea,quę ætate aurea fuit deterior. *Diademate.*]

Inſigni

A Inſigni regio. erat enim pannus quo caput regis uinciebatur, de quo abunde ſuperius diximus.

Tunc quum uirguncula Iuno.] Subaudi erat. *Adhuc priuatus.*] Quum nōdum regnū patri rapuiſſet, ſed in antris Idæis adhuc à nymphis aleretur, capra Amalthea lac præbente, Nam Rhæa uxor Saturni uerita ne pater Iouē infantē deuoraret, quum reliquos alios abſumpſiſſet, nymphis ſub Ida furtim alendum miſit. Hoc autem fictum eſt, quia reuera Saturnus, quem Græci cronon uocant tēpus ſignificat, quo uicibus cuncta gignuntur & abſumuntur, & eo denuo renaſcuntur. aut reuera legendum eſt primæuus Iuppiter, ut conueniat cum eo, tunc quū uirguncula Iuno, ut oſtendat hominū mirā fuiſſe ſimplicitatē, quū Iuno adhuc eſſet uirguncula, & Iupiter primæuus, iuxta illud Claudiani. Talis ab Idæis primęuus Iuppiter antris, Poſſeſſi ſtetit arce poli. B Ida autem duplex eſt, alter mōs in Phrygia, & alter in Creta. de Crenſi nūc intelligit. *Nulla ſuper nubes.*] Senſus eſt, tunc inquit homines ſine aliquo flagitio uiuebant, quum dij nulla adhuc celebrarent conuiuia in cœlo, ac per hoc pauci in cœlo morarentur, nullusq; adhuc deus eſſet qui maria, aut inferna diuiſo imperio teneret. Super nubes, id eſt in cœlo, ut oſtendat miram in cœlo fuiſſe deorum paucitatem.

Saturnus fugiens, tunc quum uirguncula Iuno,
Et priuatus adhuc Idæis Iuppiter antris:
Nulla ſuper nubes conuiuia cælicolarum,
Nec puer Iliacus, formoſa nec Herculis uxor
Ad cyathos, & iam ſiccato nectare tergens
Brachia Vulcanus Liparæa nigra taberna.
Prandebat ſibi quiſq; deus, nec turba deorum
Talis, ut eſt hodie, contentaq; ſydera paucis
Numinibus, miſerum urgebant Atlanta minori
Pondere: nondum aliquis ſortitus triſte profundi
Imperium, aut Sicula toruus cum coniuge Pluton,

Puer Iliacus] Ganymedes, quē in aquilā transfiguratus Iupiter in cœlū tulit, ſuorūq; poculorū miniſtratorē fecit, remota Hebe communi ipſius Iouis & Iunonis filia, quā ſibi Hercules in cœlum trāslatus matrimonio copulauit. ergo uxor Herculis, id eſt Hebe. ἥβη Grȩce, pubertas Latine interpretatur.

Ad cyathos.] Ad miniſterium poculorum, ſubaudi erat. *Siccato nectare*] Epoto uino. Nam nectar proprie deorum eſt potio. *Brachia nigra*] Fuligine, & carbone. *Taberna Liparæa.*] Id eſt officina quam in Lipara habuiſſe fertur. eſt enim inſula una ex ſeptem Aeolijs ei conſecrata. unde Valerius Flaccus loquens de Vulcano ſic. Lemnos cara deo, nec fama notior Aetna, Aut Liparȩa domus. de ea etiam diximus in prima Satyra. *Prandebat ſibi.*] Hoc eſt quiſq; deus ſibi miniſtrabat, & ſeruiebat, aut quod non minus placet, hoc dicit quia qui ad alienum accedit conuiuium, ui C detur prandere in gratiam alterius. Quiſq; ergo deus prandebat ſibi, id eſt domi ſuæ, & in gratiam ſuam, & non alterius: uideturq; reſpicere ad id quod antiqui in gratiam amicorum bibebāt, & propinabant, unde eſt illud ante, quando propinat Virro tibi, ſumitq; tuis contacta labellis Pocula: & ita dictum prandebat ſibi, ſicut illud bibit ſibi. apud Homerum in ix. Quibus locis iuniores coronata gradatim pocula propinarunt: atque ubi legati primum dijs libarunt, deinde ſibi: quoad uoluntas tulit, biberunt. Nec turba deorum talis, ſubaudi erat, quæ ſibi poſceret tantam lautitiam, quum unuſquiſq; ſibi miniſtraret: aut reuera poſuit talis pro tanta, nam ſequitur contentaq; ſydera paucis Numinibus. nam Diodorus oſtendit libro primo paucos fuiſſe deos.

Atlanta.] Atlas, ut dicimus in Satyra Atticus eximie, mons eſt Mauritaniæ miræ altitudinis, ut eius cacumen nequeat cerni, quòd nubibus nunquam relinquatur. Columnam cœli illum indigenæ aiunt. Sed hoc ad fabulam reſpexit. Nam ferunt Atlantem Libyæ filium fratrem Heſperi tanta magnitudine fuiſſe ut humeris ſuis cœlum ſuſtineret, ſed eum à Perſeo quum ad eum occiſa Meduſa diuertiſſet, conuerſum fuiſſe in montem ſui nominis, quum ipſe à ſe Perſeum repelleret. Sed, quòd cœlum humeris ſuſtinuiſſe dicitur, eſt ex hiſtoria: nam is, ut ſcribit Plinius libro ſeptimo Aſtrologiam inuenit. Vnde Ouidius in Epiſtola Deianiræ. Hercule ſuppoſito, ſydera fulcit Atlas. *Sortitus.*] Subaudi erat, id eſt nondum Neptuno imperium maris contigerat, D quod poſtea ei ſorte euenit, quum Ioui cœlum & nubes, Plutoni uero inferna contigiſſent. nam profundum abſolute pro mari ponitur. Seneca, non neceſſe eſt omne perſcrutari profundū. Statius in Syluis. Inq; omni felix tua cymba profundo. Valerius Flaccus libro ij. Si ſedet Aegæi ſcopulos habitare profundi. De diuiſione autem rerum inter deos, ita fit mentio apud Homerum in xv. Iliados, ubi ſic loquitur Neptunus. Etenim tres liberi ſumus ex Saturno & Rhȩa nati: Iupiter, ego, & Pluton, ſuam quiſq; dignitatem ſortiti. nam quum trifariam uniuerſa diuiſiſſemus, ſortirem commiſimus, mihiq; ceſſit mare, Plutoni infernæ tenebræ, Ioui cœlum cum laxo æthere, & nubibus. Terra autē, & Olympus non certi dei, ſed communes omnium ſunt. *Sicula cum coniuge Pluton.*] id eſt nondum erat Pluto dominus inferorum conſtitutus, cum Proſerpina Cereris filia, quam poſtea in Sicilia flores colligentem rapuit ſecum ad inferos. De cuius raptu eleganter cum Claudianus, tum Ouidius quinto Faſtorum. *Nec rota.*] Nondum erant apud inferos ſtatuta ſupplicia. per rotam autem intelligit cruciatum Ixionis, qui intextus rotæ torquetur, id enim ſupplicii pati dicitur, quòd quum Iouis, & Iunonis eſſet ſecretarius, auſus eſt Iunonem de ſtupro interpellare, quæ ei, ſuadente Ioue, nubem in ſui formam obiecit: cum qua concubuit, grauidamque fecit, ex qua Centauri nati ſunt, qui à poetis nubigenæ uocantur. Quum poſtea gloriaretur, ſe rem cum Iunone habuiſſe, eum Iupiter rota ſerpentibus circumfuſa

fuſa intexuit. Tibullus: Illic Iunonem tentare Ixionis auſi, Verſantur celeri noxia membra rota. *Nec Furiæ.*] ſ. Alecto, Tiſiphone, & Megera, quæ filiæ dicuntur fuiſſe Noctis & Acherontis. De quibus ſic Vergil. Dicuntur geminæ peſtes cognomine diræ, Quas & tartareã nox intempeſta Megaram, Vno eadẽꝗ tulit partu. *Nec ſaxum*] quo Siſyphus punitur. is enim quum Iſthmũ latrocinijs infeſtaret, cogebat tranſeũtes pedes ſibi lauare, quos officio occupatos, calcibus in mare proijciebat. à Theſeo interemptus eſt, A

Nec rota, nec Furiæ, nec ſaxũ, aut uulturis atri
Pœna, ſed infernis hilares ſine regibus umbræ.
Improbitas illo fuit admirabilis æuo.
Credebant hoc grande nefas, & morte piandum,
Si iuuenis uetulo non aſſurrexerat, & ſi
Barbato cuicunꝗ puer, licet ipſe uideret
Plura domi farra, & maiores glandis aceruos.
Tam uenerabile erat præcedere quattuor annis,
Primaꝗ par adeo ſacræ lanugo ſenectæ.
Nunc ſi depoſitum non inficietur amicus,
Si reddat ueterem cum tota ærugine follem,
Prodigioſa fides, & Tuſcis digna tabellis,

& hac apud inferos iugi afficitur pœna, ut grande ſaxum aduerſum mõtem ferat, quod quum ad montis uerticẽ truſerit, lapſum ad ima redit. Ouid. Aut petis, aut urges, rediturũ Siſyphe ſaxũ. *Aut uulturis atri.*] Pœna qua Tityus afficitur, Qui cũ Latonæ uim inferre uellet, ab Apolline ſagittis confoſſus, fuit ad inferos truſus, uultur eius cor renaſcens aſsidue depaſcitur. unde Tibullus, Porrectusꝗ nouẽ Tityus per iugera terræ, Aſsiduas atro uiſcere paſcit aues. Is enim filius fuit Iouis ex Thiara filia Orchomeni, quam quum Iupiter grauidã feciſſet Iunonisꝗ irã timeret, in ſpelunca ſub terra abdidit, unde natus Tityus filius terræ eſt exiſtimatus, ea corporis magnitudine fuit, ut nouem terræ iugera occuparet. C. *Improbitas illo æuo fuit admirabilis.*] Id eſt rara, noua, & inuſitata. Nam quæ huiuſmodi ſunt, excitant admirationem. id declaratur ſequenti uerſu, credebant hoc grande nefas. Mirabantur omnes, ſi uel minima improbitas in aliquo exiſteret. At nunc contra in tanta ingentium uitiorum & corruptelarum multitudine admiramur, ſi quis paulo modeſtior ſit aut iuſtior. Nam ut aquila muſcas non cernit, uerueces, & uitulos cernit: ſic nos, uix maxima ſcelera miramur. *Si iuuenis uetulo non aſſurrexerat.*] At hodie tantum abeſt ut aſſurgãt iuniores ſenioribus, ut ne cedere quidem eis de uia uelint, tanta eſt iuuentutis improbitas. Communi tamen omniũ gentium more cõprobatum eſt, (ut Cicero de Inuent. lib. primo teſtatur) ut maioribus natu à natu minoribus aſſurgatur. Id quod idem cum alibi, tum De offic. lib. primo cõfirmat. Eſt igitur, inquit, adoleſcentis maiores natu uereri (id eſt, uenerari, & reuereri) ex hisꝗ diligere optimos & probatiſsimos, quorum conſilio, atꝗ autoritate nitatur. Vide item quæ Valer. Max. ſcribit libro ſecundo, cap. de Inſtitutis antiquis, titulo De honore impenſo ſenibus à iuuenibus. S. *Glandis aceruos.*] Homines enim ætate aurea arborum fœtibus ueſcebantur. Tibullus, Rura cano, rurisꝗ deos. his uita magiſtris, Deſueuit querna pellere glande famem. Claudianus primo De raptu Proſerpinæ ſic, Vnde datæ fruges populis, & glande relicta, Ceſſerit inuentis Dodonia quercus ariſtis. *Plura farra.*] Licet eſſet ditior. Farra autẽ nominauit, quia antiqui, ut Verrius tradidit, trecentis annis farre uixerunt. *Primaꝗ par adeo.*] Legendum eſt par non autem pars, ut ſit ſenſus prima lanugo, & primum barbitium erat par ſacræ ſenectæ, id eſt pueri barbatum iuuenem, qui ætate fuiſſet maior, uenerabãtur ut ſenem. *Non inficietur.*] Non deneget. *Veterem follem.*] Quaſi rem utiliſsimam, id eſt marſupium ipſum uetus. Nam follis pro repoſitorio nummorum ponitur. unde Apuleius libro quarto Metamorph: Nummularius pannoſus alioquin & ſordidus aureos folles incubabat. follem item accipimus pro inſtrumento quo uentus attrahitur, & emittitur. unde & follem appellamus genus pilę, quod uento inflatur, de quo ita meminit Plautus. Ego te follem pugillatorium faciam, & pedentem curſabo pugnis. Martialis, Folle decet pueros ludere, folle ſenes. Tranquillus in Auguſto. poſt bella ciuilia ad pilam primo folliculumꝗ tranſit. folliculum item accipimus pro tegumento leguminum, & id genus rerum. *Cum tota ærugine.*] Cum tota moneta rubiginoſa, quæ ex longo in arca ſitu rubiginem contraxerit, ærugo enim idem eſt quod rubigo. Plinius in libro decimoquinto loquens de amurca. Arcas decocta ungi atꝗ æramenta contra æruginem. Aeruginem etiam docet Victruuius libro ſeptimo genus eſſe coloris, quam uocant erucam, eamꝗ dicit effici, quum dolijs ſarmenta collocantes aceto ſuffuſo ſupra ſarmenta collocant lamellas æreas, deinde ea operculis obturant, ne ſpiramentum obturata emittant. poſt certum tempus aperientes, inueniunt ex lamellis æreis æruginem, quam ut dixi appellant erucam. *Prodigioſa fides.*] Loco prodigij habetur, ſi tantam fidem inuenias, ut depoſitum non negetur. Prodigium eſt enim dictum, autore Cicerone De diuinatione, quod prædicat, oſtentum ab oſtendendo, portentum à portendendo, id eſt ſignificando, monſtrum à monſtrando. *Tuſcis digna tabellis.*] Id eſt quæ ex inſtituto Hetruſcę diſciplinę procuretur. nã haruſpicina inuenta fuit ab Hetruſcis. In agro enim Tarquinienſi puer dicitur diuinitus exortus nomine Tages, qui diſciplinam cecinerit extiſpicij, quam Lucumones Hetruriæ potentes exſcripſerunt. autor Cenſorinus. de quo ſic & Ouid. in lib. ult. Meta. Haud aliter ſtupuit, ꝗ quũ Tyrrhenus arator Fatalem glebã motis aſpexit in aruis, Spõte ſua primũ nulloꝗ agitãtẽ moueri: Sumere mox hominis, terręꝗ amittere formã, Oraꝗ uẽturis aperire recẽtia

fatus

A fatis, Indigenæ dixere Tagem, qui primus Hetruſcam Edocuit gentē caſus aperire futuros. Nam quum araretur impreſſo altiore ſulco, puer repēte natus eſt ſenili prudentia, qui dictus eſt Tages, quo uiſo bubſequa obſtupefactus, clamorem maximum extulit, ad quem tota Hetruria concurrit. Tum puer plura omnibus audientibus locutus eſt, quæ ad diſciplinam pertinerent Aruſpicinæ, quæ excepta literis mandata fuerunt. Myrſilus quoq; Lesbius ſcribit Hetruſcos diuinationes repeRiſſe. *Luſtrari.*] Expiari.

Quæq; coronata luſtrari debeat agna.
Egregium, ſanctumq; uirum, ſi cerno, bimembri
Hoc monſtrum puero, & miranti iam ſub aratro
Piſcibus inuentis, & fœtæ comparo mulæ,
Sollicitus tanquam lapides effuderit imber,
Atq; examen apum longa conſederit uua
Culmine delubri, tanquam in mare fluxerit amnis
Gurgitibus miris, & lactis uortice torrens.
Intercepta decem quereris ſeſtertia fraude
Sacrilega: quid ſi bis centum perdidit alter
Hoc arcana modo? maiorem tertius illa
Summam, quam patulæ uix cœperat angulus arcæ?
TAM facile, & pronū eſt ſuperos contemnere teſtes,
Si mortalis idem nemo ſciat. aſpice quanta
Voce neget, quæ ſit ficti conſtantia uultus.
Per ſolis radios, Tarpeiaq; fulmina iurat,
Et Martis frameam, & Cyrrhæi ſpicula uatis.

Agna coronata] Aut uittis, aut corona ornata, nam ita ad ſacrificiū ducebatur uictima. *Egregium, ſanctumq; uirum.*] Iniquitatem temporum ſuorum notat, quibus mira bonorum uirorum paucitas erat. Eſt enim ſenſus: Si uirum bonum conſpexero, illum comparauero puero bimembri, ut innuat prodigioſam rem eſſe, ſi uir bonus
B inueniatur. *Et miranti ſub aratro*] ordo eſt, & ſenſus, & comparo piſcibus inuentis ſub aratro miranti, ut rei inanimatæ dederit ſenſum quaſi aratrum miretur nouitatem monſtri. *Et fœtæ mulæ.*] Quæ peperit. nam mulæ non pariunt, licet Pli. teſtetur annales tradidiſſe mulam peperiſſe, ſed in portentū. ſcribit Appianus libro primo, mulam ante Syllæ aduētum in Vrbem peperiſſe. *Imber effuderit lapides.*] portentoſum enī eſt lapidibus pluiſſe, quod tamen accidiſſe ſcribit Liuius, & Valerius Maximus libro primo In Piceno lapides pluiſſe. Tibullus: Multus ut in terras deplueritq; lapis. Cæterum Apianus lib. tertio Bellorum ciuilium ſic ſcribit, Circa ſolem porro inſolita apparuere ſigna, & imbres lapidei è cœlo miſſi, continuaq; fulmina in templis, ſtatuisq; deorum deciderunt &c. *Atq;*
C *examen apum*] Prodigium, ut ſcribit Plinius faciunt apes, ſi aut domibus, aut templis conſederint, in ſpeciemq; uuæ dependerint. Colum. Deinde quum examen glomeratum in proximo frōdentis arbuſculæ ramo conſedit animaduerſo, an totum examen in ſpeciem unius uuæ dependeat.

Miris gurgitibus.] Inuſitatis uadis. *Vortice.*] Liquore. C. ſeu potius unda & fluctu copioſo, & contorto. S. nam uortex proprie appellatur aqua in gyrum ſe agens à uertendo. unde Verg. Et rapidus uorat æquore uortex. *Quid ſi bis centum*] Conſolatio ab aliena calamitate & grauiore, quaſi dicat, æquo animo tibi ferenda eſt fortuna tua, quando alijs longe grauiora acciderūt, & tamen omnia patienter tulere. *Quid.*] Subaudi dicas, q̄ miſerabile cenſeas? *Arcana.*] Depoſita ſine ullis teſtibus. *Hoc modo.*] Quo tu perdidiſti per fraudem. *Tam facile.*] Tam impij ſunt homines, ut deos ipſos, qui omnium humanarū operationū ſunt cognitores, facile contemnant, nec metuant ne puniantur. *Ficti uultus.*] Hominis eſt ſcelerati uultū fingere, unde Terent. Vultus quoq; hominū fingit ſcelus. nam differentiā faciunt inter uultum & faciem, ut facies ſit ipſa oris ſpecies, licet etiam capiatur pro tota forma & habitu totius corporis, ut eſt illud apud Plautum. Sed earum nutrix, qua ſit facie mihi expedit dicere. ſtatura non magna, corpore aquilino, ipſa eſt ſpecie uenuſtiore, atq; oculis pernigris. refertur q; non ſolum ad corpus hominis, ſed etiam ad alia multa, ut ſi dicamus, faciem loci, & faciem urbis, hoc eſt ſpeciem & formam loci, & ur
D bis: uultus uero à uolo dictus, uoluntatē ipſam ſignificat hominis: quę pro motu animi in facie oſtenditur. Et licet uultus proprie ad animum, facies uero ad corpus referatur, ut mœſto uultu, irato uultu, longa facie, breui facie, licet tamen aliquando uno pro alio uti, ut facies ad animā, uultus ad corpus, & contrà referantur. *Per radios ſolis.*] Perſæ, ut ſcribit Iuſtinus libro primo ſolem, eosq; eidem ſacratos colebāt. Herodotus autem ſcribit lib. primo, Perſas ſoli, lunæq; ſacrificare & Telluri, & igni & aquæ, & uentis, quibus ſolis gubernantur &c. *Tarpeia.*] Id eſt, quæ Ioui aſſignantur, cuius templū in colle Tarpeio ſitū erat, quod poſtea (ut diximus ſuperiore Satyra) Capitolinum fuit appellatum à capite hominis ibi inuento, quum fundamenta iacerētur. *Frameam Martis.*] Gladium Martis, licet framea etiam pro haſta accipiatur. Tacit. lib. de Germaniæ ſitu ſic inquit. Rari gladijs aut maioribus lanceis utūtur, haſtas, uel ipſorū uocabulo, frameas gerunt anguſto & breui ferro. Idē paulo inferius, ſcutū cum framea gladioq;. De framea etiam meminit Gellius lib. x. Hic aūt à Iuuenale pro gladio poni uidetur. nā Martis eſt inſigne. unde poeta in Carmine obſcœno ſic ait. Nec Mauors illū, per quē ualet occulit enſem, Nec latet in tepido Palladis haſta ſinu. haſta enī eſt inſigne Palladis. Ergo ſicut pila ſunt tela peculiaria Romanorū, geſſa Gallorū, ſariſſæ Macedonū, ita frameę ſunt Germanorū. *Spicula.*] Sagittas. Verg. Non pudet auratas Phœbū portare ſagittas. Spiculū proprie appellatur cuſpis illa, quæ ſagittis præfigitur. *Vatis Cyrr.*]

Apol-

Apollinis, q Delphis oracula dabat ex ſpelũca: apud quos uicina eſt Cyrrha: nã ab ea ad Delphos incipit aſcẽſio ſtadiorũ fere lxxx. hinc ergo dicebatur Apollo Cyrrhęus. Delphi autẽ & Cyrrha oppida ſunt Phocidis regionis. A *Per calamos*] Sagittas, quæ ex calamis fiebant. Verg. Quũ Daphnidis arcum Fregiſti & calamos. calamis Orientis populi bella conficiunt, calamis ſpicula addunt irreuocabili hamo noxia. Plin. *Puellæ uenatricis.*] Dianæ. *Neptune pater Aegei.*] Ferunt enim fabulæ Aegeum regem Athenarum filium fuiſſe Neptuni, patrem Theſei. *Tuum tridentem.*] Fuſcinã tuam. Poeta in carmine obſcœno, Fulmẽ habet mundi dominus, tenet illud aperte, Nec datur æquoreo fuſcina tecta deo. *Herculeos arcus.*] Legendum eſt arcus, non artus. de telis enim intelligit, ſequitur namq; : Quicquid habent telorum armamentaria cœli.

Per calamos uenatricis, pharetramq; puellæ,
Perq; tuum pater Aegei Neptune tridentem,
Addit & Herculeos arcus, haſtamq; Mineruæ,
Quicquid habent telorum armamentaria cœli.
Si uero & pater eſt, comedam, inquit, flebile nati
Sinciput elixi, pharioq; madentis aceto.
Sunt qui in fortunæ iam caſibus omnia ponunt,
Et nullo credunt mundum rectore moueri,
Natura uoluente uices, & lucis, & anni.
Atq; ideo intrepidi quæcunq; altaria tangunt.
Eſt alius metuens ne crimen pœna ſequatur;

Armamentaria.] Loca ubi reponuntur arma. B *Si uero pater eſt.*] Si filios habet. *Comedam*] obteſtatur, ut ſibi habeatur fides.

Sinciput] Aliqui dicũt appellatũ eſſe, quaſi ſemicaput, prioremq; capitis partem eſſe, cui opinioni haudquaquã aſtipulor. nam occipitio opponitur frons, non ſinciput. Apuleius in prima Apologia loquens de quodam Thallo morbo comiciali laborante ſic ait. Facie ulceroſus, frõte & occipitio conquaſſatus. aliud igitur ſignificat ſinciput, quod forte adhuc pauci intellexere. Perſ. Fumoſum ſinciput aure. Plin. Sinciput uerrinũ, Macrob. Sinciput aprugnum. pro toto capite poni uidetur apud Plautum in Mænechmis. Non eſt tibi ſanum ſinciput adoleſcens. Sic etiam apud Perſiũ. Mihi feſta luce coquatur Vrtica, & fiſſa fumoſum ſinciput aure. Licet illic diximus partem eſſe capitis, uideturq; facta compoſitio ex Græco & Latino à ſin, quod eſt ſimul & caput quaſi totum caput. Flauius Vopiſcus in Tacito ſic inquit. Conuiuium uero unius gallinacei, ita ut ſinciput adderet, & oua pro omnibus oleribus affatim miniſtrantibus lactucis impatienter illuſit. *Flebile.*] Deflendum mihi. *Elixi.*] Aqua cocti, à liquore ſecundum Varronem. *Phario.*] Aegyptiaco. Pharus enim eſt inſula cum turri eiuſdem nominis, Alexandriæ oppoſita. De qua non pauca Cæſar in Commentarijs, Plinius, Strabo, Solinus, & Lucanus. Propertius, & Ptolomeæ littora capta Phari. C Acetum autem Aegyptiacum optimum fuiſſe oſtendit Martialis, Amphora Niliaci non ſit tibi uilis aceti: Eſſet, ſi uini uilior illa foret. *Sunt qui in fortunæ.*] Inter philoſophos triplex fuit de dijs opinio. Alij enim inter quos fuit Diagoras, negauerunt deos eſſe: alij deos eſſe cenſuerunt, ſed res humanas non curare, ijq; fuere Epicurei: alij eſſe & curare ut Stoici. Ait igitur Iuuenalis, multos exiſtere qui Diagoræ opinionem ſecuti, exiſtiment deum non eſſe qui res humanas curet: ſed tantummodo omnia nutu naturæ, fortunæue agi, atque ideo ſine aliquo metu ſcelera perpetrent. Alios uero eſſe qui deos eſſe putent, timeantq; eos, & tamen peierent pluris pecuniam facientes, quàm iram deorum. *Natura uoluente uices.*] Opinionem eorum ſequitur qui naturam falſò à deo ſeparantes quæſiuere, quid prius fuit, natura, an deus. Si natura prior eſt, ergo deus natus eſt. Atqui deus naſci non potuit. Rurſus ſi deus prior eſt, nata eſt natura, quòd ſi naſci potuit natura, incipit non eſſe natura. Hinc illud pendet Ouidii in primo Metamor. Hanc deus & melior litem natura diremit, ubi oſtendit naturam eſſe deo potentiorem, quaſi quæ ante deum fuerit, & à qua omnia ſint orta, quam ſententiam tetigit & Claudianus in laude quarti conſulatus Honorij. Talis ab Idæis primæuus Iuppiter antris, Poſſeſsi ſtetit arce poli, famuloſq; recepit Natura tradente deos. Et idem alibi. Iuppiter, ut perhibent, ſpacium quum diſcere uellet Naturæ, regni neſcius ipſe ſui, Armigeros utrinq; deos æqualibus alis Miſit ab Eois, occiduiſq; plagis. unde falluntur illi, qui apud Ouidium exponunt, & pro id eſt. ut ſtet expoſitiue, quum ſecutus ſit poeta eos philoſophos qui naturam ſepararunt, ut diximus, à deo, uolueruntq; eam eſſe potentiorem deõ, quod & Cicero ſecutus eſt in Paradoxis his uerbis. D Tu quum tibi ſiue deus, ſiue mater (ut ita dicam) rerum omnium natura dederit animum &c. ubi aperte docet deum, & naturam non eſſe idem. Rerum autem naturæ patronos fuiſſe docet Apuleius in prima Apologia Anaxagoram, Leucippum, Democritum, & Epicurum. nam deos abnuere exiſtimabantur, ſolam autem naturam dicebant eſſe à qua ut diximus omnia naſcerentur. Sed, ut tradit Lactantius Firmianus, melius Seneca omnium Stoicorum acutiſsimus, qui uidit nil aliud eſſe naturam, quàm deum. Ergo inquit deum non laudabimus: cui naturalis eſt uirtus, nec illam didicit ex ullo, immo laudabimus. quamuis naturalis illa ei ſit, ſibi illam dedit, quoniam deus ipſa natura eſt. Cur igitur inquit ortum rerum tribuis naturæ ac detrahis deo. *Voluẽte uices.*] Id eſt curſus, & uertigines diei & anni, ac per hoc omñe temporum curriculum. Claudianus. anniq; meatus, Et lucis, noctiſq; uices.

Atq; ideo.] Ob eam rem intrepidi iurant, quia non putant eſſe deos quos offendant. *Altariã tangũt.*] Aras omniũ deorũ tangẽdo iurant, *Eſt alius metuẽs.*] Alij inquit ſunt, qui omnino deos eſſe credunt & deorum iram metuunt, ne puniantur quum malefecerint, tamen peierant auiditate

A tate pecuniæ obcæcati. *Peierat.*] Is peierare dicitur, qui datā fidem non præſtat. *Secum*] Tacitus in animo ſuo. *Decernat.*] Statuat, & quodcunq; uolet ſuppliciū ſumat. *Siſtro.*] Hypallage eſt pro ipſa irata. Iſis Aegyptiorum dea cuius ſacrificia Romā tranſlata præcipua ueneratione colebantur, putabaturq; dea ferire periuros, quotiens per eam iurantes fidem non ſeruaſſent, unde Ouid. in Pōto. Vidi ego linigeræ numen uiolaſſe fatentē Iſidis, Iſiacos ante ſedere focos: Alter ob huic ſimilē priuatus lumine culpam, Clamabat media ſe meruiſſe uia. Vbi locus corrigēdus eſt. nam pro linigeræ ſcriptū eſt linigenę, de qua plura alibi. *Siſtro.*] Inſtrumentum erat tinnulum, quo Iſidis ſacerdotes in ſacris utebantur. Apul. lib. xi. Metam. æreis & argenteis, immo uero & aureis ſiſtris argutum tinnitum conſtrepentes. & paulopoſt, ſacerdos appropin-
B quat dextra proferens ſiſtrum. Ouid. in Pōto. Et quis ita eſt audax, ut limine cogat abire, Iactantē Pharia tinnula ſiſtra manu?

Hic putat eſſe deos, & peierat, atq; ita ſecum:
Decernat quodcunq; uolet de corpore noſtro
Iſis, & irato feriat mea lumina ſiſtro,
Dummodo uel cæcus teneā, quos abnego nummos.
Et phthiſis, & uomicæ putres, & dimidium crus
Sunt tanti? pauper locupletem optare podagram
Ne dubitet Ladas, ſi non eget Anticyra, nec
Archigene. quid enim uelocis gloria plantæ
Præſtat, & eſuriens piſęæ ramus oliuæ?

Vel cæcus.] Id eſt etiā cæcus. *Phthiſis*] Dictio eſt Græca, quę corruptionem, tabem, maciem ſignificat. eſt enim morbus, qui hominem paulatim conſumit. á *φθίω*, quod eſt corrumpo. *Vomicæ p.*] Vomica ulcus eſt malignum latens, & tumens cum ſanie. á uomenda ſanie dicta. unamquanq; partem corporis infeſtat. Plin. lib. ij. cap. xiij. docet ocimum ſylueſtre uomicis uuluæ mederi. Celſus ait in tertio uomicæ finem eſſe, ut rumpatur. *Sunt tanti*] Ordo eſt, Et phthiſis & uomicæ putres ſunt tanti? Senſus eſt, ſunt ne adeo mihi timenda & æſtimāda hæc mala, ut negem nummos? quaſi dicat, minimi mihi ſunt facienda præ pecunia. dicimus enim tanti ne facis periculum, id eſt times ne tantopere periculum, ut tantam lucri anſam amittas? legendumq; eſt cum interrogatione. *Pauper locupletem optare podagram ne dubitet Ladas.*] Superiorem ſenſum declarat per hæc ſequentia, ſunt autem uerba periuri. Eſtq; ſenſus & ordo, Ladas, qui miræ fuit pernicitatis pauper, non dubitet optare ſibi podagram diuitem, id eſt non dubitet illam uelocitatis gloriam contemnere, & optare ſibi podagram qua una maxime uelocitas impeditur, modo ad diuitias tranſeat. Itaq; locus eſt corrigendus ut non laudas, ſed Ladas legatur. is enim ut ſcribit So-
C linus, primam palmam pernicitatis eſt adeptus, qui ita ſub cauum puluerem curſitauit, ut in harenis pendentibus nulla indicia relinqueret ueſtigiorum. eius meminit & Martialis in ſecundo. Quid ſi per graciles uias petauri, Inuitum iubeas ſubire Ladam. per Ladam autem omnem intelligit pauperem expediti corporis. De Lada meminit & Catullus. Non Ladas ego penniferue Perſeus. Eiuſdem meminit & Cicero ſic in Rheto. ad Herennium libro quarto. Quaſi ſi quis ad Olympiacum uenerit curſum & ſteterit ut mittatur, impudentesq; illos dicat eſſe qui currere cœperunt, ipſe intra carceres ſtet, & narret alijs quomodo Ladas, aut Boius cum Sicyonijs curſitarit. *Locupletem.*] Non exponas, qualem patiuntur maxime locupletes, ſed locupletem podagram, id eſt morbum ipſum in ſumma opulentia. quid enim proſit Ladæ pauperi, ſi in paupertate manendū ſit, optare ſibi podagram, qua uexantur locupletes. ſic ergo exponendum eſt: Ladas pauper modo diuitijs cumuletur non dubitet optare uel podagram uelocitati ſuæ aduerſatricē, modo habeat unde largiter & delicate uiuat. ſicq; cum ſuperioribus optime coniungitur. *Si nō eget Ant.*] Verba periuri. Ladas inquit curſor, non dubitet, ſi non eget Anticyra. i. ſi inſanus non eſt. nam Anticyra inſula eſt, quæ olim Cypariſſus nominata eſt, ut ſcribit Pauſanias, ſed mutato nomine Anticyra eſt appellata, ab Anticyro Herculis ſocio. ut uero ſcribit Strabo ciuitas eſt ad ſinum iacēs Maliacum, & Oetam montem. Ibi helleborus, ſiue ueratrum naſcebatur, quo ut ſcribit Plinius homi-
D nis inſania & mali humores emendantur, & ad ingenium acuendum plurimum ualet. unde Carneades reſponſurus libris Zenonis Stoici, helleborum candidum ſumpſit, de quo multa diximus apud Perſ. illic: Ebria ueratro. ergo ſi non eget Anticyra. i. ſi non eget helleboro, quo hominis inſania emendatur, ac per hoc ſi inſanus non eſt. *Archigene.*] Medico, qui ueluti in delirio feriat uenam in media fronte, ſicuti ante dictum eſt. O medici mediam pertundite uenam. de Archigene facta eſt mentio in ſexta Satyra illic. aduocat Archigenem. *Quid enim uelocis*] Quid inquit prodeſt Ladæ pauperi firma corporis ualetudo, & quòd pedum ſit ſumma pernicitate, ita etiam ut in Olympicis ludis ſæpe palmam reportet, ſi in paupertate ſit uiuendum? quaſi dicat, longe utilius eſt homini morbis uel grauiſsimis uexari, dummodo ſit in ſumma rerum opulentia, quàm ſanitatē corporis habere, & in paupertate uiuere. *Præſtat*] Quid prębet utilitatis. *Plantæ ueloc.*] Quòd ſit mira pedum pernicitate. *Ramus oliuæ.*] Vt ſit uictor in ludis Olympicis, ubi uictores oleaſtro coronabantur, autor Plinius libro decimoquinto. Interq; alia certamina curſu potiſſimum contenditur, unde uelocis gloria plantæ. *Piſææ*] Piſa, & Elis ciuitates ſunt Peloponneſi, inter quas iacet campus uaſtiſsimus, qui Olympia nominatur, ubi ludi celebrabantur, qui à locorum propinquitate dicuntur, & Piſæi, & Elæi, & Olympici, ſiue Olympij, non autem, ut falſo quidā putauerunt, ab Olympo monte. *Eſuriens*] Quòd ſit uictor, & eſuriat, id eſt ut ſit pauper.

Vt ſit

Vt ſit magna.] Senſus eſt. Concedo inquit deos eſſe, & grauiter delinquẽtibus iraſci, tamẽ ad pu- A
niendum lenti ſunt. præterea ſi omnes puniendi ſunt, longũ erit ut me puniant. Ordo eſt. Ira deo
rum certe lenta eſt, ut ſit magna, id eſt quãuis ſit magna. ut ſit conceſſio eſſe deos, ſed lentos ad uin
dictam. *Lenta.*] Non feſtinata tarda. Vale. Lento enim gradu ad uindictam ſui diuina procedit
ira, tarditatemq́; ſupplicij grauitate compenſat. *Sed & exorabile numen.*] Talia ſolent ſibi commi
niſci, qui turpiter uolunt uiuere.

Vt ſit magna, tamen certè lenta ira deorum eſt.
Si curant igitur cunctos punire nocentes;
Quando ad me uenient? ſed & exorâbile numen
Fortaſſe experiar, ſolet his ignoſcere: multi
Committunt eadem diuerſo crimina fato.
Ille crucem precium ſceleris tulit, hic diadema.
Sic animum diræ trepidum formidine culpæ
Confirmant. tunc te ſacra ad delubra uocantem
Præcedit, trahere immo ultro, ac uexare paratus.
Nam quum magna malæ ſupereſt audacia cauſæ,
Creditur à multis fiducia. mimum agit ille,
Vrbani qualem fugitiuus ſcurra Catulli.
Tu miſer exclâmas, ut Stentora uincerè poſsis,
Vel potius quantum Gradiuus Homericus. audis
Iuppiter hæc? nec labra moues, cum mittere uocem
Debueras uel marmoreus, uel aheneus? aut cur
In carbone tuo charta pia thura ſoluta
Ponimus, & ſectum uituli iecur, albaq́; porci
Omenta? ut uideo nullum diſcrimen habendum eſt
Effigies inter ueſtras, ſtatuamq́; Batylli.

Ad me.] Puniendum. *His.*] ta
libus delictis. *Multi.*] Verba ſunt
peccantis, quibus occurrit his qui
poſſent dicere ſibi cauẽdum eſſe à
ſupplicijs legum humanarum, ait
ergo: non ignoro hoc quidem, ſed
tamen multos conſtat eadem com
mittere crimina, ſed diuerſo fato:
alij puniuntur, alij non modo non
puniuntur, ſed honoribus etiã de
corantur. quaſi colligat ſibi etiam B
accidere poſſe, ut pro malefactis
beneficia accipiat. *Diuerſo fato.*]
Diuerſo euentu. *Diadema*] Eue-
ctus eſt ad regiam dignitatẽ: nam
diadema faſcia erat (ut ſupra dixi-
mus) qua caput regis uinciebatur,
à *diadein* quod eſt circũligo. *Con-
firmat animum.*] Animum cõmaſcu
lat & corroborat. *Trepidum formi
dine diræ culpæ.*] Qui formidat, &
tremit conſcientia diri ſceleris.
Præcedit.] Scilicet ipſe periu-
rus, tanquã innocentiæ ſuæ confi-
dat. *Te uocantem.*] Hoc eſt te qui
petis depoſitũ. *Nam creditur fiducia.*] Confirmatio rationis, quare tantæ audaciæ ſit. quia multi
inquit malicia hominum decepti, putant eum eſſe innocẽtem, qui magna cum audacia cauſam ſu C
am tuetur, idcirco audax eſt. putant enim ex recta cõſcientia, & fiducia tantam audaciã proficiſci.
Malæ cauſæ.] Hoc eſt homini tuenti cauſam iniquam. *Supereſt.*] Abundat. *Mimum agit ille.*]
Nõ minore inquit ſtrepitu mouetur, & clamore, quàm ſi mimũ agat, id eſt fabulam, nam mimus
(ut diximus) alibi præter hominem ſcenicum, genus eſt fabulæ, unde poetæ mimographi, qua-
lem egit ſcurra fugitiuus Catulli Vrbani, nam in fabula Catulli introductus eſt ſeruus, qui mirum
in modum clamaret. *Exclamas.*] Ingenti uoce clamas. C. Tali querela uſus eſt Iarbas apud
Vergilium. Aeneid. iiij. Iuppiter omnipotẽs, cui nunc Maruruſia pictis, Gẽs epulata thoris lenæũ
libat honorem, Aſpicis hæc? &c. S. *Tu.*] Scilicet ex altera parte. *Stentora.*] Stẽtor in exer
citu fuit Græcorum uir magnanimus, cuius tantus (ut ſcribit Homerus in quinto Iliados) erat uo
cis ſonus, quantus aliorum quinquaginta. *Gradiuus Homericus.*] Id eſt Mars, quem Homerus
libro quinto Iliados ait uulneratum à Diomede tam ingenti uociferatione præ dolore exclamaſſe,
quanta nouẽ decemue milia uirorum ſolent, quum pugnam ineunt, ita ut Græci ſimul ac Troia-
ni territi contremiſcerent. *Audis hæc.*] Quæ fiunt à periuris & ſceleratis. *Nec labra moues.*]
Nec iraſceris. nam ferunt Iouem, quum hominibus iraſcitur, prorumpere in maximos clamores,
& buccas inflãdo mittere fulmina. Orat. Quin Iuppiter ambas Iratus buccas inflet. Perſius. ad ſeſe
non clamet Iuppiter ipſe. *Vel marmoreus*] Etiã ex marmore. *Thura ponimus.*] Cur te ut deũ, D
& omniũ ſcelerum uindicem colimus. quaſi dicat ob eam rem te colimus, ut humana negocia ſeue
re modereris, ſcelera ulciſcaris. *Iecur uituli*] Nam iecur in extis principatũ obtinet. *Omẽta*]
apud Perſ. quũ expoſuimus, Tot tibi quũ in flammis Iunicum omenta liqueſcant: diximus auto-
re Celſo, Omentũ eſſe inteſtinum, exteriore parte lene, & ſtrictum, ex ſuperiore mollius, cui adeps
quoq; innaſcitur, quę ſenſu, ſicut cerebrũ quoq;, & medulla caret. Plin. omentũ membranam po
tius eſſe docet, quum ait, uentriculi atq; inteſtina pingui ac tenui omento teguntur, pręterquam
oua gignẽtibus. *Vt uideo,*] Senſus eſt, tam negligenter inquit dij res humanas curatis, ut nul-
lum putem eſſe habendũ diſcrimen inter ſtatuas ueſtras & Batylli. *Batylli.*] Intelligit de ſtatua
Batylli Samij, de quo Apul. in ſecũdo Floridorũ multa cõmemorat. ait enim in Samo, quæ modi
ca eſt inſula in mari Icario templũ Iunonis antiquitus famigeratũ conſpici, cuius ante aram ſtatua
erat Batylli à Polycrate tyranno dicata, qua nihil unquã affectius fuit. hic non modo dilectus fuit à
Polycrate, ſed etiã ab Anacreonte Teio, unde Apule. ſic ait, qui Polycrati tyranno dilectus Anacre
onta Teium amicitiæ gratia cantillat. Orati. Non aliter Samio dicũt arſiſſe Batyllo Anacreonta
Teium. Batyllus item fuit, ut diximus apud Perſ. pantomimus. Tris tamen ad numeros Satyri mo
ueare Batylli. Iuu. alibi. Molli ſaltante Batyllo. Batylli item populi ſunt Septẽtrionales Ptolemæo.

A Batyllus item inſtrumentū eſt ferreum ad uſum ignis. Ora. Prætexta & latum clauum, pruniæꝗ ba-
tyllum. de hac igitur Batylli ſtatua eſt intelligendum, quam erexit Polycrates citharœdico ſtatu in
memoriam eius. Sunt qui Pythagoræ eam falſo exiſtiment, ſed philoſophus nequaquā à Tyrāno
dilectus eſt, quippe eo iam dominari orſo, profugit ex inſula clanculum. *Accipe quæ contra.*] Au
di etiam, quæ ſolatia tibi afferre poſsint, qui nullis ſunt inſtructi philoſophiæ præceptis, nec Stoi-
corum, nec Cynicorum, nec Epicu
reorum, qui omnes. ſ. opes cōtem
pſerūt: quaſi dicat, unuſquiſꝗ uel
rudis poteſt te in iſta pecuniæ a-
miſsione optime conſolari. per
quod docet æquo animo omnia eſ
ſe ferēda, quæ amiſerit, & bona for
tunæ contemnenda.

> Accipe quæ contra ualeant ſolatia ferre,
> Et qui nec cynicos, nec Stoica dogmata legit
> A cynicis tunica diſtantia, non Epicurum
> Suſpicit exigui lætum plantaribus horti.

Cynicos.] Cynicorū ſectæ, ut diximus in commentariis Perſii illic, Si cy-
nico barbam petulans nonaria uellat, princeps fuit (autore Laertio) Antiſthenes Athenienſis,
qui cum diſſereret in gymnaſio, quod cynoſargin appellabant, non longe à ianuis, cynicum co-
gnomen ſectæ ſuæ dedit. Lactant. uero à canibus cognomen accepiſſe ſcribit his uerbis. Quid lo-
B quar de cynicis, quibus in propatulo coire cū coniugibus mos fuit: quid mirum ſi à canibus, quo
rum uitam imitantur, etiā uocabulum & nomen traxerunt: cyon enim Græce canis dicitur, & cy-
nicos caninus. Quod ſane ita fuiſſe Apuleius in ſecundo Floridorum oſtendit, ubi ſic loquitur
de Crate cynico. Duxit cynicus puellam in porticum, ibidem loco celebri, coram, luce clariſ-
ſima accubuit, coramꝗ uirginem imminuiſſet paratam pari conſtantia, ni Zeno procinctu pal-
liaſtri circumſtantis coronæ obtutu magiſtrum in ſecreto defendiſſet, ubi mendum correximus
nam ubi legimus duxit cynicus, ſcriptum erat dux cynicus. Aliqui uero cynicos dictos eſſe pu-
tant quòd eſſent mordaces ut canes. nam Diogenes (ut ſcribit Laertius) interrogatus quare canis
diceretur, reſpondit, quia eis, qui dant, blandior, iis qui non dant oblatro, malos autē mordeo. Ii
autē, ut dixi, nobilitatē, & diuitias abiiciebant, dicentes ſolam uirtutē ſufficere ad beatam uitā, un-
de Crates cynicus, omnē rem familiarē abiecit, exiſtimans tūc demū ſe manumiſſum. ſola pera &
baculo contenti cibos mendicabāt, de quibus ita Apul. in prima Apol. Non ſunt quidem iſta Pla-
tonicæ ſectæ geſtamina, ſed cynicæ inſignia familiæ, uerūtamen hæc Diogeni & Antiſtheni pera &
baculus, quod regibus diadema. Diogenes quidē cum Alexandro magno de ueritate regni certa-
būdus, baculo uice ſceptri gloriabatur. Plautus in Perſa. Cynicum eſſe egentē oportet, paraſitum
probe. Mart. lib. iiii. Cærea quem nudi tegit uxor abolla grabati: Cui dat latratos obuia turba ci-
C bos. Eſſe putas cynicum deceptus imagine falſa, Non eſt hic cynicus Coſme. quid ergo? canis. *Do
gmata*] Sententias, & opiniones Stoicorum, fit autē dogma à *δοκεῖν* quod eſt ſentio. nam quæ Græ
ci dogmata dicunt, Latini decreta appellant, unde Sen. lib. xv. epiſtolarum ad Lucil. Nulla ars con
tēplatiua ſine decretis ſuis eſt, quæ Græci uocāt dogmata, nobis uel decreta licet appellare, uel ſci
ta, uel placita. Hoc autē intereſt inter decreta philoſophiæ, & præcepta, quod inter elementa & mē-
bra: hæc ex illis dependent, illa horum cauſæ ſunt omnium. præcepta enim pendent ex decretis.
Sunt igitur dogmata ſectæ uniuſcuiuſꝗ decreta, quæ, ut Ciceronis eſt ſententia, prodere ſcelus eſt
non minus ꝙ patriam. unde ſcribit Laertius, eam minime ſectam appellari, quæ dogma nō habet.
Stoica] Sectæ Stoicæ princeps fuit Zeno, à quo primo Zenonii ſunt appellati, mox uero Stoici
à ſtoa, id eſt porticu. nam Athenis Porticus erat, quæ pyſianactia uocabatur, referta uaria & mul-
tæ ſciētię pictura Polignoti Thaſi, in qua quum diuerſis tēporibus iam mille quadringēn triginta
ciues interfecti fuiſſent, uoluit Zeno locum illum ſtabilē atꝗ inuiolabilē reddere, quare cœpit in
illa docere. ad quem eo audiendum diſcipuli confluentes, qui antea, ut dixi, Zenonii dicebantur,
poſtea ab ipſa porticu Stoici ſunt uocati, autor Laertius. hi autē ita diuitias, & reliqua fortunę bo-
na abnuebāt, ut nihil præter uirtutē bonum appellarent, dicentes diuitē, quicūꝗ cœlo tegeretur.
Tunica diſt.] Nam (ut ſcribit Auguſtinus De ciuitate dei) dogmata philoſophorum ſolo habitu
D fuerunt diuerſa: nam quum omnes uirtutē, ſiue ſummū, ſiue ſolum bonum dicerent, diuitias uni
uerſi contemnebant. tunica igitur tantum diſtabāt Stoici à cynicis, quòd cynici duplici pallio ute
bantur. unde illud Oratii in Epiſtola ad Sæuam de cynico. Contrà, quem duplici panno patientia
uelat Mirabor. eam ueſtem duplicem, ut ſcribit Porphyrius, diploidem appellauere, eādem & a-
bollam. Mart. ut modo recitauimus lib. iiii. Cęrea quem nudi tegit uxor Abolla grabati, Cui dat
latratos obuia turba cibos, Eſſe putas cynicum &c. de eo ſic & Laertius. Primus Antiſthenes pal-
lium duplicauit, ipſoꝗ ſolo utebatur, baculumꝗ ſumpſit, & peram. Zeno uero Stoicorum (ut
dixi) princeps patientiſsimus fuit, & uictus ſimpliciſsimi, crudiſꝗ tantum cibis utebatur, & tenui
pallio, ita ut de illo diceretur, quòd eum neꝗ ſæua hyems, nec gelidus imber, non dura uis mor-
bi domuerit, neque torridus ſol. *Epicurum.*] Epicurus contentus fuit exiguo horto, primusꝗ
(ut ſcribit Plinius libro decimonono) inſtituit Athenis habere hortos in Vrbe, unde hortorum
magiſter eſt appellatus, ad quod alluſit Papinius libro primo Syluarum, Delitiæ, quas ipſe ſuis
digreſſus Athenis Mallet deſerto ſenior Gargetius horto. autor eſt Laertius ſummum bonum E-
picurum ad Herodotum ſcripſiſſe eſſe in uoluptate, ſcilicet non dolere corpore, animoꝗ trāquil-
lum eſſe & perturbatione uacare, aqua & cibario pane ſe contentum fuiſſe teſtatus eſt. *Non ſuſ
ſpicit.*] Non ueneratur, ac per hoc non legit. *Lætum.*] Contentum. *Plantaribus*] Oleribus:

Curentur dubij medicis maioribus ægri.
Tu uenam uel diſcipulo committe Philippi.
Si nullum in terris tam deteſtabile factum
Oſtendi, taceo, nec pugnis cædere pectus
Te ueto, nec plana faciem contundere palma.
Quandoquidẽ accepto claudenda eſt ianua dãno,
Et maiore domus gemitu, maiore tumultu
Planguntur nummi, quàm funera. nemo dolorem
Fingit in hoc caſu, ueſtem diducere ſummam
Contentus, uexare oculos humore coacto.
Ploratur lachrymis amiſſa pecunia ueris.
Sed ſi cuncta uides ſimili fora plena querela:
Si decies lectis diuerſa in parte tabellis
Vana ſuperuacui dicunt chirographa ligni,
Arguit ipſorum quos littera, gemmaq; princeps
Sardonycus, loculis quæ cuſtoditur eburnis:
Te nunc delitias extra communia cenſes
Ponendum, quia tu gallinæ filius albæ:

Curentur dubij ægri.] Calamitas inquit tua minima eſt, & quæ non indiget graui conſolatore, ſed A
unuſquiſq; eſt aptus ad te conſolandum & dolorem tuum leniendum. metaphora ſumpta eſt ab
ægrotantibus, quibus pro morbi qualitate adhibentur medici. *Vel diſcipulo Philippi*] qui im-
peritus erat: ſicq; oſtendit, & Philippum, & diſcipulum fuiſſe parum peritos. *Venam feriendam.*]
Hoc eſt te ipſum trade conſolandum, etiam homini mediocris eruditionis, quum iactura tua ſit ta-
lis, ut unuſquiſq; facile poſsit te cõ-
ſolari. *Si nu. in t.*] Senſus eſt ego
non prohibeo quin doleas, ſi po-
tes mihi oſtendere nullum tale fa-
cinus perpetrari inter mortales,
quaſi dicat, talia & grauiora ſolent
mortalibus accidere, ut ſit conſo-
latio à communi miſeria. *Quan-
doquidem accepto.*] non ueto inquã
te dolere, quandoquidẽ ianua eſt
claudenda, id eſt quandoquidem
nulla tibi amplius eſt habẽda ſpes B
illud domum rediturũ, quod ami-
ſiſti. uideturq; ſumptum ex uulga-
to prouerbio, quod ſolet dici in e-
os, qui pecoris ſui diligentes non
fuere cuſtodes, quibus per deri-
ſum imperatur, ut accepto dãno,
ſtabulum claudant, ac per hoc ſci-
ant ſibi ereptam eſſe ſpem recupe-
randi quod amiſerunt. *Et maio-
re domus.*] C. Non ueto inquam
quin doleas, quandoquidẽ nũmi
planguntur maiore gemitu, & la-
mentatione, quàm domeſtici alicuius interitus. *Nemo dol. fin. in hoc caſu*] Amiſſa pecunia nemo
dolorẽ fingit, nemo cõtentus eſt lachrymas ſimulare: uerum omnes habenas laxant mœrori, to-
tamq; diſcindũt ueſtem, nõ contenti diducere & aperire. S. *Humore coacto*] non enim lachry-
mis fictis plorat, unde bene ſequitur ploratur lachrymis ueris. *Sed ſi cũ. ui.*] Ordo eſt. Sed cen- C
ſes te nũc quaſi delitias ponendũ extra cõmunia, ſi uides cuncta fora plena ſimili querela &c. ut ſit
ſenſus. Quum uideas in iudicijs quotidie talia ſcelera deferri cum acerbis deceptorum querelis:
non debes putare te, ut delicatũ telis fortunæ non eſſe ſubiectum. *Cuncta fora.*] Tria erãt Romæ;
ut diximus in ij. Sat. illic, fora ueſtra mouemus. *Dicunt.*] Debitores & periuri. *Chirographa.*]
Chirographum dictum eſt ἀπὸ τῆς χειρὸς, id eſt à manu & γράφω ſcribo. eſt enim ſceda ſiue tabel-
la manu propria ſcripta. ergo uana chirographa, id eſt uanos, adulterinos, & mendaces pugil-
lares ligneos, in quibus propria manu ſcripſit. Alibi Iuuen. Debitor aut ſumptos pergit non red-
dere nummos, Vana ſuperuacui dicens chirographa ligni. *Lectis ta.*] Lectis ipſis pugillaribus.
Diuerſa in par.] In parte contraria, id eſt, aduerſus ipſum debitorem. *Superuacui.*] Nihil profi-
cientis, ſuperuacuũ enim eſt in iudicium proferre tabellas, debitore omnia negante. *Arguit ip.*]
Ordo eſt. Illi dicunt chirographa eſſe uana, quos litera ipſorum arguit, id eſt, quos ſua ipſorum
ſcriptura & ſignum reuincit & oſtendit eſſe ueros debitores. *Sardonicus.*] Signum cælatum in
Sardonice, quę eſt in annulo ſignatorio. Metonymia eſt. Sardonycus autem nominatiuus eſt Lati-
nus, formatus à genitiuo Sardonyces. Onyx gemma eſt, cui nomen eſt coniunctum cum Sarda
alio lapide: nam Onyci candor eſt, autore Plinio, unguis humani ſimilitudine, item Chryſoliti ex
Iaſpidis & Sardæ, unde nominis ſocietas oritur. De hoc plura ſuperius, & illic apud Perſiũ. Cum D
ſardonyce albus. C. Sarda eſt, quã Corniolam uulgo uocant, & onyx, quam Calcedoniam di-
cũt, & Chryſolithus quã Iacintum. S. *Gẽma p.*] Appoſitio eſt, ut ſit Sardonycus qui eſt gemma
princeps inter alios precioſos lapillos. *Loculis e.*] Nã loculi eburnei repoſitoria erãt, & monetę
aureæ, & annulorũ. Mar. Hos niſi de flaua loculos implere moneta Nõ decet, argẽtũ uilia ligna fe-
rant. De ijs plura in i. Sat. illic neq; enĩ loculis comitãtib. itur Ad caſum tabulæ. *Te n. d.*] Ironicos,
& appoſitio eſt. *Extra c.*] Extra cõmunẽ ſortẽ, quaſi qui cõmunib. omniũ malis nõ ſis obnoxius.
C. *Quia tu gallinæ filius albæ*] Apparet hoc fuiſſe Romanis. prouerbium Iuuenalis ætate, quod e-
tiam apud noſtrates uſurpatur, ſed ferè per ironiam, cum uolunt ſignificare aliquem ab aliquo
malo, aut onere, aut munere laborioſo, immunem non eſſe, quod forte ipſe putabat. Significat a-
dagium hoc, hominem feliciter natum, & fortunatum. Quæ autem fuerit adagij origo, difficile in-
uentu eſt. Eraſmus duplicem rationẽ refert: ſiue quòd læta atq; auſpicata Latini alba & cãdida uo-
cauere. hinc albi dies, & albo lapillo notati, pro felicibus: hinc candidi Deorũ filij appellati, ut Pla-
to ſcripſit, & retulit Plutarchus. Vnde Vergilius in Daphnide Cæſarem candidum, quaſi Deorum
filium, & iam inter cœlites relatum, & felicem, uocat. Candidus inſuetum miratur lumẽ Olympi:
quod an uiderint prolixi Vergilij interpretes, perſpicuum eſt. Alteram rationem affert Eraſmus;

A ex hiſtoria Galbæ imperatoris, de alba gallina illa fatali, quam aquila in Liuiæ gremium demiſit, quam mirandę fœcunditatis fuiſſe, Suetonius ſcribit. Columella tamen albas gallinas minime fœcundas eſſe docet: idcirco, fœcunditatis cauſa non emendas. Sic enim libro octauo De re ruſtica cap. ſecundo pręcipit. Mercari porro niſi fœcundiſsimas non expedit, eæ ſint rubicundæ uel fuſcę plumæ, nigriſq; pennis, ac ſi fieri poterit omnes huius, & ab hoc proximi coloris eligantur. Sin aliter, euitētur albæ, quæ ferè cum ſint molles ac minus uiuaces, tum ne fœcundæ quidem facile reperiuntur, atq; etiam cõſpicuæ ſunt, propter quod inſigne cãdoris, ab accipitribus, & aquilis ſæpius abripiũtur. hæc ille. ex quo permirum eſt, cur prouerbium de alba Gallina, auſpicatũ & felix eſſe putetur.

Nos uiles pulli, nati infelicibus ouis.
Rem pateris modicam, & mediocri bile ferendam,
Si flectas oculos maiora ad crimina. confer
Conductum latronem, incendia ſulphure cœpta,
Atq; dolo, primos quum ianua colligit ignes.
Confer & hos ueteris qui tollunt grandia templi
Pocula adorandæ rubiginis, & populorum
Dona, uel antiquo poſitas à rege coronas.
Hæc ibi ſi non ſunt, minor extat ſacrilegus, qui
Radat inaurati femur Herculis, & faciem ipſam
Neptuni, qui bracteolam de Caſtore ducat.
An dubitet ſolitus totum conflare tonantem?
Confer & artifices, mercatoremq; ueneni,
Et deducendum corio bouis in mare, cum quo
Clauditur aduerſis innoxia ſimia fatis.
Hęc quota pars ſcelerum, quę cuſtos Gallicus urbis

Nos uiles pulli, nati inf. ouis] Hoc prouerbiũ contrarium eſt ei quod B dixit, gallinæ filius albę. Quę uero infelicia dicãtur oua, coniecturam meam afferam, quã hic interpres ſilet. Plin. Natur. hiſt. lib. x. cap. xij. inter inauſpicatas aues, coruos receſet: cuius itẽ ouũ ſi grauida ederit, per os partũ reddere, exiſtimatũ ſit. Itaq; infelicia oua, aut cornicis, aut corui, aut bubonis appellari cẽſeo, ſed corui maxime. Alludit enĩ ad alterũ adagiũ illud: Mali corui, malũ ouũ, Itẽ, Dat ueniã coruis, uexat cenſura colũbas. corui enĩ pro malis hominibus uſurpauit, idq; κατ' ἀλληγορίαν. S *Rẽ p. m.*] cõſolatio à minimo detrimẽto. *Cõfer.*] cõpara tuo dãno. *Conductũ l.*] ſicariũ mercede conductũ ad cædẽ alicuius. *Quũ ia. p.*] Incẽdij grauitatẽ oſtẽdit, quo primę partes ſunt occupatę, ut nõ facile ſit ſubuenire flagrãtibus inferioribus. *Pocula templi.*] Qui ſacrilegia cõmittunt. *Adoranda ru.*] Quę habenda ſunt in maxima ueneratione propter religioſam uetuſtatem. *Et po. do.*] Nam in templis dona miſſæ C uel à regibus, uel à populis, pie & religioſe ſeruabantur. Et ubi dona reponebãtur, donaria ſunt appellata. *Coronas po. an. re.*] Vtpote à Romulo cæteriſq; regibus, quorum coronę in eorum memoriam templis deorum affigebantur. *Hæc ibi.*] Si in templis inquit non ſunt dona, & pocula, quæ ſurripiantur, non deſunt qui minutiora ſequantur furta, ut qui breues, & leues auri bracteolas ex ſtatuis deorum eradant. *Femur.*] Proprie coxã, licet hic poeta uideatur poſuiſſe pro pectine. De femore & feminibus dictum eſt alibi ante. *An dubitet.*] Tam tenues bracteas deradere. quum auſus ſit totum ipſum Iouem fundere, quaſi dicat uerebitur tam friuola furta ſectari, & ſacrilegia, qui aſſueuerit grandiora committere? *Artifices ueneni.*] Compara tuis incommodis & eos qui ueneficia exercent. *Et deducendum.*] Id eſt parricidam, quem per ſupplicij genus deſcribit. C. eſt circuitio, quam περίφρασιν nominãt Gręci. S. Qui enim parentibus manum intuliſſet, is uiuus culeo inſutus unà cum gallo gallinaceo, ſimia, cane & uipera in mare, aut uicinum aliquem amnẽ, ut ante diximus, proijciebatur. quo genere ſupplicij primus damnatus fuit M. Tul. duumuir, quòd librum ſecreta ciuilium ſacrorum cõtinentem cuſtodię ſuę commiſſum, corruptus, Petronio Sabino ſcribendum dediſſet. Nam culeo inſutus in mare proiectus eſt. inde genus ſupplicij, multo poſt parricidis lege irrogatum eſt, ut pari uindicta parentum ac deorũ uiolatio expiaretur. Nam Publius Malcolus matre interempta primus omnium inſutus culeo in ma D re pręcipitatus eſt. autor Liuius libro ſexageſimo octauo ab Vrbe cõdita. De eodem ſupplicio ita meminit & Cicero ad Herennium. Lex eſt qui parentem necaſſe iudicatus erit, ut is obuolutus, & obligatus corio deuehatur in fluentem. Eiuſdem ſupplicij meminit & in oratione pro Roſcio Amer. *Corio bouis.*] Id eſt culeo. nam culeus ſaccus erat ex corio bubulo. *Aduerſis fatis*] Infeſtis numinibus, quia ipſa id ſupplicij innoxia patitur. *Hæc quota pars ſcel.*] Id eſt hęc eſt minima pars ſcelerum eorum, quę quotidie audit Gallicus prȩfectus Vrbis. quaſi dicat multo plura committũtur ſcelera, quę audit quotidie Gallicus ꝗ̃ quę ubi narraui. Fuit enim Rutilius Gallicus Vrbis pręfectus tẽporib. Domitiani: apud quẽ ſecũdas dignitatis partes obtinuit, ad cuiq; omnia Vrbis iura ab alijs magiſtratibus deferebãtur, unde cuſtos urbis eſt appellatus. Pap. in Sylu. Dubitataq; ſydera cernit Gallicus, es cœlo, dijs es Germanice cordi. Quis neget? erubuit tãto ſpoliare miniſtro Imperiũ fortuna tuũ, paulopoſt. Quippe manet lõgumq; euo remanẽte manebit, Quem penes intrepidę mitis cuſtodia Romę. Cuſtodem igitur intellige ipſum Gallicũ, non anſerẽ. Quare enim anſerem magis nominaſſet ꝗ̃ Gallum, aut aliã auẽ, quę audiat illa ſcelera? & poſtea quando audiat, quũ ſcelera fiũt, an quũ accuſantur? ſi qñ fiũt, poſſunt & nocturno fieri tpe, immo & frequẽtius. ſi qñ accuſantur, nũquid adeſt anſer in iudicio? ita ut omnino abſurdũ ſit de anſere intelligi.

Cuſtos.] Quẽ pręfectũ Vrbis. Trãq. in Tyberio appellat, Ioſephus cuſtodẽ nominat. *Quota.*]

Minima

Vſq; à lucifero, donec lux occidat, audit.
Humani generis mores tibi noſſe uolenti
Sufficit una domus. paucos conſume dies, &
Dicere te miſerum, poſtquam illinc ueneris, aude.
Quis tumidum guttur miratur in alpibus? aut quis
In Meroe craſſo maiorem infante mamillam?
Cærula quis ſtupuit Germani lumina? flauam
Cæſariem? & madido torquentem cornua cirro?
Nempe quòd hæc illis natura eſt omnibus una.
Ad ſubitas Thracum uolucres, nubemq; ſonoram
Pygmæus paruis currit bellator in armis,
Mox impar hoſti, raptuſq; per aera curuis
Vnguibus à ſæua fertur grue. ſi uideas hoc
Gentibus in noſtris, riſu quatiere, ſed illic
Quanquam eadem aſſidue ſpectentur prælia, ridet
Nemo, ubi tota cohors pede non eſt altior uno.
Nulla ne periuri capitis, fraudiſq; nefandæ
Pœna erit? abreptum crede hunc grauiore cathena
Protinus, & noſtro (quid plus uelit ira?) necari
Arbitrio. manet illa tamen iactura, nec unquam
Depoſitum tibi ſoſpes erit, ſed corpore trunco
Inuidioſa dabit minimus ſolatia ſanguis.
At uindicta, bonum, uita iucundius ipſa.
Nempe hoc indocti, quorum præcordia nullis
Interdum, aut leuibus uideas flagrantia cauſis.
Quantulacunq; adeo eſt occaſio, ſufficit iræ.
Chryſippus non dicet idem, nec mite Thaletis

Minima. alibi, quota portio fecis Acheæ. Sene. ad Lucil. Et nos inter quos frequenter iſta nunciantur, quota pars omnium ſumus, id eſt, minima. Mart. Sũma tuæ Meleagre fuit quæ gloria famæ, Eſt quota Carpophori portio fuſus aper. A *Humani ge.*] Longa inquit ubi non erit opus indagatione, ſi uoles hominum mores noſcere, una enim domus tibi ſatis erit ad id cognoſcẽdum. Nam plerunq; una domus tot malis agitatur, ut facile poſſis cognoſcere malum tuum præ illis minimum eſſe. *Mores.*] Vocabulum medium, ut & bonos & malos mores dicamus. *Aude dicere te miſerum.*] Quaſi diceret non audebis te miſerum dicere, quum longe alij ſint te calamitoſiores. *Quis tumidum.*] Hac interrogatiõe, & per uariarum rerum ſimilitudinem oſtendit, minime ei eſſe mirandum, ſi id paſſus ſit quod & alij patiuntur. in alpibus inquit nemo miratur guttur tumidum, quia ſcit id uitium eſſe ꝓpemodũ omnib. Alpiũ B incolis. quaſi diceret & tu debes non ignorare ubiq; locorum talia ſcelera committi, ac per hoc mini me mirandum, ſi & tu deceptus es. Guttur autem inflari docet Plin. libro xi. uitio aquarum, quæ potantur. De qua re ita ſcribit Victruui. Aequicolis aũt in Italia, & alpibus in natione Medullorum eſt genus aquæ, quam qui bibunt, efficiũtur turgidis gutturibus. *In Meroe*] inſula eſt Aegypti diſtans à Syene quinq; milibus ſtadiorum, illic fœminæ mamillas habent infantibus pares, autor Pomponius Mela. C *Lumina Cærula.*] Cornelius Tacitus in lib. De ſitu Germaniæ, ſcrib. Germanis oculos eſſe truces & cæruleos, & comas rutilas quod etiam quoudie uidemus. Oratius. Nec fera cærulea domuit Germania pube. *Torquentem.*] Scilicet Germanum qui calamiſtro ſibi capillos cincinatos reddit, & annulatos. Mart. Crinibus in nodum tortis uenere Sicambri. *Cirro.*] Capillo. Perſi. Ten' cirratorum centum dictata fuiſſe. *Nempe quòd hæc illis.*] Nemo inquit Germanorum ſtupuit, quia à natura omnes idem habent, per quod colligit non eſſe mirandum Caluino, ſi id ſibi acciderit ſemel, quod quoudie accidit aliis. *Pygmæus.*] Pygmæi autore Plinio libro ſeptimo in extrema parte montium Indiæ ſunt, longitudine ternas ſpithamas non excedunt, à gruibus infeſtantur, aduerſus quas expeditionem ſumentes caprarum arietumque dorſis inſident armati ſagittis, tempore ueris cum agmine ad mare deſcendunt, oua, pulloſque earum conſumunt, ternis menſibus eam conficiunt expeditionẽ, aliter gregibus futuris reſiſtere non poſſent. De his non pauca item Gelius & Solinus ſcripſerunt. *Nulla ne periuri.*] Verba ſunt Caluini, nonne inquit, aliquan D do periuri punientur. *Abreptum.*] Verba Iuuenalis. ſubaudi iri, ut ſit abreptum iri. *Grauiore cathena.*] Grauioribus uinculis. *Noſtro arbitrio.*] Vt nos ipſi uolumus. *Quid plus uelit ira.*] Scilicet noſtra, quàm ut puniatur ita ut uolumus? eſtque hoc legendum per parentheſim.

Manet illa tamen.] Verba omnino ſunt Iuuenalis quaſi reſpondentis Caluino queribundo, iacturam ſuam tamen manere nec alterius damno ſarciri. *Sed dabit ſolatia minimus ſanguis.*] Sed hoc magno tibi erit ſolatio, quòd necabitur. *Inuidioſa.*] Quæ tibi inuidiam, & odium contrahent. *At uindicta.*] Verba Caluini querentis. *Nempe hoc indocti.*] Verba Iuuenalis reprehendentis ſtultum affectum Caluini, id eſt, uulgus imperitum dicit uindictam eſſe bonam, & ea gaudet plurimum, quia nulla ratione mouetur, ſed ſolo, ut reliquæ beſtiæ appetitu. At uir ſapiens, & magnanimus, quum inimicum ſuum in poteſtate ſua, ut docet Seneca uiderit, uindictam putabit uindicare potuiſſe. *Flagrantia.*] Aeſtuantia. *Adeo.*] C. Tandem, uel tamen non in tantum, ut quidam putarunt hoc loco. S. *Quantulacunque.*] Id eſt uel minima. *Occaſio.*] Oportunitatis temporis dicitur, caſu proueniens. *Chryſippus non dicet idem.*] Hoc eſt uir ſapiens non dicet uindictam bonam eſſe, nec ullo modo laudabit. Chryſippus ſtoicæ diſciplinæ fuit philoſophus, de quo ſupra & apud Perſium illic, Iuuentus

A Chryſippe tui finitor acerui. Solēſis fuit, uel ut alij dicūt Tarſenſis Apollonij filius, ſubtilitate diſpu-
tādi adeo acer, ut illud iactatū ſit, deos, ſi dialectica uti uellent, nō alia uſuros quàm Chryſippea.
Mite in. T.] Circuitio. i. ipſe Thales mitis ingenij & naturæ. Hic Mileſius fuit unus ex ſeptē ſapiētib.
qui ut ſcri. Laertius, gratias triplici cauſa fortunæ ſe agere dicebat, primo ꝙ homo nō belua, deiu-
de quòd uir nō mulier, tertio quòd Græcus natus eſſet, nō barbarus. *Senex.*] Socrates Atheniē-

Ingenium, dulciſq; ſenex uicinus Hymetto,
Qui partem acceptæ ſæua inter uincla cicutæ
Accuſatori nollet dare. plurima felix
Paulatim uitia, atq; errores exuit omnes
Prima docens rectum ſapientia, quippe minuti
Semper, & infirmi eſt animi, exiguiq; uoluptas
Vltio. continuo ſic collige, QVOD uindicta
Nemo magis gaudet, quàm fœmina. cur tamē hos tu
Euaſiſſe putes, quos diri conſcia facti
Mens habet attonitos, & ſurdo uerbere cædit
Occultum quatiente animo tortore flagellum?
Pœna autem uehemens, ac multo ſæuior illis,
Quas & Cæditius grauis inuenit, & Rhadamāthus,
Nocte dieq; ſuum geſtare in pectore teſtem.
Spartano cuidam reſpondit Pythia uates,

ſis philoſophus clariſſimus filius
Sophroniſci marmorarij, & Pha-
naretæ obſtetricis, primus fuit qui
ut eſt autor Cic. in Tuſculanis, phi
loſophiā è cœlo deuocauit, coegit
que de uita, & morib. rebuſq; bo-
nis, & malis quærere, quum ante il
lum philoſophi omnes rebus phy
ſicis perſcrutandis operam tātum
modo impenderent. Sed hic cum
aliquando Anytum Athenienſem
B uirum locupletē & factioſum ride
ret ob eius ineptias, Ariſtophanes
comicus doctus quidē, ſed homo
parum probatus, accepta grandi
pecunia ab Anyto, contra Socratē
comœdiam ſcripſit, cuius inſcri-
pno ē Nephele, id eſt, nebulæ, qua
quidem inter cæteras criminatio-
nes illud confixit, ab eo nebulas
coli, & Athenienſiū religiōes obtrectari, & pręter hęc iuuenū mētes ſic imbuere, ut parētib. manus
inferri pie & officioſe poſſe crederēt. quæ res accuſantib. Anyto, Lycōe, & Melito (ut Plato in Apol.
ꝓ Socr. ſcri.) cū uniuerſum populū in Socratē cōcitaſſet, furore quodā & ira, morte dānatus eſt, q
paterā cicutę publicitus datā intrepide hauſit, tantūq; abfuit ut ultionē quęreret, ut cōtēderet ſem
per miſeriorē eſſe, qui faciat, quàm qui afficiatur iniuria. Laertius autor. *Hymetto d.*] Patriā deſig
nat, mōs eſt terræ Atticæ, ubi optimū prouenit mel, unde dulcē appellauit. ſic & Vale. Flac. lib. i. Et
in dulcē reges dimittit Hymetū. *Cicutæ.*] Ait Plin. cicutā uenenū publicā eſſe Athenienſiū pœnā
C inuiſam. eſt enī herba ſemē habēs noxiū, ei & folijs refrigeratoria uis eſt. uino epota hominē peri-
mit ſine ullo remedio. *Inter u.*] In carcere: nā illic (ut diximus) data eſt ei cicuta. *Accuſatori.*]
Pro accuſatorib. ſuis: nā tres, ut diximus, fuerūt. Anytus, Lycō, & Melitus. *Plura f.*] Sēſus eſt. nō
eſt inquit mirū, ſi tales philoſophi cōſentiūt uindictā nō eſſe quęrendā, quia philoſophia ea ē, quæ
rectā uiuendi uiā docet: nā ut ſcri. Cic. in Tuſculanis, uitiorū omniū eſt expultrix, uirtutū indaga-
trix. *Sapiētia*] Philoſophia moralis, quæ cū antea (ut diximus ſuperius) ſapiētia nominaretur, à
Pythagora, ut ſcri. Cic. in Tuſculanis, philoſophia eſt appellata: nā docet uitia eſſe exterminādа, re
ctū aūt, hoc eſt uirtutē ſequēdam: nā rectū dicitur, autore Cic. quod cū uirtute fit. Sen. li. xv. Epiſt.
ad Lucil. ſic ſcri. Antiqua inquit ſapiētia nihil aliud ꝙ faciēda & uitāda præcepit. *Animi mi.*] Ani
mi puſilli. C. Abuſio eſt, quā κατάχρησιν Græci dicūt. Cic. De Or. iij. S. Magni enim eſt animi iniuri
as obliuiſci, ordo aūt eſt. Vltio eſt uoluptas animi minuti. C. *Continuo.*] breuiter, ſumma, ſtatim
ergo. S. *Sic c.*] Sic cōclude. Perſi. Mēdoſe colligis. i. cōcludis. *Magis q. f.*] Nam ſexus fœmineus
quāto minus habet roboris & firmitatis, tanto facilius ab affectib. ſuperatur. *Hos.*] Periuros.
Euaſiſſe.] . ſ. culpæ ſuppliciū. nō eſt inquit ꝙ putes eos nō torqueri: nā ſemper autor ſceleris flagel
lo cōſcientiæ caſtigatur. unde ſupra, prima eſt hæc ultio, quod ſe iudice nemo nocēs abſoluitur. Se
ne. ad Luci. Tuta ſcelera eſſe nō poſſunt, quia prima illa & maxima peccantiū eſt pœna peccaſſe.
D *Surdo u.*] Occulto nec ab alijs intellecto, cū interius à cōſcientia flagellatur. *Animo tor.*] . i. animo
præſtante officiū tortoris: nam eū punit cōſcientia. *Pœna a. u.*] Grauis. oſtendit poeta longe gra
uiores eſſe animi quàm corporis cruciatus, iuxta illud Ouid. Mens eſt quæ ſentiat ictus. Ordo eſt
aūt & ſenſus, geſtare ſuū teſtem die & nocte in pectore. i. conſcientiā, quæ teſtis eſt ſceleris perpetra
ti, eſt pœna uehemēs. *Et multo ſæuior i.*] . ſ. pœnis quas Cęditius grauis inuenit. Cęditius enim no
men eſt iudicis tēporibus poetæ, de quo ſcribit etiā Saty. ulti. Cæditio & Fuſco. Cæditij meminit &
Tacitus. Dum Vitellius inquit reſignare imperium uoluiſſet, poſtremo inquit fletu præpediente,
aſſiſtenti conſuli (Cęditius Simplex erat) exolutum à latere pugionem, uelut ius necis, uitęq; ciuiū
reddebat. C. In Corn. Tacito, nō Cęditius, ſed Cæcilius Simplex, legitur: Nec ibidem Iudex uoca
tur, ſed Conſul. lib. xix. S. *Rhadamanthus.*] Filius fuit Iouis ex Aſia, cōſtitutus iudex à patre apud
inferos, de quo plura diximus in. i. Saty. illic. Quas torqueat umbras Aeacus. *Spartano cuidam.*]
Oſtendit poeta fieri non poſſe, ut is qui pecuniam abnegauerit, careat ſupplicio, quum Glaucus
Lacedæmonius tota cum prole interierit, non ſolum quia depoſitum nō reddiderit, ſed quod co
gitauerit aliquando de eo non reddendo. hanc hiſtoriam luculentiſſime ſcripſit Herod. in vi. Fuit
enim Glaucus uir Lacedæmonius uitæ ſanctitate ſatis celebratus, ad quem uir quidam Mileſius
fluctuante Ionia aſſiduis bellis diuendita dimidia parte bonorum uenit, apud eum pecuniam
depo-

Haud impunitum quondam fore, quod dubitaret
Depoſitum retinere, & fraudem iure tueri
Iurandóque, quærebat enim quæ numinis eſſet
Mens, & an hoc illi facinus ſuaderet Apollo.
Reddidit ergo metu, non moribus, & tamen omnẽ
Vocem adyti dignam templo, ueramque probauit,
Extinctus tota pariter cum prole, domoque,
Et quamuis longa deductis gente propinquis.
Has patitur pœnas peccandi ſola uoluntas.
NAM ſcelus intra ſe tacitum qui cogitat ullum;
Facti crimen habet. cedò ſi conata peregit?
Perpetua anxietas, nec menſæ tempore ceſſat
Faucibus ut morbo ſiccis, interque molares
Difficili creſcente cibo. ſed uina miſellus
Expuit, Albani ueteris precioſa ſenectus
Diſplicet. oſtendas melius, denſiſsima ruga
Cogitur in frontem, uelut acri ducta Falerno.
Nocte breuem ſi forte indulſit cura ſoporem;
Et toto uerſata thoro iam membra quieſcunt:
Continuo templum, & uiolati numinis aras,
Et quod præcipuis mentem ſudoribus urget,
Te uidet in ſomnis. tua ſacra, & maior imago
Humana turbat pauidum, cogitque fateri.
Hi ſunt qui trepidant, & ad omnia fulgura pallent,
Cum tonat, exanimes primo quoque murmure cœli;
Non quaſi fortuitu, nec uentorum rabie, ſed

depoſuit, exiſtimans fore, ut & ſalua eſſet, & ſibi redderetur, cum allatis ſymbolis repoſceret. Glaucus accepta pecunia conſuluit oraculũ Apollinis an orco. i. iureiurando pecuniã prædaretur quã apud ſe depoſitã à quodam Mileſio filij eius repoſcebant. Reſpondit Pythia his uerſibus. Glauce expedit ad breue tẽpus orco. i. iureiurando uiciſſe, interuertiſſeque nũmos. at orci natus qui caret nomine, qui manibus, qui nullis eſt pedibus, rapide aduenit, rapide ut perdat omnem prolẽ, & domum. His auditis Glaucus ueniam ſibi eorũ, quæ dixiſſet deum obſecrabat. Cui Pythia inquit, idẽ pollere tentare deum, & facere. tũc Glaucus accitis Mileſiis pecuniam reddidit. Cui nulla ſoboles, nec domus ſuperfuit, quæ illius cenſeretur, ſed & ſparta radicitus extincta eſt. Ita bonum eſt nihil aliud de depoſito cogitare, quàm ut repetentibus reddatur. *Pythiae.*] Apollinis uates: nam per puellã inſtinctu numinis furioſam Apollo dabat B reſponſa, unde Diuus Hierony. cõtra Iouinianũ. Furioſas Apollinis uates legimus. Sta. lib. iij. Thebai. Dũ pallida uirgo tremendas Nunciet ambages. Nam cõſtat, ut docet Stra. diuinũ illud domiciliũ unde oracula dabãtur, profundã & curuã fuiſſe ſpeluncã, nõ admodũ lato ore patentẽ, unde ſpiritus ſacro efflante numine referretur. Excelſum aũt oſtio imminere tripodẽ, quẽ cũ Pythia uates inſcẽderit hauſto diuinationis ſpiritu, dei reſponſa referre & metro & ſoluta oratione. Phemonoẽ Apollinis filiã primã diuinantẽ Pythiã ferũt. Pythia C dicta eſt, quia ut Græci fabulãtur, Apollo Pythius ẽ nominatus à ſerpẽte pythone quem ipſe in prima infantia ſagittis confecit. ipſe autẽ python dictus eſt ἀπὸ τοῦ πύθεσθαι, i. à putrefactione terræ: nam natus eſt poſt Deucalionis diluuiũ, ut ſcribit Ouid. De hoc etiã Macro. *Non m.*] Non bonitate naturæ & uoluntate. *Adyti.*] Adytũ Græci locũ templi ſecretiorẽ, & penitiorẽ appellarunt, quaſi inacceſſibile, ab à particula priuatiua & δύω quod eſt ingredior. *Et quamuis.*] Ordo eſt, extinctus eſt cum propinquis deductis ex gente quamuis longa. *Sola u. p.*] Vt oſtendat non modo deo diſplicere nefaria hominũ opera, ſed etiam turpes cogitatus. *Facti crimen h.*] Qui aliquid inquit turpe meditatur nihilo ſecius peccat quàm qui turpiter aliquid perpetrat. C. Certum eſt leges tam diuinas quàm humanas, non facta modo, ſed etiam uoluntates cohibere. Et qui ſcelus patrare uoluit, ſi nihil defuit quàm facultas, tam in uitio eſt, quã ſi ſcelus perfeciſſet. hinc illud eſt Moſæ & Chriſti. Ne cõcupiſcito. Vide Iuriſcõſultos ad L. Corn. de Sic. S. *Cedo ſi c. p.*] Quantum ſupplicij credis eſſe delinquenti quum turpi opere ſe cõmaculauit, quaſi diceret illum eſſe in aſſiduo animi cruciatu, unde ſequitur, perpetua D anxietas. *Molares.*] Sunt appellati dentes, quòd cibos molant & conficiant: ſunt autem à caninis introrſum recedentes. *Albani u.*] Albanum uinum inter optima uina eſt celebratum. *Oſtendas m.*] Si etiam melius albano oſtendere uolueris. *Cogitur in f. u.*] Frons criſpatur, ac ſi biberit falernũ auſterũ. *Nocte b.*] Sẽſus eſt, ſi forte inquit, quieti nocturnæ ſe tradidit, cõtinuo per ſomniũ ſe uidere exiſtimat, & tẽplum ubi peierauit, & te ipſum quẽ decepit. *Et q. p.*] Ordo eſt & ſenſus, & uidet te in ſomnis, quod. i. quæ res urget mentem. i. cruciat præcipuis ſudorib. prouenientibus ex cõſcientia ſceleris. *Tua ſ.*] Ordo eſt, tua imago ſacra, & maior humana turbat pauidum. nam exiſtimat ſe uidere imaginẽ amici circumuenti ſacra quadam & uenerabili ſpecie, & maiore humana effigie, qualia ſæpe ſolẽt uideri. unde Trãquil. in Claudio ſic ſcri. de Druſo eius patre. Hoſtẽ etiã frequenter cæſum, ac penitus in intimas ſolitudines actũ nõ prius deſtitit inſequi, quã ſpecies barbaræ mulieris humana amplior, uictorẽ tẽdere ultra ſermone Latino prohibuiſſet. *Fateri.*] Se peccaſſe. *Exanimes.*] Ordo eſt & ſenſus. Exanimes ſunt quaſi ignis cadat non fortuitu, nec rabie uentorum, ſed cadat iratus ut uindicet. Dicendo autem fortuitu, ſequitur Epicureos, qui diuinam prouidentiam tollentes, omnia caſu moueri putabant. *Rabie uentorum.*] Rem phyſicam perſequitur: nam fulmen ut autores ſunt Plin. & Sene. ignis eſt coactus, impulſu uentorum

A rum iactus. *Ignis.*] Fulmen, quod ut dixi, uis quædam eſt ignea. *Illa nihil nocuit.*] Si prima in qua illa tempeſtas nihil nocuit, proxima maiore angore timetur, ueluti à dijs dilata in eius grauius exitium. *Dolorem lateris.*] Morbum uidetur intelligere quem Græci pleuritida uocant, id eſt, dolorem laterum, à quo pleuriticus. πλευρά enim latus ſignificat. *Non audent p.*] Quaſi qui ſciant deos ſibi iratos ob ſcelera ſua, qui non facile placentur impiorum ſacrificijs. *Criſtam galli.*] Plinius lib. x. de gallis ſic. ex ijs etiã fibræ ſunt, quę nõ aliter quã optimę uictimæ dijs ſunt gratæ. *Laribus*] Lares dij erãt, quos unuſquiſq; priuatim domi ſuę colebat, de ijs multa in ſuperiore Satyra, & illic apud Perſi. larib. donata pepẽdit. *Non eſt d. u.*] .ſ. quàm ipſi nocẽtes. *Mobilis & u. eſt.*] Hoc potiſſimũ eſt ad cõſolatiõnẽ Caluini. Ait eñ malorũ uariã & mobilẽ eſſe naturam, ut **B** ad peccandũ cõſtantes ſint, moxq; pacto ſcelere ſua cognoſcãt malefacta, ſed tamẽ natura impellente ad priſtina uitia ſe redire, ut per hoc colligat, improbũ hominẽ totiens peccaturũ, ut aliquãdo deprehẽdatur ſoluatq; pœnas. *Malorũ*] Nocentũ, & ſceleratorũ. *Supereſt cõ*] Magna adeſt cõſtãtia in ſcelere cõmittẽdo. *Peractis c.*] Cõmiſſo ſcelere incipiũt cognoſcere errorẽ ſuum. *Natura re.*] Ipſi ſcelerati, quaſi naturę impetio redeũt ad mores dãnatos. i. ad uitia, & ſcelera. C. Horat. li. i. Epiſt. ad Fuſcũ: Naturã expellas furca, tamẽ uſq; recurrit. S. **C** *Fixa.*] Natura. *Neſciam.*] Te. Vbi animus mala ſe cupiditate ſemel deuinxit, neceſſe eſt eadẽ cõſilia cõſequi cõſimilia. *Nã q. p.*] Quis unquam cœpit peccare ut poſtea ſua ſpõte deſiſteret. *Attrita f.*] Perfricata. nã perfricare frontẽ eſt pudorẽ deponere. Quin. perfrica frontẽ, & dic te erubeſcere nõ poſſe. Mar. Et ſi perfricuit frontem poſuitq; pudorẽ. hoc aũt dicit poeta, ut ſpẽ iniſciat Caluino, periurũ illũ daturũ pœnas, quia cõmittet alia ſcelera, in quib. deprehẽdetur. *Dabit in l.*] Scelera cõmittet, & ſic capietur laqueo. ſumpta eſt metaphora à feris, quæ caſſib. capiũtur aut ab auibus. *Vncũ.*] trahetur eñ unco in ſcalas gemonias, unde alibi. Seianus ducitur unco. *Aut r. m.*] Aut in inſulas relegabitur, unde ſupra, Aude aliquid breuib. Gyaris, & carcere dignũ. *Aegei.*] Aegeũ mare dictũ eſt, ut quidã uolũt, ab Aegeo Neptuni filio, qui ſe in mare pręcipitauit, ut ſcri. Ouid. Pli. uero traditã ſcopulo pre ſe ferẽte ſpeciẽ capræ, quæ ita Gręcis appellatur, αἶγα enim caprã nominãt. *Magnis c.*] Magnis ciuib. exulantib. notat tẽpora ſua, quib. multi ob ſua ſcelera relegabãtur. *Nominis i.*] amici tui periuri. *Surdũ*] ut nõ audiat periuria. *Tyreſiã*] cæcũ qualis fuit Tyreſias Thebanus, cui oculos eruiſſe Iunonẽ tradunt fabulæ, quia orta cõtentione inter Iouẽ & Iunonẽ, quę nã eſſet maior uoluptas, uiri an mu**D**lieris in coitu, electus iudex affirmauerit, mulieris eſſe maiorẽ, ob quam calamitatẽ Iupiter ei conceſsit, ut futura uaticinaretur. Ouid. li. iij. Metam.

Iratus cadat in terras, & uindicet ignis.
Illa nihil nocuit, cura grauiore timetur
Proxima tempeſtas, uelut hoc dilata ſereno.
Præterea lateris uigili cum febre dolorem
Si cœpere pati, miſſum ad ſua corpora morbum
Infeſto credunt à numine. ſaxa deorum
Hæc, & tela putant. pecudem ſpondere ſacello
Balantem, & laribus criſtam promittere galli
Non audent. QVID enim ſperare nocentibus ægris
Conceſſum? uel quæ non dignior hoſtia uita?
Mobilis, & uaria eſt ferme natura malorum
Quum ſcelus admittunt, ſupereſt cõſtantia, quid fas
Atq; nefas, tandem incipiunt ſentire peractis
Criminibus. TAMEN ad mores natura recurrit
Damnatos, fixa, & mutari neſcia. nam quis
Peccandi finem poſuit ſibi? quando recepit
Eiectum ſemel attrita de fronte ruborem?
Quiſnam hominũ eſt, quẽ tu contentũ uideris uno
Flagitio? dabit in laqueum ueſtigia noſter
Perfidus, & nigri patietur carceris uncum,
Aut maris Aegei rupem, ſcopuloſq; frequentes
Exulibus magnis. pœna gaudebis amara
Nominis inuiſi: tandemq; fatebere lætus
Nec ſurdum, nec Tyreſiam quenquam eſſe deorũ.

SATYRA XIIII

His docet exemplis natos mala uita parentum.

PLVRIMA *ſunt Fuſc.*] Oſtẽdit hac Sat. nec ſine ſumma indignatione, parẽtes eſſe in cauſa, ut filij exiſtãt ſcelerati, & ad plurima uitia proni, qa eorũ exẽplis & præcepns teneræ mẽtes ad uitia facile formẽtur. Sed auarũ maxime inſectatur, qui ad auariciã exercendã, & præceptis, & exẽplis filiũ inſtituit. Itaq; monet poeta oportere parẽtes eſſe optimis morib. & ſumma cũ ſynceritate uitę alẽdos filios, ut boni habeãtur, unde Plut. recte ſcripſit illud De liberis educãdis. ante omnia opus eſt ut patres nõ ſolũ nihil peccãdo, uerumetiã honeſte ſingula peragendo manifeſtũ ſeſe filijs exemplar exhibeant, ut eorum uitam quaſi quoddam ſpeculum intuẽtes, ab operũ ſimiliter & ſermonum turpitudine ſe penitus auertãt. *Digna fa. ſi.*] Turpi infamia. i. digna, quæ cõuicijs reprehendantur. *Maculã et r.*]

PLVRIMA ſunt, Fuſcine, & fama digna ſiniſtra,
Et nitidis maculã, ac rugã figentia rebus,

quæ

Quæ monſtrāt ipſi pueris, traduntq́ parentes.
Si damnoſa ſenem iuuat alea, ludit & hæres
Bullatus, paruoq́ eadem mouet arma fritillo:
Nec de ſe melius cuiquam ſperare propinquo
Concedit iuuenis, qui radere tubera terræ,
Boletum condire, & eodem iure natantes
Mergere ficedulas didicit nebulone parente,
Et cana monſtrante gula. quum ſeptimus annus
Tranſierit puero nondum omni dente renato,
Barbatos licet admoueas mille inde magiſtros,
Hinc totidem, cupiet lauto cœnare paratu

Quæ afferant turpitudinē uitæ niudæ. tranſlatio à ueſtibus quæ ſordidantur. *Quæ m.i.p.*] Hinc A
eſt illa Quintiliani indignatio in i. lib. Vtinam liberorum noſtrorū mores nō ipſi perderemus. infantiam ſtatim delicijs ſoluimus. mollis illa educatio, quam indulgentiā uocamus, neruos omnis mentis & corporis frangit. quid nō adultus concupiſceret, qui in purpuris reptſerit? iam coccū intelligit, iam conchiliū poſcit, gaudemus ſi quid licentius dixerit, uerba nec Alexādrinis quidē permittenda delicijs, riſu & oſculo excipimus. nec mirū. nos docuimus, ex nobis audierūt: noſtras amicas, noſtros cōcubinos uidēt: oē conuiuiū obſcœnis cāticis ſtrepit, pudēda dictu ſpectātur, fit ex ijs cōſuetudo, deinde natura. diſcūt hæc miſeri antequā ſciāt uitia eſſe, inde ſoluti ac fluētes, nō accipiūt ex ſcholis mala iſta, ſed in ſcholas afferūt. *Mōſtrat.*] flagitioſe uitā agendo. *Tradunt.* docent peruerſe inſtituendo. B
Si d.ſ.] Oſtēdit poeta exēplo paterno facile tenerū filiū ad omnia excitari: nā ſi pater inquit alea delectatur, eodē ſtatim filius capitur ſtudio. *Alea d.*] Bene aūt dānoſa: nam grandi cū aceruo pecuniæ ad ludū deſcēdebatur. unde in i. Saty. neq; enim loculis comitātib. itur Ad caſum tabulæ, poſita ſed luditur arca. De alea diximus in i. Sat. illic alea quādo Hos animos. *Bullatus.*] adhuc in prætexta: nā pueri uſq; ad quartūdecimū ætatis ſue annū prætextā & bullā geſtabant, ut alibi dictum eſt, de qua multa Mac. lib. i. Satur. Titus Li. in. i. Deca. & nos apud Perſi. illic: Bullaq; ſuccinctis laribus donata pepēdit. *Eadē ar.*] Eadē ludi inſtrumēta. *Fritillo.*] Exponūt nōnulli fritillū eſſe alueolū, hoc eſt tabulā luſoriā, in qua diſcurrūt teſſeræ. Porphy. uero enarrās illud apud Orat. in ij. Sermonū. Mitteret in pyrgū talos, nō alueolū interpretatur, ſed pyrgū .i. uaſculū quo cōiecti tali agitatiq; mittūtur in alueolū. cuius effigies inſtar turriculæ eſt, unde & nomē accipit, pyrgos eī turrim ſignificat. De quo ſic etiā Sidonius Apollinaris. Altera ex parte frater meus Domitius homo gratiæ ſummæ, ſummi leporis teſſeras ceperat, quatiebatq́: quo uelut claſſico ad pyrgū uocabat aleatores. Idē alibi. Hic promēs teretes pilas trochoſq́, Hic talos crepitātib. fritillis. Eſt igitur fritillus idē quod pyrgus. De quo aliqui falſo putāt Perſi. intellexiſſe illic. Anguſtæ collo nō fallier orcæ. Nā ut in commētarijs noſtris expoſuimus, ludū intellexit nucū, quo maxime pueri delectātur. C
Nā in terrā uaſculū defigebāt. in quod mediocri diſtātes interuallo nuces iaciebāt, unde Ouid. in Carmine de nuce. Vas quoq; ſæpe cauū ſpacio diſtāte locatur, In quo miſſa leui nux cadit una manu. Sicq́; poeta docet Perſius, pueros nō ſolū talis, ſed & nucib. delectatos. id etiā Mar. uidetur ſentire lib. xiiij. Nec timet ædilē moto ſpectare fritillo. *Paruo*] Aetati cōgruo. Nullā inquit de ſe ſpem relinquit ppinquis. *Nec de ſe.*] Quod ſit futurus meliorib. morib. quam fuit pater. *Melius de ſ.*] .ſ. quā de patre ſuo. *Radere.*] detrahere corticē ex tuberib. cultello enim radūtur, cū in cœna apponūtur. *Tubera te.*] Tubera in genere fungorū numerātur. De quib. diximus in v. Sat. illic, poſt hūc radūtur tubera terræ. *Boletū.*] Lautæ gulæ fuiſſe oſtēdit alibi Iuuen. Boletus domino, ſed qualē Claudius edit, in genere fungorū eſt. Eius cibi auidiſſimū fuiſſe Claudiū docet Tranquil. ſic. Alij tradūt domeſtico cōuiuio per ipſam Agrippinā, quę boletū medicatū auidiſsimo ciborū taliū obtulerat. *Ficedulas.*] Auis eſt, quæ nomē accepit à fico. Mart. Cū me ficus alat, cū paſcar dulcibus uuis, Cur potius nomē nō dedit uua mihi. Optimi eſt ſaporis. Mart. Patulo ficedula lūbo Cū tibi forte datur, ſi ſapis adde piper. Hæc aūt per autūnū autore Plin. mutat colorē & formā, uocaturq́; Melācoriphus. Lautę gulæ inter alias aues eſſe oſtēdit Gelius lib. xiiij. ſcribit eī fuiſſe qui negarent ullā auē præter ficedulā totā comeſſe oportere, ſuperiorē partē auiū atq; altiliū qui edant eos palatū nō habere. dicitur etiā Sycalis. *Eodem i.*] Eodē genere cōdimenti quo pater mergebat. D
Natātes.] Iure cōditas. Nā obſonia triplici apud ueteres modo cōdiebātur, ut eſſent aut aſſa, aut frixa, aut elixa, i. iurulēta. unde & Celſus ait lib. 2. cap. xix. Tū res eadē magis alit iurulēta quā aſſa: magis aſſa quàm frixa. Ergo iure natātes nō aſſas nō frixas, ſed iurulētas. i. iure cōditas, ut in patina cū iure apponerētur. Apuleius iuſſulentū appellat quod dicimus iurulentū. *Nebulone.*] Nullius pretij. Nā nebulones & tenebriones dicti ſunt qui mēdacijs & aſtutijs ſuis nebulā quandā & tenebras obijciūt. aut nebulones qui nō pluris ſunt quàm nebula. *Parente.*] Subaudi mōſtrante. *Cana gula.*] .i. patre cano guloſo. *Monſtrante.*] .ſ. quū de ſe malum præbeat exemplū. *Quum ſep. an.*] Senſus eſt ubi puer ſeptimum ætatis annum tranſierit, à conſuetudine paterna bene cœnandi nō diſcedet quum fuerit iam ea ætate inſtructus, licet adſint mille magiſtri qui ſtudeant ſalutaribus præceptis ad modeſtiam & frugalitatem reuocare. *Nondum renato dente.*] Nam ut ſcribit Macrobius libro primo de ſomnio Scipionis, poſt ſeptem menſes dentes incipiunt mandibulis emergere, & poſt annos ſeptem dentes qui primi emerſerant, alijs aptioribus ad cibum ſolidū naſcentibus cedunt, eodemq; anno, id eſt, ſeptimo plene abſoluitur integritas loquēdi. Plinius idem fere dicit lib. ſeptimo, eodē decidere anno, alioſq; ſuffici. *Magiſtratus barbatos.*] Philoſophos, qui barbati

A barbati incedebant. Perſius. Si cynico barbam petulans Nonaria uellat. & alibi. Barbatum hoc crede magiſtrum Dicere. *Non degenerare.*] Non eſſe abſimilis à moribus paternis, ut habeat culinam multijugis precioſisq; obſonijs inſtructam. *Mitem animum.*] Cum interrogatiõe & indignatione hæc legenda ſunt ut ſit ſenſus. Docet ne pater filium ſuum, ut animo ſit miti, & benigno, & moribus æquis, modicis erroribus, id eſt, ut ſit æquus, & clemens modicis ſeruorum erroribus, & ſeruos conſtare eadem materia, qua nos: an potius docet uti crudelitate: Sicq; parentum barbarã & truculentã diſciplinã in liberos ſuos inſectatur, qui eos potius ſæuitiam docent, quam clementiam. *Præcipit mitem animum*] id eſt, ut ſit ſemper animo miti: quaſi dicat non pręcipit: nam pręcipere animum mitem, eſt pręcipiẽdo docere, ut habeat animum mitem.

Semper, & à magna non degenerare culina.
Mitem animum, & mores modicis erroribus æquos
Præcipit, atq; animos ſeruorum, & corpora, noſtra
Materia conſtare putat, paribusq; elementis:
An ſæuire docet Rutilus, qui gaudet acerbo
Plagarum ſtrepitu, & nullam Sirena flagellis
Cõparat Antiphates trepidi laris, ac Polyphemus:
Tum felix quoties aliquis tortore uocato
Vritur ardenti duo propter lintea ferro.
Quid ſuadet iuueni lætus ſtridore cathenæ,
Quem mire afficiunt inſcripta ergaſtula, carcer
Ruſticus: expectes ut non ſit adultera Largæ
Filia, quæ nunquam maternos dicere mœchos
Tam cito, nec tanto poterit contexere curſu,

B *Mores æquos erro. modicis.*] Ne grauius puniat ſeruos quàm eorũ exigãt errata: ergo mores æquos, id eſt æquales delictis, ut ſit, tales mores habeat ad puniendos ſeruos, ut pro criminis qualitate adhibeatur caſtigatio, ne maior ſit pœna quã culpa, ut ſi errata modica ſunt modica etiã ſit caſtigatio, ut magis ad clementiã quàm ad ſæuitiã inclinetur. *Eadem m.*] Plerique enim adeo inhumani ſunt, ut putẽt ſeruos à beſtijs nõ diſtare, & proinde in eos ſunt crudeles, unde alibi Iuuena. Ita ſeruus. *Noſtra m.*] Carne, & oſſibus, quibus & nos conſtamus. *Conſtare.*] Compoſita eſſe. Lucilius, principio phyſici omnes homines, ex anima & corpore conſtare dicũt. *Paribusq; e.*] Paribus principijs, quæ principia ſunt ab elementis. C. Imo paribus elemẽtis, id eſt, notis illis quatuor naturis, terra, aqua, aere, & igni, ſed mixtis, concretis, & tẽperatis, ut Hippocrates, & Galenus ſenſerũt. S. *An ſæuire d. R.*] Ponit Rutilũ pro quocunq; parente crudeli. Nã quidam

C Rutilus fuit, ut diximus in Satyra xi. tẽporibus poetæ, qui abſumptis per luxũ diuitijs ad gladiaturã ſe contulit. *Plagarum*] Verberũ: nam plagas pro uerberibus dicimus. unde apud Plautum frequẽs eſt, ubi ſunt plagipati. i. plagas & uerbera patiẽtes. *Antiphates.*] Ipſe pater ſæuus, ut Antiphates fuit. Nam Antiphates Leſtrigonũ fuit rex, qui in Campania Formijs, ut ſcribit Plinius iuxta Caietã ſedem ſuam habuere. Sylius. Et regnata Lamo Caieta, domusq; Antiphatæ cõpreſſa freto. carnibus ueſcebantur humanis, unde Papinius primo Syluarum: Littusq; cruenti Antiphatæ. Thucidides tamẽ lib. vi. Hiſto. ubi de Sicilia loquitur, Leſtrigones fabuloſos eſſe arbitratur. ſcribit. Hom. in Odiſſea Vlyſſem perueniſſe domũ Antiphatæ regis Leſtrigonum, quem uxor è foco acceſſiuit, & unũ ex ſocijs miſſis ab Vlyſſe ab ea fuiſſe abſumptũ, reliquis terrore diffugientibus. *Comparat n. S.*] .i. ita crudelitate gaudet, ut aurib. ſuis, ne cantus quidẽ Sirenum ſit iucundior, quã flagellorum ſtrepitus, & ſonora mancipiorũ uerbera. Sirenes enim fingunt poetæ tres fuiſſe ſorores, de quibus ſuperius diximus abunde. *Trepidi laris.*] Trepidæ domus, quæ omnibus eſſet formidabilis. *Ac Poly.*] Pater ſæuus qualis Polyphemus Cyclops fuit, qui iudem duos ex ſocijs Vlyſſis dentibus abſumpſit, ut diximus ſuperius. Cyclopes autẽ ſcribit Thucidides lib. vij. primos Siciliæ cultores fuiſſe, unde fratres Aetnei à poetis ſunt appellati. Virgilius. Cernimus aſtantes nequicquam lumine toruo Aetneos fratres, cælo capita alta ferentes. *Tum felix.*] Ita immanitate gaudet, ut tum ſibi felix uideatur, quum contigerit aliquem ex ſeruis candenti ferro aduri. Nam

D ſerui commiſſo furto candenti ferro notabantur in fronte, unde Apuleius in nono De aſino aureo. Frontes literati, & capillum ſemiraſi, & pedes annulati. *Tortore uocato.*] Seruo lorario, qui alios iuſſu domini cædebat. *Propter lintea.*] Subaudi ſurrepta. *Quid ſuadet iuueni.*] Senſus eſt, pater qui lætus eſt tormentis alienis, quid ſuadet iuueni, id eſt, quam uiam uiuendi oſtendit tenendam, niſi quam ipſe tenet: *Lætus.*] Pater lætus. *Stridore cathenæ.*] id eſt compedum, quibus ſeruus continetur in ergaſtulis. *Afficiunt.*] Delectant. Eſt enim afficere uerbum medium, ut ad bonam malamq; partem trahatur, ut ego afficior ſumma lætitia, & ſummo dolore. *Ergaſtula.*] Hoc loco mancipia. De ergaſtulis in Saty. vi. diximus illic, ergaſtula tota. *Inſcripta.*] Signata, ut diximus, in fronte cauterio. *Carcer ruſticus.*] Appoſitio eſt, ut ſit diffinitio ergaſtuli, id eſt, ipſi ſerui, qui in compedibus habentur ad opus ruſticum faciendum. unde carcerem ruſticum appellat. *Expectes, ut non ſit adultera Largæ filia.*] Hæc interrogatio oſtendit liberos fere ex neceſſario mores parentum ſequi, ut filia ſit adultera, ſi mater eiuſdem fuit ſtudij. *Largæ.*] Nomen eſt mulieris notæ temporibus Iuuenalis infamia adulteriorum. more Satyrico per tranſitum eam flagellat, ut alibi poetam. Quales ego, uel Cluuienus. ſic etiam Largus nomẽ proprium eſt uiri. Cicero in ſexto Epiſtola. Quum eſſet mecum Largus homo tui ſtudioſiſſimus. C. Item Scribonius Largus qui ſcripſit De ponderibus medicorum. S. *Contexere.*] Connectere.

Tanto

Tanto curſu.] Tantá uerborum celeritate. *Vt non ter de.*] Tam multos quidem habuit adulte/ A
ros mater, ut filiæ tricies ſpiritus ſit ante reciprocandus, ꝙ poſſit eos cõmemorare. *Ceras pu.*]
id eſt pugillares cæratos. *Hac di.*] ſ. matre, quæ literas dictat filiæ mittendas amatoribus. *Fer/
re*] Infinitum pro participio. i. ferendas. Virg. Magnum dat ferre talentum. *Eiſdem cinædis*] Qui
bus ipſa mater literas ſuas tradidit ferendas. *Cinædis*] Spadonibus mollibus. Nam ſerui eunu/

Vt non ter decies reſpiret: conſcia matri
Virgo fuit, cæras nunc hac dictante puſillas
Implet, & ad mœchum dat eiſdem ferre cinędis.
SIC natura iubet, uelocius & citius nos
Corrumpunt uitiorum exempla domeſtica, magnis
Quum ſubeant animos autoribus. unus & alter
Forſitan hæc ſpernant iuuenes, quib. arte benigna
Et meliore luto finxit præcordia Titan.
Sed reliquos fugienda patrum ueſtigia ducunt,
Et monſtrata diu ueteris trahit orbita culpæ.
Abſtineas igitur damnis huiuſce: & enim uel
Vna potens ratio eſt, ne crimina noſtra ſequantur
Ex nobis geniti: quoniam dociles imitandis
Turpibus ac prauis omnes ſumus, & Catilinam
Quocunq; in populo uideas, quocunq; ſub axe,
Sed nec Brutus erit, Bruti nec auunculus uſquam.
NIL dictu fœdum, uiſuq; hæc limina tangat
Intra quæ puer eſt, procul hinc, procul inde puellæ
Lenonum, & cantus pernoctantis paraſiti.

chi, ut alibi diximus, matronis ſer
uiebant. *Sic na. iu.*] Sic inquit à
natura comparatum eſt, ut facilius
ad uicia quàm ad uirtutem forme
mur, quum exempla magnorũ au
ctorum nobis propoſita ſunt, ſicq;
coniunctim legendum eſt cum in/
ferioribus. *Exempla.*] C. i. ipſa ui
tia quibus parentes ſtudere uide/
mus. S. *Quum ſubeunt animos.*] .ſ.
ipſa exempla uitiorũ. *Magnis au/
toribus.*] .ſ. magnis uiris autorib.
uitiorum. Nam quæ exemplo ma/ B
gni alicuius autoris fiunt, ea iure
quodammodo fieri putãtur. Inde
Cherea ille Terentianus, quum Io
uem in hymbrem aureum uerſum
in ſinum Danaes decidiſſe animad
uerteret per impluuium, tali cõfir
matus exemplo ait. Hæc ego nõ fa
cerem, quæ Iupiter fecerit: ſicq; pu
ellæ uicium intulit, ductus exẽplo
magni autoris. *Vnus & alter*] Sẽ
ſus eſt. Inuenies forte unum aut du
os ea naturæ bonitate inſtructos,
ut uicia parentum non ſequantur. per quod oſtendit paucos inueniri degenerantes à ueſtigijs pa-
ternis. C. *Et meliore luto.*] Cũ ex hoc locó, & eo carmine Horatij, Vixiſſet canis immũdus, uel ami
ca luto ſus, aliorũq; poetarũ autoritate ſatis appareat hanc dictionẽ lutũ habere primã æque bre
uem ac longam, ac perinde eſſe ancipitẽ: notandum hoc loco uidetur eſſe, bis ſuperius, cõmode le C
gi poſſe Vulcano luteo, neq; aſſentiendũ Britannico, qui figuratam neſcio quam phraſim addu/
cens, contendit luto Vulcano legendum eſſe non luteo. quia ut dicit, dictio habens inter duas lon
gas mediam breuem, nõ ingreditur carmen Heroicum: quod quidem uerum eſt, ſed quia lutum
primam habet communem, ideo & deriuatum ab eo luteus. S. *Finxit.*] Formauit. *Titan.*]
id eſt, Prometheus nepos Titanis. Nam ex Aſia & Iapeto filio Titanis & terræ natus eſt. *Sed reli/
quos.*] ſcilicet filios. Senſus eſt. Fieri inquit poteſt benignitate naturæ, ut unum aut alterum inue/
nias, qui à ueſtigijs paternis declinantes recte uiuant, ſed reliqui per omnia mores ſequuntur pa/
ternos. *Ducunt.*] Trahunt. *Orbita monſtrata.*] id eſt, iter monſtratum, metaphora ſumpta à ro/
ta, cuius ſignũ orbita dicitur ab orbe ipſius rotæ, unde eleganter formatum uocabulum eſt á Ter
tulliano exorbitare, quod ſignat extra orbitam ire, & quaſi à recto tramite diſcedere. *Veteris cul
pæ*] Veterum uitiorum. *Abſtineas igitur damnis huiuſce.*] Quum uideas inquit fieri, ut filij exẽplo
tuo corrumpantur, debes abſtinere uitijs & dãnis huiuſce culpæ, per quã tot dãna eueniunt. dam
num enim eſt maximum filios malo parentum exemplo corrumpi. *Et enim uel*] Senſus eſt, hac
una etiam ratione debemus à uitijs abſtinere, ne filij noſtro exẽplo fiant deteriores. *Potens eſt.*]
Efficax eſt, & nos mouere poteſt. *V el.*] Etiam. *Quoniam.*] Ratio eſt quare honeſte uiuendum
ſit, quia inquit omnes ad diſcenda turpia ſumus ualde dociles, unde eſt illud Senecę ad Lucilium. D
Ad deteriora faciles ſumus, quia nec dux poteſt, nec comes deeſſe. *Et Cat.*] Probat per exempla
homines magis ad uicia quàm ad uirtutẽ eſſe pronos. nã ubiq; gentiũ peſſimos homines, qualis
fuit Catilina, facile eſt inueniri, bonos aũt quales fuerũt Brutus & Cato, nuſquam. ſicq; oſtẽdit ma
los uiros ubiq; quaſi ſpõte ſua naſci, & fieri, bonos autẽ nõ facile reperiri. unde eſt illud Senecę ad
Luciliũ. Omne tẽpus Clodios, nõ omne Catones fert. Ergo per Catilinã quẽcunq; ciuẽ malum in
telligit. *Sub a.*] Sub quacũq; cœli parte. Nã duo ſunt axes, ſeptẽtrionalis, & auſtralis. *Brutus*]
Hoc loco de Bruto intelligit, qui in ſenatu Iulium Cæſarem interemit, ut patriam in libertatẽ aſſe/
reret. hic ex Seruilia Catonis Vticenſis ſorore genitus fuit. in Pharſalia, Auguſto & Antonio urgẽ
tibus occubuit. *Auunculus B.*] Cato Vticenſis frater Seruiliæ matris Bruti. *Nil dictu f.*] Atten/
de ſaluberrimũ conſiliũ, per quod monet liberos uſq; ab infantia ſanctiſsimis eſſe morib. inſtituẽ
dos. *Puellæ le.*] Hoc eſt ſcorta & infames mulieres, quæ ſæpe in cõuiuia admittebãtur, ut geſtib.
& ſaltationib. indecoris delectarẽt. Alibi: Vt Gaditana canoro, Incipiat prurire choro. *Procul h.*]
ſubaudi ſint, faceſsãt. *Paraſiti*] nã Paraſiti q cauſa gulę mẽſas potẽtiorũ ſequebãtur, cãticis obſcœ
nis, et ludibrijs qb. ipſi afficiebãtur, delectabãt cõuiuas. unde cõqueritur ſic Quint. in i. Oẽ cõuiuiũ
obſcœnis cãticis ſtrepit, pudẽda dictu ſpectãtur. De paraſito plura diximus in i. Sat. *Pernoctãtis*]

z Perno/

MAXIMA debetur puero reuerentia. ſi quid
Turpe paras, ne tu pueri contempſeris annos,
Sed peccaturo obſiſtat tibi filius infans.
Nam ſi quid dignum cenſoris fecerit ira,
Quandoquidem ſimilem tibi ſe non corpore tantū
Nec uultu dederit, morum quoq; filius, & quum
Omnia deterius tua per ueſtigia peccet,
Corripies nimirum, & caſtigabis acerbo
Clamore, ac poſt hæc tabulas mutare parabis.
Vnde tibi frontem, libertatemq́; parentis,
Quum facias peiora ſenex? uacuumq́; cerebro
Iampridem caput hoc uentoſa cucurbita quærat?
Hoſpite uenturo ceſſabit nemo tuorum:
Verre pauimentum, nitidas oſtende columnas,
Arida cum tota deſcendat aranea tela,
Hic lauet argentum, uaſa aſpera tergeat alter,
Vox domini fremit inſtantis, uirgamq́; tenentis.

A Pernoctare eſt noctem extra domū ſuam agere. *Maxima re.*] Maximus reſpectus. Tranquil. in Caligula. Nihilominus reuerentior in ſenatū. i. magnū habebat reſpectū aduerſus ſenatum. *Contempſeris an. pu.*] Refellit eos qui poſſent dicere, pueros per ætatē non poſſe obſcœna cognoſcere. *Infans fi.*] Etiam uitijs abſtinendum eſt ubi ſit filius infans. *Obſiſtat.*] Sit tibi impedimento, ne pecces, ne ei ſis malo exemplo. unde legitur apud Plutarchum, Catonem ſeniorem à uerborū turpitudine præſente puero filio ſic tēperaſſe, quaſi ueſtalibus uirginibus arbitris locuturus eſſet, nec cū eo unquam lauit. *Nam ſi quid dignum*] Senſus eſt. Quomodo filiū tuum audeas corripere & caſtigare ſi quid fecerit quod dignum ſit pœna, quandoquidē is nō modo corpore, & uultu, ſed & morib. ſit tibi ſimilis, & iā peccet exēplo tuo, longe etiam deterius te. Ordo eſt.

B Corripies nimirū. ſ. filium tuum, ſi quid fecerit dignum ira cenſoris, quandoquidē filius dederit ſe tibi ſimilē, non tantū corpore, nec tantū uultu, ſed etiam moribus. *Corripies ni.*] Cum ironia legendum, quaſi diceret, non corripies, nec caſtigabis, quia nō audebis conſcius uitiorū tuorū *Ira cen.*] Nam cenſores, ut dictum eſt ſępius in ſuperioribus Satyris, præerant morib. ciuitatis. *Morū.*] Pro moribus. C. Verum quidē eſt, quoniam præceſſere ablatiui, ut par ſit locutio, ſed tamen & ſimilis moribus, & ſimilis morum recte dicitur. Et hic intelligitur, filius eſſe morum paternorū ſimilis, uel, non tantum corporis paterni filius eſt, ſed etiam animi, & morū. Eo modo quo Quintil. dixit, præceptores eſſe parentes, non corporū ſed animorū. S. *Per tua ue.*] Imitando tanquam ueſtigia, mores

C tuos. *Deterius.*] .ſ. te. *Mutare ta.*] Teſtamentum, ſolēt enim patres irati minitari filijs, ſe mutaturos teſtamenta, & ſcripturos alios hæredes. *Vnde ti. fr.*] Vnde tibi ſumes audaciam caſtigādi, cuius ſedes eſt in ſupercilio & fronte. *Libertatemq́ pa.*] .i. qua libere parentes ſolent filios corripere. quaſi diceret non audebis libertate paterna filium caſtigare, quum tu lōge deteriora facias iam ſenex. *Cucurbita ue.*] Et cū ea obſcœna facias, quæ te omnis rationis expertē eſſe doceāt, ut merito ubi è capite ſanguis ſit educēdus, ut fieri ſolet in delirio, licet id etiā fiat ex brachijs, ut diximus illic. O medici mediā pertūdite uenā. *Cucurbita uē.*] Vaſculū eſt uitreū, apud ueteres uero ut oſtendit Cor. Celſus æreū fuit, & corneū, quo ſanguis educitur, facta prius leni ſcarificatione à medico. per diminutionē etiā dicimus cucurbitulā. uentoſam dixit, quoniā cōcepto uēto ex flāma ſtupę intus accēſę, cuti adhereſcat, unde Cor. Cel. li. xviij. ſcri. phreneticis neq; alienū eſſe, ſi neq; ſanguis ante miſſus eſt, neq; mēs cōſtat, neq; ſomnus accedit, occipitio inciſo cucurbitulā admouere, quæ quę leuat morbū, poteſt etiā ſomnū facere. *Vacuum ce.*] Viduū ea re quæ mētis humanæ eſt gubernaculū, unde illud eſt Plin. lib. xi. cap. xxxvij. Cerebrū uni homini in infantia palpitare, nec roborari ante primū ſermonis exordiū, hoc eſſe uiſcerū excelſiſsimū proximumq́; cœlo capitis. hāc habere ſenſus arcē, huc uenarū omnē à corde uim tendere, huc culmen altiſsimū, hic mētis eſſe regimen. *Hoſpite u.*] Tam inquit à recta uiuendi uia aberras, ut uēturo hoſpite ſcrupuloſa diligētia inſtes, ut

D tota domus ſit ſpecioſa, illud aūt nō curas ut filius, illam aſpiciat carentē omnibus (quod primum eſſe debet) uicijs. Illud enim eſt boni patris curare ut filius nō pulchrā ſuppellectilē, non ornatam domū, ſed ut ſanctos mores tanquam ſpeculū intueatur. unde etiā illud Senecæ ad Lucil. Qui domū intrauerit, nos potius miretur quàm ſuppellectilē noſtrā. *Verre.*] Munda. ab hoc uerriculū & pro genere retis piſcatorij, & inſtrumēto, quo domus uerruntur. Eſt ordo. Vox domini inſtātis & tenentis uirgam fremit uerre pauimentū. i. magno fremitu inclamat, uerre pauimentum. ſic illud apud Plautū in Aſinaria. Iuſſin ſceleſte hac ianua hoc ſtercus hinc auferri? Iuſſin colūnis deijci operas aranearū? *Pauimentum.*] Solum ipſius domus ſtratū, quod alio uocabulo appellamus Oſtracū. Græci enim oſtracon teſtam appellant, unde pauimentū teſtaceum oſtraceum nuncupamus, fit enim ex teſtis cōtritis. dictum autē pauimentū, quod pauiatur, id eſt, crebriter feriatur pauiculis. De pauimentis autem multa Plin. Victruuius, & Palladius. *Vaſa a.*] Quæ Græci anaglypta, uel anaglypha uocāt. i. ſuperſculpta. Aſpera ergo propter cælaturā, unde Perſius. Quid fas optare quid aſper Vtile nūmus habet. i. cælatus. Plinius loquens de poculis. Ea inquit, exciſa erāt in aſperitatē. Virg. Cymbiaq́; argēto perfecta, atq; aſpera ſignis. *Tergeat.*] A tergeo es ſecundæ cōiugationis. utrunq; enim dicimus, & tergo is tertiæ, & tergeo terges in eadem ſignificatione. Virg. Pars leuis clypeos, & ſpicula lucida tergēt. *Virgamq́ tenentis.*] Qua & minetur, & uerberet.

Ergo miſer trepidas, ne ſtercore fœda canino
Atria diſpliceant oculis uenientis amici,
Nec perfuſa luto ſit porticus, & tamen uno
Semodio ſcobis, hæc emendat ſeruulus unus.
Illud non agitas, ut ſanctam filius omni
Aſpiciat ſine labe domum, uitioq́ carentem.
Gratum eſt quod patriæ ciuem, populoq́ dediſti,
Si facis, ut patriæ ſit idoneus, utilis agris,
Vtilis & bellorum, & pacis rebus agendis.
Plurimũ enim intererit quibus artib. & quib. hũc tu
Moribus inſtituas. ſerpente ciconia pullos
Nutrit, & inuenta per deuia rura lacerta.
Illi eadem ſumptis quærunt animalia pennis.
Vultur iumento, & canibus, crucibusq́ relictis,
Ad fœtus properat, partemq́ cadaueris affert.
Hic eſt ergo cibus magni quoq́ uulturis, & ſe
Paſcentis, propria quum iam facit arbore nidos.
Sed leporẽ, aut capream famulæ Iouis, & generoſæ
In ſaltu uenantur aues, tunc præda cubili
Ponitur: inde autem, quum ſe matura leuabit
Progenies, ſtimulante fame, feſtinat ad illam
Quam primum rupto prædam guſtauerit ouo.
Aedificator erat Centronius, & modo curuo
Littore Caietæ, ſumma nunc Tiburis arce.

Ergo.] Hinc tota eſt indignatio poetæ. *Perfuſa.*] Perlita, & polluta. *Emẽdat hæc.*] Nitida hęc A
facit. *Semodio.*] Eſt enim ſemodius, quaſi ſemis modius. Mar. Hos faſtus animosq́ dat Sabello,
Farris ſemodius, fabæq́ freſſæ: Et thuris piperisq́ tres ſelibræ. *Scobis.*] Scobs eſt id quod ab
aliqua materia minutiſsimũ decidit, dum aut per ſerram ſecatur, aut per terebrã perforatur, nec
non ex attritione laterum ſcobs habetur. Plin. lib. xvi. cap. lxiij. Arida enim latius quàm uiridia ſer
ris cedunt, præter robur & buxũ,
quæ pertinacius reſiſtũt, ſerrarũq́
dentes replent æqualitate inertı,
qua de cauſa alterna inclinatione
egerunt ſcobem. Heliogabalus ſco
be auri atq́ argenti porticum ſtra
uit, ut autor eſt Lampridius. Inue-
nitur etiã ſcobina, ſed pro genere
limæ. unde Victruuius libro quar
to. Ad ipſumq́ coronæ mẽſum in-
cidatur lima, quæ ſcobina dicitur.
unde eleganter Tertullianus in A- B
pologetico ſic ſcribit. At in deos ue
ſtros per omnia membra ualidius
incumbunt aſciæ, & rũcinæ, & ſco
binæ. *Aſpiciat domum ſine labe.*]
Quod ante omnia maxime eſt quę
rendum. *Gratum eſt.*] Placet in-
quit gignas liberos patriæ, modo
cures ut bonis inſtituantur arti-
bus. *Serpente ciconia.*] Exemplis
oſtendit, quæ à teneris annis di-
ſcuntur firmiter mentibus inhære
re, nec inde facile auelli, unde illud
eſt Oratij. Quo ſemel eſt imbuta re
cens ſeruabit odorem Teſta diu.
Pulli enim ciconiæ, quia à matre e-
ducati ſunt, & aſſuefacti ſerpenti- C
bus, eundem uiuendi morem per
totum uitæ ſuæ curſum tenent. C.
ex qua re, quantũ ualeat educatio,
perſpicuum eſt. unde Vergilius Georg. ij. Adeo à teneris conſueſcere, multum eſt. S. *Ciconia.*]
Auis eſt ſerpentibus inimica, cui ob exitium ſerpentium tantum honoris apud ueteres tribueba-
tur, ut in Theſſalia capitale fuerit, autore Plinio, occidiſſe ciconiam, eadem pœna, quæ in homici
dam. *Deuia.*] Longe à uia. Ouidius. Et cecinit mœſtum deuia carmen auis. *Vultur.*] Vultu-
rem triduo ante aut biduo uolare ubi cadauera futura ſunt, autor eſt Plinius libro x. Ex cadaueri
bus ſibi eſcam quęrit, interficit autem nihil, nec deſtruit animal ullum, uolucribus ob affinitatem
etiam mortuis abſtinet. lege Plutarchum in uita Romuli. *Inde autem quum ſe matura leuabit.*] Ordo
eſt, progenies feſtinat ad illam prædam, quam primum guſtauerit rupto ouo, quum leuabit ſe ma
tura inde, id eſt, ex cubili, ex nido. *Ad fœtus.*] Ad pullos ſuos. *Iumento.*] Subaudi relicto. Nã
iumentum, & canes relinquit, & cruces, ex quibus aliquid tantum aufert non totum. Appellatio-
ne iumenti ea communiter intelligimus animalia, quæ hominem iuuant dorſo, ut equum, aſinũ,
mulũ. Lactantius tamẽ Firmianus ait, iumenta dicta eſſe magnarũ uirιũ animalia, à iuuãdo, quod
in excolẽda terra iuuẽt. de iumẽtis ſuperius dictũ eſt abũde. *Magni q. uul.*] .i. Cum factus eſt mag D
nus, eodem ſe nutrit cibo, quo à parentibus eſt educatus pullus. *Propria a.*] Atqui in arborib.
non nidificant uultures, ſed in altiſſimis rupibus, ut ſcribit Plin. C. Quid ſi in illis rupibus ſit ar-
bor, ubi nidum ponant: nam Plinius ſignificat tantum eos in loco acceſſu difficili nidificare, qua
les ſunt rupes in quibus etiam denſas arbores eſſe uidimus. Nam & aquilas idem Plinius nidifica
re in petris & arboribus ſcribit. Aut poeta nihil ſollicitus ubi nidificent, arborem poſuit, pro quo
uis loco ubi nidos faciant. S. *Famulæ I.*] Aquilæ, quæ Iouis armigeræ dicuntur ſecundum fabu
las, quòd in bello Giganteo Ioui aduerſus Gigantes fulmina miniſtraſſe feruntur. Plin. uero ait,
ideo Iouis appellari famulas, quia fulmine nõ tanguntur. *Ponitur c.*] .i. pullis exiſtentibus in cu
bili .i. nido, ut ſit datiuus ut illud Mart. Tota mihi ponatur anas. *Matura.*] adulta. *Guſtauerit o.
rupto.*] Quum nata eſt rupto putamine oui, quod roſtello à pullo perforatur, quum excluditur.
Aedificator.] Varijs exemplis oſtendit liberos ueſtigia paterna ſequi ſolere. *Centronius.*] Hic e-
rigendo ædificia ingens patrimonium abſumpſit, filius ſecutus ueſtigia patris, quodcunq́ ab eo
relictum fuerat ædificando totum attriuit. *Caietæ.*] Oppidum littorale Campaniæ. *Curuo
littore.*] Verbi etimologiam epitheto expreſſit. Nam ut Strabo inquit, Caietam nominauerunt
ueteres, quoniam curua omnia Caietas Lacones appellauere. Virgilius tamen à nutrice Aeneæ

A Caietam nominatam eſſe cecinit. Tu quoq; littoribus noſtris Aeneia nutrix Aeternam moriẽs famam Caieta dediſti. Diod. uero ait ab Argonautis ædificatam fuiſſe. *Tyburis arce.*] In mõtibus enim ſitum eſt Tybur, non longe ab urbe Roma. *Præneſtinis.*] Præneſte enim ciuitas eſt non lõge ab urbe Roma, quõdam Stephane & Polyſtephanos à copia coronarum appellata. Strabo. in Romæ uero conſpectu ſunt Tybur, Preneſte, Thuſculum. *Græcis marmoribus.*] Ex Laconia petebatur marmor uiride & precioſum cunctisq; hilarius. autor Plin. Papinius in Syluis de balneo Heruſci ſic: uix locus Eurotæ uiridi. intelligit enim marmor Laconũ. *Longeq;.*] Nam & ex Aegypto, Armenia, & Numidia marmora petebantur. *Aedem fortunæ.*] Docet Plin. libro xxxvi ædẽ fortunæ Romæ precioſiſſimo marmore extructã fuiſſe, ſed hoc loco poeta intelli-

Nunc Præneſtinis in montibus, alta parabat
Culmina uillarum, Græcis, longeq; petitis
Marmoribus, uincẽs fortunæ, ac Herculis ædem,
Vt ſpado uincebat capitolia noſtra Poſides.
Dum ſic ergo habitat Centronius, imminuit rem,
Fregit opes, nec parua tamen menſura relictæ
Partis erat: totam hanc turbauit filius amens,
Dum meliore nouas attollit marmore uillas.
Quidam ſortiti metuentem ſabbata patrem,
Nil præter nubes, & cœli numen adorant,

B git de templo Fortunæ Preneſtinę, ut ædificia quæ in agro Preneſtino, Tyburtinoq; erigebantur à Cẽtronio recte comparentur templo Fortunæ Preneſtinæ, & templo Herculis Tyburtini. Templum illic fuiſſe Fortunæ docet Sylius. Sacrisq; dicatum Fortunæ Preneſte iugis. inde etiam dari certa reſponſa oſtendit Papinius in Syluis. Et Preneſtinæ poterant migrare ſorores. De quibus & Propertius lib. ij. Nam quid Preneſtis dubias o Cynthia ſortes, Quid petis Aeaci mœnia Telegonie Strabo in v. Habet Preneſte Fortunæ templũ illuſtre, unde certa eduntur oracula: de quibus ita ſcribit Tranquillus in Tyberio. Vicina uero oracula diſiicere conatus eſt: ſed maieſtate Preneſtinarũ ſortium territus, deſtitit. *Herculis.*] Aedẽ Herculis & muſarum extruxit Martius Philip. Auguſti uictricus. auctor eſt Tranquillus in Auguſto. Romæ Herculi etiam Domitianus templũ erexit, magno impendio, ubi ſe coli uoluit. unde Martialis. Herculis in magni uultus deſcendere Cæſar. uerum hoc loco, ut diximus, poeta intelligit de templo Herculis, quod Tyburi fuit cũ bibliotheca uaria librorum ſupellectile referta, de qua Gel. lib. xviij. cap. v. unde & Tybur Herculeum appellatum eſt, quod Herculi dicatum fuit. Mar. Tybur in Herculeum migrauit nigra Lycoris. Strabo in v. Tibur inquit Herculeum eſt. *Poſides.*] Hic Claudij Cæſaris libertus fuit, de quo Tranquillus

C ſic in Claudio. Libertorum præcipue ſuſpexit Poſidem ſpadonem, quem & Britannico triumpho inter militares uiros haſta pura donauit. Hic in tantas euectus eſt opes, ut luxu inſanas ædificiorum extructiones ſuperaret. in littore Baiano, ut tradit Plin. balneas extruxit, quæ Poſidianæ uocatæ fuerunt accepto nomine ab eodem Claudij Cæſaris liberto. *Capitolia noſtra.*] Aut Romana, aut noſtri temporis, quæ antea incenſa quum fuiſſent, magnificentius fuerũt reſtituta à Domitiano. aut reuera noſtra dixit, hoc eſt Romana, quia & Capuæ alia fuere capitolia, de quibus Sylius in xi. Monſtrant capitolia celſa, Stellantesq; docent campos. Tranquillus in Caligula. Capitolium Capuæ idibus Martijs de cœlo tactum eſt. fuit & capitolium Beneuenti, de quo ita Sueto. De claris Grammaticis & Rhetoribus. Statua Orbilij Beneuenti oſtenditur in capitolio ad ſiniſtrum latus marmorea, habitu ſedentis ac palliati, appoſitus duobus ſcrinijs. *Dum ſic habitat.*] Dum ędificia tam luxurioſa ſibi ædificat habitanda. *Rem.*] Patrimonium. *Partis relictæ.*] ſcilicet opũ.

Turbauit.] Diſſipauit. *Villas.*] Domicilia in agris, de quibus in prima Satyra. *Quidam ſortiti.*] Alio exemplo oſtendit, quod dictum eſt, tales eſſe filios, quales à parentibus inſtruuntur. Nõ nulli inquit ſunt qui Romæ ſacra Iudæorum colunt, & illorum ſeruant ritus exemplo parentum qui idem ante fecerunt. Sicq; poeta per tranſitũ, religionẽ Iudæorum, & eius cultores irridet, atq; ſubſannat. Tria autem percurrit, in quibus Iudaicæ religionis ſacramenta conſiſtunt, quæ omnia

D à Moſe tradita ſunt Iudæis, ſed alio ſenſu quàm ipſi accepere. hæc autem fuere, ut. ſ. Sabbatis quieſcerent uacui ab omni opere, circũciderentur, & carne ſuilla abſtinerẽt. *Sabbata.*] .i. Iudæorum feſta. Nam ſabbatum lingua Iudæorũ quies dicitur. Moſes enim Damaſcena patria antiqua repetita, montẽ Sinai occupauit, quo ſeptẽ dierum ieiunio per deſerta Arabiæ cũ populo ſuo fatigatus, cum ueniſſet, ſeptimum diem more gentis ſabbatum. i. diem quietis appellatum in omne æuũ ieiunio ſeruauit & quiete, quoniã illa dies famem eis erroreq; finierat. C. Sic Iuſtinus ſiue potius Trogus & Tacitus homines impij, & ueræ antiquitatis ignari putauerunt. uerum de hac re, nõ illi, ſed Moſes ipſe, in originibus & lege, itemq; Flau. Ioſephus erant cõſulendi, qui de origine Iudæorum, deq; eorum myſterijs, atq; decretis, certius ſcribere potuerũt. S. Lactan. Firmianus lib. iiij. ca. xvij. ſcribit à Iudæis iræ, atq; inuidiæ plenis Chriſtũ accuſari, quòd legem dei per Moſem datã ſolueret. ſ. quod ſabbatis nõ uacaret operans ſalutẽ hominũ, quod circumciſionẽ uacue faceret, quod abſtinentiã ſuillæ carnis auferret. à ſabbato igitur ſabbatarij ſunt appellati, unde Mart. Ieiunia ſabbatariorũ. *Nil p.n.*] Videtur hoc dictũ in æmulationẽ Ariſtophanis, qui in comœdia quã Nephelas. i. Nebulas appellauit, inducit Socratẽ colere nubes, ut ſit manifeſta irriſio Iudæorũ. Nõ quod omnino nubes colãt, ſed ut oſtẽdat eos longe errare à cæterorũ cultu diuino quaſi diceret: adorãt deos, quos nõ uident. aut reuera, quod maxime placet, ad id reſpexit, quod deus apparuit Moſi

in

In nebula totū montem Sinai tegente per ſex dies, qui ſeptimo die uocauit Moſen ex medio caligi A
nis: ingreſſusq; Moſes mediū nebulæ, aſcendit in montē, fuitq; ibi quadraginta diebus & xl. nocti
bus; ubi à deo accepit tabulas lapideas, legem, & mandata quæ ſcripſit deus, ut doceret filios Iſ-
rael. unde & Dauid in Pſalterio, Inuocabant dominum, & ipſe exaudiebat eos, & in colūna nubis
loquebatur ad eos. Et idem alibi, Inclinauit cœlos & deſcēdit, & caligo ſub pedibus eius, et poſuit
tenebras latibulum ſuum in circui
tu eius, tenebroſa aqua in nubi-
bus aeris. Iudæi ergo nubes adora
re dicuntur, quia deus in nubibus
ſemper eis apparebat, unde illud
Moſis in Numeris. Nubes tua pro
teget illos, & in colūna nubis præ-
cedes eos per diem, & in columna
ignis per noctem. *Numen cœli.*]
Hoc dicit, quia mente ſola unū dū
taxat numen (ut ſcribit Tacitus ul-
timo libro) intelligunt: & ideo nul B
la ſimulachra in urbibus ſuis, ne-

Nec diſtare putant humana à carne ſuillam,
Qua pater abſtinuit. mox & præputia ponunt,
Romanas autem ſoliti contemnere leges,
Iudaicum ediſcunt, & ſeruant, ac metuunt ius,
Tradidit arcano quodcunq; uolumine Moſes:
Non monſtrare uias, eadem niſi ſacra colenti,
Quæſitum ad fontem ſolos deducere uerpos.
Sed pater in cauſa, cui ſeptima quæq; fuit lux
Ignaua, & partem uitæ non attigit ullam.

dum templis ſunt. non regibus hæc adulatio non Cæſaribus honor. Poeta igitur eos irridet, quaſi
non recte ſentientes, qui unum tantum deum agnoſcant, quum Romani cæteræq; nationes pluri-
mos, quaſi aliore conſilio colant deos. unde eſt illud Plin. in xij. cap. iiij. Iudæa gens cōtumelia nu
minum inſignis. Nam Iudæi unum tantū deum colūt, unde eſt illud in diuinis ſcripturis. Vnus de
us Hebræorū, qui creauit omnia, atq; terram ſtabiliuit, & fundauit maria. *Nec diſtare putant h.c.*]
Carne enim ſuilla abſtinent Iudæi. de cuius rei inſtituto ſic ſcri. Tacitus lib. xxi. Sue abſtinēt Iudæi
memoria cladis, qua ipſos ſcabies quondam turpauerat, cui id animal obnoxium. uerum ut tra-
dit Lactantius, quum deus Iudæos carne ſuilla abſtinere iuſſit, id potiſſimum uoluit intelligi, ut à
peccatis, atq; immundicijs abſtinerēt. Eſt enim lutulentū hoc animal, & immundū, nec unquam
cœlum aſpicit, ſed in terra toto corpore proiectū & ore, uentri ſemper & pabulo ſeruit, nec ullum
aliū dū uiuit, præſtare uſum poteſt, ſicut cæteræ ferè animātes. Interdixit ergo ne porcina carne ute
rentur. i. ne uitam porcorū imitarentur, qui ad ſolam mortē nutriuntur, ne uentri ac uoluptatib.
ſeruientes, ad faciendā iuſtitiā inutiles eſſent, ac morte afficerētur, item ne fœdis libidinib. immer-
gerentur, ſicut ſus, quæ ſe cœno ſordidat: uel ne terrenis ſeruiāt ſimulachris, ac ſe luto inquinent.
Pater abſtiuuit.] Cuius ueſtigia per omnia ſequitur. *Præputia ponunt.*] Circumciduntur more C
Iudæorū ex Moſis ſacerdotis inſtituto, de quo ſic Stra. A ſucceſſoribus Moſis ex ſuperſtitiōe inſti
tutā carniū abſtinentiā, à quib. abſtinēt, & circumciſiones, & exciſiones, & ſi qua ſunt huiuſmodi
alia. De quo ſic etiā Tacitus. Circūcidere genitalia inſtituere, ut diuerſitate noſcātur. Cæterū (ut au
tor eſt Lactantius) figura circūciſionis erat, ut ſignificaretur, nudandū eſſe pectus. i. aperto, & ſim
plici corde oportere nos uiuere: quoniā pars illa corporis, quæ circūciditur, habet quandā ſimili
tudinē cordis, & eſt pudēda. Et ob hāc cauſam deus nudari eam iuſſit, ut hoc argumēto nos admo
neret, ne inuolutū pectus haberemus. i. ne quod pudendū facinus intra cōſcientiæ ſecreta uelare-
mus. Deus ergo circūciſionē à carne mortali ad animā trāſtulit, quæ ſola māſura eſt. præputiū, ut
diximus illic, mox & præputia ducit, ea pellicula appellatur, quæ glandē in cole tegit, & reduci po
teſt. *Arcano u.*] Pentateuchū intelligit. i. quinq; uolumina ueteris fœderis à Moſe cōſcripta, uide
licet, Geneſim, Exodū, Leuiticū, Numeros, Deuter. Dictū autem pentateuchū à πέντε quinq; & τεῦ-
χος uolumē, in quo Deus leges dedit Moſi, quæ ſeruabātur in arcanis. eas Moſes tradidit Iudæis.
Non m.u.] Voluit inquit Moſes Iudæos adeo ab omni alia religione eſſe auerſos, ut ne cōmerciū
quidē ullū haberent, niſi cū eo qui eadē ſacra coleret, nec uiā erranti, nec aquā quærenti monſtra-
ret, quod contra omnē eſt humanitatē. putauit tamen Moſes nō indignū uideri aduerſus eos, qui
ſacra ſua non colerent. Quod quidē apud omnes uel ethnicos inhumanū & barbarum habitum D
ſemper fuit. Nam apud Athenieſes piaculū erat non mōſtrare uiam errāti. carmē erat apud ipſos,
quod in publicis cantabatur ſacris pronūciabaturq;, eos eſſe impios, & execrabiles qui uiam non
mōſtrarent. unde Cic. in iij. Officiorū. Quid enim eſt aliud erranti uiam non monſtrare, quod A-
thenis execrationibus publicis ſancitū? *Verpos*] hoc eſt Iudæos, qui à uerſa pellicula, quæ in cir
cūciſione mutilatur, ſunt denominati, unde etiam uerpa capitur pro membro uirili. Poeta in Pria
pea. Tot uerpas tibi dedicat ſalignas. Mart. Incipit in medios meiere uerpa pedes. unde etiā apel-
læ nominātur, quaſi ſine pelle. Orat. Credat Iudæus apella. Idem etiam dicūtur recutiti à reſtituta
cute poſt circūciſionem. inde illud Perſii. Recutitaq; ſabbata palles. i. ſabbata Iudæorū recutitorū.
Mart. Nec recutitorū fugis inguina Iudæorū. à reſtitutione igitur nouæ cutis Mart. itē dixit, Nec ru
ptæ recutita colla mulæ. *Sed pater in c. eſt*] ut filius hæc Iudæorū inſtituta ſeruet. *Septima lux.*]
Sabbatū ipſum, quod adeo ſuperſtitioſe Iudæi ſeruabant, ut irruente Tito per ſabbatum arma no
luerint attingere: cum diem Latini Saturni diem nominant. unde Frontinus in Stratagematis.
Diuus Auguſtus Veſpaſianus Iudæos Saturni die, quo nefas eis eſt quicquā ſeriæ rei agere, ador-
tus ſuperauit. *Ignaua.*] Feriata, & ocioſa ſine aliquo opere. *Vllam partem uitæ.*] Id eſt nihil
fecit, quo uita humana indigeat. Iudæi Chriſtum dominum noſtrum accuſabāt, quòd in die feſto

A cæcum ſanaſſet. *Sponte tamen iuuenes.*] Per reliqua omnia inquit parentes ſponte ſua imitātur, auaritiam autem, quum per ætatem oderint, coguntur etiam inuiti exercere. ſicq; immenſam patrum cupiditatem, & pernicioſam humano generi diſciplinam notat. *Cætera.*] ſcilicet ui-uendi ueſtigia, & inſtituta & cæteros mores. *Fallit enim uitium ſpecie uirtutis.*] Filius inquit & auaritiam inſcius exercet, quia pater, quæ auaritia eſt, parſimoniam appellat, ſicq; filius fal-litur: quia uitium non cognoſcit, ut uitium, ſed auaritiā exercet, pu-tans non eſſe auaritiam, ſed diligē-tiam quandam, & uirtutem acqui-rendi. Nam uitia cum uirtutibus ſunt adeo finitima, ut ipſa propin-quitate plerunq; fallant, & pro uir-tutibus habeātur: nam auarū pro parco, prodigum pro liberali uo-camus. Erramus inquit, & dum co-namur ueram uirtutē ſequi, in ui-B tia uirtutū uicina incurrimus. nam auaritiam amplectimur, putantes eam eſſe parſimoniam. Imitatio eſt Ora. Decipimur ſpecie recti. Sene-ca in Prouerbijs. Timidus cautum ſe uocat, ſordidus parcum. *Spe-cie.*] C. Colore & imagine quadā, quæ rem ipſam ementitur. Tranſ-latio ſumpta à corporib. quæ um-bra ſequitur, res inanis, quæ cor-pori opponitur. Vel à picturis in quibus umbræ faciunt ut pictæ ſpe-cies quæ non extant, neq; eminēt, eminere uideantur. S.

Sponte tamen iuuenes imitantur cætera, ſolam
Inuiti quoq; auaritiam exercere iubentur.
FALLIT enim uitium ſpecie uirtutis, & umbra,
Quum ſit triſte habitu, uultuq;, & ueſte ſeuerum.
Nec dubie tanquam frugi laudatur auarus,
Tanquam parcus homo, & rerum tutela ſuarum
Certa magis, quam ſi fortunas ſeruet eaſdem
Heſperidū ſerpēs, aut Ponticus. adde quod hūc, de
Quo loquor, egregiū populus putat, atq; uerendū
Artificem. quippe his creſcūt patrimonia fabris.
Sed creſcunt quocunq; modo, maioraq; fiunt
Incude aſſidua, ſemperq; ardente camino.
Et pater ergo animi felicis credit auaros
Qui mirantur opes, qui nulla exempla beati
Pauperis eſſe putant: iuuenes hortatur, ut illam
Ire uiam pergant, et eidem incumbere ſectæ.
Sunt quædam uitiorum elementa, his protinus illos
Imbuit, et cogit minimas ediſcere ſordes.

Quum ſit triſte habitu.] .i. ipſum uiciū auaritiæ. Metaphora ſumpta ab habi-tu exteriore. Nam habitus, & uultus hominis ſeuerus decipit plerunq; te, quia putas eum talē eſſe intrinſecus, qualis apparet extrinſecus. Nā & diligētia illa acquirēdi extrinſecus uidetur laudabi-C lis, ſed ſi attēdas interaneā cupiditatē, inuenies nihil deteſtabilius. *Auarus.*] Licet auarus nefan-da ſit cupiditate, tamē qa ad acquirendū uidetur eſſe uigilātis & ſolertiſsimæ induſtriæ, laudatur ut homo utilis, qa per ſummam uirtutē & induſtriā uidetur acquirere: nam iuxta mortalium con-cupiſcentiā magnæ eſt uirtutis. unde illud eſt Ouidij. Nō minor eſt uirtus q̃ quærere parta tueri.

Tanquam p.] Nam parſimonia nomē habet uirtutis. Vir. Atq; apibus quāta experiētia parcis. Eſt enim parſimonia ſciētia uitādi ſumptus ſuperuacuos, uel ars re familiari moderate utēdi. Sen. *Certa m.*] Hoc à poeta dictū cū geſtu ridentis tā ſordidā diligentiā. *Serpens Heſpe.*] Nam Heſpe-rides, quæ tres fuere. ſ. Aegele, Heretuſa, & Heſperuſa filiæ Heſperi fratris Atlantis hortos habuere in Oceano Atlantico ferētes mala aurea, quæ à ſerpente peruigili cuſtodiebātur, illuc Hercules, cū imperio Euriſtei perueniſſet, occiſo ſerpēte, poma abſtulit. *Aut Pont.*] Nā apud Colchos in Pon-to ubi Aeta rex pater Medeæ regnauit, in tēplo Martis pellis uelleris aurei ſuſpēſa olim fuit à Phri-xo, quā tauri ignem ſpirantes, una cū dracone dicūtur cuſtodiſſe. Eā Iaſon occiſo opera Medeæ dracone, ſuſtulit. *Adde quod h.*] Hoc etiam ſumma cum indignatione infertur, quod malus ut bo-nus laudetur. *Verendum.*] In honore habendū, ut hominē ſolertiſſimū. *Quippe his.*] Nec mirū inquit eſt ſi in precio ſunt tales, & laudātur ut optimi artifices, nam hi quidē ſunt, qui patrimonia norunt ampliare, & proinde in precio ſunt iuxta illud Ouid. In precio preciū nunc eſt, dat cenſus D honores, Cenſus amicitias, pauper ubiq; iacet. *Quocunque.*] .i. per fas & nefas. *Incude aſs.*] Me-taphora ſumpta à fabris ferrarijs, qui aſſidue cudendo ferrū extendunt. ergo incude, labore & ſo-lertia. *Ardente camino.*] Animi cupidine flagrante. *Et pater ergo.*] Senſus eſt. Quum ergo patri-monia ſolertia & diligentia amplietur, pater appellat criditq; auaros felices, utpote diuites, & qui amplectantur opes, & qui nullum pauperem inter felices numerent: & proinde hortatur filios, ut eandem uitæ ſequantur uiam. legendum enim eſt hortatur numero ſingulari, ut ſic exponas. pa-ter hortatur iuuenes ut imitentur ueſtigia auari. *Mirantur.*] Suſpiciunt. *Iuuenes.*] Filios ado-leſcentes. *Sectæ.*] Quam tenent auari. à ſequendo dicta eſt ſecta: ea proprie eſt philoſophorum. qui enim Platonis dogma tenebant, Platonicam ſectam tenere dicebantur, qui Socratis, Socra-ticam. Seneca ad Lucilium. *Sunt quædam uitiorum elementa.*] Auari inquit non ſtatim filios ad ex-tremas ſordes producunt, ſed quædam habent principia auaritiæ, quæ paulatim teneris puero-rum mentibus inſinuant. *Elementa.*] Principia. Bene autem elementa principia appellamus, ex quatuor enim elementis omnia principium ſuum habere certum eſt. *Sordes.*] Proprie dicun-tur maculæ in ueſtibus, ſed metaphoricos ad animum transfertur uocabulum, ut pro auaritia ponatur, quæ non minus hominis animum polluit, quàm ſordes ueſtimenta. Oratius: Sordidus à tenui multum diſtabit. *Seruorum uentres modio caſtiget iniquo.*] Defraudat ſeruos cibarijs ſuis.

Nam

Nam ſeruis quaterni modij dabantur frumenti in menſem, & id dimenſum dicebatur. unde Terentius, De dimenſo ſuo ſuum defraudans Genium, comparſit miſer. Hæc Donatus. *Ipſe quoque*] Qui dominus eſt. *Neq; enim ſuſtinet.*] Tanta inquit auaritia premitur, ut ne fruſta quidem mucida panis ſuſtineat comeſſe. ac ſi dicat non magis ijs abſtinet, quàm rebus delicatis. *Minutal.*] Genus condimenti eſt, quod ex rebus minuum conciſis fiebat: ut docet Apicius uarijs gene- A

Mox acquirendi docet inſatiabile uotum.
Seruorum uentres modio caſtigat iniquo
Ipſe quoq; eſuriens. neq; enim omnia ſuſtinet unquã
Mucida cęrulei panis conſumere fruſta,
Heſternum ſolitus medio ſeruare minutal
Septembri; nec non differre in tempora cœnæ
Alterius conchem æſtiui cum parte lacerti
Signatam, uel dimidio, putriq; Siluro,
Filaq; ſectiui numerata includere porri.
Inuitatus ad hæc aliquis de ponte negabit.
Sed quo diuitias hæc per tormenta coactas?
Quũ furor haud dubius, cũ ſit manifeſta phreneſis,
Vt locuples moriaris egenti uiuere fato.
Interea pleno quum turget ſacculus ore,
CRESCIT amor nũmi, quãtum ipſa pecunia creſcit:
Et minus hanc optat, qui non habet. ergo paratur
Altera uilla tibi, quum rus non ſufficit unum,
Et proferre libet fines; maiorq; uidetur,

ribus, & nominibus. inter cætera fiebat unũ minutal ex marino piſce, liquamine, oleo, uino, porris capitatis, coriãdro. Dicebatur Tarentinum, Marianum, dulce ex citreis: minutal item ex iecinoribus, & pulmonibus leporis. à uarietate rerum uarium dicitur à Martiale. *Septembri*] Tempore autũnali, quo obſonia maxime corrumpuntur, & hominum corpora morbis ſunt obnoxia. *Conchem*] Id eſt fabam uiridem, ut diximus in tertia Satyra. Cuius conche tumes. De qua Martialis, Si ſpumet rubra conchis tibi pallida teſta, Lautorum cœnis ſæpe negare potes. Alij ſentiunt genus eſſe leguminis non abſimile lenti. B

C. Alij legunt concham, ut ſit piſcis de genere teſtaceorum, cuiuſmodi ſunt multæ & uariæ ſpecies, quarum aliæ lautarum ſunt menſarum, alię tenuium. unde etiam lacertum piſcem coniungit poeta. S. *Signatam.*] Cuſtoditam impreſſo ſigno aduerſus fraudes ſeruorum, Cuius conſuetudinis ſic meminit Cicero in Epiſtolis. Sicut olim matrem noſtram facere memini, quæ lagenas etiam inanes obſignabat, ne dicerentur inanes aliquæ fuiſſe, quę furtim eſſent exſiccatę. Sic & Plautus in Perſa. Nam id demum lepidum eſt, triparcos ho- C mines uetulos, auidos, aridos, bene admordere, qui ellium ſeruo obſignant cum ſale. *Lacerti.*] Piſcis eſt ex Bethica, Saxetanus dicitur à patria ubi capitur, pauperibus cum conche, ut uiliſsimus cibus apponebatur. Martialis, Quum Saxetani ponatur cauda lacerti, Et bene ſi cœnas conchis inuncta tibi eſt. *Æſtiui.*] Quo tempore obſonia putreſcunt. *Siluro.*] C. Silurum eum fuiſſe piſcem uocatum, quem hodie Sturionem appellamus, multis argumentis in libro De piſcibus Romanis, contendit Paulus Iouius Nouocomenſis, uir & doctus imprimis & diſertus, à quo ſi diſſenſero, nihil fecero à ſcriptorum libertate alienum. nam & ipſe à multis diſſentit. Mihi enim probabilior eorum ſententia uidetur, qui, quem Sturionem uocamus, eum eſſe aiũt qui Attilus à Plinio uocatur. is enim libro nono, cap. xv. ſunt inquit, & in quibuſdam amnibus thynnis haud minores, Silurus in Nilo, Eſox in Rheno, Attilus in Pado inertia pingueſcens ad mille aliquando libras catenato captus hamo, nec niſi boum iugis extractus. Hæc Plinius, ex cuius uerbis nemo eſt quin uideat eum de Sturione Padi incola loqui. Nam quod ipſe de Attilo ſcribit, ego de Sturione fieri, magno cum piſcatorũ plauſu ſpectaui. Et eſt piſcis ſapore laudatiſsimus. S. *Includere.*] Cuſtodire incluſa. *Filaq; numer.*] Ipſum porrũ numeratũ, ne furtim imminuatur. Filum autẽ appellat, ꝙ porrũ ſectiuum tenue ſit, & exile, ad differentiã capitati, quod craſsius eſt. De quibus multa Colu. lib. xij. Plin. lib. xix. *Inuitatus ad hæc.*] Adeo inquit ſor- D dide uiuit, ut huiuſmodi epulis mendicus abſtineret, ſi inuitaretur. Sicq; hominis auaritiã exaggerando deteſtatur. *De ponte.*] Aliquis mendicus. Nam in pontibus pauperes ſolent mendicare, ut diximus illic: Diruſq; à ponte ſatelles. Ordo autem eſt. Aliquis de ponte inuitatus ad hæc negabit. ſ. uenire. *Sed quo diuitias.*] Ad quid diuitias coactas per tot labores uis habere, ſi ijs uti non uis. C. ſic Hor. Quo mihi diuitias, ſi non conceditur uti? S. ſicq; hominis, ſtultitiam inſectatur, qui duriter, ac parce uiuit, ut hæredibus relinquat diuitias. C. De quibus ſic Horat. Abſumet hæres Cecuba, dignior, ſeruata centum clauibus. S. *Per hæc tormenta.*] Per tot ſudores, & labores congeſtas. *Phreneſis.*] Morbus eſt, quum continua dementia eſſe incipit, aut quum æger, quãuis adhuc ſapiat, tamẽ quaſdã uanas imagines cõcipit, unde phreneticus. *Viuere eg. fa.*] Egenu ſorte, & paupere ſtatu. nihil profecto eſt abſurdius diuite auaro, qui uult in paupertate uiuere, ut moriatur diues. unde eſt illud Cice. in Catone Maiore. Auaritia uero ſenilis quid ſibi uelit nõ intelligo. poteſt enim eſſe quicquã abſurdius, ꝙ quo minus uiæ reſtat, eo plus uiatici quærere?

Creſcit a.] Imitatio eſt Oratiana. Creſcentẽ ſequitur cura pecuniã. *Et m. h. op.*] oſtẽdit moraliter poeta pauperẽ ad opes parãdas minus anxiũ eſſe ꝙ diuitẽ, nec ſine ratiõe. Nã qui in opib. nutritus eſt, ſemper ueretur ne ab ijs decidat, proindeq; ſemper cogitat, nõ ſolũ quę parta ſunt cõſer-

A -uare,ſed augere,pauperi uero qui delitias non cognouit,deſiderium habēdi minus excitatur.

Et melior uicina ſeges.mercaris & hanc,&
Arbuſta,& denſa montem qui canet oliua.
Quorum ſi precio dominus non uincitur ullo,
Nocte boues macri,laſſoq; famelica collo
Armenta ad uirides huius mittuntur ariſtas.
Nec prius inde domum,quàm tota noualia ſæuos
In uentres abeant,ut credas falcibus actum.
Dicere uix poſsis,quàm multi talia plorent,
Et quot uenales iniuria fecerit agros.
Sed qui ſermones?quæ fœdæ buccina famæ?
Quid nocet hoc?inquit. tunicam mihi malo lupini,
Quàm ſi me toto laudet uicinia pago
Exigui ruris paucíſsima farra ſecantem.
Scilicet & morbis,& debilitate carebis,
Et luctum,& curam effugies,& tempora uitæ
Longa tibi poſt hæc fato meliore dabuntur:
Si tantum culti ſolus poſſederis agri,
Quantum ſub Tatio populus Romanus arabat.
Mox etiam fractis ætate,ac punica paſsis

Et melior] Sic Orat.De auaro:Quodq; aliena capella gerat diſtentius uber,Tabeſcat.Ouid.Vicinumq; pecus grandius uber habet. *Seges.*] Seges proprie dicitur eorum ſeminum ex quibus conficitur panis,accipiturq; pro ipſis frugibus dum adhuc in agris ſtant.Liuius ab Vrbe condita libro ſecundo.Forte ibi tū ſeges,farris dicitur fuiſſe matura meſsi.Ouid.Iam ſeges eſt ubi Troia fuit.Verg.Hic ſegetes,illic ueniunt felicius uuæ. *Arbuſta*] Arbuſtum non ſolū apud autores plerunque capitur pro loco arboribus conſito,ſed maxime pro loco conſito uitibus,unde Columella.Arbuſtum inter quadragenos pedes diſpoſitum eſſe conuenit.Sic eñ & ipſæ arbores,& appoſitę uites melius coaleſcent,fructūq; meliorē dabunt. Ab eo eleganter etiā deducitur ar-
B buſtare uerbū, ꝙ eſt agrū arboribus conſerere.Plin.Trāſpadana Italia populo,ulia,acere,orno,carpino,quercu,arbuſtat agros. *Canet.*] Albicat. *Quorū ſi precio*] oſtendit poeta periculoſum eſſe habentibus prædia iuxta potentē uirum,ꝙ importunitate & ſubdolis artibus coguntur ea uendere. *Si non uincitur.*] Si non poteſt induci ullo precio,ut uendat ea. *Ariſtas huius*] .ſ.domini uicini. *Laſſo collo.*] Ratio eſt quare famelica ſint. Iugo eñ colla ſubiecta diu habuerunt,ut inde per laborē contracta ſit fames. *Domum.*] Subaudi abeunt.nam abeant legēdum eſt ſine aſpiratione,ut noualia nominatiui ſit caſus. *Noualia.*] Totæ ipſæ ſegetes,hyperbole eſt.No-
C ualia autē ſunt agri,qui ut docet Plin.lib.xviij.alternis annis ſeruntur. *Sæuos.*] Fame exaſperatos. *Sed qui ſermones*] Inſultatio eſt poetæ in auarū.Sed quum inquit tot diuitias per multas iniurias paraueris,qui ſermones ſunt de te?ac ſi dicat,ubiq; male audis,ubiq; ut improbiſsimus laceraris. *Quid nocet hoc inquit*] Verba auari reſpondentis.Nam infamiam auarus cōtemnit.unde de auaro ita Horatius. Sordidus,ac diues populi contemnere uoces Sic ſolitus:populus me ſibilat, at mihi plaudo Ipſe domi ſimul ac nummos contēplor in arca.Et alibi Iuuenalis, Quid enim ſaluis infamia nummis? *Tunicam mihi malo lupini.*] Auarus tāti facit diuitias, ut pluris æſtimet rem uiliſsimā,quàm laudem & bonum nomen. contra autē uir bonus pluris facit bonum nomen q̃ diuitias multas. C. Vt à Solomone in Prouerbijs dicitur S. Eſt ergo ſenſus,Ego magis mihi uolo ſiliquam lupini,ac ſi dicat,rem nullius momēti pluris facio, q̃ laudari uir bonus,in paupertate. *Tunicam.*] Folliculum. *Laudet me.*] Vt uirum bonum.ordo eſt,laudet me ſecantem. *Pauciſsima farra exigui ruris.*] Paupertatem ſummam bis uerbis expreſsit. *Scilicet & morbis.*] Ironicos auaro reſpondet poeta.Eſt autē ſenſus:Licet diuitias ubi multas paraueris,ita ut ſolus tantum poſsideas,quantum uniuerſus populus Ro.ſub Tatio poſsidebat, non tamen poteris carere alijs incōmodis & calamitatibus.ſicq; philoſophice oſtendit diuitias non eſſe eas, quæ hominem à corporis & mentis ægritudine queant uēdicare.neq; longiora,felicioraq; tempora uitæ largiri,
D quum diuitē maiores etiam curæ comitentur. *Debilitate.*] Debiles appellamus, quibus aliqua mēbra ſint uel diminuta,uel obtrita,ut alibi.Hic coxa debilis,ambos Perdidit ille oculos. *Quantum ſub Tatio.*] Ex modeſtia antiquorum oſtendit mores auaritiam ſui temporis acriter damnando.nam ſub Romulo & Tito Tatio duce Sabinorum,qui fœdere percuſſo in Vrbem cum Sabinis receptus fuit à Romulo,tanta rerum modeſtia & parſimonia uiuebant, ut autore Plinio libro octauo,cap.ſecundo bina tunc iugera populo Romano ſatis eſſent,nulliq; maiorem modum attribuit.Dona etiam putauit ampliſsima imperatorum,ac fortium ciuium,quantū quis uno die plurimum circumarauiſſet.Colu.tamē ſcribit in primo limine operis ſui De agricolatione . C.Fabritium,& Curiū Dentatum,alterum Pyrrho finibus Italiæ pulſo,domitis alterum Sabinis,accepta, quæ tunc diuidebātur captiui agri ſeptē iugera non minus induſtrie coluiſſe,quàm fortiter armis quæſierant.Plin.uero tradit Curium Dentatum quaterna agri iugera uiritim populo diuiſiſſe,ſibi deinde totidē conſtituiſſe,dicentē neminē eſſe debere,cui nō tantū ſufficeret. *Mox etiam fractis ætate.*] oſtēdit quāta fuerint frugalitate ueteres,qui etiā ætate & bello cōfecti,acceptis binis iugeribus in præmium contenti erant tanquam maximis donati diuitijs.Ordo eſt.Mox uix tandē bina iugera dabantur pro multis uulneribus etiam fractis ætate,& paſsis prælia Punica, uel Pyrrhum immanem. *Mox.*] Deinde. *Paſsis prælia Punica.*] Qui arma aduerſus Pœnos geſsiſſent.

Pyrrhum.] Epirotarum regem, qui quum in auxilio Tarentinorum aduerſus Romanos arma ſumpſiſſet, demũ poſt uaria prælia à Curio & Fabricio ſuperatus in Græciã reuerſus eſt: ubi dum Argos oppugnaret, ictu tegulæ interemptus eſt. *Moloſſos*] Epiroticos, nam Moloſsia pars eſt Epiri ut diximus ſuperius. *Tandem.*] Hæc particula deſiderij ſignificatione͂ habet: ut ſit, poſt longum tẽpus, & diutinos labores, refertur q; ad effectũ expectatus. Cic. Vix tandem legi literas dignas Appio Clodio. A

Prælia, uel Pyrrhum immane͂, gladioſq; Moloſſos,
Tandem pro multis uix iugera bina dabantur
Vulneribus. merces ea ſanguinis, atq; laboris.
Nullis uiſa unquam meritis minor, aut ingratæ
Curta fides patriæ. ſaturabat glebula talis
Patrem ipſum, turbamq; caſæ: qua fœta iacebat
Vxor, & infantes ludebant quattuor, unus
Vernula, tres domini. ſed magnis fratribus horum
A ſcrobe, uel ſulco redeuntibus, altera cœna
Amplior, & grandes fumabant pultibus ollæ.
Nunc modus hic agri noſtro non ſufficit horto.
Inde ferè ſcelerum cauſæ, nec plura uenena
Miſcuit, aut ferro graſſatur ſæpius ullum
Humanæ mentis uitium, quàm ſæua cupido
Indomiti cenſus. nam diues qui fieri uult,
Et cito uult fieri. ſed quæ reuerentia legum?
Quis metus, aut pudor eſt unquã properantis auari?
Viuite contenti caſulis, & collibus iſtis
O pueri Marſus dicebat, & Hernicus olim,
Veſtinuſq; ſenex, panem quæramus aratro,
Qui ſatis eſt menſis. laudant hæc numina ruris:

Bina iugera.] Nam, ut dictum eſt ex ſententia Plinij, bina tunc iugera ſingulis Ro. ſatis erant. *Merces ſanguinis*], .ſ. in prælijs effuſi. *Nullis uiſa minor.*] Tanta erant inquit moderatione, ut paucis contentis, ea merces licet exigua, nunquam uiſa ſit inferior meritis, quæ in remp. contuliſſent. *Aut ingratæ curta fides patriæ.*] Id eſt ſicut mihi uidetur, Ea fuerunt ueteres illi Romanæ urbis adminiſtratores, exercituũq; ductores, animi modeſtia, ut poſt tam egregię nauatam Reipub. operam, fuſoſq; fortiter hoſtes, æqui boniq; conſulerent, quicquid ſibi pro tot rebus bene geſtis decerneret patria: licet, aut admodum parce, aut nullo prorſus modo gratiam referret. ingratę ergo, id eſt quę pro meritis & laboribus nulla, aut non ſatis magna rependeret præmia. Vel ingratæ, quæ multos, qui tam pij erga Remp. fuerant, tamq; ſtrenue pro ſalute patriæ ſe geſſerant, poſtea præmij loco, per ſummam inuidiam aut exilio, aut morte. aut grauibus pœnis affecerit: ut Satyrico more laudans antiquorum modeſtiam, tacite mores ſui notet temporis. Ingratũ uero eum dicimus, qui acceptorum beneficiorũ immemor, non recognoſcit beneficiũ, immo quod omnino eſt à ratione alienũ, non raro pro bono accepto malum reddit. *Curta fides.*] Id eſt quæ tamdiu durauit, quandiu eorũ opera, induſtria, prudentia & uigilantia opus fuit, uel ad Rempub, domi bene, ſapienterq; adminiſtrandam, uel militiæ ad hoſtium impetus ſuſtinendos, & à patria procul repellendos. *Saturabat.*] hoc dicit in deteſtatione͂ delitiarũ ſui temporis. *Talis glebula.*] Tam exiguũ ſolũ. *Vnus uernula*] Subaudi erat. i. ſeruulus duntaxat unus, qui omnibus miniſtraret. Nam uernæ dicũtur ſerui nati domi ex ancillis. *Horũ.*] .ſ. triũ dominorũ. *Magnis.*] Pro maximis. *Amplior*] Propter exantlatum laborem. *Et.*] Pro, id eſt. nam expoſitio eſt amplioris cœnæ. *Ollæ grandes.*] Cacabi grandiores. *Pultibus.*] Bene inquit pultibus, ut oſtendat lauta obſonia non ſolita parari. Nam pulte trecentis annis ante uſum panis uixerunt Romani, ut ſcribunt Verrius, & Plinius. B C

Noſtro non ſufficit horto.] Ampliores nunc habemus hortos, ꝙ antiqui habuerũt agros, unde eſt conqueſtio illa Plinij, quum bina tunc iugera Pop. Ro. ſatis eſſent, nec ulli maior modus attribueretur, eo ſeruos paulo ante principis Neronis, contemptis huius ſpacij uiridarijs, & piſcinas habuiſſe maiores. gratumq; eſſe, ſi non aliquis & culinas. *Inde.*] Ex tanta rerum cupiditate.

Cauſæ ſcelerũ.] Subaudi ſunt. Nam homines ad omnia ſcelera cupiditate habendi facile impelluntur, unde Vrgilianũ illud. Quid nõ mortalia pectora cogis, Auri ſacra fames? *Nec plura u.*] Ordo eſt & ſenſus. Nec ullum uicium humanæ mentis miſcuit plura uenena quàm ipſa auaritia, & immoderata habendi cupiditas. *Graſſatur.*] Sæuit. Eſt enim graſſari ſupra modum ſæuire, unde Tranquillus in Caligula. His diuerſo uiciorum genere graſſantibus, id eſt ualde ſæuiẽtibus. Graſſari etiam dicimus incedere. Saluſt. in Iugurthino. Graſſatur uia uirtutis. *Et cito fieri uult*] Oſtendit multa ſcelera illi perpetranda eſſe, qui modico temporis ſpacio magnas aggregat diuitias. *Viuite contenti caſulis.*] Introducit uerba Marſi ſenis, & Hernici Veſtiniq; ad filios, ut cõtenti ſint modicis rebus. Sicq; ex frugalitate antiquorum uituperat ſui temporis luxum, & cupiditatem. *O pueri.*] O filij. pueros enim Græca conſuetudine pro filijs poſuit. Sic Orat. Dicam & Alcidem pueroſq; Ledæ. *Marſus.*] Marſi populi ſunt Sabinis contermini, de quibus abunde diximus in tertia Satyra illic, Translatus ſubito ad Marſos. *Hernicus.*] Hernici Lauinio & Albæ uicini erant: dicti autore Macrobio ab Hernico duce. *Veſtinus.*] Veſtini Sabinis & Marſis uicini ſunt. *Laudant hæc numina ruris.*] Agricolæ duodecim habebant deos, quos præcipue colebant, Iouem & Tellurem, Solem & Lunam, Cererem & Liberum, Robigum & Floram, Mineruam & Venerem, Lympham & bonũ Euentũ. De ijs Varro. Sed nunc Liberum & Cererem intelli D

git

A git, quorum beneficio mortalibus uſus panis & uini datus eſt, quum antea glandibus ueſcerentur, unde eſt illud Vergilij. Liber & alma Ceres, ueſtro ſi munere tellus, Chaoniam pingui glandē mutauit ariſta, Poculaq; inuentis Acheloia miſcuit uuis. Bacchus enim uini uſum primus docuit, Ceres uero frumenta inuenit, eadem molere, & conficere in Attica, Italia, & Sicilia, & ob id dea iudicata. hæc Plin. & Diod. *Nil uetitum feciſſe uolet.*] Oſtendit poeta hominem, qui mediocritatē ſequatur, nulla turpi cupiditate deuinciri.

Quorum ope, & auxilio, gratæ poſt munus ariſtæ,
Effugiunt homines ueteris faſtidia quercus.
Nil uetitum feciſſe uolet, quem non pudet alto
Per glaciem perone tegi, qui ſummouet Euros
Pellibus inuerſis. peregrina, ignotaq; nobis
Ad ſcelus, atq; nefas, quodcunq; eſt, purpura ducit.
Hæc illi ueteres præcepta minoribus. at nunc
Poſt finem autumni media de nocte ſupinum
Clamoſus iuuenem pater excitat, accipe cæras.
Scribe puer, uigila, cauſas age, perlege rubras
Maiorum leges, aut uitem poſce libello.
Sed caput intactum buxo, nareſq; piloſas
Annotet, & grandes miretur Lælius alas.
Dirue Maurorum attegias, caſtella Brigantum,
Vt locupletem aquilam tibi ſexageſimus annus
Afferat. aut longos caſtrorum ferre labores
Si piget, & trepido ſoluunt tibi cornua uentrem

Perone tegi.] Ac ſi dicat, qui in uili habitu ambulet. Eſt enim pero genus calciamēti ex crudo corio, quo & in bellis utebantur. Verg. Crudus tegit altera pero. Perſius, Nauim ſi poſcat ſibi peronatus arator. *Sūmouet Euros.*] Arcet frigus. *Pellibus inuerſis.*] Pellibus habentibus pilum in parte exteriore. Ouidius in iij. De triſtibus. B Pellibus hirſutis arcet mala frigora bracchis. *Peregrina purp.*] Sapienter poeta oſtēdit ijs, qui ambitioſe uiuant, ſumptus magnos eſſe faciendos, & proinde animum ad uarias rapinas conuertendum. *Purpura.*] Veſtis purpurea, quæ ex longinquo uenit. Eſt ergo ſenſus. Homo delectatus luxu ueſtiū, ut magnificus uideri poſsit, nō dubitat ut egregias ueſtes habeat, omnia miſcere ſcelera, & bonis alienis manū inijcere, omneſq; rapinas exercere. *Hæc præcepta*] Subaudi dabant. *Minoribus.*] Filijs, & nepotibus. *Poſt finem autumni*] Iam incipiente hyeme, quo tempore homines incipiunt lucubrare, & uacare ſtudijs. *Cæras*] Tabellas cæratas, in quibus antiqui ſtilo ſcribebant. *Cauſas age*] Suſcipe cauſas defendendas in foro ut lucrum facias, nam ut ait Mart. illic ęra ſonant. *Rubras leges.*] C Miniatas: nam capita legum minio ſolent notari. Perſ. Excepto ſiquid Maſuri rubrica uetauit. *Vitem.*] Centurionatum. Nam uitis centurionum erat geſtamen, qua percutiebantur milites, de hac plura diximus in Satyra quæ incipit. Stemmata quid faciunt, illic. Frangebat uetuce uitem. *Poſce.*] Scilicet ab imperatore. *Libello*] Supplici, quē porrigas imperatori. *Sed caput intactum buxo.*] Fac inquit, ut Lælius, à quo ſcribendus es in militiam, uideat te negligentē circa cultum corporis. nam ita te idoneū putabit militē. *Intactum buxo.*] Id eſt pectine, qui ex buxo fieri ſolet. Martialis, Multifido buxus qua tibi dente datur. *Alas grandes*] Id eſt grandibus pilis hirſutas. Id enim indicium eſt uirilitatis, quibus autem hirſutæ ſunt alæ hircoſi dicuntur ob fœtorem hircinum. Perſius. Hic aliquis de gente hircoſa centurionum. *Dirue Maurorum attegias.*] Id eſt mapalia, & caſas, quas Mauri, qui Numidæ à Romanis appellantur, ſibi extruūt. De his Ioſephus libro ſeptimo De bello Iudaico ſic ſcribit, Quum ad feſtum inquit diem ueniſſet quo attegias in honorem dei componi ab hominibus mos eſt. *Caſtella.*] Differt caſtellum ab oppido. Eſt enim oppidum idem, quod urbs. Caſtellum uero inferius, ut neque urbs ſit, neque pagus, ſed medium inter utrunque, unde Pomponius Mela ſic ſcribit libro primo. Carenna & Arſenuaria ſunt oppida, & Ampſa caſtellum. C. Caſtellum uicus eſt ſiue ruſticanæ domus clauſæ mœnibus. S. *Brigantum.*] Brigantes populi ſunt in Britannia ut ſcribit Strabo. Cornelius Tacitus. D Iam uentum haud procul mari ad Hiberniam inſulam, quum ortæ apud Brigantes diſcordiæ retraxere ducem. *Sexageſimus annus.* Nam tunc miſsio dabatur militi, quæ honeſta dicebatur. Nam tres generales (ut tradit Marcellus De re militari) fuerunt miſsionum cauſæ, honeſta, cauſaria, & ignominioſa. Honeſta eſt, quæ tempore militiæ impleto & emeritis ſtipendijs datur, cauſaria, quum quis uicio animi, uel corporis minus idoneus militiæ renuuciatur, ignominioſa cauſa eſt, quum quis propter delictum, ſacramento ſoluitur. *Aquilam locupletem.*] Id eſt militiam ipſam opulentam. Aquila enim inſignc fuit Romanorum. unde Valerius Flaccus libro ſexto. Romanas ueluti ſæuiſsima, quum legiones Teſiphone regeſq; mouet, quorum agmina pilis, Atq; aquilis utrinq; micant. De hoc multa ſuperius illic. Da nunc & uolucrem ſceptro, quæ ſurgit eburno.

Aut longos.] Senſus eſt, aut ſi forte labor militaris eſt tibi moleſtus, nec potes ferre ſtrepitum tubarum, potes negociationem exercere, unde lucrum tibi emergat, ſicq; filium inſtruit ad rem quancq; uiliſsimam, ut lucrum faciat. Ordo autē eſt. Aut pares quod poſsis uendere pluris dimidio, ſi te piget ferre labores caſtrorum. *Soluunt uentrem.*] Naturalē enim eſt, ut ex timore ſoluatur uenter. Cuius rei rationem ita adfert Ariſtot. in Problematis. Calor inquit inſitus nobis, quaſi animās eſt. hic ergo rem quancunq; timuerit. diffugit, ſic ut quum extrinſecus ratio conturbandi, atq; metuēdi inchoatur, atq; in ima de ſuperis defluat, & è ſummis ad intima penetret, efficitur

ciſtur ut alui,& ueſicæ fundantur,facileſq́ reddantur.unde Macrob.libro vij. Saturn. hinc & laxa A
mentum uentris comitatur timorem, quia muſculi quibus claudebantur retrimentorum meatus,fugientis introrſum animę uirtute deſerti,laxant uincula,quibus retrimenta uſq́ ad digeſtionis opportunitatẽ continebãtur. *Cornua audita c.l.*] Hoc aũt dixit ex uetere cõſuetudine militiæ, nã in caſtris legio habebat tubicines, cornicines,& buccinatores.tubicines ad bellum uocabant milites,& rurſum receptui canentes reuocabant. Cornicines & buccinatores erant ornamentum totius legionis in ingreſſu conflictus,& eius reditu quoties pugnabatur.Cornicines & tubicines canebãt:hinc ergo poeta ait.Cornua cum lituis.i.cornicines cum tubicinibus.nam lituus genus erat tubæ ad ſimilitudinem litui uirgæ auguralis. Eſt enim uirga breuis, in parte quæ robuſtior eſt incurua, B
qua augures utuntur,cuius meminit Verg.Ipſe Quirinali lituo,paruaq́ ſedebat Succinctus trabea.Lituo pro tuba uſus eſt Vergil. Et lituo pugnas inſignis obibat & haſta. *Nec te faſtidia*]. Nec te pudeat contrectare merces etiam dedecoroſas,& quæ mitti ſolent trans Tyberim:intelligit autẽ negociationẽ coriorum.Nam animalia excoriabantur trãs Tyberim.Mart.Et detracta cani trans Tyberina cutis.

Cum lituis audita,pares,quod uendere poſsis
Pluris dimidio:nec te faſtidia mercis
Vllius ſubeant ablegandæ Tyberin ultra,
Nec credas ponendum aliquid diſcriminis inter
Vnguenta,& corium. LVCRI bonus eſt odor ex re
Qualibet:illa tuo ſententia ſemper in ore
Verſetur,dijs,atq́ ipſo Ioue digna,poetæ.
VNDE habeas quærit nemo,ſed oportet habere.
Hoc monſtrant uetulæ pueris poſcentibus aſſem.
Hoc diſcunt omnes ante alpha & uita puellæ.
Talibus inſtantem monitis quemcunq́ parentem
Sic poſſum affari:dico uaniſsime,quis te
Feſtinare iubet?meliorem præſto magiſtro
Diſcipulum.ſecurus abi,uinceris ut Aiax
Præterijt Telamonem,ut Pelea uicit Achilles.
Parcendum eſt teneris,nõdum impleuere medullas
Natiuæ mala nequitiæ:quum pectere barbam
Cœperit,& longi mucronem admittere cultri,
Falſus erit teſtis,uendet periuria ſumma
Exigua,Cereris tangens aramq́,pedemq́.
Elatam iam crede nurum,ſi limina ueſtra
Mortifera cum dote ſubit.quibus illa premetur

Corium.] Appellamus omnem pellẽ non modo perfectam,ſed etiam recens detractã animali. *Bonus eſt od.*] Hoc poteſt uideri dictũ C
in auaritiã Veſpaſiani, qui ut ſcribit Tranq.reprehendenti Tito filio,quod uectigal etiam urinæ cõmentus eſſet, pecuniã ex prima penſione admouit ad nares interrogans,an odore offenderetur.illo negante,atqui inquit e lotio eſt. *Illa ſententia poetæ.*] Scilicet Ennij.nam uerſus qui ſequitur Ennianus eſt. *Hoc monſtrat uetulæ.*] Tanta inquit eſt mortalium cupiditas,ut non ſolum patres,ſed etiam uetulæ doceant puerulos has ſordes,tunc præcipue quum ſtipem aliquã poſcunt ad emenda poma. tunc enim monent uerſus Enniani,ut ſint parci.Solent enim pueri aſſem à parentibus & familiaribus poſcere. *Ante alpha & uita.*] Antequã attingant prima literarũ rudimenta:legendumq́ eſt uita,& non Beta quũ nomina ſint literarũ Græcarũ. *Quis te feſt.iubet*] Quis cogit te tam cito urgere filium ad auaritiã, quum ad id uitium ſponte ſua ſit procliuis?Vnde ſequitur,meliorem præſto magiſtro diſcipulũ.

Securus abi] Non eſt quòd dubites,quin auaritiæ ſtudium facile ſequatur. *Vinceris ut Aiax præterijt Telamonem.*] Ironia eſt. Ita quidem uinceris uirtute à filio tuo,ut Aiax & Achilles parẽtes ſuos uicerunt,ut ſit ſenſus.ut illi uirtute,& præclaris operibus parentes ſuos uicere,ita uitio auaritiæ filius tuus te ſuperabit. *Parcendum eſt teneris.*] Eſt ueluti reſponſio parentibus conquerentibus puerulos non ſtatim eſſe auaros.Ignoſcendum inquit eſt ô pater puerulis,ſi forte ea ætate auaritia te non uincunt, quia mala inquit huiuſce cupiditatis nondum impleuere medullas, nondum D
penitus infuſa eſt extrema cupiditas. Sed quum facti erunt grandiores,tunc te auaritia ſuperabunt,tunc extrema laborabunt cupiditate.falſi enim erunt teſtes, & cætera. C. *Parcendum eſt teneris.*] Imitatio eſt Vergiliana,qua ille monet agricolam, teneras uites, acie falcis non eſſe ſtringendas. S. *Nondum impleuere medullas.*] Rationem affert,non eſſe mirandum ſi ſtatim in pueritia auaritiam non exerceant, nondum enim ſunt maturi,ut perfecte auaritiam poſsint exercere:nam mala natiuæ nequitiæ,id eſt naturalis auaritiæ, quæ à natura homini inſita eſſe uidetur, nondum impleuerunt medullas:nondum perfecte puerũ inuaſerunt:quaſi dicat, ſata quidẽ ſunt à natura auaritiæ ſemina in puero, ſed nondum ad maturitatem peruenerunt. *Quum pectere*] Tunc inquit quum barbitium produxerit, extremæ dabit ſigna auaritiæ. *Longi cultri.*] Periphraſis eſt nouaculæ,id eſt quum cœperit radere barbam. *Vendet periuria.*] Mercede peierabit. *Summa exigua.*] Parua mercede & lucro. *Aram Cereris.*] Illic enim ſanctiſsimum habebatur iuſiurandum. *Elatam iam crede nurum.*] Ita iam unuſquiſq́ auaritia flagrat,ut in periculo nouæ nuptæ ſint, ne à ſponſis tollantur,ſi dotem grandem tulerint. *Elatam.*] Extinctam.

Dote mortifera.] Dote grandi, ex qua ei mors acceleretur. *Quibus illa premetur.*] Cum quadam miſeratione pronuncianda ſunt, quaſi dicat, aconito infectis. Veneficium enim

A intelligit,quod per aconitũ paratur.de quo Plin.ſic.Conſtat omniũ uenenorũ ocyſsimum eſſe aconitũ,& tactis quoq; genitalibus fœmineį ſexus animalium,eodem die inferre mortem .hoc fuit uenenum quo interemptas dormientes à Calphurnio Beſtia uxores M.Cæcilius accuſator obiecit. *Nam quæ terraq; mariq;.*] Irriſio eſt poetæ,non mirum eſt ſi adoleſcens ſponſam aconito necat dormientem,nam ſic facilius & breuiore itinere ſibi comparabit diuitias,quę terra,& mari,& longinquis locis acquirendæ forent,

Per ſomnum digitis?nam quæ terraq;,mariq;
Acquirenda putes,breuior uia conferet illi.
NVLLVS enim magni ſceleris labor. hæc ego nũq;
Mandaui,dices,olim,nec talia ſuaſi:
Mentis cauſa malæ tamen eſt,et origo penes te.
Nam quiſquis magni cenſus præcepit amorem,
Et læuo monitu pueros producit auaros,
Et qui per fraudes patrimonia conduplicare
Dat libertatem,& totas effundit habenas
Curriculo,quem ſi reuoces,ſubſiſtere neſcit,
Et te contempto rapitur,metiſq; relictis.
Nemo ſatis credit tantum delinquere,quantum
Permittas,adeo indulgent ſibi latius ipſi.
Quum dicis iuueni,ſtultum,qui donet amico,
Qui paupertatem leuet,attollatq; propinqui,
Et ſpoliare doces,& circumſcribere,& omni
Crimine diuitias acquirere,quarum amor in te eſt,
Quantus erat patriæ Deciorum in pectore,quãtum
Dilexit Thebas(ſi Græcia uera) Menœceus,

ſicq; mores ſui tẽporis poeta ſubſannat. *Nullus labor*] Sentẽtia eſt catholica,quam præſenti negocio apte poeta accommodat,ut ſit ſenſus. Ingens ſcelus ſine ullo labore perfici ſolet,utputa,hominem ueneno aut ferro tollere,aut domũ incendere. *Nam quiſquis*] Rationem affert,quare filius per auaritiam tot ſcelera exerceat:ut ſit ſen-
B ſus,& ordo.Quicunq; inquit præcepit,& imperauit cupiditatẽ magni cenſus filiis,& producit pueros auaros.i. erudit & docet lęuo monitu.i.ſiniſtra & praua doctrina,& qui monet patrimonia conduplicare per fraudes,dat libertatem,& totas habenas effundit curriculo,id eſt dat poteſtatem adoleſcenti ut rapiat.i.in cauſa eſt ut (ſic inſtruendo) adoleſcens animũ ſuum per ſummam libertatẽ ad auariciam applicet. *Præcepit a.*] Id eſt præcipiendo infudit cupiditatẽ habendi cenſus,ſic alibi. Mitem animam & mores modicis erroribus æquos Præcipit. C. Mihi uero præcipere,ſignificare hoc loco uidetur ante capere,ut in illo Verg. Si lac præceperit æſtus,
C Item illud Aen.xi.Et ſpe iam præcipit hoſtem.poteſt euã exponi hoc loco,præcepit,concepit amorem &c.ut ſit huius loci ſententia.Nam quiſquis cupiditate magni cẽſus tenetur,quiq; animo magnas opes ante cepit,& propoſuit.Et qui pueros efficit auaros ſiniſtro & præpoſtero monitu , is & ſi uerbo non mandat filijs ut malis artibus magnos cenſus faciãt,re tamen & facto & exẽplo malo, peruerſaq; diſciplina,dat licentiã peccandi,& ad malas aſſuefacit artes:ita ut ſi uelit eum reuocare,demum non poſsit:Poſtquã enim multa ſcelera enumeraſſet,quę filij malo patrum exemplo & diſciplina deſignant,inducit poeta malum patrẽ ita excuſantem:Hæc ego nunquã mandaui, dices,olim:nec talia ſuaſi: cui poeta reſpondet,nihil referre,cum ipſe ſit auarus,& quoq; iure,quaq; iniuria cenſum augere ſatagat.ea re illum eſſe cauſam mentis prauæ & cupiditatis filiorũ,qui in eiuſmodi exemplis educati,patris mores imitãtur.ut ſupra,Quid ſuadet iuueni lætus ſtridore catenæ?quaſi diceret,crudelitatẽ,ſi minus uerbo,at facto tamen & exemplo.Duo igitur requirit à parentibus,recta exempla,rectamq; diſciplinã. S. *Et qui per fr.*] Aliqui putãt hoc carmen nõ eſſe Iuuen.nonq; omnino inſerendũ,quibus ego facile ſubſcripſerim. *Totas eff.ha.curr.*] Metaphora ſumpta ab auriga,qui currẽtibus equis in circo,habenas relaxat.i.pater remittit habenas filio, id eſt omnem poteſtatẽ facit,ut per omnes auaritiæ campos currat,& uagetur. *Curriculo.*] Adoleſcenti per extremas ſordes currenti.ſic Verg.Currũ pro equo poſuit.Infrenãt alij currus.i. equos.
D Et alibi.Nec audit currus habenas.i.ipſi equi non audiunt habenas,& alibi.Domitant in puluere currus.i.equos ſub curribus. *Quem*] Adoleſcentẽ filiũ tuum. *Si reuoces.*] Si uelis reuocare à curſu acquirẽdi.i.ne tanta auaritia laboret. *Subſiſtere neſcit.*] Neſcit finẽ facere. *Rapitur.*] Fertur præceps in profundã auaritiam,perſtat autẽ in tranſlatione aurigæ currẽtis in circo. *Te contempto,& metis relictis.*] Te contempto,qui reuoces.nam te cõtemnit,ſi eum dimoueas à curſu ſuo.

Metis rel.] Tanto inquit auaritiæ impetu fertur,ut nullũ ſibi terminũ aut finem faciat,ſed omnes prætereat more aurigæ,qui in circo metas (ut debet) non luſtrat,ſed curſu præterit. nam in circo duæ erant metæ,de quibus diximus illic.Spaciũ luſtrabit utrunq;Metarũ:circũ quas ferebantur aurigæ.qui eas ſepties celerius circuiſſet,uictor deſignabatur.Propert.Aut prius infecto depoſcit præmia curſu,Septima quàm metam triuerit arte rota.Ordo autẽ eſt.Et ſpoliare doces, & circũſcribere &c. *Quum dicis iuueni ſtultum.*] Senſus eſt,pater cauſa eſt,ut filius nullũ opus liberalitatis exerceat,ſed potius ut ſpoliet,& decipiat , quũ dicit illum ſtultũ eſſe,qui donet amico ſuo,& propinquo pauperi ſubueniat. *Circũſcribere*] Decipere:tractum eſt uocabulũ ab ijs qui longo ſcripturæ anfractu hominẽ circumligant. *Quarũ a.*] Id eſt quarũ diuitiarũ ſtudium eſt in te patre tantum,quantũ fuit Deciorum in patriam. *Deciorum.*] Hoc eſt patris & filij,quorũ uterque pro patria ſe deuouit,ut ſuperius à nobis copioſe dictum fuit. *Menœceus*] Thebanus fuit Creon-

ds

tis filius,qui cum cognouiſſet per Tyreſiam uatem Thebas ſemper liberas fore, & nunquam capi A
poſſe,ſi ſe uoluntariæ morti exponeret,libens è mœnibus transfixo pectore ſuper hoſtes ſeſe iecit
inſcio patre.Hæc ex Papinij lib.x.Thebaidos.De cuius nece ſic tradit.Sanguine nunc ſpargit tur-
res,& mœnia luſtrat,Seq; ſuper medias acies nondum enſe remiſſo,Iecit,& in ſæuos cadere eſt co
natus Achiuos.Cicero quoq; in primo Tuſc.ſic ſcribit,Menœceus uero non prætermittitur, qui ora

In quarum ſulcis legiones dentibus anguis
Cum clypeis naſcũtur,& horrida bella capeſſunt
Continuo,tanquam & tubicen ſurrexerit unà.
Ergo ignem cuius ſcintillas ipſe dediſti,
Flagrantem late,& rapientem cuncta uidebis.
Nec tibi parcetur miſero,trepidumq; magiſtrum
In cauea magno fremitu leo tollet alumnus.
Nota mathematicis geneſis tua,ſed graue tardas
Expectare colos,morieris ſtamine nondum
Abrupto.iam nunc obſtas,et uota moraris,
Iam torquet iuuenem longa et ceruina ſenectus.
Ocyus Archigenẽ quære,atq; eme,qđ Mithridates

culo edito largitus eſt patriæ ſuum
ſanguinem. *Si Græcia eſt uera.*]
Hoc tanquam fabuloſum comme
morat.Nam Græci innumerabiles
habent fabulas. Vnde illud eſt. Et
quicquid Græcia mendax, Audet
in hiſtoria.Plin.li.viij.cap.xxij.Mi
rum eſt quo procedat Græca cre-
dulitas:nullũ tam impudens men
dacium eſt,ut teſte careat. *In qua-
rum ſulcis.*] Fabuloſam illam Cad-
mi hiſtoriam tangit, ut Thebas pa B
triam Menœcei deſignet.Cadmus
enim Agenoris filius quum poſt
raptum Europæ ſororis in Bœoti-
ca deſediſſet, ædificauſq; Thebis,
quoſdam ex socijs miſiſſet, qui ad
rem diuinam aquam afferrent,nec ij redirent, ipſe profectus comperit eos à ſerpẽte iuxta fontem
ſtabulante deuoratos,quem quum mirabundus ſpectaret,audiuit uocem,fore ut ipſe quoq; ſer-
pens ſpectaretur,quod poſtea accidit in extrema ſenectute:nam ipſe unà cum uxore in ſerpentem
conuerſus eſt.occiſo igitur eo ſerpente eius dentes accepto oraculo ſeuit, ex quibus homines ar-
mati orti ſunt,qui omnes ſtatim ſe mutuis uulneribus confoderunt,præter eos qui Cadmo ſe iun
xerunt. C. De hac fabula,Vide Ouid.Metamorph.libro tertio.& Fulgentium qui ad literarum
inuentionem fabulam refert.nam Cadmus literas ex Phœnice intulit in Græciam, ut quidam au-
tumant. S. *Tanquam & tubicen ſurrexerit unà.*] Tanto quidem impetu arma inter ſe diſtinxerũt,
ut putes ad id certamen tubicine excitatos fuiſſe. *Ergo ignẽ*] Senſus eſt.filius tuus,cui principia
& ſemina auaritiæ oſtendiſti,in tantam cupiditatis rabiem miſſus eſt,ut omnes quoſcunq; poſsit
ſpoliaturus ſit,ſed nec tu ipſe tutus eris.te enim interficiet,quaſi qui cupiditati ſuæ obſtes. *Ignẽ*] C
Rabiem illam,& ardorem acquirendi,id eſt ipſum filium tuum feruenti cupiditate accenſum.
Cuius ſcin.] Cuius tu ſemina & principia dediſti. *Leo alum.*] Id eſt filius tuus,quem hoc modo
aluiſti,te magno fremitu occidet. *Trepidumq; magiſtrum*] Alludit ad hiſtoriam ſui temporis.nam
leo manſuetus temporibus Domitiani,in theatro magiſtrũ à quo fuerat educatus,lacerauit.Mar
tialis,Læſerat ingrato leo perfidus ore magiſtrum. *In caueam*] Septa, quibus feræ coercentur.
Horat.Ac uelut urſus Obiectos caueæ ualuit ſi frangere claros.Cicero ad Herennium. Statim ſi-
cut è cauea leo miſſus,aut aliqua teterrima belua ſoluta ex cathenis uolitabit,& uagabitur. Qua ſi
militudine cauea item appellatur ipſum theatrum.Apuleius in Aſino aureo.Venus ecce cum ma-
gno auro caueæ in ipſo meditullio ſcenæ circumfuſo populo conſtitit.Valer.Flaccus in iiij.Argo-
nauticon de Polluce loquens ſic inquit.Nam nec ad Aegæi pugnam uidet ora parentis,Nec ſonat
Oebalius caueæ fauor. *Nota Mathematicis*] Eſt uelut reſponſio poetæ ad patrẽ dicentẽ,nondum
mortis ſuæ tempus aduenisse,ut mathematici affirmauerunt,ut dicat. Scio geneſim tuam notam
eſſe mathematicis,ac ſi dicat,ſcio longam tibi à mathematicis uitam promitti,ſed moleſtum eſt fi
lio expectare tantã mortis tuæ dilationẽ.te enim interficiet ante tẽpus ubi à fatis ſtatutum. *Mathe
maticis.*] Mathematici non ſolum aſtrorum periti dicũtur,ſed & qui arithmeticæ, muſicæ, & geo-
metriæ rationẽ callent.Nam ſyderali ſcientia freti multis futura prædicebãt.*μαθήματα* enim Græce, D
diſciplinæ dicuntur Latine. *Geneſis tua.*] Id eſt genitura tua,& quid proinde de te futurum ſit.
nam hi hominum natiuitates,& horoſcopum contemplantes,multa,ut diximus,futura prædice-
bant.unde Tranquillus in Tito,dicitur etiam cognita utriuſq; genitura imminere ambobus peri
culum affirmaſſe.Idem in Caligula.Conſulenti quoq; de genitura ſua,Sulla mathematicus certiſ-
ſimam necem appropinquare affirmauit. *Tardas co.*] Tardam mortem.nam nimis diu uiuere
ei uideris,& cupit te ante tempus mori.unde & Ouidius,Filius ante diem patrios inquirit in an-
nos. *Colos.*] Stamina Parcarum,quibus uita hominis diſponitur. *Iam nunc obſtas.*] Impedi-
mento es filio tuo,quippe qui uidearis diu uiuendo bona domeſtica atterere:& ſic oſtendit ado-
leſcentem inſtructum auaritia in omne ſcelus ruere. *Senectus cer.*] Longa,quanta ceruis attribui
tur.Plin.Vita ceruis in cõfeſſo longa poſt centum annos aliquibus captis cum torquibus aureis,
quos Alexander Magnus addiderat adopertis iam cute in magna obeſitate. *Archigenem.*] hoc
eſt medicũ.nam Archigenes nomen eſt medici,de quo ſupra.Aduocat Archigenem , pro quo om
nem medicum intelligit. *Ocyus quære.*] Id eſt medicum cito fac conuenias , ut tibi aduerſus filij
uenena tradat aliquod antidotum. *Mithridates compo.*] Antidotum,quale ſibi Mithridates rex
Ponti conficiebat aduerſus uenena efficaciſsimum. eius compoſitionem in commentario ipſius

& manu

A manu ſcripto, inuenit Pōpeius in eius arcanis. ut docet Plin. li. xxiij. cap. ix. ex duabus nucibus ſiccis, itē ficis totidē, & rutę folijs xx. ſimul tritus, addito ſalis grano. & qui hoc ieiunus ſumat, nullū uenenū nociturū illo die. Sed de hoc plura in fine ſextæ Satyræ. *Si uis a. d. fi.*] Ordo eſt. Medicamē eſt tibi habendū, qđ aut pater, aut rex debeat ſorbere ante cibū, ſi uis decerpere &c. *Aut p. aut rex*] Nā eadē ferme ratio eſt, patrisfamilias in gubernatiōe domus ſuæ, quæ regis in regni adminiſtratiōe, niſi quòd hic plures, ille regit pauciores: ideoq; utrunq; poſuit, ac ſi diceret, non eſſe patri minus metuendum à liberis male inſtitutis aut ſeruis, quàm regi à ciuibus, aut domeſticis, alijsq; qui eius inuident potētiæ. *Ante ci.*] ut remediū aduerſus uenenū. *Aliā ficū*] Aliū autumnū. ac per hoc aliū annum uiuere. *Monſtro uo. egre.*] Ait poeta in contemptū auari, ma

B iorem uoluptatem capi ex laboribus & anxietate eius, dum ſe multis periculis exponit cauſa lucri, ꝙ ex ludis theatralibus, & ſcenicis.

Compoſuit, ſi uis aliam decerpere ficum,
Atq; alias tractare roſas: medicamen habendum eſt,
Sorbere ante cibū quod debeat aut pater, aut rex.
Monſtro uoluptatem egregiam, cui nulla theatra,
Nulla æquare queas prætoris pulpita lauti,
Si ſpectas quanto capitis diſcrimine conſtant
Incrementa domus, ærata multus in arca
Fiſcus, & ad uigilem ponendi Caſtora nummi,
Ex quo Mars ultor galeam quoq; perdidit, & res
Non potuit ſeruare ſuas. ergo omnia Floræ,
Et Cereris licet, & Cybeles aulæa relinquas.

Nulla theatra.] Nullos ludos theatrales, qui ad hominū uoluptatem parātur. *Nulla pul.*] nullos ludos ſcenicos. Nam in ſcena pulpita extruebātur. unde alibi. Haud tamē inuideas uati quem pulpita paſcūt. lege Victruuium. *Lauti prætoris.*] Ad ornatū triumphalē reſpicit. Nam pretor ludis theatralibus habitu triūphantis præerat, unde ſuperius: Qui præuidiſſet prætorem in curribus altis, In tunica Iouis. *Quanto diſcr.*] Si cōſideras pericula, quibus ſe obijcit, dum ſtudet rem domeſticam augere. *Multus fi.*] Appoſitio eſt, id eſt multus ſacculus. Nam, ut alibi diximus, autore Pediano, ſportæ, ſportulæ, ſportellæ, nummorū ſunt receptacula, & ſacci, ſacculi, ſacelli, & crumenæ, & uellereæ, & ſcorteæ, & manticæ, & marſupia, ita fiſci, fiſcinæ, fiſcellæ. C. Spartea ſunt utenſilia ad maioris ſummæ pecunias capiendas. S. Fiſcum autem pecuniæ priuatæ eſſe oſtendit Plin. in Panegyricis his uerbis, At fortaſſe non eadem ſeueritate fiſcum, qua ærariū cohibes, Immo tanto maiore, quanto plus tibi licere de tuo ꝙ de publico credis. Fiſcum tamen etiā capimus pro receptaculo pecuniæ publicæ & ærario ipſo, unde confiſcare uerbū, quod eſt in ærariū referre.

C *Nummi ponendi ad Caſtora uigilem.*] Cæcitatē auari oſtēdit, qui multis ſudoribus periculis & uitæ, pecunias acquirat, quas ſæpe ſolet amittere depoſitas apud trapezitas irruentibus furibus. *Vigilem*] propter cuſtodes, qui tēpore noctis excubarent metu furum. *Ad Ca.*] Apud menſarios, qui erant in foro ubi erat ædes Caſtoris. ibi enim apud nummularios deponebant pecunias ſuas, quo tutiores eſſent, quod noſtris etiam tēporibus fieri uidemus Venetijs. hocq; etiam apud priſcos factitatū docet multis in locis Plautus, tum illic in Captiuis. Ibo intro, atq; intus ſubducam ratiunculam quantillū argēti mihi apud trapezitam ſiet. Aedem autē Caſtoris & Pollucis fuiſſe in foro oſtendit Dionyſ. Huius autē inopinatæ, admirabilisq; apparitionis, cum ſigna adhuc Romę multa, tum uero eſt ædes Pollucis, & Caſtoris quā ſuper foro extruxit ciuitas, ubi uiſa ſunt illorū ſimulachra. *Ex quo Mars.*] ſcribit Tranquil. Auguſtum publica opera plurima extruxiſſe, ex quibus præcipua forum cum æde Martis ultoris. fori extruēdi cauſa fuit hominum & iudiciorū multitudo, quæ uidebatur non ſufficiētibus duobus etiā tertio indigere. Aedem Marti bello Philippēſi pro ultione paterna ſuſcepto, uouerat. Tēporib, igitur poetæ nūmularij, qui in foro reſidebāt ſpoliati, omnē pecuniam apud ſe depoſitā amiſerunt, adeo ut dicat poeta, iam ex quo forū Martis ſpoliatum eſt, pecunias ad alterū forum Caſtoris eſſe deponēdas. *Galeam quoq; perdidit.*] Nam fures quum nummularios diriperēt, ne ipſi quidē Marti pepercerunt. nam ei inſignia ſua abſtulerunt.

D *Ergo omnia Floræ*] Quū ergo inquit, tam uarijs laborū & periculorū fluctibus auari uita agitetur, potes relinquere ludos Florales, Cereris, & Megaleſiacos ex quibus non tantā ſpectandi uoluptatē capies, quantā ex negocijs, & incōmodis auari. *Omnia aulæa.*] Omnes ludos theatrales, in quibus aulæa tenduntur, & alia uela quū ad arcendum ſolem, tum ad decorādos ludorum apparatus. *Floræ.*] Flora quū opes immenſas quæſtu meretricio acquiſiuiſſet, populū Romanū moriēs hęredem reliquit cū magna pecunia, ex cuius annuo fœnore ſuus natalis dies celebraretur editione ludorū, quos appellant Floralia. de ijs multa Lactātius & nos apud Perſium illic. Nam ut Floralia poſſent Aprici meminiſſe ſenes. Ludi aūt uoluptuarij erāt, & iocoſi, & cum omni laſciuia celebrabātur conuenienti memoriæ meretricis. nam præter licentiā uerborum quibus omnis obſcœnitas effunditur, exuebātur etiā ueſtibus, populo flagitante, meretrices. De quibus meminit & Valerius lib. ij. cap. De maieſtate. Catone ludos Florales ſpectante, populus, ut mimæ nudarētur poſtulare erubuit. Martialis, Noſſes iocoſæ dulce cum ſacrum Floræ, Cur in theatrum Cato ſeuere ueniſti. *Et Cereris.*] Hoc eſt ludos Cereris. quæ Cerealia dicuntur. in circo currentibus equis celebrabantur. Corn. Tacitus. Vtq; Circenſiū Cerealium ludicrum pluribus equitū curribus celebraretur. Ouid. in iiij. Faſt. Circus erit pompa celeber, numeroq; deorum, Primaq; uentoſis palma petetur equis. Hinc Cereris ludi, non eſt opus indice cauſę. *Aulæa Cybeles.*] Ludos in hono-

rem

rem Cybeles magnæ matris. C. *Tanto maiores.*] ἐπιφώνημα, id eſt acclamatio, quæ addi ſolet quibuſdam dictis, ad augendam, uel excitandam admirationem, ut illa Vergil. Aeneid. primo. Tantæ molis erat Romanam condere gentem. S. *An magis oblectant.*] Comparatione oſtēdit minorem capi delectationē ex artibus ludicris, q̄ ex uita auari. nam quum eius negocia contemplaris habes quod multum rideas, quodq́ te plurimum delectet. hęc autē interrogatio, quę affirmatiue fit, A

Tanto maiores humana negocia ludi.
An magis oblectant animum iactata petauro
Corpora? quiq́ ſolent rectum deſcendere funem?
Quàm tu Corycia ſemper qui puppe moraris,
Atq́ habitas Coro ſemper tollendus, & Auſtro
Perditus? à Siculis ſacci mercator olentis?
Qui gaudes pingue antiquæ de littore Cretæ
Paſſum, & municipes Iouis aduexiſſe lagenas?
Hic tamen ancipiti figens ueſtigia planta
Victum illa mercede parat, brumamq́, famemq́
Illa reſte cauet. tu propter mille talenta,
Et centum uillas temerarius. aſpice portus,
Et plenum magnis trabibus mare: plus hoīm eſt iam

uim habet negandi, ut An interemi hominem? id eſt non interemi: contrà quæ negatiue profertur, affirmat: ut, non cœpi hoſtem? id eſt cœpi, eſt autem ſenſus. An maiorē affert uoluptatē petaurus in theatro, quū corpus ſuum iacit per circulos, uel funambulus qui graditur per funem, q̄ tu ô auare qui nauigas propter opes maiore periculo uitæ q̄ petaurus, & funambulus ludant in theatris. *Iactata.*] Immiſſa p circulos, qđ uidetur ſignificare Martia. Quid ſi per graciles uias petauri Inuitum iubeas ſubire Ladam? Et alibi. Quā tota trāſmiſſo totiens impacta petauro. nā petaurū ludum eſſe uolunt, quum aliquis per circulum admodū anguſtum agiliter trāſuolat, præcedentibus manibus cum reliqua corporis parte, ita ut circulum non tangat, & in pedes proſiliat, tanta eſt corporis agilitas, quod aliquando me uidiſſe memini: unde petauriſtæ ſunt denominati, qui ludū talem exercerēt. Nonius ait ueteribus appellatos petauriſtas, qui ſalibus uel ſcenis leuioribus mouerentur. Var. De uita patrum libro ij. Galli & Germani petauriſtæ. à πετάζω quod eſt extēdo & pando, uel à πέτω qđ eſt uolo, & ἀὴρ, aura. uidentur enim per aerem uolare. *Deſcendere funem*] Periphraſis eſt funābuli, qui per funes ambulat. idem funerepus nominatur ab Apuleio, à fune & repo: Græce ſchœnobates dicitur. *Puppe Cor.*] In naue errabunda, & propemodum prædatoria, quum omni cōtempto periculo lucra huc & illuc nauigando ſectaris, quo more errant piratę Cilices. ſicq́ auarū lucri ſtudio tanquā piratam uult intelligi. Cilices enim piratę fuerunt ſęuiſſimi, quos Pōpeius intra quadrageſimum diem penitus ſuſtulit. Corycios autē appellauit à Coryco oppido Ciliciæ. C cuiuſdem nominis eſt promontoriū, & portus, & antrū. illinc optimū crocum habetur, ut docet Plinius. Corycum etiam antrū nympharū fuit celeberrimū, & formoſiſsimum autore Strab. in monte Parnaſo. *Coro.*] Ventus eſt, qui ut docet Plin. lib. ij. cap. xlix. Flat ab occaſu ſolſtitiali, quē Græci Argeſtem uocant. *Perditus*] Omni ratione deſtitutus. *Mercator Sic.*] Hoc eſt qui à Siculis mercaris. *Olentis ſacci.*] Mercium olentium quę ſaccis inferciuntur, crocum autem intelligit. nam Sicilia, ut autor eſt Strabo, frumentū, crocum, mel, pecora, pelles, lanas, in Vrbem mittebat. Et Sicanium crocum appellat Papinius in Syluis, Et tenues Arabum reſpirant gramine plumæ, Sicaniſq́ crocis. *Paſſum pingue.*] Proprium eſt epithetum paſsi. Eſt enim genus uini, quod olim ex Creta mittebatur, ex uua, quā ſtican Græci, nos apiam & ſirpulam appellamus. fit pluribus modis, ſed diligentiores uuas ſiccant ſole, donec paulo amplius dimidium pondus ſuperſit: ſicq́ à patiendo ſole paſſum denominatur. lege Pliu. & Colu. Varronem, & Palladium. *Cretæ antiquæ.*] aut nobilis, aut longi tēporis, quū ibi natus ſit ipſe Iupiter, qui totius mundi moderator habebatur. Inſula eſt in mari Aegæo centum Vrbium, ut tradit Plin. clariſsima fama. unde Verg. Creta Iouis magni, centum digeſta per urbes. nam illic in Ida Iupiter natus eſt, & nutritus à nymphis, & capra Amalthea, adhibitis Curetibus. *Municeps Io.*] Ex ea patria, ex qua fuit & Iupiter: nam mu- D nicipes appellant tam poetæ q̄ oratores eiuſdem loci cultores, quaſi qui idem munus capiāt. Vnde Vlp. lib. primo Digeſtorū ſcribit municipes dici ſuos cuiuſq́ ciuitatis ciues, utputa Campanos Puteolanos. *Hic tamen*] Oſtendit auarū infeliciorem eſſe q̄ funambulum. hic enim ſolo labore ambulādi per funē parat ſibi uictū & ueſtitū, nec aliud amplius quærit: ille uero inſatiabilis per omnia maria diſcurrit inhoneſto diuitiarū ſtudio. *Hic.*] .ſ. funambulus. *Illa mercede.*] Quam cōſequitur à ſpectatoribus. *Cauet.*] Vitat. *Talenta.*] Quod nos talentum, Græci τάλαντον uocant à pondere & trutina, pondus uero uariū fuit: nam talentū magnum Atticū octoginta tres habebat libras, paruū uero ſexaginta. autor Priſc. Apud Romanos uero, talentum autore Seruio, ſeptuaginta fuit librarū. Plin. ex auctoritate Varr. ſcribit lib. xxxiij. cap. iij. talentū Aegyptiū pondo octoginta pendere. Erat pręterea talentū Rhodiū quingentorū denariûm, erat talentum Euboicū quatuor millium denariorum Romanorū, Neapolitanum ſex denariûm, Syracuſanum trium denariûm. C. Loquitur de Attico talento eoq́ minore poeta hoc loco, quod ad noſtri temporis rationē expenſum, DC coronatis æſtimatur. mille igitur talenta DC. millia coronatorum efficiunt. i. ſexcenta millia. Sed de talentorum diuerſitate, & precijs ut rem certe teneas ubi Budęus & Georgius Agricola imprimis legendus eſt. S. *Aſpice p.*] cū indignatione dictū ſatyrica. *Magnis tr.*]

A Magnis nauibus compactis ex trabibus. Perſius, Quin trabe fracta. Item Horat. Et trabe Cypria. *Plus hominum in pelago.*] Subaudi eſt, quàm in terris. Dictum eſt in deteſtationem auaritię, cuius impulſu homines in pericula ſe demittunt manifeſtiſsima. *Veniet claſsis.*] Nemo timet eo nauigare, unde aliqua ſit ſibi ſpes lucri. *Carpathium mare.*] Quod eſt inter Rhodum, & Aegyptum, à Carpatho inſula denominatum, quæ una eſt ex Sporadibus. *Getula*] Lybica, nam Getulia pars eſt Aphricæ, Mauritaniæ contermina, dicta à Getulia Vulcani filia. *Sed longe Calpe relicta.*] Senſus eſt. Etiam in Oceanum exibit ex Gaditano freto. Nam Calpe mons eſt Hiſpaniæ, qui occurrit nauigantibus in Oceanum alto cacumine, ad radices habet oppidũ Calpem, quod Thimoſthenes ſcribit conditum fuiſſe ab Hercule, & olim appellatum Heracleam. B Illud autem obſeruãdum, quod & Priſcianus miratus eſt libro ſexto, Iuuenalẽ, Calpe ablatiuum corripuiſſe, quum ſit ſimile hoc nomen Penelope, Arachne, Calliope, quæ nomina nunquam corripiuntur. quum ε litera Græca, ſemper in e longam uertatur. C. Non ſolus Iuuenalis corripuit: nam Ruffus Feſtus Arati interpres, corripuit illo uerſu, Lucis ab exortu procul in uada Calpe Titana. Id autem idcirco fieri putant docti, quòd Calpe hic ſit tertię declinationis, ut dicamus nõ ſolum Calpe Calpes, ſed etiam Calpes Calpis. S. *Solem ſtridentem.*] Hoc eſt ex ſententia Poſsidonij, qui autore Strabone ait ſolem in finitimis Oceani littoribus, maiorem occidere, ingenti ſtrepitu, ac ſi in illo reſtinguendo pelagus efferueſcat. unde Statius in Genethliaco Lucani. Summis Oceani uides in undis, Stridoremq́ rotæ cadentis audis. C. Hæc eſſe ex Epicuri deliramẽtis ſcribit Cæl. Rhodiginus lib. xxiiij. cap. xlij. S. *Gurgite Herculeo.*] Oceano Atlantico quod eſt extra colũnas Herculis. columnas autẽ appellant Abilam & Calpem montes, quibus ſciſsis Oceanus ab occaſu ſolis C irrumpens læuo latere Europã radit, Aphricam dextro, atq; inter Mauros funditur, & Hiſpaniã.

In pelago. ueniet claſsis quocunq; uocarit
Spes lucri, nec Carpathium, Getulaq́; tantum
Aequora tranſiliet, ſed longe Calpe relicta
Audiet Herculeo ſtridentem gurgite ſolem.
Grande operæprecium eſt, ut tenſo folle reuerti
Inde domum poſsis, tumidaq́; ſuperbus aluta
Oceani monſtra, & iuuenes uidiſſe marinos.
Non unus mentes agitat furor, ille ſororis
In manibus uultu Eumenidum terretur, & igni.
Hic boue percuſſo mugire Agamemnona credit,
Aut Ithacum, parcat tunicis licet, atq; lacertis.
Curatoris eget, qui nauem mercibus implet
Ad ſummum latus, & tabula diſtinguitur una,

Grande operæprecium eſt.] Inſultat auaro per ironiam. *Operæprecium.*] Id eſt uoluptuariũ & utile, ſumptum ab operarijs, quibus poſt opus ſuaue eſt præmium laboris ſui accipere. *Tenſo folle.*] Pleno marſupio. *Tumida aluta.*] Id eſt plena crumena ex aluta facta. Aluta enim pro omni pelle moli accipitur. Alibi ſuperius poſuit pro genere calceamenti. *Oceani monſtra & iuuenes uidiſſe marinos.*] Scribit Plinius libro nono, in Oceano Gaditano marinum hominem toto corpore, abſoluta ſimilitudine, aſcendere nauigia nocturnis temporibus, ſtatimq́; degrauari, quas inſederit partes. Item circa littus Lugdunenſis prouinciæ trecentas amplius beluas miræ uarietatis, & magnitudinis à reciprocante deſtitutas Oceano. prætereà legatos Vliſiponenſium nunciaſſe Tyberio Cæſari uiſum auditumq́; quodam in ſpecu concha canentem Tritonem, & in littore Santonum elephantes & arietes candore tantum cornibus aſsimilatis, ac Nereidas multas uiſas fuiſſe, item multa alia monſtruoſa. *Non unus mentes agitat.*] Plurima ſunt ſtultorum genera. alij enim alijs modis inſaniunt, ſed auarus quoq; inſania uexatur, quum ſtudio acquirendi tot ſe exponat periculis. C. Tria ſunt inſaniæ genera prima, de quibus uide Celſum libro tertio, capite decimo octauo. S. *Ille ſororis.*] Oreſtem intelligit, qui poſt necem maternã tanto furore correptus eſt, ut Eumenides expaueſceret. Nam ſibi uidebatur uidere furias armatas ſerpentibus, faces intentare ardentes, D mox à Pylade in Tauricam regionem perductus ab Iphigenia ſorore, ſacerdote Dianæ purificatus eſt. *Eumenidum.*] Furiarũ, quæ per antiphraſin hoc eſt cõtrariam locutionẽ Eumenides dicuntur, cum ipſis ſit nihil minus mite, beneuolumq́;, εὐμενὴς enim Græce, Latine mitem ſignificat. *Et igni.*] Id eſt facibus ardentibus. *Hic boue.*] Aiax Telamonius, qui ſuperatus in armorum iudicio ab Vlyſſe in furorem eſt conuerſus, ita ut ſumpto flagro in boues ſæuiret, quos per inſaniam putabat eſſe modo Vlyſſem, modo Agamemnonem, cuius iudicio offenſus erat. *Ithacum.*] Vlyſſem ab Ithaca patria dictum. *Parcat.*] Senſus eſt. Qui mare nauigat, demens omnino eſt, licet ueſtimenta ſibi non ſcindat more furioſi. *Curatoris eget.*] Ac ſi dicat, & ille quidem furioſus eſt, qui nauigat. & proinde curatoris eget. Nam curatores dantur non ſolum pupillis, ſed & furioſis & prodigis, ſed differentia magna. Nam pupilli curatori rerum adminiſtratio, duobus reliquis ſola cuſtodia, & rerum quæ deteriores futuræ ſunt uenditio committitur, hæc Vlpianus. unde eſt illud Oratianum De inſano. Interdicto huic omne adimat ius Prætor, & ad ſanos redeat tutela propinquos. *Et tabula diſtinguitur una.*] Quamuis quidam hoc loco legant tabula diſtinguitur unda: ut ſit ſenſus, Vnda ſubaudi maris, diſtinguitur tabula: longe tamen melius legi uidetur uda uel una ut ſubaudiatur à mari, & ſit ſenſus, Diſtinguitur tabula una uel uda tabula, id eſt madida ab ipſo mari. id eſt adeo eſt ſtultus, ut uni tabulæ, id eſt naui udæ & ſe

& ſua committat. *Cauſa tanti mali.*] Nam à nummo prima (ut docet Plinius,) eſt origo auariciæ excogitata fenore, quæſtuoſaq́ ſegnitia. *Conciſum argentum in titu.*] Periphraſis eſt pecuniæ, quę tota uarijs eſt ſignata imaginibus & titulis, ut pecude, unde pecunia nominata, Iano, naui, uictoria, bigis, quadrigis, & inde bigati, quadrigati, & uictoriati nummi dicti, hi autem erant ex argento. Nota æris fuit ex altera parte Ianus geminus, ex altera roſtrum nauis. Lege Plinium libro trigeſimotertio, cap. tertio. A

Quum ſit cauſa mali tanti, & diſcriminis huius
Conciſum argentum in titulos, facieſq́ minutas,
Occurrunt nubes, & fulgura: ſoluite funem,
Frumenti dominus clamat, piperiſq́ coemptor,
Nil color hic cœli, nil faſcia nigra minatur:
Aeſtiuum tonat. infelix, ac forſitan ipſa
Nocte cadet fractis trabibus: fluctuq́ premetur
Obrutus, & zonam læua, morſuq́ tenebit.
Sed cuius uotis modo non ſuffecerat aurum
Quod Tagus, & rutila uoluit Pactolus arena,
Frigida ſufficient uelantes inguina panni,
Exiguusq́ cibus, merſa rate naufragus aſſem
Dum rogat, & picta ſe tempeſtate tuetur.
Tantis parta malis, cura maiore, metuq́
Seruantur. miſera eſt magni cuſtodia cenſus.
Diſpoſitis prædiues armis uigilare cohortem
Seruorum noctu Licinus iubet, attonitus pro

Occurrũt nubes.] Tanta eſt auari cupiditas, ut licet cuncta tempeſtatem minentur, tamen imperet ut nauigetur: poſſet inquit abſterreri occurrentibus nubibus, & fulguribus, ſed ille inquit nautis, ſoluite funem. *Soluite funem.*] Id eſt portu exite ſoluta naui. *Faſcia nigra.*] Id eſt nubes quæ inſtar faſciæ cœlum obnubilat. *Aeſtiuum tonat.*] Non minatur inquit hæc tempeſtatem, ſed tonitrua ſunt, qualia æſtate fieri ſolent: & nominatiuus eſt caſus abſolute poſitus, ut ſit, æſtiuum tonat, id eſt res æſtiua, & qualis ſolet fieri æſtate. ſic etiam dicimus cœlum tonat. Verg. Cœlum tonat omne fragore. B *Infelix*] Cum miſeratione dictum. *Zonamq́ tenebit.*] Id eſt cingulum. Gręca eſt dictio *ζώνη*. Nec ſine ratione ait zonam teneri, nam priſcis temporibus auro monetali zonæ ornabantur, ita ut magni eſſent precij. unde eſt illud apud Matthæum in Euangelio cap. decimo, Nolite poſsidere aurum neq́ argentum, neq́ pecuniam in zonis ueſtris. Gracchus in Oratione quam habuit de parſimonia & pudicitia ſua reuerſus ex Sardinia. Itaq́ inquit, Quirites quum Roma profectus ſum, zonas quas plenas argenti extuli, eas ex prouincia inanes retuli. Tranquillus in Vitellio, zona ſe aureorum plena circumdedit. Apuleius in ſeptimo Metam. loquens de quadã Plotina ſic ſcribit: Et auro monetali zonis refertis incincta. Aelius Lampridius in uita Alexandri. Miles non timet, niſi ueſtitus, armatus, calciatus, & habens aliquid in zonula. C

C. Zona quidem cingulum eſt, ſed tamen, ſiue quòd ad zonam crumenam adligabant, ſiue quòd latiore in latere dextro zona uterentur, cui aſſuta & clauiculis affixa erat ſcortea crumena (cuiuſmodi me puero adhuc ferri conſueuerant) factum eſt, ut zona pro crumena fuerit uſurpatum. Hinc Plautus in Trinummo zonarios ſectores appellauit, quos Ariſtophanes comicus *βαλλαντιοτόμους*, id eſt crumeniſecas, uocat. Sic enim crumeniſeca Latine dici poteſt, & crumeniſex, ut fœniſeca & fœniſex, ab antiquis falcarius operarius dictus eſt. & crimen ipſum, crumeniſecium, uel crumeniſicium potius, ut fœniſecium uel fœniſicium: quibus uerbis Varro & Columella utuntur. Item pro eo qui uenam ſecat, & pro ipſius uenæ ſectione non omnino male fortaſſis ueniſeca, & ueniſecium diceretur, Græci *φλεβοτομίαν* dicunt. S. *Læua.*] Zonam enim tenebit ſiniſtra, dextra uero natabit. *Sed cuius uotis.*] Senſus eſt. Auarum cui omne aurum quod uſquam eſt, non ſufficit, oportebit facto naufragio contentum eſſe exiguis pannis uelantibus inguina. *Tagus.*] Amnis Hiſpaniæ qui ut tradit Solinus ob arenas auriferas cæteris amnibus præfertur. *Pactolus.*] Lydiæ fluuius eſt, & ipſe arenas ferens aureas. *Picta tempeſtate.*] Nam moris erat, ut naufragi in tabella ab humeris dependente ferrent pictum naufragium ſuum mendicantes. unde Perſius: Cantas quum te fracta in trabe pictum Ex humero portes.

Tantis parta malis.] Id eſt res partæ tantis incommodis. miſeram oſtendit auari ſollicitudinem circa res partas, dum timet ne ſibi ſurripiantur. *Miſera eſt.*] Miſeriarum plena eſt, & ſollicitudinum. *Diſpoſitis prædiues armis.*] Mendoſi codices habent hamis, nos uero correximus armis. auarus enim diſpoſitis armis res ſuas cuſtodit, non hamis quod alij inepte exponunt, quibus fures caperentur, & per Synalephen excluditur es ſicut apud Lucretium, ubi de odore diſſerit. Verum alijs alius & magis eſt animantibus aptus. Vergilius in Bucolicis. Ille latus niueum molli ſuffultus hiacyntho. Martialis, Sardonicas ſmaragdos adamantas, iaſpidas uno. Vergilius in Georgic. Aut ouium fœtus, aut urentis culta capellæ. C. Si ſimpliciter legatur diues, nulla neque poetæ neque carmini fiet iniuria, & ſine ullo ſcrupulo conſtabit uerſus. S. *Cohortem ſeruorum.*] Luxuriam Romanorum oſtendit, qui ut ſcribit Plinius, tantum ſeruorum numerum alebant, ut iuſtum exercitum diceres. Præterea docet non alibi grauiores eſſe curas, quàm ubi maiores opes ſunt. *Licinus.*] Pro quocunque diuite ponitur. Nam Licinum diuitem fuiſſe diximus illic, Ego poſsideo plus Pallante, & Licinis. De Licino item Perſius. Nunc Licini in campos, nũc Craſsi mittit in ædes, ubi de eo multa recitauimus. Mar

A tialis, Altaq; cum Licinis marmora puluis erunt. Eiuſdem meminit Seneca in Epiſt. Licinum diui tijs, Apicium cœnis, Mecœnatem delitijs prouocat. *Electro*] Id eſt uaſis ſuis ex electro. Eſt autem electrum aurum habens quintam portionem argenti. Electrũ etiam, id eſt quod alio nomine ſuccinum uocamus, quod ex arboribus manat. hæc Plinius, ex cuius autoritate nos multa ante.

Electro, ſignisq; ſuis, Phrygiaq; columna,
Atq; ebore, & lata teſtudine. dolia nudi
Non ardent Cynici: ſi fregeris, altera fiet
Cras domus, aut eadem plumbo commiſſa manebit.
Senſit Alexander teſta cum uidit in illa
Magnum habitatorem: quanto felicior hic, qui
Nil cuperet, quàm qui totum ſibi poſceret orbem,
Paſſurus geſtis æquanda pericula rebus.
Nullum numen habes, ſi ſit prudentia: ſed te

Phrygiaq; columna.] Id eſt ex marmore Synadico, quod Phrygium eſt, ut ſcribit Strabo & precioſum. De quo Tibullus. Quid ue, domus prodeſt Phrygijs innixa columnis? *Atque ebore.*] Pro ſupellectile ebore ornata. Vſurpabatur enim ebur, cum ad lacunaria ornanda, tum ualuas, & ad domus ornamenta. Propertius. Et ualuæ Lybici nobile dentis opus. *Lata teſtudine.*] Hoc eſt lectus diſcubitorijs, qui putaminibus teſtudinum inte B gebãtur, ut alibi oſtendimus. *Dolia nudi.*] Oſtendit poeta exemplo Diogenis Cynici paupertatẽ, hoc eſt eum qui pauca poſsideat, & qui nihil cupiat feliciorem eſſe diuite auaro. *Dolia.*] Vaſa ſunt argillacea non tam uinaria, & aquaria, quàm olearia. Plin. libro decimoquinto. Dolia olearia, cadosq; imbui amurca, ne bibant oleum. Ter. Dolia omnia releui. *Nudi Cynici.*] Id eſt Diogenis, qui ita diuitias contempſit, nullam in his prorſus felicitatem reponens, ut ne ad bibendum quidem poculum uoluerit, quum natura id ei præſtitiſſet manibus concauis aquam ſuggerentibus. & quum datis literis ad artificem (ut ſcribit Laertius) poſceret ſibi cellulam, isq; ſerius id efficeret, dolium pro domo habuerit. unde illud eſt in laudem Diogenis apud Senecam. Quomodo oro te conuenit ut & Diogenem mireris, & Dædalum? uter ex his ſapiens ubi uidetur, qui ſerram commentus eſt, an ille qui quum uidiſſet puerum caua manu bibentem aquam, fregit protinus exemptum è perula calicem? hac obiurgatione ſubiecta, quamdiu homo ſtultus ſuperuacuas ſarcinulas habui? Qui ſe complicuit in dolio & in eo cubitauit. unde & illud Auſonij: Diogenes cui parua penus, cui dolia ſedes, Ad manes abijt, Cerberus inde uetat. De Cynicis item ſuperiore Satyra abunde dictum eſt illic. Et qui nec Cynicos, nec Stoica dogmata legit. *Non ut ardẽt*] Erant C enim terrea, unde ſequitur, in illa teſta. *Commiſſa.*] Coniuncta, unde commiſſuras appellamus iuncturas lapidum. *Senſit Alexander.*] Senſus eſt. Alexander facile animaduertit quanto felicior eſſet Diogenes in illa paupertate, qui nihil cuperet, quàm ipſe eſſet, qui multa appeteret, & unius mundi nõ contentus imperio, innumeros alios à philoſophis excogitatos affectabat. Ferũt enim eum, quum Corinthum ueniſſet, illicq; offendiſſet Diogenem, & ab eo non ſalutaretur, ad ipſum acceſsiſſe: rogantique, ut ſi qua ſibi præſtari uellet, indicaret, nunc quidem paululum inquit, uelim à ſole abſis: offecerat uidelicet apricanti. quibus uerbis docuit continentiam ſuam nullis diuitijs ſuperari poſſe. *In illa teſta*] In illo dolio, quod, ut diximus, argillaceum erat. *Magnum habitatorem.*] Ipſum Diogenem tam excellentis animi, utpote qui omnes diuitias prorſus contemneret. *Poſceret ſibi totum orbem.*] Nam Alexander tanta gloriæ cupidine flagrauit, ut Anaxarcho comiti ſuo ex auctoritate Democriti præceptoris innumerabiles mũdos referenti, Heu me miſerum, dixerit, quod nec dum uno ſum potitus: unde ſuperius, Vnus Pelleo iuueni non ſufficit orbis. *Paſſurus.*] Cui adhuc non minora præteritis ſubeunda eſſent pericula. *Nullum numen habes.*] Hoc ſuperioribus coniungitur. Diogenes quum in tanta uerſabatur inopia, poterat uideri ſæuiſsimis fortunæ fluctibus agitari, ſed re uera inquit, Diogenes tanta fuit animi prudentia, ut fortuna, quam nos parum prudentes deam facimus, uires ſuas in eum nunquam exer- D cere potuerit, quominus eſſet & felix, & fortunatiſsimus. Nam prudentia ſua fortunam ſuperauit. Is enim fortunam ſuperare dicitur, cuius uita rationis ductu gubernatur. unde oſtendit Iuuenalis, fortunam nullam habere poteſtatem in hominem, ſi ratione ut Diogenes regatur. Idem ſuperius iiſdẽ omnino uerbis dixit, niſi quòd ultimus uerſus ſic habuit Nos facimus fortuna deam, cœloq; locamus. quę quidem omnia eo tendunt, ut oſtendat magnũ eſſe mortalium errorem qui quicquid ſiue bene, ſiue male contingit, fortunæ tanquã deo cuidã omniũ autori tribuunt. hinc apud ueteres & bonæ fortunæ & malæ templa dicata fuerunt. *Nullum numen habes.*] Id eſt nullam potentiam. Nam numen dicitur proprie dei potentia, ut legendum ſit habes, & non abeſt. Nam ſermo eſt ad fortunam. *Si ſit pruden.*] Si homo uſu rationis gubernetur. Nam prudentia uirtus eſt quæ in delectu conſiſtit bonorum & malorum: ut oſtendat felicioris uitæ uiam inueniſſe Diogenem per prudentiam. C. *Fortuna.*] Recte fortunam opponit prudentiæ, quòd quæ caſu, & fortuito eueniunt, conſilio dici facta non poſſunt, & contrà. Nam fortuna ab Ariſtotele dicitur, cum quid nullo noſtro conſilio, accidit: cuius quòd ignoratur cauſa (cum tamen nihil fiat ſine cauſa) fortunam tum cauſam appellamus. Fortuna, inquit Cicero in Academicis, efficit multa improuiſa nobis, propter obſcuritatem, ignorationemq; cauſarum. Sed de hoc errore mortalium in fortuna colenda, operæprecium eſt Plinij uerba ſubijcere, Toto quippe mundo, inquit

inquit, & locis omnibus, omnibusq; horis omnium uocibus Fortuna ſola inuocatur, una nominatur, una accuſatur, una agitur rea, una cogitatur, ſola laudatur, ſola arguitur, & cum conuicijs colitur, uolubilis, à pleriſq; uero & cæca euam exiſtimata, uaga, inconſtans, incerta, uaria, indignorū fautrix. Huic omnia expenſa, huic omnia feruntur accepta: & tota ratione mortalium, ſola utramq; paginam facit: Adeoq; obnoxiæ ſumus ſortis, ut ſors ipſa pro deo ſit, qua deus probetur incertus. Hæc ille lib. Natu. hiſto. ij. capite vij. S. Magnæ uero temeritatis & inſipientiæ eſt, ea, quæ nobis noſtra culpa contingunt, fortunæ, quæ apud cordatos nihil eſt, tanquam autori ſine qua nihil fiat tribuere. Quod aperte nobis demonſtrarunt multi apud ueteres ethnicos, & quotidie qui uere ſunt Chriſtiani. *Nos facimus te deam.*] Adeo inquit nos cæci ſumus, ut ſi quid nobis uel bene, uel ſecus ceſſerit, fortunę numini aſsignemus, nec id putemus accidiſſe, aut imprudētia, aut ignorātia noſtra. *Menſura tamen.*] uerba ſunt ad auarū. Si tamen, inquit uult ſcire auarus quantum ſibi ſit appetēdum, id appetat quòd neceſſarium tantum ſit, ut oſtendat illum qui rebus neceſſarijs contentus non ſit, nullo modo beatum eſſe poſſe, quum aſsiduo cupiditatis fluctu agitetur. *Edam.*] Dicam. *Inquantum.*] Tantum ſufficit quantum ſitus, & fames, & frigora poſcunt, id eſt uictus, & ueſtitus. C. Sic etiam Diuus Paulus 1. Tim. 6. Victu & ueſtitu contenti ſimus. S. *Epicure tibi*] Epicurus licet ſummum bonum poneret in uoluptate, tamen tenui uictu contentus fuit. Nam, ut ſcribit Laertius, aqua tantum & cibario pane contentum ſe eſſe teſtatur. *Paruis hortis.*] Nam Athenis, ut docet Plinius libro decimonono, hortos habuit quos primus inſtituit. unde & hortorum magiſter eſt appellatus. Nam uſque ad eum moris non fuerat in oppidis haberi rura. *Penates Socratici.*] Id eſt ipſe Socrates, deinceps ſecta Socratica, qui rebus naturæ neceſſarijs uixerunt contenti. A B

Nos facimus fortunā deam. menſura tamen quæ
Sufficiat cenſus, ſi quis me conſulat, edam,
Inquantum ſitis, atq; fames, & frigora poſcunt,
Quantum Epicure tibi paruis ſuffecit in hortis,
Quantum Socratici cœperunt ante penates.
Nunquam aliud natura, aliud ſapientia dicit.
Acribus exemplis uideor te claudere. miſce
Ergo aliquid noſtris de moribus, effice ſummam
Bis ſeptem ordinibus, quam lex dignatur Othonis
Hæc quoq; ſi rugam trahit, extendirq; labellum,
Sume duos equites, fac tertia quadringentā.

Cœperunt.] Apprehenderunt. *Ante.*] Nam Socrates ante Epicurum fuit. *Nunquam aliud natura.*] Diluit ea quæ ſibi obijci poterant ab auaro: ea ſcilicet quæ propoſuerit ad ſuadendam frugalitatem eſſe ex præceptis philoſophicis, quæ doceant mediocritatem omnibus in rebus eſſe tenendam. Ait ergo poeta, id etiam naturam dicere quòd & philophia dicit, nec uuquam naturam à philoſophia diſcrepare. quæ enim philoſophi dicunt à natura omnia deprompta ſunt. ea enim nobis omniū uirtutum ueluti igniculos & ſemina dedit, ut qui naturam, hoc eſt prima illa naturæ ſemina ſecutus fuerit, nunquam aberrauerit. Eſt enim natura ut docet Cicero in libro De natura deorum, uis quædam, ſiue ratio ciens motus in corporibus neceſſarios. huic aliqui tantum tribuerunt, ut ſupra deum eſſe dicerent: alij deo æqualem, alij inferiorem, alij ſolam ſine deo eſſe affirmarunt, ſicut ſuperius ample & aperte expoſuimus. *Videor te claud.*] Fortaſſe inquit, uideor efficacibus exemplis ad nimiam te cogere frugalitatem, idque ubi minime eſſe gratum. *Acribus exemplis.*] Efficacibus, quæ tibi protuli, & Epicuri, & Socratis, ad bene honeſteque uiuendum. homines enim melius exemplis inſtituuntur. *Claudere.*] Cogere. *Miſce ergo.*] Cum indignatione dicuntur hæc à poeta. ſi præcepta inquit, mea & exempla tibi grata non ſunt, ſequere ergo affectus & mores humanos, qui in eo ſunt, ut hæc bona temporalia omni ſtudio ſequamur, & diuitias comparemus. Sic & Perſius indignatus in auarum, quem inſatiabilem uidet, exclamat: Vende animam lucro, mercare, atque excute ſolers Omne latus mundi, ne ſit te ditior alter. *Miſce.*] Tracta, agita. *De moribus noſtris.*] Secundum mores noſtros, & affectus humanos qui illuc omnino tendere uidentur, ut opes comparentur. *Effice ſummam.*] Compara tibi quadringenta ſeſtertia, quam ſummam qui habebat, eques erat Romanus, & in quartodecimo gradu theatri poterat ſedere. de qua re plura diuerſis locis, ſed maxime diximus illic. Sic libitum uano qui nos diſtinxit, Othoni. *Bis ſeptem ordinibus*] Id eſt quatuordecim gradibus theatri. *Lex Othonis.*] Legem enim tulerat Roſcius Otho, ut diximus ſuperius, nequis in quatuordecim gradibus ſederet, niſi qui ſummam quadringentorum ſeſtertiūm haberet. *Hæc quoque.*] Id eſt ſi hæc ſumma adhuc tibi ſatis non eſt, ſume tibi ſummam duorum equitum, & id ſi parum tibi uidetur, ſume trium. Sed hoc te uolo ſcire, illum nulla diuitiarum magnitudine expleri poſſe, qui rebus neceſſarijs non ſit contentus, iuxta illud Claudiani libro primo in Ruffinum, Semper inops quicunq; cupit. *Et rugam trahit.*] Metaphora ſumpta à ſacco, qui quum plenus non ſit, rugam trahit. Imitatio eſt Perſii. Iam decies & iam mihi quarto, Iam redit in rugam. *Extenditque labellum.*] Sumptum ab ijs, qui tanquam famelici labra oris extendunt ad cibum capiendum. *Duos equites.*] Cenſum duorum equitum, id eſt octingenta ſeſtertia. *Fac tertia.*] Si adhuc octingentis ſeſtertijs non es contentus, ſume mille & ducenta, ut ſit ſumma trium equitum. Sed (ut dixi) hæc cum ſtomacho ſunt legenda. C D

A *Si non impleui gre.*] Hæc cum inferioribus coniunguntur, ut ſit ſenſus: Si adhuc non potui te his diuitijs ſanare, ut adhuc alias uelis, nec fortuna unquam Crœſi, nec regna Perſica, nec diuitiæ Narciſſi ſufficiẽt animo tuo. i. nulla opum magnitudo poterit animum tuum explere. bene autem animum dixit, animus enim homines diuites, non arca facit, & ita oſtendit auarum inſatiabilem penitus eſſe. *Gremium.*] Perſtat in metaphora ueſtis. *Si panditur.*] ſ. gremium. *Vltra.*] i. ſi adhuc plura quæris. *Fortuna Crœſi*] Hic eſt ille Crœſus Lydorum rex, de quo plura diximus in x. Satyra illic. Regem tranſeo Ponti, & Crœſum. *Regna Perſica.*] Diuitiæ Perſicæ: reges enim Perſarum, quales fuere Xerxes & Cyrus, mira extitere potentia, opibusq; ampliſſimis.

Si nondum impleui gremium, ſi panditur ultra,
Nec Crœſi fortuna unquam, nec Perſica regna
Sufficient animo, nec diuitiæ Narciſſi,
Indulſit Cæſar cui Claudius omnia, cuius
Paruit imperijs uxorem occidere iuſſus.

Diuitiæ Narciſsi.] Libertorũ duos præcipue ſuſpexit Claudius Cæſar, Narciſſum, & Pallantem: decreto quoq; ſenatus non præmijs modo ingentibus, ſed & quæſtorijs, prætorijſq; ornamentis ornari libenter paſſus eſt, tantũ præ-
B terea acquirere, & rapere, ut querente eo quondam de fiſci exiguitate, non abſurde ſit dictum, abundaturum, ſi à duobus libertis in conſortium reciperetur. De ijs Tranquil. & Tacitus meminerunt. *Indulſit omnia.*] Conceſſit, & permiſit omnia. Nam, ut dixi, multis rapinis locupletati ſunt. *Cuius imperijs.*] ſ. Narciſſi, ut ſit ordo. Cuius imperijs Claudius paruit iuſſus occidere Meſſalinã uxorem, ut oſtendat tanta autoritate Narciſſum fuiſſe apud imperatorem, ut quodammodo uideretur ipſi principi imperare. Nam ei autor fuit ut uxorem interficeret deprehenſam in adulterio cum Silio, cui daturus erat ueniam, niſi Narciſſus cædem ei maturauiſſet, immiſſis cẽturionibus, & tribuno, cuius ictu transfixa eſt in hortis Lucullianis.

SATYRA XV.

Obtinet Aegyptus peruerſos impia ritus.

QVIS neſcit Voluſi Bithynice qualia demens
Aegyptus portenta colat? Crocodilon adorat
Pars hæc, illa pauet ſaturam ſerpentibus ibim.

Q*Vis neſcit Voluſi*] hac Satyra Voluſiũ Bithynicum amicum ſuum alloquitur, deteſtans nõ ſine quadam miſeratione odium mutuum & feritatem Aegyptiorum, quos ait tanta animorũ
C diſſenſione inter ſeſe ſæuire, ut calcata omni humanitate in mutuam perniciẽ ruant, unguibusq; & dentibus ſe lacerent & abſumant, cauſamq; tanti odij oſtendit eſſe ex diuerſa ſuperſtitione, & multiplici deorum cultu, ſimulq; ridet eorum ſuperſtitionem, qui animalia bruta colant, & homines necent, & comedant. Satyra inſcribitur de feritate Aegyptiorũ. *Qualia portenta.*] Nam Aegyptij uniuerſi colunt quædam animalia, quemadmodum ex terreſtribus tria bouem, canem, felem: Ex uolatilibus accipitrem atq; Ibin. Ex aquatilibus duo, lepidotum piſcem, & oxyrynchum. Sunt alia quæ quiſque ſeorſum colit, ut Saitæ & Thebani ouem, Latum uero, qui piſcis quidã eſt in Nilo unde Latopolitani, Cepũ Babylonij q ſunt iuxta Mẽphim, Caprã & Hircũ Mendeſij, Murẽ araneũ Athribitæ, Aquilã Thebani. Item alij aliud. Itaq; Aegyptiorũ mentib. adeo ſuperſtitio hæc inhæſit, ut premente aliquando Aegyptios fame, plures ab humana carne ob inopiã cibi non abſtinerent, animalia ſacra intacta relinquerent. De quo cultu ſic meminit & Cic. in v. Tuſ. Aegyptiorũ morem quis ignorat? quorũ imbutæ mentes prauitatis erroribus, quãuis carnificinam prius ſubierint quam ibim, aut aſpidem, aut felem, aut canẽ, aut crocodilũ uiolent. Quo-
D rum etiã ſi imprudentes quippiã fecerint, pœnam nullã recuſent, unde quum quidã etiam Romanus felem per imprudentiã occidiſſet, ad domũ eius à plebe cõcurſum eſt, neq; ab regijs ad id miſſis principibus, neq; Romanorũ timore à pœna homines abſterreri potuerunt. *Demens.*] Bene demẽs, ut quæ bruta tanquã deos adoret, in homines impie ſæuiat: & ita auget inuidiã feritatis eorum, quòd uiliſſimis animalibus ſummã religionẽ & cultum diuinũ exhibeãt, homines uero crudeliſſime necẽt. *Aegyptus.*] Prima pars Aſię Aegyptus eſt inter Catabathmon & Arabas, Aethiopiam contingit ad meridiẽ, terra expers imbriũ, mire tamen fertilis. *Crocodilon.*] Animal eſt quadrupes ſpecie lacertæ, & in terra & in flumine pariter ualet, linguã non habet, maxillã mouet ſuperiorẽ, oua ſimilia anſerinis edit, ad ſexdecim cubitorũ longitudinẽ creſcit, ut alij tradunt quandiu uiuit. Crocodilos primus Romã M. Scaurus inuexit. De his multa ſcribunt Pli. Stra. Diodo. Soli. Herodo. & Apu. *Pars hæc.*] i. illi qui apud Meridem lacum habitant. Nam ab ijs, autore Diodoro, colitur Crocodilus. colitur etiam à Combitis, ut paulo poſt dicemus. Sed quum Crocodilus hominem interimat edatq;, mirantur multi quare colatur. Sed hæc uidetur ratio, quia toti patriæ ſecuritatem non ſolum Nilus afferre uidetur, ſed & qui in eo ſunt Crocodili, quos Arabiæ, Libyæq; latrones ueriti, non audent flumen tranſire populatum. *Ibim ſaturam ſerpentibus.*] Ibis auis eſt peculiaris Aegypti circa ripas Nili, ea ſerpentium populatur oua, gratiſſimamq; ex his

eſcam nidis ſuis defert. Sicq́ prouentus fœtuum noxiorum rareſcunt. Serpentes deuorant, quo A merito ſacræ ſunt, & illeſæ. *Cercopitheci.*] Cercopithecus ſimia caudata eſt, κέρκος enim caudam ſignificat & πίθηκος, ſimiam. Nam ut ſcribit Plinius ſimiæ inter ſe caudis diſtinguuntur. Cercopithecos ait eſſe nigris capitibus, piloq́ aſini. iuxta Nilum ſcribit Soli. multos ſimios naſci, & Cercophithecos adorari in Arabia ad Mēnonium. *Nitet.*] Splendet. ſ. illic.

Effigies ſacri nitet aurea Cercopitheci,
Dimidio magicæ reſonant ubi Memnone chordæ,
Atq; uetus Thebe centum iacet obruta portis.
Illic cæruleos, hic piſcem fluminis, illic
Oppida tota canem uenerantur, nemo Dianam.
Porrum & cepe nefas uiolare, ac frangere morſu.
O ſanctas gentes, quibus hæc naſcuntur in hortis
Numina. lanatis animalibus abſtinet omnis
Menſa, nefas illic fœtum iugulare capellæ:
Carnibus humanis ueſci licet. attonito quum

Vbi reſonant dimidio Mēnone.] Thebas intelligit urbem Aegypti, quæ poſtea Dioſpolis appellata eſt, centum portarum fuit. Ad quam cōmercia Arabes undique gentium ſubuehunt. hinc regio Thebaica dicta Strabonis tempore uicatim habitabatur, ita ut pars altera in Arabia eſſet, altera pars in ulteriore ripa, ubi Memnonium erat. i. ſepultura Memnonis. illic duo erant coloſſi ex integris lapidibus inter ſe propinqui. quorū B alter mutilatus erat, & dimidiatus ruina ſuperioris partis: in cuius baſi exaudiebatur quotidie ſonitus quidam ignota cauſa. Strabo ait lib. xvij. ſe illic affuiſſe cū Aelio Gallo, & ſonitum eſſe factum, ſed ſe ignorare cauſam, & autorem, nec poſſe credere id ex compoſitione lapidum nullo impulſore fieri. de hoc etiam Plin. ſic meminit lib. xxxvi. Non abſimilis illi narratur in Thebis delubro Serapis, ut puto Memnonis ſtatua dicatus, quē quoudiano ſolis ortu contactum radijs, crepare dicunt. i. crepitum facere. C. Sed de Memnone, eiusq́ ſepulchro, & ſtatua, & alijs ſcitu dignis, uide Cæl. Rhod. lib. xxij. cap. v. S. *Dimidio Memnone.*] Dimidiata & mutilata ſtatua Memnonis. *Reſonant.*] Crepant. *Chordæ magicæ.*] Sonitus qui putatur fieri arte magica, nulla alia extante cauſa. *Vetus Thebe.*] Contra uſum more poetico numero ſingulari declinauit. Thebas in Aegypto condidit Buſiris, quarum mœnia complexa erant centum quadraginta ſtadia. centum portas: ſiue, ut alij aiunt, centum aulas habent, toudem olim principum domos, ſolitasq́ ſingulas, ubi negocium exegerat, dena armatorum milia effundere. De quibus Plinius, Strabo, Diodorus, Solinus, Homerus, & Mela. *Centum obruta portis.*] Nā euerſa erat ut ſcribit Strabo. Centum portis, pro centum portarum, quas, ut diximus, habuit, quæ in Boetia fuerunt, ſeptem tantum habuerunt, unde Homerus. Quis centum portæ, portarum quamque C ducenti Sublimes in equis homines, & curribus errant. *Illic cæruleos.*] In alia inquit parte Aegypti tota oppida uenerantur piſces marinos, ut lepidotum, & oxyrynchum. *Hinc piſcem fluminis.*] id eſt, apud Latopolitanos, qui ut diximus, Latum piſcem Nili colunt, aut Babylonios, qui cepum piſcem adorant. *Oppida tota.*] Vniuerſa, ut diximus, Aepyptus canem, bouem, & felem colit, ſed tanto cultu canem, ut autore Herodoto tota domus in qua canis extinguatur, acta lamentatione, toto corpore radatur: quod indicium eſt maximi apud illos luctus. Hocq́ ideo facere uidentur, quòd canis cum uenatibus, tum cuſtodiæ domeſticæ aptus eſt: propterea deum, qui apud eos Anubis uocatur, capite fingūt canino, ſignificantes cuſtodem corporis Oſiridis atq; Iſidis fuiſſe. unde Ouid. lib. ix. Met. loquens de comitibus Iſidis ſic inquit. Cum qua latrator Anubis. De eo multa Diodo. & Herod. *Nemo dia.*] Hoc dictum ex ſtomacho. colūt inquit canem, quo utitur Diana in uenationibus, ipſam uero deam negligunt. Scrib. tamen Herod. libro ij. Bubaſti coli ab Aegyptijs, quæ apud Græcos Diana appellatur, in urbe Bubaſti templo omnium maxime memorabili & aſpectu iucūdiſſimo. unde Ouid. lib. ix. Met. Sāctaq́ Bubaſtis, uarijsq́ coloribus Apis. dicta aūt Diana, autore Cic. in lib. De nat. deor. q noctu quaſi diem efficeret. *Porrū & cepe.*] Tradit Diod. Aegyptios utilitatis cauſa abſtinere alios faba, lente alios, nonnullos caſeo, alios cepis & porris. Gellius aūt ait eam cauſam ab ſacerdotib. Aegyptijs affirmari, cur Peluſiotę D cepe non edant, quia ſolū olerum omniū contra lunæ auctus atq; damna uices minuēdi & augendi habeat contrarias. Plinius lib. xix. cap. vi. Allium Cepasq́ inter deos in iureiurando habet Aegyptus. *O ſan. g.*] Acclamatio per deriſum in ſtultam ſuperſtitionē Aegyptiorū, qui olera, & bruta, ut numina colant, & non edant, carnibus uero humanis ueſcantur. *Animalibus la.*] Ouem enim, ut diximus, Saitæ & Thebani colunt, hac ratione, quòd bis pariat, & lanicio uelamēta corpori, lacte uero & caſeo alimenta præſtet. *Fœtum ca.*] Capra & hircus apud Mendeſios coluntur.
Carnibus hu.] Hinc exit omnis poetæ indignatio. comedunt inquit carnes humanas, tanquam fas ſit. *Attonito.*] quum Vlyſſes poſt euerſum Ilion, in patriam rediret, ſeptem annis per mare agitatus, naufragium fecit in littore Corciręo, nudum inuenit frondibus opertum Nauſica filia Alcinoi regis, quem ueſte donatum ad patrem produxit. is ſuper cœnam Alcinoo, & cæteris conuiuis narrabat curſum, & errores ſuos, & ut primum perueniſſet ad Ciconas populos Thraciæ, deinde ad Lotophagos in Aphricā, ad Læſtrigonas, ubi ſociū abſumpſit Antiphates, ad Cyclopas in Siciliam, è quibus unus fuiſſet Polyphemus Neptuni filius, cuius fabulam ſuperius enarrauimus. Sēſus ergo eſt. Vlyſſes quum Alcinoo regi ſuper cœnam narraret tale ſcelus. i. homines fuiſſe abſumptos ab Antiphate & Polyphemo, qui aderant partim ut rē fabuloſam ridebāt, quaſi qui ridiculā cenſe-

A cenſerent, partim indignabantur: nam Vlyſſem, ut mendacem aretalogum habebãt. *Attonito.*] Mirabundo nouitate rei. *Bilem m.*] .i. Choleram, & indignationem. Bilis enim Latinum eſt, cholera uero Græcum. *Aretalogus.*] Is dicitur, qui fingendis mẽdacijs auditores mouet ab arte uerborum. Nã ἀρετὴ ſignificat uirtutẽ, & λόγος uerba. Et Tranquil. ſcri. Auguſtum poſt cœnam aretalogis delectatum: & Porphyrio ait in i. Sermonẽ, Criſpinum philoſophum quendã loquaciſſimũ,

Tale ſuper cœnam facinus narraret Vlyſſes
Alcinoo, bilem, aut riſum fortaſſe quibuſdam
Mouerat, ut mendax aretalogus. in mare nemo
Hunc abicit, ſæua dignum, ueraq; Carybdi,
Fingentem immanes Læſtrygonas, & Cyclopas?
Nam citius Scyllam, uel concurrentia ſaxa
Cyanes, plenos & tempeſtatibus utres
Crediderim, aut tenui percuſſum uerbere Circes.
Et quum remigibus grunniſſe Elpenora porcis,
Tam uacui capitis populum Phęaca putauit?

aretalogũ appellatũ fuiſſe, quoniã carmina garrula ſcripſerit. *In mare nemo.*] Senſus eſt, & ordo. Sic aliquis nondum ebrius, & qui minimum temetũ duxerat ex urna corcyrea, ſubaudi dixit. Nemo abijcit hunc in mare, quaſi diceret eum dignum eſſe, qui abijciatur ut mẽdaciſſimus, legendũq; eſt cum indignatione. *Dignum ſæua Charibdi*] ac ſi dicat dignũ, qui immergatur a-
B trociſſimo pelago, quale eſt inter Scyllam, & Charybdim. *Veraq;*] Hoc eſt non fabuloſa, à qua omnino deuoraretur. Nam fabulæ tradunt Charybdim mulierem fuiſſe uoraciſſimam, quę quũ boues Herculi ſurata fuiſſet, ab eo in mare fuerit proiecta, ubi nũc etiã ueteres exercet rapinas, unde nomẽ mari datũ eſt. poeta ergo quũ ſciat illud fabuloſum eſſe, ꝙ de charybdi narratur, ait Vlyſſem dignũ eſſe uera nõ ficta Charybdi à qua abſumatur, & deuoretur, quãdo tam mendax ſit. Cõſtat aũt Charybdim & Scyllam ſcopulos eſſe inter Siciliam & Italiam, ubi mare periculoſum eſt nautis, ꝙ contrarius fluctuum curſus, colliſionem facit, & rapta quæq; abſorbet, & reijcit. Virgil. Dextrum Scylla latus lęuũ implacata Charybdis Obſidet. Scopulos & ſaxa fuiſſe docet idem in tertio. Et pater Anchiſes, nimirũ hæc illa charybdis, Hos Helenus ſcopulos, hæc ſaxa horrenda canebat. Mela uero ſic ſcribit. Scylla ſaxum eſt, Charybdis mare, utrũq; noxium appulſis. *Fingentem.*] Hinc oſtendit mendacem eſſe Vlyſſem, & quæ de læſtrigonibus narrant, & cyclopibus eſſe ficta, quod homines ſcilicet comederent. *Læſtrigonas.*] Formiæ in agro Cãpano iuxta Caietam ſedes fuit Lęſtrigonum. autor eſt Plinius. *Cyclopes.*] Cyclopes ſedes ſuas habuere in Sicilia ut diximus in ſuperioribus. *Nam citius Scyllam.*] Tam inquit illud à ueritate reſilit, quod Læſtrigones, & Cyclo-
C pes comedant homines, ut citius credam illud eſſe uerum quod de Scylla nobis narrat, & de Symplegadibus, & uentis utre incluſis. Sicq; oſtendit, tam hæc quàm illa fabuloſa eſſe, atq; hæc omnia præſtat ut fabuloſa, ut oſtendat quæ ipſe dicturus eſt, eſſe ueriſſima. *Scyllam.*] Fingunt Scyllam nympham filiam Phorci & Cretheidos dilectam fuiſſe à Glauco, quem Circe deperibat, & quum is in Scyllam pronior eſſet, irata Circe, fontem, in quo nympha lauari ſolebat, uenenis infecit: in quem quum illa deſcendiſſet pubetenus in uarias mutata eſt formas, quæ horrens deformitatem ſuam, in mare ſe præcipitauit: Canes uero & lupi ob hoc ex ea nati finguntur, quia ipſa loca plena ſunt monſtris marinis, & ſaxorum aſperitas illic imitatur latratus canum. Virgilius. Et cæruleis canibus reſonantia ſaxa. *Concurrentia ſaxa.*] id eſt quòd Symplegades inter ſe concurrant, & collidantur. Finxerunt enim inſulas duas eſſe in Boſphoro Thracico inſtabiles, quę non ſine periculo tranſeuntium concurrerent. Cuius rei hæc eſt ratio, quòd hæ paruo diſcretæ interuallo, ex aduerſo intrantibus geminæ cernebantur, paulumq; deflexa acie coeuntium ſpeciem præbebant. Dictæ autem Græce Symplegades, quod Latine concurrentes ſignat. dictæ etiam Cyaneæ, id eſt nigræ κυάνεον enim nigrum ſignificat. Cyane etiam nomen eſt fontis in Sicilia apud Syracuſas, iuxta quem Pluto rapuit Proſerpinam, cui nomen à Cyane Proſerpinæ comite inditũ ſcribit Claudianus. C. κύανος certe, ſiue Cyaneos, Cæruleum colorem omnes ſignificare tra-
D dunt. unde etiam Cyanos lapis, & flos cui cœli ſereni color eſt. Eſt tamen Cæruleus color, & Cyaneus, ſubniger cum ſplendore quodam albicante, ſed niger tamen dici omnino nequit. S. *Vtres.*] Scribit Homerus Aeolum regem uentorum Vlyſſi tradidiſſe utrem, in quo incluſi erant omnes uenti aduerſi, liberum autẽ reliquiſſe Zephyrum, qui nauiganti ſecundus erat, ſociosque ſuos ratos ineſſe theſaurum, dormiente Vlyſſe ſoluiſſe utrem, & orta tempeſtate relatum ad Aeolum, quo tempore, ut narrat Alcinoo, apud Homerum, cogitauit de nece ſibi conſciſcenda.
Helpenora.] Narrat Vlyſſes apud Homerum, Helpenora unà & quoſdam alios ſocios à Circe conuerſos fuiſſe in ſues ſumptis quibuſdam poculis, ita tamen ut mentem retinuerint humanam, & humi comedentes caſus ſuos deflentes iacuerint. Sed omnes tamen reſtituti fuerunt in priſtinam formam à Circe percuſſu tenuis uirgæ, imperante Vlyſſe. Cæterum Helpenor, poſtquam im-potatus fuit, dum properanter ſequitur Vlyſſem, è ſcalis longis decidens, collum ſibi fregit, quod ipſe apud inferos percunctanti Vlyſſi refert, rogatq;, ne ſe inſepultum relinquat, unde Martial. ad caſum eius alluſit, quum diceret de Philoſtrato, Pene imitatus obit ſæuis Helpenora fatis, Præceps per longos dum ruit uſque gradus. Et licet Homerus tradat ſocios Vlyſſis mutatos in ſues, Papinius tamen in Syluis diſſentiens ait in lupos conuerſos fuiſſe, cedant uitreæ iuga perfida Circes, Dulichijs ululata lupis. *Tam uacui capitis.*] Exiſtimauit inquit, Phęacas eſſe tam

modici

modi cerebri, quibus facile omnia perſuaderet. Eſtq; dictum cum ſumma indignatione, ut ſint uerba ipſius Corcyrei indignantis ſe tam apertis figmentis deludi. poteſt hoc euā tribui poetę dānanti tam aperta mendacia. *Phæaca.*] Hoc eſt Corcyrenſem. Nam inſula appellata eſt Corcyra à uirgine Corcyra rapta à Neptuno. ex ijs natus eſt Phæax, à quo Phæaces ſunt denominati: ex Phæace Alcinous, qui Vlyſſem in Ithacam duxit. de hoc etiam ante in v. Satyra. A

Sic aliquis merito nondum ebrius, & minimum qui
De Corcyrea temetum duxerat urna.
Solus enim hoc Ithacus nullo ſub teſte canebat.
Nos miranda quidem, ſed nuper conſule Vinco
Geſta ſuper calidæ referemus mœnia Copti,
Nos uulgi ſcelus, & cunctis grauiora cothurnis.
Nā ſcelus à Pyrrha, quanq; omnia ſyrmata uoluas,
Nullus apud tragicos populus facit. accipe noſtro
Dira quod exemplum feritas produxerit æuo.
Inter finitimos uetus atq; antiqua ſimultas,
Immortale odium, & nunquam ſanabile uulnus,
Ardet adhuc Combos, & Tentyra: ſummus utrinq;
Inde furor uulgo, quod numina uicinorum
Odit uterq; locus, quum ſolos credat habendos
Eſſe deos, quos ipſe colit. ſed tempore Feſto
Alterius populi rapienda occaſio cunctis

Temetum duxerat.] Parum biberat. emēdandus eſt uerſus, ut legas Temetum duxerat, non autem deduxerat, quū prima & ſecunda ſyllaba producatur in temeto, quod docet & Donatus in Andria Terentij illic. Sane pol temulenta eſt mulier. Et Plau. in Aularia. Qui quia Temeu nihil allatum intelligo. uerſus eſt enim ſenarius. Et Oratius in epiſtolis. Pullos, oua, cadum temeti, nēpe modo iſto. ubi Porphyrio docet, primam ſyllabam longam eſſe. Temetum ueteres, autore Plinio appellauere uinum, ideo, quia tentat mentem, unde & temulentia nominata. Non. Marcellus. B *Sub nullo teſte.*] Verba ſunt poetæ. Poterat inquit narrare Vlyſſes quę uellet, quia nullum adhibebat teſtem qui diceret ſe monſtrum uidiſſe, utpote qui ſolus amiſſis ſocijs naufragium euaſerat. ſicq; cum frequentibus coniungit, ut ſit ſenſus, Quæ ab Vlyſſe dicta fuerunt, teſtibus carent, ſed quæ nos narraturi ſumus uera ſunt & geſta conſule Vinco, ut quæ ſciri poſſint falſa ne ſint an uera. *Conſule Vinco.* Vt uera uideretur hiſtoria, poſuit nomen conſulis Vinci. Ruffini equitis Romani mentionem facit Corne. Taci. qui lege Cornelia De falſis damnatus eſt à Nerone. De Vinco itē Tranquillus in Nerone ſic meminit. Duabus coniurationibus promulgatis, quarum prior maiorq; Piſoniana Romæ, poſterior Vinciana Beneuenti cōflata, atq; detecta eſt. Et ita dicimus Vinciana à Vinco, quemadmodū Brutiana à Bruto, & Luculliana à Lucullo. de hocq; abſurdum non eſt intelligi, ait enim Nuper geſta. nam nuper de longo tempore, ut diſſeruimus in prima Satyra dicitur, ut id etiam temporibus Neronis accidere potuerit, quod modo narrat factum in Aegypto. legendum igitur eſt Vinco, nō Iunco, quod in alijs codicibus legitur. C *Super m.*] ultra urbem Copton: nam erant in extrema parte Aegypti. *Copti.*] Coptus cōmunis eſt ciuitas Arabum & Aegyptiorū, quo omne tributū Indicum, Arabicum, & Aethiopicum, quod Arabico ſinu aduehebatur, deferebant, uelut in commune emporium. autor eſt Strabo. *Calidæ.*] Propter ſitum regionis calidum. *Scelus uulgi.*] Quod à uulgo & plebe Aegyptia commiſſum eſt. *Et grauiora.*] Subaudi referemus. *Cunctis cothurnis.*] Quam ſint ea quæ in tragœdijs tractantur, in quibus non conſtat ab ullo populo hominem fuiſſe comeſum, quemadmodū factum eſt ab hoc de quo narraturus ſum. *Cothurnis.*] Calciamenta ſunt tragœdorum, his etiam utebantur mulieres, unde illud ante, Nullis adiuta cothurnis. *Nam ſcelus à Pyrrha.*] Senſus eſt, poſt humanum genus reparatum à Deucalione & Pyrrha, nullum apud tragicos inuenies populum, qui ſcelus hoc commiſerit, ut hominem ſcilicet comederit, quemadmodum fecit populus Aegyptius: Nam in tragœdijs unum tantum leges aut paucos hoc ſcelus commiſiſſe, ut ſcilicet hominem occiderint, appoſuerintq; in cœnis. ordo autem eſt. Nullus populus apud tragicos facit ſcelus, id eſt, committit hoc ſcelus, ut comedāt hominē. *A Pyrrha.*] id eſt, D poſt Pyrrham, hoc eſt poſt reparationem humani generis, quod à Pyrrha, & eius marito Deucalione eſt reſtauratum. *Omnia ſy.*] Omnes tragœdias legas & percurras. ſic enim codices uolui dicuntur, quum aſſidua lectione pertractantur. Syrma genus ueſtis eſt tragicæ, de qua alibi ante. *Produxerit.*] Protulerit, quaſi imitandū, ut ſit aperta ſceleris uituperatio. *Inter finitimos.*] Hic incipit narratio facinoris. *Simul.*] Odiū occultum, ſubaudi eſt. *Vulnus.*] metaphoricos & quod corporis eſt ad animum transfert, id eſt, indignatio & ira, quæ nullo remedio poteſt extingui. *Ardet adhuc.*] Etiam tēpore noſtro odio flagrat. adhuc inquit antiqua illa animorū diſsēſio remāſit, nec adhuc extincta eſt. Cōbos ciuitas Aegypti, in qua Crocodilus colitur, ut tradit Helianus. timēt enim mirū in modū Cōbitæ hanc ferā, quā Tētiritę maxime peruestigant & occidūt, colentes ipſi accipitrē, unde in eorū odiū Cōbitę accipitrē crucifigūt. Hinc ait poeta utriq; uulgo tān furoris & odij cauſam exiſtere cultū diuerſorū numinū. *Tentyra.*] Ciuitas inferioris Aegypti ut ſcri. Stra. Plin. uero ait inſulā eſſe Nilo circūdatā, ex qua homines ſint, qui crocodilos nō timeāt, immo ſoli aduerſum ire audeāt, & inſcēdētes equitū modo, in terrā agāt captiuos. in Aphrica eandē uim aduerſus ſerpentes habent Pſylli. lege & Strab. lib. xvij. A Tētyra fit Tētyrita. Ouid. ſecūdā ſyllabā produxit. Saltus Tentyra petēti. *Sūmus f.*] ſ. eſt. *Occaſio.*] Opportunitas. eſt enim occaſio, autore

Cicero

A Cicerone in primo Rhetoricæ ueteris, pars temporis habens in ſe alicuius rei idoneã faciẽdæ, aut non faciẽdæ opportunitatẽ. *Viſa.*] Subaudi eſt. ordo aũt eſt. Occaſio uiſa eſt rapienda primoribus, ac ducibus inimicorum tempore feſto alterius populi. ut ſit ſenſus. Primores & Duces inimicorũ putauerunt occaſionem dimicandi rapiendam tempore feſto alterius populi, quum ad templa paratis epulis conuiuantur. *Peruigiliq́ thoro.*] Subaudi à ſuperiore poſito. Nam antiqui in lectis epulabantur. Virg. Inde thoro pater Aeneas ſic orſus ab alto. Orat. Sæpe tribus uideas lectis cœnare quaternos. *Peruigili.*] Hoc eſt, in quo peruigilant. *Septimus ſol*] ſeptimus dies. Nam hilaritatem illam conuiuij ſeptem diebus perpetuis celebrant. *Horrida ſane Aegyptus.*] Hęc inquit pars Aegypti, in qua Combos eſt & Tentyra, nimirum eſt incultis moribus, & incō- B pta, ſed tamen non minus in laſciuiam profuſa, quàm quę eſt ad Canopũ. nam Canopi Serapidis eſt templum, quo nauigatur per foſſam quæ die ac nocte plena eſt nauiculis mulierum & uirorum impudẽter canentium ac ſaltantium cum omni diſſolutione. Cuius rei meminit & Ouid. in primo Triſtium ſic. Non ut Alexandri claram delatus in urbem Delicias uideam Nile iocoſe tuas. Statius itẽ in ſyluis. Curue terapnęi laſciuiat ora Canopi. Canopus autẽ ciuitas eſt Aegypti centum ac uiginti ſtadijs diſtans ab Alexandria pedeſtri iti- C nere uadẽtibus, dicta de nomine, ut diximus in prima Satyra, Canopi qui Menelai claſſem gubernabat, & ibi mortuus eſt. *Barbara turba.*] Alij codices habent Barbara ripa, id eſt, immitis & aſpera.

Viſa inimícorum primoribus, ac ducibus, ne
Lætum, hilaremq́ diem, ne magnæ gaudia cœnæ
Sentirent poſitis ad templa, & compita menſis,
Peruigiliq́ thoro, quem nocte ac luce iacentem
Septimus interea ſol inuenit. horrida ſane
Aegyptus, ſed luxuria quantum ipſe notaui,
Barbara famoſo non cedit turba Canopo.
Adde quod & facilis uictoria de madidis, &
Blæſis, atq́ mero titubantibus. inde uirorum
Saltatus nigro tibicine, qualiacunq́
Vnguenta, & flores, multæq́ in fronte coronæ,
Hinc ieiunum odium: ſed iurgia prima ſonare
Incipiunt animis ardentibus. hæc tuba rixæ
De hinc clamore pari concurritur, & uice teli
Sæuit nuda manus. paucæ ſine uulnere malæ
Vix cuiquam, aut nulli toto certamine naſus
Integer. aſpiceres iam cuncta per agmina uultus
Dimidios, alias facies & hiantia ruptis
Oſſa genis, plenos oculorum ſanguine pugnos.
Ludere ſe credunt ipſi tamen, & pueriles,
Exercere acies, quod nulla cadauera calcent,
Et ſane quod tot rixantis millia turbæ
Sic uiuunt omnes: ergo acrior impetus, & iam
Saxa inclinatis per humum quæſita lacertis
Incipiunt torquere, domeſtica ſeditione
Tela, nec hunc lapidem, qualis & Turnus, & Aiax,

Famoſo.] Infami, propter impudicas, ut diximus, uirorum & mulierum ſaltationes & cantus. *Facilis uictoria.*] Subaudi eſt. *Madidis.*] Ebrijs, unde ſuperius, madidis cantat quæ Soſtratus alis. *Blæſis.*] Balbutientibus, & in ſermone titubantibus. Hoc enim efficit temulẽtia, ut lingua oberret, & uacillet. quod multis de cauſis accidere docet Ariſtoteles in Problematis. *Inde.*] Ab altera parte diſſidentium, ſequitur enim, Hinc ieiunum odium, id eſt, ex altera parte. Aut quod magis placet, Inde, hoc eſt ex ebrietate eſt ſaltatus, ut ſit ſenſus. Saltãt quia ebrij ſunt. unde eſt illud Ciceronis. Nemo ſaltat ſobrius, niſi idem inſanus. *Saltatus uirorum.*] Subaudi eſt. *Nigro tibicine*] Aethiope. ſ. *Vnguenta.*] Subaudi ſunt. *Qualiacũque.*] Innuit unguẽta Aegyptiorũ nõ eſſe ea bonitate, qua eſſe debẽt, quia rudes & agreſtes ſint Aegyptij. *Hinc.*] Ex iſta lætitia & ſaltatiõe, aut ex altera parte. *Ieiunum odium.*] Rabidum, atrox, & inſaciabile, quaſi quod nullo modo poſſit ex- D pleri. ſumptum à ieiunantibus qui quodammodo ſunt inſaciabiles contracta nimia fame. *Iurgia prima.*] .i. uerborum contentiones. Senſus eſt, antequam mutuo ſe adoriantur, iurgijs ſe laceſſunt, ſicq́ exaſperati pugnam ineunt, ut exponas, prima pro primum, ut ſit nomen poſitum pro aduerbio. *Animis ardentibus.*] Animis ira æſtuantibus. *Hæc tuba.*] Subaudi ſunt, id eſt, hæc iurgia ſunt tuba & tanquam excitamentum. *Rixæ.*] Rixa, ut diximus ſuperius illic, Si rixa eſt, ubi tu pulſas, ego uapulo, tantum eſt in factis, altercatio in uerbis. *Vice.*] Loco. *Paucæ.*] Subaudi ſunt. *Alias facies.*] A priſtinis. *Hiantia.*] Detecta, aperta. *Ludere ſe credunt ipſi.*] Licet inquit acerrime inter ſe ſęuiant, niſi tamen aliquem interimunt, putant rem iocularem agi. *Et ſane.*] Ordo eſt. Et quod omnes ſic uiuant, apoſitiue tot millia turbæ ſanæ rixãtis, id eſt quòd nullus rixantium interficiatur, ſed omnes ſint ſani. *Ergo acrior impetus.*] Subaudi eſt aut fit. *Tela domeſtica.*] Contorquet inquit ſaxa, quæ domi ſolent eſſe in promptu agentibus ſeditionem. eſt autem appoſitio. *Nec hunc lapidem.*] Id eſt, nec talem lapidem torquent. *Qualis.*] Accuſatiuus eſt pluralis. *Turnus.*] Scilicet torſit: nam Turnus, ut ſcribit Virgilius in duodecimo, in Aeneam ſingulari certamine ſecum pugnantem, ingens ſaxum iecit. Tale eſt carmen. Vix illud lecti bis ſex ceruice ſubirent, Qualia nunc hominum producit corpora tellus. *Et Aiax.*] Nam & Aiax autore Homero in ſeptimo Iliados, ingens ſaxum contorſit in Hectorem.

Qgo.] id eſt quali. *Tydides.*] .i. Diomedes filius Tydei & Argiæ Adraſti, qui ut autor eſt idẽ in A quinto Iliados, in Aeneam miſit ſaxum quantum ſeptem homines tollerent. eo niſi Venus mater affuiſſet, interemptus fuiſſet. *Sed quem.*] Pro qualem. *Diſsimiles illis.*] .ſ. dextris Turni, Aiacis, & Diomedis. *Noſtro tempore.*] Quaſi quo iam ſunt omnia deteriora & imbecilliora. *Nam g.*] Non eſt inquit mirum homines in dies fieri imbecilliores, Nam uſq; ab ætate Homeri genus humanum decreſcebat.

Et quo Tydides percuſſit pondere coxam
Aëneæ, ſed quem ualeant emittere dextræ
Illis diſſimiles, & noſtro tempore natæ.
Nam genus hoc uiuo iam decreſcebat Homero.
TERRA malos homines nunc educat, atq; puſillos.
Ergo deus quicunq; aſpexit, ridet, & odit.
A diuerticulo repetatur fabula: poſtquam
Subſidijs aucti pars altera promere ferrum
Audet, & infeſtis pugnam inſtaurare ſagittis,
Terga fugæ celeri præſtantibus omnibus inſtant
Qui uicina colunt umbroſæ Tentyra palmæ.
Labitur hic quidam, nimia formidine curſum
Præcipitans, capiturq;. aſt illum in plurima ſectum
Fruſta, ac particulas, ut multis mortuus unus
Sufficeret, totum corroſis oſſibus edit
Victrix turba, nec ardenti decoxit aheno,
Aut uerubus. longum uſq; adeo, tardumq; putauit
Expectare focos, contenta cadauere crudo.
Hinc gaudere libet, quod non uiolauerit ignem,
Quem ſumma cœli raptum de parte Prometheus
Donauit terris. elemento gratulor, & te
Exultare reor. ſed qui mordere cadauer
Suſtinuit, nihil unquam hac carne libentius edit.
Nam ſcelere in tanto ne quæras, & dubites, an
Prima uoluptatem gula ſenſerit. ultimus autem
Qui ſtetit abſumpto iam toto corpore, ductis
Per terram digitis, aliquid de ſanguine guſtat.
Vaſcones (fama eſt) alimentis talibus uſi

Hoc autẽ ait, quia Homerus ſæpe in Iliade conqueritur, corpora mortalium fieri minora. Cuius autoritatẽ ſecutus Plin. in vij. ait. Cũcto mortaliũ generi minorẽ ſtaturam in dies fieri, raroſq; eſſe parẽtib. proceriores. *Aſpexit.*] Tã malos, & puſillos. *Ridet.*] ꝙ puſilli ſint. *Odit.*] ꝙ mali. *A diuerticulo.*] A digreſſione, quam feci cõmemorando hæc de Turno, Aiace, & Diomede. ut ſit B ſenſus, à digreſſiõe diſcedamus. i. digreſſionẽ omittamus, & fabulã ceptã repetamus, ut. ſ. mutuũ inter Aegyptios odiũ narremus. C. Formula eſt redeũdi ad propoſitum, quã Cic. reditũ ad rẽ uocat lib. iij. de Or. S. Eſt aũt diuerticulũ, ubi iter de uia flectitur. Terẽtius in Eunucho. Vbi ad ipſum ueni diuerticulũ. Eſt enim uocabulũ deductũ à diuerto, quòd à uia diuertamus. Diuertere etiã capitur pro hoſpitiũ capere. unde & diuerſoriũ ꝑ quolibet hoſpitio, quo ſignificato accipitur etiã diuerticulũ. Valerius libro quarto cap. De abſtinẽtia. Fer C tiliſſimę deliciarũ totius Gręcię urbes, neceſſaria totius nauigationis diuerticula erãt. *Altera pars.*] Cõbitæ. ſenſus ẽ, ubi à Cõbitis præliũ inſtauratũ eſt, Tentyritæ inſequuntur omnes conuerſos in fugam, in qua trepidatione quidã lapſus interficitur. *Qui uicina.*] Ordo eſt, illi qui colunt Tentyra uicina umbroſæ palmæ, inſtant. i. urgent & premunt. *Palmæ.*] Nam illic plurima palma prouenit, unde Plin. loquens de palma ita ſcribit, Quædam in Syria, & Aegypto in binos diuidũt ſe trũcos. *Aſt illum in plurima ſectum fruſta.*] Ordo eſt. Aſt uictrix turba edit illũ ſectum in plurima fruſta & particulas ita ſectum, ut unus mortuus ſufficeret multis. *Hic gaudere libet.*] Scelus poeta his uerbis aggrauat. eſt enim ſenſus: tam crudele, inquit, fuit hominẽ crudum comedere, ut mihi etiam lętari libeat, quod ſceleri ſcelus non addiderunt, id eſt, quod ignem rem tam ſacram coquendo mortuum non polluerunt. *Prometheus.*] Filius fuit Iapeti ex Aſia nympha; quem miræ prudentiæ fuiſſe conſtat, unde & Prometheus dictus eſt ἀπὸ τῆς προμηθείας D id eſt à prouidentia. eum antiquitas finxit, quum Iupiter mortalibus ignem eripuiſſet, indigne ferens ſe deceptum à Prometheo in portione carnis immolatæ, conſuetum inſidiari, ſua cauſa ereptum mortalibus ignem reſtituere cogitaſſe. Itaq; cæteris remotis deueniſſe ad Iouis ignem eoq; ſubrepto, & in ferulam coniecto currentẽ iactantemq; ferulam, ne ſpiritus intercluſus uaporis extingueretur, ad homines detuliſſe. Quare deorũ indignatione Pandoram immiſſam terris pœnæ cauſa. Nam per eam mulierem patefacto dolio erupiſſe omniũ peſtium genera, quibus homines laborarent. *Elemento.*] Id eſt igni, quem elementum appellat, ꝙ ex cœleſti elemento raptus fuerit. i. igne illo cœleſti. *Et te.*] .ſ. o Voluſi. *Qui ſu.*] Qui tolerauit. Nam rationẽ reddit quare tam libenter comederit. Eſt aũt ordo & ſenſus: Nam ille qui ſtetit ultimus, abſumpto iam toto corpore, guſtat aliquid de ſanguine ductis digitis per terram. hoc dico, ne quæras, & ne dubites in tanto ſcelere, an prima gula ſenſerit uoluptatem. ſicq; oſtendit talem cibum ſuauẽ omnibus illis fuiſſe. *Vaſcones.*] Vaſcones populi ſunt ulterioris Hiſpaniæ, quæ in Gallicũ & Britannicum uergit oceanum, qui olim à Sertorio obſeſſi, cæteris deficientibus alimentis, morſus in cadauera ſuorum iniecerunt, ne ſcilicet fidem ſuam in Populum Romanum uiolarent, quo tempore Pompeius & Qu. Metellus aduerſus Sertorium bella gerebant. De his Apianus, Lucius Florus & Plutarchus.

Produxere animas: ſed res diuerſa, ſed illic
Fortunę inuidia eſt, bellorumq; ultima, caſus
Extremi, longæ dira obſidionis egeſtas.
Huius enim, quod nunc agitur, miſerabile debet
Exemplum eſſe cibi. ſicut modo dicta mihi gens
Poſt omnes herbas, poſt cuncta animalia, quicquid
Cogebat uacui uentris furor, hoſtibus ipſis
Pallorem ac maciem & tenues miſerantibus artus,
Membra aliena fame lacerabant, eſſe parati
Et ſua. quiſnã hominum ueniã dare, quiſúe deorum
Viribus abnuerit dira, atq; immania paſſis,
Et quibus ipſorum poterant ignoſcere manes,
Quorum corporibus ueſcebantur. melius nos
Zenonis præcepta monẽt. nec enim omnia, quædã
Pro uita facienda putat. ſed Cantaber unde
Stoicus, antiqui præſertim ætate Metelli?
Nunc totus Graias, noſtraſq; habet orbis Athenas.
Gallia cauſidicos docuit facunda Britannos,
De conducendo loquitur iam rhetore Thule.

A *Fama eſt.*] Omnes codices quos uiderim habent, ut fama eſt, ſed ut tollendũ eſt, uerſus eñ aliter nou ſtaret. *Sed res diuerſa.*] id eſt diſſimilis eſt. Nã Vaſcones id urgente neceſſitate fecerunt, quod omnino ueniam meretur: at Aegyptij ſolo quodam deteſtabili odio, & feritate. *Sed illic fortunæ inuidia eſt.*] Senſus eſt, id totum quod Vaſcones crudele fecerunt, fortunæ omnino eſt imputandum, quæ pijs inuidere conſueuit, unde Statius: Inuida fata pijs, & ſors ingentibus auſis. *Bellorumq; ultima.*] id eſt extrema neceſſitas, qualis ſæpe eſt in rebus bellicis, ut ultima accipias numero plurali, & ſubaudias ſunt. *Dira.*] Magna. Virg. An ſua cuiq; deus fit dira cupido? *Caſus extremi.*] .ſ. ſunt, id eſt extrema & inſuperabilis calamitas. quæ omnia, factũ excuſant. *Longæ obſidionis.*] Qua oppreſſi ſunt à Sertorio. *Huius enim.*] Rationẽ affert Vaſcones omnino ex-

B cuſandos eſſe. exemplũ inquit huius cibi quod nũc agitur. i. de quo loquimur, dignum eſt miſeratiõe, quando impellente neceſſitate aliter nõ potuit fieri. i. ſi acciderit ut aliqui urgente neceſſitate comedãt carnes humanas, ut fecerũt Vaſcones, digni omnino ſunt uenia, et miſeratione. *Huius cibi.*] Talis cibi. *Quod.*] Pro quale. *Miſerabile.*] Dignum, cuius miſereamur. *Sicut modo.*] Sẽſus eſt & ordo, quẽadmodum gens dicta mihi modo. i. Vaſcones lacerabãt quicquid cogebat furor uacui uentris poſt omnes herbas, & poſt cuncta animalia. i. poſt abſumptionem herbarum & animaliũ lacerabãt inquit, membra aliena. i. carnes humanas fame. i. impulſu famis, ho-

C ſtibus ipſis miſerantibus pallorem. *Eſſe parati & ſua.*] Parati etiam in carnes ſuas morſus inijcere. Eſſe enim eſt ab edo non á ſum. *Quis nam hominum.*] Nemo inquit eſt nec hominum, nec deorum qui in huiuſmodi delicto Vaſconibus non ignoſcat, quibus etiam manes cadauerum abſumptorum poſſent ignoſcere. *Immania paſsis.*] Prudenter excuſat tale factum, quando omnia extrema paſſi ſunt. *Viribus.*] .i. uiris tam fortibus. *Manes.*] Antiqui animas quæ corporib. diſceſſiſſent, manes uocauere, de quibus ex ſententia Apulei plura diximus alibi. Sed melius nos Zenonis præcepta philoſophi Stoici docent pro tuenda uita non omnia eſſe agenda, ſed ea duntaxat quæ ab honeſto non reſiliant, ut oſtendat id à Vaſconibus non fuiſſe faciendum uel in extrema fortuna. Ait ergo poeta præcepta Zenonis Stoici (nam Stoicæ ſectæ fuit princeps) monere, humano generi non id faciendum pro conſeruatione uitæ, quod fecerũt Vaſcones, quum omnino pugnet cum honeſto. *Omnia.*] Cum diſtinctione legendum, ut ſit non putat omnia facienda pro uita, ſed quædam tantum, hoc eſt quæ inhoneſti nihil habeant. *Pro uita.*] Pro conſeruatione uitæ.

Sed Cantaber Stoicus.] Cantabri, populi ſunt Hiſpaniæ, in quorum regionibus ſunt Vaſcones. eſt ergo ſenſus. Præcepta Stoica optima ſunt, ſed unde Stoicus Vaſco fuit, id eſt, unde Vaſcones habuerunt præcepta philoſophiæ? quaſi diceret talia præcepta, ut barbari ignorauerunt, & propterea comederunt carnes humanas. *Antiqui Metelli.*] Nam quo tempore Vaſcones, ut dixi-

D mus, à Sertorio obſidebantur, Quin. Metellus autore Apiano, bella aduerſus Sertorium gerebat. Antiqui ergo ad differentiam recentiorum. multi enim ab eo fuere Metelli. eſt enim hic ille Q. Metellus, qui aduerſus Iugurtham bellum geſſit, de quo multa Saluſtius. *Nunc totus Graias.*] Noſtra inquit ætate omnes ſcimus diſciplinas philoſophicas & Græcas, & Latinas, ita ut nulla extet excuſatio, ſi hominem comedamus. *Athenas.*] Diſciplinas philoſophicas Atticas, & noſtras, id eſt, Latinas & Romanas. Athenis autem omnium diſciplinarum floruere ſtudia, unde Cicero pro Lucio Flacco. Adſunt Athenienſes, unde humanitas, doctrina, religio, fruges, iura, leges ortæ, atque in omnes terras diſtributæ putantur. *Gallia cauſidicos.*] In Gallia præclari fuere rhetores, Statius Toloſanus de quo Euſebius De temporibus, Vadenus præterea Lugduni, ut diximus illic, aut Lugdunenſem rhetor dicturus ad aram. exercebatur ars oratoria, edito certamine à Caligula Græcę Latinæq; facundiæ non ſine magno amittentium dedecore. Eſt ergo ſenſus. ſtudia inquit, liberalium artium ad gentes Barbaras & remotiſsimas peruenere: nam filij Britannorum ſub Gallica diſciplina rhetoricen diſcunt. Nam & ſupra in ſeptima Satyra docuit in Gallia peritos exiſtere cauſidicos, & magnis affici præmijs illic, nutricula cauſidicorum Gallia. Britannia autem inſula eſt Gallici oceani. *Thule.*] Hæc eſt inſula de qua Virgilius. Tibi ſeruiat ultima Thule. eſt enim inſula in ultima parte ſeptentrionis, de qua ſic Strabo libro tertio.

De

De Thule item obſcura eſt hiſtoria propter eius in ultima loca remotionem. hanc ſiquidem ad ſeptentrionem expoſitam locant. A Plinius ex aduerſo Hiberniæ & Britanniæ in mari Germanico locat ultimam omnium, quæ memorantur. In qua ſolſticio nullas eſſe noctes indicat, cancri ſignum ſole tranſeunte, nulloſq; contrà per brumam dies. C. Thyle ſiue Thule inſula ſupra Sconam, ſupraq; Orcadas ad Septentrionem eſt, ea nunc Iſlandia dicitur, pertinetq; ad Daniæ regnum. S.

Nobilis ille tamen populus, quem diximus, & par
Virtute, atq; fide, ſed maior clade Saguntus.
Tale quid excuſat Mæotide ſæuior ara
Aegyptus: quippe illa nefandi Taurica ſacri
Inuentrix, homines (ut iam quæ carmina tradunt
Digna fide credas) tantum immolat, ulterius nil
Aut grauius cultro timet hoſtia. quis modo caſus
Impulit hos: quæ tanta fames, infeſtaq; uallo
Arma coegerunt tam deteſtabile monſtrum
Audere: an ne aliam terra Memphitide ſicca
Inuidiam facerent nolenti ſurgere Nilo:
Qua nec terribiles Cymbri, nec Britones unquam,

Nobilis ille populus.] Senſus eſt, populus ille nobilis Vaſconum, & urbs Saguntus licet impij uideri poſſint, alter quòd comederit carnes humanas, altera quòd ſe ſuaq; omnia igni & ferro abſumere quàm hoſti tradere maluerit, habent tamen unde illud excuſent, ſcilicet extremam neceſſitatem: ſed Aegyptij nullam honeſtam habent excuſationem, quum per ſummam crudelitatem ultro id faciant. B Saguntus autem ciuitas eſt Hiſpaniæ, quæ quaſi media inter Romanorum & Carthaginenſium fines iure fœderis in libertate relicta, poſtea Romanis addicta, inítaq; ſocietate, Romanum imperium aduerſus Annibalem concitauit, à quo obſeſſa octauo demum menſe capta eſt. Eſt autem ordo. ille nobilis populus quem diximus, & Saguntus par uirtute, atque fide, ſed clade maior, excuſat quid tale. *Maior clade.*] Aequiparat Saguntinos Vaſconibus fide & uirtute, ſed ait clade maiores fuiſſe Saguntinos, quippe qui & ſe, & omnia ſua penitus igni abſumpſerint, quod non fecerunt Vaſcones. maior ergo clades fuit Saguntinorum. *Aegyptus ſæuior.*] Subaudi eſt. *Ara Mæotide.*] Mæotis palus eſt Scythiæ quam efficit Tanais amnis, qui Europam ab Aſia diſterminat. Illic in Cheroneſſo Taurica, quæ hoſtio Mæotidis adhæret, templum fuit Dianæ, ad cuius aram uiui homines immolabantur, de qua intellexit Valerius Flaccus libro ſecundo loquens de Thoante ſic, Taurorumq; locos delubraq; ſæua Dianæ, Aduenit, hic illum triſti dea præficit aræ, Enſe dato. de hac, multa etiam Ouidius in Ponto commemorat. C Qui Cheroneſſum ipſam incolunt, Tauroſcythæ ſunt appellati à monte tauro, qui illic eſt, licet & in Cilicia alius ſit eiuſdem nominis. Ara autem Mæotide dixit pro Mæotica, ſicuti & paulo infra, Memphitide terra pro Memphitica, hocq; neceſſitate metri, non recipientis ablatiuum memphitica. *Quippe illa Taurica.*] Ordo eſt. Illa Taurica inuentrix nefandi ſacri, immolat tantum homines, ut credas iam digna eſſe fide quæ carmina tradunt, id eſt, poetæ cecinerunt. quaſi diceret, potes iam credere & ea quæ à poetis referuntur huiuſmodi uera eſſe, quando & apud Aegyptios tam ſæua agantur. *Vlterius nil timet.*] Ac ſi dicat non timet ut comedatur. *Quis modo caſus.*] Acclamatio in deteſtationem tantæ crudelitatis, quum nulla impellente cauſa tantum ſcelus perpetrent. *Monſtrum.*] Facinus tam crudele, atque immane, ut homines comedant. *An ne inuidiam facerent.*] ſi Nilus inquit ut iratus Aegyptum inundare nollet, nunquid Aegyptij ad eius indignationem poſſent aliquid crudelius facere: ac ſi dicat, poſſentne eum grauiore contumelia irritare: hoc autem iccirco dicit, quòd ſolebant accolæ fluminis aliqua immani crudelitate incrementa, & inundationem irritare ſumpto exemplo à Buſiride, qui primus immolato homine id inſtituit à Thraſilo edoctus, quem primũ ſuo inuento immolauit. Huius rei meminit Ouidius in Arte amandi. Dicitur Aegyptus caruiſſe iuuantibus arua Imbribus, atque annos ſicca fuiſſe nouem. Quum Thraſilus Buſirin adit, monſtratque piari Hoſpitis effuſo ſanguine poſſe Iouem. D Illi Buſiris, fies Iouis hoſtia primus, Inquit, & Aegypto tu dabis hoſpes aquam: nam eum, ut diximus, primum immolauit. Ouidius in Ibin. Vt qui poſt annos ſacri monſtrator iniqui, Elicuit pluuias uictima cæſus aquas. *Memphitide terra.*] Aegypto. nam Memphis ciuitas eſt Aegypti, quam ſæpe poetæ pro Aegypto ponunt. eam condidit Ogdous, qui Vchoreus cognominatus eſt, ambitus ſtadiorum centum & quinquaginta, urbem omnium Aegypti præclariſſimam opportuniore totius eius oræ loco, ubi Nilus in plures ſciſſus partes efficit formam Deltæ. Aegyptiorum autem regia eſt, ubi templum eſt Apidis, qui apud eos pro deo habetur. *Nolenti ſurgere Nilo.*] id eſt. nolenti creſcere & inundare Aegyptum, quæ quotannis creſcente fluuio ſolet inundari. Nam Nilus ſolus inter reliqua flumina adeo, ut ſcribit Diodorus, æſtate creſcit, quum decreſcant cætera, ut totam inundet Aegyptum: hyeme minuitur, quum reliqua augeantur. *Quæ nec terribiles.*] Per comparationem Aegyptios crudelitate omnibus præfert barbaris & immanibus, ut ſit ordo & ſenſus, uulgus imbelle & inutile Aegyptiorum ſæuit hac, id eſt tali rabie, qua pro quali terribiles Cymbri non ſæuierunt, ij enim ſunt Germaniæ populi proximi Oceano, qui animo & audacia præſtantiſſimi, & manuum uirtute ac celeritate & impetu egregij in bello fulguri ſimiles uidebantur. Itaque ipſorum impetum nemo ſuſtinere poterat. Nam multos magnoſque exercitus

A Romanos penitus deleuerunt. Vnde nunc à poeta terribiles nominantur. Eos demum quum Italiam tenuiſſent, Marius profligauit. *Britones.*] Populi ſunt Germaniæ denominati à Britone filio terræ, cuius fuit filius Mannius, de quo diximus apud Perſium: præſto eſt mihi Mannius hæres, Progenies terrę. *Sauromatæ.*] Populi ſunt Scythiæ circa Mæotim paludem, de quibus pluſcula diximus in ſecunda Satyra, Vltra Sauromatas. *Agathyrſi.*] Populi ſunt Scythiæ Gelonis contermini, dicti ab Agathyrſo filio Herculis. ora artusq; pingunt, ut quique maioribus præſtant, ita magis uel minus, ut Mela ſcribit. unde poeta appellauit, pictos Agathyrſos. *Hac rabie.*] Id eſt, tali qualem oſtendimus ſupra. *Vulgus.*] Aegyptiorum. *Solitum dare uela.*] Hinc maxime emergit indignatio, quòd quum in reliquo uitæ genere ſint molliſſimi & effœminati, carnibus humanis ueſcantur, quod populi barbari & feri non faciunt. Tradit enim Strabo, ut pauloante retulimus, ad Canopica quædam ſolennia ingentem turbam per foſſam ex Alexandria deſcendere, quæ die ac nocte nauiculis plena eſt uirorum ac mulierum impudenter canentium ac ſaltantium cum omni diſſolutione. ubi ait tanta facilitate nauigari, ut ſcaphis etiam teſtaceis utantur, id eſt, fictilibus. *Phaſellis.*] Pictis nauiculis. Virgilius. Et circum pictis uehitur ſua rura phaſellis. *Teſtæ*] Nauiculæ teſtaceæ.

Sauromatæq; truces, aut immanes Agathyrſi
Hac ſæuit rabie imbelle, & inutile uulgus
Paruula fictilibus ſolitum dare uela phaſellis,
Et breuibus pictæ remis incumbere teſtæ.
Nec pœnam ſceleri inuenies, nec digna parabis
Supplicia his populis, in quorum mente pares ſunt
Et ſimiles ira, atq; fames. molliſſima corda
Humano generi dare ſe natura fatetur,
Quę lachrymas dedit, hęc noſtri pars intima ſenſus.
Plorare ergo iubet cauſam lugentis amici,
Squalloremq; rei, pupillum ad iura uocantem
Circumſcriptorem, cuius manantia fletu
Ora puellares faciunt incerta capilli.
Naturæ imperio gemimus, quum funus adultæ
Virginis occurrit, uel terra clauditur infans,
Et minor igne rogi. quis enim bonus, aut face dignus

B *Nec pœnam.*] Licet hoc ad Aegyptios pertineat, poteſt tamen & generale in omnes dictum uideri: ut ſit ſenſus, illis populis quorum mens ita pariter, atque parua uoluntate ad ſcelus mouetur, paria ſupplicia & digna non inueniuntur, ut oſtendat eos omnino digniſſimos eſſe omni cruciatu. Ille enim qui impulſu iræ aliquid crudele facit, leuius peccaſſe uidetur, quàm qui & impulſu iræ & conſenſu animi accedente turpitudinem committit. primi enim illi mentis impetus in poteſtate noſtra non ſunt, ex quo digni uidemur uenia. Sed quum iram ſequitur & deliberata uoluntas, tunc demum ſcelerati cenſemur, & omni ſupplicio digniſſimi. C

Pœnam ſceleri inuenies.] Subaudi dignam & conuenientem. *Ira atque fames.*] Pares & ſimiles, hoc eſt, qui per iram, & animi conſenſum, id eſt, famem quandam, & ſæuam cupiditatem animum ſuum ad perficiendum ſcelus applicant, ut per famem rabidam quandam ſæuiendi cupiditatem intelligas, ſimulq; reſpicit ad id quod quidam per famem comederunt carnes humanas.

Molliſſima corda.] Hypophora eſt, quaſi aliquis dixerit, non eſſe mirum ſi tam crudelia committantur, quando ita natura hominem ad crudelitatem formauerit. Et ipſe reſpondeat, naturam fateri non crudelitatem, ſed pietatem homini ingeneraſſe, quando lachrymas dedit, quibus indicat incommodis ſe dolere alienis. *Hæc noſtri pars optima ſenſus.*] Alij ſunt qui pars optima legunt, alij pars ultima. Ego autem legendum eſſe puto, Hæc noſtri eſt pars intima ſenſus, id eſt, ipſæ lachrymæ ſunt quæ interiorem partem noſtri ſenſus patefaciunt. nam per lachrymas interiorem pietatem oſtendimus. ergo inquit natura nobis dedit pietatem quæ per lachrymas cognoſcitur, iubet enim nos aliena incommoda plorare. C. *Cauſam lugentis.*] At lego caſum. Vt illud Virgilij. Et caſum inſontis. mecum indignabar amici. S. *Squallorem rei.*] id D eſt, incommoda & aduerſa rei ſquallentis & mœſti. Eſt enim ſquallor alta illa congeries ſordium, quæ in corporibus humanis, iuculus ſquamoſisq; apparet, deductumq; uidetur uocabulum à ſquamis, quas ſitus ille inquinamentorum in corpore imitatur. lege Macrobium & Gelium.

Pupillum.] Ploramus etiam inquit pupillum, qui in ius deceptorem, & bonorum ſuorum raptorem uocat. *Circumſcriptorem.*] Deceptorem à circunſcribo, de quo dictum eſt abunde illic. Quot Baſilus ſocios, quot circunſcripſerit Hirus. *Cuius.*] Scilicet capilli. eſt autem ordo: Cuius capilli puellares faciunt ora manantia fletus, incerta. C. alij legunt fletu. S. *Capilli puellares.*] id eſt, crines longi, quales ſunt puellis. *Ora incerta.*] Vt non facile diſcernas, mas an fœmina ſit. *Naturæ imperio.*] Quæ nobis pietatem indidit. *Virginis adultæ.*] Tunc enim maxime miſeratione mouemur, quum iam adulta ætate uirgo moritur. *Et minor igne rogi.*] Hoc autem dicit ex more ueterum, qui (ut autor eſt Plinius libro ſeptimo) infantem, niſi prius genito dente, non cremabant. Infantem autem dentire tradit Plinius ſeptimo menſe, poſtquàm natus eſt. Minor ergo igne, id eſt, minor quàm ut conueniat cremari. terra enim infantes condebantur, quod poeta his uerbis innuit, uel terra clauditur infans. *Quis enim bonus.*] Hic ſenſus eſt, quis eſt inquit bonus & à natura bene informatus, qui aliena mala communia eſſe non putet? Iuxta illud Terentianum: homo ſum, nihil humani à me alienum puto. eſt enim ho-

minis

Arcana, qualem Cereris uult eſſe ſacerdos,
Vlla aliena ſibi credat mala? ſeparat hæc nos
A grege mutorum, atq; ideo uenerabile ſoli
Sortiti ingenium, diuinorumq; capaces,
Atq; exercendis, capiendiſq; artibus apti,
Senſum à cœleſti demiſſum traximus arce,
Cuius egent prona, & terram ſpectantia mundi
Principio indulſit communis conditor illis
Tãtum animas, nobis animũ quoq;, mutuus ut nos
Affectus petere auxilium, & præſtare iuberet,
Diſperſos trahere in populum, & migrare uetuſto
De nemore, & proauis habitatas linquere ſyluas,
Aedificare domos, laribus coniungere noſtris
Tectum aliud, tutos uicino limine ſomnos
Vt collata daret fiducia, protegere armis
Lapſum, aut ingenti nutantem uulnere ciuem,

minis bene inſtitui, ut docet Cice. in Catone maiore, & lætari bonis rebus, & dolere contrarijs. A
Et face dignus arcana.] Periphraſis eſt hominis pij, qualem oportebat ſacris Cereris intereſſe & miniſtrare, à quibus ſacris impij etiam uoce præconis ſubmouebantur. unde Suetonius in Nerone. Peregrinatione quidem Græciæ Eleuſinis ſacris, quorum initiatione impij & ſcelerati uoce præconis ſubmouentur, intereſſe non auſus eſt. Marcus Antoninus, ut refert Iulius Capitolinus, ut ſe innocentem probaret, Cereris templum adijt, ſacrariumq; ſolus ingreſſus eſt.
Face arcana.] Hoc eſt myſtica & ſecreta. nam priſci appellauere ſacra ea arcana, quæ myſtica Græci, hoc eſt ſecreta, quaſi quæ ob ſanctitatem aliquam debeant eſſe ſeparata à nobis: qualia fuere ſacra Cereris, quæ accenſis facibus nocte celebrabantur à matronis in memoriam Cereris, quæ Proſerpinam filiam ardentibus faculis quæſiuit. B
Claudianus: Templumq; remugit Cecropidum, ſanctaſq; faces extollit Eleuſis. Ouid. in Faſtis. Hinc Cereris ſacris nunc quoque tæda datur. quod autem nocte celebrarentur docet Iuſtinus libro ſecundo his uerbis. Megarenſes matronas Athenienſium in Eleuſinis ſacris nocte oppreſſuri naues conſcendunt. Ea ſummo tegebantur ſilentio, unde Apuleius in ſexto Metaphor. Et cætera quæ ſilentio tegit Eleuſis Atticæ ſacrarium. *Separat hæc nos.*] Natura inquit, quæ nobis tantam humanitatem dedit, ut alienis incommodis doleamus, ſeparat nos à brutis. id eſt, ea eſt quæ nos diſſimiles eſſe facit à brutis, quum nobis rationem, & intelligentiam tradidit, quibus malum & bonum cognoſcimus. Bruta autem nullam habentia nec rerum, nec temporum diſcretionem, ſenſu tantum mouentur, & ad id ſolum quod adeſt, quodq; præſens eſt accõmodantur, paulum admodum ſentientes præteritum, aut futurum. quæ omnia illuc tetẽdũt; C
Aegyptios à brutis nõ differre, qui rationis terminos obliti in tantã rabiem feruntur, ut ea faciãt, quæ ab omni humanitate ſint penitus auerſa. *Atque ideò.*] id eſt, ob eam rem ſcilicet ut à beſtijs differremus. ordo autem eſt, atque ideo nos ſoli ſortiti ingenium uenerabile, traximus ſenſum à cœleſti arce. *Sortiti ingenium.*] Quo ſcilicet omnino bruta carent. eſt enim ingenium uis quædam animæ, qua ſe anima explicat atq; exercet ad omnium rerum intelligentiam, ut per ingeniũ intelligas ipſum intellectum & rationem, quæ principales ſunt animi partes. *Capaces diuinorum.*] Hoc uult ſignificare intellectum & rationem, quæ principales, ut diximus, ſunt partes animi, quaſi communes cum ipſis dijs nos habere, ac per hoc dixit, nos eſſe capaces diuinorũ. Nam recte intelligentia eſt ipſorum deorum, quibus nos pares eſſe uult communione rationis & intellectus, quo ſenſu animalia bruta carent. unde eſt illud Ciceronis in Catone maiore. Eſt enim animus cœleſtis ex altiſsimo domicilio depreſſus & quaſi demerſus in terram, locum diuinæ naturæ æternitatiq; contrarium. Pythagoras etiam affirmauit nos ex uniuerſa mẽte diuina delibatos habere animos, eoſq; immortales credidit Cicero hoc argumento, quum tanta ſit celeritas eorũ, tanta memoria præteritorum, futurorumq; prouidentia, tot artes, tot ſcientiæ, tot inuenta, unde ait poeta, Atq; exercendis, capiendiſq; artibus apti. quod homini non accidit, niſi beneficio animi, qui ut diuinus & cœleſtis, nos ad omnes artes facit aptos. C. *Cuius ego pro.*] Imitatio eſt Ouidiana ex primo Metamorphoſeos. Pronaq; cum ſpectent animalia cætera terram, Os homini ſublime dedit, cœlumq; uidere iuſſit, & erectos ad ſydera tollere uultus. S. *Indulſit.*] Dedit. *Animas.*] Quibus tantum uiuunt: nam animam dicimus eſſe qua uiuimus, animum uero quo ſapimus, quo animo ipſa bruta carent, quum nihil cognoſcant neq; diſcernant. *Illis.*] ſcilicet brutis. *Nobis animum qu.*] Hoc dicit: nobis animas, & animum quoq; eſſe datum, ut ſit ſenſus, animas tantum brutis eſſe datas, ſed nobis & animas, & animos. *Mutuus affectus.*] Mutua charitas. mutuum affectum dicimus, quum par uoluntas accipitur & redditur. C. ut Cicero de Amicitia dixit in Lælio. S. *Iuberet.*] id eſt uellet nos ab alijs auxilium petere, & alijs nos ſubuenire. ob id enim ciuitates conditæ ſunt, ut mutuis homines officijs, ſanctam tuerentur ſocietatem. *Diſperſos trahere in populum.*] Nam homines ab initio in agris paſſim more beſtiarum uagabantur, uictũq; ſibi pomis ſylueſtribus quærebant. uerum natura monſtrante intellexerunt ſibi conducibile eſſe, ſi in unum congregarentur locum, itaq; cœperunt oppida ædificare, quo ſe relictis ſyluis, receperunt. Oratius. Oppida cœperunt munire, & ponerẽ leges: Ne quis fur eſſet, neu latro, neu quis adulter. *Tutos uicino limine ſomnos.*] Ordo eſt. ut fiducia collata daret ſomnos tutos in uicino limine. *Collata.*] Coniuncta. *Protegere armis.*] Ordo eſt, mutuus affectus iuberet protegere,

A hoc eſt in bellis ciuem ab hoſtibus conſeruare, quum aut lapſus, aut uulneratus fuiſſet. *Communi tuba.*] Communi claſſico, quum in expeditionem eundum eſt. *Sed iam ſerpentum.*] Senſus eſt. Maiore inquit concordia omnia in ſuo genere animalia ferme uiuunt quàm homines: quod quidem Plinius libro ſeptimo tradit in hunc ſenſum, ut alter ab altero mutuatus eſſe uideatur: ait enim. Denique cætera animantia in ſuo genere probe degunt, congregari uidemus & ſtare contra diſſimilia. Leonum feritas inter ſe non dimicat, ſerpentum morſus non petit ſerpentes, nec maris quidem beluæ ac piſces, niſi in diuerſa genera ſæuiunt. At hercule homini plura ex homine ſunt mala. *Sæuis urſis inter ſe conuenit.*] Id eſt inter urſos concordia eſt. Dicimus enim ſic: mulieribus inter ſe conuenit, & inter mulieres conuenit. Terentius in Ecyra. Ne-
B que conuenturum inter nos poſthac eſſe arbitror. Et mihi tecum hoc conuenit. Cicero: interfectam eſſe matrem ab Oreſte cõuenit mihi cum aduerſarijs, id eſt nulla mihi de cęde matris eſt controuerſia cum aduerſarijs. Et conuenit cum mercenarijs de precio. Fabius, quã-ti ueheret interrogaui, de precio conueni. *Indica tigris.*] Tigrin non ſolum Indi, ſed & Hyrcani ferunt, animal uelocitatis tremendæ. Martialis. Tigris ab Hyrcano gloria rara iugo.

Communi dare ſigna tuba, defendier ijſdem
Turribus, atq; una portarum claue teneri.
Sed iam ſerpentum maior concordia, parcit
Cognatis maculis ſimilis fera. quando Leoni
Fortior eripuit uitam leo? quo nemore unquam
Expirauit aper maioris dentibus apri?
Indica tigris agit rabida cum tigride pacem
Perpetuam, ſęuis inter ſe conuenit urſis.
Aſt homini ferrum lætale incude nefanda
Produxiſſe parum eſt, quum raſtra, & ſarcula tantũ
Aſſueti coquere, & marris ac uomere laſſi
Neſcierint primi gladios excudere fabri.
Aſpicimus populos, quorum non ſufficit iræ
Occidiſſe aliquem, ſed pectora, brachia, uultum
Crediderint genus eſſe cibi. quid diceret ergo,
Vel quo non fugeret, ſi nunc hæc monſtra uideret
Pythagoras? cunctis animalibus abſtinuit qui
Tanq; homine, & uentri indulſit nõ omne legumẽ.

Aſt homini.] Per comparationem priſcæ ætatis, ſcelera ſui temporis amplificat. Eſt enim ſenſus. Tanta inter ſe, inquit, homines hoc tempore impietate ruunt ad crudelitatem exercẽdam, ut parum habeant gladios ſibi fabricaſſe, quos antea fabri aſſueti tantũ inſtrumentis
C ruſticis excudere neſciuerunt, ut aſpiciamus etiam populos, qui non contenti hominum cæde, in eorum etiam corpora morſus inijciant. ac ſi diceret, ſatis impium uideri poterat, gladijs rem agi, niſi etiam homines cæſi comederentur. *Produxiſſe.*] Cudendo extendiſſe. *Raſtra.*] A radenda terra ſunt dicta. *Sarcula & marræ.*] Inſtrumenta ſunt ruſtica ad effodiendam terram, & purgandas fruges. *Laſſi marris ac uomere.*] id eſt, laſſi cudendo marras, & uomeres. *Populos.*] ſcilicet Aegyptios. *Genus eſſe cibi.*] Tanta eſt impietas, & rabies. *Quid diceret.*] Per amplificationem deteſtatur rem tam nefandam. Eſt enim ſenſus. Si Pythagoras inquit talia fieri uideret, quid non diceret? aut quo ſibi fugiendum non putaret in tanta rei atrocitate? Pythagoram autem nominat, quòd is quum ſentiret animas hominum poſt mortem in brutorum uel hominum corpora tranſire, carnibus abſtinuit, ne ſcilicet edendo in animas humanas ſæuiret, fabis etiam abſtinuit, unde ſequitur. Et uentri indulſit non omne legumen. Tradit Gelius ex auctoritate Ciceronis libro primo De diuinatiõe, Pythagoręis fabam interdictam, quòd inflationem afferat magnam, cumq; cibum tranquillitatem mentis quęrentibus, eſſe contrarium. quare Pythagoras ſpiritualem eſſe aſſeuerans, uelut à cognata abſtinuit, unde eſt illud apud Oratium in Satyris. O quando faba Pythagoræ cognata, ſimulq; Vncta ſatis pingui ponentur oluſcula lardo. Sed Ariſtoxenus autore Gelio, ſcribit nullo Pythagoram legumine ſæpius eſſe uſum quàm faba, quod
D ſenſim aluum ſubduceret, porculis quoque minuſculis & hœdis tenerioribus ſolitum ueſci ſcribit. Cicero tamen & Laertius teſtantur ijs eum abſtinuiſſe. Tradit Plinius fabam exiſtimatam eſſe hebetare ſenſus, inſomnia quoque facere, ob hoc Pythagorica ſententia damnatam. *Hæc monſtra.*] Rem tam nefandam, ut carnibus humanis ueſcantur. *Cunctis animalibus.*] Nam eorum poeta ſequitur opinionem, qui dixerunt Pythagoram cunctis animalibus abſtinuiſſe.

VIS *numerare queat.*] Hac Satyra quam nonnulli ſuſpicantur nō eſſe Iuuenalis referū- A
tur commoda, quæ multa honorificaq;, cum leges, tum imperatores, ut legitur apud Iuriſconſultos, militantibus ampliter indulſerunt. illud autem nō placet, quod aliqui tradiderunt, eum ſcripſiſſe hanc Saty. in Aegypto, cum à Paride pantomimo illuc fuiſſet miſſus in exilium, quum conſtet Paridem gratia & autoritate duntaxat ualuiſſe apud Domitianum. Et Iuuenalem opus ſuum ſub Traiano, ut commemorauimus in uita eius, ſcripſiſſe. Eſt ergo ſenſus. Tanta eſſe militiæ præmia & commoda, quanta numerari non facile queant. C. Mihi uero in hac Satyra Iuuenalis totus iron eſſe uidetur, totaq; Satyra ipſa perpetua ironia conſtare, id quod Satyrographis ualde proprium eſt, & familiare. Non quod militiam prorſus uituperet, B ſi patriæ propugnationem æquitatiſq; ſuſcipiat, ſed quod nimiam militum licentiam, & inſolentiam, quam uidentur priuilegijs militaribus nimis multis ſibi ſumpſiſſe, reprehendēdam exiſtimet. Quod cum aperte facere non auderet, ne in calceos & clauos militares incurreret, per ſpeciem laudationis taxauit, id quod cum alia multa, tum primum illud commodum declarat, cum ait. Ne te pulſare togatus audeat, imo etſi pulſetur diſſimulet, nec audeat excuſſos prætori oſtendere dentes. hoc enim quis laudandum eſſe dixerit. S.

SATYRA XVI

Militiæ mores & commoda magna uidete.

QVIS numerare queat felicis præmia Galle
Militiæ? nam & ſi ſubeantur proſpera caſtra,
Me pauidum excipiat tyronem porta ſecundo
Sydere, plus etenim fati ualet hora benigni,
Quàm ſi nos Veneris commendet epiſtola Marti,
Et Samia genitrix quæ delectatur harena.
Commoda tractemus primum communia, quorum
Haud minimum illud erit, ne te pulſare togatus
Audeat, immo & ſi pulſetur, diſſimulet, nec
Audeat excuſſos prætori oſtendere dentes,
Et nigram in facie tumidis liuoribus offam,
Atq; oculos medico nil promittente relictos.

Fælicis.] aut quæ à bellis ciuilibus longe abſit: nā militia illa nullo modo poteſt eſſe felix, quæ belli ciuilis ſanguine reſperſa fuerit. *Nam & ſi ſub.*] Senſus eſt, ſi inquit detur ut eamus in caſtra proſpera, i. quæ à ſanguine ciuili ſint penitus remota, illud optauerim, ut mihi prima militię ſtipendia auſpicāti benignitas ſyderū affulgeat. hoc aūt dicit ex diſciplina Aegyptia, in qua plurimū Petoſiris, & Necepſos laborauere. Nam perſuaſum eſt ex aſtrorū motu nō modo futura cognoſci, ſed felicitatē infelicitatēq; portēdi, unde eſt illud Iuue. Diſtat enim quæ ſydera te excipiāt modo primos incipientē edere uagitus. ſicq; docet poeta omnē in rebus humanis felicitatē ab aſtris ipſis & fatis pēdere, nec ijs aduerſantibus quicquam proſperū eſſe poſſe, unde ſequitur. Plus etenim fati ualet hora benigni. *Excipiat*] Optātus eſt. *Pauidum*] Epithetō tyronis. *Tyronem.*] Tyro dicitur nouus miles. *Porta.*] Nam in caſtris duæ erāt portæ, quarū altera prætoria dicitur, quę ad orientē ſpectare debet, aut illū locū q ad hoſtes reſpiciet. Altera uero Decumana appellatur, quę poſt prętoriū eſt, per quam delinquentes milites educūtur ad pœnā. autor Vegetius de re militari. *Secundo ſy.*] Benigno deorū nutu. *Plus e.*] Reddit rationē, quare ſyderū benignitas ſit optanda ingredienti militiā: quia momentū ipſum ſyderis benigni plus ualet ad felicitatē præſtandā, quàm ſi Venus per epiſtolā cōmendet nos ipſi Marti, qui deus eſt ipſius militiæ, & qui in gratiā Veneris multa faceret. Nam ei cum Venere cōſuetudo ſtupri fuit. *Genitrix, quæ delect.*] Periphraſis eſt Iunonis quæ colitur in Samo. mater enim fuit Martis, quem ut ſcrib. Ouid. in v. Faſt. concepit cōtactis genitalibus Floræ, quē Zephyrus oſtēderat Chloridi uxori, quam Lauini florā uocāt, uim generādi habere. D *Samia h.*] i. Samo ipſa harenoſa, & parū fœcūda. De qua ſic Apu. Rutatio omnis eſt in ſarculo & ſurculo, quorū prouētu magis fructuoſa eſt inſula quàm frugifera. inſula enim eſt Icarij maris antea Parthenia nominata, quòd ibi Iuno adoleuerit, ibiq; etiā Ioui nupſerit. illic enim eſt tēplum nobiliſſimū, atq; uetuſtiſſimū, & ſimulachrū habitu nubentis figuratū, & ſacra eius anniuerſaria nuptiarū ritu celebrātur. Eādē dea ualde dilexit, unde ē illud Vir. Poſthabita coluiſſe Samo. eſt etiā alia Samos inſula maris Ionij inter Dulychiū & Cephaleniā, de qua intellexit Ouid. illic: Dulychij Samijq;, & quos tulit alta Zacinthos. *Tractemus.*] Oſtendamus. *Commoda c.*] i. quę omnibus ſunt cōmuniter militibus. *Togatus.*] Militiæ nō aſcriptus: nam toga ſemper armis opponitur. unde Cic. Cedant arma togæ. fuit enim toga Romanorū, qua omnis ſexus & cōditio utebatur, unde Virg. appellauit Romanos rerū dn̄os gentēq; togatā. *Offam n.*] Tumorē nigrū ex percuſſione. Nā (ut diximus ante, & apud Perſiū illic, Aut quātas robuſti carminis offas Ingeris:) offa appellatur omnis res in tumorē creſcēs, unde fruſta carnis dicimus offas. Varro in Re ruſtica dicebat L. Volūnio ſenatori miſſam eſſe offulā cum duabus coſtis. Plin. item res cōtuſas, & in unum cōuolutas appellat offas ut eſt illud li. xiij. pomū purgatū tundūt, ſeruantq; eius offas. Et alibi. Amygdalinū oleū qd' aliqui uocāt neopū, areſactis, & in offam cōtuſis, exprimitur. *Liuoribus.*]

Bardiacus iudex datur hęc punire uolenti,
Calceus,& grandes magna ad ſubſellia ſuræ,
Legibus antiquis caſtrorum,& more Camilli
Seruato:miles nec uallum litiget extra,
Et procul à ſignis.iuſtiſsima centurionum
Cognitio eſt igitur de milite,nec mihi deerit
Vltio,ſi iuſte defertur cauſa querelæ.
Tota cohors tamē eſt inimica,omneſq; manipli
Conſenſu magno officiunt. curabitis,ut ſit
Vindicta grauior,quàm iniuria? dignum erit ergo

A Liuor proprie appellatur nigrum illud quod apparet in corpore flagellato:metaphoricos autem pro inuidia ſumitur. *Bardiacus datur.*] Vt attendas inquit militantium cōmoda,ſi uolueris accuſare militem,à quo fueris uerberatus,miles de milite erit iudex:quaſi dicat,militi fauebit,& tibi aduerſabitur.ut ſit ordo Bardiacus & calceus.& grandes ſuræ datur tibi iudex uolenti punire hæc:ut per tria hæc deſcribat ipſum centurionem,qui geſtare ſolet in caſtris cucullum bardiacum,& calceum clauatū,& qui magnus procerusq; eſt.Nam ex Gallia mittebatur ueſtis quæ Bardocucullus ſiue cucullus Bardiacus appellatur.Eratq; ueſtis uilis,& apta militibus:in qua etiā cubarent in caſtris,qua ſi quæ & ſimijs ob breuitatē & craſſitudinem cōueniret. unde Martialis in Diſtichis. Gallia Santonico ueſtit te Bardocucullo,Cercopithecorum penula nuper erat.Et in prima,Vrbica Lingonicus tyrianthina bardocucullus. Alibi poeta:Tēpora Sātonico uelas adoperta cucullo.de ea ſic & Iulius Capitolinus in P.Heluio Pertinace.Auctio ſane rerum Commodi,in his inſignior fuit ueſtis ſub tegmine ſerico aureis filis inſignior per tunicas,penulaſq; lacernas,& chiroditas Dalmatarum,& cuculli Bardiaci.Ergo per Bardiacum intelliges cucullum craſsioris lanæ,quo maxime Galli utuntur.Nam Bardi natio eſt Gallorum,quæ maxime,ut docet Strabo lib. tertio,laudationibus,rebuſq; poeticis ſtudet.De quibus Luc.Plurima ſecuri fudiſtis carmina Bardi. Ex Bardo igitur & cucullo fit Bardocucullus ſiue Bardiacus cucullus. Abſolute quādoq; ponitur bardiacus,ut hoc loco:ſicut etiā apud Mart.in iiij.Laſsi Bardiacos quod euocari. ſic etiam abſolute lauream enunciamus,quū etiam dicamus coronā lauream,ſic & multa alia.Bardi etiam dicuntur ingenio tardi. Nam apud Grecos *βραδὺς* tardum ſignificat.Plaut.in Perſa. Nimis tandem equidem pro barda & pro ruſtica reor habitam eſſe abs te.idem in Epidico. Me autē ſic aſsimulabam quaſi ſtolidum,quum bardum me faciebam.Cice.in lib. de Fato.Zopyrus phyſiognomon,qui ſe profitebatur hominum mores naturamq; ex corpore,oculis,uultu,fronte pernoſcere,ſtupidum eſſe Socratem dixit & bardum,quòd iugula concaua non haberet. *Calceus.*] Calceū mi-

B

C litarem intelligit,quem alio nomine caligam dixere. hic multis clauis ſuffigebatur ut diximus in tertia Sat.de quo ſic Ioſephus in bello Iudaico lib.ſeptimo ſcribēs de cæde Iuliani Hecatontarchi: calceos nanq; habens creberrimis atq; acutis(ut cæteri ſolent milites)clauis fixos,dum ſtrato ſaxeis cruſtis ſolo occurreret,labitur. *Grandes ſu.*] Id eſt magnæ ſtaturæ centurio.nam centuriones eligebātur,qui & proceri,& magnis uiribus eſſent,unde & in iij.Sat. Magna mox undiq; planta Calcor,hoc eſt plantis magnorum militum. *Ad m.ſ.*] Bene autē dixit ſubſellia,nam tribunalia maiorū ſunt magiſtratuū,ut conſulis & prætoris,ſubſellia uero minorū ut ædilium , quæſtorū iudicum. *Volenti pu.*] Id eſt togato uolenti & cupienti militem caſtigari per iudicem. *Legibus an.*] Subaudi ſeruatis,ut ſit ſenſus,non eſt mirum ſi miles militi datur iudex,quia uolunt leges caſtrorum antiquas ſeruari,quæ nō permittebant militē uocari ad iudicia extra uallum,neq; ad alium iudicem,quàm ad centurionem, *More Ca.*] Nam Camillus inſtituit,ne miles extra caſtra in ius uocaretur,ut mandatis imperatoris contra hoſtes dimicaturi præſto eſſet.hocq; inter alia militantium erat cōmoda,de quibus multa apud iuriſcōſultos cōmemorantur in Digeſtis lib.xlix.titulo De re militari,& ſequētibus. *Procul à ſi.*] Id eſt à uexillis & caſtris imperatoris. *Iuſtiſsima cent.*] Ergo inquit iuſte & merito datur iudex centurio,quandoquidē ita & legibus, & prudentia Camilli cautum eſt ad cōmodum reip.ne miles aliqua iudicij neceſsitate euocetur ex caſtris.ut ſit

D ueluti reſponſio iniquū non eſſe,ſi miles de milite iudicet. *Nec mi.de. ul.*] Senſus eſt, licet inquit miles iudex nobis detur,tamen & ego puniar ſi peccauero.ſed tamen hoc unum erit illico accuſatori incommodi,quòd tota cohors ei aduerſabitur,& ſtrepitu terrebit,ne grauius in militem quærat quàm fuit iniuria ipſius accuſatoris percuſsi. *Cohors*] Decem cohortes erant in unaquaq; legione,ut diximus in prima Sat.illic,Curam ſperare cohortis. *Manipli*] Manipulum Varro exercitus minimam manum eſſe tradit,quæ unum ſequitur ſignū,de quo ita Ouid.in Faſt.Illa quidem fœno(ſed erat reuerentia fœno:) Quātam tunc aquilas cernis habere tuas, Pertica ſuſpenſos portabat longa maniplos,Inde maniplaris nomina miles habet. *Officiunt.*] Conquerenti. *Curabitis.*] Vt ſint uerba cohortis, & cæterorū militum cū reprehenſione,uolentis ne grauius de milite ſumatur ſupplicium,quàm ſit eius delictum. Poeta philoſophice oſtendit iuxta menſuram delicti, modum etiam adhibendū plagarum.unde Cic.in Officijs. Cauendū eſt etiam ne maior pœna quàm culpa ſit. *Vindicta*] Illud obſeruandum,uindicta eſſe nominatiuū,& ultimam produci poſitione ſequentis dictionis. *Dignū erit er.*] Vagellus Mutinenſis fuit tēporibus poetæ cauſidicus audaciſsimus,qui cauſas uel periculoſas ſuſcipiebat defendendas. Ait ergo poeta, Poteris profecto dijudicari nō minus temerarius quàm Vagellus,ſi auſus fueris tu togatus offendere accuſando tot milites,unde tantū tibi immineat periculum. *Quū duo ha.cr.*] Id eſt quū poſsit aliqua corporis tui

pars

pars ulolari. ſolent enim multi ulciſcēdo, crura ſuccidere aduerſariis ſuis. C. Vnde Cicero pro A
Roſcio Amer. de Erucio calũniatore, & ſimilibus, ſub canum allegoria inquit. Quod ſi luce quoq;
canes latrent, cum Deos ſalutatum aliqui uenerint, opinor his crura ſuffringantur. S. *Declamatoris.*] Cauſidici, Declamare autẽ eſt forenſes actiones meditari. *Tot cal.*] Tot milites. Nam à caliga calciamento militari caligati milites dicuntur. Tranq. in Auguſto. Coronas uallares ac mura-

Declamatoris Mutinenſis corde Vagelli,
Quũ duo crura habeas offendere tot caligatos,
Millia clauorum, quis tam procul abſit ab Vrbe?
Præterea, quis tam Pylades molem aggeris ultra
Vt ueniat. lachrymæ ſiccentur protinus, & ſe
Excuſaturos non ſollicitemus amicos.
Da teſtem, iudex quem dixerit, audeat ille
Neſcio quis, pugnos uidit qui, dicere, uidi,
Et credam dignum barba, dignumq; capillis
Maiorum. citius falſum producere teſtem
Contra paganum poſsis, quàm uera loquentem,
Contra fortunam armati, contraq; pudorem.
Pręmia nunc alia, atq; alia emolumenta notemus

les, quæ honore præcellerent, ſæpe etiam caligatis tribuit. unde Caligula autore Trãquillo, cognomen à caſtrenſi ioco traxit, quia manipulario habitu inter milites educabatur. Auſonius: Catus cognomen Caligæ cui caſtra dederunt. *Millia clauorum.*] Appoſitio eſt. Nam caligæ clauis (ut modo diximus) ſuffigebãtur. qui ob hoc caligares nuncupãtur, unde alibi poeta. Clauus mihi militis hęret in digito. B

Quis tam procul abſit ab Vrbe? Præterea, quis tam Pylades.] Senſus eſt, quis eſt ille tam rudis tamq; ruſticus, aut tam amicus, qui uelit cauſam agere aduerſus militem: ut ſit ſenſus, ille uere imprudens & parũ peritus dici poteſt, qui imminente ſibi tanto periculo audet hoc augere. *Tam Pylades*] Tam amicus, ut uelit ſubire periculũ pro amico, ut Pylades fecit pro Oreſte, qui cum inſanientẽ in Tauricã uſq; regionẽ comitatus eſt, multa adiens pericula, ut amicus furore liberaretur. nota eſt fabula.

Vt ueniat molem agg. ul.] .i. intra caſtra ad centurionẽ. *Lachrymæ ſiccentur.*] Iudices ſolent aut lachrymis, aut amicorum potiſsimum interceſsionibus placari. Ait ergo poeta hęc non eſſe parãda, quando nec amici queant inueniri. Eſt ergo ſenſus, lachrymæ ſiccentur protinus .i. amoue ſtatim lachrymas, quia tibi nõ proderũt. eſt autẽ imperatiuus modus. *Nec ſollicitemus amicos.*] Qui ne ueniant ſe excuſabũt: Sicq; poeta oſtendit, paganũ & togatũ omni genere fauoris eſſe deſtitutũ, qui aduerſus militem agat. *Da te.*] Eſto inquit, ſit tibi dandus teſtis tuorũ uerberũ, quem iudex dixerit ſe accepturũ, neminem inuenias qui audeat teſtificari, & aperte dicere ſe uidiſſe quod uidit. C

Audeat ille] Nõ cum interrogatione, ſed per permiſsionẽ eſt legendũ: quaſi dicat, ſi audeat teſtificari, credam illum dignũ qui inter auos & maiores noſtros numeretur, qui ſumma fuere ſeueritate & animi conſtantia. Ordo autẽ eſt. ille neſcio quis, qui uidit pugnos militis .ſ. percutientis, audeat dicere uidi, & credã dignũ &c. i. ſi audeat dicere, credam illũ eſſe dignũ antiqua illa ſeueritate.

Barba & capillis.] Priſcis enim temporibus intonſi & demiſſa barba incedebant. *Citius.*] Senſus eſt, Facilius inquit inuenias, qui falſum dicat teſtimoniũ aduerſus hominem non adſcriptum militiæ .i. non militantem, quàm qui uerum dicat aduerſus militem, ita & dignitatem & potentiã ſuſpiciunt militis. Paganum autẽ oppoſuit homini militanti, ut ſint uocabula contraria, quod colligas ex iuriſcõſultis. Iuſtinianus in Inſtitutionibus lib. ij. De militari teſtamẽto. ſed teſtari quidẽ & ſi filij familię ſint propter militiã cõceditur, iure tamẽ cõmuni eadem obſeruatione, & in eorũ teſtamẽtis adhibẽda, quæ in teſtamẽtis paganorũ proxime expoſuimus. Vlp. titulo De militari teſtamẽto, eſt reſcriptũ à Diuo Pio in eo qui quũ eſſet paganus, fecit teſtamentũ, mox militare cœpit. Tertullus. omni modo poſthumus rũpet teſtamentũ illius, ſed ſi quidẽ pagano iã illo facto natus ſit. Quinetiã Paulus ſic ſcribit. Fiat teſtamentũ exemplo eius qui paganus fuit, deinde militare cœpit. Cor. Tac. unde & ſeditioſa colloquia, & inter paganos corruptior miles. Quibus exẽplis liquido apparet paganũ militi opponi: uideturq; inde origo uocabuli orta, quòd Roma, ut ſcribit Dionyſ. Halic. li. iiij. diuiſa erat in tribus quatuor quas pagos uocitabãt, in quibus habitantes pagani dicebantur, qui in nullã aliam habitationẽ transferri poterãt. paganos itẽ appellamus ruſticanos. Nã pagi dicuntur uici ſiue uillæ. πηγὴ enim fontẽ ſignificat, eo quòd iuxta fontes pagi conſtitui ſoliti ſint. D

Fortund.] Potentiã. *Pudorẽ.*] dignitatẽ, & contrà, id quod poſsit eſſe pudori & dedecori ipſi militi. *Sacramentorum.*] Id eſt militũ qui iureiurãdo in militiã ſunt aſcripti. hi autẽ erant iuſti milites, qui ſinguli iurabant pro rep. ſe eſſe facturos, nec à militia recedebãt, niſi cõpletis ſtipẽdijs. Tale genus militiæ ſacramentũ appellabãt. lege Vegenũ. de Sacramento ita meminit Valer. in ij. Po. Ro. operã dabat ne imperatoribus capite cęſos ſacramento rogare eſſet neceſſe. multi aũt ne ſacramẽto militari aſtringerentur, fugiebãt ex Vrbe, & tanquã ſerui in ergaſtulis deliteſcebant. unde Tranquil. in Tyberio. Supprimebãt nõ ſolũ uiatores, ſed & quos ſacramẽti metus ad huiuſmodi latebras cõpuliſſet. Sacramentũ itẽ lõge alia ſignificatione accipitur. Nã ut docet Varro, qui in iudicio petebat, & qui inficiabatur de alijs rebus, utriq; quingentos æris apud ſacrũ pontificẽ deponebãt. Qui iudicio uicerat, ſuũ ſacramẽtũ à ſacro auferebat, uicti ad ęrariũ redibat. Ea igitur pecunia quę apud ſacrũ põtificẽ deponebatur ab utroq; litigatore, ſacramentũ dicebatur. unde locus ille apud Valer. in vij. De teſtamẽtis reſciſsis à cõmentatorib. male eſt enarratus, ubi ſic ſcriptũ eſt. Sacramẽto cũ adoleſcẽtulo con-

A lo contendere auſi non ſunt. Nam ſacramentũ pro iureiurãdo acceperunt. Tu uero ita expone ut nos monuimus. ſacramento, id eſt ſponſione & pecunia depoſita apud ſacrum Pontificem. *Conuallem ruris auiti*] Si forte inquit acciderit, ut mihi togato, & non ſcripto in miliuã litigãdum ſit de fundo ſiue finibus perturbatis, aut aliqua alia re, annus mihi expectandus erit, qui inchoet lites totius populi, ſi uicinus improbus ademit mihi conuallem ruris auiti &c. *Conuallem.*] Cõuallem appellamus planiciẽ quaqua uerſum montibus circũſeptam, uallẽ uero, quę à duobus laterib. ſit mõtibus pręcincta. *Aut ſaxũ effodit*] Id eſt ſi terminũ è confinio euulſit. Nam lapis, aut ſtipes ad finiũ diſcretionẽ defodiebatur, ita ut ſupra terrã extaret, quẽ terminũ, ut deũ & coronis, & uictimis uenerabantur. unde Tibullus. Nã ueneror ſeu ſtipes habet defoſſus in agro, Seu
B uetus in triuiis florida ſerta lapis. Agnus huic immolabatur. Ouid. in Faſt. Spargitur & cæſo cõmunis terminus agno. Dionyſ. tamẽ ſcribit lib. ſecundo ex inſtituto Pompilij termino quotãnis pultibus & libis, atq; quibuſdã fructuum primitijs ſacrificari, ex qua conſuetudine ait poeta, Mea puls annua.

Sacramentorum: conuallem ruris auiti
Improbus aut campum mihi ſi uicinus ademit,
Aut ſacrum effodit medio de limite ſaxum,
Quod mea cum uetulo coluit puls annua libo,
Debitor aut ſumptos pergit non reddere nummos,
Vana ſuperuacui dicens chirographa ligni:
Expectandus erit qui lites inchoet annus
Totius populi: ſed tunc quoq; mille ferenda
Tædia, mille moræ, toties ſubſellia tantum
Sternuntur, iam facundo ponente lacernas
Cæditio, & Fuſco iam micturiente, parati
Digredimur, lentaq; fori pugnamus harena.
Aſt illis, quos arma tegunt, & balteus ambit,
Quod placitum eſt, illis præſtatur tempus agendi,
Nec res atteritur longo ſufflamine litis.

Limite.] Semita, quæ eſt in confinio agri. *Quod.*] Scilicet ſaxum. *Puls.*] Pulte longo tempore Romani uſi ſunt uice panis ut Plin. lib. viij. cap. viij. teſtatur. ea conficiebatur ex farina cocta cum aqua. *Debitor aut ſumptos.*] Aut fœnore, aut mutuo. *Dicens.*] Contendens. *Vana eſſe.*] Id eſt mendacia. Verg. Ni fruſtra augurium uani docuere parentes. Saluſtius in Iugurthino, Mauri genus uanum. *Chirographa.*] Quæ dicãtur, alibi docuimus ſupra. *Ligni.*] Nã in tabellis ligneis antiqui ſcribebant. *Superuacui.*] Superuacanei, & nihil proficiẽtis, quum ſcripta denegẽtur & debita, hocq; ex perſona poetę ridẽtis mores ſui tẽporis. ſuperuacuũ enim eſt tabellas in iudicium
C producere debitore ſcripta inficiante. *Lites totius populi*] Hoc uidetur dicere ex cõſuetudine antiquorũ apud quos in ordinem, ut docet Seruius exponens illud, ſi uno ordine habetis Achiuos dicebantur cauſæ propter multitudinem, uel tumultũ feſtinantium, cum erat annus litium. cauſæ enim audiebantur per ſortẽ ordinatæ. conueniebant enim omnes, & ex ſorte, dierũ ordinem accipiebant. Alij uero ſentẽtiam Seruij ut falſam improbãtes talem afferunt ſenſum: longum tẽpus erit tibi expectandũ, quod inchoet lites totius populi, hoc eſt diutiſsime tibi expectandum erit antequã conueniant ad iudicandũ centũuiri. Nam centũuiri ex trigintaquinq; tribubus, in quas totus pop. Ro. erat diuiſus eligebantur terni ex ſingulis tribubus, centum dicti, ut ſcribit Pompeius quamuis eſſent centũ & quinq;. Hi iudicabant de tutelis, agnationibus, depoſito, finibus, alijſq; ciuilibus cauſis, quales hic cõmemorantur à Iuu. ſed longis interuallis ad iudicandũ conueniebant. nec enim facile centum iudices cogebantur omnes, nec perpetuo ius dicebãt. Iccirco lites, quæ apud eos agebantur, in multam differebãtur diem. *Sed tũc quoq; mille f.*] Quũ tempus etiã agendę uenerit cauſę. *Mille m.*] Mille cũctationes, quũ difficile ſit tot iudices congregari. *Subſellia*] ut diximus minorũ ſunt magiſtratuũ, autore Pediano. *Toties tãt. ſter.*] Sternuntur inquit ſæpe ſubſellia tantummodo. nam iudices non ſedent, quòd maior pars abſit. *Iam facundo ponente lacernas Cæditio.*] Senſus eſt. Rari ueniunt iudices, & qui ueniunt ſedent ocioſi, nec nos audiũt, ita ut iam
D nos parati ad dicendum diſcedamus non audita cauſa. *Cæditio.*] Nomen eſt iudicis. *Ponente lacernas.*] Deponente lacernas, dum alios expectat iudices ueluti ueſtium onere grauatus.

Fuſco micturiente.] Quaſi longa ſedendi, & expectandi mora urinam contractam emittente. Id enim fieri ſolitum docet C. Ticius in oratione qua legẽ Faniam ſuaſit, notans mores ſui tẽporis, ut tradit Macr. lib. tertio his uerbis. Iudex teſtes poſcit, poſtea it mictum, ubi redit, ait ſe omnia audiuiſſe, tabulas poſcit, literas inſpicit, uix præ uino ſuſtinet palpebras. *Pugnamus*] Sumptũ ab gladiatoribus, qui in harena dimicant, ut ſit ſenſus, Deſcẽdimus inquit, ad certamen & cauſam agendam, ſed res in longum producitur. poteſt etiã ad illud referri, quòd qui lingũt mutuis, multiplicibusq; contumelijs ſe uerberant, ſed prior ſenſus magis placet. *Harena.*] Theatrum appellatur harena, quia harena ſpargeretur, quo facilius ludi celebrarentur. *Lenta.*] Quia lento iudicio cauſæ peraguntur. *Aſt illis.*] Sed milites inquit ilico ubi uolunt, audiuntur à iudicibus.

Quos arma tegunt.] Periphraſis militum. *Balteus.*] Cingulum proprie eſt militare ex corio, licet ab Apuleio capiatur pro quocunque cingulo etiam muliebri. inde milites dependebant arma, bullis aureis plerunq; ornabatur, unde eſt illud Perſii. Sed lato balteus auro Protegit.

Nec res atteritur.] Id eſt nec cauſa prorogatur, nec in longum ducitur, ſed ſtatim expeditur, aut res, id eſt patrimonium non abſumitur longa litis mora. *Longo ſufflamine.*] Longa

mora

mora. nam Sufflamen appellatur q rotæ obijcitur, ne currus retro currat, ſed ſiſtat. de quo diximus plura in octaua Sat. illic, Ipſe rotam ſtrinxit multo ſufflamine conſul. *Solis præterea*] Aliud militis affert cõmodum. Licet inquit militi uiuo patre teſtari, quum cæteris filiis familiæ hoc non liceat. Nam lege prouiſum eſt, ut quæ in militia eſſent per filium acquiſita, in arbitrio eſſent, & poteſtate filij, idq; peculium caſtrenſe dicebatur. unde ita legitur apud Iuſtinianũ De militari teſtamẽto. Sed teſtari quidẽ & ſi filij familiæ ſint, propter militiam conceditur. Et paulo infra, Et præcipue militibus, qui in poteſtate parentũ ſunt, quibus de eo qđ in caſtris acquiſiuerũt, permiſſum eſt ex cõſtitutionibus principũ teſtamentũ facere, quod quidem ius ab initio tantum militãtibus datum eſt, tam ex autoritate Auguſti q̃ Neruæ, nec non optimi imperatoris Traiani. *Non eſſe in corpore cenſus*] Non connumerari inter bona patris. B

Solis præterea teſtandi militibus ius
Viuo patre datur: nam quæ ſunt parta labore
Militiæ, placuit non eſſe in corpore cenſus,
Omne tenet cuius regimen pater. ergo Coranum
Signorum comitem, caſtrorumq; æra merentem
Quãuis iã tremulus captat pater. hunc labor æquus
Prouehit, & pulchro reddi ſua dona labori.
Ipſius certe ducis hoc referre uidetur,
Vt qui fortis erit, ſit feliciſſimus idem,
Vt læti phaleris omnes, & torquibus omnes.

Ergo.] Quũ ergo inquit pater cognoſcat in arbitrio filij ſui Corani eſſe, qđ per labores militares acquiſiuit, blãditijs tentat eũ captare, ut ab eo ſcribatur hæres, alluditq; ad illum Coranum de quo Oratius in Serm. Captatorq; dabit riſus Naſica Corano. *Signorũ*] Vexillorum. *Merentẽ æra*] Id eſt ſtipẽdia facientẽ. C. dicitur etiã meret ære. Lucan. Aere merent paruo. S. *Quãuis iam tremulus.*] Auaritiã ſui temporis notat. licet inquit etiam in extrema ſit ſenectute, tamen captat filium. *Hunc labor æquus prouehit.*] non eſt inquit mirum, tanto honore militem decorari: æquum enim eſt paria labori pręmia reddi. ergo labor ęquus, id eſt iuſtus prouehit hunc ſcilicet militẽ, id eſt extollit, & decorat. iuſtum autem appellat laborẽ, quia iuſtum eſt unicuiq; pro patria laborare. *Et pulc. reddi ſua dona labori.*] Hunc ego locum emendandum ſic puto, ut dicatur reddi, & nõ reddit, ut ſit ordo & ſenſus, & hoc uidetur referre ipſius ducis ſua dona reddi pulchro labori, id eſt ut pręmia ſua habeat pulcher ipſe militię labor, ea ratione. ſ. ut idem ſit feliciſſimus, qui erit fortis. i. qui fortiter fecerit: ut omnes lęti ſint phaleris & torquibus. niſi uelimus ita dicere, labor reddit ſua pręmia labori, quod mihi ſatis inſcitum uidetur, ut dicas labor labori reddit pręmia. ſenſus prior magis placet. *Sua dona.*] Propria pręmia. *Ipſius certe ducis hoc ref. uidetur*] Dux inquit in rem ſuam putat eſſe, ut ſui milites, C qui fortes ſint, ijdem ſint & feliciſſimi, & ornatiſſimi. quaſi dicat & imperator ipſe gaudet commodis militum, quos & phaleris, & torquibus ſtudet, uultq; ornari. *Qui fortis erit*] . ſ. miles ualidus & ſtrennuus. *Idem ſit felici.*] Paribus remuneretur pręmijs, quod iuſtitię munus eſt proprium. *Vt omnes.*] . ſ. milites. *Læti.*] Subaudi ſint. *Phaleris.*] Phalerę ornamẽta ſunt equorũ, declinãturq; numero tantũ plurali. Gręce τὰ φάλαρα dicũtur genere neutro, latinis mutatur a in e, ſicut τάλαντον, Latine talentum dicitur. de phaleris Verg. Primus equũ phaleris inſignem uictor habeto. Et Iuu. Vt phaleris gauderet equus. Ea etiam fuiſſe ornamenta militũ docet Gellius lib. ij. cap. ij. quum ait, Sicinium Dentatum donatum fuiſſe quadraginta haſtis, duodeuiginti phaleris. Plinius lib. xxxiij. cap. primo ſcribit ab ordine equeſtri phaleras poſitas fuiſſe ex indignatione quum Cn. Flauius creatus eſſet ędilis curulis. inde dicitur phaleratus. Terent. Dictis phaleratis ſeducis me. *Torquibus*] Torques ornamẽta erant militũ aurea, quę circa collũ geſtabant, ſumpto more à Gallis, unde Manil. Torquatus cognominatus eſt. Ouid. de Ponto. Nec torquẽ collo, nec habens crinale capillis. genere autẽ maſculino, & fœminino inuenitur. C. Et de his hactenus. quę in bonam partem accipiant iuuenes Satyrarum ſtudioſi, & ſi minus ſatisfactum, ſaltem uoluntatem & ſtudium noſtrum habeant gratum. S.

SEXDECIM SATYRARVM IVVENALIS
CVM COMMENTARIIS FINIS.

AVLI FLACCI PERSII, SATYRICI INGENIOSISSIMI ET DOCTISSIMI SATYRAE SEX, CVM QVINQVE COMMENTAtoribus, & eorum in ſingulas Satyras argumentis: ſcilicet

Iodoci Badij Aſcenſij.

Ioannis Britannici Brixiani.

Ioannis Baptiſtæ Plautij.

Aelij Antonij Nebriſſenſis.

Ioannis Murmellij Ruremundenſis.

QVIBVS SVIS LOCIS ACCESSERE,

L. Ioannis Scoppæ Annotationes.

C[illegible]nis Scholia nunquam antea edita.

Item Græcorum locorum quæ paſsim citantur, interpretationes.

Quibus omnibus Index ſubiunctus eſt ampliſsimus.

COMMENTARIOS in poetas non parum multi quotidie cum laude componunt, inter quos Ioannes Baptiſta Plautius apprime ſtudioſus, doctus, ingenij acumine præpollens, & mihi diſcipulus nuper cōdidit hæc annotamenta ad enodandos Perſij ſatyrographi nodos mire conducentia. Eſt itaq; caligo poematis tenebroſi immiſſa luce diſcuſſa, & ſalebritas læuigata. Lector ingredere, citra offenſationem à carceribus ad metas uſq; decurres. Vale.

IOANNES BAPTISTA PIVS AD PLAVTIVM.

Magnus Ariſtarcho titulum ſi laudis Homerus
Comparat, & iunctum ſcandit ad aſtra decus,
Viuet honos Baptiſtà tuus, monumenta minacis
Lucida te Perſi ſydera ad uſq; ferent.
Viuit ut alterno mutatus Caſtore Pollux,
Sic tua ſuccedent ſydera ſyderibus.
Syderibus laudis ſuccedent ſydera: fallor
Vna dabit maius lux geminata iubar.
Celſus erit Perſi laudis nitor, at tibi tanto
Maior honos, quanto uilior arte furor.

NICOLAVS ALDROVANDVS.

Cui licuit nitidos muſarum haurire liquores:
Et magnam ſacro fonte leuare ſitim:
Atq; poetarum obſcuros cognoſcere ſenſus:
Et ſuaue Ambroſio fundere ab ore melos:
Diſpeream, & Stygias rapiar Plutonis ad undas,
Faucibus inſani tradar & eſca canis:
Si non eſt Phœbi memorabilis ille ſacerdos,
Qui pangit ſuperis carmina digna deis:
Qui canit hiſtorias, & clara poemata narrat,
Ore q; facundo tetrica corda mouet,
Tam propte ut credas Ciceronem hoc eſſe locutum
Quo uidit maius Martia Roma nihil.
Quem quia ſacratis merſit Permeſſidos undis
Corpora, Baptiſtam Iulia Parma uocat.
Liuide aperta negas, naſo & ſuſpendis adunco:
Atq; mihi nullam credis ineſſe fidem:
Aſpice, & tunc roſeo ſudantem melle libellum
Perlege, quo Perſi carmina aperta manent:
Vt licet inuitus proclames Iuppiter, Iſte,
Iſte refert ſcriptis ſecula priſca ſuis.

CAMILLVS ALDROVANDVS.

Quiſquis auet Satyri ſenſus cognoſcere uatis,
Cerbereos morſus, Eumenidumq; faces,
Gradiuiq; ſonos, & fulmine dicta triſulco
Horridiora, ſales, uerbera, tela, iocos,
Spicula Romulidûm teneras penetrantia mentes:
Quid plus: & Perſi cor, genium, atq; animum,
Baptiſtæ hæc noſtri uideat monumenta magiſtri,
His ſtudeat noctu terq; quaterq; die.
Irriguo his fraudet radiantia lumina ſomno:
Et quicquid ſua mens hic cupit, inueniet,
Et credet (noſtræ bona erant præſagia mentis)
Hunc poſt extremos uiuere poſſe rogos:
Euboicos ſuperare dies, Pyliamq; ſenectam,
Tam retinet clauſum pectore grande ſophos.

IODOCI BADII ASCENSII

PRAEAMBVLA IN SATYRAS PERSII.

AESOPI illius Phrygis notiſsimi fabulatoris atq; in numero ſapientium uirorum merito habiti, lepidiſsimus inter primos Apologus celebratur, In quo tradit homines duas manticas habere, unam ante pectus, alteram à ſcapulis, tergoq; propẽdentem. Sed in priorem inquit aliena uitia immittimus: ideo & uidemus facile, in poſteriorem, noſtra abſcondimus, & uidere negligimus. Eſt enim cuiq; à natura ipſa ingenitus inſitusq; cæcus amor ſui: quem Græci uno uocabulo φιλαυτίαν uocitarũt, atq; ei quidem uitio facile omnes (ut inquit Plato) ueniam damus cum interim nulla humano generi peſtis capitalior incubuerit. ut quæ neminem ſuijpſius iudicem eſſe integrum, aut incorruptum patiatur: quippe amatorem cæcum (ut Horatius inquit) amicæ turpia uitia decipiunt, aut etiam ipſa hæc delectant. Quocirca danda præcipue opera eſt, non tam ut quæ proxima nobis cognataq; ſunt, quàm ſuapte natura honeſta, ac laudabilia uidentur conſectemur, ſimusq; ſui quiſq; acerrimi cenſores. ne dum uoſmet nobis ignoſcimus, atq; aſſentamur, ueritatẽ deſeramus, quę (ut idem inquit Plato) dijs pariter & hominibus omnium fons eſt & origo bonorum. Recte itaq; in Apollinis Pythij foribus illa è cœlo delapſa ſententia inſcripta fuit, γνῶθι σεαυτόν. qua ſcilicet præciperetur ſe quiſq; uti noſſet. hoc eſt ut manticam illam, quæ ſit in tergo reuocatam quandoq; ad pectus inſpiceremus, tam uarium profecto, tamq; multiplicem malorum omnium theſaurum, tantam morborum uitiorumq; omnium copiam offenſuri, ut ſit quaſi aduerſus leonem, & hydram, gorgonas, harpyiasq; non quidem Hercules, Perſeus, aut Aquilonis filij, ſed ipſa omnino Pallas, hoc eſt philoſophia cœlitus aduocanda. ut in hæc tam tetra, dira, horribiliaq; monſtra ipſa Iouis rapidum iaculetur nubibus ignem: ipſa noſtris medeatur affectibus ſpargátque ſalubres Ambroſiæ ſuccos, & odoriferam panaceam. Cæterum medicinæ hanc opem pleriq; ideo haud imploramus, quòd tam graui animi morbo laboramus, ut ne ægrotare quidem noſmet intelligamus: ſimiles illis, qui torpentia atq; obſtupefacta membra, uel ob id ipſum ſana eſſe arbitrantur, quòd præmortua ſint: ſenſusq; omnis dolorisq; expertia. quapropter ut medici ſæpe eiuſmodi corporis partibus ferrũ adhibent, aut cauterium, quo ſcilicet uires ipſarum, uel conſopitæ excitentur, uel fugatæ reuocentur: ita nos profecto his potiſsimum hominibus, noſtros curandos animos tradere debemus, qui labem, peſtemq; illorum omnem cunctaq; perturbationum ſemina, ſeu ferro, & flammis radicitus exurpant. quales ſcilicet ei potiſsimum poetæ cenſentur, qui aut Romanam hanc Satyram, aut Athenienſem illam ueterem comœdiam ſcriptitarunt. Itaq; Socratem dicere ſolitum ferunt: oportere unumquenq; etiam de induſtria eiuſcemodi ſeſe ſcriptoribus offerre: nam ſi noſtra inquit uitia exprobrabunt, corrigemus, ſi aliena nihil ad nos. quòd ſi hoc durius cuipiam uideatur, at certe ſumere ex alijs licebit exemplũ nobis, quod ex uſu fiet, atq; in hoc potiſsimũ ſcriptores tanquam in ſpeculum diligenter inſpicere, qui ſoli normam uitæ rectam, prauamq; ſeu digito indicantes, quæq; ſequenda forent, quęq; euitanda uiciſsim: illa prius creta, mox hæc carbone notarint. ut cum nos ipſi nouerimus, hoc eſt animi temperantes (ut Plato in Charmide exponit) euaſerimus, in ipſa demum philoſophiæ adyta, atq; penetralia accipiamur. Veriſsimum quippe eſt, quod Pythagoricus Lyſis in Epiſtola ad Hipparchum ſcribit, qui corruptis obſcœnisq; moribus, ſpeculationes ſermonesq; diuinos immiſceat, nihil omnino ſecus agere, quàm ſi cœnoſo puteo liquidiſsimam infundat aquam, quæ & cœnum conturbet, & ſuam ipſius contaminet puritatem. Quapropter bene ueteres primam quandam philoſophiam poeticen eſſe aiebant, ab eaq; potiſsimum ſapientiæ auſpicabantur initia: quippe cuius præceptis, atq; exemplis ſenſuum labes omnes, maculæq; abſtergerentur. Vnde etiam Athenienſes feſtis Liberi patris, quæ Dionyſia illi, noſtri Bacchanalia, ſeu Liberalia uocitarunt, cum poeſis alia genera, tũ in primis ueteres comœdias in quibus uitia hominum taxarentur adhibuerunt, quòd hunc præcipue deum purgandis præeſſe ſenſibus opinabantur. Legendi itaque poetæ quidem omnes pertractandiq; ſunt, ſed ei tamen inter primos, per quos, ut eſt apud Martialem, agnoſcat mores uita, legatq; ſuos. Nunc quæ ſit origo Satyræ breuiter colligamus. Mos fuit antiquis Athenienſibus adhuc quidem per pagos diſperſis atq; agriculturæ operam dantibus, ut cum ſoluti ab opere ruſtico eſſent, genioq; indulgerent, quædam inter ſe iocularia conuicia per ludicrum funderent, qui mos deinde in pompam quoq; ac ludos deorum uocatus eſt, ita ut ſuperſtantes plauſtris ſaltarent, pariter & in obuium quenq; ſcommata iacerent, deinde extemporanea quoq; poemata effuderent. quare adhuc Græci cum quenquam grauius conuitiatum prouerbio ſignificant ἐξ ἁμάξης eum dicunt, hoc eſt, è plauſtris eſſe locutum. Hos deinde poetæ imitati partim antiquam comœdiam iocis atque amaritudine refertam, partim Satyricam fabulam excogitarunt argumentis dictisq; iocularibus compoſitam. in qua non reges modo atq; Heroes, ſed Satyri etiã inducerentur ludendi cauſa iocãdiq;, ſimul ut ſpectator inter res tragicas ſeriasq; Satyrarũ iocis & luſibus delectaretur. De qua Horatius

Carmine qui tragico uilem certauit ob hircum:
Mox etiam agreſtes Satyros nudauit, & aſper

Incolumi grauitate locum tentauit, eo quòd
Illecebris erat & grata nouitate morandus
Spectator, functusq; ſacris & potus & exlex.

Erant autem tragicis comicis Satyricisq; poetis communia quædam. nam quadratum habebant chorum præmijq; loco hircum aut muſtum accipiebant, eorumq; dramata in proſcenio recitabantur. Cæterum comœdia riſum continebat & ſcommata: tragœdia luctus atq; lamenta: ſatyrica hilaritatem lachrymis admiſcebat atq; eiulatu in lætitiam delinebat. Chorus item tam Satyræ quàm tragœdiæ ſexdecim perſonis conſtabat cum eſſent in comœdia quatuor ac uiginti.

Scena præterea Satyrica, ut autor eſt Victruuius, arboribus, ſpeluncis, mõtibus, reliquisq; agreſtibus rebus in topiarij ſpeciem deformatis ornabatur. Qui Craeno eius inuentionem attribuunt, imperiti ueterum lectionis deprehenduntur: quando Aeſchylo etiam qui aliquanto prior quàm Cratinus ætate fuit, primæ à philoſopho Menedemo, ſicut Achæo ſecundæ deferebantur. Scripſit & Prannas quidam, & Lycophron, & Demetrius Tarſicus, & Xenocrates, & Phliaſius Timon, & alij apud Græcos permulti. Sed & Romanis gentilis fuit atq; uernacula iocularis & Satyrica mordacitas. quod cum Feſcenini indicãt uerſus qui rudes atq; incompoſiti nuptialibus ſacris iaciebantur alternis, cuius rei exemplum etiam apud Catullum habemus: tum licentiora illa carmina quæ in triumphantes uulgo canebantur à militibus, qualia ſcilicet illa ſunt apud Suetoniũ. Ecce Cæſar nunc triumphat qui ſubegit Gallias, Nicomedes nõ triumphat qui ſubegit Cæſarem. Item. Vrbani ſeruate uxores, mœchum caluum adducimus. unde Martialis.

Conſueuere iocos ueſtri quoq; ferre triumphi,
Materiam dictis nec pudet eſſe ducem.

Factum deinde ut cum Romani (quemadmodum apud Liuium eſt) peſtilentia laborarent: inter alia cœleſtis iræ placamina ſcenici quoq; ludi inſtituerentur. Ac primo quidem ſine carmine ullo, ſine imitandorum carminum actu ludiones acciti ex Hetruria ad tibicinis modos ſaltantes, aut indecoros motus more Thuſco dabant. Imitari deinde eos iuuentus ſimul inconditis inter ſe iocularia fundentes uerſibus cœpere. Paulatim deinde proceſsit artificium, cœpereq; hiſtriones non iam ſicut antea Feſcenino ſimilem incompoſitum ac rudem uerſum alternis iacere, ſed impletas modis Satyras deſcripto iam ad tibicinem cantu motuq; cõgruenti peragere, quibus & Satyriſtarum interueniebant chori, Sileniq; tunicis uilloſis ac florum uarietate amicti, Satyriq; perizomata & hircorũ pelles induti, qui etiam uituli marini pilũ erectiorem pro cæſarie habentes, qui grauiores quoq; motus ludicra geſticulatione imitãtes, ſalſa quoq; dicacitate riſum prouocabãt. Poſt hoc Liuius Andronicus primus Satyris eſt auſus argumento fabulam ſerere: iamq; ad legem fabularum ab irriſu & ioco res auocabatur, & luſus paulatim in artem uertebant. Itaque iuuentus hiſtrionibus fabellarum actu relicto ipſa inter ſe more antiquo ridicula intexta uerſibus iactare cœpit: à quo exodia emanarunt, quæ conſerta dein fabellis potiſsimum Attellanis ſunt. unde Iuuenalis, Vrbicus exodio riſum mouet Attellanæ Geſtibus Autonoes. Attellanas autẽ ab Oſcis acceptas iuuentus tenuit, nec ab hiſtrionibus pollui paſſa eſt. eo inſtituto manſit ut auctores Attellanarum nec tribu mouerentur, & ſtipẽdia tanquam expertes artis ludicræ facerẽt. Differunt autem Satyrica & Attellana, quòd in illis aut Satyrorum perſonæ ut Satyrus canus, Satyrus imberbis, Satyrus barbatus, aut ſi quæ ſunt, ridiculę ſimiles Satyris inducebãtur, ut Autolycus etiã buris, ut Sileni omnes quidem. ſed is quoque inter alios qui pappos à Græcis hoc eſt auus appellabatur, cuius facies torua, atque aſpectus truculentior quàm cæterorum ac ferino ſimilis effingebatur. In Attellana autem obſcœnæ erant perſonæ ut mœchus. Hæc in ciuitate Oſcorum Attella primum agi cœpta, à quo eſſe putant obſcœni uocabulum denominatum. atque hoc uidelicet Cicero in Epiſtola ad Marium ſignificat. Non enim te puto inquiens Græcos aut Oſcos ludos deſideraſſe, præſertim cum Oſcos ludos uel in ſenatu noſtro ſpectare poſsis. Ita in Vrbẽ ſcilicet Attellanarum licentia immigrauit, ita à Latinis Satyrica quoq; fabula recepta eſt. Sed cũ nominatim homines à principio carperentur, luſusq; etiam libertas in licentiam iam cõtumeliamq; uerteretur, cumq; honeſtæ etiam perſonæ fœdius notarentur, lata Romæ lex ut ſi quis malũ carmen in quenquam ſcripſiſſet, eius rei ius iudiciumq; eſſet. ita metu pœnæ ſcenici poetæ à maledicendo deſtiterunt. Qua de re ad hunc modum ſcribit Horatius:

Agricolæ priſci fortes paruoq; beati:
Condita poſt frumenta leuantes tempore feſto
Corpus, & ipſum animum ſpe finis dura ferentem:
Cum ſocijs operum pueris, & coniuge fida
Tellurem porco, Siluanum lacte piabant.
Floribus & uino Genium memorem breuis æui.
Feſcenina per hunc conuncta licentia morem
Verſibus alternis opprobria ruſtica fudit.
Libertasq; recurrentes accepta per annos
Luſit amabiliter, donec iam ſęuus apertam
In rabiem cœpit uerti iocus, & per honeſtas
Ire domos impune minax, doluere cruento
Dente laceſsiti, fuit intactus quoque cura

Condi-

Conditione ſuper communi. quin etiam lex
Pœnaq; dicta, malo quæ nollet carmine quenquam
Deſcribi. uertere modum formidine fuſtis
Ad benedicendum, delectandumq; redacti.

Sed exutit deinde Scipionis ac Lælij ætate, acerrimi poeta ingenij miraq; eruditionis atq; urbanitatis Lucilius ex Arunca urbe, homo haud quidem tenui cenſu: libertate autem tanta ut cũ primus ipſe nouiſsimam hanc Satyram excogitaſſet, non modo ſummates uiros Lupum Albuuum, Q. Metellum præterea Scæuolam, permultosq; item nominatim ſciderit, ſed uniuerſum quoque populum Romanum probroſis carminibus lacerauerit, ac ne mortuis quidem poetis, Euripidi, Ennio, Accio, Pacuuio cæterisq; item illuſtribus pepercerit. ſed ſcripta uniuſcuiuſq; ſingulari acerbitate obtrectauerit. itaq; dictus eſt primus condidiſſe ſtyli naſum, quòd naſo uidelicet ſumma irriſio atq; uituperatio ſignificetur. quem tametſi fluere lutulentum dicit Horatius, & eſſe aliquid quod tollere poſsis, tamen inſignem gloriam multorum iudicio reportauit, adeo etiã à non nullis probatus, ut non Horatio tàntum & Perſio, ſed plane omnibus poetis anteferretur. Ab hoc igitur uetus illa dicacitas, quam fuiſſe Græcis Latinisq; uernaculam ſupra oſtendimus, translata in Satyram eſt: quæ ſic arbitror dicta ab antiquæ illius fabulæ argumento, quòd in hac quoq; ridiculæ res pudendæq; dicuntur, quę uelut à Satyris proferuntur & fiunt. Sunt autẽ Satyri Liberi patris comites corniculis inſignin atq; capripedes, qui tres præcipuas ſaltationũ ſpecies quæ in theatris uſurparẽtur, cordaca, ſicinum, atq; emmelian inuenerunt, ſingulas ab inuentorum nominibus appellatas. unde Ouid. Quid non & Satyri ſaltatibus acta iuuentus Fecere? & Catullus cum Thyaſo inquit Satyrorũ. Atqui & Siculus Diodorus Satyros in Aethiopia Dionyſio ſcribit oblatos, comas umbilico tenus habentes. Et Diuus Hieronymus talem quendam ab heremita Antonio uiſum affirmat, qui ipſe ex eorum numero ſe eſſe affirmauerit, quos uano inquit errore deluſa gentilitas, Faunos Satyrosq; appellet. Ferũtur & in ſubſolaris Indiæ montibus Catardulorum regione Satyri eſſe perniciſsimum animal tam quadrupedes quàm recte currentes humana effigie, qui propter uelocitatem niſi ſenes aut ægri nõ capiantur. Ab his igitur Satyrica fabula primũ apud Græcos appellata. ab ea quæ Satyra altera antiquior q̃ hæc de qua agimus quæ uario poematum genere conſtaret, qualem ſcripſiſſe Ennius diuerſo carminũ numero, Pacuuiusq; dicuntur. quales & Marcus Varro Romanorum eruditiſsimus compoſuit, quas alij Cynicas ipſe Menippeas appellauit. ut quæ inſcribitur Neſcis quid ueſper uehat. Et de Officio mariti. Et Teſtamẽtum. & illę quæ Græcos habent titulos. ut περὶ ἐδεσμάτων, id eſt De eſculẽtis. ὄνος λύρας, id eſt aſinus ad lyram. γεροντοδιδάσκαλος, id eſt ſenũ præceptor. ὑδροκύων, id eſt hydrocyon. ὕδρος enim hydrus, & κύων canis eſt. ἱπποκύων, id eſt hippocyon, quia ἵππος equus, & κύων canis. aliæq; permultæ. Quas omnis uir ille doctiſsimus iucunditate quadam atq; hilaritate conſperſit, multaq; ex intima philoſophia admiſcuit, multa dialectice dixit, omnino autem uarium & elegans (ut Cicero affirmat) omni fere numero poema compoſuit, Menippum imitatus Cynicũ philoſophum, qui fuiſſe Phœnix dicitur, ſeruus Batonis Pontici, librosq; multo riſu referſiſſe, ut quos inſcripſit teſtamenta, ut compoſitas epiſtolas ex deorum perſona ad phyſicos, mathematicos, grammaticos. ut Epicuri fœtus, ut imagines, aliaq; huiuſmodi quæ tamen nonnulli Dionyſio & Zopyro Colophonijs aſcripſerunt. Atq; hic ille eſt Menippus, cuius perſonã Lucianus Syrus ſuis quoq; dialogis identidem inſeruit. Hinc itaq; Satyra quoq; hęc nouiſsima uериſimilius appellata uideri poteſt, quàm aut à lance, quę referta uarijs primitijs ſacris inferretur, aut à genere farciminis multis rebus referto, cuius Varro in Plautinis quæſtionibus meminerit, aut à lege Satyra, de qua Lucilius & Salluſtius faciunt mentionem. Tentauit autem poſt Lucilium genus hoc ſcribendi Varro Citarinus, ſed ſucceſſu caruit. Hunc inſecutus Horatius eſt, maxime terſus, ac purus mireq; in deridẽdo uafer. Dein Perſius hic noſter, quem ſuſcepimus enarrandum, multum & ueræ gloriæ, quamuis in uno libro meruit, ut affirmat Quintilianus. hic autem non Ligur, ut quidam ſomniant, ſed Hetruſcus, Volaterrisq; natus, Neronis ætate floruit, mágiſtro uſus Cornuto, annumq; undetrigeſimum agens exceſsit è uita. nam quæ præterea de illius uita ex antiquis aliquot incertæ, ac friuolæ auctoritatis commentarijs circumferuntur, ea neq; adducere in medium, neque aut affirmare, aut refellere in animo eſt. Hoc ipſum deinde pelagus & Iuuenalis ingreſſus, uelisq; uſus maioribus, lõgius aliquanto quàm cæteri progreſſus à portu eſt. Hac igitur quadriga Romana inuecta Satyra ad ignotam Gręcis hominibus palmam decucurrit. Charactere uſi ſunt Satyrici eodem ferme quo ueteres comici. Summa illis inæqualitas, modo exiles, ac tenues, modo exultantes & uelut ampulloſi: nunc ſtricti, & caſtigati, nunc uagi, atq; effuſi: plerunq; autem obſcuri, operòſi, implicati, cultuq; quodam florentes acquiſititio, atq; affectato. Idiotiſmum pręcipue adamant, item quę inter oratorias ac poeticas uirtutes raro procedit, magnoq; indiget temperamento. nuda ſunt uerba illis, propria, ſignificantia, energiæ plena: non Gręca tamen non alioquin peregrina: non trita quoq; uulgo & exculcata, non ſordida, non obſcœna, & ſcurrilia reformidant. Multa aſpere, multa ſeuere, multa blande, multa item ambigue dicunt, & ſubdole. Toti urbanitate & ſalibus, toti ſcatent ſenſiculis, atque acuminibus, nunc omnia oblinunt felle, nunc aceto conſpergunt, nunc iocis & laſciuia condiũt, nunc mundi, nitidi, candidi: nunc horridi, agreſtes, ſqualidi: nunc leniculi, improbi, petulantes: nunc uehementes, incitati, minaces. Reprehendunt acriter, inſultant impotenter, uafre cauillantur, aſtute obrepunt, effluunt lubrice, tergiuerſantur, illudunt, diſsimulant, ardent, uerſant, ſuſpen

dunt,feriunt,pungunt,prouocant,titillant,ſtomachantur, attonant ceu fulmine omnia, & concuuunt.ac de Satyra quidem hactenus.

Quorundam ad operis huius expoſitionem per Iodocum Badium Annotationes.

POetæ huius uitam ex alijs commentarijs notiorem puto q̃ ut de ipſa plura dicam, memineris tamen lector qui in noſtram ſententiam iturus es:ex eo quod procemio ſuo poeta dicet, Quis expediuit pſittaco ſuum Chære &c. non ſatis conſtare, cum fuiſſe tenuium opum. Longe ſiquidem alius eſt illius præfationis contextus, lõgeq; alia poetæ mens. ut illic dicturi ſumus. Titulus quoq; operis iam notus eſt. Inſcribitur enim ſic. A. Perſij Flacci Satyrici, Satyræ, ſeu Satyrarum liber aut opus, & in Satyras Prologus, aut Procemium, aut Epigramma. Pro quo ſciat literarum tyrunculus & in grãmatica arte adhuc nouicius, primo titulum cõſtare ex nomine libri & autoris cum merito eius, ſecundo nominum propriorũ quatuor eſſe ſpecies. Sunt etenim prænomina, nomina, cognomina, & agnomina. Prænomina ſunt quæ proprijs nominibus præponũtur honoris aut cõgratulationis gratia, unde Horat. in Serm. Gaudent prænomine molles Auriculæ. Sũt aũt huiuſmodi. Publius, & ſcribitur P. Aulus, & ſcribitur A. Caius, & ſcribitur C. profertur tamen Gaius. Titus, & ſcribitur T. Marcus, & ſcribitur M. Lucius, & ſcribitur L. Gneus, & ſcribitur Cn. & ſimilia. Prænominib. aũt etiam fœminas eſſe appellandas, teſtimonio ſunt (ut inquit Feſtus) Cecilia & Tarracia, quæ ambæ Caiæ ſolitę ſunt appellari. Nomina ſunt ſua cuiuſq; uocabula & quæ ſingulis induntur imponunturq; propria, ut Antonius, Cecilius, Cecilia, Catharina. Cognomina ſunt cognationis nomina, hoc eſt generis & familiæ. ut Iulius, Aemilius, Scipio, Fabius &c. Verũtamen hæc fere omĩa primũ gnomina fuere, & poſt in cognomina tranſierũt. Agnomina enim ſunt quæ proprijs nominibus addũtur ob aliquẽ euentũ, ſiue in naſcẽdo ut Lucij qui luci nati ſunt, Manij qui mane. Agrippę qui ægro partu. i. pedibus ante prodeũtibus editi ſunt. Cęſones uel Cęſares qui cæſo matris utero prodierunt, quomodo prodijſſe dicitur primus de cognominatione Cæſarũ. nõ tamẽ ipſe Iulius Cæſar, cuius matrẽ diu poſt partũ eius uixiſſe cõſtat. Siue in mẽbrorũ notis, ut Naſones à magnis naſis, Labeones à labijs extãtibus, Criſpi à criſpitate capillorũ. Siue à rebus utcũq; geſtis. ut Torquatus à torque quẽ Gallo detractũ ſibi impoſuit, Coruinus à coruo ſuper ipſum inter pugnandũ ſidente. Itẽ à cultu egregio leguminũ (nam agriculturę plurimũ incubuere uetuſtiores Romani) ut Fabij à fabis. Piſones à piſo ſiue à pinſendo. Lẽtuli à lente. Cicerones à cicere. Præterea à uictoria. ut Aphricani qui Aphricam aut Carthaginem potiſſimã eius ciuitatem uicere, Numantini qui Numantiã, Germanici qui Germaniã, & ita de multis alijs. hoc modo Sulpitius & quidã recẽtiores nomen & cognomẽ diffiniuere. Sed Diomedes & Sergius ecõtrario nomen propriũ uocant gentilitiũ, id eſt quod originem gẽtis & familiæ declarat, ut Porcius, Cornelius, Iulius: Cognomen autẽ inquiunt proprium eſt, & nominibus gẽtilitijs ſubiũgitur, ut Cato, Scipio, Cæſar &c. Sergius dicit q̃ nemo poteſt eſſe ſine cognomine, accipiens cognomen pro nomine proprio, ſed prior uia magis ad uocabula accedit, eiusq; fere autor eſt Priſcianus. Publius ergo & Aulus prænomina ſunt, ſed quia unius duo non ſunt prænomina, nõ dicam Publij Auli. ſed Auli tantũ, uetum ineptuli reperientes ſcriptum. P, Auli. legerunt Pauli. quo modo accepi primos qui Gandauũ incoluere reperientes in tropheis in colliculo ubi nunc diui Petri phanũ eſt, nõdum condita ciuitate editis, C. Antonij, uoce qua profertur ſcriptũ. G. Ant. legerũt. Gant quod nomẽ Galli ciuitati dedere. Perſius nomẽ eſt propriũ. Flaccus cognomen. Satyricus epitheton loco agnominis, quia Satyrã ſcripſit. Satyra aũt eſt maledicũ carmen hexametro uerſu, gracili ſtylo à Romanis ad uitia coercẽda, ſine manifeſta uiuentiũ nominatione inuentũ, ex ueteri quidẽ Gręcorũ comœdia trahens ortũ, & à Satyris deis ſyluestribus, nomẽ. De quibus in expoſitione Sermonũ Horatij plenius diximus, probauimusq; ex Donati auctoritate potius à Satyris q̃ à lege, aut lance, aut ſaturitate denominari, dicente Horatio in Arte poetica. Carmine qui tragico uilem certauit ob hircum, Mox etiam agreſtes Satyros nudauit &c. Præterea diximus quare in ueteri comœdia Satyri eſſent, utpote quia obſcœna & laſciua dictu à Satyro deo impudico & laſciuo potius q̃ ab homine dicenda ſint. Qualitas carminis Satyrica eſt: ſed in hoc uno duplex, Nam in præfatione uſus eſt Iambico ſenario trimetro. In Satyris autem hexametro Satyrico. Siquis cauſam quærat, manes petat unde cur ita poeta uoluerit diſcat. Eſt tamen ueriſimile ideo uoluiſſe ut pręfatio à principali opere etiã in genere carminis diſtet, uel ut Satyrę originẽ oſtendat quã Flaccus ex ueteri comœdia ortam dicit primo Sermonũ ſic. Eupolis atq; Cratinus, Ariſtophanesq; poetę, Atq; alij quorũ comœdia priſca uirorũ eſt: Si quis erat dignus deſcribi, q̃ malus aut fur, Aut mœchus foret, aut ſicarius, aut alioqui Famoſus, multa cũ libertate notabãt. Hinc omnis pẽdet Lucilius, hoſce ſecutus Mutatis tantũ pedibus numeriſq;. Cõſtat autẽ ueterẽ comœdiã Iãbico ſenario trimetro ſcriptã eſſe, cuius legẽ Britãnicus recitat: ſimulq; quare cũ ſex ſint pedes trimetrũ dicatur & non hexametrũ. Quia enim inquit Iambus ut Flaccus ait: pes citus eſt, ideo bini pedes menſurã unam, quod metrũ uocatur, conſtituũt. Sed quare inquies potius Iambus pes citus dicitur q̃ trochęus cũ totidẽ ſyllabis totidẽq; tẽporibus cõſtent? Nẽpe quia in Iambo ſyllaba breuis pręcedit ubi nõ iuuatur prolatione, in trochæo ſequitur ubi finalitatis gratia nõ multo correptius q̃ lõga profertur. ſcimus eñ etiã in cãpana ſonãte ultimũ ſonũ longiſſimũ audiri. Et ideo in omĩ genere carminis, ultima cõmunis ſyllaba ſemper erit. Ideoq; cõſonans in ſonũ uocalis exiẽs, quia proprius ſonus eo q̃ pręcedit parũ ſonat, muta uocatur. In proprium autẽ ſonũ finita, quia tantũ fere quantũ uocalis ſonat dicitur ſemiuocalis. Quia autẽ Iambus pes

citus

citus & concitate pronunciandus eſt, ſermo aũt concitatus iraſcentibus & indignantibus conuenit, ideo Satyricis olim, dum liberius in quẽuis excandeſcere licitũ fuit, conueniebat. Lata aũt lẽge ne quis uiuentẽ ſub proprio nomine carpat, neue libellũ famoſum edat, hexametrũ ſuſcepere, eo quod carmẽ graue eſt & doctrinis eruditionibusq; aptũ. Diſtat tamen in ſtilo multũ & ab heroico carmine, ſicut in explanatione Horatij diximus. Nam ſtilus remiſſior eſt, ſentẽtiæ acerbiores, quia continent exclamationes frequentes & indignationes uehementes. Argumentũ ſiue ſubiectũ uilius, quia inſectatur uitia hominũ. Poteſt aũt (& ita olim fiebat) in omnibus locis Iambus poni præterquã in Satyrici carminis fine. hoc eſt ſexto loco. ubi ſpõdęus optime quadrat, ne leuẽ & cadentem exitũ habeat. Eſt enim ſpõdæus pes ſtabilis, ut inquit Horatius, & grauitatẽ prę ſe ferẽs, & quoties in quinto hexametri ponitur animi languorẽ aut grauitatẽ ſententiæ indicãs, ut ij. Aenei. Cõſtitit atq; oculis Phrygia agmina circũſpexit. ut in prima huius dicemus ibi. Sic coſtam lõgo ſubduximus Apennino. Et ideo in comicis recentioribus fere penultimã ſyllabam breuem inuenies, in hoc aũt carmine nuſquam præterquam forte in ultimo uerſu: ubi tamen Britannicus mellos per geminũ, l, legendũ docet. Sed Politianus nectar in fidelibus codicibus ſeſe annotaſſe bonorũ teſtimonio cõprobat. Sunt tamen non omnino ſurdo ſed forte ridiculo ingenio, qui poetã ſciẽtem & ſcienter melos ſcripſiſſe & Iambo clauſiſſe præfationẽ dicant, ut altius inquiunt & uehemẽtius exclamaturus mollius terminet. ſed miſſos faciamus id genus interpretes, Plautiũq; legamus qui carmen ſtare ſiue mellos ſiue melos legatur probat, etiam ſine controuerſia una uoce repoſita ut ſi legatur: Cantare pegaſeiũ melos credas. Quo modo dicemus reponendũ uerſum illum Sonnia qui pituita. Non Sonnia pituita qui. Cæterum cur præter Satyricorum conſuetudinẽ (qui ut dicemus ibi O curas hominum, ex abrupto auſpicantur) præfatiõe utatur poeta, ſummopere quoad eius fieri poteſt indagandũ puto. Quapropter uidebo primo quæ ſit intentio cuiuslibet poetæ, ſecũdo quæ ſit intentio ſeu finis cuiuslibet Satyrici, tertio quæ ſit intentio auctoris in hac præfatiõe, & cur eam præmiſerit. Intentionẽ ſeu propoſitũ potius ac ſcopon poetarũ ita complectitur Horat. in De arte poetica. Aut prodeſſe uolũt, aut delectare poetę, Aut ſimul & iocũda & idonea dicere uitę. Omnes inqt poetę aut prodeſſe uolũt ut q rigido & aſpero ſtylo pręcepta quęuis ſcribũt aut Satyrã. Aut tantũ delectare, ut qui amores & cantilenas ludunt. Aut utrunq; ſimul & iocunda & utilia dicere, ut qui hiſtoriã canunt aut comœdiã faciunt. Intentio Satyricorum olim erat, ut quia malorũ uitia cum ipſorum appellatione notare tũc licebat multos formidine infamiæ ne publice peccarẽt cohiberent. ut enim dicit Horatius in Epiſtolis. Oderunt peccare boni uirtutis amore. Oderunt peccare mali formidine pœnæ. Vnde Iuuenalis de Lucilio qui priſca libertate ſcripſerat, in prima Saty. inquit. Enſe uelut ſtricto quoties Lucilius ardens Infremuit, rubet auditor cui ſubdita mẽs eſt Criminibus. Nunc autẽ intentio eorum uidetur eſſe ut uehementi deteſtatione uitiorum, mortales ad uirtutem alliciant, utq; faciant quod dictum eſt, Declina à malo & fac bonum. Intentio autem poetæ huius in hac præfatione uidetur eſſe ut uanos & glorioſos ingenij ſui iactatores Satyrice taxet, ſeq; aptum qui Satyram ſcribat etiã in malos poetas probet. Pro hac ſententia quia in animum nullius (quod ſciam) hactenus cecidit, pluſcula (ne in explanatione longior ſim) prænotabimus. Primo quæ ſit uanitas & glorioſitas, cuius Satyrice & quodã ſcommate. i. amara ſubriſione plurimos damnat, nõ tamen ſe nec approbatos poetas. Secundo quare primum in ambitioſos et uanos ineptoſq; poetas ſcribat. Tertio quõ ſe aptũ ſatis ad Satyricũ carmen probet, cum multi dicant ipſum ſeſe primum reprehendere. Quarto an deceat quenquam reprehendere. Quinto qua ratione motus poeta ſe & à uanitate & temeritate purget. Pro primo aũt ſciendũ eſt ueterẽ multorumq; ſententiã eſſe poetam naſci debere, oratorẽ autem fieri poſſe. i. debere neminem ad poeticã prouinciam aſpirare, qui nõ ſit natus ad carmen, & qui non habeat diuitẽ uenã, eaq; tria quæ Horatius poetam perficere cenſet in Sermonũ primo dicens. Ingeniũ cui ſit, cui mẽs diuinior atq; os Magna ſonaturũ, des nominis huius honorẽ. Vt ſcilicet uocetur poeta, opus eſt primo ut ipſi ſit ingeniũ. i. uirtus naturalis ingenita & à natura data, qua carmina fiunt & quaſi ditiore uena fluunt. Secundo ut ipſi ſit mens diuinior quàm cæteris mortalibus. i. ut uirtus & poteſtas animæ plus in eo quàm in cæteris emineat, uſqueadeo ut nõ homo, ſed deus in homine loqui uideatur. Vnde eſt illud Ouidianum. Eſt deus in nobis, agitante caleſcimus illo, &c. Et hac de cauſa, quia diuinus ſpiritus prædominatur in ueridico uate, ita ut non à ſe, ſed ab inſpirante etiam inuitus loqui uideatur. Vnde Saul inter prophetas raptus in libris Regum dicitur. Ideo Vergilius quoque Sibyllam Cumanam in tertio Aeneid. inſanam uatem appellat, & in ſexto penitus furere & deo inſidianti reluctari. Quin adeo poetæ dum canunt, ſe poetico furore inſanire dicunt. Vnde & illud eiuſdem in Bucolicis. Inſanire libet quoniam. Et ideo dicunt Platonem dixiſſe quod fruſtra pulſet poeticas fores quiſquis ſuæ mentis compos eſt. Quod etiam Democritum aſſeruiſſe ſentit Horatius in De arte poetica dicẽs contra inſana capita. Ingeniũ miſera quia fortunatius arte Credit, & excludit ſanos Helicone poetas Democritus: bona pars non ungues ponere curat Non barbam, ſecreta petit loca, balnea uitat. Nãciſcetur enim precium nomẽq; poetæ, Si tribus Anticyris caput inſanabile, nunquam Tonſori Lycino commiſerit, &c. Quia (inquit) Democritus neminem credit uerum poetam qui non inſaniat: bona pars, id eſt, plurimi uatum quo inſani uideãtur, & ob id poetæ credantur, negligunt curam corporis. Quaſi uero nanciſcantur & acquirant precium & nomẽ poetæ ſi nunquã cõmiſerint opulẽto tonſori nomine Lycino tondendũ caput ſuũ inſanabile. i. quod nõ poſſit ſanari & purgari tribus Anticyris. i. toto helleboro quod in tribus Anticyris inſulis eius

herbæ feraciſſimis naſcatur. Tertio inquit opus eſt ut habeat os magna ſonaturum. I. ut nõ ſolum beneficio naturæ & diuini furoris magna & plane diuina concipiat, ſed etiam ut concepta altiſono carmine & grandiloquo cothurno conſequi & exprimere poſſit, id eſt, ut ſimul & naturæ felicitatem & artis doctrinæq; eruditionem habeat. Vnde idem Horatius in De arte. Natura fieret laudabile carmen an arte Quæſitum eſt, ego nec ſtudium ſine diuite uena, Nec rude quid poſſit uideo ingenium, alterius ſic Altera poſcit opem res, & coniurat amice. Quod etiam Fabius Quintilianus ſenit, ſic tamen ut plus naturæ tribuat quàm arti. Eſt ergo ſententia Horatiana quod uerus poeta utroq; polleat, & ingenio & arte, ad quem tacite accedit poeta dicens ſe ſemipaganum, id eſt, alterum hoc eſt ſtudium duntaxat habere, & non diuinum illum furorem & illapſum, quo repente ſine ſtudio & labore poeta conſummatus euaſiſſet. Quod ſi Heſiodus & Ennius de ſe profeſſi ſunt, ut in primis carminibus uidebimus, danda eſt illis uenia. Tantã enim uim ingenij & diuini animi conceperant ſine uehementi eruditione, ut nati magis ad poeticẽ quàm eruditi merito credantur. Vt enim Græcis Heſiodum ſuum linquamus, Ennius noſter in carminibus ſuis facile oſtendit ſe plus diuinæ mentis quàm literariæ artis habere. Nam ſententias quidem diuinas ſed uerſus ſæpe inconditos habet. unde dicunt Vergilium in Ennianis carminibus legendis occupatum quũ percunctaretur quidnam ageret, reſpondiſſe ex ſtercore Enniano ſe margaritas & aurum eruere. Sic tamen erat incultus (ut inquit Flaccus in i. Sermo.) ut in quibuſdam eius carminibus etiam uerba tranſponantur, ſic quod nulla carminis ratio perſtet, ſed maneant uerba dũtaxat lege metri ſoluta. Quale eſt illud carmen. Poſtquam diſcordiá tetra Belli ferratos poſtes portasq; refregit: inuenias, etiam diſiecti membra poetæ. Non ergo laudatos illos poetas carpit poeta, qui hoc ſibi fumere merito potuere, ſed uanidicos poetaſtros per tranſitum & ſine expreſſione taugit, qui neque ſtudio, neq; ingenio pollentes ſe poetas uatos iactitant. Nec ſe ut in alijs queſtionibus dicemus reprehendit. Et hæc ad primam quæſtionem. Secundo quęſitum eſt cur primũ in malos & ineptos poetas principẽq; ambitioſum ſcribat. Pro cuius indubitata ſolutione opus eſſet ipſius poetæ aut Oedipodos ſpiritu, nos tamen quid ueriſimile uidetur dicemus. Et primum oſtendemus poetas Satyricos ſolere exordiri ſine propoſitione aut inuocatione diuitu auxilij cum quadam exclamatione, aut indignatione in illud potiſſimum uitium, quod pernicioſiſſimũ cenſent bonis morib. & reipublicæ. quod quia Hora. uitiũ auaritiæ cenſet eſſe, primũ in auaros ſcribit. Quod aũt id cenſeat manifeſte patet. ij. Sermo, ubi docet auaros ſtultiſſimos eſſe, immo peccatores fere oẽs quadã ſpecie auaritiæ. i. cupiditatis illicitæ peccare. Verba eius ſunt. Danda eſt hellebori multo pars maxima auaris. Neſcio An anticyrã ratio illis deſtinet omnẽ. Poetæ aũt noſtro nihil pernicioſius eſſe uidetur bonis inſtitutis & incolumitati patriæ, quàm ambitioſos & imperitos principes, ac malos & ineptos poetas. Vt enim dicit Iuue. Saty. viij. Omne animi uitiũ tanto conſpectius in ſe Crimẽ habet, quanto maior qui peccat habetur. Nihil autem eſt in terris aut ſacro imperio aut diuinis Muſis apud Romanos pluris habitũ. Nam uterq; tam poeta quàm imperator uictorioſus lauro coronabatur. Verũ ſi princeps ipſe ac ſummus imperator ambitioſus eſt, & alieni ſtudioſus ſuiq; muneris immemor aut imperitus: qualem Neronem fuiſſe indicat poeta in Satyra, cuius principium eſt. Rem populi tractas, male cũ reipub. agetur: ſicut ſub Nerone, cuius effera & immanis ambitio in patriã ac matrẽ ſęuijt. At ſi poeta qui bonos principes beneq; geſta laudare debet aſſentator eſt, facile principẽ etiã bonũ in errorẽ traxerit. Et ſi poeta cuius eſt bonos mores inſtituere & uitia reprehendere, mollis & effœminatus laſciuusq; tam in recitatione q̃ compoſitione deprehenditur, quid bonis moribus dãnoſius? Eſt & alia ratio cur primũ in malos poetas ſcribat, quo. ſ. maiorẽ habeat in alios ſcribẽdi rationẽ. Solẽt enim qui caſtigari nolũt ab ijs qui aut ipſi mali ſunt aut collegas malos habẽt, dũ caſtigantur dicere. Amice purga prius hortũ tuum quàm noſtrũ inſpicias. Ideoq; quia & ipſe licet ſemipaganus, ad ſacra tamẽ uatũ carmẽ ſuũ affert: merito primũ in malos poetas ſcribit, neq; tamen ſe dãnat aut artẽ ipſam poetices. Tertio quæſitũ eſt quomodo poeta noſter ſe ad Satyricũ carmen ſatis aptũ eſſe doceat, cũ plurimi ſeipſum reprehendere dicant? Reſponde quia docet ſe ſtudio & eruditione ad id perueniſſe poſſe, etiã ſi diuinũ ingeniũ non habeat, nec dicat ſe à muſis aut muſarũ fontibus poetice donatũ eſſe. Si etenim pſittaci, picæ, corui, & id genus aues ſtudio & artificio eruditoris negatas uoces. i. humanas diſcere poſſunt, quare homo humanas artes ediſcere nõ queat? Si uero obijciatur illud Horatianũ in De arte. mediocribus eſſe poetis, Nõ dij, nõ homines nõ cõceſſere colũnæ. Quo modo ergo ſe probet ſatis aptũ qui ſe ſemipaganũ dicit? Reſponde duplex eſſe poetarũ genus: alterũ generale cõplectens omnes qui artificioſe cuiuſuis generis carmina faciũt, & in eo genere Satyrici & comici ſunt. Nã Terẽ. ſe primo uerbo poetã aſſerit latẽter dicẽs. Poeta cũ primũ. Alterũ ſpecialius cõtinẽs dũtaxat eos qb. ea tria quæ ſupra diximus. i. ingeniũ, mentẽ diuinã, & os magna ſonaturũ, cõuenire cõſtat. Et ab eo genere Hora. ſe & cæteros Satyricos comicosq; oẽs excludit dicẽs ubi ſupra. i. primo Sermonũ Sat. iiij. Primũ ego me illorũ, dederim quibus eſſe poetas. Excerpã numero: neq; enĩ cõcludere uerſum Dixeris eſſe ſatis, neq; ſi quis ſcribat uti nos Sermoni propiora, putes hũc eſſe poetã. Ingeniũ cui ſit, cui mẽs diuinior atq; os magna ſonaturũ des nominis huius honorẽ. Idcirco quidã comœdia necne poema Eſſet, quæſiuere, q̄ acer ſpiritus ac uis Nec uerbis nec reb. ineſt. Et paulo poſt. Nõ ſatis ẽ puris uerſum perſcribere uerbis. Licet ergo ſemipaganus & ineptus ſit ad heroicũ carmẽ, aptus tamẽ poteſt eſſe ad Satyricũ. Quarto quæſiuimus an liceat quenquã ſeſe reprehẽdere? Et r̃ndebitis q̄ in oculis q̄dẽ dei omnia cõſpiciẽtis debemus crimina noſtra ſicut corã uicario eius confiteri, uerũ in oculis

hominum

hominū nemo ſapiēs illius ſe criminis teneri fatebitur, quod in alio reprehēſurus eſt, licet interdū ubi oēs in crimine deprehēſi ſumus, ut ſimul pœnitentiā agamus, cōueniat princip i aut ſacerdoti peccatū fateri, ut fecerunt rex Niniuitarū, maiores Bethuliæ, Dauid & cæteri. Et ſæpe modeſtiæ gratia poſſimus in generali nos quoq; peccatores cōfiteri: quia nemo ſine crimine uiuit. Et ut dicitur primæ Ioan. i. Si dixerimus quoniā peccatū non habemus, ipſi nos ſeducimus, & ueritas in nobis non eſt. Verū ut dixi, qui ſe lubricū fateretur, ſtulte ageret cū lubricos reprehēderet. Debet enim prædicator bonus imitari ueſtigia Saluatoris noſtri, de quo ſcriptū eſt Actu. i. Cœpit Ieſus facere & docere. Quòd ſi non omnia bona facere poſſimus, tamē nō faciemus mala, & ſi omnia nō euitauerimus, publice tamen nō peccabimus. Scriptū eſt enim. Curā habe de nomine bono. Vt ēm diuus Auguſt. docet. Vita noſtra bona nobis neceſſaria eſt, fama proximis. Et ideo docet Ambro. de Offi. neminē debere id cōmittere, quod in alio reprehendat. Et Hiero. in auriola ſua ad præſidē Eccleſiæ. Non confundāt inquit opera ſermonē tuū, ne cū in Eccleſia loqueris quiſq; reſpōdeat. Cur hæc quæ dicis nō facis? Sacerdotis os cū mente cōcordet. Nā quomodo poterit præſes Eccleſiæ auferre malū de medio eius qui in delictū ſimile corruerit? aut qua libertate corripiet peccantē cū tacitus ipſe ſibi reſpōdeat admiſiſſe quæ corripit? Perdit enim auctoritatē docendi, cuius opere ſermo deſtruitur. Sed quid hæc ad poetā? Nihil profecto, quia eorū expers fuit, uerū ſine talibus ueritas ſolida nō probatur. Poſſumus tamen poetico teſtimonio probare quod dictū eſt. Turpe eſt doctori quod culpa redarguit ipſum. Et iterū. Nec te collaudes nec te culpaueris ipſe: Hoc faciūt ſtulti quos gloria uexat inanis. Quin Horat. in Satyris totis uirib. ſe à crimine purgat, quo auctoritatē habeat reprehendendi aliorū uitia. Nam ut dicit Iuue. Satyra. xiiij. Vnde tibi frontē libertatēq; parentis, Cū facias peiora ſenex? Et Satyra ij. Loripedē rectus derideat, Aethiopē albus. Vnde & Cic. in Sallu. ait. Carere debet omni uitio qui in alterū dicere paratus eſt. Et ideo ſubdit ibidē Iuuen. Quis tulerit Gracchos de ſeditione querentes? quaſi diceret nemo: cū ipſi fuerint ſeditioſiſſimi. Et Horat. Satyra vij. libri ij. Tu cum ſis quod ego, & fortaſſis nequior, ultro Inſectere, uelut melior uerbiſq; decoris Obuoluas uitium, quid ſi me ſtultior ipſo? At dices. poeta per modeſtiā ſuam ueniā precatur, & culpam deprecatur ſi in Satyra ſcribenda peccarit, quia non eſt natus ad carmen. Reſpondebo poetam nō tam imprudentē fuiſſe, ut is fuerat de quo Aulus Gellius Noctiū Atticarum lib. x. c. viij. ſic meminit. Iuſte uenuſteq; admodum reprehendiſſe dicitur Au. Albinū M. Cato. Albinus enim is qui cū Lucio Lucullo conſul fuit, res Romanas oratione Græca ſcriptitauit. In eius hiſtoriæ principio ſcriptum eſt ad hanc ſententiā. Neminem ſuccenſere ſibi cōuenire, ſi quid in his libris parū compoſite, aut minus elegāter ſcriptū foret. Nam ſum (inquit) homo Romanus natus in Latio, Græca oratio à nobis alieniſſima eſt. Ideoq; ueniam gratiāq; malæ exiſtimationis, ſi quid eſſet erratum poſtulauit. Eam cum legiſſet M. Cato. Næ tu (inquit) Aule nimium nugator es, quur maluiſti culpam deprecari, quàm culpa uacare? Nam petere ueniam ſolemus, aut quū imprudentes errauimus, aut quum cōpulſi peccauimus. Te inquit (oro te) quis perpulit ut id committeres quod priuſquam faceres, peteres ut ignoſceretur? Dicet nūc forte argutulus poetā id telū euaſiſſe, cum probet ſe paupertate ac egeſtate & inedia ac fame ad Satyrā ſcribendam coactum eſſe. At dic mihi (quiſquis ita ſenus) ſtolidū & inſanū caput, ſi ob egeſtatē ſcriberet poeta, num Satyram ſcriberet, unde nullius ferre gratiam, ſed cōtrà multorum indignatiōē ſe incurſurum ſciat? uſq; adeo ut in prima Satyra fateatur neminem fore qui ſibi Satyram ſcribenti ignoſcat. Quapropter deliberabundus inquit monitore nolente parcere, Quid faciam? quaſi dicat. Melius quidem foret ſi fauorem populi expectarem non ſcribere, ſed ſum petulanti ſplene cachinno. quaſi dicat nō poſſum quin ſcribam Satyram, eum natura huc me cōpellat. Quod ab Horatio accepit, qui in principio ſecundi Sermonū Trebatium iureconſultū rogat. Quid faciam præſcribe: Et ille reſpōdet, quieſcas. Et Horatius rurſum ait: ne faciam inquis, omninò uerſus. annuit Trebatius, unde ſubdit Horatius. Animo peream male ſi non Optimum erat, uerum nequeo dormire. ſupple niſi Satyram ſcripſero. Sed quid in manifeſtis immoramur? Plautus tamen totis pedibus in eam ſentētiam it, qua dicat eum paupertate coactum uerſus ſcribere, more Horatij dicentis, Paupertas impulit audax Vt uerſus facerem. Sed ille non ſolas Satyras ſcripſit, quas ſi quis ad quæſtum ſcriberet, à principe abſtineret & à cæteris diuitibus. quod quia Perſius non fecit, non muto ſententiam. Præſertim cū ſe in quinta Satyra ingenuū & diuitem innuat. Quinto quæſitū eſt, qua ratione motus poeta ſe & à uanitate & à temeritate purget. A uanitate inquam dicentiū ſe ſine ſtudio & labore poetas euaſiſſe, & à temeritate prouinciam ſibi negatam aggredientium. Si quod mihi ueriſimile uidetur ſatis eſt dixiſſe, dicam poetam conſtituiſſe ſcribere in malos poetas, utpote qui ad inanem gloriam ſine honeſtate recitanda ſcribunt, aut legem poematis non obſeruant. Quam rem ſciuit Horatiū, abs quo plurima ſumpſit, ægerrime tuliſſe. Dicit enim in De arte. Deſcriptas ſeruare uices operumq; colores Cur ego ſi nequeo, ignoroq;, poeta ſalutor. Et iterum. Ludere qui neſcit, campeſtribus abſtinet armis: Indoctusq; pilæ, diſciue, trochiue quieſcit: Ne ſpiſſæ riſum tollant impune coronæ. Qui neſcit uerſus tamen audet fingere. Poſſet ergo quis dicere poetæ noſtro. Num tu Perſi perfectus es poeta, qui audes in poetas Satyram ſcribere? Ad quod uidetur reſpondere, ego quidem ingenue fateor: Nec fonte labra prolui caballino, id eſt, non ſum penitus natus ad poeticen, ut ſine ſtudio & labore poeta euaſerim, & ideo Muſas & Muſarū fontes illis relinquo, qui ſe hedera coronatos depingere faciunt. Quomodo ergo audes ſcribere: quia affero carmē noſtrum, id eſt, Satyricum ut ſemipaganus, id eſt, ſemiruſticus & ſemirudis poeta. hoc eſt natura quādem

dem non polleo,& ideo non euaſi repente poeta,& ſtudio non carui ut non totus ineptus puter,
ſed ſemipaganus, quod ſatis eſſe ad Satyram Iuuenalis oſtendit dicens in prima. Si natura negat
facit indignatio uerſum Qualemcunq; poteſt,quales ego uel Cluuienus.Si uero obijciatur quod
non ſatis eſt mediocrem eſſe poetam,dicit uerum eſſe de primi generis poeta. Si tamen percunćte
tur quomodo ſine muſarum beneficio ad Satyrā aptior euaſit,Reſpondet,Quis expediuit,& qua
ſi dicat.Si aues humanas uoces ſibi naturaliter negatas ediſcere poſſunt per diligentiam docēti,
qui eas fame & inedia torquet,quare ego qui homo ſum non poſſem mediocris ingenij prouinci-
am ſuſciperer Et hæc de quæſtiunculis illis.Numerus librorum hic non quæritur. Vnus enim eſt
liber,& Satyræ ſex cum procemio.Quod approbat Quintilianus dicens quod multū & ueræ glo
riæ quamuis uno libro meruit.Et Martialis.Sæpius in libro memoratur Perſius uno,Quàm leuis
in tota Marſus Amazonide.Si quis modo quærat uulgatas quæſtiunculas.utpote cui parti philo
ſophiæ ſubijciatur Satyra:dices ethicę id eſt morali.Quis ſit efficiens,dices.A.Perſius.Quæ mate-
riæ:uiua hominum.Quæ forma:Qualitas carminis & forma procedendi quæ ſæpe eſt per excla-
mationem, indignationem, interrogationem amaram, aut apertam reprehenſionem. Quæ fi-
nis:fuga uitiorum & acceſſus uirtutum.Explanatio noſtra ponetur ante reliquos commentari-
os.In qua hoc ordine procedere conſtitui, ut primo argumentum ponamus. Deinde filum ſeu
contextum eius particulæ quam ſimul interpretandā ſuſcepimus. Tum interpretationem po-
tiſſimum uocabulorum, de quibus alij minus abunde meminerint. Et ultimo loco uerborum
ordinē ſeu ut dicunt conſtructionē literalē,quæ ut è regione literæ ſit,primū locū occupabimus.

VITA PERSII PER IOANNEM BRITANNICVM.

PERSIVS Flaccus in Thuſcia Volaterras habet patriā,qđ cū Euſebius teſtetur, ipſeq;
in ultima ſua Satyra innuit cū ait. Mihi nūc Ligus ora Intepet: hibernatq; meū mare
qua latus ingens Dant ſcopuli,& multa littus ſe ualle receptat. Lunai portū eſt operæ
cognoſcere ciues.Nam luna oppidū eſt portus Thuſciæ,ut ſentiunt Strabo & Pli. O-
ſtendit igitur poeta ſe Thuſcū eſſe cum ait.Hibernatq; meum mare.Volaterrę oppidū
eſt hoc modo ædificatū.In profunda ualle ſublimis & præceps undiq; collis extat,cuius in uertice
planities eſt,in qua ſita ipſius ſunt urbis mœnia,ad quæ ſtadiorū xv.aſcenſus eſt. E cuius baſi ru-
pes tota ardua atq; difficilis.Illic aliquando ex proſcriptis à Sylla quatuor militū cōplentes ordi
nem biennio per obſidionē preſſi tandē per inducias diſcedētes locū illū reliquerūt. Natus eſt ibi
Perſius anno.xxI.imperij Tyberij.iij.anno poſt paſsionē Chriſti dei noſtri. Mortuus anno ætatis
ſuæ duodetrigeſimo. Anno ix.imperij Neronis,quo anno thermę à Nerone ædificatę ſunt.Cū lite
rarū cauſa Romā uenisſet annos egreſsus pueritiæ in diſciplinā ſe tradidit Cornuto philoſopho,
ut ipſe cecinit in v.Saty. ubi ait.Cum primū pauido cuſtos mihi purpura ceſſit,Bullaq; ſuccinctis
laribus donata pependit,Me tibi ſuppoſui,teneros tu ſuſcipis annos Socratico Cornute ſinu. Eū
ſumma pietate coluit & obedientia.Vſus eſt amicitia in primis Minutij Macrini Brixiani equeſtris
ordinis principis, uiri ſingulari modeſtia & fide.& Cæſij Baſſi poetæ lyrici.Aetate iam adulta ſex
Satyras mira carminis acerbitate ſcripſit, quæ nunc in manibus habentur,in quibus ſumma eius
ingenij uirtus indicatur. Vnde non immerito Quintilia.eum multum ueræ gloriæ meruiſſe quam
uis uno libro prodidit. Quæ ab alijs traduntur de eius uita cum auctoritate careant mihi non pro
bantur. Tenuium opum ſe fuiſſe declarat illic.Quis expediuit pſittaco ſuum chære: Picas quis do
cuit uerba noſtra conari:Magiſter artis ingeniq; largitor uenter.

AD MAGNIFICVM IACOBVM ANTONIVM DE SANCTO- uitale Belforus Comitem,& Equitem Auratum Ioannis Baptiſtæ Plautij Epiſtola.

CVm Magnifice comes,Iacobe Antoni,omniūq; eruditorū fautor conſtantiſſime,à
principe philoſophorū nihil in uita eſſet utilius,quā nobis ipſis finem aliquem me-
tamq; noſtris actionib.ſtatuere,eſſe dictū nō ignorarē,ſubinde cœpi mecū ipſe cogi
tare quid potiſſimū inter tot uaria hominū ſtudia eligere,& ad illud tāquā ad ſcopū
actiōes,uigilias,& labores noſtros dirigere deberē, ut uitā honeſtā degere,honores
conſequi,& apud uiros doctrinarum columina,qui ſolos uirtute præditos fouent,& amplectun-
tur,ſi non inter primarios,ſaltem inter mediocres eſſem dignus annumerari. In qua meditatione
cū plura mihi occurriſſent,nihil uirtute eſſe melius,& eligibilius iudicaui.Etenim ea corporis om
nia,quæ uulgo bona exiſtimātur,robur,ualetudo,uelocitas formę dignitas,totaq; habitudo,aut
morbida in tēpore aut alia quadā extrinſecus,atq; maiore ui,aut uetuſtatis ſaltē rubigine,ac tabe,
langueſcūt, deficiūt,corruūt,dilabūtur,pereūt. Externa uero quę in bonis cēſentur,genus,educa
tio,ſoboles,clientelę,agnatiōes,principatus,& gloria,ſi qua tandē bona ſunt,uſuraria certe ſunt,
nō cuiuſq; propria.Et ꝑfecto ita res hēt.Cętera omnia nō magis poſsidentiū ſunt q̃ cuiuſq;,ut in
talari ludo huc & illuc trāſeūtia:at uirtus ſola,& uiuēti(ut inqt uerisſime Baſilius) & mortuo ſtabi
lis eſt,& firma poſſeſsio,quę nō morbo,nō uetuſtate,nō humana uehemētiore aliqua inquinatur
ui,nō fortunæ ictibus expoſita ſubiacet,ſemper creſcit,ſemper augetur,cumulatur ſemper: unde
nō immerito in ea ſeuerisſimi,ſanctiſſimiq; philoſophorū ſummū bonū collocauerūt.Omnia em̄
hēt quę penes ē uirtus(ut inquit Plaut.)ad quā eligendā,& ſequendā accedebat & hoc,q hominū
uitam

uitam labilem, momentaneam, fragilem, & caducã oculis intuebar, & apud celeberrimos, & claſſicos auctores atteſtatum reperiebam. & imprimis apud Homerũ his uerſibus, οὐδὲν ἀκιδνότερον γαῖα τρέφει ἀνθρώποιο πάντων, ὅσσα τε γαῖαν ἔπι πνείει τε καὶ ἕρπει, id eſt. Nil magis eſt hominis natura infirmius omni E numero ſpirant quæcunq; animalia terris, Et ſerpunt. Quam fragilitatem exuunt, qui uirtutis, cuius, auctore Lactantio, merces immortalitatis ſola eſt, ueſtigia imitantur. Viuitur enim ingenio, cætera mortis ſunt. unde Ouidius, Nil non mortale tenemus Pectoris exceptis ingenijſq; bonis. Vna res (inquit Seneca laudãs uirtutem in eo libro, quem de morte ſcripſit) eſt quę nobis immortalitatem donare poſſit, & pares dijs efficere. Hac enim ſola à dijs differimus, ut quidam Græcus ſophiſta ſenſiſſe uiſus eſt, qui cum interrogaretur quid eſſet homo ſ facete reſpondiſſe fertur, ὁ δὲ θνητὸς καὶ θεὸς ὁ δὲ ἄνθρωπος ἀθάνατος. i. Deus mortalis, at eſt Deus homo immortalis. Itaq; immortalitatis cupidus, & ne de me illud dici poſſet ſollicitus ἀκαρπότερος ἀδώνιδος κήπων. i. infructuoſior es quam Adonidis horti, relicto natali ſolo, cuius tanta eſt uis, ac tanta natura (ut inquit Cicero) ut Ithacam illam in aſperrimis ſaxulis tanquam nidulum affixam ſapientiſſimus uir immortalitati anteponeret, relicto Ioanne Franciſco filio tuo equeſtri dignitate à duce Mediolanẽſium in ætate pne peuerili, ſed uirili maturitate, & ſenili prudentia prædita decorato, Relictus parentibus, cæteriſq; amicis, & neceſſitate quadam coniunctis: Bononiæ Philippo Beroaldo, & Ioanne Baptiſta Pio, ex quorum ore melle dulcior fluit orauo, uiris pro meritis nunquam ſatis à me laudatis, qui ſi non eſſent (ut de Chryſippo dicit Carneades) ego non eſſem. Sub Philippo inquam, & Ioanne Baptiſta Pio (ex quorũ gymnaſio ueluti ex equo Troiano ſexcenti literatiſſimi uiri exierunt, & quotidie exeunt) literis operam daturus, poſt longas ambages, & fortunæ ſæuientes procellas, Herculaneoſq; labores exantlatos in portum me contuli, id eſt in ædes Magnifici Ioannis Franciſci Aldrouandi uiri me hercule religione Numæ Pompilio, grauitate Cẽſorio Catoni, humanitate Iulio Cæſari, manſuetudine Fabio Maximo æquiparandi. Cui cum manifeſtiſſime eſſet exploratũ duo eſſe hominum genera, alterum doctum, & urbanum, alterum indoctum, & ruſticum, & hoc quidem pecudum eſſe ſimillimum, illud uero non diuinum minus (ut ita dixerim) quàm humanum: me è numero tot clarorum & eruditorum uirorum qui Bononiam incolunt, elegit, ut Nicolaus ſibi filius, & Camillus nepos ex fratre Sebaſtiano, quo nemo humanior, nemo animi magnitudine clarior, nemo iuſtior, qui eſt ἀγαθῶν θάλασσα καὶ ἀγαθῶν σωρός, id eſt, bonorum mare, & bonorũ cumulus, in diſciplinis quæ homine libero dignæ ſunt, me præceptore expolirẽtur, dolatoria eloquentiæ leuigarentur, & copioſiſſime eruditi euaderent. Quod an aſſecutus fuerim tum diligẽtia mea, & ſtudio diligenti, tum eorum propria, & ingenij inſita dexteritate, qua plurimum pollent, quiſquis eorum orationes, & epigrammata uiderit facile iudicabit. Hic autem tantam librorum copiam, & ſtudendi facultatem inueni (eſt enim Magnificus Ioannes Franciſcus impenſe doctus, equeſtri oratione clarus, pedeſtri nobilis, utraq; inſignis) ut ad uirtutem, ad quam aſpirabam mihi facile pateret iter. Quod ut omnibus eſſet manifeſtiſſimum ex multifaria librorum noſtrorum ſupellectile Perſium commentandum, & interpretandum delegi, qui quanto minor eſt, tanto eſt elegantiori ſtilo deornatus, quanto minus habet ponderis, tanto plus habet auctoritatis, unde lucuienter cecinit Epigrammatarius. Sæpius in libro memoratur Perſius uno, Quàm leuis in tota Marſus Amazonide. Et à diuo Hieronymo Satyricus diſertiſſimus nũcupatur. Nec immerito: nam & ſanctitate ſcribendi, & ſententiarum grauitate, & uerborum pondere, & Satyrica urbanitate, nulli poſtponendus eſſe uidetur. Inſectatur uitia, ſontes carpit, præceptis legentium animos ſanctiſſimis firmat, & imbuit. Reprehendit acriter, inſultat impotenter, uafre cauillatur, aſtute obrepit, effluit lubrice, tergiuerſatur, illudit, diſſimulat, ardęt, uerſat, ſuſpendit, ferit, pungit, prouocat, titillat, ſtomachatur, atque omnia quandoque concutit, in quo mira eſt erudino, uarietas rerum iucundiſſima, ſtylus terſus, libertas Satyrica, ſententiæ ſcitu dignæ innumerabiles, Laudatio uirtutum, & uitiorum acerrima caſtigatio. Officium boni interpretis eſt dilucidare ea quæ obſcure dicta, & caſtigare quæ perperam ſcripta in auctore ſibi propoſito reperiuntur. unde ne ab eodẽ officio diſcedam, Perſij inuolucra explico, obſcura illuſtro, arcana reuelo, ſinuoſa corrigo, maculoſa emaculo, & quod ipſe ſtrictim, & quaſi tranſeunter attingit, copioſe, & diligenter enodo, & non pauca quaſi aliud agens de induſtria interſero ad omnifariam eruditionem pertinentia, dans imprimis ſedulam, & inconniuentem operam, quamuis me illud non fugiat δὶς καὶ τρὶς τὸ καλόν, id eſt, bis & ter pulchra ſunt repetenda, ne idem niſi coactĩ neceſſitate repetamus, ne legenti faſtidium faceret odioſa replicatio, quæ haud facile citra faſtidium, & nauſeabundi ſtomachi bilem fieri conſueuit. Intermiſceo etiamnum uerba quædam Græca, non ut doctrinam meam oſtentem, quæ minima eſt, ſed ut ex commentarijs noſtris aliquid frugis conſequantur, qui aliquãtulum ſub Iouiniano Græcolino in literis Græcis præceptore noſtro, & uiro literatiſſimo profecerunt. Cuius autem potiſſimum numini antiquos ſecutus, quibus mos fuit bonarum artium ſtudia literis mandare, atq; in libros redacta offerre principibus, quia neque recte aliquid inchoatur, niſi poſt deum fauerit imperator (ut inquit Vegetius) has noſtras commentationes, ut tutius in publicum exirent, dedicarem, te optimorũ nobiliſſime, & nobiliſſimorũ optime, omniũq; uirtutum theſaure, & receptaculum, qui eſſet dignior inueni neminẽ. qui omnibus uirtutibus cum ſis ornatus, & ut gemma rutilanti ſplendore conſpicuus inter cæteros totius orbis terrarum uiros tantum emineas, quantum lenta ſolent inter uiburna cupreſſi, literatos foues, & ſtudiorum, ſtudioſorumq; cõmertio delectaris, eoſq; apud te ſemper habes Dionyſiũ Syracuſanum

ſanum imitatus, qui ἔλεγε, πολλοὺς τρέφειν σοφιστὰς οὐ θαυμάζων ἐκείνους, ἀλλὰ δι' αὐτῶν θαυμαζόμενος, id eſt, dicebat ſe alere multos ſophiſtas, non quòd illos admiraretur, ſed quòd per illos admirationi eſſe uellet. unde ad te meritò unum decus, & præſidium eruditorum tanquam ad anchoram hac tempeſtate literati cateruatim decurrunt, & alterum Mecœnatem te eſſe iudicant. Teſtis eſt eximius magiſter Dominicus Murius in obſeruatione ſiderum non inferior gymnoſophiſtis, in diſciplinis philoſophiæ ſecundus Ariſtoteles, in poetica altiloquus, in oratione diſertiſſimus, in dialecticis acutus, in theologia inſignis, in mathematicis egregius, in medicina uero (ut unico uerbo quid de eo ſentiã, enunciem) alter Aſclepius. Teſtis eſt Philippus Cornazanus moribus defæcatus, ingenio perſpicaci præditus, literatus, & ſcientiæ muſices Coryphæus, & primipilaris. Teſtis eſt Iacobus Vallenſis filiorum tuorum, quibus innata ſunt pleraq; omnia ad uirtutem adiumenta, præceptor amãtiſſimus, cuius carmẽ eſt ſublime, oratio bene docta, preſſa, enucleata, Limata, & Atticis leporibus ſcaturiens. Teſtis eſt Angelus Malgarius ſcriba nobiliſſimus. Teſtes ſunt & alij compluſculi, qui aulã tuam condecorant, & te de omnibus benemerentem laudibus proſequuntur, amant, ſuſpiciunt, & admirantur. Nec immeritò nam (ut corpus tibi benehabitum, ſtaturam quadratam, proceritatem ſucculentam, toroſos lacertos, pedem modicum, lõgas manus, cæteraſq; omnis eximias corporis dotes ſilentio prætercam) quæ tu neq; magni facis neq; inter principes ſolus poſſides, in te eſt prudentia à Græcis phroneſis dicta, quæ (ut ſcribit Plato) cæterarum uirtutum dux eſt, quæ in te adeo fulget, adeo ſplendeſcit, ut neq; in Neſtore maior, neq; in Catone præſentior fuiſſe credatur: & cum ardua res ſit (ut inquit Martialis) opibus non tradere mores, Et cum tot Crœſos uiceris, eſſe Numam, tu in deliciarum meditullio collocatus, deliciarum blandimenta non amplecteris, inter illicibiles, ac blandiſſimas uoluptates poſitus, abſtines à uoluptatibus, & non alia uirtute, ut Scipio apud Liuium, æque ac temperantia, & continẽtia libidinum, gloriaris: nec falſo. nam inter irritamenta nequitiæ, & inſtrumenta luxuriantis fortunæ caſtum agis principẽ, & frugi, cum tua ingenita animi, & corporis integritate, tum ne exemplo tuo populus, quem ab omni labe criminis illibatum ſeruare cõtendis, maculoſus, & uitioſus efficiatur, Quales enim in republica principes ſunt (ait Plato) tales reliquos eſſe ciues ſolere. nam uita principis (ut cum Plinio loquar) cenſura eſt, eaq; perpetua. Ad hanc dirigimur, ad hanc cõuertimur, unde principibus (ut tu facis) circumſpectius, cautius, ſanctius uiuẽdum eſt, ut eorum uita tanquam ſpeculum quoddam lucidiſſimum contemplantibus appareat. Prætereo quæ illis tantum prodeſſe uidentur, in quibus conſiſtunt, parum quid ad alios declinantes, ut ad iuſtitiam, cæteraſq; uirtutes (quæ cõmunis uitæ conſeruationi, ac præſidio accommodantur, iuuantq; quàm plurimos) deueniam. Iuſtitia etenim ea eſt uirtus, quæ ſi Ciceroni credimus omnium eſt domina & regina uirtutum, quæ auro (ut inquit Plato) eſt precioſior iudicanda, quæ omnes reliquas complectitur, ſine qua quid ſunt magna regna (ut autumat Auguſtinus) niſi magna latrocinia? Nulla enim ciuitas, nulli hominum cœtus, nulla ſocietas, abſq; iuſtitia conſtare poteſt diutius, ſine qua principes principum nomẽ amittũt, & in tyranni nomen odioſum & deteſtabile tranſgrediuntur. Quanta autem in te ſit iuſtitia (qua uacuus homo ſimilis eſt immanium belluarum) ex hoc omnibus liquet, quod nulla largitione, nulla gratia, nulla cupiditate potes corrumpi, & à recte iudicando, recteq; conſulendo remoueri. Non enim tantum, ut ſua cuiq; tribuantur quęris, ſed tua etiam alijs condonas, curaſq; ut boni præmio, mali debita pœna afficiantur, & tanta gratia, beneficentia, & æquitate utilitati publicę, & commodis priuatorum conſulis, tantaq; humanitate, patientia, & lepida urbanitate inimicos etiam uincis, ut quoteſcunq; diſſenſio, diſcordiaq; ciuilis Parmam inuadit, ſæuitq; animis ignobile uulgus, unico tuo uerbo arma deponant Chryſopolis incolæ, & ad ſtatum tranquillum, facieq; placidam redigantur, te unum eſſe prædicantes qui quicquid agas, quicquid loquaris, quicquid cogites, id omne referas ad utilitatem, & decus ciuium, qui illam rempublicam ſis diuturnam, & perenniter florentem redditurus, cuius habenas moderetis. Tu apertæ frontis homo, lepida urbanitate facetus, graui ſeueritate conſtans, ſimultates omnium contemnis, neminem formidas, neminem iniuria afficis. Aures rumoribus, & inſuſurrationibus calumniatorum minime habes expoſitas, qui ad uenena nati inſtar Cibiratarum Verrinorũ, odorantur omnia & oculis lynceis peruestigant. Nullius deniq; hominis in te odium concitas, ſcis enim cũctos ab eodem deo, & eadem conditione generatos iure fraternitatis eſſe coniunctos, & memor es aureæ Braſidæ ſententiæ, qui ubi muris, quem in caricis corripuerat, morſum excepiſſet, conuerſus ad circumſtantes ait. Nihil adeo paruum eſt, quod ſi audeat adorientibus repugnare, non ſe ſaluum reddat. Vnde fit ut Chriſtianiſſimo Ludouico regi noſtro ſis imprimis dilectus, amicis iucundus, ciuibus charus, omnibus gratioſus & amabilis. Taceo clementiam, dotem (ut docet Flauius Vopiſcus) primam imperatorum, quæ nullum magis ex omnibus (ut ueriſſime inquit Seneca) quàm regem, ac principem decet, quæ in te talis eſt, qualem Ageſilaus in principe debere eſſe demonſtrauit, qui dicente quodam φαμένου βασιλέα πρᾶον εἶναι δεῖν, ἐκ δὲ, ἔφη, ἄχρι τοῦ μὴ εὐκαταφρόνητον. i. oportet bonum regem elementem eſſe & mitem, ita plane inquit quatenus contemptibilis non fiat. Huic proxime accedit liberalitas, qua ſane nulla ducis uirtus dulcior eſſe poteſt, cuius cum rari cultores reperiãtur (ſibi enim quiſque timens, ac fortunæ uarietatem expaueſcens, quæ ex conſulibus quandoq; facit rhetoricæ profeſſores, proſpicit rebus ſuis, & quæ multis accidunt conſiderans manus contrahit, fitq; in largiẽdo remiſſus) tu uerus liberalitatis aſſertor, & uindex maiori præconio es extollẽdus. Copia enim teſte Hiero. gignit faſtidium, & uilitatem. Tu nullam rem magis deteſtaris quàm auaritiam, idolo

tum

rum (ut inquit Paulus) ſeruitutem. quam malorum omnium ſemen, cauſam, & radicem cum Auguſtino dicis, & cum Hiero. exiſtimas, ſępiſſime illam auream Ciceronis ſententiam inter liberalitatē tuam admirantes uſurpas: Nil tam anguſti, tamq́ parui animi, q̃ amare diuitias, nihil honeſtius, magnificentiusq́ quàm pecuniam contemnere. Extra fortunam (inquis cum Epigrāmat.) eſt quicquid donatur amicis: Quas dederis ſolas ſemper habebis opes: cum Ptolemęo uero βασιλικώτερον ἔχειν τοῦ πλουτεῖν τὸ πλουτίζειν, id eſt, regalius eſt ditare quàm diteſcere. Vnde adeo procliuis es ad liberalitatem, ut maximo dolore afficiaris quotieſcunq́ facultas munerandi, qua principes ac reges homines priuatos antecellunt, culpa recipientis ubi denegatur, & paratus es in filios dicere ni ſi paterna ueſtigia imitarentur, illud Dionyſij: qui cum aliquando ad filium eſſet ingreſſus, uidiſſetq́ apud illum uim aureorum, argenteorumq́ uaſorum maximam, Proh (inclamauit) fili in te rex certe non eſt, qui ex tanta uaſorum copia, quæ à nobis accepiſti, amicum tibi cōparaueris neminem. Sed bene res habet. filij tui, & imprimis Ioannes Franciſcus eques auratus animi dotibus ornatus & corporis decore, formoſitateq́, quæ θεῶν ἐρικυδέα δῶρα, i. dona deorum glorioſa dixit Homerus, præſtantiſſimus per paterna ueſtigia alacriter incedit, teq́ (liceat modo uera fateri) & maiores aliquando ſuperaturus, etiam illum inquam Opizonem reuerendiſſimum antiſtitem, qui inter cætera eius & præclara in religione documenta conſiderans auaritiā omniū uitiorū procreatricē, quicquid illi ex prouentibus annuis ſupererat ad decus, ornamentū & honorem dei, diuinarumq́ rerū conſerebat. Huius rei indiciū manifeſtariū eſt ædes baptiſmalis in clariſſima urbe Parma olim & nunc muſarū altrice, cuius erat patritius, ipſo procurante, & impendente ſumptuoſiſſime, & ſplendidiſſime erecta, ita ut inter miranda orbis opera connumeretur. Certo præterea certius eſt, ut legimus in quadā oratione, luculenta profecto, quam de matrimonio in honorē D. Ioannis Muciardli generi tui, uiri cōſummatiſſimi, perfectiſſimi, & abſolutiſſimi, & D. Hippolytæ filiæ tuæ forma, pudicitia, moribus, & nataliū generoſitate quaſq́ matronas ſuperantis, Iacobus Vallēſis nunquam à me ſine honoris præfatione nominandus cōpoſuit, eundem Opizonem ex innata liberalitate Parmēſem plebē teterrima fame laborantē quotidiana alimonia, cōtinua eleemoſynali oblatione pauiſſe, recreaſſe, & quodāmodo in orci & Proſerpinæ, peculio annumeratam ad ſuperos, ad uitam reuocaſſe, ex quo uniuerſo populo acclamante de Sanctouitale ob uitam reſtitutam merito cognomen adeptus eſt, quod ad noſtra hęc uſq́ tēpora tradēte ſibi inuicem poſteritate ſeruatur, amatur, & adoratur, fauorabiliusq́ eſt apud Parmenſes, quàm fuerit apud Romanos cognomen Publicolarū, quod à publicis cōmodis illi familiæ adhæſiſſe quis dubitat? O cognomē ſanctum, o cognomē uitale diuinitati comparandū. Quid Catones? Quid Brutos? Quid Scauros ſuſpicimus? Vnum eſt in toto orbe terrarū cognomen ſuſpiciendū, admirandum, & diuinis honoribus proſequendū. Sed ad te iam redeo, quē cum tantis uirtutibus decoratū eſſe illuſtris Ludouicus Sphortia olim Mediolanēſiū cymbæ gubernator intueretur, Senatorio ordini te aſcripſit, ſuorūq́ conſiliorū te fecit participē, nō ignorans principē non ſolū ipſum præditū eſſe debere prudētia, cuius fructus (ut inquit Solomon) melior eſt auro, & lapide precioſo, uerūetiā conſiliarios prudentes habere, quibus bene cōſulentibus fidē poſſit adhibere. In quo magiſtratu, & dignitate publicis etiam negocijs diſtrictus nullā diem unquam ſine lectiōe, & literatorū uirorum cōfabulatione (qua Alexander Romanorū Imperator recreari, & paſci ſe dicebat) tranſire permiſiſti, ut facundia cæteris nō eſſes inferior iudicandus. Legeras enim quod ſcribit Tacitus, neminem priſcis temporibus magnā potentiā ſine eloquētia conſecutū, & (ut idem eſt auctor) ueteres Romanos ſibijpſis perſuaſiſſe neminē ſine eloquentia aut aſſequi in ciuitate, aut tueri conſpicuū, & eminentem locum. unde à prudentiſſimis uiris illud Paryſatidis dictū dilaudatur, quo Artaxerxem filiū monebat, ut cum orationē eſſet habiturus ad populū, uerbis grauiſſimis, & ornatiſſimis uteretur. Addē quod tecū ſemper bonorū, & integrorū habes cateruā, ex quo nō potes eſſe nō bonus, iuſtus & integerrimus. Quis enim adeo ineptus eſt, ut ambigat eum eſſe bonū, & iuſtū uirū, qui bonorum, iuſtorumq́ uirorū conſuetudine utatur, & familiaritate? Trahūtur enim à cōuerſantibus mores (ut inquit Sene. & (ut auctor eſt Ariſt.) qui iuſto, tēperantiq́ ſe deuinxerit, melior euadet. Sed qd plurib. immoror in re cōfeſſa? in te eſt probitas, in te fides, in te religio, in te omnia. Solus habes laudū quicquid poſſedimus omnes, ad quæ ſingillatim recēſenda illius ocio opus eſſet, qui in apum meditatione cōſenuit. Vnde niſi tibi hoc opus qualecūq́ dedicaſſē, merito ingratitudinis omniū uitiorū matris, cōtra quā Athenieſes teſte Valerio actionē conſtituerūt, accuſari potuiſſem. A quo uitio etſi natura, qua nihil potētius, ſemper abhorruerim, tamē frequētes parentū noſtrorū & dulciloquæ aui noſtri Ludouici admonitiōes magis atq́ magis alienū ſubinde hęc uerba in auriculis noſtris ſemper ad bonorū dicta patētibus inſonātes reddiderunt. Gratitudo fili mi (ut docet Cic. pro Plancio) mater eſt uirtutū omniū. hinc nemo eſt, qui nōlibēter audiat, ac celeri oratione pſequatur uel Minutij magiſtri illius equitū in Q. Maximū, uel Mithridatis in Leonicū acerrimū defenſorē ſuæ ſalutis gratitudinē ſingularē. Contra uero nemo eſt ſenſus & rationis cōpos, qui cū aut Sextilij in C. Cæſarē, aut C. Pōpilij in M. Tul. Ciceronē maximos duos, & eloquētiſſimos uiros ingratitudinē in uitus, mœrēsq́ audit, nō illos uel mortuos oderit, atq́ execretur, & per omne cōuitij, cōtumeliæq́ genus inſectetur. Tāta eſt ingratitudinis abominatio, unde nō immerito (ut ait Xenophō) apud Perſas ingrati ſeueriſſime puniebātur. Illis enim erat perſuaſum ingratos mirum immodū & deos, & patriā & amicos flocci pendere. Itaq́ fili noſtra ſequere ueſtigia, Magnificū Iacobū Antoniū Comitē, & equeſtri dignitate decoratū, patronū tuū uelut numē uenerare. Nā poſt

deum quicquid diuitiarũ,quicquid quietis & ocij,tranquillitatiſq; à nobis poſsidetur,id totũ acceptum magnifico Iacoboantonio referimus. Illc nobis fecit hæc ocia deus una cum magnifica eius uxore Veronica,quæ quia illi in manũ uenit,felix & fortunatus exiſtimatur. Omnia enim habet,quæ in uxore deſiderantur.eſt forma eleganti prędita,probitate inſignis,natalium antiquitate,& nobilitate generoſa,& nõ tam pecunia bene dotata quàm pudicitia,pudore,ſedato cupidine deorum metu,parentum amore,& cognatorũ cõcordia.Huic ſi omnes eſſent ſimiles fœminę,nulli illa Græcorum carmina probarent νομίσῃ γήμας δοῦλος εἶναι τῷ βίῳ· ὁ μὴ γαμῶν ἄνθρωπος οὐκ ἔχει κακά.i.Cogitato ſi duxeris uxorem te in omni uita ſeruum fore. Vir ſine uxore malorum expers eſt: ſed omnes concordi pectore illud ſubinde recinerent γυνὴ δὲ χρηστὴ πηδάλιον ἐστ᾽ οἰκίας.i. uxor bona gubernaculum eſt domus,legemq; Platonis ſequerentur,qua ille præcipit,ut unuſquiſq; uxorẽ ducat,qui non duxerit,pecunia mulctetur,& dedecore. Vnde non ſumus caſtigandi ſi optemus ut hi duo optimi,& irreprehenſibiles citra ullum incommodum feliciter annos traducant Neſtoreos, & quiuis illud ratum ſit,& quaſi incommutabile. αἰὼν πάντα φέρει, δολιχὸς χρόνος οἶδεν ἀμείβειν οὔνομα, καὶ μορφήν, καὶ φύσιν ἠδὲ τύχην.i. Aeuum cuncta rapit, furtiuaq; tempora mutant Naturam, ſortem, nominaq;, & faciem.Nullo tamen æuo deorũ benignitate commutentur,quin Veronicæ Iacobuſantonius iuuenis,Veronica Iacoboantonio puella eſſe uideatur:qui eſt profugium calamitoſorum, ſubſidiũ inopum,bonorum ſubſtentaculum,ſplendor Italiæ,decus nationum,lumen ſeculi:omniũq; uirtutum ſanctiſsimũ exemplar.Hæc igitur ſereniſſime comes in Perſium commentaria nũcupatim tibi dicata ſine prouocatione electo iudici frugum mearum primitias,quę unum & uiginti annos natus ſub incude literatoria excudi,hilari uultu,& fronte nõ matutina ſuſcipias quæſo, ueluti pignus,& monumentum meæ erga te obſeruantiæ,munus haud quaquam precioſum, ſed quo nullũ precioſius à cliente tuo Plautio accipere nec debeas, nec uelis,nec poſſis. Quod ſi tibi gratum, & non iniucundum cognouero,ſublimi feriam ſidera uertice,& te tanto uindice, ultiligatorũ linguas cote liuoris acuminatas,& inuiſorum qui tamen legunt ut carpant,uituperonumq; morſus uirulentos haud pertimeſcam. Vale fauſtiter,& Genio fauente,meq; clientulum tuum ſi non amare,ſaltem diligere ne dedigneris,qui te ueneror,& colo.

Admirabuntur nonnulli forſitan me equitem & auratum copulaſſe, arguentq; inſcitię mali iudices,tanquam equitẽ imperfectam ſignificationẽ habere exiſtimauerim niſi auratus adiungatur,quod profecto falſum eſt.Scio etenim equitẽ hominem equo inſidentẽ ſignificare,& ipſum equũ,hominemq; dignitate equeſtri decoratũ,cuius ordo olim fuiſſe conſtat inter patritios, & plebem.Adiunximus aũt ſtudio,& data opera auratum, ut magnificum Iacobũantonium, & eius filium nõ ſolum equites ſed auratos eſſe demonſtraremus.i.omnibus uirtutib.adeo ornatos,adeo inſignes,& præclaros,ut aureis ueluti laminis clarius (ut ita dicam) ſole coruſcantibus cincti eſſe uideantur,& reuera ſunt ita nitidi,ita radianti uirtutis coruſcamine inſigniti,ut omniũ illos aſpicientium oculi caligine quadam nebuloſa offuſcentur,& hebetes fiant. Quod ergo alij inſignẽ, nobilem,præclarum,& præſtantiſſimum dicunt,nos ab auro,quod dignitate cætera ſuperat metalla,auratum dicimus,ut hoc epitheto eius inter alios præſtantia facilius cognoſcatur. Nemo ergo, quæ non intelliget carpat,nemo de libro meo temere iudicet,ſed prius legat, & quæ intellexerit,ſi male dicta poſtea deſpiciat,ne non ex iudicio,ſed ex odij præſumptione ignorata damnare uideatur.Tunc enim re diligenter trutinata errores noſtros ſi qui erunt,erũt fortaſſe aliqui (operi enim longo fas eſt obrepere ſomnium) diligenter, & inconniuenti opera retractabo claſſicos ſcriptores imitatus, & imprimis Hippocratem, qui quoſdam ſuos errores ne poſteri errarent confeſſus eſt.Deinde M.Tullium qui non dubitauit Catullum,atq; Lucullum(ſic enim libri ab eo editi appellantur)alijs poſtea ſcriptis emendare.Poſtremo Auguſtinum,qui libris Retractationum libros iam editos repaſtinare non erubuit.De nomine oppidi maiorũ noſtrorum,& noſtræ tempeſtatis hominũ ſecuti ſumus cõſuetudinẽ omnium rerum & maxime uerborum reginam teſte Gellio, ne noua nominis appellandę dubius lector efficeretur.Celebratũ enim eſt illud Gręcum prouerbium ἀμαθέστερον καὶ σαφέστερον,id eſt,indoctius & apertius ſcribere.Potes tamẽ ſi placet,Bellofortis ſcribere.

IOANNIS BAPTISTAE PLAVTII FONTILATENſIS,AD LECTORES EPIſTOLA.

VT in exponẽdis auctoribus,& præcipue in poetis,qui(ut ſcribit Plato) οὗτοι ἡμῖν ὥσπερ πατέρες τῆς σοφίας εἰσὶ καὶ ἡγεμόνες, id eſt, nobis tanquam patres ſunt & duces ſapientiæ, quorumq; eruditio multiplex,uaria,atq; recondita habetur,à ueteranis anteſignanis,& primæ claſsis interpretibus,qui attentiore cura illuſtrium ſcriptorum opera reuoluentes ex obſeruatione eorum,quæ legiſſent ad exponẽdos poetas acceſſere,Tyrunculus non recederẽ,& ne illotis(ut aiunt) pedibus fores,& liminarem noſtri operis paginam ingrederer contra omnium hactenus conſuetudinem, uitam Poetæ, titulum operis, qualitatem carminis, ſcribentis intentionem, numerum librorum, & auctoris uerba, ſenſuſque penitiſſimos, & obſcuros, ac difficiles quæſtiones ornate, dilucide, breuiterque pro uiribus explicare operæprecium eſſe exiſtimaui, ſi modo prius uos in hoc monitos reddidiſſem, cæteros qui ante me in Perſium numero Platonis (ut dicitur) difficiliorem, commentaria ſcriptitarunt, quædam ſubuertiſſe, nonnulla conculcaſſe, multa, tanquam canis in

Aegypto,fugientes ſalutauiſſe,quàm plurima uero ſecus quàm bono interpreti, & de literis benè merito,quiq; non ſolum ad Ariſtarchi, ſed etiam ad Cleanthis lucernam lucubraſſet, cõuenerat tradidiſſe.Ob quod eorum diligentiam expoſcere,& eruditionem deſiderare,incuriamq; morſu Theonino proſequi,& machæram noſtram non hebetem,ſtylumq; non retuſum in eos exercere poteram,ſi quorundam grãmaustarum huius noſtri temporis mores ſequi, quàm ingenuos, humanos,& uere literatos maluiſſem:quibus cum manifeſtiſsimum ſit neminem tanto ingenio, tanta doctrina,tantaq; ſapientia præditum, ut nunquam labatur, neminem tam circumſpectum (ut Senecæ uerbis utar) cuius non diligentia aliquando ſibi ipſa excidat,errãtes amabiliter corrigũt, literas à ſitu,& ſqualore neminem laceſſentes uindicant, & iuuenis uirtutem ſoboleſcentem miris laudibus excipiunt,& ad errores ſuos caſtigandos,ſi quos iudicio,quod pro lapide lydio haberi debet,inuenerint,uerbis mellifluis,& uiris libere educatis conuenientibus adhortãtur. neq; enim eſt ulla diſciplina,aut ars,quæ ſingulari conſummata ſit ingenio, nec ullus omnia ſcire poteſt,dicẽte Homero ἀλλ' οὔπως ἅμα πάντα θεοὶ δόσαν ἀνθρώποισιν,id eſt ſed nullo modo ſimul omnia dei dederunt hominibus.ubi uires deſunt diligentia ſatis eſt.Vnde Plato à Labeone inter ſemideos teſte Auguſtino numeratus,à quo,qui diſſident(ut inquit Cicero)plebei omnes philoſophi appellandi ſunt,Architæ reſpondens ait.Quæ apud me ſunt commentaria, de quibus ſcripſiſti, nondum ſatis lucubrata ſunt,nec unquam ſatis erunt,ea tamen miſi.Itaq; nominibus uiuentium parcens, ignorantiam deteſtatus ſatis mihi ad gloriam,quam πόνοι γονῶσι,id eſt labores generant, & uberrimam noſtri operis,annua cura,ac labore immenſo editi utilitatem fore arbitratus ſum, ſi diſtincte,eleganter,atq; ornate uera,ſcitu,& memoratu digna, ſoliſq; literarum antiſtitibus obuia mira uarietate,quæ πάντων ἥδιν γλυκύ,id eſt omnium rerum ſuauiſſima eſt,ex intimis doctrinæ penetralibus eruerem,cum ut doctrina prodeſſem,& diligentia delectarem;tum ne illius ſententiæ pareneticæ immemor iudicarer,quæ apud Græcos hoc eleganti,graphiceq; conſcripto epigrammate continetur.ἐσθλὰ λέγειν ἐπὶ πάντας καλόν,αἴσχρα δ' ἀεικές,ἂν ὦσιν τούτων ἄξιοι ὧν λέγομεν.hoc eſt,bene de omnibus dicere pulcherrimum,turpia autem loqui graue,& ſi hi de quibus mala dicuntur his conuitijs ſint digni.Oratio enim hominem plerunq; indicat.Vnde nõ abſurde Ageſilaum tradũt, cum quenquam intueretur,qui alium uituperaret,laudaret ue,dicere ſolitum,ſe non minus ex ipſa oratione iudicium facere de eo qui diceret,quàm de quo diceretur.Iudices ergo forſitan æquiores, humanioreſq; experiar,etiam ſi aliquid paulo inconſideratius dictum in commẽtarijs noſtris reperietur,& eo magis cum ſi quid male ceciderit Platonice me peccaſſe nõ ignorauerint,qui in Protagora ait ſapientes omnes,qui mala, turpiaq; committunt præter uoluntatẽ peccare,in qua non in facto crimen eſt,ut inquit Apoſtolus.Sed quo inſtat agamus,ne ueniam antequam peccauerimus deprecari uideamur.

VITA POETAE.

AVlus Perſius Flaccus nõ Ligur(ut quidã ſomniant) ſed Hetruſcus,patre Flacco, matre Fuluia,olympiade ducenteſima tertia, imperante Tyberio, Volaterris natus eſt (ut teſtatur Euſebius)& ætate Neronis floruit,magiſtro uſus Cornuto(ut ipſe in penultima Satyra apertiſſime docet:)annumq; un detrigeſimum agens exceſſit,cũ prius has Satyras quas enarrandas ſuſcepimus,poſteritati reliquiſſet.& hęc de Perſij uita.nam quæ præterea(ut cum Poliuano loquar)de illius uita ex antiquis aliquot incertæ, ac friuolæ auctoritatis cõmentarijs circumferuntur,ea neq; adducere in mediũ,quoniã ſine auctore,neq; aut affirmare,propter Zoilos ubiq; inſidiantes,aut refellere in animo eſt,ne ψυχαγωγίας χάριν, id eſt delectationis gratia,id feciſſe maleuoli ſuſpicẽtur.Prouidendũ enim nõ ſolũ ut ipſi ſimus iuſti,ſed ne cum peccatoribus moremur,quia in peccati parte ducit propheta,&(ut uerbis utar Biantis) οἱ πλεῖστοι ἄνθρωποι κακοί.i.plurimi homines mali,qui & ignorant ꝙ pro ueritatis defenſione καὶ τὰ οἰκεῖα ἀναιρεῖν δεῖ.i.etiam propria indulgere,& refellere oportet:ut ſcribit Ariſtoteles.

DE SATYRA, QVI EST TITVLVS OPERIS.

SAtyrarum genera duo agnoſcimus,alterum antiquius tam à Græcis, quã à Latinis uſurpatum,alterum recentius,quod cum ab antiquiore defluxerit,Latini tamẽ excoluerunt.de quorũ origine quædam breuiter ſubnotabo.Mos fuit antiquis Athenienſibus adhuc quidem per pagos diſperſis, atq; agriculturæ operam dãtibus, ut cum ſoluti ab opere ruſtico eſſent, genioq; indulgerent, quædam inter ſe iocularia conuicia per ludicrum funderent, qui mos deinde in pompã quoq;,& ludos deorum tiocatus eſt,ita ut ſuperſtantes plauſtris ſaltarent, & in obuium quenq; ſcommata iacerent, deinde extemporanea quoq; poemata effutirent.quare adhuc Græci,cum quenq; grauius conuitiatum prouerbio ſignificant,ἐξ ἁμάξης eum dicunt,hoc eſt è plauſtris eſſe locutũ.Hoc deinde poetæ imitati,partim antiquam comœdiam iocis,atq; amaritudine refertam,partim Satyricam fabulam excogitarunt,argumentis, dictiſq; iocularibus compoſitam, quæ perſonis introductis comœdiæ quidem par erat,ſed maiore laſciuiebat licentia,ſalibuſq;,& iocis abſoluebatur. Nam nõ heroes,aut reges,quod tragici faciunt,ſed Satyri dij ſilueſtres procaces iocularia, & laſciua inter ſe iactantes, ludendi,iocandiq; cauſa inducebantur,ſimul etiam ut ſpectator inter res graues iocis, & luſibus delectaretur.Erant autem hi Satyrus canus,Satyrus impubis, Satyrus adoleſcens,

Sileni omnes quidem, ſed is quoq; inter alios, qui πάππος à Græcis, hoc eſt auus appellabatur, cuius facies torua, atq; aſpectus truculentior, quàm cæterorum, ac ferino ſimilis, atq; id genus perſonæ fictæ, quod Iulius Pollux docet. In quo genere poematis claruere apud Græcos Demetrius nõ Phalereus ille, ſed ex Tharſo quidam Satyricus (ut placet Laertio) & Xenocrates, Phliaſius Timõ: Item Menippus ſeruus: ut Apuleius, & A. Gellius oſtendunt & alij permulti. Apud nos Pacuuius, Ennius, & M. Varro ille Romanorum eruditiſſimus, qui eo ſtylo Satyras, quas Cynicas, ipſe Menippeas appellat compoſuit, ut quæ inſcribitur, Neſcis quid ueſper ſerus uehat, & De officio mariti, & Teſtamentum, & illæ quæ Græcos habent titulos, ut περὶ ἀλωπέκων ὄνος λύρας, γεροντοδιδάσκαλος, ἢ ἀρχαίων ἐπαίνων, aliæq; permultæ, quas omnis uir ille doctiſſimus iucunditate quadam, atque hilaritate cõſperſit. Poſt quos omnes cum iam lata lege Romæ, ut ſi quis malum carmen in quẽquam ſcripſiſſet, eius rei ius, iudiciumq; eſſet, poetæ ſcenici à maledicendo metu pœnæ deſtitiſſent, Scipionis, ac Lelij ætate acerrimi poeta ingenij, miræq; eruditionis, atq; urbanitatis Lucilius extitit, qui cum ſuorum temporum uaria flagitia æquo animo ferre non poſſet, hanc Satyram recentiorem, quæ tota noſtra eſt, in qua acerrime uaria hominum uitia inſectaretur, excogitauit, in eaque primus inſignem laudem adeptus eſt, qui quoſdam (ut ſcribit Fabius) ita deditos ſibi amatores habuit, ut eum omnibus poetis anteferre non dubitarent, quamuis Oratius (non ſine tamẽ æmulationis ſuſpitione) eum in Sermonibus ſuis fluere lutulentum dixerit, & aliquid eſſe quod tollere poſſis. Sed quoniam auctore Cicerone omnis, quæ à ratione ſuſcipitur de aliqua re inſtitutio, debet à definitione proficiſci, ut intelligatur quid ſit iam de quo diſputetur: tandem quid ſit Satyra diſſeramus. Satyra inquit Diomedes eſt carmen apud Romanos maledicum, & ad carpenda hominum uitia compoſitum, quale ſcripſerunt Lucilius, Oratius, Perſius, & Iuuenalis. at olim carmen, quod conſtabat ex uarijs poematibus, Satyra uocabatur, quale ſcripſerunt Ennius, & Pacuuius. Dictam autem ideo Satyram exiſtimauerunt ueteres, quia Satyra genus eſt lancis, quæ referta uarijs, multisq; primitijs in ſacrificijs Cereris inferebatur, & à copia, ſeu ſaturitate rei, Satyra uocabatur, cuius generis lancium & Vergilius meminit, cum ſic inquit. Lancibus & pandis fumantia reddimus exta, Et, lanceſq; & liba feremus. Marcus Varro Satyram appellatã eſſe tradit à quodam genere farciminis, quod multis rebus refarciebatur. Eſt autem hoc poſitum in ſecũdo libro Plautinarum quæſtionum. Satyra eſt uua paſſa, & polenta, & nuclei pinei ex muſto conſperſi, alij adhæc addunt de malo punico grana. Feſtus Pompeius exiſtimat idem ferè quod Marcus Varro, ſcribens Satyram eſſe genus cibi ex uarijs rebus cõditum, & genus carminis, ubi de multis rebus diſputatur. Alij ab antiquæ fabulæ argumento Satyram hanc dictam eſſe arbitrantur, quia in hoc carmine ridiculæ res, pudendæque, uelut à Satyris proferuntur, & fiunt, de quibus Macrobius, Ouidius, Plinius, Solinus, Diodorus, Hieronymus, Pauſanias, Philoſtratus, cæteriq; plura tradiderunt, quæ pluribus in locis in cõmentarijs alijs noſtris quæ propediem exibunt, retulimus, uel dicta eſt Satyra à uocabulo Latino, quaſi ſatura, à copia, ſaturitateq; rei. Non deſunt qui exiſtimãt Satyram deriuari à lege Satyra (ut auctor eſt Diomedes) quæ uno rogatu multa ſimul comprehẽdit, quòd ſcilicet & Satyrica carmina multa ſimul poemata comprehendunt, cuius legis Lucilius & Salluſtius meminerunt, & hactenus de Satyra.

QVALITAS CARMINIS.

IAmbicum metrum eſt, cuius duo ſunt genera, alterum apud uetuſtiſsimos comicos in uſu fuit quod teſtatur Oratius. Hunc ſocci ſumpſere pedem, grandeſq; cothurni, primusq; hoc carmine ſcribere cœpit Archilochus, de quo idem Oratius. Archilochum proprio rabies armauit iambo. Quo uſus eſt in Licambem, quia ei Neobolẽ deſponſatam iam filiam denegauit ut Acron eſt auctor. Altero uero tumiores duntaxat uſi ſunt. Vetus iambicum, comicum, ac tragicum dicitur: hoc autem purum trimetrum nuncupatur: ſuſcipitq; tres pedes inuicem mutatos iambum, pyrrichium, & ſpondæum, nec niſi raro apud ueteres in uaſu fuit. Atqui uetus iambicũ in diſparibus ſedibus, hoc eſt prima, tertia, & quinta, quinq; pedes ſuſcipit dactylum, ſpondæum, chorium, anapæſtum, & à quo denominatur Iambum, in ſecunda uero, & quarta anapæſtum, chorium, & Iambum. Sexta ſedes (& ſi uarie uſurpetur) proprie tamen Iambum uel Pyrrhichium requirit. Nouum aũt Iambicum in primo, tertio, & quinto loco Iambum, aut ſpondæum capit, in ſecundo & quarto ſemper, in ſexto Iambum ſiue pyrrhichium (ut & Cenſorinus docet) quos pedes cum non habet, ſed ſpondæum, ſcazõ. i. claudicans appellatur, & tale eſt in hoc ſuo prologo poetæ noſtri carmen. hoc autem carminis genus deſignat Ouidius illo uerſu. Extremum ſeu trahat ille pedem. Inuentum eſt ad maledicendum & ad ulciſcendũ, unde ultor dicitur. Sta. Huicq; minax ultorẽ ſtringit Iambon. Cuius (ut Diomedes refert) præcipui ſcriptores fuere apud Græcos Archilochus, & Hipponax, apud Romanos uero Luci. Catullus, & Oratius Bibaculus. ſumpſit nomen ab Iambo (ut dictum eſt) Iambus autem, quem ultorem dixit Ruffinus in Arte ſua ab eo quod ἰαμβίζειν Græci detrahere dixerunt (ut auctor eſt M. Capella) uel ab ἰάπτω quod eſt noceo, uel ab Iambes puellæ nomine, quæ Celei & Meganiræ famula Cererem ad eos delatam, cum Proſerpinam quæreret conuicijs quibuſdam inuaſit, ac male tractauit. unde Iambice loqui Philoſtrato eſt contentioſe, contumelioſe, & mordaciter. Alij Meganiram unam de Celei ancillis fuiſſe anum tradunt, de qua intellexit Ouidius in quinto Met. Prodit anus, id eſt Meganira. Nicander ἐν ἐλευσῖνι ὑφάνεαι ἀρχαίη μεγάροιο ἐδν δαίδαλα ...

Id eſt quando in Celei ancillis uetula Meganira deam per manum accepit prudens aut caſta. Non deſunt, qui alias etiam adducant referantq; huius nominis origines, quas ſilentio prætereo, quia & cognitæ ſunt, & alibi à nobis diligenti ſedulitate, & ſtudio curioſo annotatæ reperiūtur. Illud notandum, quod commentatoe Nicandri, Iambum puerum appellat, Diomedes uero Iambem puellam Celei famulam dicit, quæ Cererem male tractauit, ut dictum eſt.

INTENTIO POETAE.

INtentionem poetæ noſtri diuini, & morum cenſoris acerrimi hāc eſſe autumo, ut proſit, & delectet iuxta illud Oratianum, Aut prodeſſe uolunt, aut delectare poetę: Aut ſimul & iucunda, & idonea dicere uitæ. Delectat aures lectorū facundo, reſono, & eloquenti carmine, rerumq; uariarū narratione: qua nihil amœnius, nil ſuauius, nil dulcius eſſe poteſt. hæc enim reficit, & reparat animos, magnāq; ſi Quintil. credimus affert legētibus utilitatē. Prodeſt ob ſingularem eruditionem, rerūq; doctrinam copioſiſsimam, quę cū in omnibus Satyricis magna conſpiciatur, in Perſio maxima redundat. Prodeſt & dum impios, ſuperbos, auaros, luxurioſos, inuidos, adulatoresq;, & id genus alios ſexcentos uitioſos reprehēdit, ſtyloq; Satyrico ſuccenſus inſectatur, uirtutesq; extollit, & pręconio laudū non mediocri proſequitur, ut ad eas excolendas lectores alliciat, & ad uitia relinquenda turpitudine abhortetur. Vnde fit, ut qui hunc diuinū poetam morūq; cenſorem optimū non amauerit, amando non intellexerit, & ediſcere non curauerit, tantū ab ipſo uirtutis itinere aberret, quantū Hipanis Veneto diſsidet Eridano. Huius enim ſermo non eſt inanis, ſed ex pręcepto Senecę monet, conſolatur, & protrepticus eſt: hoc eſt, monens & inſtituens.

NVMERVS LIBRORVM.

DE numero librorum qui dubitaret adhuc inueni neminem, quando quidem illis Quintiliani uerbis nihil ſit celebratius. Multum quoq;, & uerę glorię quāuis uno libro & Perſius meruit. Martialis. Sępius in libro memoratur Perſius uno, Quàm leuis in tota Marſus Amazonide. Sed iam ſoluamus oram iudicum cenſurā nihil formidantes, quos multos ſumit, qui ſcribit (ut inquit Hieronymus) etenim ſegnes puſillanimesq; nunquam palmā conſequuti ſunt. opus eſt ergo magnanimitate, & fiducia, quandoquidem illius, qui per ignorantiam negligentiāue aberrauerit, debita pœna nulla alia ſit, ꝙ ut ſciens efficiatur, & diligens, ut apud Plat. autor eſt Hermocrates.

AELII ANTONII NEBRISSENSIS GRAMMATICI
in A. Perſiū Flaccum poetam Satyricum interpretatio ad illuſtriſsimum D. Ioannem de Stunica, Ciſtertienſis militiæ magiſtrum quondam Dalcantara, nunc eiuſdem ordinis præſulem ampliſsimū, atq; archiepiſcopū Hiſpaleñ. Romanęq; eccleſię cardinalem digniſsimum.

ADmonuiſti me identidem Pater ampliſsime, ut in A. Perſij Satyras cōmentarios certis quibuſdam à te pręſcriptis legibus componerem, ut breues, ut dilucidi, & quod breuitati maxime repugnat, ut nihil quod neceſſarium eſſet, omitterem, tales denique quales illi fuiſſent, quos in opera Vergilij tuō iuſſu perſcripſimus. Aiebas nāque te huius amarulenti ſimul & feſtiuiſsimi poetæ ſalibus mirū in modum delectari, ſed quibuſdam in locis præ nimia difficultate atque trāslationum quæ plerunq; exeunt in ęnigmata, inuolucris deterreri. Addebas pręterea legiſſe te quorundam interpretum in hoc opus enarrationes, perlongas illas quidem, & quę nonnunquam patientia lectoris abuterentur, ſed quę ubi interdum minime ſatisfacerent. utpote in quibus complura deſiderentur. Ego uero tametſi eram occupatus, atque in medio curſus feruore illius operis, quod de ſacrarum literarum grammatice iampridem parturio, non potui non obſequi imperio tuo, cui uelut mancipium deditiſsimum omnes diurnas & nocturnas, omnes feſtas & profeſtas operas etiam ſine dimenſo, ſine diario ſine mercede ulla debeo. Itaque experimento didici, Thaletis illud eſſe quàm uerisſimum, neceſsitatem eſſe uim maximam, ſi cui uelis nolis parendum eſt. Nec ignoro quantę ſit difficultatis poetas interpretari, hunc pręſertim quem tuis auſpicijs tuoq; imperio explicare aggredimur. Quantę pręterea audacię poſt tot pręclaros uiros qui in hoc opere inſudarunt aliquid noui afferre. Quibus ego quemadmodum concedo eruditionem longe maiorem, atque plurimarum rerum cognitionem, ita illud mihi poſſum meo quodam iure uendicare quod eſt grammatici proprium, omnium prope clauſularum ſenſa exprimere, ſingulas particulas etiam illas quę ſunt in promptu per alias notiores aut ęque notas exponere: orationis partes ordinare, & quod fieri Quintilianus pręcipit, quotiens opus fuerit, uerius quaſdam etiam paraphraſi uertere. Quid quòd & uiri quidam doctiſsimi qui poſt illos priores ſcripſerunt, dum aliud agunt, quoſdam locos pręter aliorum opinionem interpretati ſunt, ut quod Hermolaus barbarus in ſeptimum librum Naturalis hiſtorię Plinij expoſuit, aſt illi tremit omento popa uenter. quodque Angelus Politianus in prima (quam unicam uidimus) centuria argumentum illius Satyrę cuius initium eſt Rem populi tractas, & illud; Non in feſtuca lictor quam iactat ineptus, illud prætereа Præſto eſt mihi Manius hæres Progenies

terræ, & quod Philippus Beroaldus in quibuſdã ſuis annotationibus, Qui prior es, cur me in decurſu lampada poſcis. & illud in calce operis, Inuentus Chryſippe tui finitor acerui. & alij itẽ alia. Nos quoq; nonnihil de noſtro attulimus, ne penitus aliorum ueſtigijs inſiſtere uideremur. Sed de his hactenus, ne (quod Ariſtoteles uetat fieri) extra opera plura ſint quàm opera. Vale.

IOANNES MVRMELLIVS RVREMVNDENSIS
Alardo Amſtelredamo ſuo S. P. D.

SVperioribus menſibus uir doctiſsime tuas accepi literas ſane quàm elegãtes, unaq; cum eis accepiſsimum mihi munus, Chriſtiani principis inſtitutionem, ſaluberrimis refertam præceptis, ex Eraſmi laudatiſsima nobis officina depromptam, quam utinam principes ſemper in manibus haberent, ediſcerent, ac uelut pulcherrimum archetypon imitarentur, quemadmodum Africanus ille Scipio Socraticum Xenophontem nunquam deponebat, quem & Marcus Tullius Cicero ſe legendo pene contriuiſſe gloriatur. Remitto tibi (quo crimen ingratitudinis ſi non depellam, at certe differam) meas enarratiunculas in Perſiũ Satyrographum, ſubciſiuis (ut aiunt) horis hac æſtate præter alia quædam compoſitas: in quibus hoc unum maxime ſtudui, relictis grãmaticorum diſſenſionibus, ueram Perſianæ ſententiæ medullam ſtudioſis porrigere, & in quantis interdum uulgares gloſſematarij uerſentur erroribus, facere palam, quod an conſecutus ſim aliqua ex parte, iudicent eruditi. Diomedis inquies permutationem facis, qui aurea donanti reddidit ærea, uixq; nouem iuuencis æſtimanda. Sunt hæc mi Alarde (fateor) uilia, neq; pro tali tantoq; munere benignitati tuæ rependenda, ſed nec Glauci ſtupiditas in te cadit, qui ut es acris ingenij, probatiſsimisq; diu ac multum philoſophiæ ſtudijs expoliti, munerum ſcis animum multo eſſe optimũ, magisq; mentem donantis, quàm precium rei quæ datur æſtimandam. Vale, & hoc qualecũq; eſt munuſculum, ut à tui amantiſsimo profectum boni conſule. xvi. Calend. Nouemb. Alcmariæ.

A. PERSII FLACCI VITA EX LIBRO PETRI CRINITI,
De poetis Latinis tertio.

AVlus Perſius Flaccus Volaterris Hetruriæ oppido natus eſt. Quidam exiſtimarunt Lunæ, quòd hoc uideatur inſinuari ab ipſo Perſio. Euſebius certe & grammatici ueteres Volaterranum faciunt. In ſecundo ordine permanſit, ut adnotatum eſt. Conſtat eum claruiſſe iiſdem ferme temporibus, quibus Domitius Nero imperium Romanæ Vrbis ſuſcepit. In grammatice præceptorem habuit Rhemniũ Palæmonem Vicentinum, qui grauiſsimas inimicitias dicitur exercuiſſe cum M. Varrone. In rhetorice Flauium Verginium, ſi fides adhibeatur grammaticorum cõmentarijs, qui eundẽ Perſium expoſuerunt. Annæum uero Cornutum, qui philoſophiæ ſtudio excelluit, magna diligentia, ſingularíq; obſeruatione coluit, cũq; eo familiariſsime diu uixit. mirifice gratulatur Perſius ſibi ipſi, quòd ſibi contigerit Cornutum habere præceptorem, optimamq; illius diſciplinam atq; inſtitutionem ſequi, ut amice ac libere ad eum ſcribit:

Quumq; iter ambiguum eſt, & uitæ neſcius error
Diducit trepidas ramoſa in compita mentes,
Me tibi ſuppoſui, teneros tu ſuſcipis annos
Socratico Cornute ſinu.

Amicos præterea maxime dilexit Annæum Lucanum, Cæſium Baſſum, qui in Lyricis carminibus claruit, & Macrinum, quod aperte colligitur, cum ipſius Perſij uerſibus, tum ueterũ cõmentarijs. Probis moribus fuit, & egregia uitæ integritate. Quocirca continere ſe nõ potuit, quin ipſum quoque Neronem, eiusq; iniquiſsima flagitia liberius accuſaret, ut qui ſub Midæ regis nomine illum irriſerit ſatyrica quadam urbanitate, ſed admonente Cornuto carmen immutauit. Compoſuit Satyras numero ſex, præfatus in his multũ ſe laboris atq; diligentiæ poſuiſſe, neq; ſe repente poetam prodijſſe. Non deſunt qui ſcribant, imperfectum fuiſſe hoc opus à Perſio relictum. Quod quidẽ mihi ueriſimile uidetur, propter immaturũ illius obitum. Quũ publicarentur Perſij Satyræ, mirum eſt, quàm fuerint iudicio eruditorum approbatæ. Itaq; maiorẽ laudem, atq; ampliorẽ commendationẽ meruit, quàm grande illud, atque operoſum poema Marſi, quod Amazonidis nomine inſcripſit, ut Fabius & Val. Mart. teſtantur.

Sæpius in libro memoratur Perſius uno,
Quàm leuis in tota Marſus Amazonide.

Secutus eſt in ſcribendis Satyris poetam Lucilium, qui acerrimus fuit in notandis atq; inſectandis Romanorum uitijs. Relatum eſt ab Euſebio, eum perijſſe, quum nondum trigeſimum uitæ annum compleuiſſet. Quo tẽpore Nero imperator omnium ſcelerum cumulatiſsimus, cum cantoribus ac ſcenicis hominibus in theatro decantauit.

DE SATYRA.

Satyra carmen eſt apud Romanos maledicũ, & ad carpenda hominum uitia, archææ comœdiæ charactere cõpoſitum. Archæa comœdia uetus dicitur, ἀρχαῖος enim Græce priſcus, & antiquus interpretatur Latine. de qua Horatius primi Sermonum libri Satyra quarta.

Eupolis atque Cratinus Ariſtophanesq; poetæ
Atque alij, quorum comœdia priſca uirorum eſt,

Siquis

Si quis erat dignus deſcribi, quòd malus, aut fur,
Quòd mœchus foret, aut ſiccarius, aut alioqui
Famoſus, multa cum libertate notabant.
Hinc omnis pendet Lucilius, hoſce ſecutus
Mutatis tantum pedibus, numeriſq; facetus.

Satyra dicta eſt à Satyris deis, quos nō ſolum proteruos, ſed riſores etiam, & dicaces fuiſſe Flaccus oſtendit in Arte poetica. Horū igitur naſutas irriſiones, dicacitatē, mordacitatēq; Satyrici poetæ imitantur. Vnde illud. Sed ſum petulanti ſplene cachinno, & id genus alia non pauca.

DE SATYROGRAPHIS.

Satyræ Latinæ ſcriptores quatuor celebrātur, Lucilius, Horatius, Perſius, & Iuuenalis, tametſi quidam Turnum neſcio quem (niſi quod eius Martialis meminit) eorū numero accenſeant. C. Lucilius Satyrarum libros ſupra triginta compoſuit, uti Varro & alij grammatici oſtendunt. Eruditio eſt in eo mira, libertaſq; & acerbitas, & abunde ſalis. Sed hominum incuria nullus hodie Lucilij librorum ſupereſt, uerſus autem aliquot paſsim apud quoſdam ſcriptores reperiuntur. Q. Horatius Flaccus quatuor Satyrarum libros ſcripſit, quorum duo inſcribuntur Epiſtolarum, quaſi ad abſentes, reliqui uero duo Sermonum, tanquam ad præſentes. Quintil. præcipuum in Satyra dicit hunc ipſum ac purum in primis & terſum. Quin hoc illi propriū, & peculiare fuit, ut ridenti ſimilis, & quaſi diſsimulans, improbitatem ac uitia hominum accuſaret. quòd ea magis urgeant atq; afficiant, quæ ſenſim irrepunt, quàm quæ aperta fronte inuadunt. A. Perſius Flaccus multū & ueræ gloriæ, quamuis uno libro meruit, & à Diuo Hieronymo Satyricus diſertiſsimus nuncupatur, nec immerito, nam & ſanctitate ſcribendi, & ſententiarum grauitate uerborūq; pondere, & Satyrica urbanitate nulli poſtponendus eſſe uidetur. Inſectatur uitia, ſontes carpit, præceptis legentium animos ſanctiſsimis format & imbuit, quem nunc eo impēſius placiturum pudicis auribus confido, quòd fœdiora quædam caſtos adulſcentes dubio procul offenſura, ſunt prouidenter reſecta, ita ut iam nullus anguis in herba, nullus coluber ſub frondibus delitefcat. Decius Iunius Iuuenalis quinq; Satyrarum libros fecit eruditionis multijugæ referutiſsimos, qui ut eſt morum cenſor optimus, & uitiorum acerrimus inſectator, ita & inter Satyricos lectu foret dignifsimus, niſi complurias nefandiſsima quædam ſui ſeculi flagitia nimis aperte (ne dicam impudenter) taxando explicaret.

ARGVMENTA IN PERSIANAS SATYRAS EA ſerie qua commentarij ſubſequentur: Addenturq́ Io. Valeriani, cuius commentarios non uidi, Periocha.

IODOCI BADII ASCENSII IN PROOEmium ac Satyras A. Perſij Flacci argumenta.

Præludendo docet Satyram ſe ſcribere Flaccus
Poſſe licet ſubito neget euaſiſſe poetam.
In prima elumbes ſcriptor lectorq́ notantur.
Vota nefanda auidi, ſacra pontificumq́ ſecunda.
Tertia, qui ceſſant iuuenes notat ære potentes.
Carpitur in quarta rex, & reprehenſor ineptus.
Seruire in quinta ſtultiq́ maliq́ probantur.
In ſexta hæredi taxat nimium cumulantes.

AELII ANTONII NEBRISSENSIS GRAMmatici in Perſij Satyras Argumentum.

Prima poetarum mores & tempora monſtrat.
Quidq́ optare decet, quid non optare, ſecunda.
Tertia uirtutis iuuenes inflammat amore.
Rem populi ignaros prohibet contingere quarta.
Quinta docet qui ſit liber, qui ſit quoq́ ſeruus.
Vltima ob hæredis curam, caſtigat auaros.

IOANNIS MVRMELLII RVREMVNDENSIS In Perſij præfationem & Satyras Argumenta.

Commendat, ridens alios, præfatio uatem.
Nobilium prima mores taxantur inepti.
Carpit auaritiæ mala uota, precesq́ ſecunda.
Tertia deſidiam iuuenum, faſtusq́ laceſsit.
In quarta ſtultus rex cenſoresq́ notantur.
Cornutum laudans aperit penultima ſeruos.
Vltima perparcum Satyra inſectatur auarum.

IOANNIS PIERII VALERIANI BELLVNENSIS in Perſij Satyras Periocha.

Prima leues carpit uates, mollemq́ Neronem.
Altera ſpes uanas, & inania uota, precesq́.
Tertia ceſſantem circa præclara iuuentam.
Cenſores quarta inſanos, & facta Neronis.
Quinta hominum in uanis diuerſa negocia rebus.
Duriter impranſos ſexta inſectatur auaros.

FINIS.

ALIQVOT DOCTORVM IN SATYRAS A. PERSII FLACCI COMMENTARIA.

IODOCVS BADIVS ASCENSIVS.

NEC *fonte labra &c.*] Quia poeta non immerito in male ineptéq; (id eſt indecore aut ad indebitũ finem) ſcribentes, aut recitantes poemata, primam Satyram ſcribere con ſtituerat: ſciueratq; multis perſuaſum eſſe, neminem ſtudio & labore quocũq; ad carmen aptum fieri, niſi ad ipſum natus fuerit: ideo in hac pręfatione ne ſe damnare, aut inanis iactantiæ aut deteſtandæ temeritatis cogatur, utq; Satyrice per tranſitum illorum uanitatẽ taxet, docet naturali exemplo, ſe licet nõ ſit ita natus ad carmen ut ſine ſtudio & eruditione ſtatim ex ſola Muſarum inſpiratiõe & diuite naturę uena poeta euaſerit: ad Satyram tamen aptum fieri & erudiri potuiſſe, cũ Pſittaci, picæ & corui diligentia docentis, qui eos fame torquet, humanas uoces ſibi negatas quodãmodo diſcant. hoc dicit. Quod merito primam Satyram in poetas deſtinauerat, docui in pręambulis quæſtione ſecunda: q ſe à temeritate, iactanuéq; uitiis purget, quęſtione tertia & quinta: quod iactabũdos ac ſtultos, nõ ſe nec bonos poetas reprehẽdat, quęſtione prima: quatenus ſe damnare liceat, quęſtione quarta. Contextus ergo huius pręfationis talis eſt, ut dicat poeta cum quadam ſubriſione. Ego quidem ingenue fateor: Nec fonte labra prolui Caballino, nec in bicipiti ſomniaſſe Parnaſſo memini, ut repẽte ſic poeta prodirem. Et ideo quia illud mihi uendicare non auſim, Heliconidasq; pallidamq; Pirenen illis relinquo, quorum imagines lãbunt bederę ſequaces. Et ſi dicatur, ſi nõ es natus ad carmen, quomodo ad ipſum ingrederis? reſpondet. Ipſe ſemipaganus ad ſacra uatum carmen affero noſtrum. Si tunc dicas. Non poteſt fieri ut ſemipaganus, id eſt ſemiruſticus, non habens ſimul ſtudium & diuitem uenam, quid aptius ſcribat. Reſpondet. Quis expediuit Pſittaco ſuum Chære. quaſi dicat. Cur ego minus ſtudio conſequar quàm beluæ? Nunc ad interpretationẽ. nouerit nouitius grammaticus omnia uocabula ſignanter hic eſſe poſita. Quocirca prænotabo aliquot regulas grammaticis non contemnendas. Quarum prima eſt. Quicunq; rem quamlibet aut commendare aut uituperare uehementius uolet, artificioſe ſignatis utetur uocabulis, quę uehementiã contineant. Et ideo poeta uolens iactantiam illorum damnare, qui ut ingenioſi haberentur ſtudium negabant, & ſeſe ſacris fontibus potos poetas euaſiſſe iactitabant, notat ſignatis uocabulis illorum glorioſitatem, dicens non labia ſed labra, quæ etiam beluarum ſunt, nec imbui, ſed prolui, id eſt prorſus inuolui more beluino, & nimis auidorum, nec fonte equino, aut Pegaſeo, aut Græce Hippocrene. ſed Caballino quod à Caballo equo nõ quouis, ſed bellatore & feroci deducitur.

Secunda regula colligitur ex tertio libro Laurentij Vallẽ. quæ talis eſt. Quãdo adiectiuum unum duo ſequuntur ſubſtantiua, aut ſuppoſitum duo uerba, aut caſum duo regentia, & utrique ſubſtantiuorum, uerborum, aut regentium, præponuntur huiuſmodi particulæ &, tum, partim, ſimul, nec, neq;, an, ue, uel, aut, ſiue conſimiles, tunc oportet ambo illa ſubſtantiua adiectiuo illi, ambo uerba ſuppoſito, & ambo regentia caſui conformari. Si ſecus fiat erit incongruitas, quæ tribus modis tolli poteſt. Primo deponendo alteram illarũ particularũ: ſecundo poſtponendo adiectiuum. ſuppoſitum, aut caſum: Tertio ponendo illa duo ſequentia eiuſdem accidentis & natu-

A. PERSII FLACCI IN SATYRAS PROOEMIVM.

Commendat, ridens alios, præfatio uatem.

NEC fonte labra prolui Caballino,
Nec in bicipiti ſomniaſſe Parnaſſo
Memini, ut repẽte ſic poeta prodirem.
Heliconidasq; pallidamq; Pirenen
Illis relinquo, quorum imagines lambunt
Hederæ ſequaces: ipſe ſemipaganus
Ad ſacra uatum carmen affero noſtrum.
Quis expediuit Pſittaco ſuum χαῖρε?

Hunc uerſiculum non omnes recipiunt.

Coruos quis olim concauum ſalutare?
Picasq; docuit uerba noſtra conari?
Magiſter artis, ingeniq; largitor
Venter: negatas artifex ſequi uoces.
QVOD ſi doloſi ſpes refulſerit nummi,
Coruos poetas, & poetridas picas
Cantare Pegaſeium mellos credas.

A ræ.Exemplum de adiectiuo male poſito:ut male diceretur. Nulla eſt dicenda uirgo,corrupta uel
mente uel corpore.Sed bene ſic.Corrupta mente uel corpore.Et ſic.uel mente uel corpore corru-
pto.Et ſic.corrupto uel animo uel corpore.Exemplum de ſuppoſito:ut male diceretur. Ego neq;
te amo,neq; tu me diligis.Sed bene ſic.Neq; ego te amo,neq; tu me diligis. Et ſic.Ego te non amo,
neq; tu me diligis.Et ſic.Ego te neq; amo neq; diligo.Sicut hic.Ego neq; prolui labra &c.Nec me-
mini ſomniaſſe.Exemplum de caſu:ut male diceretur.Ego tibi neq; nocui neq; iuui.Sed bene ſic.
Neq; ego nocui tibi neq; iuui.Et ſic.Ego non nocui tibi nec iuui. Et ſic. Ego neq; nocui neq; iuui
te.Et ſic.Ego tibi,neq; nocui neq; profui.Si cauſam diuerſitatis quæris,hæc eſt,quòd dum illę par
ticulæ ſic geminatæ ſequuntur,tunc ſignificant ambo illa ſequentia quibus præponuntur æquali
ter illud præcedens aſpicere,quando uero altera particula deponitur, aut adiectiuum, ſuppoſi-
tum,aut caſus poſtponitur, tunc eſt zeugmatica locutio. Tertia regula quam ex idoneorum ob
ſeruatione collegimus , eſt hæc. Et,nec,neq;,poſſunt quidem in principio & ante copulata poni,
ſed non in fine.in medio autem debent poni,ſed nec & neq; negationem præcedentem efflagitant,
uerum,q;,ue,ne coniunctiones inclinatiuæ poſſunt quidem in medio poni, non in principio. in
fine autem debent poni.Et ideo Verg.ut lanitatem ſeruaret,ſæpe hypermetrum,id eſt uerſum in
ſyllaba abundantem fecit quam tamen ut Seruius annotauit ſequēs uocalis abſumit. Exemplum
B de &,ut & fortis & robuſtus miles.de nec aut neq;.ut nec fonte &c. de q; ſecundo Aeneid. Quem
non incuſaui amens hominumq; deorumq;.de ue ut Horat.de Arte poetica. Indoctus q; pilæ,di-
ſciue, trochiue quieſcit,de ne ut primo Aeneidos. Qui teneant(nam inculta uident) homines ne fe
ræne. Quarta eſt Agretij ita dicentis. Memini me facere,dicere debemus, non memini me feciſ-
ſe. Nam memini ſermo eſt totus præteriti temporis, qui antefactam rem in præſens reuocat. Et
ſi dixeris memini me feciſſe,duo præterita ſimul iungis.Cicero.Memini Pamphylum Libytanum
mihi narrare ſolitum.Idem infra . Reſpondi Metello ut & memini me dicere.Terentius.Ego illam
uidi uirginem forma bona,memini me uidere.Vergilius,De cœlo tactas memini prædicere quer
cus.Idem.Cantando ſolitum memini me condere ſoles.Idem.memini aut uncos ita ferre ſenes.Et
multis præterea in locis.Neque inuenitur ubi ab alijs magnis auctoribus memini ita poſitum ſit,
ut non addatur aut etiam,aut aliquantus ſermo qui præſens tempus reſtituat, niſi uno in loco.
Et quaſi hoc mirabile.Is autem eſt.Vergil. in Georg. Nanq; ſub Oebaliæ memini me turribus al
tis,Coricium uidiſſe ſenem:quod poetæ pro neceſsitate metri licuit uſurpare.hæc ille. Addere po-
tuit & hunc locum. nam hic dicitur memini ſomniaſſe. Quinetiā Valla contra ſentit non minus
uſitate dici, memini uidiſſe ac uidere. Memini autem pro eo quod eſt mentionē facio poſtulat
genitiuum uel ablatiuum . pro recordor autem etiam accuſatiuum ut docet idem Valla.Nonius
C uult memini illam rem difficilius dici.ut in Buccolicis,Numeros memini ſi uerba tenerem. Quin
ta regula ex Horatio trahitur talis Apta & concinna eſt breuitas, quæ neque ſterilitatem in uer-
bis,neque obſcuritatem in ſententijs parit. Vnde infertur quòd quoties uerbi finiti & infiniti i-
dem ſit ſuppoſitum, non eſſe neceſſe ut ante infinitum expreſſe ponatur: uerbi gratia. Non eſt
neceſſe ut dicam . uellē me diu uiuere,memini me ſomniaſſe,ſed ſatis eſt . uellem diu uiuere . Me-
mini ſomniaſſe. Quo modo hic neceſſe eſt dicere propter metrum . de cuius pedibus & pedum
locis Britannicus ſatis eloquitur.Addam tamen puerulis hoc unum, quòd uerſum ſenariū Iam-
bicum trimetrum Satyricum qualis hic eſt, non ingreditur pes minor tribus temporibus,nec ma
ior quatuor,nec trochæum recipit , niſi ſexto loco ubi ſpōdæo æquipollet,& Pyrrhichius Iambo.
unde ſequitur primo quòd non ſit legendum.Memini me ut repente &c. quia quinq; eſſent in u-
no pede tempora.Legi tamen poſſet ſtante metro,ſed non eſt neceſſe,Nec me in bicipiti &c.Nec le
ges.Heliconiadas pallidamq; Pyrenen. ſed,Heliconidasq; pallidamq; Pyrenen.Nam ſi priori mo
do legeris, facies Pyrrhichium,id eſt pedem duarum breuium in ſecūdo loco. Si autem legeris ut
pleriq; omnes Heliconiadasq; pallidamq;,iam patronymicum irregulariter citra neceſsitatē for
maueris,quod faciendum nō eſt.Nam ubi Amphitrioniades & Anchiſiades,pro eo quod eſt Am
phitrionides,& pro eo quod eſt Anchiſides reperitur,neceſsitas eſt metri quæ hic nulla eſt.Melius
D enim ponitur Iambus in ſecundo,quàm duo anapæſti continui,recte autem Helicon Heliconis
facit,non Heliconias ſicut Colchos Colchis.Eſt enim patronymicū fœminini generis à loco dedu
ctum.Nam & locus ut docet Porphyrius principium generationis eſt.Et habet in accuſatiuo plu-
rali Heliconidas, quia quotiens ſingularis non neutri generis habet a,pluralis habet as. Item quia
in locis paribus decenter ponitur Iambus: peritiores legunt ingenijq; pro ingenijq; largitor &c.
non male tamen legatur ingenij,quia is locus anapęſtum recipit.Præterea,ut dixi, Angelus Poli-
tianus uir argutiſsimus docet in bonis exemplaribus non Pegaſeium melos aut mellos,ſed ne-
ctar legendum eſſe,de quo dixi in præambulis noſtris. Nunc ad uocabula conuertamur. Nec
fonte labra prolui &c.] Labra(inquit Donatus in Eunuchum ad illud demiſsis labijs &c.) ſunt ſu-
periora,labia inferiora , labræ propriæ aſinorum dicuntur.Et paulopoſt.Labra,inquit,ſunt ma
iora,unde Labrones qui labra maiora habent. Et iterum . Alij labia dicunt inferiora, & labra ſu-
periora.Sic enim Agretius,labrum inquit eſt inferius,labium ſuperius.Seruius autē uarie loqui-
tur.Nunc ſic.Labia & labra indiſtincte dicuntur diminutiue labella.Flaccus ſic diſtinxit, modica
eſſe labia,labra immodica:& inde Labrones dicti.Nunc autem ſic.labra nō ſolum hominū,ſed &
margines uel fines dicūtur.unde labruſca quæ in labris naſcitur uitis ſyluestris.Labias autē fœmi
nino genere dici docet A.Gellius libro x.cap.iiij.Quia ergo labra maiora ſunt, & etiam beluarū,
& agro

&agrorum,ſignificatur immodicus & beluinus hauſtus,maxime quum ſubditur proluī.Proluo A
autē compoſitū eſt à porro,id eſt prorſus uel ampliter,& lauo,quod etiam tertiæ coniugationis re
peritur & potiſsimum in compoſitis,ut diluo,eluo,abluo,polluo,proluo.Eſt ergo proluere pror
ſus inuoluere & non ſummis labellis libare aut coniungere pocula,ſed auide totum os immerge-
re.unde in primo Aeneid.Tum Bitiæ dedit increpitans,ille impiger hauſit Spumātem pateram,&
pleno ſe proluit auro.Caballus uetus eſt uocabulum,unde Italorū Gallorūq; uulgare,quo equū
appellant,nec fere niſi pro feroci & belligero reperitur.unde ſignāter poſitum eſt. Nebriſſenſis au
tem uult humile eſſe uocabulum & ideo Satyræ aptum:alijs ſuperbum uidetur licet eo ex huius lo
ci imitatione uſus ſit Iuuenalis.Nam Horatius extra Satyram eo utitur.In hoc autem procemio e-
tiam non Satyricis uti licuerit ſicut & in Satyra ubi aliena aut citat aut taxat.De fonte autē Caballi
no ſic inquit Tortellius.Pegaſus equus fuit alatus,natus ex ſanguine Meduſæ: qui ad montē Par-
naſſum aduolans quum terram ungula pedis effoderet, πηγήν, hoc eſt fontem produxit,à quo ipſe
Pegaſus cognominatus eſt.Cuius rei fabulam Ouid.in iiij Metamorph.lib. & Lucanus in undeci
mo,& Higinius in Aſtronomia poetica deſcripſerunt.quæ ab omnibus breuiter cōprehenſa talis
eſt.Phorcus ex Cetho coniuge tres habuit filias eximiæ pulchritudinis,Euralem,Sthenionem, &
Meduſam natu maximam.Nōnulli addunt & quartam uidelicēt Scyllam.Has tenuiſſe dicit Pom
ponius Mela Gorgades in Oceano Aethiopico poſitas. unde & nos illas Gorgones dictas puta- B
mus.Fingunt deinde poetę has ipſas ſorores unicum tantum habuiſſe oculum,quo emergente ca
ſu ſingulæ pro libito utebantur. Vndę & nonnulli putant ſapientem quādam fuiſſe,cuius conſilio
ſingula regebantur.Et ulterius addunt poetæ quòd quū die quadam Meduſa ſola circa littora ua
garetur,à Neptuno uiſa & amata fuit,qui illam fugientem perſecutus eſt donec iam feſſa in templū
refugit Palladis,in quo ardens deus illam compreſsit.Sed turbata Minerua,ne ignominia templi
maneret inulta,crines ipſius Meduſę mutauit in angues,quia Neptuno per capillos maxime pla-
cuerat: fecitque ut omnes Meduſam aſpicientes uerterentur in lapides. Quod ob ſtuporem ad
mirandę pulchritudinis fictum uoluit Seruius. Hanc deinde dormientē Perſeus Iouis & Dana-
es filius,acceptis Mercurij talaribus, eiusq; falcato enſe, & ſcuto Palladis chryſtallino per quod
illam impune aſpicere poſſet,uno ualidiſsimo ictu peremit.Ex cuius cruore mox fingitur natus
Pegaſus alatus equus,qui inde uſq; ad Heliconem collem peruolans,& pede humum fodiens,He
liconicum fontem eduxit Muſis ſacrum.Quod ideo fictum puto,quia quū Perſeus illam deuice-
rit eius opibus fretus pręclara multa peregit.Nam & Atlantem Mauritaniæ regem, & Aphricam
totam ſubegit,Gręciamq; expugnauit,ita ꝙ ſanguine,id eſt diuitijs Meduſæ eius fama uſqueadeo
creuerit,ut poetis Gręcis materiam fabulandi præſtiterit.hæc ille.A Pegaſo ergo Caballo fit fons
Pegaſeius uel Caballinus,& Græce Hippocrene.Bicipiti Parnaſſo.Parnaſſus mōs quidem biceps C
eſt,non tamen diuiſus in Citheronem Liberi, & Heliconem Phœbi, licet hoc Seruius dicat ad il-
lud vij. Aeneid.Pandite nunc Helicona deæ:quem inſecutus uidetur Tortellius. Qui etiam Pyre-
nen fontem dicit eſſe in ualle inter duos colles Parnaſsi,cū Britānicus doceat eſſe teſtimonio Stra
bonis in Acrocorintho monte Peloponneſsi,id eſt Pelopis inſulæ.Dicitur autem pallida ab effe-
ctu,quia pallidos facit de laude poetica contendentes,aut quòd ex Pyrene muliere ob dolorē pal
lente nomen ſumpſit & originem. Nam epitheta,id eſt appoſita ſeu adiectiua tribus modis addun
tur. Aut ad differentiam,ut & Phrygię molimur montibus Idę,ad differentiam Cretenſis Idę.La-
narum nigrę non imbibunt colorem,ad differentiam albarum. Aut ad perpetuam rei naturam
oſtendendam,ut ignis flagrans.mare uitreū.uortex rapidus &c.Aut ad effectū alicuius annotan-
dum potiſsimum naturalem,ut mors frigida.frigus pigrum.timor pallidus. uerecundia erube-
ſcens.pudor infans.& hic Pyrenen pallidam.Ipſe,id eſt ego.Eſt enim trium perſonarum ſicut αὐ-
τός apud Gręcos,quod uocatiuum habet pro ſecunda perſona.Non ergo opus eſt addere ego,uel
tu,uel ille.unde dicitur in primo Buccolico.Et ipſum Ludere quę uellem calamo permiſit agreſti.
ipſum,id eſt me.Et iterum.En ipſe capellas Protinus æger ago.de ſecunda perſona exemplum eſt
illud vi. Aeneid.Ipſa canas,id eſt tu.Et illud Ouidij.Nil mihi reſcribas,attamen ipſe ueni. de tertia
non eſt dubium.Non eſt autē hic dicendum.At ipſe,quia uerſus non pateretur. Vates dicūtur poe D
tæ uaticinio,id eſt diuinatione prędīti.Nec quiuis poeta merito cenſendus eſt uates. Eſt ergo ſi-
gnanter dictum ad ſacra uatum,id eſt diuinorum poetarum,qualis non ſum. Sacrū autē eſt ma-
ius phanum aut ędes deo uel ſanctis ſacra.unde per diminutionem ſacellum, pro quo ineptum
uulgus capellam dicit. *Coruos quis olim concauum ſalutare &c.*] Verſum hunc Fontius & Murmel-
lius habent,Britannicus,alijq; multi non habent:quia tamen neq; malus,neq; ſuperfluus eſt,non
peccarit qui cum alijs legerit.Ideoq; (ut opinor) adijciendum uolunt,quia ſequetur,Coruos poe-
tas &c.Sunt autem ridiculi qui exponunt,id eſt malos:nam quomodo mali Pegaſeium melos ca
nent?Dices ergo coruos iam effectos poetas. de uocabulo ſic inquit Diomedes.Poetice eſt fictę ue
ræq; narrationis congruenti rithmo uel pede compoſita metrica ſtructura,ad utilitatem uolupta
temq; accommodata.Diſtat autem poetice à poemate & poeſi.quòd poetice ars ipſa intelligitur:
Poema autem pars operis ut tragœdia una:Poeſis contextus & corpus totius operis effecti, ut I-
lias,Odyſſea, Aeneis,hæc ille. Poeta autē is eſt qui carmina fingit & facit.de quo in quæſtione pri-
ma præambuli ſatis diximus. Poetria autem ſecundum Græcam formationem mulier eſt poeti-
ces perita,unde poetris patronymicum,quo Tortellius & Fontius hoc loco utuntur:à poeta au-
tem poetis quo Britannicus utitur,à quo me uetuſtum exemplar abduxit, ſed prolixior fio quàm

A inſtitueram,da ueniam lector,poſthac breuior ero. ORDO. Ordo eſt,ac ſi dicat poeta uel
ſibi poſtquam ſecum multum diſquiſiuerit an poſsit Satyram ſcribere,cum non ſit tam diuino &
fœcundo ingenio præditus ut ſine labore poeta euaſerit:uel monitori ſuo quicum eadem diſputa
uerit.Ego quidem ingenue fateor.Nec pro & non.ego non prolui,id eſt prorſus & ampliter inuo
lui ſeu immerſi more beluino & auide potantium,labra,id eſt totum os meum in fonte Caballino
id eſt Hippocrene à Pegaſo Caballo ſeu equo alato in Helicone producto,quo Heſiodus potus ſta
tim poeta prodijt.Nec,id eſt & non memini,id eſt non ſum memor non recordor ſomniaſſe,id eſt
quòd ego ſomniarim ſicut Ennius,in Parnaſſo,id eſt in illo monte Phocidos,bicipiti, id eſt duos
colles habente,ut ego prodirem,id eſt inde ſine labore egrederer,repente,id eſt per talem immer-
ſionem aut ſomniationem,poeta,id eſt diuini carminis effector.Et ideo quia talis nõ ſum qui hoc
mihi uendicare poſsim,ego relinquo,id eſt cõcedo uel permitto:quaſi dicat notis iam multis glo
riæ peus quorum imagines,id eſt effigies aut ſtatuas in æde camœnarum poſitas,hederę,id eſt fru
tices illi Baccho ſacri,& propterea poetis grati ſequaces, id eſt inhærentes rebus , lambunt , id eſt
molliter coniungunt.Relinquo inquam illis Heliconidas,id eſt muſas Heliconem colentes & inha
bitantes,Pirenenq́;,id eſt Pirenen fontem in pede Acrocorinthi muſis ſacrum. pallidam,id facien
B tem eos qui talem gloriam aucupantur,pallidos.hoc eſt ego non uſurpo mihi gloriam illis debi-
tam,& hoc Satyrico morſu dicit.Si autem dicatur cur hoc tibi non uendicas, aut quomodo au-
des ſcribere ſi ad hoc natus nõ es?dicit.Ipſe,id eſt ego ſemipaganus, id eſt ſemiruſticus,aut militia
poetica nondũ plene initiatus,aut ſemipotus fonte ſacro,non aũt prolutus,quaſi dicat ſtudio ua
lens plus quàm dono naturæ:offero uel affero noſtrum, id eſt Satyricum carmen, ad ſacra, id eſt
ad ædem ſacram uatum,id eſt diuinorum poetarum.Aduerte quòd dico noſtrum, id eſt Satyri-
cum.ſicut Iuuenalis dixit,noſtri eſt farrago libelli.non tantum de ſuo,ſed de cuiuslibet Satyrici li
bro loquens.In hoc autem quòd dicit noſtrum,id eſt Satyricum tota uis purgationis eſt. Non e-
nim ad Satyram Muſis opus eſt.Si tamen dicas quomodo ſine muſarum beneficio & naturæ do
no ad quoduis carmen aſpiras?Reſpondet Satyrice & callide per aliam interrogationem dicens.
quis expediuit &c.Oratorum enim mos eſt,ubi aut nolunt aut neſciunt ad interrogata reſponde
re nouam quæſtionem ingerere.ſicut Pythias in Eunucho nouam quæſtionem ingerit. quũ enim
Phædria Dorum Eunuchum interrogaſſet.emin' ego te?Rogat,ueniſtin' hodie ad nos?Si ergo ro
gites quomodo ad Satyram aptior euaſiſti:Quæret poeta.Quis expediuit,id eſt expedite profer-
re indicauit . Pſittaco,id eſt tali aui, ſuum,id eſt quod quaſi naturaliter datum pronunciat , chę-
re, id eſt ſalue uel aue,quod aduentantibus dicit.Et quis docuit olim,id eſt à multis temporibus,
C coruos ſalutare concauum,id eſt uoce quaſi ex cõcauo proficiſcente.Que,id eſt &.quis ſupple do
cuit picas conari,id eſt cum molimine & difficultate attẽtare noſtra,id eſt humana uerba?Et quũ
ille nihil reſponderet,Reſpondit poeta,quaſi dixerit.Si neſcis, uenter ſupple expediuit & docuit,
uenter inquam,id eſt egeſtas & inedia & in homine parſimonia:qui uenter eſt magiſter & largitor
ingeni uel ingenij,id eſt ingenitę capacitatis.Quod enim natura negat:induſtria & labor ſępe prę
bet.& artifex id eſt peritus ſequi uoces,id eſt loquelas negatas ſoli naturæ ſine artificio.Immo ſup
ple tantum poteſt ſtudium & induſtria,quòd ſi ſpes nummi,id eſt pecuniæ qua numeramus,do-
loſi,id eſt dolo pleni & multos dolos facientis. unde Iuuenalis . Et ſi funeſta pecunia templo Non
dum habitas.Si inquam ſpes nummi refulſerit,id eſt ante oculos inſtituentis reſplenduerit, tu cre
das,id eſt quilibet credere poſsit,coruos effectos poetas,& picas effectas poetrias uel poetidas cã-
tare melos aut nectar,id eſt dulciſsimum carmen Pegaſeium, id eſt quale canunt qui ſe Pegaſeio,
id eſt Caballino fonte potos gloriantur. quaſi dicat,Si labor hoc poteſt præſtare auibus,atqui nõ
præſtet mihi minora cum ex natura aptior ſim?Innuit ergo ſe quoq; poſſe Satyram ſcribere, ideo
auſpicatur cum ſumma indignatione dicens,O curas &c.

IOANNES BRITANNICVS.

Nec fonte labra.] Verſus eſt ſenarius Iambicus,qui & trimeter nominatur.Conſtat enim pedi-
D bus ſex . recipere poteſt Iambum locis omnibus , maxime apud tragicos . Dactylum & tribra-
chum locis omnibus pręter nouiſsimum,Anapæſtum locis tantum imparibus.Et nonnunquam
in ſexto ſpondæum . Loci impares dicuntur primus,tertius, & quintus : pares uero ſecundus,
quartus & ſextus,Quęri autem ſolet cur trimeter appelletur,cum ſenos accipiat pedes? quoniam
ſcilicet tanta breuitas eſt pedum, ut iuncturæ binos complectantur pedes . Iambum autem pe-
dem eſſe celerem oſtendit Horatius dicens in Poetica.Syllaba longa breui ſubiecta uocatur Iam-
bus,Pes citus. Antea totus uerſus Iambicus iambis conſtabat,nunc adhibentur etiam nothi,un-
de eſt illud Horatij in Poetica,Primus ad extremum ſimilis ſibi.id eſt antea totum Iambicum me-
trum ex Iambis conſtabat:nunc uero ut dictum eſt adhibentur etiam nothi. unde quia in ſexto
pede retinuit huiuſmodi carmen ſpondæum ſiue trochæum,cum Iambo aut Pyrrhichio claudi
deberet,appellatum eſt ſcazon,id eſt claudicans & quaſi alienis pedibus in fine maxime ſuſten-
tetur. Martialis Apollinarem conueni meum ſcazon . Iambicum metrum inuentum eſt ad no-
cendum.ab iapto,id eſt noceo.Archilochum Lacedæmonium inuentorem fuiſſe teſtatur Hora-
tius,Archilochum proprio rabies armauit Iambo.Quo carmine Lycambem perſecutus eſt. nam
cum Lycambes ei Neobolem filiam in matrimonium promiſiſſet,eamq́; mox denegaſſet, iratus
Archilochus in eum ſcripſit.Vnde ille dolore compulſus,unà cum filia ſpiritum ſibi laqueo eri-
puit.de quo Ouid.in Ibin,In te mihi liber Iambus,Tincta Lycambeo ſanguine tela dabit.Hoc igi-
tur

tur inquam carmine erumpit poeta, dicens ſe non eo modo factum poetam potu fontis Hippo- A
crenes, quo alij dicuntur facti. Alluditq; ad Heſiodum, qui patris oues iuxta Heliconem cuſtodi-
ens, uiſis Muſis, ac ab ijs ad fontem Hippocrenem, id eſt Caballinum deductus, clariſsimus fa-
ctus eſt poeta: qui poſtea primus de agricultura apud Græcos ſcripſit, autore Plinio. Ouid. in Fa-
ſtis. Ecce deas uidi, non quas præceptor arandi Viderat, Aſcręas cum ſequeretur oues. Et idem in
Arte amandi. Non mihi ſunt uiſæ Clio Cliusq; ſorores, Seruāti pecudes uallibus Aſcra tuis. Nam
Dius & Pimicides parentes cum paupertate apud Eoles premerentur, relicta patria Cuma, in The
ſpijs Aſcram uicum iuxta Heliconis partem incoluerunt. De quo Homerus auctore Strabone. A-
ſcram rus miſerum penes hic Helicona colebat, Hyberno durum, triſte æſtu, optabile nunquam.
Sicq; eos latenter notat qui putant egregium fieri poetam non poſſe, niſi fontes & loca Muſis con
ſecrata celebrarit: ſubtili arte oſtendens uirtutem homini labore & induſtria parari, non inani &
uana rerum argumentatione. Principium igitur factum ab indignatione, tanquam affirmet quod
ab aduerſario longa diſceptatione obijciebatur, ſe nullum prorſus cum Muſis commercium ha-
bere, ut ſit ſenſus. Fateor me nec Hippocrenem bibiſſe, nec ſomniaſſe in monte Parnaſſo, ut de ſe
alij iactant. Eſt geſtu adiuuandum. *Prolui*] Immerſi ut biberem. Compoſitum eſt à lauo, quod
è prima in tertiam tranſit coniugationem, ut diluo, alluo, abluo. *Fonte.*] Dictus eſt fons aucto
re Varrone, quòd fundat aquam. *Caballino.*] In Helicone fontem Caballinum Muſis cōſecra- B
tum eſſe auctor eſt Strabo, quem equus Pegaſus Neptuni & Meduſæ Gorgonis auctore Higinio fi
lius, ut alij uero ſcribunt ex Meduſæ ſanguine, ceruice à Perſeo reſecta procreatus, ungula ſaxum
feriens aperuit, qui ex eius nomine Caballinus, id eſt Hippocrene dictus eſt. Hippos enim equum
ſignificat, Crene fontem. Hunc poſtea equum fama eſt, ut ſcribit Strabo, cum potaret Pirenen in
Acrocorintho à Bellorophonte deprehenſum fuiſſe. unde primum eum fuiſſe qui equo uehere-
tur ſcribit Plinius. *Nec in bicipiti ſomniaſſe Parnaſſo.*] Parnaſſus mons eſt ut Strabo & Mela ſcri-
bunt Phocidis, qua Bœotiæ accumbit, & ad occiduos Phocidis montes locatus. Ouidius, Sepa-
rat Aonios Actæis Phocis ab aruis, Terra ferax. Mox addit. Mons ibi uerticibus petit arduus a-
ſtra duobus Nomine Parnaſſus, ſuperatq; cacumine nubes. Vniuerſus autem mons conſecratus
eſt. Nam & antra & alia loca honore & ſanctitate digna continet. E quibus celeberrimum & for-
moſiſſimum extat Coricium Nympharum antrum, eodem quo & Cilicium nomine nuncupa-
tum. *Bicipiti.*] Id eſt in duos colles ſurgenti. Lucanus. Parnaſſus gemino petit arduus æthe-
ra colle: Mons Phœbo, Bromioq; ſacer. Explodenda eſt eorum opinio, qui alterum ex collibus
Parnaſsi Citheronem, alterum Heliconem appellari crediderunt: cum omnino Citheron atque
Helicon, alter ab altero diſtantes auctoribus Strabone, Plinio, Mela, & Solino, montes ſint Bœo-
tiæ, Parnaſſus uero Phocidis regionis. Sic enim ſcribit Strabo. Helicon igitur non procul à Par- C
naſſo diſtans, illi æmulus eſt, & altitudine & circuitu. Vterque enim niuibus pulſatur, & rupes
amborum ſaxea eſt. Non multa uero illos regio circumſcribit. Plinius. nec cedentes Athenis cla
ritate, quæ cognominantur Bœotiæ Thebæ, duorum numinum, Liberi atque Herculis, ut uo-
lunt, patria. etiā eſt mons Parnaſſus, in eo Delphi, natale in nemore Helicone Muſis aſsignant. Da
tur & his Thebis ſaltus Citheron. Sic & Strabo. Citheron prope Thebas finitur. Mela ita ſcribit. In
Phocide in his Apollinis fanum atque oraculum. In Bœotia Thebæ & Citheron fabulis carmini-
busq; celeberrimus. *Memini.*] Vt nullo prorſus pacto addatur me: nam uerſus non ſtaret.
Primus enim pes eſt anapæſtus, ultimus ſpondæus, cum ſemper indifferens ultima ponatur ſylla
ba. reliqui uero Iambi. *Somniaſſe.*] Oſtendit id ſibi non contigiſſe, ut illico poeta fieret, quod
Ennio accidiſſe legitur: qui in principio Annalium ſuorum, ut ſcribit Porphyrio per ſomnum
animam Homeri in corpus ſuum intraſſe faſſus eſt, & ſe ſtatim poetam factum: unde eſt illud.
Cor iubet hoc Enni poſtquam deſtertuit eſſe Mæonides. *Sic repente.*] Vt Heſiodus & En-
nius prodierunt. *Heliconidasq; pallidamq; Pyrenen, Illis relinquo quorum imagines lambunt.*] Ego, in-
quit, relinquo Muſas, & fontes eis ſacratos, illis quibus imagines hederis coronatæ poſitæ ſunt,
qui tali ambitione uiuunt, latenterq; ſui temporis poetas notat, qui hiſce rebus decorati poetas
ſe eſſe putabant eximios. Vnde alibi poeta ſic eos irridet. Grande locuturi nebulas Helicone D
legunto. Dicit igitur ſe quoque, & ſi non ſit ea eruditione, qua habentur alij poetæ, tamen
carmina ſcripturum. *Heliconidas.*] .i. Muſas, quibus, ut ſcribit Strabo, ædes in Helicone
conſecrata eſt, & fons Caballinus. Nam & Helicona & Pieriam & Libethrum & Pimpliam
eiſdem Muſis conſecrarunt Thraces Bœotiæ accolæ. Vt hi qui Libethridum nympharum an-
trum conſecrarunt, & qui priſcæ muſæ curam ſtudiumque dederunt, Thraces fuiſſe perhi-
bentur: Ephorus Orpheus, & Muſeus, Thamiris. ob id etiam Eumolpo inde nomen inditum
eſt, id eſt, cantori optimo. *Heliconidas.*] Patronymicum eſt fœmininum. Tribus modis pa-
tronymica formantur fœminina: in as quidem, ut Lemnias: in is, ut Priamis: in ne, ut Ne-
rine. Virgilius. Nerine Galathea timo mihi dulcior Hiblæ. *Pirenen.*] Pirene fons eſt Acro-
corinthi, de quo ſic Strabo. Acrocorinthus mons eſt Peloponneſſi, excelſus inter duo maria
ſitus, Aegeum uidelicet & Ionium, ſtadiorum trium ac dimidiati altitudinem habens ad perpen
diculum, aſcenſus ad ſtadia trigeſimum in acutum terminatur cacumen, ſub cuius radice in pla
no inſtar menſæ loco iacet oppidum Corinthus. Vertex ipſe Acrocorinthi, Veneris ſacram ha-
bet ædiculam, infra uerticem Pirenen fontem aquas haud affluentes habentem, cæterum perſpi-
cuas ad imum potuiq; ſuauiſsimas. Plinius item de eo ita prodit. Medio hoc interuallo, quod

A Iſthmum appellauimus, applicata colli habitatur colonia Corynthus, antea Ephyre dicta, ſexa-
genis ab utroq; littore ſtadijs: à ſumma ſua arce, quæ uocatur Acrocorinthus, in qua fons eſt Pire-
ne diuerſa duo maria proſpectans. Hæc iccirco ſtudioſius ſcripſi, ut eorum opinio refelleretur,
qui Pirenen uallem eſſe crediderunt, ubi ſtuderent poetæ. Eſt enam Pirene mons, qui Galli-
am diſterminat ab Hiſpania. De quo Tibullus. Non ſine me eſt tibi partus honos, tua bella Pi-
rene Teſtis & Oceani littora Santonici. *Pallidamq́.*] Nonnulli hoc ad fabulam referunt, quæ
talis eſt. Pirene, ut ſcribit Pauſanias, cum ex duobus filijs, Cenchreo Legeoque, quos ex Ne-
ptuno ſuſceperat, Cenchreum adoleſcentem admodum amiſiſſet, eius mortem adeo fleuit, ut
in fontem ſui nominis deorum miſeratione conuerſa ſit: unde pallidam dixerit. Ab his poſtea,
ut ſcribit Plinius, anguſtiarum termini Corinthiaci ſinus denominantur Legeæ & Cenchreæ.
Alij uero ita interpretantur, quod omnino placet. non pallentem ſed pallidos facientem. ut
Vergilius, Mors pallida, triſtisque ſenectus. Et idem alibi. Attonitæ magna ora domus, id eſt at-
tonitos facientis. Scriptores enim ſtudio intenti, ſolent palleſcere, ut Perſius. iuuat impalle-
ſcere chartis. & Iuuenalis. Fuit utile multis Pallere, & toto uinum neſcire Decembri. *Qua-
rum imagines.*] Effigies hominum non ſolebant exprimi, niſi aliqua illuſtri cauſa perpetuita-
tem merentium: hocq; ab Athenienſibus manaſſe uidetur, qui primi omnium Harmodio &
B Ariſtogitoni tyrannicidis publice poſuerunt ſtatuas, eo anno quo & Romæ reges pulſi. Exce-
pta deinde res eſt, ut ſcribit Plinius, à toto orbe terrarum humaniſsima ambitione. unde &
poetis imagines ponebantur, & à ſtudioſis tantum ut quiſque nomen auctoris diligebat. Mar-
tialis ad Auitum ſtatuam ſibi ponentem edidit carmen ſubſcribendum. Hoc tibi ſub noſtra
breue carmen imagine uiuat, Quam non obſcuris iungis Auite uiris. Iuuenalis, Qui facis in
parua ſublimia carmina cella, Vt dignus uenias hederis, & imagine macra. L. Accius in æde Ca-
mœnarum, ut ſcribit Plinius, maxima forma ſtatuam ſibi poſuit cum is admodum breuis eſſet.
Lambunt] Circũeunt. Virgilius. Tactuq; innoxia molles Lambere flamma comas, & circũ tem-
pora paſci. *Hederæ.*] Hedera coronabantur poetę. Virgilius, Paſtores hedera creſcentem or-
nate poetam. Horat. Me doctarum hederę pręmia frontium Dijs miſcent ſuperis. Hederarum au-
ctore Plinio tres ſunt ſpecies, Alba & nigra, tertia, quæ & elix appellatur. Nigra, cui ſemen eſt croca-
tum, poetæ utuntur, quam quidam Niſiam, alij Bacchicam appellant, quòd Bacchus cum uictor
ex India rediret, coronas hederæ portauit. Iure igitur hedera coronantur poetæ, ꝙ quemadmodũ
illa Baccho ſacrata eſt, ita & poetæ in tutela Liberi patris eſſe dicuntur. Hedera dicta eſt, ut placet
Feſto, ſiue quòd hæreat, ſiue quòd edita, id eſt alta petat, ſiue quòd cui adhæſerit edat. *Sequaces*]
Epitheton eſt hederæ, cuius natura eſt ea quibus adhæret ſequi. *Ipſe ſemipaganus.*] Beniuolen-
C tiam ſibi conciliat à modeſtia ſua. Illud moneo, legendum eſſe ipſe ſemipaganus nõ autem at ipſe:
uerſus enim non ſtaret. *Semipaganus*] Semiruſticus & rudis poeta. Paganus dictus eſt à pago,
quem uillam antiqui dicebant, à pigon, id eſt à fontibus, eo quòd iuxta fontes uillas ſemper fieri
conſueuit. *Ad ſacra uatum.*] Non ut quidam interpretantur, ad certamina uatum: ſed ad æ-
dem Apollinis & Muſarum, ad quam poetæ opera ſua deferebant. Eam Auguſtus (ut ſcri-
bit Tranquillus) Apollini in ea parte palatij crexit, quam fulmine diſiectam aruſpices à deo
deſiderari reſponderunt. In eius aditu porticus erat cum bibliotheca, tam Græca quam Latina.
Martialis loquens ad librum ſuum, Iure tuo ueneranda noui pete limina templi, Reddita Pie-
rio ſunt ubi templa choro. Iuuenalis. Ne quid tibi conferat iſte, Quem colis & muſarum & A-
pollinis æde relicta, Ipſe facit uerſus. Horatius. Scripta palatinus quæcunque recepit Apollo.
Carmen.] Id eſt poema. Virgilius: Carminis incompti luſus lecture procaces. *Quis expediuit
Pſittaco ſuum Chære?*] Anthypophora eſt. quaſi aliquis dixerit, quomodo carmen ſcribes, cum te ſe-
mipaganum dicas eſſe & imperitum? Dicit igitur ſe neceſſitate coactum, lucrique ſpe animum
ad carmina ſcribenda applicuiſſe, idque ſe per ſimilitudinem pſittaci & picæ facere oſtendit: quæ
aues cupiditate ſatiandi uentris, uoces humanas ediſcunt & emodulantur. *Quis expediuit.*]
id eſt, quis expedite loqui Pſittacum inſtruxit. Pſittacus auis eſt auctore Plinio ſuper omnia
D humanas uoces reddens & quidem ſermocinans: eam India mittit, pſittacen uocant Græci
uiridem toto corpore, torque tantum miniato in ceruice diſtinctam. imperatores ſalutat, quę ac-
cepit uerba pronunciat. Martialis, Pſittacus à uobis aliorum nomina diſco, Hoc per me didi-
ci dicere, Cæſar aue. Statius. Humanæ ſolers imitator Pſittace linguæ. *Suum Chære.*] Non
proprium, ſed quòd tam facile ediſcant, & expedite pronuncient, ut naturale illis eſſe uidea-
tur. Chære Græce, ſalue Latine. *Picas.*] Pica auis eſt & ipſa uocalis, cui quidem quod ex lon-
ginquo non uenit minor eſt nobilitas, ſed expreſsior loquacitas. Martialis. Pica loquax certa do-
minum te uoce ſaluto, Si me non uideas, eſſe negabis auem. *Conari.*] Cum omni difficulta-
te loqui. *Magiſter artis.*] Neceſsitatem eam eſſe monſtrat ſibi, quæ & aues quoq; doceat uoces
humanas loqui, & homines induſtrios reddat. Horatius. Et laris & fundi paupertas impulit au-
dax, Vt uerſus facerem. Virgilius. Labor omnia uincit Improbus, & duris urgens in rebus ege-
ſtas. *Artis.*] Ars præceptio eſt quædam, qua ad aliquid ex ratione agendum inſtruimur.
Venter.] Id eſt egeſtas, & rerum difficultas. *Negatas.*] A natura ſcilicet. *Quod ſi doloſi ſpes re-
fulſerit nummi*] Confirmatio eſt ſuperioris rationis cur homines cum egeſtate laborẽt, ad ea ſe mi-
rabili ſtudio accommodẽt, unde appareat lucrum. Senſus eſt. ſi qua ſpes lucri apparuerit, credes
non tantum homines, ſed & coruos poetas, & poetidas picas factas, ita docte cantabunt. *Dolo-
ſi.*]

ſi.] Exitioſi. Virgilius. Quid non mortalia pectora cogis, Auri ſacra fames? *Refulſerit.*] Reſplē- A
duerit, apparuerit, nitorem metalli reſpexit. *Coruos poetas.*] Coruus effingendo ſermone hu-
manū nulli cedit. nam auctore Macrobio redeunti Auguſto ex Acciaco bello cum ingenti gloria,
quidam Romæ obuiam ſe illi cum coruo dedit, qui ad imperatorem ait. Aue imperator inuicte:
quo delectatus Auguſtus uiginti milibus nummū emit. huius exemplo alter excitus, ſimilem cor-
uum edocuit: quem cum audiſſet Auguſtus, Talium inquit ſalutatorum ſatis domi habeo. No-
bilitatus eſt & olim ut ſcribit Plinius funere publico conſtrato lecto duorum Aethiopum hume-
ris, præcedente tibicine & corona omnium generum, latus uſq; ad rogum, qui conſtructus eſt in
dextra uiæ Appiæ ad ſecundum lapidem in campo Ridiculi appellato. Hic erat qui Tyberium, de-
inde Germanicum & Druſum Cæſares nominaum, mox tranſeuntem Romanum populum ſalu-
tabat. Martialis. Corue ſalutator, quare fellator haberis? *Poetidas.*] Formatio eſt per modum
patronymicum ut maſculum poetam, mulierem poetidem appellauerit. *Melos.*] Cantum: me-
los priorem habet correptam. Lactantius. Fitq; repercuſſo dulcior aula melo. ſed hoc loco l gemi-
nauit ut ſcanſionis ſtet ratio, ut Virgilius. Relliquias Danaum. *Pegaſeium.*] id eſt, tam dulce &
ſuaue, quàm ſolent Muſæ, quibus fons Pegaſeius, id eſt, caballinus ut dictū eſt, in Helicone eſt con-
ſecratus. Pegaſeium poſſeſſiuum eſt à Pegaſo, eo modo formatum quo apud Virgilium Priamei-
us. Ecce trahebatur paſſis Priameia uirgo. Neque præpoſitio per addenda eſt, uerſus enim & ſen- B
ſus ſimul deprauarentur. non enim trochæum hoc carminis genus accipit. Illud addo auctore Pli-
nio pennatos equos & cornibus armatos pegaſos uocari, quorum meminit ita Cicero in O-
ratione pro Publio Quintio. O hominem fortunatum qui eiuſmodi nuncios, ſeu Pegaſos
habeat.

IOANNES BAPTISTA.

Nec fonte labra.] De poetis, & poetarum ſtudijs ſcribentes, ſicut de alijs rebus uaria, diuerſa, &
penitus diſſentanea tradiderunt. Democritus enim poeticam natura magis quàm arte conſtare
arbitratus eſt. In qua perſuaſione fuit & Marcus Tullius, qui pro Archia ſcripſit cæterarum re-
rum ſtudia, & doctrina, & præcepus, & arte conſtare: poetam natura ipſa ualere, & mentis ui-
ribus excitari, & quaſi diuino quodam ſpiritu inflammari. Hinc Plato poetarum genus diuinum
eſſe dicit. Agaton in Conuiuio Platonis ſcribit amorem eſſe adeo ſapientem, ut alios quoque poe-
tas poſſit efficere. Origenes ille magiſter eccleſiæ in libris Peri Archon, Virtutem quandam eſſe
docet ſpiritalem, quæ poeticam inſpiret, cuius inſpiratione poetæ replentur. cui poeta, quem inge-
nioſum appellat Lactantius, his uerſibus ſuffragatur. Eſt deus in nobis, agitante caleſcimus illo:
Sedibus æthereis ſpiritus ille uenit. Vnde à Lucano, & Calphurnio ſacri, ab Ennio ſancti nuncu-
pantur. Oratij de poetis loquentis carmina luculenta reticere eſſet piaculum. Natura fieret lau- C
dabile carmen an arte Quæſitum eſt, ego nec ſtudium ſine diuite uena, Nec rude quid proſit ui-
deo ingenium, alterius ſic Altera poſcit opem res & coniurat amice. At Satyrici noſtri tempeſtate
florida non pauci extiterunt, qui niſi fontem Pegaſidum guſtaſſet, & loca Muſis dedicata cele-
braſſet, optimum poetam euadere exiſtimabant poſſe neminem: tanquam aquarum illarū hau-
ſtu, & ſorbitione Enthuſiaſmon, id eſt, furorem diuinum, uenamq; in uerſibus pangendis locu-
pletem reciperent, & poetę famigerati, illuſtreſq; efficerentur. Ex quibus omnibus hos poſterio-
res Perſius noſter ſubſannat, irridet, & Satyræ non immemor latenter, & quaſi aliud agens mira
dexteritate inſectatur, oſtendens non Hippocrenes potu, non uanis poetarum figmentis, futili-
buſq; rerum argumentationibus, ſed induſtria, labore, ærumniſque multiiugis poeticam, cæte-
raſq; uirtutes comparari. Iuxta illud Oratianum. Qui cupit optatā curſu contingere metam, Mul-
ta tulit, fecitq; puer, ſudauit, & alſit. Aſpera enim (ut canit Heſiodus & refert Baſilius) eſt primo, &
pene inuia, & ſudoris continui, & laborum plena uia, quæ ducit ad uirtutem: quam pauci terunt,
quòd accliuis, & aſpera, & ſaxoſa uideatur (ut auctor eſt Cebes in tabula.) Sed iam ipſa aucto-
ris uerba bene fauentibus dijs, qui teſte Homero πάντα ἴσασιν, id eſt omnia ſciunt, aggrediamur,
quæ nodoſa eſſe uidebuntur explicantes, quæ uero apertiora, & cognitu facilia prætereuntes.
In quo illud unum promitto nihil, quod ſomniauerim (ut multi lectorum impoſtores) ſed D
quod ter, & quater apud claſſicos auctores, quorum auctoritas iam ſit pro ratione recepta, le-
ctitauerim, in hiſce commentarijs me traditurum, unicuique quod ſuum erit aſcribendo, ne
quis ſua gloria, ad quam (ut canit Silius) nati ſumus, propter quam Romani & uiuere, & mo-
ri (teſte Auguſtino) uoluerunt, defraudetur. Eſt enim benignum (ut arbitror) inquit Plinius
& plenum ingenui pudoris, fateri per quos profeceris, cum ſors fiat ex uſura. *Nec fonte la-
bra.*] Senſus eſt non eo inficias me nec Hippocrenes fontis Muſis dedicati latices exhauſiſ-
ſe, nec per ſomnium animas poetarum primæ claſſis illuſtres recepiſſe, quo repente optimus,
ſublimis, & altiloquus poeta euadere potuerim: tanquam illud uerum eſſe fateatur, quod ad-
uerſarium ſibi obieciſſe extrinſecus intelligendum eſt, nullum ſcilicet cum Muſis Perſium ha-
buiſſe commercium, nullamque contubernalitatem, qua bonus euaderet poeta. Alludit au-
tem ad Heſiodum, qui cum oues patris in monte Parnaſſo paſceret, à Muſis ex lauro Helico-
nis coronatus, deductuſque ad fontem Caballinum, & hauſta aqua poeta ab illis conſtitu-
tus eſt. Quod narrat ipſe in principio Theogoniæ, & tetigit Ouidius, Vergilius, cæterique a-
lij multi. Hic (ut ait Plinius) primus fuit, qui de agricultura ſcripſit, quem ſecutus eſt Vergi-
lius in Georgicis ſuis. Vnde ipſe de ſe ſic cecinit. Aſcræumque cano Romana per oppida carmen.

A Huic (ut ſcribit Quintilianus) datur palma in illo mediocri genere dicendi, quod intelligo apud Græcos: nam iudicio meo, & Honorati grāmatici, ſupereminet Vergilius. Vnde Politianus poeta noſtri temporis egregius, qui haud dudum deceſſit, non ſine magna Latinæ rei iactura, in Sylua, quæ inſcribitur Mantho, ſic cecinit. Namq; Syracuſijs cum uix aſſurgat auenis, Heſiodum premit, & magno contendit Homero. Illud notatu dignū, quoſdam dixiſſe Heſiodum cōtendiſſe carminibus cum Homero, fuiſſeq; uictorem, quod indicat tripos poſitus ab Heſiodo in Helicone cū hoc Epigrammate. Ἡσίοδος μούσαις Ἑλικωνίσι τόνδ᾽ ἀνέθηκεν ὕμνῳ νικήσας ἐν Χαλκίδι θεῖον ὅμηρον, id eſt, Heſiodus donum dedit hoc ſpectabile Muſis, Diuinum cantu cum Chalcide uicit Homerum. *Proluí.*] Bibendo immerſi, madefeci. *Fonte caballino.*] Producto ſcilicet à pegaſo equo alato, qui Seruio, & Lactantio auctoribus, Neptuni, & Meduſæ Gorgonis filius: uel (ut ſentiunt Ouidius & Fulgentius) ex Meduſæ ſanguine cadente ex ceruice eius à Perſeo reſecta procreatus, ad Heliconem montem deuolauit, ubi ungula ſaxum feriens πηγήν, id eſt, fontem aperuit, ab eo caballinum Latine, Græce Hippocrenem denominatum. Strabo libro octauo. Vulgatum etiam caballinum in Helicone fontem erupiſſe, cum ſubiectam ibi rupem Pegaſus feriret ungula, de quo hic intelligimus, ut dictum eſt & apud Martianum Capellam, illo uerſu. Cui magneſia poculum fluenta Et fons Gorgonei tulit caballi. Iuuenalis etiam meminit. de quo pegaſo multa Seruius, Fulgentius, Ouidius, Heſiodus, ſed plura Higinus. Solinus docet quod ſcitu dignum eſt, quod in Aethiopia ales
B eſt pegaſus: ſed hæc ales equinū nihil præter aures habet. Plin. uero in decimo pegaſos fabuloſos eſſe exiſtimat. In alio ſignificatu minus protrito fons apud Plautum in Curgulione pro uaſe aquario capaciſſimo uſurpatur. In hoc noſtri Græcos imitantur, apud quos in poemate Epigoni κρουνὸν hoc eſt fonticulus pro aquali, hoc eſt uaſe aquario ponitur. ex quo coniectamus apud Hieronymum lectionem minime eſſe immutandam, & ſi Philoſtratus phialam non fontem ſcriptum reliquerit. *Labra.*] Præter communem in qua hic accipitur, ſignificationem, labrum eſt uas aquarium, quo in balneis præſertim maiores utebantur, in quo ſignificatu Statius in Syluis, & Plinius Iunior in Epiſtolis, Vergilius in Georgicis acceperunt. Cicero libro decimoquarto Epiſtol. ad Terentiam. Labrum ſi in balneo non eſt, cura ſit. Apud Catullum in epigrammate ad Camerium illud carmen, Te in circo, te in omnibus libellis: ita quidam corrigunt, in omnibus labellis: quam uocem pro balneo accipiunt: ſed penſitatis Catulli uerbis, collatisq; exemplaribus uetuſtiſſimis, pro labellis ligellis ſcribendum atq; legēdum eſſe arbitror, quod auctore Marcello tuguriolum, aut domicilium breue ſignificat. Plautus in Aulularia, De ſuo ligello fumus ſi qua exit foras. Vult enim Catullus ſuam in Camerio quærendo diligentiam, & laborem demonſtrare, dum dicit ſe illum non ſolum in circo, id eſt in loco frequenti, ſed etiam in ligellis, id eſt in locis incelebribus, u-
C bi homines frigeant, quæritaſſe. Ad oleum item habuerunt labrum olei factores. Vnde Marcus Cato. Oleum primum in labrum indito. ſed & labra uinaria apud auctores leguntur. *Somniaſſe.*] Vt Ennius, qui in principio annalium ſuorum ſcripſit ſomnio ſe admonitum fuiſſe, quod anima Homeri in corpus ſuum ueniſſet per μετεμψύχωσιν, id eſt tranſanimationem, quam & ſi Plato nō habet certam, habet tamen probabilem. Notiſſima eſt apud Ouidium Pythagoræ oratio, in qua immortales eſſe animas, uariaq; ſubire corpora oſtendit. Hanc autem animæ de corpore in corpus commigrationem ab Aegyptijs ſumptam eſſe innuit Herodotus in Euterpe. *Parnaſſo bicipiti.*] Biuertici. Parnaſſus mons eſt in Phocide regione (ut ſcribunt Plin. & Strabo. in nono) q habet duos uertices, quorum alter Phœbo, alter Baccho ſacer eſt. Suidas ſcriptor Græcus παρνασσός, ὄρος inquit φωκίδος ἱερὸν Ἀπόλλωνος καὶ Διονύσου, i. Parnaſſus mōs Phocidis eſt, ſacer Apoll. & Libero ſiue Baccho. nō tamen ſunt Helicon aut Citheron (ut quidā perperā ſenſerunt) nam hi ſunt in Bœotia (ut Plin. Pomponius Mela, Strabo, Solinus, cæteriq; omnes atteſtantur. in Helicone ſunt Muſæ, & Nyſa ciuitas, in qua colitur Bacchus, ut ait Lucianus. Herodotus in octauo libro quem Vraniam appellat, unum ex uerticibus Hyampæum nominat, & in eo ponit fontem Caſtalium. Hunc ſitum in medio orbe poetæ fabulantur, & docet Lucanus, unde μεσόμφαλος à Græcis dictus, id eſt, medius umbilicus, quod tamen negat Varro, aſſerens nec umbilicum eſſe in corporis meditullio
D collocatum, quod falſum eſt, ut ex Victruuio percipimus. In eo Delphi ſunt, Apollinis oraculo celebratiſſimi, auctor Plinius. Bicipitem autem Parnaſſum eſſe Ouidius, Lucanus, Silius Italicus, Herodotus cæteriq; apertiſſime demonſtrant. res eſt notiſſima. Statius. Si ſtagna peti Cyrrhæa bicorni Interfuſa iugo. *Vt repente.*] Statim, ſubito, ſine temporis interſtitio: per eum modum, quo Ennius, & Heſiodus, poeta prodirem, id eſt apparerem. *Heliconiadas.*] Muſas ab Helicone, qui natale ſolum Muſis exiſtimatur. ſenſus autem eſt. *Illis.*] Qui tanta ambitione tenentur, ut ſtatuas ſibi ponant, muſas, & fontes muſis conſecratos relinquimus, quo ſenſu latenter, & furtim illos caſtigat, qui ab imaginibus dedicatis poetas ſeſe celeberrimos exiſtimabant. Eſt autem Helicon mons Bœotiæ Phocidi affinis, ex Aquilonis partibus non procul à Parnaſſo diſtans, qui in Phocide eſt, Parnaſſo æmulus, & altitudine, & circuitu. Vterq; niuibus pulſatur, & rupes amborum ſaxea eſt. hoc autem in loco conſecrata ædes Muſis (ut docet Philoſtratus) Fonſque caballinus, & Libethridum ſpelunca nympharum. auctor Strabo. Solinus uero ſcribit eſſe lucum Helicona, & citherona ſaltum, quos denominatos fuiſſe ab Helicone, & Citherone fratribus, qui illic ſingulari certamine pugnauerunt, ex Liſimacho quidam Heſiodi interpres tradidit. Lactantius libro ſecundo diuinarum Inſtitutionum aliter ſentit de Citherone. *Pallidamq; Pirenen.*] Pirene fons eſt in Acrocorintho (ut Plin. & Strabo tradiderūt) Muſis dicatus, nō multis aquis, ſed

ſuauiſ-

ſuauiſſimis & perſpicuis ad imum: tametſi Euripides multas aquas illic eſſe teſtatur, cuius Statius A
meminit, & Plautus in Aulularia. Interbibere ſola ſi uino ſcateat Corinthienſem fontem, & Pire-
nea poteſt, ubi, &, obelo ſodiendum eſt. Pauſaniæ uerba huius fontis mentionē faciētis hæc ſunt. ἡ
πειρήνη πηγὴ ἐν κορίνθῳ ἐκ τῶν δακρύων πειρήνης γυναικὸς τινὸς ὀδυρομένης τὸν ἑαυτῆς υἱὸν κεγχρίαδα φονευθέντα,
.i. Pirene fons eſt in Corintho er lachrymis Pirenes mulieris filium ſuum deflentis, qui præter ſpē
interijt, factus. alias Pyrene mons eſt in Hiſpania, de quo plura Appianus, ἀπὸ τοῦ πυρὸς quod eſt ig-
nis, denominatus. nam (ut ait Diodorus in ſexto) ſyluæ in Pyreneo frequētes iniecto à paſtoribus
igne antiquitus flagrauere. Aliter Sentit Silius in tertio. Pallidam autem uocant Pirenē ab effectu,
quia ſe incolētes hoc eſt poetas ob ſpeculationes nimiūq; ſtudium pallidos reddat, ſicut liuida a-
dipata à Satyro, Lurida aconita ab Ouidio, Mors pallida ab Oratio, Triſtis ſenectus à Vergilio di
citur, quia liuidos, luridos, pallidos, & triſtes hoc eſt querulos, moroſos, & anxios homines effici
ant. palleſcūt enim nimio ſtudio poetæ, unde infra. Iuuat impalleſcere charus. Iuuenalis in vij. Fuit
utile multis Pallere, & toto uinum neſcire decembri. Alij pallidam dictam eſſe Pirenen autumant
propter fabulam, quam recitat Pauſanias, ſed prior placet. Qui dicunt (ut Tortellius) Pyrenen eſ-
ſe uallem, & dici pallidam (ut interpres Columellæ) propter fumum, ex eruditorum albo penitus
expungendi ſunt. Conſcia dicitur Statio, forſitan propter ſtuprum cum Neptuno commiſſum.
Illis.] Poetis gloriæ cupiditate anxijs & ſollicitis. *Lambunt.*] Serpunt, cingunt, circumeunt, B
Verg. Tactuq; innoxia molles Lambere flamma comas, & circum tempora paſci. Alias leuiter tan
gunt. Oratius. Vel quæ loca fabuloſus Lābit Hidaſpes. proprie lambere, & lingere eſt, cū aliquid
lingua ſuauiter tangimus: quod Græci λείχω dicunt. *Imagines.*] In æde Camœnarum erigebatur
ſtatua macra, & hedera coronata poetis, ut oſtendit Iuue. & teſtatur Plin. in xxxiiij. Naturalis hiſt.
his uerbis. Notatū ab auctoribus, & L. Actium poetam in Camœnarū æde maxima forma ſtatuā
ſibi poſuiſſe, cum breuis admodū fuiſſet. Mart. ad Auitū ſtatuā ſibi ponentem edit carmen ſubſcri
bendū. Carthaginenſes Apuleio (ut ipſe teſtatur) ſtatuam poſuerunt. Qui autem primi ſtatuas po
ſuerint ſe neſcire fatetur Plin. apud Romanos Cato ſtatuas, ſibi erigi floccipendiſſe dicitur, apud
Græcos Ageſilaus, qui moriens præcepit, ut μήτε πλαστὴν μήτε γραπτὴν μήτε μιμητὴν τοῦ σώματος εἰκόνα ποιή-
σασθαι, i. nec fictam, nec fabricatam corporis imaginem facerent. Imagines autem dicendo, impro-
prie locutus eſt, cum proprie ſtatuas debuiſſet: nam ſtatua dicitur, quæ non ſuperficiē, ſed corpo-
ris ſoliditatem atq; perfectionem reddit, & oſtendit. quæ ἀνδριὰς à Græcis dicitur. imago uero, quę ſu
perficiem tantū. unde pictores faciunt diuerſis coloribus imagines. Omnes tamē docti in ea ſunt
ſentētia, ut ſtatua Latinū nō ſit, neq; certe apud probatos autores ſæpe reperitur. Ponitur etiā pro
ſimilitudine. Verg. O mihi ſola mei ſuper Aſtianactis imago. Vnde ab hac ſimilitudine etiā pro ua
gina capitur, q; ſit quaſi imago illius rei quā claudit. Idem. Curuā ſeruans ſub imagine falcē. *He-* C
deræ.] Quibus poetæ coronabātur (ut Vergilius, Propertius, Oratius, cæteriq; oſtendunt.) Plini-
us ſcribit poetas coronari hedera habenti croceum ſemen: folia minus nigra, quam bacchicam
quidam appellant, quæ maximos habet corymbos. Vergilius. Atq; hanc ſine tempora circum In
ter uictrices hederam tibi ſerpere lauros. Quod à Quintiliano in x. Inſtitutionum repetitum eſt.
hederam Dionyſio Græci conſecrauerunt (ut ſcribit Diodorus) cuius rei cauſam aſſignat Ouidi-
us in Faſtis, & Feſtus Pompeius, quos uidebis. Satis eſt homini erudito locum, & fontem è quo
talia haurias, indicaſſe: ne prolixiori oratione animi lectorum ad faſtidium concitentur. Probus
autumat ideo poetis ex hedera coronam dari, quia exiſtimabatur Liber eſſe cum Muſis. *Sequa*
ces.] Ad eius reſpexit naturam. Vergilius illas errantes in bucolico ludicro appellauit: quas anti-
qui lyrici teſte Seruio flexipedes dixerunt, quod hac & illac uagentur. *Ipſe ſemipaganus.*] A per
ſona ſua captat beniuolentiam per extenuationem, cum ſe appellet ſemidoctum, & ſemiruſticum.
ſemis Græce dicitur ἥμι. Pagus dicitur quādo plures domus in unum ruri ſunt collectæ, uilla uul
go nuncupata, quamuis uilla proprie eſt domus ipſa ruſticana. Vergilius. Præmiaq; ingentis pa-
gos, & compita circum. à Græco πηγὴ, quod teſte Seruio fontem ſignificat. à quo paganus, eodem
fonte potans, qui ruſticum ſignificat: unde ſemipaganus, ſemiruſticus. Refert Dionyſius Halicar-
naſeus libro quarto, quod Roma diuiſa erat in tribus quatuor, quas pagos uocitabant, In quibus D
habitantes pagani dicebantur, qui in nullam aliam habitationem transferri poterant. hinc factū
eſt (ut arbitror) ut paganus apud Suetonium, Cornelium Tacitum, Iuuenal. & cæteros pro ciue,
qui nunquam militauerit accipiatur. quod eſt uerbum Iuriſconſultorum peculiare: à quibus hæc
duo opponuntur perinde ac contraria. miles & paganus. Paulus Iuriſconſultus. fiat teſtamentum
exemplo eius, qui paganus fuit, deinde militare cœpit. Vlpianus titulo de militari teſtamento.
eſt reſcriptum à diuo Pio in eo, qui quum eſſet paganus fecit teſtamentum, mox militare cœpit. In
quo ſignificatum eſt illud à Iuuenale noſtro pronunciatum in decimaſexta Satyra. Citius falſum
producere teſtem Contra paganum poſſis, quàm uera loquentem Contra fortunam armati con-
traq; pudorem. id eſt facilius inuenias, qui falſum teſtimonium dicat aduerſus hominem non mi
litantem, quàm qui uerum dicat aduerſus militē, tanta eſt militū dignitas, & potentia. Multa enim
cōmoda, honorificaq; tum leges, tum imperatores (ut eſt legere apud Iuriſconſultos) militātibus
indulſerunt. Ab Hieronymo, cæteriſq; eccleſiaſticis ſcriptoribus, quādoquidem ſub uexillo Chri
ſti non militent ethnici ob hoc ſcite cohibiliterq; pagani dicti ſunt. Paganam legem dixit Plinius
qua ruſtici utuntur. Pagatim dixit Liuius ea forma qua oppidatim, & regionatim. *Ad ſacra ua-*
tum.] Inter res pręclaras quas geſſit Cæſar Auguſtus, templū Apollinis ea parte Palatinæ domus
exci-

A excitauit,quam fulmine ictam à deo deſiderari haruſpices pronunciarunt, addita porticu cum
bibliotheca Græca,& Latina,quo loco iam ſenior ſæpe etiam ſenatum habuit, decuriasq; iudicū
recognouit,ut auctor Suetonius.de hac intelligit Iuuenalis in vij,illo uerſu. Nequid tibi conferat
iſte.Quem colis,& Muſarum,& Apollinis æde relicta.Item in prima:Sportula,deinde forum, iu-
risq; peritus Apollo:quamuis quidam aliter ſentiant.Nam in bibliotheca templi Augusti erat A-
pollinis ſtatua,ut docet Plinius.Quod autem moris fuerit ad templum Apollinis carmina deſer-
ri,probat Oratius,Scripta Palatinus quæcunque recepit Apollo. primus Romæ, auctore Plinio
Pollio bibliothecam in atrio Libertatis dedicauit. unde Ouidius in tertio Triſtium. Nec,me
quæ doctis patuerunt prima libellis,Atria libertas tangere paſſa ſua eſt. *Quis expediuit.*] Anti-
pophora,id eſt,tacitæ obiectioni reſponſio, quæ ab aduerſario his uerbis fieri potuiſſet. O Perſi
cum ſis ſemipaganus, ſemibarbarus, atque ſemieruditus, quomodo carmen elegans,terſum,at
que luculentum compones, quod ſua uerborum rotunditate, proprietate & facundia ad Roma
norum ſtomachum alioqui delicatum faciat? qui naſo adunco ſuſpendere, & riſu cachinnanti
carmina inſulſa, lapſantia, & genium minime habentia proſequi conſueuerunt? Cui reſpondet
Perſius dicens ſe neceſſitate coactum propter paupertatem animum ſuum ad hoc carmen ſcri-
bendum appuliſſe,ut ita uitam ſuam alimentis ſuſtineret, quod picæ, & huiuſmodi facere anima
B lia non eſt dubium,dum uoces humanas emodulantur:quam ſententiam ab Oratio uidetur ac-
cepiſſe, qui ſic ſcribit.Paupertas impulit audax, Vt uerſus facerem. Paupertas enim omnes ar-
tes perdocet,ut inquit Plautus in Sticho. *Expediuit.*] id eſt eleganter, ſine difficultate proferri,
& loqui docuit.Quod autem humana proferant uerba aues,teſtatur Philoſtratus in primo de ui-
ta Apollonij loquens de auibus his uerbis: Illæ enim ſalue, & felix ſis, & Iupiter propitius, & hu
iuſmodi quædam uerba nonnunquam proferunt.Et hoc quotidie docet uſus. *Pſittaco.*] Pſit-
tacus naſcitur in India (ut ex Ouidio, & Statio colligimus) cui magnitudo fere columbarum,
color uiridis, roſtri tanta duritia, ut cum è ſublimi præcipitatur in ſaxum,nixu ſe oris excipiat,
& quaſi quodam fundamento utatur, caput uero tam ualens, ut ſi quando ad diſcendum pla-
gis ſit admonendus, ferula ſit uerberandus, ut magiſtri imperium perſentiſcat.auctores Plinius,
Ariſtoteles,Solinus,& cæteri.Super omnes alites humanas uoces reddit,Imperatores ſalutat, ut
docet Macrobius.hinc diſtichon notiſſimum apud Martialem.At Statius.Humanæ ſolers imita-
tor Pſittace linguæ.Apollonium quendam iuuenem in loquendo rudem, & incultum caſtigaſſe,
qui docebat philomelas,pſittacos,& huiuſmodi aues uoces humanas imitari, auctor eſt Philo-
ſtratus. Verum ſciendum ad diſciplinam humani ſermonis faciliorem eſſe pſittacum qui glande
ueſcitur,& cui quinq; digiti numerantur in pedibus. nam id,quod diſcunt,nobis canunt, uel po
C tius eloquuntur, ut ſi uocem audias, hominem putes. auctor Apuleius in ſecundo Florido. Ari
ſtoteles fœminino genere hanc auem pronunciat. quidam Plinij codices habent ſitacen, cui le-
ctioni ſuffragatur & hiſtoria Indica,quam Arriano ſunt qui tribuant, ubi ſitacen per σ non per ψ
legimus initio uocatam. *Chære.*] Salue:uox ſalutantis apud Græcos. Ariſtophanes in fabula
quæ inſcribitur Acharnanes [illegible]: de qua Ouidius intellexit illo uerſu, Voxque ſalu-
tantum ramis ueniebat ab altis. *Suum.*] Ita emodulatum,& mellea concinnitate, dulcoreque
melliſluo prolatum,ut ſuum id eſt proprium uideatur.Eſt ſua etiam loquentibus obſeruatio in-
quit Quintilian.id eſt propria,ut ego interpretor. *Picas.*] Pica eſt auis, quæ ſi probe edocta fue
rit,uerba proferet perfecte ad ſimilitudinem humanæ linguæ.Martialis.Pica loquax certa domi
num te uoce ſaluto: Si me non uideas, eſſe negabis auem. quod mirum non eſt, cum Pierij filiæ
cum Muſis auſæ cantu decertare, in id genus auis ſint mutatæ. Statius, Nuper & Aonio uerſæ
certamine picæ. Has memoria falli niſi ſubinde eadem audiant, ac uerbi exprimendi uictas e-
mori conſtat. auctor Plinius, Picis proprium eſt omnibus annis cum ſeritur rapa calueſcere,
ut corui omnes aquatici calueſcunt, ob id Phalacrocoraces nominati. caluos phalacros di-
ci Græce ſatis notum, coraces coruos. à pica Imperatorem Auguſtum fuiſſe ſalutatum, auctor
eſt Macrobius. *Noſtra.*] Humana,hominibus propria. *Conari.*] Magno conatu, & diffi-
D cultate non minima proferre, quia contra naturam. *Magiſter artis.*] Famem, atque neceſsita
tem eſſe, quæ aues humanum ſermonem exprimere, & dearticulata uoce proferre doceat, homi-
nesq; nauos,ſtrenuos,& diligentes efficiat, oſtendit iuxta illud notiſsimum, Labor omnia uin-
cit Improbus, & duris urgens in rebus egeſtas. cui ſententiæ ſubſcribit Diodorus in primo,ſcri
bens, Neceſsitatem ipſam rerum magiſtram ſingulorum peritiam ingenijs miniſtraſſe. Manli-
us in primo. Et labor ingenium miſeris dedit, & ſua quenque Aduigilare ſibi iuſsit fortuna
premendo. Ouidius, Ingenium mala ſæpe mouent. Huc uergit id ſcriptoris Græci carmen lu-
culentum πάντα δ' ταῦτα ἐδίδαξε πικρὰ πάντων ἀνάγκη, id eſt omnia hæc docuit amara omnia au
dens neceſsitas. Ariſtophanes in Pluto inducit paupertatem admonentem Chriminum, ſe o-
mnes artes perdocere, & ſi abſque ſe eſſent, diuites egerent, utpote pauperioribus opulentis
ſuppeditantibus omnia neceſſaria. hinc Apuleius in primo Magiæ laudans paupertatem, il-
lam omnium ciuitatum conditricem, artiumque omnium repertricem, omnium peccatorum
inopem, omnis gloriæ munificam, cunctis laudibus apud omnes nationes peſunctam nun-
cupauit, Cur autem hanc omnes fugiant, illud eſt in cauſa. quòd ſcilicet conſueuit ad ſe ap-
plicantes reddere meliores, & uirtutem qui uitant, paupertatem fugiunt non ſecus ac filij pa-
rentes, quoniam eorum delitia emendant & coarguunt. *Venter.*] Inopia, fames, rerum
diffi-

difficultas: *Negatat.*] A natura ſibi non conceſſas. *Quodſi doloſi.*] Senſus eſt. homines li- A
cet ſemidoctos uidebis more picarum, & coruorum, exprimere dulce melos, id eſt, fieri poëtas
non incelebres, ſi aliquid pecuniarum, aliquid lucelli, aliquid præmij, quod (ut inquit Sene-
ca) ſolatium eſt laboris, habere, & conſequi ſperauerint. & eſt rationis ſuperioris confirmatio,
qua docet homines neceſſitate coactos rebus, quibus ineſt lucrum, animum ſuum libenter ac-
commodare, cum omnes lucro ſimus ſubiecti, ut ſcribit in Pluto Ariſtophanes his uerſibus, [illegible], id eſt, ut nihil mortalibus perfecte abſo-
lutum eſt, ſed omnes lucro ſubiecti ſumus. *Nummi doloſi.*] Ab effectu: multos enim faciunt do-
loſos, & eſt denominatio: cum id quod fit, ab eo quod facit denominatur. Vergilius. Quid non
mortalia pectora cogis Auri ſacra fames? & ſi poſſimus ſacram famem magnam interpretari, &
ſacros tripodes, id eſt, magnos, ut Vergilius Græcos penitus figuret, apud quos ἱερὸν ingen-
tem, & ſacrum ſignificat. Ouidius. Effodiuntur opes irritamenta malorum. Propter aurum e-
nim [illegible], id eſt, pugnæq; prædæq;, & cædes extiterunt. Sed quoniam ſcio diuer
ſorum auctorum ſententias in commentarijs recitatas legendi auiditatem, atque iucunditatem,
non autem faſtidium parturire, Poſſidonium non prætercam ſilentio, qui ait diuitias eſſe cau-
ſam malorum, non quia ipſæ faciunt aliquid, ſed facturos irritant. hinc eleganter Propertius, &
uere cecinit. Ergo ſollicitæ tu cauſa pecunia uitæ es: Per te immaturum mortis adimus iter. Philo- B
ſophus. Quidam ob diuitias periere. Huic ſubſcribit, & concinit dogma eccleſiaſticum inqui-
ens. Qui uolunt diuites fieri, incidunt in tentationem, & muſcipulas, & deſideria multa, quæ
mergunt hominem in interitum. Quid ergo elegantius? quid uerius? quid magis proprium,
quàm nummos doloſos nuncupare? *Coruos.*] Corui: quos ore coire, & parere uulgus arbi-
tratur: ad quod reſpiciens Epigrammatarius in Apophoretis, ſcriptum reliquit, Corue ſaluta-
tor quare fellator haberis, In caput intrauit mentula nulla tuum. quod Ariſtoteles in tertio De
animalium generatione negauit. Imperatores ſalutant, ut ſcribunt Plinius & Macrobius, hiſtori-
am illius corui referentes, qui ſub Tyberio principe ſermoni aſſuefactus omnibus matutinis e-
uolans in forum, Tyberium, deinde Germanicum, & Druſum Cæſares nominatim, mox tran-
ſeuntem populum Romanum ſalutabat. Apud ueteres futura ſignificare putabatur cantu & uo-
latu. Ideo Phœbo deo diuinationis dicata eſt hæc auis: ex eoque à Papinio Phœbea nuncupata.
Marcus Tullius libro primo De diuinatiõe religiones irridẽs, tradit à dextra coruũ, à ſiniſtra cor-
nicem facere ratum. Higinus tradit coruum tempore ſiccitatis guttur habere pertuſum. κόρακα
Græci dicunt coruum, qui eſt & mons Ptolemæo, unde coraxicus Plinio, quamuis in Plinij co-
dicibus, pro coraxicis coraxitis legatur. Vox coruorum dicitur crocatio. uerbum eſt crocire, quo
utitur Plautus: & Crocito, quod Græci κρώζειν. Relinquo ſciens, quę multa à Plin. Ariſtotele, Macro C
bio, & cæteris de coruis traduntur: quoniam nimis protrita ſunt, quæ ubique ſilentio præteri-
re in animo eſt, indoctis enim prorſum & elementarijs non ſcribimus. κακοῦ κόρακος κακὸν ᾠόν, id eſt
mali corui malum ouum, ne copia gignat in his commentarijs faſtidium, in ſecundo noſtrarum
annotationum fuſius interpretamur. *Cantare.*] Voce modulari: nam poetæ dicuntur cane-
re, quando uerſus rhythmica ratione compoſiti ſunt, quos cãtando pronunciare conſueuerunt.
Vergilius, Arma uirumq; cano. In quo tamen aduertendum eſt, ne pronunciatio nimis in canti-
cum diſſoluta ſit, ne ue plaſmate (ut à pleriſq; fit) effœminata: de quo optime Cæſar adhuc præ-
textatus dixiſſe fertur. Si cantas, male cantas, Si legis, bene cantas: auctor Quintilianus. *Pe-
gaſeium mellos.*] Melos primam habere breuem tam apud Latinos, quàm apud Græcos notiſſi-
mum eſt, unde hoc carmen corruptum exiſtimans Politianus, loco melos nectar citatis exempla-
rium uetuſtiſſimorum teſtimonijs collocauit: cuius fides, atque auctoritas licet ſit magna: ne ta-
men illos ſequamur, qui (ut uerbis Lactantij utar) ſine ullo iudicio inuenta maiorum probant,
& ab alijs pecudum more ducuntur: conſultis Græcis, quos noſtri pluribus in rebus imitantur:
uulgarem lectionem defendimus, apud quos Homerus conſonantem duplicans, mellos pri-
ma intenta pronunciauit in Hymnis hoe uerſu [illegible]. Alij unico l. ſcribunt arbitrantes non
aliter produci, quàm [illegible] apud Homerum, & μέλος apud eundem ratione immutabili. Poſſu- D
mus etiam ſic legere. Cantare Pegaſeium melos credas: Sed in tot ſententijs, & uarijs hominum
opinionibus, libera ſint iudicia: nam quod putem, non quod contendam, ponam: ut dicebat Var
ro. *Melos.*] Suauitatem, concentum meleum. dicimus & mela pro dulci camœnali ſuauilo-
quentia. Martianus Capella. Tu uatum mela ducibus camœnis, Et ſcis Pindaream chelin referre.
Melodicum ſiue meli cum poetam Græci melopion appellant, & poeticam Sapho meloden. O-
biter quoniam melici fecimus mentionem, codicem Plinij ubi in ſeptimo legitur Simonide medi-
co, emenda ſcribens melico: Melici autem dicuntur quidam poetæ, ut ait Tullius De optimo
genere dicendi, ſed & Stephanus, & Cenſorinus, & Gellius. Auctor Demiuus. *Pegaſeium.*]
Poeticum: à Pegaſo equo alato, qui grammaticis dictus eſt, quod apud τὰς πηγὰς, id eſt, fontes O-
ceani genitus ſit, ut ſcribit Heſiodus in Theogonia. Aratus uero ſcribit hunc Neptuni, & Medu-
ſæ Gorgonis filium fuiſſe. Euſebius hunc equum cuiuſdam mulieris fuiſſe tradit, ut Palepha-
tus Perſei. uel dictus eſt Pegaſus, quòd fontes ungulæ percuſſu foderit, quod his Propertius
aſſeuerat. Viſus eram molli recubans Heliconis in umbra, Bellorophontei qua fluit humor equi.

A AELIVS ANTONIVS NEBRISSENSIS.

Auli Perſij Flacci Satyrarum liber unicus. Hic titulus duo quæ ſunt in cuiuſque operis indice
neceſſaria tangit: auctorem uidelicet & libri materiam. Auctor eſt Aulus Perſius Flaccus Volater-
ranus. ut Aulus ſit prænomen, quod in compendium, ſicut & alia prænomina complura auctore
Priſciano per. A. inter duo puncta debet ſcribi (Perſius) proprij nominis loco poſitum eſt. Fuit &
Perſius uir doctiſſimus ſub hac honoris præfatione à Lucillio poeta primum: deinde à Cicerone,
& Plinio ſecundo celebratus. (Flaccus) cognomen eſt Perſij quemadmodum & Horatij. Fuit &
Valerius Flaccus poeta qui Argonautica ſcripſit. dicti ſunt autem Flacci, qui habebant aures de-
miſſas & quaſi marceſcentes. (Poeta) nomen profeſſionis eſt. (Volaterranus) nomen patriæ. fuit
nanque ortus Volaterris ſiue oppido Tuſciæ Volaterrano ſi Hieronymo in additamentis Chro-
nicorum Euſebij credimus. Ipſe tamen in ultima Satyra ſignificare uidetur ſe fuiſſe Lunenſem,
cum dixit Lunai portum eſt operæ cognoſcere ciues, dixiſſetq́ prius, hibernatq́ meum mare. Na-
tus eſt ſub Tyberio Cæſare, mortuus ſub Nerone, anno ætatis undetrigeſimo, eodem Hierony-
mo auctore. Scripſit Satyram magna cum laude, etiam Quintiliani teſtimonio, qui oratoria-
rum Inſtitutionum libro decimo his uerbis ſcribit. Multum & ueræ laudis Perſius uno libro
meruit. Martialis quoq; poeta de eodem. Sæpius in libro memoratur Perſius uno, Quàm leuis in
B tota Marſus Amazonide. (Satyrarum liber unicus) hæc eſt materia. Sed quamuis auctore Quinti-
liano Satyra tota ſit noſtra, id eſt Latina, habet tamen originem à Græcis ex comœdia priſca, in
qua floruerunt Eupolis atque Cratinus Ariſtophanesq; poetæ, quos Lucillius eſt imitatus, ut Ho-
ratius dicit, Mutatis tantum numeris pedibusq; facetus. nam comœdiæ priſcæ ſcriptores trime-
tro Iambico uſi ſunt. Lucillius uero atq; illum imitati Horatius, Perſius, & Iuuenalis, carmine he-
xametro. Illa quoq; differentia inter illos eſt, quod in comœdia priſca inducebantur perſonæ ru-
ſticæ ueris nominibus ſibi inuicem probra obijcientes, in Satyra uero Latina poetæ inuehuntur
in perſonas partim ueras, partim ſub alienis nominibus, ut his accommodari poſſit illud Martia-
lis. Hunc ſeruare modum noſtri didicere libelli, Parcere perſonis, dicere de uitijs. Dicta eſt autem
Satyra à Satyris: in quorũ habitu iocãtes ruſtici inducebãtur huiuſmodi ſe carminib. laceſſentes.

IN EPIGRAMMA.

Nec fonte labra.] Carmen eſt trimetrum Iambicum hipponacticum, ſiue Galliambon, ſiue cho-
liambon, ſiue cyliambon, ſiue ſcazon: habet enim in ſexto loco ſpondæum, cum archilochium ha-
beat Iambum ſemper: recipit & alios pedes eorundem temporum, ſed non earũdem ſyllabarum.
In hoc igitur epigrammate, quod procemij loco ponitur, oſtendit ſe non eo modo factũ poetam,
quo cæteri, qui finxerunt ſe deductos ab aliqua Muſarum ad fontes illis ſacros, aut ſomniaſſe tale
C quiddam quale Ennius poeta: ſed dicit ſe ſuo labore & ſtudio mediocriter eruditum, ſcripſiſſe car-
mina, lucri gratia, aut fauoris apud principes conciliandi. dicit itaque. *Nec ego prolui labra.*] id
eſt laui & innnxi. hoc eſt deguſtaui. *In fonte Caballino.*] id eſt Pegaſeo: hoc eſt quem ictu ungu-
læ effodit Pegaſus equus ille alatus, cum uolans, in Helicone tandem monte conſtitiſſet. hoc e-
nim Heſiodus poeta de ſe finxit, quòd cũ pecudes in uallibus Aſcræis paſceret, meruit colloquio
Muſarum frui, atq; ita deductum ad Hippocrenen. i. fontem illum Caballinum repente factum eſ-
ſe poetam. Caballino autem dixit & non equino, quia Satyræ, quod annotauit Perſij ignotus inter-
pres, humiliora uerba conueniunt cuiuſmodi eſt Caballus. Iuuenalis. ad quem Gorgonei delap-
ſa eſt penna caballi. & Horatius. circumuectari rura caballo. *Nec memini.*] Subaudi me. *Som-
niaſſe in monte Parnaſſo.*] Phocidis regionis eſt hic mons, qui Atticam à Bœotia diſterminat: dicen-
te Ouidio primo Meta. Separat Aonios Actæis Phocis ab aruis. Eſt autem ſacer Apollini & Muſis
poetarum præſidibus. *Bicipiti.*] id eſt in duos colles aſſurgenti. Ouidius ubi ſupra. Mons ibi
uerticibus petit arduus aſtra duobus, Nomine Parnaſſus. Somniaſſe autem dicit: alludens ad il-
lud quod Ennius poeta ſcribit in principio ſuorum Annalium: animã Homeri ex Pythagoræ Pa-
lingeneſia. i. regeneratione in ſuum corpus fuiſſe tranſmiſſam, atq; ita factum poetam. Vt ſic, uide-
licet bibendo ex fonte Pegaſeo, aut ſomniando, *Prodirem poeta repente.*] id eſt, euaderem poeta
non adhibita eruditione & doctrina, ſed ſola numinis inſpiratione, aut Pythagorea regeneratio-
D ne. *Heliconidasq́.*] Senſus eſt. ego relinquo Heliconidas, id eſt, muſas & poetarum fictiones il-
lis, qui gloriæ cupiditate ducti ſcribunt. ego uero qui non ſum penitus literarum ſacris initiatus:
affero meum carmen. Dicit igitur. Ego relinquo Heliconidas, id eſt muſas, quibus Helicon Bœo-
tiæ mons conſecratus eſt, à quo & ipſæ Heliconides in forma patronymica ſunt cognominatæ.

Pallidamq́ Pirenem.] Scilicet fontem Acrocorinthi, id eſt, qui eſt in arce Corinthiorum, quem ab
effectu pallidam dixit: quia ſtudioſos poetas pallidos eſſe oportet. quod uero Pirene muſis pecu-
liariter ſacra ſit, nuſquam legi, niſi quod omnes fontes muſis, nymphisq́ ſacri ſunt, quos poetæ ſo-
lẽt plerunq; inuocare. ut Vergilius in Buc. Extremum hunc Arethuſa mihi concede laborem. Ad-
uertendum tamen eſt, uerſum hunc claudicare: qui ut cõſtare poſſit, addenda eſt q; particula poſt
duos tribrachos, ut dicamus. heliconiadasq́ pallidam Pirenen. quæ eadem ratione completiua
ponitur qua apud Vergiliũ. O qui res hominũq; deûmq́, & illud eiuſdem, dixitq; & prælia uoce
diremit. *Illis quorum imagines.*] .i. ſtatuas quæ poetis inſignibus in loco publico proponi conſue-
uerunt. *Hederæ.*] Quæ Baccho poetarum deo præſidi conſecratæ ſunt, atque proinde illis poe-
tæ coronabantur. Verg. in Buco. Paſtores hedera creſcentem ornate poetam. Sequaces autem he-
deras appellat. i. ſerpentes Vergilius. Inter uictrices hederam tibi ſerpere lauros. *Lambunt.*] Leui-

ter

ter tangunt. Sic Verg. ij. Aen. Lambere flamma comas. *Ipſe ſemipaganus.*] Nondum omnino Mu A
ſarum ſacris initiatus. Nam paganus proprie is dicitur, qui non eſt ſacramento militiæ addictus,
ut omnis homo aut miles ſit, aut paganus. Iuuenalis. Citius falſum producere teſtem Contra paga
num poſſis, quàm uera loquentem Contra fortunam armati. Iureconſultus quoq; in libro Dige-
ſtorum xix. Si ignorans quis militi, quaſi pagano locauerit. atq; in hac ſignificatione prope ſem-
per apud auctores reperies. Chriſtiani quoq; qui militare Chriſto dicuntur, cæteros mortales pa
ganos appellant, quaſi non initiatos religioni noſtræ, ſiue militiæ. Vnde Hieronymus in quadam
epiſtola ad Heliodorum ſcribens. Recordare, inquit frater tyrocinij tui diem, quo Chriſto in bap-
tiſmate conſepultus in ſacramenti uerba iuraſti, & nunc donatiuum quod militaturus acceperas
hoſtilia caſtra ſuſpirant. *Ad ſacra uatum carmen affero noſtrum.*] .i. ad ſacra poetica, quamuis ego ip
ſe ſim ſemipaganus. Conferebant uero carmina ſua poetæ in ædem Apollinis & Muſarum quam
Auguſtus, ut auctor eſt Suetonius, in palatio dedicauit. de qua Horatius. Scripta Palatinus quæ-
cunq; recepit Apollo. *Quis expediuit.*] Ea ratione ſignificat ſe factum poetam, qua pſittacus & pi
ca compelluntur ad imitandas uoces humanas, ut redeat ad illud unde incœpit: nec fonte labra
prolui caballino. dicit igitur. *Quis expediuit.*] .i. Expeditum fecit. *Pſittaco.*] Aui notæ, huma-
næ uocis imitatrici. *Suum chære.*] .i. Ingenitum & naturale. Sunt uero quædam literæ quas pſit-
taci nequeunt exprimere, duas uero facillime chi. & rho. Nā quod & Martialis in diſticho, cuius in
dex eſt pſittacus: ſcribit, Pſittacus à uobis aliorum nomina diſcam: Hoc didici per me dicere, Cæ- B
ſar aue: ad chære Græcum referendum eſt: niſi forte ideo dicit ut principi blandiatur. *Et docuit pi
cas.*] Aues item humanæ uocis imitatrices. Martia. Pica loquax certa dominum te uoce ſaluto: Si
me non uideas, eſſe negabis auem. *Conari.*] .i. Imitari. *Noſtra uerba.*] .i. Humana. *Magiſter ar
tis.*] Reſpondet quæſtioni. *Venter*] inquit ſubaudi eſuriens. *Magiſter artis.*] .i. Qui inuenit et
docet omnes artes. Verg. i. Geor. Labor omnia uincit Improbus, & duris urgens in rebus egeſtas.
Et largitor ingenij.] Qui facit homines ingenioſos: uenter dico. *Artifex ſequi.*] Ad ſequendum.
Voces negatas.] Subaudi à natura. ſimile eſt illud Iuuen. Si natura negat, facit indignatio uerſum.
Quod ſi.] Ex prædictis infert, quod ſpe lucri propoſita, etiā ineptiſſimi quiq; carmina egregia cō-
ponent. dicit ita. *Quod.*] Pro ſed. *Si ſpes nummi doloſi.*] .i. Qui ſui cupiditate homines doloſos fa
cit. ſecundum illud Verg. iij. Aeneidos. Quid non mortalia pectora cogis Auri ſacra fames? *Re-
fulſerit.*] .i. Fuerit propoſita: quod ad auri ſplendorem eſt referēdum. *Credas.*] Tu credere poſ-
ſis. *Coruos poetas.*] Aues item ſermonis humani imitatrices. Vnde Martialis Coruum ſalutatorē
cognominat. *Et picas poetidas.*] A poetes quod eſt maſculinum, poetis idis erit fœmininū, ſicut
à prophetes æ: prophetis idis. *Cantare.*] Subaudi poſſe. *Mellos Pegaſeium.*] id eſt, carmen poe
ticum: quia, ut diximus, Pegaſus equus alatus fontem illum Hippocrenem Muſis ſacrum ictu pe- C
dis elicuit. Angelus Politianus codices uetuſtos oſtendit: in quibus pro mellos carmē aut nectar
erat ſcriptum: idq; ratio carminis Iambici hipponactici exigebat. Sed Hermolaus Barbarus non
minoris auctoritatis uir Homeri carmen affert ex hymnis illius, in quo mellos primam producit.
Quare lectio communis defendenda, & mellos per duplex ll ſcribendum. uel ita legendum. Can-
tare Pergaſeium melos credas.

IOANNES MVRMEL. HERMANNO Buſchio ſuo

SI uales bene eſt, ego quidem ualeo. Accepi Paſiphile ſuauiſſime, ex aliquot ſtudioſis
hominibus, te quum iſthic Perſij Satyras, non ſine gloria enarrares, ex uaria & re-
condita eruditione nonnulla in medium protuliſſe, quæ in peruulgatis commenta
rijs minime leguntur: Quare quum his diebus, ego quoq; (tametſi non ſatis idone-
us profeſſor) in eundem Perſium ſim impacturus, oratum te uelim, ut pro humani-
tate tua, quæ uno omnium ore (nec immerito) celebratur, me participē facias eorum, quæ uel Mar
te tuo inuenta, uel ex ueteribus, & fortaſſe nondum publicatis commētarijs exquiſita, noſtris ſtu
dijs nō indigna cēſueris: Habebis me ubi hoc nomine magis obnoxiū, nec iſtorū quicquā citra ho
norificā tui mētionē nominis publicabo. Vale decus noſtrū, & Murmeliū tui amātiſſimū dilige. D

HERMANNVS BVSCHIVS PASIPHILVS Murmellio ſuo.

OMni ex parte, quas ad me dediſti, literæ tuæ mihi placuerūt Murmelli humaniſſime,
nec erat quod in illis culparem tantullum, præter breuitatem: hæc uerò ſola mihi di-
ſplicuit. Nam ſicut oratio M. Tullij (ut Secundus inquit) optima fertur ea, quæ eſt lō
giſſima, ita eruditi & bene literati uiri (qualem te eſſe citra omnem adulationis ſuſpi
cionem libenter confiteor) epiſtola, mihi multo iucundiſſima eſt ea, quæ latiſſima.
At tu fortaſſe Laconiſmon amas. Sis igitur, ſi quando alijs ſcribis, Lacedæmonijs, uel (ut Sidonij
uerbis dicam) breuior Amyclis: quum autem mihi, ipſis ſis loquacior Athenis. Petis à me quaſ-
dam meas in Perſium enarrationes, quas me hic auditoribus meis dictaſſe (ut ex tuis literis intelli
go) quorundam iſthic ſtudioſorum ſermo uulgauit, quod in eis fortaſſe loca quædam illius poe-
tæ, ſecus quàm ab alijs interpretibus, à me explicata putas. In nonnullis ſane ab illis (fateor) diſſen
ſi, & mihi etiam diſſentio (fortaſſe non recte.) Et ut loca quædam ubi commonſtrem: iambicū ſca-

A zon illud,quod quaſi operis ueſtibulum aduenientem lectorem ſtatim excipit, quur à poeta ap-
poſitum,quæue eius argumenti ratio,neminem adhuc uideo explicaſſe.Alij eum in poetas libidi-
noſos,aut alias uicioſos inuchi arbitrantur,alij alia quædam,ſed nuſquam ferme remota erroris
nebula ſuſpicantur.Ego autem dico,proprie denunciationẽ eſſe reprehenſionis in nobiles Roma
nos,gloriam doctrinæ ex uiciijs ſuis aucupantes.Quid poteſt dici ſimplicius?hoc tamẽ iſti grãma
tici uerboſiſſimis ambagibus nõ ſunt aſſecuti.Prima enim Satyra Perſij in nobilib. duo præcipue
damnat:inutiles inquam fabulas,leuitatemq́ materiæ in ſcribendo:& ſordes,illiberalitatẽq́ erga
doctos quoſq́, non poetas modo,uerũ alios etiã,ut grãmaticos,rhetores,hiſtoricos:quam repre
henſionem etiam Iuuenalis tota ſeptima Satyra peragit.Hæc duo igitur uelut propoſitione præli-
bantur primum,& quaſi denunciantur nobilibus hoc ſcazonte à Perſio.Nam per fontem Cabal-
linũ,Heliconidas,pallidam Pyrenen,inutilem materiam ſcriptorũ notat:quam propterea (ut di-
cit)relinquit etiam illis,qui imaginibus & ſtatuis laureatis ſibi rem factam eſſe credebãt, per quos
ſine dubio uellicat nobileis Rom. qui hæc inſignia uirtutis,ſine ulla uirtute impudenter recipie-
bant,praua quorundã deferentiũ adulatione.Per reliqua enim: Quis expediuit pſittaco ſuũ chæ
re,& quæ ſequuntur,ad finem uſq́,taxatur auaricia eorundem nobiliũ,& ſordes fœdiſſimæ, qua
rum inſtinctu,quidam eorũ non contenti fama ingenij,etiam quæſtum inde captabant indecorũ,
B quaſi cogente inopia(id quod pauperibus accidit)uenirent ad ſcribendũ,quemadmodum pſitta
ci,& auiculæ quædam aliæ,coguntur ſtimulante fame,negatas natura uoces reddere. Teneãt Mur
melli,alij quod uelint,hanc ſententiã ego teneo.Et ad hanc non friuolis fortaſſe ueſtigijs deducor,
ſed probatiſſimo ueterũ more Romanorũ,qui nullam,teſte Seruio,artẽ eſſe uoluerunt , quæ non
eſſet aliquà utilis reipub. Vnde illud Domitij Piſonis celebre dictum:Autores nõ oportere libros,
ſed theſauros componere.Plato quoq́ poetas & oratores in ſuis legibus præcipit,aut prohiben-
dos à ciuitate,aut cogendos utilia ſcribere.Quod Horatius in ſua Poetica repetens,poetæ profeſ-
ſionem eſſe uult,ſimul & iucunda & idonea dicere uitæ.Quum itaque ipſi nobiles magna ex par-
te uicioſi,non uitæ idonea,ſed flagitia & labes uitæ æderent , caſq́ in totam urbem ſua autoritate
infunderent,Satyram illis poeta hoc Iambico (uelut claſſico)comminatur,ob hãc potiſſimam in-
quam defectionem ab egregio illo maiorum inſtituto,quo utilia ſolùm dicere & ſcribere permitte
batur,iuxta illud:Hæc fierent ſi teſticuli uena ulla paterni Viueret in nobis?An non & ſimili mo-
do,fere dimidium primæ ſuæ Satyræ etiam Iuuenalis in notandis huiuſmodi fabuloſis, omnium
à ſummo minimoq́ poeta,ineptijs , nihil omnino moribus profuturis , imò nocituris conſumit?
Per hoc aſtruens non gratia placendi,ſed uoluntate iuuandi oportere ad ſcribendum accedere.
Vt ergo is inquit,non per illorum campum flectemus equos,qui de Theſeo,de Telepho, de Ore-
C ſte,de Martis luco,de Aetna,uentiſq́ Aeolijs,de inferis,& Aeaco,de Iaſone & Argonautis, de cen
taurorum pugna cum Lapithis,cæteriſq́ id genus meris nugis, uerboſas cõpoſuere fabulas , ſed
per quem magnus equos Auruncæ flexit alumnus:Quod eſt,per argumenta & ueſtigia illorum ua
gabor,qui utile,& profuturum aliquid moribus ac reipublicę fecerunt:Ita hic ipſe Perſius noſter,
eodem nimirum ſenſu,Heliconidas,inquit,pallidamq́ Pyrenen,& quicquid non ſolum de Par-
naſo,uerum etiam Troicis,amoribusq́ heroidum nugari libuerit.ergo diuerſa his ſcripturis,hęc
nobilibus & diuitibus noſtris(tanquam ſuas urticas)relinquo . Cuiuſmodi etiam non uerentur
pro mercede ſcribere,ſi uſquam ſpes ipſis doloſi affulſerit nummi.Quaſi non habeant ſat faculta
tum per ſe ipſi ad bene uiuendum,ſed impellente anguſtia rei familiaris ad alia cogantur:ſicut fe-
re pſittaci & picæ,ob uentris neceſſitatem ,uoces humanas(natura ſibi negatas) fame diutius tor-
tæ tandem addiſcunt & reddunt.Si ita acceperimus,apertus erit & conſtans nimirum ſenſus toti
us Iãbici,neq́ quicquã omnino neceſſe erit, tot quæſtiones afferre primum,tot poſtea ſoluere,uti
quidam fecerunt.Quod autem dixi,Perſium notare nobiles & diuites quoſdam Romanos etiam
ſpe quæſtus,nec famæ tantum dulcedine,ſcripſiſſe,non mirabitur hoc,nec ridebit omnino, qui le
get eoſdem apud Iuuenalem,non erubuiſſe pauperum ſportulas(quod neſcio an fœdius adhuc)
petere cum ipſis,imò enimuero præripere eiſdem ſolitos,quum inquit:

Da prætori,da deinde tribuno. Et paulò infrà:
D Sed quum ſummus honos,finito computet annò.
Sportula quid referat,quantum rationibus addat,
Quid facient comites,quibus hinc toga,calceus hinc eſt,
Et panis fumusq́ domi eſt?denſiſſima centum.

Quadrantes lectica petit.Noſti reliqua.Eſt igitur à uero non multum abſimile,hunc quem oſten-
di,ſenſum eſſe huius Iambici:illoq́ Perſium,uelut manu in primæ ſuæ Satyræ materiam deduce-
re lectorem,idq́ ipſum ordiri hic,quod in illa mox urget Ianus atq́ perrexit.Et ut prę cęteris poe
tæ paucis proponunt in principio de quo ſcripturi ſunt,deinde propoſitionem exequuntur:ita et
Perſius in hoc proœmio,quod breuiter uelut prælibat, in proxima ſtatim Satyra reponit Ianus,
atq́ ſollicitat . Eſt ergo quaſi Satyræ ſequẽtis propoſitio quædam (ut ſuprà dixi) hic choliambus.
Hactenus de prologo Perſiano,nunc uero de prima operis ipſius Satyra uideamus.Hanc in poe-
tas malos ſcriptam ferè omnes conſentiunt.At cur in ſolos poetas potius illam Perſius,quàm ge-
neraliter in quoſuis ſcriptores malos?Quòd non poetas mordeat hæc Satyra ſolum,ſed etiã pro-
ſa oratione ſcribentes, uel ille uerſiculus abundè arguerit:Scribimus incluſi numeros ille,hic pe-
de liber.Et illud:Fur es ait Pedio.Pedius quid?crimina raſis librat in antitheſis.Ego libere affirmo,
uec

nec in poetas,nec pro poetis compoſitam eſſe peculiariter hanc ſatyrā, ſed generaliter in omneis, A
delectationis & inanis gloriæ cauſa ſcribenteis, ſiue iam poetæ fuerint illi, ſiue non:plus dico , ſiue
etiam boni illi fuerint ſcriptores,ſiue mali:hoc eſt,ſiue docti,ſiue indocti fuerint,æqualiter eos arri
pit hæc cenſura Perſiana,quicunq; animi tantū & ocioſę delectationis cauſa magis q̃ publicæ utili
tatis gratia ueniunt ad ſcribendū.Eſt igitur Perſij(ut breuiſſime dicam)intentio,hac ſatyra nō tam
præcipuè poetas reprehendere,quàm ſcriptores quoſcunq;,ſcribendi munere ſiue officio abutē-
teis,etiam doctiſſimos.Quod quia potiſſimum culpa & ſocordia nobilium fieret, uoluptatem ple
runq; pluris quàm uirtutem facientium,& per hoc reliquum populum paſſim ſuo exēplo corrū-
pentium,ideo reprehenſionis exordium haud temere ſumpſit à nobilibus,quorū tanto pernicio
ſiora ſunt uicia,quanto plureis ſui habent imitatores.Vnde conuenienter dictum à Cæcilio Secun
do eſt:In imperio morbum grauiſſimum eſſe,qui à capite deſcēdat.Quod autem nobileis (nō poe
tas propriè)exagitet propter abuſum ſcribendi,ſingula penè declarāt uerba. Quid enim ſibi uult
Pulydamas,& Troiades ſui?Quid recitator ille pexus,togaq; recenti & natalicia cum ſardonyche
nitidus,liquido plaſmate collutus,ocello patranti fractus?Qui deniq; cum recitationem hanc ſar
donycati trepidant,utrum plebei illi,an ingentes Titi?Præterea inter pocula quærentes, quid dia
poemata narrent?Cur nō humiles aliqui de plebe Quirites,ſed Romulidæ ſaturi?Inter quos hya-
cinthina (neſcio quis) læna uiſendus,& tenero ſupplātans uerba palato,Phyllidas,& ſimileis alias B
id genus nugas eliquat.Paulò infra hæc : Quid Ilias Acci Ebria ueratro?Quid crudi proceres in le
ctis citreis ſcribentes notantur potiſſimum?Quid uult ſibi : Vos ô patricius ſanguis ? Quid quod
Perſius monetur:Videat ne maiorum ſibi fortè,hoc eſt,nobilium limina frigeſcāt? Poſt quæ diſce
dens,utrum indignatur,quòd in plebeios , an potius quòd in nobileis nihil tale ſibi liceat , quale
olim Lucilio, qui non arripuit eos modo , ſed etiam genuinum fregit in illis, hoc eſt, nimis libera
inſectatione exarſerit?Oſtendi iam ſatis(ut opinor)hanc ſatyram non in poetas,ſed in nobileis fer
ri.Reſtat nunc oſtendere reprehenſionis caput eſſe,peccata ſcribentium,non illa tamen compoſi-
tionis,ſed materiæ quam ſibi eligant omnes ferè contra bonos mores,& leges maiorū , eoq; demē
tiæ redigāt cæteros,ut nemo iam utilia amplius ſcribere propterea,aut legere curet.Omneis enim
placendi cauſa ſcribere.Quod quum ita ſit,omnes etiā talia ſcribere,qualia placere,& probari ui-
deant,maximè nobilibus.Vnde fiat,ut quotidie malis moribus adſtruatur aliquid:contrà,bonis
decedat,culpa & flagitio eorundē,anilibus nugis & fabulis indies autoritate ſua preciū augentiū,
nec(ut decebat)ſolidis & grauibus ſtudijs ullum meritū honorem deferentiū.Quare nō ignoran-
tiæ uicia(niſi obiter) ſed uitæ,& morum dehoneſtamenta caſtigare & reprehendere principaliter
nunc in ſcriptoribus Perſiū,argumento interim eſt illud,quod primo ſtatim uerſu, inquirit:O cu
ras hominum,ô quantū eſt in rebus inane.Non quantū eſt,inquit,in literis, in ſyllabis, in uerbis, C
ſed quantū eſt in reb. inane.Quis leget hæc?nemo Hercule,nemo?uel duo , uel nemo.Nec obſtat,
quòd hæc à monitore dici uideantur ad Perſium.Nam quia tam multa ſunt inania in reb. Romæ,
id eſt,quia paſſim omnia ſunt ibi plena ſtultorum,hinc illud ſubit,quòd nemo hæc,id eſt,utilia,&
moribus profutura,leget.Nam nō hoc erat tam inane,quòd Perſius honeſta componebat, quàm
erat inane,quòd nemo hæc honeſta,& utilia lecturus erat . Vnde etiam ipſe poeta continuò ex ſua
perſona reſpondet,nugæ:Quaſi dicat,nugæ ſunt,eo quod nec utilia nec honeſta curantur Romę:
ideo ſtatim talia non ſcribere,cum honeſta per ſeipſa expetenda,& amplectenda ſint , nō propter
laudem hominum,quæ ſequi debet,non appeti.Vnde ſeipſum fatetur quidem non recuſare os po
puli,ſed non ambire,dicens:

Non ego cum ſcribo,ſi fortè quid aptius exit,
Quando hæc rara auis eſt,ſi quid tamen aptius exit,
Laudari metuam:neq; enim mihi cornea fibra eſt,
Sed recti finemq́;,extremumq́; eſſe recuſo.

Quare & intēpeſtiua hæc [illegible] ſiue auiditas auræ popularis, uel acerrimè notatur à Perſio,
& uelut reliquæ uniuerſæ ſtultitiæ mater deridetur,itaq; exploditur tota propemodū ſatyra . Cur
enim pexus ille,pulcherq; populo recitans,potiſſimum inceſſitur à Perſio?Nonne quia famæ ſer- D
uit ineptus?Quia ſcire ſuum,nihil putat,niſi ſe ſcire hoc ſciat alter ? Quia digito optat monſtrari?
Optat cirratorum dictata fieri?Cur iterum ille inter Romulidûm pocula,Phyllidas ſuas cātillans,
præcipuè eligitur ad ridiculum?Ideo ſanè, quia honeſtate non mouetur, ſed laude ducitur inani,
plauſu & aſſentatione capitur futili adulantium,etiam nūc ſenex & uetulus ipſe.Quod ut turpiſſi-
mum facinus inſectatur merito poeta,ſæpius caniciem ideo,& ſenium appellans atq; increpitans.
Hinc illa plena quidem indignationis.Tūc cum ad caniciem , & Tun uetule?&,En pallor,ſeniūq;.
Inde igitur quod nobiles(etiā ſenes & cani)ex huiuſmodi rebus tam leuibus,tamq; inanibus, ad-
huc quaſi laſciuientes adoleſcentuli,laudem & plauſum paſſim captarent,& non potius more ma
iorum alia grauiora,& digniora ſe ſpectarent,poetam ſibi ſcribendi huius ſatyræ materiam ſum-
pſiſſe liquido manifeſteq; apparet.His itaq; ſic demonſtratis, uidelicet non poetas, ſed communi
ter quoſuis ſcriptores,& præcipuè nobiles(maximeq; ex eis ſenes)taxari à Perſio, neq; id tā quòd
ſcribant recitent ue carmina,ſeu proſam orationem,quàm quod materiam,& argumenta horum
inutilia,& ſæpius flagicioſa ſibi ſumant,unde uelut ex capite,quāplurima peccata , eaq; indies gra
uiora,deriuentur in iuuentutem,infero & concludo paucis,nihil aliud eſſe hanc primam ſatyram
Perſij,quàm reprehenſionem nobilium Romanorum & proprie ſenum, ſtudio & ocio ſcribendi,

A per turpeis & indignas nugas, ad inanes gloriolas, auditorumq́ꝫ aſſentatiūculas nequiter abuten-
tium. Habes Murmelli, tantum de prima ſatyra Perſii, & liminari eius choliambo, meam ſententi-
am (nam de reliquis mihi ſcribere, modo non uacat:) quam ſi probas, gaudeo: ſin improbas, pœ-
nitet profecto temeritatis, quòd nouo hoc modo in ſcenam, coram te Roſcio literario prodire nō
extimuerim. Vale, & iſta qualiacunq́ꝫ tandem uidebuntur, boni conſule, duodecimo calendas A-
prilis. Coloniæ.

IN PERSII PROOEMIVM IOANNIS MVR-
mellij Ruremundenſis Ecphraſis.

NEc prolui labia mea in fonte Heliconis Muſis ſacro, quem Pegaſus equus alatus un-
gula ſua dicitur aperuiſſe, nec memini ſomniaſſe in Parnaſo duos uertices habenti,
ut prodirem poeta repente, ſicut fabulantur quoſdam uiſis Muſis mox poetas eua
ſiſſe. Cedo autem, & permitto Heliconidas, & pallidam Pirenen illis, quorum ima-
gines ſunt hederis coronatæ. Ipſe uero ſemiruſticus & Satyrus, affero carmē noſtrū
mordax & Satyricum ad ſacra uatum, hoc eſt in ædem Apollinis, uel Muſarū, idq́ꝫ nec inanis glo-
B riæ, nec uentris explendi, nec pecuniæ gratia, uerum ut in moribus corrigēdis reipublicæ proſim.
Quis enim expedite loqui docuit pſittacum χαῖρε, hoc eſt ſalue, idq́ꝫ ita expedite, ut ei propriū na-
tiuumq́ꝫ uideatur? Quis docuit coruos olim ſalutatione uti, quaſi ex oris concauo non ſine rauce
dine prodeunti? Quis docuit picas exprimere uoces humanas? profecto uenter doctor artis, & do
nator ingenij, ad imitandas uoces, quas illis natura non dedit. Quod ſi ſpes nummi doloſi, id eſt,
pecuniæ quæ multos falſos fieri coegit, refulſerit, tot concurrēt uerſifices ad poemata cōponenda,
ut facile credat quiſpiā coruos poetas, hoc eſt raucos, ſtridulos, ineptos uerſificatores, & picas poe
trias, id eſt garrulos, loquaces, obſtreperos uerſifices, cantare Pegaſeiū melos, hoc eſt, conari, ten-
tare, & ſuo iudicio canere poeticum, & quidem dulciſſimum cantum.

EIVSDEM SCHOLIA.

Verſus ſunt Iambici σκάζοντες, id eſt, claudicantes. habent enim in fine pro iambo ſpondæū, qui
pes maior eſt, quàm ſextus in ſenario perfecto. Differt autem σκάζων à perfecto ſenario iābico, quod
hic in ſexta ſede ſpondæus eſſe debet, tum in quinta ſemper iambus. Cauendum igitur, ne in quin
ta ſede ponatur ſpondæus, aut alij, quos integer ſenarius iambicus in ea ſuſcipit. Bene autem Per-
ſius hoc opus iambicis inchoauit, cum Archilochū proprio rabies armarit iambo, ſitq́ꝫ metrum
C hoc in primis conueniēs reprehenſionis acerbitati, quod Hipponax & ipſe mordaciſsimus in uer
ſum ſcazontem infregit de induſtria, cum inimicos lacerare uellet, quo uidelicet ferirет fortius.

Poetarum quatuor ſunt genera, quorum primum eſt eorum, qui moralis philoſophiæ ſtudio-
ſiſsimi, uirtutes laudibus efferunt, ſcelera uituperijs deprimūt, ab his ſummopere mortales deter-
rent, ad illas maximo ſtudio, totisq́ꝫ uiribus adhortantur: nec aliud quicquam ſibi quærūt, quàm
ut humanæ ſocietati proſint, & bene de plurimis merendo, ſuperis euadant chariſsimi. Secūdum
eſt eorum, qui inanis gloriæ cupiditate inflammati, & dies & noctes id unum ſtudent, ut pręclaros
poetarum titulos, & immortalis celebritatem nominis aucupentur. Hi ut in primis ſunt iactabun
di, ſe cum Apolline & Muſis in Helicone & Parnaſo conſuetudinem habuiſſe non uerentur gloria
ri, ſibiq́ꝫ ſtatuas cum honorificis inſcriptionibus, & lauream ante omnia comparare ſtudent. Ter-
tium eſt eorum, qui uentrem colunt, & ea quæ ſub uētre ſunt, qui potius ſcurræ, lenones ue, quàm
poetæ ſunt uocandi, ſcurrilia componentes & impudica uel adulatoria carmina, quibus uel à di-
uitibus uictum conſequantur, uel in ſui amorem puellas alliciant, Baccho Veneriq́ꝫ mancipati.
Quartum eſt auarorum, qui pecuniæ gratia uerſus meditantur, & poemata ſcribunt, è quorū nu-
mero fuit ille, de quo Flaccus.

Geſtit enim nummum in loculos demittere, poſthac
D Securus cadat, an recto ſtet fabula talo.

Horum igitur quatuor generum, unum tantū, quod primo loco poſuimus eſt probabile, cui
ſe Perſius aſcribendum modeſtiſsime ſignificat. ipſe ſemipaganus inquiens ad ſacra uatū carmen
offero noſtrum. Reliqua uero tria in hac præfatiōe Satyricis cauillis aſpergit, idq́ꝫ mirabili ironia,
quaſi aliud agens, quo fit ut pleriq́ꝫ poetæ noſtri ſenſum minus recte percipiant. Inanis enim glo-
riæ cupidos notat illis uerſibus. Nec fonte labra prolui caballino: Nec in bicipiti ſomniaſſe Par-
naſſo memini, ut repente ſic poeta prodirem. Heliconidasq́ꝫ, pallidamq́ꝫ Pirenen, Illis relinquo,
quorum imagines lambunt hederæ ſequaces. Voluptuarios autem, quorum magiſter eſt uenter,
taxat illa carminis parte. Quis expediuit pſittaco ſuum χαῖρε? Auaros uero poſtremis ſcazontibus
inſectatur. Quòd ſi doloſi ſpes refulſerit nummi, Coruos poetas & poeticas picas Cantare credas
Pegaſeium mellos. Reddit item hoc prooemio beneuolum auditorem, cum citra arrogantiam ſe
commendat, aliorum increpans ambitionem, libidinem, & auaritiam: docilem & attentum, ubi ſe
ait ad uatum ſacra carmē offerre ſuum. *Fonte caballino.*] Is eſt, quē in Bœotia uolucris equi un-
gula natum fabulātur. Græce dicitur ἱπποκρήνη hippocrene, id eſt, equi fons. ἵππος enim equus, κρήνη
fons interpretatur. *Bicipiti.*] Id eſt, in duos colles ſurgenti. *Parnaſſo.*] Parnaſſus mons Phoci
dis Apollini, Baccho, & Muſis ſacer, de quo Naſo. Mons ibi uerticibus petit arduus aſtra duobus
Nomine Parnaſſus, ſuperatq́ꝫ cacumine nubes. Et Lucanus. Quantum ſemotus eoo Cardine Par
naſſus,

naſſus,gemino petit æthera colle Mons Phœbo Bromioq́ꝫ ſacer. *Vt repente ſ.p.prod.*] Vt Heſio- A
dus & Ennius prodierunt,quorum ille dicitur à Muſis ad Heliconis fontem deductus, repenteq́ꝫ
factus poeta,hic ſomniauit Homeri præſtantiſsimi uatis animam in corpus ſuum immigraſſe.
Heliconidas.] Heliconides ab Helicone monte ſibi conſecrato Muſæ ſunt appellatæ. *Pallidam.*]
Ad fabulam referendum.Pirene enim mulier fuit,quæ ex duobus filijs altero amiſſo,præ mœrore
fleuit uſqꝫadeo,ut in fontem ſui nominis ſit conuerſa.quare iure pallidam dixit. Eſt autem Pirene
fons Acrocorinthi,aquas habens perſpicuas, potuiq́ꝫ ſuauiſsimas:ob id muſis cõſecratus. *Lam-
bunt.*] Circumdant. *Hederæ.*] Hederis enim Baccho ſacris,quem & Apollinem eundem deũ fa-
ciunt,poetæ coronabantur,ſicut & laurea. Vergilius. Paſtores hedera creſcentem ornate poetam.
Propertius. Mi folia ex hedera porrige Bacche tua. Iuuenalis. Qui facis in parua ſublimia carmina
cella, Vt dignus uenias hederis,& imagine macra. *Sequaces.*] Sequax iuſto epitheto dicitur he-
dera,cuius natura eſt,ea quibus adhæret ſequi. Elegãter Lucretius dixit curas ſequaces,quę mor-
talium animos perſequi non deſiſtunt illo uerſu. Reueraq́ꝫ metus hominum, curaſq́ꝫ ſequaces.
Ipſe ſemipaganum.] Semiruſticus,ſubagreſtis,quales ſunt Satyri in agro & ſyluis uerſari ac ludere ſo-
liti. Eſt autem ironia Socratica,qua dum uitat arrogantiam,clanculum notat & mordet ambitio-
ſos & gloriabundos uerſifices,qui ſibi uidebantur urbaniſsimi,longeq́ꝫ diſertiſsimi,cũ nihil præ-
ter inanem iactantiam tenerent. Socrates enim ſtultitiam imperitorum ſcire ſe aliquid opinãtium B
differendi lepore mirabili,& acutiſsima urbanitate agitauit atqꝫ uerſauit,hoc inquiens ſcio,quod
neſcio:quo dicto Sophiſtarum leuitatẽ ſic eluſit,ut apud cordatos nihil illis ſtultius iudicaretur.

Ad ſacra uatum.] In ædem Apollinis uel Muſarum,ad quam poetæ opera ſua deferebant. *Offe-
ro.*] Sic in antiquis exemplaribus legitur,alij legunt affero. *Carmen noſtrum.*] Verſus Satyricos
à nobis in uſum reipublicæ conſcriptos. *Quis expediuit pſit.ſ.χ.*] Miror eruditos quoſdam tam in-
circumſpecte locum hunc interpretari,tradentes poetam dicere,ſe neceſsitate coactum, lucri ſpe
animum ad carmina ſcribenda applicuiſſe,quod profecto falſiſsimum eſt. Quid enim ſtultius eſ-
ſet,quid abſurdius,quid à Satyrographi inſtituto magis alienum,quàm ſe à uentre,& auaritia,ad
ſcribendas Satyras adactum fateri? Nullus unquàm uerſificatorum uſqꝫadeo deſipuit, ut nõ ma-
gis blandiloquentia,quàm mordacitate cum diuitibus,& ijs qui munera poſſunt elargiri, putarit
agendum. Nec Perſius noſter adeo fuit pauper,ut unquã ſibi in animum induxerit nobilibus Ro-
manis ſupparaſitari,& ab illis ſibi,uel cœnas ad ſatiandum uentrem,uel alia munuſcula ad augen-
dam rem ſuam comparare. Nouerat enim optime uulgatiſsimum illud: Obſequium amicos, ueri-
tas odium parit. unde dixit ipſe. Sed quid opus teneras mordaci radere uero Auriculas? Loqui-
tur igitur nunc uel de alijs uerſificatoribus,uel ironicos de ſe ipſo,fingens in ſe eſſe uitia,quę ſunt in
alijs. Mos enim Satyricorum eſt,ut ſæpiuſcule ſub perſona ſua corrigere nitantur mores aliorum, C
& ſimulent ſe ijs laborare uitijs,à quibus uelint illos dehortari. Sumus enim fere mortales eo nati
ingenio,ut ægre noſtra,libenter aliena carpi uitia,& corrigi errores audiamus. Nec obijciat mihi
nunc aliquis illud Horatij. Paupertas impulit audax, Vt uerſus facerem. Nõ enim ſignificat ſe pau-
pertate coactum Satyras compoſuiſſe,ſed Odas & lyrica carmina,quibus ſe in Mecœnatis amici-
tiam inſinuauit,& per hunc Auguſto reconciliauit. Poſtea factus ætate prudentior, noluit diutius
ludicris & aſſentatorijs carminibus uacare,ſed ad Satyras ſcribendas,& moralis philoſophiæ ſtu-
dium pluribus communicandum ſe contulit. unde eſt illud. Nunc itaqꝫ & uerſus & cætera ludicra
pono: Quod uerum atqꝫ decens curo,& rogo,& omnis in hoc ſum. Cõdo,& compono,quæ mox
depromere poſsim. *Quis expediuit pſittaco.*] In aſſentatores fertur & paraſitaſtros, qui uentris re-
plendi gratia molliculo carmine diuitibus blandiuntur. Poteſt & torqueri hoc in amaſios poetas,
qui libidinis impetu permoti,puellis,& meretricibus impuro poemate palpantur,nihil nõ ad ea-
rum nutũ facientes. *Pſittaco.*] Pſittacus, Græce fœminino genere ψιττάκη, auis eſt Indica, uiridis
toto corpore, torque tantũ miniato in ceruice diſtincta. Imperatores teſte Plinio ſalutat,& quę ac-
cipit uerba pronunciat. Vt Apuleius libro Floridorum ſecũdo refert,ita ſimiliter nobis canit, uel
potius eloquitur,ut uocem ſi audias, hominem putes. cui ſubſcribens Albertus Magnus, Amat
hæc auis,inquit,loqui cum pueris,& ab illis omnis auis facilius loqui diſcit. Vox eius naturalis eſt D
ualde ſonora,& adeo perfecte loquitur,ut ſi quis non uideat auem, hominem eſſe opinetur. Hæc
Albertus. Aduehuntur nunc pſittaci præſtantiſsimi ex Luſitania,uiciniſq́ꝫ inſulis Aethiopicis, ua-
rio colore diſcriminati. Martialis in Apophoretis.

Pſittacus à uobis aliorum nomina diſcam,
  Hoc didici per me dicere, Cæſar aue. Ouidius.
Occidit illa loquax humanæ uocis imago
  Pſittacus, extremo munus ab orbe datum.

χαῖρε Græce, ſalue Latine. *Coruos.*] Coruus auis eſt nigra, uulgo notiſsima, docilis & ipſa ſer-
monis humani,quem rauca uoce,& è concauo oris expreſſa imitatur. Macrobius teſtis eſt coruũ
à quodam inſtitutum his uerbis Auguſtum ſalutaſſe, Aue Cæſar uictor imperator. Miratus Cæſar
officioſam auem, uiginti milibus nummũ emit. Salutatus ſimiliter à pſittaco emi iuſsit eum. Idem
miratus in pica, hanc quoqꝫ redemit. *Picaſq́ꝫ.*] Caue ne legas, picas quis, contra metri rationẽ.
Pica eſt auis notiſsima. Hæc mirabili ſtudio,& aſsidua meditatione uerba noſtra perdiſcit, itaque
reddit abſolute,ut uocem ſi audias, hominem putes. Nec mirum, cum Pieri filiæ cum Muſis auſæ
cantu decertare, in id genus auium ſint mutatæ.

A Statius.

Et Aonio uerſæ certamine picæ.

Martialis in Apophoretis.

Pica loquax certa dominum te uoce ſaluto,
Si me non uideas, eſſe negabis auem.

Ingeni.] Pro ingenij Apocope eſt. *Venter.*] Quemadmodum genera quædam auium uenter ad humanas uoces imitandas excitat, ita & hominum pleriq; laborantes egeſtate, coguntur artem diſcere, & poemata meditari. Verum latenter ij notantur uerſifices, qui uentris & uoluptatis gratia diuitibus adulantur, cum natura ſint ad poeticen minus idonei. Græcorum adagio eſt πολλῶν ὁ λιμὸς γίγνεται διδάσκαλος, id eſt, multorum fames eſt doctrix. Verſu ſic redditur ab Eraſmo. Fames magiſtra eſt artium complurium. Ouidius. Ingenium mala ſæpe mouent. Euripides πενία δὲ τὴν σοφίαν ἔλαχε. Paupertas autem ſapientiam ſortita eſt. Vergilius. Labor omnia uincit Improbus, & duris urgens in rebus egeſtas. Mimographus. Hominem experiri multa paupertas iubet. Claudianus.

Prouocet ut ſegnes animos, rerumq; remotas
Ingenioſa uias paulatim exploret egeſtas.

B *Quod ſi doloſi.*] Inuehitur in auaros qui non ut reipublicæ conferant, ſed ut rem priuatam comparatis pecunijs augeant, poemata ſcribunt, & negligenter quidem, ut qui magis ſint rei nummariæ quàm muſicis & poeticis numeris intenti. Per coruos nunc accipe raucos & muſicis ineptos, nimiumq; pecuniæ cupidos. Corui enim, teſte Alberto, furaces ſunt & amici uulpium. Extat lepidiſsimus apologus Aeſopi de coruo & uulpe: quo conſtat coruum minime eſſe canorum, ſed ambitione ſtulte in cantu profilire. Per picas intellige garrulos & ambitioſos (quales fuerunt Pieri filiæ cum Muſis auſæ cantu contendere) & ineptos uerſificatores, qui lucri amore doctioribus cedere dedignantur, pecuniæ ſemper inhiantes. Sunt enim & picæ & monedulæ cum primis furaces. *Doloſi nummi.*] Doloſos homines facientis. Phocylides. ἡ φιλοχρημοσύνη μήτηρ κακότητος ἁπάσης. χρυσὸς ἀεὶ δόλος ἐστὶ καὶ ἄργυρος ἀνθρώποισι. χρυσὲ κακῶν ἀρχηγέ, βιόφθορε, πάντα χαλέπτων. εἴθε σε μὴ θνητοῖσι γενέσθαι πῆμα ποθεινόν. σοῦ γὰρ ἕκατι μάχαι τε, λεηλασίαι τε, φόνοι τε. ἐχθρὰ δὲ τέκνα γονεῦσιν, ἀδελφειοί τε συναίμοις, id eſt, Auaritia mater malitiæ uniuerſæ. Aurum ſemper dolus eſt, & argentum hominibus. O aurum malorum princeps, uitiperda, omnia minuens. Vtinam non mortalibus eſſes nocumentum amabile. Tua enim culpa pugnæq;, cædesq;. Inimici uero filij parentibus, fratresq; germanis.

Poetrias.] Poetria, Græci ποιητρία, eſt fœmina poetices perita. Terentianus. Continuaſſe pedes iſtos in carmine ſolos Dicitur hæc eadem præclara poetria Sappho. Britannicus legit poetidas. Eſt & qui poeticas legit. Sed uera eſt hæc lectio, quam poſuimus, & antiquiſsimi cuiuſdam

C codicis fide comprobata. *Melos.*] Græce μέλος, producitur autem è ratione liquidæ, ut apud Homerum ἱμερόεν κιθάριζεν, θεὸς δ' ὑπὸ μέλος ἄειν, id eſt, ſuauiter ſonuit Deus, carmenq; cantauit. Hermolaus Barbarus in Plinianis caſtigationibus. Porro uerbum melos primam quidem habet correptam, ſed & longam quoq; Homero in Hymnis, ut illud Perſii. Pegaſeium credas melos, etiam defendi poſsit, aut ita ſane legi, Pegaſeium melos credas, etiam ſi nectar quoque in quibuſdam ſcriptum eſt, non melos. Angelus Politianus in Miſcellaneis nectar non melos legendum cenſet, quia ſic in antiquiſsimo codice ſcriptum legerit, cui etiam accedit Iocundus Veronenſis, qui ſe in quibuſdam Perſii antiquis codicibus nectar legiſſe dicit. Nec eſt tam impropriè dictum, quàm quibuſdam uidetur, cantare nectar. Hoc enim nomine non ſolum potus deorum, ſed & immortalitas ſignificatur. Cantare igitur Pegaſeium nectar ſibi uidentur, qui credunt ſe canere dulciſsima carmina nunquam intermoritura. Licet & ſic interpretari. Cantare, id eſt cantando repræſentare, pegaſeium nectar, hoc eſt dulciſsimum potum Pegaſeij fontis, ut poſtremum primo reſpondeat, in quo fontis Caballini facta mentio fuit.

L. IO. SCOPPAE ANNOT.

D Perſius etſi breuis, non minimi tamen eſt pretij. Multa nanque ſunt minima, quæ uel magno comparantur: & hoc gemmæ, lapilliq; maxime teſtantur. Qui poeta, in decimo Quintiliano tradente, uno in libro multum & ueræ gloriæ meruit. Sed quid multis? ad rem ueniamus. Legitur in principio ſatyræ coruos poetas, & poetridas picas. Vbi alter interpretũ ait poetridas formationẽ eſſe per modum patronymici: ut maſculum poetam, mulierem poetridem. Ipſe quum apud Græcos & Latinos nomina artium neunquam formare patronymicum legerim, idcirco poetrias legendum eſſe cenſerem. Vt enim poetam maſculum, ſic poetriam fœminam Græci nuncupant. Etiam locũ epiſtolæ Sapphus in fine emaculandum eſſe diiudico. Grata lyram poſuit tibi Phœbe poetria Sappho, & nullo hic modo poetica legendũ exiſtimo: hinc Terentianus ait. Dicitur hęc eadem præclara poetria Sappho. Poſſumus quoque in Perſio poetridas legere dummodo non ſit patronymicum, ſed nomen. Nomina enim in a maſcula Latina, Græca in es, faciunt fœmininum ex ſe in tria, & tris, ut poeta Latine, Græce poetes: in fœminino eſt poetria, & poetris. Hac ergo ratione in Perſio poetridas legere poterimus. *Pegaſeium melos.*] Politianus in ſuis Miſcellaneis apud Perſium, Pegaſeium nectar, & non melos legendum eſſe contendit, nititurq; hoc comprobare, quòd ultimus huius carminis pes eſſe debet ſpondæus, ſiue trochæus: & melos ut ait, tam apud Græcos quàm Latinos, ſemper habet primam correptam. Carmen igitur ſi (ut tradit) melos legeretur,

retur, claudicaret. Inquit præterea ſe uetuſtiſsimum habuiſſe codicem maioribus literis, quas Longobardas uocant, exaratū: illumq; ſuis olim auditoribus oſtendiſſe, ubi Pegaſeium nectar, & non melos ſcriptum erat. Refert etiam quod Lætus Pomponius Academiæ Romanæ princeps, alterum habuerit codicem huic ſcripturæ conſimilem: quodq; in publico gymnaſio dictitauit. Concludit ergo ut melos dictio tanquam uerruca deformis recidatur, reſtituaturq; nectar. At nos plura mouēt, ut hoc licet diuius inueteratum fuerit, repudiemus. In primis hac ratione ducor, quod uetuſtiſsimi quoq; codices ꝙ corrupiſsime & mendoſiſsime (multos nanq; indicare poſſem) ſcripti leguntur. Illis nanq; temporibus ineruditi, quorum tunc, ut nunc quoq;, magna copia erat (Non enim hoc ſolertiſsimum Germanorum inuentum extabat) ſcriptitabant. Et ſi hæc ratio minime placet: hæc tanquā ualidiſsima quodcunq; ipſe literis commiſit, penitus diruet, quod nectar eſt deorū potus, quod potatur & non cantatur, & melos eſt dulçedo poetica, quæ cantatur & non potatur, & poetæ carmen eſt, cantare (inquit) credas Pegaſeium. Quomodo igitur hoc procederet, ſi nectar, & non melos, legeretur? Quod autem ait, melos ſemper apud Græcos & Latinos primam habere correptam & nunquam productam, falſum eſt. nam Homerus liquidæ ratione (quoniam apud Græcos aliquando liquida, præcedentem natura breuem producit) longauit: [illegible] & Martianus Capella in nono: Et melicos cantus melica grata tulit. Verum ſi hoc tuo non ſederit animo, placeat ſaltem interpretum opinio, ut addatur altera l, ea ratione qua Vergil. Poetarum ſummus, dixit relliquias Danaum. Eſt quoq; admonendū, quod ipſe, cernas, & non credas, uel magno pignore contenderem eſſe legendum. Huic quoq; loco hoc addimus, quod quidem alioqui literatus & ueteranus, quo cum ſæpiſsime fabulari ſolebamus, aſſerebat melos in Perſio primam habere productam, & hæc aſſeuerabat Lucretij autoritate de ferrę ſtridore ſic dicentis, Ac muſæ mele per chordas organicaq;. Nos uero (uidebamus enim illum in literis iam ſenuiſſe) ferme annuebamus: tamen Lucretium coram ipſo & ſuum accepimus, & aliquantiſper contati, mox diximus Lucretij carmen eſſe mendoſum: & ſic olim multis collatis exemplaribus, meum quem tunc domi habebam emaculauiſſe, ſicq; repoſuiſſe: At muſea mele per chordas organiciq;.

IODOCVS BADIVS ASCENSIVS.

A O CVRAS *hominum.*] In hac prima Satyra reprehendit poeta ineptũ ſcriptorem: utpote qui ad indebitũ finem, uidelicet ad oſtentationẽ aut inanem gloriã ſcribit, aut non ſeruato decoro. taxat præterea inepte recitantẽ, qui lubrica & tremula uoce potius applauſum ineptorum captat, quàm aſſenſum doctorũ. Inducit autem monitorẽ ſecum ex aduerſo loquentem: non ut ſe reprehendat, ſed ut reprehenſionẽ purget, oſtendens nihilipendendũ eſſe uulgi iudicium. Vnde huius particulæ quam præpoſuimus cõtextus eſt, ut poeta animaduertẽs, plurimos, & potiſsimũ Neronẽ ad inanem gloriã uentoſa ſed elũbia carmina ſcribere, non potens amplius ſilere, exclamet. *O curas hominum, ó quantum eſt in rebus inane!*] Subiũcturus immediate cauſam exclamandõis ſuę,
B dicẽdo. Scribimus incluſi &c. niſi monitor quẽ ſibi aſtare fingit, ſtatim corriperet, ac diceret. Quis leget hæc? unde longa oritur diſceptatio inter poetam & monitorẽ: an cõtempto iudicio uulgi & ineptorũ poetæ, ut ſenſerat in malos poetas ſcribendũ ſit: quo probato pergit quò occeperat dicens. Scribimus &c. At quia ſunt qui obnixe contendant, poetam ſolum & quaſi ſecum loqui, uſq; in eum locum: rides ait, & nimis uncis Naribus indulges: facile patior ut pro ſuo quiſq; captu poetam interpretetur: neq; propterea quenquã aut ſocordiæ, aut inertiæ damno: uerum quid me mouerit aliter ſentire, paucis explicabo. Dura uideatur, & quaſi ſtolidi capitis
C contentio, ſiquis orationẽ ſuam ſic interturbet, ut quid dicere uelit uix accipias: qualis hic fuerit ſi poeta unus, licet nomine obſtrepenns ſecũ loquatur. Deinde licet forſan ad ſe dixerit: Quis leget hæc? & ſeipſum repreſſerit: an ne ad ſe dixerit: min' tu iſtud ais? At, dicunt, poeta dicturus eſt: rides ait, nõ ais: & ita abſurde mutauerit perſonã, ſi hic dixerit, min' tu iſtud ais, & illic, ait. Præterea, inquiunt, poeta illic innuit primum à ſe introductum qui ex aduerſo loquatur: ubi dicet, Quiſquis es, ô modo quem &c. modo, id eſt paulo ante, non à principio Satyræ. Hæc me nunquã latuerũt, nec latuiſſent etiam ſi monuiſſent nulli, uerũ cur ſententiam non mutem præter eam quam modo dixi, hæc ratio eſt. Primum conſtat Satyram (quod omnes fatẽtur) ex uetere comœdia traxiſſe originem, in ea autem ut in noua comœdia perſonæ introductæ loquebãtur. unde ſicut poeta ut Satyræ originem innuat, iambico proœmio uſus eſt, ita ut more Horatij quem in plurimis imitatur, ſermonem qui ad præſentes fit ſe ſcribere ſignificet, ſtatim à principio perinde atq; in amplo theatro, aut in numeroſa quauis concione orditur exclamans in mores & uanitates hominum: ſtatimq; inducit ex auditoribus, quempiam obſtrepẽtem, quòd nimis acerbum ſumpſerit initium: quam rem ubi ſatis purgaſſe uiſus eſt, & cauſam attuliſſe, cur ita exorſus ſit, cum dixerit: Scribimus incluſi: auerſus à priore monitore in aduerſam partem, ut concionantes ſolent, dicit ad eos qui in altera parte ſedebant, de priore monitore, non ad priorem monitorem, rides ait, & ni-
D mis uncis &c. Occaſione cuius nouus monitor in illa altera parte ſedens priorem defendit, innuens eum non omnino ridendum, qui gloriam quærat, utpote quæ (ut Tacitus ſcripſit) etiam ſapiennbus nouiſsima exuitur: quaſi dicens. an erit qui uelle recuſet Os populi meruiſſe? Ad quem poeta, relicto priore, ait. ô modo quem ex aduerſo &c. In primo autem uerſu, ut in peruetuſto adnotaui codice, nulla erat colliſio, ſic enim ſcriptum erat: O curas hominum, ô quantum in rebus inane? facileq; credam ſic Perſium ſcripſiſſe, ſed plures ſequar: Neq; tamen dicam cum Nebriſſenſi primum uerſum eſſe monitoris. His uiſis pauca textum concernentia explicemus. O tribus caſibus ut Britan. docet conſtruitur, ſed ut Laurentius Vallenſis docet: tunc uehementẽ excandeſcentiam ac iram denotat, quando præſertim cum accuſatiuo exprimitur, ſicut hoc loco. ubi poeta uehementiſsime iraſcitur in eos, qui ſanctiſsimo poetarum munere abutentes, uocum lenocinio & molli recitatione plauſum inaniſsimum ſibi captant. Cura dicitur ſecundum Seruium eo quòd cor urat. *Min'.*] Id eſt mihi ne, quod comice dixit, eo quòd (ut in præambulo ubi docuimus cur iambico uſus ſit) Satyra noua ex comœdia priſca ortum habet. Mi etiam antique à genitiuo mis pro mihi paſsim legitur. Vergil. in ſexto. Et mi genus ab Ioue ſummo. Horatius in primo Epiſtolarum. Aequum animum mi ipſe parabo. Tu emphaſim habet, quaſi dicat tu qui doceri & audire placide debeas, ais mihi iſtud. ſcilicet quis leget hæc? Hercule aduerbium iurandi eſt

SATYRA PRIMA

Nobilium prima mores taxantur inepti.

O CVRAS hominum, ó quantum eſt in rebus inane?
Quis leget hæc? min' tu iſtud ais? nemo Hercule. nemo?
Vel duo, uel nemo. turpe & miſerabile. quare?
Næ mihi Pulydamas & Troiades Labeonem
Prætulerint. nugæ. non ſiquid turbida Roma
Eleuet accedas: examen ue improbum in illa
Caſtiges trutina: NEC te quæſiueris extra.
Nam Romæ eſt quis non? at ſi fas dicere: ſed fas
Tunc cũ ad caniciem, & noſtrum iſtud uiuere triſte ;
Aſpexi: & nucibus facimus quæcunq; relictis:
Cum ſapimus patruos, tunc, tunc, ignoſcite. nolo.
Quid faciam? ſed ſum petulanti ſplene cachinno.

ex nomine ſumptum. quaſi ſit Hercule teſte, ſicut me Hercules, dicitur, pro eo quod eſt ita me Her- A
cules iuuet ſicut uerum dico: aut damnet ſicut mentior. Polydamas interpretatur multorum do-
mitor, quod principis eſt. itaq; Neronem qui tunc princeps erat, ſignificat. Eſt autem propriũ ui-
ri Troiani, cuius reprehenſionem etiam Hector uerebatur, ut recitant Britãnicus & Plautius. un-
de ironicos pro uerendi principis iudicio ponitur. Et quia Poly corripit priorem legatur pu, aut
cum Homero Poulydamas. Troiades à Troia oriundę. eſt enim patronymicum fœmininum à pa-
tria ſumptum, ſed intelligit nobiles Romanos, quorum plurimi ſe à Troianis ortum habere glo-
riabantur, in quorum fauorem plura dicit Vergilius in quinto. Cur autem fœminina uoce dixe-
rit, cum ordine aperiam. Accius autem Labeo Iliada ſcripſit, ob quod Neroni qui Troica ſcripſe-
rat, & Troiugenis illis, opus ipſius ineptum alioquin, gratum erat. itaq; uerisimile eſt, ut Troiu-
genæ & eorum princeps Iliada Labeonis Satyræ huic prælaturi ſint: quod parui facit poeta, oſten-
dens non ad plauſum, ſed ad ueritatem ſcribendum eſſe, cum prima & potiſsima præmia nõ à po-
pulo, ſed à deo & à conſcientia expetẽda ſint, dicente Verg. in nono. Pulcherrima primum Dij mo-
resq; dabunt ueſtri, tum cætera reddet Actutum pius Aeneas &c. Et ideo dicit poeta. Nugæ, hoc
eſt uerba friuola ſunt hæc: & nihil ad propoſitum agentia. Dicuntur enim nugæ quaſi nuſquam
agentes ad rem. unde ridicula, & parum ſerioſa carmina alibi quoq; nugæ dicũtur, ſicut ſuperflua
ornamenta Plauto. uide Plautium. Roma turbida. Romani turbidi. locus pro locatis. Turbidi au- B
tem dicuntur propter nimias affectiones erga res Troianas, ob quas recte iudicare non poſſunt.
Quia ut dicit Horatius in Sermonibus, male uerum examinat omnis Corruptus iudex. Eleuet,
id eſt eleuando minoris ponderis, & per conſequens minoris ualoris iudicet, tracta ſcilicet meta-
phora à ſtatera ſeu trutina, in qua res minoris ponderis ac ualoris eleuantur. Et ita eleuari tranſſu-
mitur ad ſignificandum minoris eſſe, ſeu minus ualere, non tamen ſemper. Vnde & Nebriſſenſis
hic aliter accipit. Murmellius autem ſentit fere quod nos, ſed non attendit ad metaphoram, alio-
qui non exponerẽt eleuauit, id eſt depreſsit, quæ contraria ſunt, niſi ad diuerſa referas: eleuauit ſci-
licet quaſi in trutina: & depreſsit in ualore. Pulchre autem oſtendit ſe per metaphorã, id eſt tranſ-
lationem locutum perſtans in ea. Nam examen proprie eſt id quo trutina diſcernitur, & iuſta pro-
batur. Non te quæſiueris extra, quod alibi dicit. Tecum habita. Et eſt Chilonis uerbum illud au-
reum *γνῶθι σεαυτόν*, hoc eſt noſce teipſum: quod ſecundum Iuuenalem è cœlo deſcendit, & ſecun-
dum Plinium oraculi meruit conſortium. Nam Romæ &c. oſtendit quare (quod Vergilius dicit)
uir bonus & ſapiens iudex ſit ſui: nec alijs (ut dicit Horatius) de ſe plus quàm ſibi credat. Nempe
quòd in populo Romano uix quiſquam eſt non corruptus. Non tamen expreſſe id audet dice-
re: ſed per apoſiopiſin reticet dicens ſolummodo. Nam Romæ eſt quis non? Ad quod uolunt qui-
dam admonitorem dicere. Ac ſi fas dicere. hoc eſt audacter audacter Perſi, reprehende popu- C
lum, & eius uitia ac ſi ſit fas dicere. Alij legunt at ſi, ut ſint uerba poetæ ſub hoc cõtextu. Nam quis
eſt Romæ non? Hoc eſt non dico aliud quia nõ audeo. At, id eſt ſed ſi fas ſupple ſit dicere. dicerem
ſupple miranda de uitijs populi Romani. Deinde animaduertens diſsimulandum non eſſe cum
qui ſic peccent iam prouectiores ſint, quaſi ſe cohortans ſubiungit, ſed fas. Tunc &c. Murmellius
cum Beroaldo legit ah ſi, quod non placet, quia optando diceret ô ſi. Quid ſit patruos ſapere, atq;
alia multa Britannicus & Plautius, & reliqui ampliter exponunt. quocirca ſatis fuerit ordinem
poſuiſſe qui talis eſt. ORDO. O curas, id eſt ſollicitudines & anxietates, ſupple friuolas & ina-
nes hominum. hoc eſt, ô quàm friuolas curas hominum (inquit poeta) uideo, ô quantum, id eſt
quàm multũ eſt inane, id eſt friuolum & ſine debito fine, in rebus, ſupple humanis. Et cauſam uo-
lebat addere dicendo. Scribimus incluſi &c. ſed monitor quem intereſſe fingit, interpellat dicens.
Quis leget hæc, id eſt huiuſmodi qualia abs te auditurus mihi uideor carmina, uitiorum uideli-
cet acerbiſsime reprehenſiua. Ad quod poeta. Min', id eſt mine, hoc eſt mihi ne, tu qui auditor eſſe
deberes: ais iſtud, id eſt iſtam uilipenſiuam monitionem: ſed non aduertens ad poetam continuat
monitor uerba ſua, addens reſponſionem ex ſua ſententia ad quæſtionem dicens. Hercule ſupple
mihi teſte, uel per deum Herculem, nemo ſupple leget hæc. quod audiens poeta quaſi indignatus
ait. Nemo? hoc eſt, dicis quòd nemo leget carmina mea? Ad quod monitor quaſi ſe cõtrahere uo- D
lens inquit, forte ſupple uel duo ſupple legent, uel ſupple tres legent, ſed hoc non expreſsit. conſi-
derans enim prauitatẽ & ſtultitiam uulgi, quod peccare, ſed non reprehendi uult, confirmat prio-
rem ſententiã ſuam dicens. Nemo, hoc eſt dico reuera quòd nemo ſupple leget hæc. Ad quod poe-
ta non ſine Satyrico riſu & ironia, ait. turpe ſupple eſt ſi tantum duo uel tres legent, & miſerabile ſi
nemo. Sed quare dicis quòd tantum duo, uel tres ſupple immo nemo leget? Næ, id eſt certe, quaſi
dicat ſcio næ, id eſt certe ideo, quòd Pulydamas, id eſt princeps uerendus inter Romanos, ſicut
Polydamas erat inter Troianos, hoc eſt Nero, & Troiades, id eſt Troianæ mulieres è Troia ortæ,
nam Hector Troianarum quoq; conſpectum apud Homerum ſe uereri dicit: ſed ſicut Homerus
Græcos per contemptum Achæas non Achæos dixit: & Maro de Troianis, ô uere Phrygiæ, neque
enim Phryges, ita Perſius Troiadas uocat nobiles Romanos, qui ſe Troiugenas eſſe gloriãtur, &
ideo libenter res Troianas audiunt: prætulerint ſi ſic ſcripſero, mihi Labeonem, ſcilicet Accium,
qui Iliada & Briſeida ſcripſit, ſicut & Nero Troica. Legendum autem eſt Troiades quadriſyllabũ,
non Troades, quia penultima corripitur. Licet autem næ indicatiuum fere poſtulet, tamen ſub-
iunctiuus pro illo ornate in hoc ſenſu ponitur. Ad hoc autem reſpondet poeta. Nugæ ſupple ſunt,
quaſi dicat: quid tum poſtea ſi prętulerint mihi Labeonem? ergo ego non ſcribam? Nugæ, id eſt
uerbæ

A uerba inania, & nihil agentia ſunt hæc. quia ſi Roma turbida, id eſt populus Romanus præcipue
nobilis, corrupto iudicio propter affectionē in res Troianas, eleuet, id eſt eleuando minoris pre-
cij & ualoris eſſe oſtendat: quid, id eſt aliquid, ſiue ſit carmen meum, ſiue alterius, ſiue quid aliud,
tu non accedas, id eſt non debeas aſſentiri eundo in ſententiam eius. Pro quo ſcias, quòd ut Cice-
ro innuit in Epiſtolis, & multi atteſtantur, pedibus olim ibant in ſententiam, quando auctor uni-
us opinionis conceſsit in aliquam partem fori, aut loci ubi res diſcutiebatur dicens, qui ſecū ſen-
tirent ad ſe uenirent, tunc eundo ad eum ſententiam eius approbabant. unde monet hic poeta, ne
accedas ad turbidam Romam, id eſt ad iudicium eius, quod nimirum corruptum eſt. ue pro uel,
non ſupple caſtiges, id eſt corrigas examen, id eſt iudiciū, improbū, id eſt improbandū. propterea
quòd altera pars eleuata eſt, nō recte indicās ualorem rei, in illa ſcilicet famoſa trutina, id eſt ſtate-
ra, hoc eſt examinatione & diſcuſsione populi: nō inquā accedas diſcuſſurus aut diſquiſiturus de
eius iudicio, ue pro uel ſupple non caſtiges examen improbū in illa trutina ſcilicet tam corrupta,
ut non ſit curandum quid eleuet &c. Nec quæſiueris te extra te, id eſt non alijs de te plus q̄ ubi cre
das, hoc eſt non quæras ab ipſis aſſentatoribus qualis ſis, ſed à conſcientia tua. Si enim te peccato
rem noſti, non acquieſcas te ſanctum prædicanti. quia ut dicit Iuuenalis ſe iudice nemo nocens ab
ſoluitur. Non quæſiueris ergo iudicium populi Romani. Nam quis eſt Romæ, non ſupple corru-
B pto iudicio: ſed hoc non permiſit ſecūdum Fontium admonitor ipſum explicare: ſed interpellat
dicens. Ac ſi, hoc eſt audacter Perſi dic neminem eſſe non corrupto iudicio Romæ: ac ſi ſupple ſit
fas dicere, uel ut dixi & etiam Plautio placet, hoc repreſsit poeta quaſi dicat. nihil dico. at, id eſt ſed
ſi ſupple ſit fas, id eſt licitum dicere, quod ſupple ſentio, dicerem omnes Romanos corrupto & de
prauato iudicio eſſe, & ſtultos eſſe innumeros qui ad illorum iudicium accedunt. deinde animad
uertens diſsimulandum non eſſe, præſertim cum qui peccant ſint prouectiores q̄ ut per ætatē pec
cent, addit. ſed fas ſupple eſt uiſum dicere tunc, quū, id eſt quando, aſpexi ad caniciem, id eſt ad ca
nentium, id eſt ſeniorum mores: & iſtud noſtrum triſte uiuere, id eſt ad uitam eorū qui triſtitiam,
id eſt grauitatē præ ſe ferunt, & tamē turpiter peccant aucupantes auram popularem & aſſentatio
nē atq; applauſum uulgi. aut iſtud uiuere triſte, id eſt bonos triſtitia afficiēs, quia malū. Neq; pro
pterea quòd dicit noſtrū, ſuam uitā carpit, nondum enim trigeſimū ętatis attigerat annū. ſed quo
more uerbi diuini concionatores, licet bonam ſpem de ſanctitate ſua habeant, noſtra ſcelera di-
cunt, dum de uulgi ſceleribus loquuntur: noſtrum uiuere dixit, id eſt eorum qui noſtro tempore
uiuunt, qui triſtem uultū, id eſt ſeuerum habent, ſed deprauatum animum. Vnde Iuuenalis Saty-
ra ij. Quis enim non uicus abundat Triſtibus obſcœnis? Et quum aſpexi quòd nos facimus quæ-
cunq;, etiam turpiſsima, qualia ſunt ſcelera pathicorum, id eſt muliebria patientium, & hoc nuci-
C bus relictis, id eſt poſtquam exuimus pueritiam, & non amplius debemus talia pati. Pueri enim
catamiti (inquit Fontius Seruium de uerbo ad uerbum ſecutus) quibus licenter abutebatur anti-
quitas: à turpi obſequio recedentes, nuces ſpargebant in pueritiæ ludum, quo ſe puerilia cuncta
ſpernere demonſtrabant. Catullus. Da nuces pueris iners concubine, Satis diu luſiſti nucibus: Lu
bet iam ſeruire Thalaſsio. Hinc etiam ſecundum Seruium Maro in Bucolicis. Sparge marite nu-
ces &c. ubi ſupradicta uerba habet. Et hoc modo notaret poeta infamiæ multos, dicens eos triſtes
obſcœnos, ſicut Iuuenalis, qui fortaſſe triſtibus uſus eſt ex eo quod hic ponitur, noſtrū iſtud uiue
re triſte, & obſcœnis, ex eo q̄ hic dicitur & nucibus facimus quæcunq; relictis. Quod reuera mihi
magis placet, q̄ ut dicam ſolummodo liberius uiuere, poſtquā exceſsimus ex ephœbis. & quum
aſpexi q̄ facimus quęcunq;, id eſt etiam turpiſsima, quū ſapimus patruos, id eſt poſtquam ſeuere
eruditi ſumus à patruis, uel quum iam tantū ſapere poſſumus quātum patrui: tunc dico, tunc fas
uiſum eſt ſcribere. Aut ordo eſt, ſed fas ſupple uiſum eſt dicere tunc cū aſpexi ad iſtud triſte uiuere
noſtrū, & aſpexi ad ea quæcunq; facimus nucibus relictis, cū ſapimus iam patruos: tunc, tunc ſup
ple fas eſt. Ignoſcite ergo mihi ſi ſcribo, quia non poſſum non ſcribere. Reſpōdet monitor nomine
populi. Nolo ſupple euā tunc ignoſcere, nec dicam illud nolo dictū à poeta: licet numerū mutet.
nam ad omnes loquitur poeta, & unus reſpōdet pro omnibus. Ad quod poeta deliberabūdus ſe
D cum ait. Quid faciā? quaſi dicat, Si populus non uult ignoſcere, & ſi ſcribendo omniū indignatio
nē & nullius gratiā merear, nōne melius eſſet nō ſcribere: & uidetur dixiſſe in animo ſuo certe me-
lius eſſet, ſed ſum cachinno, id eſt naturalis irriſor profuſiore riſu, ſplene petulante, id eſt petulco
& inquieto niſi laceſſam quemuis ridendo: hoc eſt naturaliter impellor ad Satyram ſcribendam,
In qua cachinnum emittere liceat. Declinatur aūt hic cachinno cachinnonis. Et ut phyſici dicunt,
Splen ridere facit, cogit amare iecur. Innuit aūt poeta ſe ad Satyram ſcribendam à natura impel-
li, ſicut Horatius in principio ſecūdi Sermonū. Et hoc ut ſe aptū ſignificet. Quia ut dicit Propert.
Naturæ ſequitur ſemina quiſq; ſuæ. L. Scoppa: legit, Quid faciā, ſi ſum petulanti ſplene cachinno?
ut ſit cōtinuatiua, nō aduerſatiua ſentētia, hoc modo: Quid faciā ſi ſum cachinno? nō enim facere
potero quin ſcribam, & Satyrico riſu, acetoq; Romanorū uitia & ambitionē defricem, & caſtigem

IOANNES BRITANNICVS.

O curas hominum &c.] Reprehenſurus hac Satyra uaria poetarum in componendis carmini-
bus uitia, eos in primis Satyrica indignatione perſequitur, qui inani quadā carmina ſcribūt oſtē-
tatione, ut inde populi laudē aucupentur, putātes quę ſciant nihil omnino eſſe, niſi alijs eadē inno
teſcāt. Monet itaq; poeta indecorū eſſe ad eum finem carmina ſcribi: nec ullo modo aſſentationes
uulgi eſſe quærendas: & in dialogi pene morem introducit monitorem, qui & reſpondeat, & ple-
runq;

timque conſulat quid ſibi agendum ſit. Tota indignatio & fremitus in Neronē fertur, quem mul- A
tis in locis notat ut ambitioſum. nã auctore Tranquillo declamauit ſępius publice, recitauit & car
mina nonmodo domi, ſed in theatro, tanta uniuerſorum lætitia, ut ob hanc recitationem ſup-
plicatio decreta ſit, atq; pars carminum aureis literis Ioui Capitolino dicata. Præterea orationis,
& carminis Latini coronã, de qua honeſtiſsimus quiſq; contenderat, ipſorum cõſenſu cõceſſam
ſibi receperit. Cum igitur plauſu populari & laudibus alienis delectaretur, occulte à poeta nota-
tur, ut locis ſuis dicemus. *O curas hominũ.*] principium factum eſt ab indignatione & riſu Sa-
tyrico. generalis enim eſt exclamatio, in ſuorum temporum poetas: quòd fama tantum correpti
carmina ſcriberent. Sed hoc Satyrę initium ingenti arte in ſe detorquet, ut quod in ſeipſo turpe
oſtendit, in alijs licentius inſectetur. Hæ autem exclamationes, per nominatiuum, accuſatiuum &
uocatiuum fieri ſolent, & ſine aliquo uerborum adminiculo. Per nominatiuum hoc modo. O Ro
mana militia. O mos antiquus. Per accuſatiuum, ut O fortunatam natam me cõſule Romam. Per
uocatiuum. O Iane, à tergo quem nulla ciconia pinſit. *O quantum eſt in rebus inane.*] O quanta eſt
in rebus humanis uanitas: cum omnes eo ſcribēdi ſtudio feramur, ut apud uulgus laudem quæ-
ramus. *Quis leget hæc?*] Monitorem interrogat per quod apparet, ſe laudis cupiditate & famæ
ſcribere, hincq; exclamauit arguens turpe eſſe hæc ſibi quærere. *Min' tu iſtud ais.*] Verba moni-
toris. *Nemo Hercule.*] Subaudi à ſuperiori leget. *Nemo*] interrogatio indignãtis & admiran B
tis ſimul neminem futurum operis ſui lectorem. *Vel duo, uel.*] Verba monitoris qui duos uel
tres tantum lecturos dicturus erat. Sed quaſi morũ ſui tēporis memoria reuocatus, tres ſuppreſ-
ſit omnicq; remota dubitatione dicit. *Nemo.*] Affirmatq; quod ante dixit. nemo Hercule. Sicq;
inuidioſe notat tempora ſua, quibus nunquã in precio poetę erant. Nemo ſic pronuncia, ut de re
certa & manifeſta. *Turpe & miſerabile.*] Quòd nemo lecturus ſit. *Quare?*] Trahitur in admi-
rationem & ſecum quærit poeta, cur cum aliorum, & maxime Accij Labeonis opera legantur,
ſui carminis non ſit quiſquam futurus lector. *Ne mihi Polydamas.*] Per Polydamanta Neronem
intelligit, in cuius inuidiam hoc ſcribit. Ilienſium enim adeo ſtudioſus fuit, ut ſcripſerit Troi-
ca, & plurimam partem urbis Romanæ incenderit, ut ſimilitudinem ardentis Troiæ cerneret: in
cuius incendio haloſim Ilij decantauit, id eſt captiuitatem. & eorũ ut ſcribit Cornelius cauſa ſuſce-
pta, Claudio imperante. Romanum Troia demiſſum, & Iuliæ ſtirpis auctorē Aeneam, aliaq; haud
procul à fabulis facunde executus perpetrarit, ut Ilienſes omni publico munere ſoluerentur. Et cũ
is carminum quoq; ſtudia affectaret, eos in primis fouebat poetas, quorum opera de rebus Troia
nis cõſtarent. qualia erant Accij Labeonis, qui carmine res Ilienſes proſecutus fuerat, ut alibi. non
eſt hic Ilias Acci. Inde igitur Satyricę oſtendit principi præterita carminis ratione, ea tantum place
re, quæ de Troianis ſint compoſita. hinc indignatur, hinc excandeſcit. Polydamas apte pro Nero C
ne. Polydamanus uiri Troiani miſcet perſonam, ut mirum eſſe non uideatur, ſi uiro Troiano res
Troianæ placeant, cum ipſe princeps ſe originem à Troianis ducere affirmaret. Simulq; ad illud
alluſit quod ſcribit Homerus de Hectore, qui cum quadã nocte contra uoluntatē Polydamanus
unius ex primoribus Vrbis, ſuos contra Achillem ducē Græcorũ eduxiſſet, ab Achille ſuperatus
eſt maxima Troianorũ ſtrage facta. Qua re Achilles in ſuperbiã elatus, ante portas Vrbis curru in
uectus Troianis inſultabat, Hector pro portis aſtans cũ eo congredi parabat. Verũ pater & mater
uerētes, ne ſi cũ illo cõgrederetur occũberet, multis precib. orabãt, ut in Vrbē ſe reciperet. Hector
parentũ uerbis minime mouebatur, quin Achillem ſuperbũ in ſe properantē expectaret. Indigna
bũdus tamē magno ſecũ animo, Hei mihi, inquit, ſi intra muros me recipiã primus, me Polyda-
mas arguet, qui ut noſtros intra mœnia reducerē hac exitioſa, qua in nos Achilles inſurrexit no-
cte, conſulebat: Cui ego minime obſecutus ſum, quod ſatius profecto fuiſſet. Nunc cum temeritate
mea populum amiſerim, Troianarum longas ueſtes trahentium conſpectũ reformido, ne quis im-
becillior dicat, Hectorē ſuis uiribus fretũ Troianos prodidiſſe. *Næ.*] Certe. Virg. in xi. Tu næ e-
tiam telis moriere Dianæ. Terēt. Nę ego homo infelix. Nec aliter q̃ affirmatiue accipi debet. Nam
ſtatim infert. non ſi quid turbida Roma eleuet. Hęc enim particula ſemper producitur, niſi cũ in-
terrogatiue pronũciatur. *Troiades*] Romani, qui in aſſentationē principis eadē laudabant, quę D
ei grata eſſe cenſerent. *Labeonem.*] Actius Labeo ideo Neroni gratus, quia Homerum imitatus,
res Troianas carmine cõplexus eſt, ut ſupra diximus. Labeones à labiorũ magnitudine autore Pli
nio ſunt appellati. Sicut Cęſares cæſones à cæſo matris utero ſunt dicti. Pilũni qui pilum piſtrinis
inuenerunt. Piſones à pinſendo. Fabij, Lentuli, Cicerones ab eo quod ex eorũ familijs aliquis opti
me legumina ſeuiſſet. Alius fuit Labeo prætorius iuris etiam peritus, qui memor libertatis in qua
natus erat, multa cõtumaciter aduerſus Auguſtũ dixiſſe & feciſſe dicitur. De quo Horat. Labeone
inſanior inter Sanos dicatur. De hoc nequaquam intelligendũ eſt. *Prætulerint.*] Præpoſuerint,
temporis eſt futuri: ita pronunciandum eſt de re certa. *Nugæ.*] Ad ſeipſum poeta loquitur, po-
teſtq; hic locus interrogatiue & pronunciatiue legi. Si cum interrogatione, hic ſenſus erit: puta-
bis ne nugas fore, qua re ſtatim ut eorum iudicium contemnens ſubdit. Non ſi quid turbida
Roma: ſicq; ſubaudies, erunt. Si autem pronunciatiue legeris, ſubaudiendum erit ſunt, ut ſit
ſenſus: pro nihilo habendum eſt, etiam ſi carmen meum non recipiatur, nec laudetur: quod indi-
cant ſequentia. *Non ſi quid turbida Roma eleuet accedas.*] Duo fugienda eſſe monet: unũ, ne populi iu
diciũ magni faciat, qui nõ ratione res colligit. unde Horat. Iudice quo noſti populo qui ſtultus ho
norem Sæpe dat indignis, & famæ ſeruit ineptus: Qui ſtupet in titulis & imaginibus. alterum, ne

alienam

A alienam laudem quærat, quod homini turpiſsimum eſſe iudicat Horat. Necq; te ut miretur turba,
labores Contentus paucis lectoribus. *Accedis.*] Id eſt aures tuas non adhibeas, non cures, non
plurimi facias, Accedimus enim & animo & corpore. ut ſi dicas, non accedo ſententiæ tuæ, id eſt
non adhæreo tanquã malæ. *Roma turbida.*] Quæ non recto incedit iudicio, ſed ex animi libidi-
ne cuncta iudicat ut ſit turbida, id eſt confuſi iudicij. *Eleuet.*] Diminuat. Tractum à re pondero
ſa quę ut par ſit eleuatur, id eſt diminuitur. Liu. lib. iij. ab Vrbe cõdita. Miror, inquit, ſi uana ueſtra
patres conſcripti auctoritas ad plebem eſt. Vos eleuatis eam: quippe quia plebs ſenatuſconſultũ
in continuandis magiſtratibus ſoluit, ipſi quoq; ſolutum uultis, ne temeritati multitudinis ceda-
tis. Tranquillus in Caligula. uerſiculorumq; fidem eadem hæc eleuant: & eo facilius quòd ſine au
ctore ſunt. Valerius. Adiecto uerſu Græco qui fidem ſomniorum eleuat. *Examen ne improbum.*]
Examen proprie eſt filum trutinæ. Verg. Iuppiter ipſe duas æquato examine lances Suſtinet. Hic
uero metaphoricos pro iudicio ponitur. quemadmodum enim examen rei ponderatoris nobis
indicium facit: ſic fit ut in qualibet re pro iudicio ſumatur. *Improbum.*] Quod ex animi libidi-
ne proficiſcitur. *In illa trutina.*] Cum contemptu legendum eſt. *In illa.*] Quaſi quæ iniqua ſit.
Caſtiges.] Senſus eſt. Noli iudicium Romanorum, quod nulla ratione ducitur, id eſt quod ha-
bent in ſua trutina iniuſtum, caſtigare. quaſi dicat paruiſacias. *Trutina*] Statera, idẽ enim ſunt.
B Horat. Trutina poneris eadem. unde trutinor, ut Perſius alibi. Trutinantur uerba labello. *Nec
te quæſiueris extra.*] Sentẽtia eſt catholica, qua monet neminem oportere in rebus gerendis famam
popularem captare, nec alieno uiuere iudicio. Sed, ut ex Ciceronis philoſophia habetur, ſufficere
debere ad gloriam benefacti conſcientiam. Vnde illud eſt apud Vergil. Pulcherrima primum Dij
moresq; dabunt ueſtri: tum cætera reddet Actutum pius Aeneas. *Nec te quæſiueris extra*] Illud at-
tendendum eſt, Perſium tanta indignatione uehi, ut præ ira ſermonem & ſenſum non abſoluat ple
rumq;. Hic enim dicturus erat, nec te quæſiueris extra, quod alij faciunt: nam mox ſequitur. Nam
Romæ eſt quis non. Senſus eſt igitur. Quid de te homines loquãtur non curabis, nõ quęres quod
ab alijs fere omnibus fit, unde illud emergit. Et uerum inquis amo: uerum mihi dicito, de me Quis
populi ſermo. *Nam Romæ eſt quis non*] Hæc omnia excipienda ſunt riſu, ut indignationem, quam
in animo concepit poeta, ridendo oſtendat, ſequitur enim. Sed ſum petulanti ſplene cachinno. Et
paulo inferius. Rides ait, & nimis uncis Naribus indulges. *Nam Romæ eſt quis non.*] Subaudi lau-
dis & gloriæ cupidus. quis Romæ nõ ideo aliquid ſcribit, ut laudetur. Illud enim uenerat in cõſue
tudinẽ ut ſcriptores laudes alienas quærerent. Vnde Iuuenalis: Librum ſi malus eſt, nequeo lauda
re. Horat. Scribet mala carmina uecors Laudato. Ouidius in Arte amãdi. Quid petitur ſacris niſi
tantum fama poetis? Hoc uotum noſtri ſumma laboris habet. *At ſi fas dicere.*] Tãtum ſibi diſpli
C cere mores poetarum ſui temporis oſtendit, ut in eos multa & grauia diceret, niſi ſciret ſibi peri-
culum imminere, tum à Nerone, tum ab alijs Romanis. Quare infert. *At ſi fas dicere.*] Deeſt
dicerem multa quidem, dubitat autem ſibi non concedi, ut libertate Satyrica qua uſi ſunt prio-
res, dicat quæ ſentiat. Hoc autem eo riſu pronunciandum eſt quo animi indignatio oſtendi-
tur. *Sed fas.*] Subaudi eſt, id eſt licitum eſt quidem dicere. Sed fas ita pronunciandũ, eſt ut diu
ſecum deliberaſſe uideatur. *Tũ cum ad canitiem & noſtrũ iſtud uiuere triſte Aſpexi.*] Hic locus con-
tinuatur uſque ad id: Scribimus incluſi: cuius ſenſus talis eſt, omnes quidem ſiue grauioris ſu-
mus ætatis, ſiue exceſſimus à pueritia, ea ratione aliquid ſcribimus, ut à populo laudemur: un-
de ſequitur. At pulchrum eſt digito monſtrari, & dicier hic eſt. Ordo eſt. Tunc ſcribimus inclu-
ſi, cum aſpexi ad canitiem. *Aſpexi ad canitiem.*] id eſt, cum ſenes & iuuenes reſpicio & intueor. Il-
lud hoc loco addo auctore Plinio, canitiem homini tantum & equis dari. *Et noſtrũ iſtud uiuere tri
ſte.*] Triſtem dicit uitam noſtram quia nimis ambitioſi ſumus, & de laude aliena ſolliciti. & ideo
ualde triſtem. *Et noſtrum iſtud uiuere triſte.*] Sermo eſt figuratus, cum infinito uerbo ſit uſus pro
appellatione. noſtram enim uitam uult intelligi: utimur & pro participio. Vergil. Magnũ dat fer-
re talentum, tanquam ferendum, & eſt imitatio Græcorum, qui cum gerundijs, gerundiuiſq; ca-
reant, eorum loco infinitiuo utuntur. Iſtud cum contemptu pronunciandum, quia tantopere de
D gloria anxij ſumus. *Et nucibus facimus quæcunque relictis.*] Aetatem puerilem deſignat, quæ nu-
cibus delectatur. Martialis. Iam triſtis nucibus puer relictis, Clamoſo reuocatur à magiſtro. Et ali
bi. Alea parua, nuces & non damnoſa uidetur: Sæpe tamen pueris abſtulit iſta nates. Horatius.
Poſtquam te talos Aule, nucesq; Ferre ſinu laxo, donare & ludere uidi. *Facimus quæcunque.*] Li-
beriore licentia uiuimus præterita pueritia, id eſt, poſtquam ad adoleſcentiam peruentum eſt.
Terent. in Andria. Poſtquam exceſſit ex ephœbis, liberior fuit uiuendi poteſtas. *Cum ſapimus pa-
truos.*] Sumus patruis ſapientia pares. pueri enim in cuſtodiam & diſciplinam patruis dabantur.
Horatius, Siue ego patrue, ſeu recte hoc uolui, ne ſis patruus mihi. *Tunc, tunc.*] Geminatum eſt
aduerbium quod coniungitur ut dictum eſt cum ſcribimus, ut Virgilius. Nunc nunc o liceat cru-
delem abrumpere uitam, ut ſit tunc tunc: tunc inquã ſcribimus. *Ignoſcite.*] Illud ſpectat, ſed fas,
id eſt, ſi uos fortaſſe offendero dum dico quod ſentio ignoſcite. Hoc uerbo ignoſcite callide oſten-
dit rem turpem eſſe de qua dicturus ſit, & riſu Satyrico omnia proferenda & uenuſta capitis agita
tione pronuncianda. *Nolo.*] Subaudi dicere, dubitat, an dicat. Ad illud refertur, at ſi fas dicere.
Quid faciam.] Quaſi dicat, quid proderit dixiſſe cum iam omnes perdita laborent ambitione.
Sed ſum petulanti ſplene cachinno.] Sed particula eſt aduerſatiua: quæ ita, ſuperioribus aduerſatur,
ut quamuis ſatius eſſet tacere cum nihil loquendo proficiat, tamen oſtendat ſe tacere non poſſe,

cum à natura profuſus ſit in riſum. *Cachinno.*] Is eſt qui immoderate ridet. *Petulanti*] Proca A
ci, à petendo: unde dicimus hominem petulantem, qui hunc & illũ abſq; pudore petit. *Splene.*] Scribit Plinius in ſplene peculiare curſus impedimentum eſſe, & idcirco per uulnus etiam exempto uiuere animalia. Opinionem etiam eſſe adimi riſum ſimul homini, intemperantiãq; ioci conſtare lienis magnitudine. Splen Græce, lien dicitur Latine, à quibus ſplenetici & lienoſi. nec ij imperiti audiendi ſunt qui lienem inteſtinum exponunt, quo egeruntur ſordes alui.

IOANNES BAPTISTA.

O curas hominum.] Græcorũ poetarum moris eſt eodem tempore proponere ſimul, & inuocare, ut Homerus in Iliade μῆνιν ἄειδε θεὰ πηληϊάδεω ἀχιλῆος οὐλομένην. i. irã cane dea Pelidæ Achilis pernicioſam. & in Odyſ. ἄνδρα μοι ἔννεπε μοῦσα πολύτροπον ὃς μάλα πολλὰ πλάγχθη. i. uirũ mihi narra Muſa multiſciũ; qui per multas urbes errauit. Sic Heſiodus, μοῦσαι πιερίηθεν ἀοιδῇσι κλείουσαι. i. Muſæ Pierides carminibus claræ. Latini uero primo proponere, deinde inuocare cõſueuerunt: præter Satyricos, qui ira æſtuantes, & bile cõcitati ex abrupto ſine ulla numinis inuocatione ſemper incipiunt, ut Oratius. Qui fit Mecœnas, ut nemo quam ſibi ſortem Seu ratio dederit, ſeu fors obiecerit, illa Cõtentus uiuat. Iuuen. Semper ego auditor tantum. Quem morem Perſius noſter ueluti Satyricus, & Satyrarum ſcriptor celeberrimus obſeruat, hanc Satyram cum indignatione, & per exclamationem incipiens: in qua poetarum ſuæ tempeſtatis uitia quàm plurima caſtigaturus, reprehenſurus, laceraturus, illos in primis Satyrica mordacitate perſequitur, qui uerborum lenocinio, & oratione prurienti popularem plauſum, laudesq; aucupabantur, ſcire ſuum nihil eſſe, niſi eos ſcire ſciret alter exiſtimantes. deinde genuino dente auditores exagitat, quibus uerſus laſciui, molles, eneruati, & exoleti, carminaq; lumbum intrantia, id eſt libidinẽ quodam titillatu irritantia iucundiora, probabilioraq; uidebantur: admonetq; uulgi aſſentationes ſusq; deq; faciendas: in quo nullum conſilium, nullam rationem conſiſtere auctores celeberrimi prodiderũt. & eſt ueluti dialogus: in quo monitor reſpondens, & quid agendum ſit conſilium dans, plerunq; introducitur. dicitur autem dialogus: in quo genere ſcribendi Ariſtoteles in primo De poetis libro, cui Phauorinus conſentit, Alexamenum Scyreum, aut Teium primo ſcripſiſſe dicit: non à dio quod ſignificat duo (ut proh Iupiter grammatiſtæ triuiales me puerulum, cæterosq; docuerunt) ſed à uerbo Græco διαλέγομαι, quod eſt diſputo. διαλέγομαι uero à διὰ, quod eſt per, & λέγομαι ſermocinor: quia per ſermocinationem diſputatio ipſa perficiatur: quid autem ſit dialogus docet Laertius in uita Platonis. B

Curas.] Sollicitudines: alibi, Cura per quandam commodam translationem amorem ſignificat apud Vergilium, Aeneidos iiij. At regina graui iamdudum ſaucia cura. Propertius. Linceu tu ne meam potuiſti tangere curam: nam cura dicitur, quòd cor urat: Amoris autem fax licet parua, plus urit quàm Vulcanus, Theocritus. [illegible], Preterea, curatio medicorum eſt, cura reliquorum, ut ait Donatus apud Terentium. *O quantum eſt rebus inane.*] Quantam uanitatem: qua nihil eſt turpius (inquit Tullius) quantamq; ſtultitiam inquit Perſius, res humanas, hominumq; ſenſus occupaſſe conſpicimus, atq; intuemur: cum quicquid eſt poetarum ubiq; gentium tam docti quàm indocti: tam ſummi, quàm minimi poemata paſsim componant: ut laudes, & gloriam popularem conſequantur. Huic conuenit illud Eccleſiaſtæ. Vanitas uanitatum & omnia uanitas. Dominus cognoſcit cogitationes hominum quia uanæ ſunt, inquit Paulus. Inanes ſine dubio mortalium curas, & uniformem mundialium rerum prodidit falſitatem, inquit Hieronymus. *Quis leget &c.*] Verba attoniti monitoris, atq; ſtuporis quodam ueluti fulmine afflati ob arduum, aſperum, & iracundia, clamoreq; redundans principium. *Min' tu iſtud.*] Cum opus utiliſsimum ſit præſtaturus, bonamq; operam nauaturus poeta noſter, Cur monitor illud uerbum quis leget hæc proferat, admiratur. *Min'*] Mihi ne. *Nemo, Hercule.*] Affirmat monitor uel amicus iurando per Herculem, neminem fore huius libelli lectorem, quem Perſius compoſiturus aggreditur. quoniam quandam principio præ ſe fert grauitatem, ſupercilium, atq; cenſuram, quæ Populo Romano in uerſibus & in poetis erat odioſa. C

Nemo.] Irriſiue hoc pronũciat Perſius. *Vel duo uel.*] Reſpondet Perſius ſe libelli ſui uel duos, uel ſaltem tres lectores habiturum. quod tamen ſuppreſsit, ut ſuæ tempeſtatis mores atrocius caſtigaret, quo poetæ celeberrimi in nullo precio habebantur. *Hercule.*] Iurat per Herculem tanquam Satyrographus, à quo ſecta Cynica defluxit, unde Satyra. Per hunc deum mulieres nõ deierabant, ſicut uiri per Caſtorem. cauſa minime obſcura. Herculaneo enim ſacrificio abſtinent (ut Macrobius, & Propertius docẽt) Nuſquã inquit Gellius, inuenire eſt apud auctores idoneos, aut me Hercules mulierem dicere: aut me Caſtor uirum. Apuleius moroſam illam diligentiam haud obſeruauit. Illud ſciendũ, morem fuiſſe antiquorum Romanorũ, ut pueri per Herculem deierantes id ſub dio facerent, nõ ſub tecto. Cuius rei cauſam refert Plutarchus in Problematis. *Nemo*] Obſtinata mente, & pertinaci propoſito neminẽ hæc lecturũ monitor aſſeuerat. *Turpe & miſerabile.*] Si neminem hæc mea legiſſe contigerit, cũ fere omnia legenda ſint. nullus enim eſt liber tam malus, ut nõ aliqua parte proſit (ut dicebat Plin.) Quare admirabũdus cauſam ſciſcitatur cur nemo ſuũ opus ſit lecturus, cum Actius Labeo, quem notat tranſeũter, omniũ poetarum inſuauiſsimus, inſulſiſsimusq; perlegatur. *Ne.*] Certe, eſt aduerbiũ Græcum Latinis quoq; uſitatiſsimũ: quo M. Tullius, Terentius, Plautus, Apuleius, cæteriq; frequenter utuntur. Catullus. Nunc ipſum id doleo, quod eſurire Næ meus puer & ſitire diſcet. Plura Diomedes in primo ſuper hac particula. Priſcianus auctor eſt næ duo ſignificare ex modo ſcribendi Græco: quoties enim ſcribimus ναὶ D

A ſignificat certe:fecus autem ſi ſcribas,negatio,uel interrogatio eſt.Terẽtius in Andria.næ iſte me/cum ſentit.Donatus,næ pro ualde.Cicero,næ iſti timent. *Pulydamas*.] Sic ſcribendũ eſt, aliter uerſus claudicaret. Pulydamas autem fuit Troianus Panthi filius, ſapientia præditus ſingulari, qui præſentia norat,& futura,eadem nocte natus,qua Hector. alter uerbis, alter haſta potentiſsi/mus (ut refert Homerus his uerſibus) τοῖσι δὲ πουλυδάμας πεπνυμένος ἦρχ' ἀγορεύειν πανθοΐδης· ὁ γὰρ οἶος ὅρα πρόσσω καὶ ὀπίσσω· ἕκτορι δ' ἦν ἕταρος, ἰῇ δ' ἐν νυκτὶ γένοντο· ἀλλ' ὁ μὲν ἂρ μύθοισιν, ὁ δ' ἔγχεϊ πολλὸν ἐνίκα· ὅσφιν ὁ φρονέων ἀγορήσατο καὶ μετέειπε·Id eſt Pulydamas Panthi filius, qui ſolus & præſentia norat & futura, & Hectori/us ſocius:eadem enim nocte ambo nati erant:ſed ille haſta,hic uerbis præſtantior.hic inquam Pulydamas ſapientia præditus ſingulari,huiuſmodi orationem habuit. hinc à Plinio libro ſeptimo Naturalis hiſtoriæ tam diuerſæ ſortis uiri dicuntur.hic ponitur pro Nerone,qui Ilienſiũ adeo fuit ſtudioſus,ut Troica ſcripſerit(ut teſtatur interpres Maronianus.)Ex quo dixit Iuuenalis, In ſcena nunquam cantauit Oreſtes,Troica non ſcripſit.Vrbem etiam incendit:ut ſpectaculi eius imaginẽ cerneret,quali olim Troia capta arſerat.auctores Eutropius,& Euſebius.Suetonius ſcribit Nero/nem hoc incendium è turre Mecœnatiana proſpectaſſe,atq; haloſin decantaſſe,cuius incendij meminit & Corn.Tacitus.Sed notandum eſt, ꝙ ibi Trãquillus Haloſin Ilij uocat,quod Oroſius Ilia/dem appellauit.Cum ergo Neronem rebus Troianis addictum, atq; mancipatum fuiſſe conſtet,
B ſcite,eleganter & contumelioſe,non ſine ipſius imperatoris taxatione Neronẽ Pulydamãta nun/cupauit Perſius indignabundus,quòd non boni poetæ,non carmina minime ſcombros metuentia,ſed tantummodo quæ de rebus Troianis tractarẽt Neroni eſſent grauiſsima.Celebratur & Scotuſſæus Pulydamas alter,ætate regis Darij magnitudine corporis inſigni,ac robore(ut ait Pauſa/nias) qui νέος ὢν (ut uerbis Suidæ utar) ἀνεῖλεν λέοντα ἐν τῷ ὀλύμπῳ μακεδονίας, id eſt cum iuuenis eſſet leonem interfecit in Olympo Macedoniæ. *Troiades*.] Romani à Troianis oriundi, qui ea po/tiſsimum laudabant,quæ Cæſari placerent,in eius aſſentationem,ut principis fauorem,& amicitiam conſequerentur:ἀρχὴ γὰρ φιλίας μὲν ἔπαινος, ψόγος δ' ἔχθρας,id eſt principium enim amicitiæ eſt laus: ſicut odij uituperatio(ut tradit Iſocrates)Eſt autem patronymicum fœmininum,contumelioſe dictum taxans mollitiem Romanam iuxta illud,O uere Phrygię,neq; enim Phryges,Sic Homerus, ὤ μοι ἀπειλητῆρες ἀχαιΐδες οὐκ ἔτ' ἀχαιοί· Idem in ſecundo Iliados ὦ πέπονες κάκ' ἐλέγχε' ἀχαιΐδες οὐκ ἔτ' ἀχαιοί·id eſt O uos ignauos, tũ omni uituperatione dignos:ac uere Græcas non Græcos. caſtigandus eſt Ge/orgius Vallenſis,qui Iuuenalem fœminino patrouymico uſum fuiſſe arbitratus eſt illo uerſu.Fu/gerunt trepidi uera & manifeſta canentem Stoicidæ. *Labeonem*.] Labeo de quo iuriſconſulti libro primo Digeſtorum multa prodiderunt:qui ita annum diuiſerat,ut Romæ ſex menſibus cum ſtudioſis eſſet,& ſecederet ſex menſibus,ubi conſcribendis libris operã dabat.Iuris ciuilis legũq;
C populi Romani apprime doctus fuit,ſed agitabat hominem (ut inquit Gellius) libertas quædam nimia,& uecors uſq; eo,ut diuo Auguſto iam principe,& rempublicam obtinente, ratum tamen penſumq; nihil haberet,niſi quod iuſtum,ſanctumq; eſſe in Romanis antiquitatibus legiſſet. Scribit Porphyrio Antiſtium Labeonẽ (ſic enim uocabatur) cuius meminit & Suetonius, memorem libertatis in qua natus erat,multa contumaciter aduerſus Auguſtum,& dixiſſe,& feciſſe. propter quod Oratius dixiſſe uidetur Labeone inſanior inter Sanos dicatur.Sed de hoc non auſim intel/ligere,cum nuſquã librorum inueniam hunc Labeonem Antiſtium Ilienſes res carminibus cele/braſſe.Intelligemus ergo de alio poeta Labeone, qui Accius cognomento dicebatur (ut infra patebit)propter res apud Ilium geſtas à ſe carminibus ineptis cõpoſitas Neroni grauiſsimo. Sed quo/niam ficta quędam Romanorũ nomina audiuimus ſępe,& legimus,ut Plancus,Plotus,&Labeo, uideor facturus operæpreciũ,ſi eorum originem declarauero . Plancus dicitur, qui ſupra modũ planis pedibus eſt, à tabulis planis, quæ plancæ appellantur. Plinius in octauo, nec poutes aſini tranſeant per raritatem plancarum tranſlucẽtibus fluuijs,quamuis alij palancarum uel phalangarum legant, quæ (ut inquit Plinius) fuſtes ſunt nodis carentes.Iulius Pollux phalanges inquit & phalangia dicuntur ligna,quibus ſubiectis naues trahi ſolent.ſunt & phalangæ quibus baiuli ferendis oneribus utuntur:quas σκευοφόρα Plato nominat. præterea ſunt & phalangæ menſuræ ge/
D nus,atq; ponderis Herodoto,Plinioq;,ſed nihil ad rem.Plotus qui eſt planis pedibus, & amplis: ut in Moreto Vergilij,Spacioſa prodiga planta . Vnde & poeta Actius, qui Vmber erat, à pedum planitie initio Plotus,poſtea Plautus eſt dictus.hinc noſtra familia.Soleas quoq; dimidiatas, quibus utebantur in uenando,quo planius pedem ponerent, ſemiplotia appellabant. Scauri appel/lantur,qui extantes talos habent,Panſæ uero dicuntur,quorum pedęs incurui ſunt, à uerbo pãdo,quod ſignificat recuruo,atq; reflecto.Plinius in ſextodecimo,At populus contra omnia infe/riora pandatur.facile pandatur iuglans.hinc Vitruuius arbores pandatas eleganter nuncupat, quæ in ædificijs curuantur & Plinio apes ſarcina pandatæ uocantur,id eſt incuruæ. Compernes qui ſunt longis pedibus præditi:Coſsi uermes ſunt ligno editi:& (ut auctor eſt Plinius in xvij) lu/xuria coſſos roborũ delicatiores adhibere cœpit in cibo.hinc luculenter dixit Hieronymus con/tra Iouinianum:in Ponto & Phrygia luxuria eſt comediſſe xylophagion.ita enim appellat coſſos uermes obeſos ex lignorum carie enaſcentes,qui apud illos à patrefamilias in magnis redditibus computantur:à quorum uermiculorum ſimilitudine homines rugoſi corporis ab antiquis Coſ/ſi dicti ſunt.unde coſsinij,coſſutij,& coſſutiani deduci exiſtimantur.Agrippæ dicti ſunt qui in pedes naſcuntur,uocabulo ab ægritudine,& pedibus.hos infelices prope modum eſſe erudiiti annotauerunt.Flaccus à flaccis,& languentibus auribus,ut ſcribit Plinius, Flaccere enim languere ac

deficere

deficere eſt. Apuleius in Apologia, cur ueſtra oratio rebus flaccet, ſtrepitu uiget. hinc flaccidum A
languidum, molle ac ſine uiribus. Idem in ſeptimo Aſini aurei. Sumpta ueſte muliebri florida in ſi-
nus flaccidos abundante. ubi quidam legunt floccidos à floccis. eſt enim floccus in panno ſiue in
uellere particula eminẽtior, quę forficibus reciditur: cuius diminuuum eſt flocculus. Plinius in
xvi. de robore loquẽs ait. Naſcuntur in eo & pillulæ nucibus non abſimiles, intus habẽtes floc-
culos molles lucernarum luminibus aptos. Cornelius Celſus libro primo Fatiferum ſignum, &
prognoſticon ægroti ſcribit, cum floccos legit. A flocco fit uerbum defloccare, quod ſignificat id
quod uulgus cimare, & inſipide dicit. hoc autem dixi, ut obiter Plinii codicem emaculatum red-
derem: apud quem libro decimoſeptimo ita legitur. Operitoq́; & bene occultato: eodemq́; modo
uineam ſtatuito, alligato, floxatoitu corrige: uineam ſtatuminato, alligato, floccatoq́;, hoc eſt floc
cis ligato, ne frigoris ruminationem ſentiat. Error Marcelli eſt in uerbo deflaccare cum flaccos in
panno eſſe dicit: quod nuſquam legitur. Galba quòd oppidum fruſtra diu oppugnatũ illius de-
mum galbano facibus ſuccenderit: alij quòd in diuturna ualetudine galbeo, id eſt remedijs lana
inuolutis aſsidue uteretur; nonnulli quòd prępinguis fuerit uiſus, quem Galbã Galli uocant, uel
contra quòd tam exilis quàm ſunt animalia quæ in Aeſculis naſcũtur appellanturq́; Galbi, qui-
dam à colore lurido: Galbus enim nomen paſſeris luteis pennulis eſt. Opiter qui patre mortuo,
auo uiuo gignebatur, hinc apud Liuium Verginius Opiter conſul celebratur. Antiqui corda fru- B
menta dixerunt, quæ ſero matureſcunt, ſicut fœnum autumnale cordum appellatur, ut ſcribit Co
lumella, cuius meminit Plinius in decimooctauo. Itidem agnos tarde editos ueteres appellabant
cordos. Plinius in octauo, Gerunt partum diebus cl. poſtea inualidi concepti cordos uocabant
antiqui poſt id tempus natos. Ideo homines qui ſero naſcebantur dicebantur cordi. hinc autumo
Cordum non codrum apud Quintilianum legendum eſſe: ſicut apud Martialem illo uerſu. cor-
dus alpha penulatorum. Cordum appellatum fuiſſe Mutium, qui primus Scæuola cognomina-
tus eſt ſcribit Dionyſius. hinc Iunius Cordus hiſtoricus, quẽ ſequi ſe ait Iulius Capito in uita Gor
dianorum, qui in ſcribenda hiſtoria uel minutiſsima quæq́; fertur eſſe ſectatus. Scæua ille dicitur,
qui agiliorem habet ſiniſtram quàm dextrã: à ſcea hoc eſt ſiniſtra, quem morboſum non eſſe ſcri-
bit Vlpianus, cur autẽ hoc proueniat docet Alb. Mag. quia uidelicet hepar & cor uirtutes ſuas mit
tunt in ſiniſtrum latus, & à dextro remouent. contingit etiã aliquando id ex conſuetudine, ut quis
à puero ſiniſtram ſæpius exerceat q̃ dextram, eaq́; conſuetudo uertitur in naturam. Illud notan-
dum quod ſcribit Plato, homines debere eſſe ἀμφιδεξίους, hoc eſt ambidextros. ut dextra à ſini-
ſtra nihil differre uideatur, idq́; eſſe ſecundum naturam ſentit, ſicuti & pedes nihilo differre uide-
mus. laudatq́; Scytharum legem, quæ iubebat ſagittarios utraq́; manu indifferenter uti. Ahoth ſi-
cut in libro Iudicum ſcriptũ eſt, fuit Amphoterodexios: cui ſimilis in hoc eſt Iulianus genitor me- C
us: quem ex illo Phocilidis pręcepto πρῶτα θεὸν τίμα, μετέπειτα δὲ σοὺς γονῆας, id eſt in primis uenerare de
um, mox deinde parentes: colo, ueneror, atq́; religioſe obſeruo, & do operam ut illi ex uirtutibus,
& moribus filius iudicari poſsim. In his enim cedit nemini: diuitijs autem in fortunæ manu collo
catis, pluribus: quãuis maiorem partem præceptoribus meis tradidit: ut literarum aliquid adi-
piſcerer. ſed redeo ad rem. uolo enim parentem omnibus præconijs dignum dilaudare: tum quia
omnibus iam fama notus eſt, tum quia non mihi diues Ciceronis lingua ſufficeret: nec feruẽs De
moſthenis animæ oratio, ſi uellem eius laudes quàm plurimas pro dignitate earum recẽſere. Prę-
terea filio parentes laudanti rara fides adhibetur: quoniam ob amorẽ id fieri non pauci ſuſpican
tur. Coclites luſcos dixerunt antiqui: unde Ciclopas Coclites legimus dictos, quòd unũ oculum
habuiſſe perhibentur. Plinius libro undecimo de oculis loquens: uni animaliũ homini inquit de-
prauantur, unde cognomina Strabonum, & Petorum. Quibus parui utrinq́; oculi Lucini cogno
mina habuerunt: Peti, & Petuli laſciuis oculis appellati: hinc peto lumine fingitur Venus. Ouidius
in Priapeis ſiue alius ſit. quis enim illius carminis auctor fuerit grammatici certant, & adhuc ſub
iudice lis eſt. Minerua flauo lumine: Venus peto. Lucini dicuntur, qui myopes Græcis appellan-
tur, qui niſi prope admota uidere nequeũt. Cauſam refert Ariſtot. in Problematis, A leguminum
generibus illa inuẽta ſunt Lentuli, Piſones, Fabij. Plutarchus tamẽ dicit in uita Fabij Maximi quẽ- D
dam tradidiſſe ab agrorum foſsione fodios olim appellatos fuiſſe: poſteà duabus literis commuta
tis Fabios dictos. Cicero dictus, quòd neſcio quid in ſpeciem ciceris in extrema parte naſi ortum
fit illi, qui primus ex illa familia Cicero nominatus eſt: à quo omnes deinde Cicerones appellati.
Naſoni nomen indidit naſi magnitudo. Sili & Silones nare repãda uocati, quòd talis Silenus fuiſ
ſe perhibetur: unde galeæ quoq́; à ſimilitudine ſilæ dicuntur. Strabones peruerſiſsimis oculis ap-
pellantur: quos Firmicus Strabos nuncupat. Frontones à fronte. Capitones à capite: quæ cogno-
menta ſunt nobilium Romanorum. hinc Cicero libro primo De natura deorum. Redeo ad deos:
& quaſi ſi non Strabones, aut Petulos arbitramur, eccos neuum habere, eccos Silos & Flaccos,
Frontones, Capitonesq́; ſunt in nobis. Nero Sabinum eſt uocabulum, quo uirtus & fortitudo ſi-
gnificatur (ut inquit Gellius in duodecimo) quod uidentur accepiſſe à Græcis, qui uincula, & fir-
mamenta membrorum νεῦρα dicunt: noſtri neruos. Scipioni, qui Cornelium patrem luminibus ca
ptum, tanquam baculus regebat auctore Macrobio, nomen dederunt Græci: à quibus σκίπων, id
eſt Scipio baculus dicitur. ἀσκίπων ſenex qui iuuenili ſenio, & florenti præditus ſine baculo gradi-
tur: quo uocabulo his uerſibus in cæcum utitur Antiphilus. ἀσκίπων δ' εἰς ἄστυ κατήλυθεν ὄργια βάκχου
φαίνων γλώσσῃ ἔμμεναι ὀξυτέρην id eſt ſenex in urbem ueniebat orgia prædicans, lingua acutius cernẽs,

A quàm oculis. Tuditani à capitis forma. antiquitus enim tudites mallei dicebãtur, & mallei ſimili-
tudinẽ caput illius familiæ habuiſſe uiſum eſt. A cęcutiẽtibus oculis Cęcilij: unde ſerpẽs ſine oculis
Cæcilia nominatur. Lucios eos, qui luce nati eſſent dictos, ſicut Manios, qui mane auctor eſt Var
ro. Sexti, Quinti, Decij, à numero. à Quintilio Quintiliani Luperci, quibus præerat Quintilius.
Tullij ab aquarũ riuis, qui tulli dicũtur. Titi à titis militibus. Cæſar dictus, quòd cæſo matris utero
ſit natus, uel ab elephanto in pugna cæſo, qui lingua Maurorum Cæſar appellatur: uel quòd ocu-
lis fuerit cęſijs, hoc eſt glaucis. uel à cęſarie cum qua natus proditur. Plinius in ſeptimo Naturalis
historiæ tradit Scipionem Aphricanum primum fuiſſe dictum Cæſarem à cæſo matris utero, qua
de cauſa & Cæſones appellati, ut Solinus interpretatus eſt: cui ut Hermolaus exiſtimauit, hiſtoriæ
contradicũt: nam ante bellũ Samniticũ Claudius quidã Cæſar appellabatur, idq; in tabula qua-
dam antiquiſsima hodie oſtẽditur Romæ ambuſta his uerbis. Cęſar Claudius. C.F.A P.N. cæcus.
C. Plautius. C.F.C.N. qui in hoc DXXV honore Venox appellatus eſt. Sed (quod cum bona om-
nium eruditorum uenia dictum ſit) Solinus perperam Pliniana uerba accepit, quod ut liquidius
appareat, multo enim plus intelligitur, ut inquit Hieronymus quod oculis uidetur, quàm quod
aure percipitur, uerba Plinij cũ noſtra interpretatione ſubijciemus, quæ ſunt hæc. Auſpicatius ene
cta parente gignuntur, ſicut Scipio Aphricanus prior, natus ſcilicet eſt enecta parente, qui fortu-
B nam felicẽ expertus eſt, primusq; Cæſar à cæſo matris utero dictus. non dicit Scipionẽ nominatũ
eſſe Cæſarẽ à cæſo matris utero, ſed illum qui primus dictus eſt Cæſar, hoc cognomento decoratũ
fuiſſe ob uterũ matris cæſum. hæc enim uerba ad ſuperiora non referuntur: & hic eſt uerus ſenſus,
uera Plinij interpretatio, quam omnes probant, extollunt, & miris laudibus proſequuntur: præ-
ter illos, qui ſtimulante inuidia, quod cõſequi non ualent deſpiciũt, & iuuenẽ, qui ab antiquis ſcri
ptoribus, ut Latinã linguã locupletiorẽ, & defæcatiorẽ reddat, refragetur & diſſentiat, odio fieri &
ſimultate id ſuſpicãtes, ore rabido, uiperinisq; dentibus lancinant, carpũt, & atrociter inſectãtur:
ignorãtes perditiſsimi homines, in religione etiã liberos à parẽtibus, & cõiuges à maritis ſalua pie
tate (ut ſcribit Hieronymus) diſſentire: & me talem eſſe qui eorũ inſultare erroribus, quorũ miror
ingenia, non conſueuerim: præterea humanũ eſſe errare. quod (ut ſole lucidius appareat) errorem
Accurſii manifeſtarium ſubnectamus, qui in prooemio Inſtitutionum ſcribit Iuſtinianum ideo di
ctum fuiſſe, & nominatum Cæſarem, quia natus eſt excęto matris utero, cum conſtet imperatores
omneis hoc nomen ſortitos eſſe à Cæſare dictatore, qui primus in Romana repub. obtinuit prin-
cipatum. Suidas. καῖσαρ ἰούλιος ὁ πρῶτος μοναρχήσας, id eſt Iulius Cæſar primus monarchiam affectans.
Ex quo aduerte & alium errorem Accurſianum: dum dicit nomẽ Cæſaris ab Auguſto in cæteros
imperatores propagatum, Suidas à Iulio. καῖσαρ, οὕτως ὀνομάζονται οἱ ῥωμαίων βασιλεῖς ἀπὸ ἰουλίου καίσαρος τοῦ μὴ
C γεννηθέντος. Id eſt Cæſar, ſic Romanorum imperatores, à Iulio Cæſare qui natus non eſt, dicti ſunt.
Meſſalis Meſſana urbs Siciliæ nobiliſsima, quam Valerius Maximus cepit, nomẽ adiunxit, ut Sci
pionibus Aphricanis deuicta Carthago in Aphrica, Metello Numidico Numidia. Aſina auri pon
dus in forum deferens dedit Cornelijs cognomentũ. Quid q; etiam uiro inſigni Tremellio ſcro-
pha, quam famuli eius occiderant cognomentũ fecit? Pilumni, qui in piſtrinis pilum inuenerunt.
Bubulca familia, quòd bobus optime uteretur. Labeones autẽ à labiorum magnitudine appella-
tos auctor eſt Plinius. Sũt præterea & alia Romanorum cognomina, diſperſa per auctores linguæ
Latinæ opinatiſsimos, quæ ne hic liber in pedes creſceret, in cæteris noſtris commentarijs, uideli-
cet poetæ epigrammatarij, Ouidij in Ibim, & Claudiani, qui in manibus ſunt, colligere, & non mi-
nus ſcite, quàm curioſe enarrare ſtatuimus: ubi ſi non omnia plane fuerimus complexi, uoluntas
erit in laude, cum omnis conatus ſit in caſu. Non indecorum Varro putauit perfecto ſpicilegio ſpi
cam reliquiſſe: perinde ac uenatori dedecori non eſt quaſdam feras cepiſſe, non omnes. *Præla
lerint*] Prępoſuerint. *Nugæ*] ſcilicet ſunt. & eſt intellectus. res futilis eſt, nugatoria, & (ut utar uer
bo Plautino) mortuaria, ſi Labeo poeta enthuſiaſmon, id eſt furorem poeticum haud habẽs, à po
pulo Romano mihi præponatur. propter quod innuit populi fauorem, & laudes eſſe naucifacien
das, & titiuillicij loco habendas. In alio ſignificatu ornamenta omnia, quibus utuntur matronæ,
D nugas appellari uoluit Plautus. auctor Marcellus. Martialis, Ne ue peregrinis placeas tibi Gellia
nugis. In quo uerſu perperam nidis ſiue nudis paſsim legebatur. Nugiuẽdos mũdi mulíebris opi
fices Plautus in Aulularia nuncupat. uerba Plauti hęc ſunt. Vbi nugiuẽdis res ſoluta eſt omnibus.

Non ſi quid.] Noli illum ſcriptorem probũ, exactum, ad amuſsim, ad libellam fabrefactum, atq;
extra ingenij aleam collocatum credere, qui à populo Romano optimus, ſublimis, atq; probãdus
exiſtimabitur. quoniã in populo non eſt uerũ iudicium: cum in eo nõ ſit conſilium, non ratio, nõ
diſcrimen, non diligentia (ut ſcribit Tullius) cui ſubſcribit illius poetæ Græci ſententia catholica.
ἀκρίτον ὄχλος ἔχει, οὐκ ἔχει δὲ νοῦν, id eſt turba turbulenta eſt, nec mentem habet. Quod poetarũ rex ele
gantiſsime docuit illo uerſu celebratiſsimo. Scinditur incertum ſtudia in contraria uulgus. Ora-
tius apertius. Iudice quo noſti populo, qui ſtultus honorem Sæpe dat indignis, & famæ ſeruit ine
ptus. Plato populũ dixit eſſe belluam multorũ capitum: Cui ſuccinit illud Oratianum Bellua mul
torum capitum es. Populũ ergo contemnamus & eius peruerſum iudiciũ: contenti ſimus paucis
lectoribus, id eſt doctis, quorum unius teſtimoniũ pluris eſt, q̃ ſexcentorũ ineruditorum. Dixit
M. Tullius ſibi unicũ Catonem eſſe pro centũ millibus. Diuus Hieronymus in Epiſtola ad Marcel
lam ſic ſcriptum reliquit, quod contra poetas, & ſcriptores populũ non minimi facientes mire fa
cit. Eruditis auribus cõtenta, nõ magnopere cures quid imperitorũ de ingenio tuo rumuſculi ia-

ctitent

ctitent. Cui ſubſcribit illud poetæ Epigrã. Me raris iuuat auribus placere. Antimachus poeta, cum A
cum legentem omnes præter Platonem reliquiſſent, legam inquit nihilominus. Plato enim mihi
unus inſtar eſt omniũ. Nam uulgi oculi, & aures, mali teſtes ſunt, ut dicebat Socrates. *Turbida*]
Turbidi & mali iudicij, utpote quæ non recto incedat iudicio, ſed ex animi libidine cuncta diiudi-
cet. *Eleuet.*] Diminuat, deprimat, tollat, infirmet. Suetonius in Caligula. Verſiculorum quoq;
fidem eadem hæc eleuãt. Eſt enim eleuare derogare, & minuere auctoritatem alterius, & uerbis ea
minora facere, quæ ſunt extollenda. In qua ſignificantia eſt illud Propertij in ſecundo, Eleuat aſſi-
duos copia longa uiros. Liuius libro uigeſimooctauo. Quintus Fabius meas res geſtas in Hiſpa-
nia eleuauit. Quintilianus in quinto, Gēuum ſimul uniuerſarũ eleuata teſtimonia ab oratoribus
ſcimus. Eleuamus inquit Agretius, & quæ tollimus, & quæ alleuiamus, & leuiora facimus. *Acce
das.*] Adhæreas, aſſentiaris, adſubeſcas: quaſi dicat non cures, non ſollicitus ſis, quòd carmen tu-
um à Romanis non recipiatur: ſed cõtentus paucis eſto lectoribus. i. doctis. *Examen ue improbũ*]
Repete non, ut ſit intellectus. noli iudiciũ populare falſum & corruptum caſtigare, quaſi dicat, par
uifacias nihilipendas, quia nulla ducitur ratione. quod ſentiens Lycurgus nomothetes. i. legum
conditor cum interrogaretur, cur ſtatum popularem in repub. Lacedæmoniorum non conſtitue
ret: ſcite reſpondit. σὺ πρῶτος ἐν τῇ οἰκίᾳ σου ποίησον δημοκρατίαν. i. tu primus in domo tua efficito principa
tum popularem. Demoſthenes, quod annotatu & ſcitu dignum eſt, extorris, & in exilium pergẽs, B
cum ſuſpirio dixit. O Pallas quæ tribus infeſtiſſimis belluis delectaris, noctua, dracone, & popu-
lo: tanquam populus inter κακὰ θηρία, id eſt malas beſtias ſit numerandus, cuius imperitiam (ut di
cebat Diogenes) ad res iuſtas ſola conſtringit neceſſitas. *Examen.*] Iudiciũ. Examen proprie no
uam apum ſobolem dicunt, quam parentes ex ſuo alueari, quod Græci ἀφεσμὸν, καὶ σμῆνος appellãt,
ad nouas ſedes quærendas exire cogunt. Græce ἑσμός. Columella. Deinde cum examen glomera-
tum in proximo frondentis arbuſculæ ramo cõſederit, animaduertito an totum examen in ſpeci
em unius uuæ dependeat. Eſt item auctore Seruio filum illud, quo trutina regitur, & in ſtatera lan
ces ad æquilibrium diriguntur: utrũq; ab exeundo. Verg. Iuppiter ipſe duas æquato examine lan
ces &c. Hinc metaphorice pro iudicio Auguſtino, cæteriſq; ſcriptoribus ponitur. nam quemad-
modum examen rei ponderatioris nobis indicium facit, ſic fit, ut in qualibet re pro iudicio capia
tur. *Improbum.*] Vinoſum, non rectum, iniuſtum, minime probandũ, malignum: unde impro-
bitas malignitas. Cicero ad Cæſarem libro Epiſt. primo. Debes odiſſe improbitatem eius, quia im
pudentiſſimum nomen delegit. Græci ἀγνωμονέστατον improbum appellant. *Trutina.*] Statera. Vi-
ctruuius libro undecimo Architect. Id autẽ ex trutinis, quæ ſtateræ dicuntur, licet conſiderare. Eſt
& foramen, in quo examen regitur, ſed quandoq; pro iudicio ponitur. Tullius. Quæ non artificis
ſtatera, ſed populari quadam trutina examinatur. Trutinatã ſententiã grauem, ac recte examina- C
tam uocat Apuleius. quandoq; etiam trutina dicitur lanx, quam Græci τρυτάνην uocant. Iuuenalis
Atq; alia parte in trutina ſuſpendit Homerũ. *In illa.*] Peruerſa, iniqua. *Nec te quæſiueris extra.*]
Præceptum ſingulare, & philoſophicũ, immo cæleſte, memori pectore tractandũ, quo præcipit &
admonet, neminem debere ſe extrinſecus, & ex alieno iudicio æſtimare, ſed populare iudicium, &
plebeculæ famam flocci pendere: cui ſimile eſt illud Chilonis, ſiue Delphici Apollinis oraculum,
quod (ut inquit Iuuenalis) cœlo deſcendit, γνῶθι σεαυτόν. i. noſce te ipſum, ſiue ſcito te ipſum (ut Hie-
ronymus interpretatur.) Quod pręceptum ideo ſaluberrimum exiſtimabatur, quoniã (ut inquit
in xij. De legibus Plato) Ignorantia ſui pernicioſa eſt. Verſiculus Græcus eſt uice prouerbij celebra
tus, τὸ γνῶθι σεαυτὸν, πανταχοῦ 'στι χρήσιμον. i. noſce teipſum ubiq; eſt frugiferum. Sed heu bone Iupiter, q̃
pauci nunc ſunt, qui ſeipſos cognoſcant: uix (ut uerbis Plauti utar) in foro decimus quiſq; eſt, qui
ipſum ſe nouerit. *Nam Romæ eſt quis non.*] Roma fortitudinis nomen eſt apud Græcos, ſublimita
tis apud Hebræos, inquit Hieronymus. Perſii autẽ ſenſus eſt, quem Romanum, qui ſe extra ſe non
quærat, qui moribus incuruis, & præuaricãtibus non uiuat, qui non laudis, & gloriæ cupidus ſit
inuenies? quaſi dicat omnes talibus ſtudijs dediti, atq; mancipati ſunt: adeo, ut ad hunc finem om
nia ſcribant, ut famam, & plauſus populares aucupentur: quos Satyrico morſu perfricans Iuuena
lis, ore Vmbritij ſic locutus eſt. Librum ſi malus eſt nequeo laudare. Hunc morem ſcriptores ha- D
buiſſe peculiarem & genuinũ oſtendit Ouidius his uerſibus. Quid petitur ſacris niſi tantũ fama
poetis? Hoc uotum noſtri ſumma laboris habet. Oratius. Scribit mala carmina uecors, Laudato.
Eſt autem hic Apoſiopeſis figura, quã Cicero reticentiam, Celſus obticentiam, nonnulli interru-
ptionem uocant, hęc (ut libro nono ſcribit Quintilianus) habet locum, cũ per nimiam indignatio
nem uerbum relinquitur, quę fit tribus modis: aut per ſeipſum, & ad alium trãſit, & eſt prima: aut
tacet, nec ultra aliquid dicit, & eſt ſecũda: aut alterius interuentu perſonę. ſ. & eſt tertia. auctor Do-
natus, qui etiam ait: Amat apoſiopeſin nimia indignatio, nec poteſt complere orationem, qui ſe-
cum loquitur, & dolore uexatur, ut Verg. Quos ego. Terentius: Ego ne illã? quę illũ? quę me? ſine
modo. mori me malim. *At ſi fas dicere.*] Quidam dicunt reſpondentis eſſe uerba, qui derugata
fronte perinde, inquit, ô Perſi dicis omnes corrupto eſſe iudicio, maleq; uiuentes, ac ſi ita loqui li
citum ſit. cui poeta fas eſſe ſic loqui & ſentire reſpondit. & legunt ac, ſed à me non probatur: nam
ſic poetę indignatio, & bilis ſtomachoſa ipſi inſita, & naturalis, adeo ut frequenter ſenſum non ab
ſoluat, minime appareret: qua afficitur propter ſcribendi libertatem à potẽtioribus cum impera-
tore, ſibi, cæteriſq; poetis mores nota & caſtigatione dignos taxantibus denegatam. unde lego at,
& ſenſum poetæ hunc fuiſſe non dubito. Si illa priorum ſcribendi quodcunq; animo flagrante li-

A beret, ſimplicitas mihi concederetur, quàm atroci, quàm crudeli, & uenenata dicendi mordacita-
te imperatoris, Romanorumq́ omnium uita, & mores nefarios caſtigarem? Ex quo oſtendit mo-
res ſibi poetarum ſuæ tempeſtatis uehementer diſplicere, ſeq́ in illos eſſe tra concitatiſsimum.
Sed ſu.] Diu tortus Perſius, atq́ ſollicitudine non parua exagitatus utrum ſcribere, an non de-
beret contra Romanos impotentes, à quibus cunctis poetis eos taxantibus periculum & diſcri-
men imminebat, in hanc uocem tandem prorumpit: ut ſcribēdum eſſe dicat, quoniam illorum li-
bidinem, cum ſit petulanti ſplene cachinno, nequit ſuſtinere: præcipue cum tam ſenes, quàm iuue
nes gloriæ, & famæ ſtudijs implicatos & addictos intueatur. *Tunc cum ad canitiem.*] Cum omnes
etiam ſenio cōfecti, & ætate graues propter id tantum ſcribant, & muſis operam dent, ut laudibus
immodicis, & ingenti præconio celebrentur omnino Satyram, imminente etiam periculo, ſe ſcri-
pturum ſignificat, & eſt ordo. tunc, tunc inquam ſcribimus inclusi, cum aſpexi ad canitiem. *Ad
canitiem.*] Senes intellige, quibus peculiaris eſt canities quæ temporis ſignificatio eſt, non pruden
tiæ, ut dicunt Græci, *πολιὰ χρόνου μήνυσις, οὐ φρονήσεως* Hæc prouenire ſolet ex inopia, exilitateq́ caloris,
ſicut caluities inopia humoris calidi (ut docet Ariſtoteles in quinto De generatione, & Albertus
Magnus in decimooctauo De animalib.) Tempora prima caneſcunt, ut ſcribit philoſophus: quod
& Vergilius eleganter indicauit illo uerſu, Temporibus geminis canebat ſparſa ſenectus. hinc Ho
B merus *πολιοκροτάφους*, id eſt in temporibus canos appellauit. cuius rei rationem refert Aphrodiſe-
us, & Macrobius ſcribens quod pars anterior capitis humidior occipitio eſt. Qui capite ſicciore ſunt,
tarde caneſcunt, cito tamen in caluitiem tranſeunt. Contrà illis fit cita canities, quorum capilli nu
triuntur humore, quod *φλέγμα* uocitatur: nam ideo albi ſunt cani, quia calorem humoris quo nu
triuntur, imitantur. Canities autem (ſi Plinio credimus) homini tantū eſt, & equis, quod ſi uerum
eſt, in errorem lapſus eſt Ariſtoteles. *Iſtud.*] Ad contemptum hoc protulit. Hæc enim prono-
mina iſte, & ille (ut ſcienter inquit Donatus) ſæpe ad contemptum, aut ad odiū referuntur. In pro-
nominibus magnū eſt pondus. Ille Sicheum Impius ante aras: ille, hoc eſt ſceleratus, & nepharius
ut Donatus exponit. *Viuere*] infinitū uerbū pro rei appellatione. noſtrā enim uitam uult intelli
gere ut exponit Quintilianus: ſic Catullus in Manlij epitome. Qui ueſtri numerare uult multa mil
lia ludere: & Perſius alibi, Velle ſuum cuiq́ eſt *Triſte.*] Anxium, & ſollicitum propter ambitio
nem, & laudis cupiditatē. *Et nucibus facimus.*] Cum aſpicio iuuenes, qui iam ex ephebis exceſſe-
runt, omnia flagitia, nulla ratione ætatis habita, perpetrare, atq́ in omnia uitia debacchari. *Reli
ctis nucibus.*] Relicta pueritia, cui ludere nucibus cōcedebatur, cū ex illo ludo magna afficeretur uo
luptate. Oratius. Poſtquā te talos Aule nuceſq́ Ferre ſinu laxo, donare, ac ludere uidi. Mart. Alea
parua nuces, & non damnoſa uidetur: Sæpe tamen pueris abſtulit illa nates. Idem. Iam triſtis nuci
C bus puer relictis, Et blando male perditus fritillo. Nuces fuiſſe pueris gratas docet & Seneca in pri
mo de ira. Alij referunt ad antiquorum conſuetudinem, apud quos Catamiti pueri, quibus licen-
ter abutebatur antiquitas, turpi obſequio recedentes, puerilēq́ ludū nuces ſpargebāt, quo ſe pueri
lia cūcta ſpernere demōſtrabant. Catullus: Da nuces pueris, Iners cōcubine, Satis diu luſiſti nuci-
bus: Lubet iam ſeruire Thalaſsio. Dicitur autē nux quę foris duro tegitur, & intus habet quod eſui
eſt, nucleum uocant. Plaut. in Curgulione. Qui è nuce nucleum eſſe uult, frangit nucē. Dicta à no-
ceo, quòd dentibus dum frāgitur noceat (ut quidā ſentiunt) uel à nucis iuglandis nocumento, uel
quod ſatis noceat. Ouidius, Quoniā ſata lędere credor, Cultus in extremo margine fundus habet. uel
imitatione Græcorum, qui eam *κάρυον* uocant à grauedine capitis. *κάρα* enim caput ſignificat. Cō-
ſtat ſane arborum ipſarum foliorūq́ uires in cerebrū penetrare. Recens iucūdior eſt ut ſcribit A-
uicenna, ſicca uinoſior, ſtomacho inutilis, difficilis cōcoctu, tuſsientibus inimica, & capiti, cui do
lorem ſuſcitat. Sed plura apud Plinium, Macrobium, Seruium, cæteroſq́ inuenies. *Cum ſapi-
mus patruos.*] Cum ſumus patruis noſtris doctrina non inferiores, quorū fidei parentes nos com
miſerant. Non eſt parui apud deum meriti bene filios educare ait Hieronymus. Ariſtoteles, teſte
Laertio, dicebat parentes, qui liberos erudiendos curaſſent, longe honorabiliores eſſe ijs, qui ſolū
genuiſſent. hos enim uiuendi tantum, illos etiam bene uiuendi auctores. Itaq́ monet Plutarchus
D in libello De erudiendis pueris ante omnia opus eſſe, ut patres non ſolum nihil peccando, uerum
etiam honeſta ſingula peragendo, manifeſtum ſeſe filijs exemplar exhibeant, ut in eorum uitam
quaſi quoddam ſpeculum intuentes, ab operum ſimul, & ſermonum turpitudine ſe penitus a-
uertant. Sed quoniam in corrigendis liberis parentes mitiores, & indulgentiores eſſe ſolent. de
quorum indulgentia cōqueritur Fabius libro primo, tradi pueri patruis corrigēdi conſueuerūt
Illi enim adoleſcētibus corripiendis auſteriores eſſe ſolent quàm patres, quibus natura ipſa indul
gentiam plerunq́ extorquet. Auctores Acron, & Porphyrio. unde Oratius libro tertio Carminū,
Aut exanimari metuētis patruæ uerbera linguæ. M. Tullius, patruus quidem magiſter hoc dice-
ret. Ex quo ſumptum eſt hoc Perſianum. uult enim dicere, cum ſimus adeo prudentes, ut amplius
nullis patrui indigeamus caſtigationibus. Patruus Græce *πατράδελφος, καὶ πατροκασίγνητος* appel-
latur. *Ignoſcite.*] Romani, ſi uos Satyrico uerſu caſtigabo, & uitia ueſtra omnibus patefaciā,
atq́ propalabo. *Nolo.*] ſcilicet dicere, aut ſcribere. Dubius eſt & ambiguus an dicat. *Quid
faciam?*] Inter ſacrum, & ſaxum collocatus eſt: *λύκον τῶν ὤτων ἔχει*, Id eſt lupum auribus tenet, dubi-
tat quid ſibi ſit faciendum. ſcribat ſcilicet an taceat, & eſt ſignū, indiciumq́ magnæ iracūdiæ. Nam
interrogatio quid facere debemus eſt dolētis, & iraſcentis teſte Macrobio lib. iiij. Saturnalium: ut
indicat Vergil. in iiij. Aeneidos, & alijs in locis. *Sed ſum petu.*] Ad benedicendum, & non ad ma-
ledicen-

ledicendum creati ſumus inquit ſanctus Hieronymus: & Iſocrates ſcriptum reliquit, μηδὲ φιλαίτιος A
ὢν βαρὺ γάρ· μηδὲ φιλεπιτιμητὴς παροξύνειν γάρ· nomen accuſatoris, & cenſoris euita, hoc aduerſus ſe ho-
mines irritat, illud autem moleſtum eſt. Cuius rei quamuis gnarus poeta, & ſcius ſe oleum, & ope-
ram in ſcribenda Satyra perditurum, quoniam Romani nullis reprehenſionibus ad bonos mo-
res poterant reuocari, necnon memor propter principis, & potentiorum inſolentiam ſauus, & cō-
ducibilius eſſe tacere, & oculis conniuentibus omnia præterire, quàm mala eorum loqui, & cun-
cta miluino intuitu luſtrare, tamen ira exæſtuās, poſthabito ſalutis propriæ reſpectu, Satyram om-
nino in Romanos ſcribere deliberat, quoniam propter eorum ineptias, & uanitates riſum ſolutio-
rem nequit continere. & eſt cum iactatione utriuſq; manus, & cum decora capitis agitatione pro-
nunciandum, quo liquidius deliberantis affectio demonſtretur. *Petulanti.*] Procaci, improbo,
inuerecundo. Cicero libro ij. de Orat. Illud aſſequor, ut ſi quis forte mihi maledicat, petulans, aut
ſane inſanus eſſe uideatur. *Splene.*] Splen, & lien, qui dicitur domicilium riſus, eſt in ſiniſtro la-
tere, & ut ait Plinius in xi: Sunt qui putent adimi riſum ſimul homini exempto liene, intemperan-
tiamq; ioci conſtare lienis magnitudine, quod Quintus Serenus atteſtatur. Splenen fortaſſis uel
paruum, uel exemptum habebat Craſſus ille, qui Agelaſtus cognominatus eſt, quem riſiſſe ſemel
in uita ait Lucilius, cum aſinum uidiſſet carduos comedentem, de quo dictum eſt feſtiuiter, ſimi-
lem habent labra lactucam. problema eſt apud Alexandrum Aphrodiſeum. Cur multi ex liene ri- B
ſum oriri arbitrantur? *Cachinno.*] Is dicitur qui cachinnabili riſu diffunditur. Cachinnus au-
tem dicitur riſus ſolutior, à uerbo Græco καγχάζειν, quod eſt ſolute rideo. uel à ſono uocis per ono
matopœian, quod & Porphyrio tradit. Galenus in libro De motibus, negat ſe ſcire cauſam riſus, et
cachinni erumpentis ex alarum titillatu. Vituperatur cachinnatio, quamuis ridere conceſſum ſit
auctore Tullio. Vnde ait Seneca. Sit riſus extra cachinnum. Epictetus philoſophus. Riſus neque
multus ſit, neque ob multa, neque ſolutus. καγχασμὸς dicitur cachinnus. Decachinnamur dixit
Tertullianus, pro deridemur. Qui non ridet dicitur Agelaſtus, quod epitheton apud Lactantium
in primo Diuinarum Inſtitutionum eſt Plutoni, quamuis mendoſe Lactantij codices Ageſilao ha-
beant. poſſimus tamen, & Agatholyo legere, omnia enim pulchra & bona Pluto diſſoluit, iuxta il-
lud Catullianum. Male eueniat uobis malæ tenebræ Orci, quæ omnia bella deuoratis. Lyo enim
dicitur ſoluo, & agathon bonum. Illud ſcitu dignum, quod memorat Apollonius, ſe nunquam
Galbam ridentem uidiſſe. Xenocrates quoq; rarenter riſit, cui Plato præcepit Gratijs ſacrificaret,
ut foret hilarior.

AELIVS ANTONIVS NEBRISSENSIS.

O curas hominum.] Cum Poetæ ſatyrici ſit hominum peruerſos mores inſectari, ab eo in quo
poetæ ipſi maxime peccant, initium facit, oſtendens eos magis ex uulgi opinione, quàm ex re ip- C
ſa laudem quærere. Principio igitur inducit Perſius quempiam ex amicis dehortantem illum atq;
deterrentem à ſatyra ſcribenda, ex eo quod nemo illius opera leget. dicit igitur ipſe poeta. *O cu-
ras hominum.*] id eſt, o inanes hominum cogitationes, & eſt abſoluta conſtructio, habetq; uim ad-
mirationis ſimul & indignationis. ſic infra. o mores: uſqueadeo ne Scire tuum nihil eſt. *O quan-
tum inane.*] id eſt, uanitans. *Eſt in rebus.*] Scilicet humanis, & eſt quàm ſimillimum ei quod ſcri-
bit concionator noſter, uanitas uanitatum, & omnia uanitas. *Quis leget hæc.*] Subaudi quæ ſcri-
bis o Perſi. quaſi dicat. cum auctores ea gratia ſcribant, ut ab alijs ſcripta ſua legantur, uanum au-
tem ſit, quod finem ſuum non conſequitur, fruſtra ſcribis. *Min tu iſtud ais.*] Reſpondet Perſius.
Min inquit, pro mihi ne o amice. *Ais iſtud.*] Quaſi diceret id mihi exploratum eſt. ſic enim de re
manifeſta loqui ſolemus. *Nemo Hercule nemo.*] Subaudi leget. uel duo uel, tres uoluit dicere, ſed
quia multum erat, tres legere ſuppreſſit. *Nemo.*] Subaudi inquis leget tua carmina o Perſi,
& legendum eſt interrogatiue. *Turpe & miſerabile.*] Nam laborare in eo opere quod nemo
aut pauci legant, turpe eſt & ignominioſum, & miſerabile: id eſt cuius infelicitati ſit miſerendum:
ut turpitudo referatur ad culpam, infelicitas ad fortunam. *Quare.*] Verba ſunt Perſii ad mo-
nitorem ſuum. quare inquit eſt turpe & miſerabile carmina mea à nemine, aut à paucis legi? an
idcirco eſt turpe hoc & miſerabile, quod Polydamas, & Troades prælaturi ſunt meis carmini- D
bus Labeonis opera? *Ne Polydamas inquit.*] Hic Troianus fuit uir nobilis ab Homero in Ilia-
de celebratus, per quem uidetur poeta intelligere Neronem, ſicut per Troiades Romanos, quo-
rum nobilitas à Troianis habet originem. ſic Iuuenalis: iubet à præcone uocari Ipſos Troiuge-
nas. Sed aduertendum, quod genere muliebri appellauit illos Troiadas, quaſi fœminas po-
tius quàm uiros. ſic Vergilius ô uere Phrygiæ. neque enim Phryges. *Prætulerint mihi Labeonem*]
poetam neſcio quem, qui tunc erat in manibus atq; ore Romanorum. *Nugæ.*] Subaudi ſunt hæc
omnia. dicuntur autem nugæ à nihil agendo: nugas igitur agit, qui ex iudicio multitudinis im-
peritæ carmina ſua uelit æſtimari: quare ad ſeipſum omnia referenda eſſe dicit. Vt enim Sene-
ca in Epiſtolis ait. non eſt quod te gloria publicandi ingenij producat in medium ut recitare
iſtis uelis. Cui ergo inquis iſta didici? non eſt quod timeas ne operam perdideris, ſi tibi didiciſti.
Democritus ait. unus mihi pro populo eſt, & populus pro uno, & quæ ſequuntur. *Si Roma tur-
bida.*] id eſt, quæ in iudicando de rebus claritate rationis non utitur. *Eleuet quid.*] id eſt, extollat
& laudibus in cœlum efferat. *Non accedas.*] id eſt, Laudibus illius non conſentias, atq; econtra-
rio ſi deprimat quid, non te moueat & perturbet. *Non caſtiges examen.*] Examen eſt in ſtatera filū
illud, quo oſtenditur, quando ea quæ appenduntur in bilancibus ſunt æqualia. hic autem per exa-

A men improbum corruptum Romanorum iudicium ſignificat,ut ſit ſenſus. non caſtiges,id eſt be-
ne caſtigare non poteris.Examen improbum,id eſt corruptum iudiciũ.In illa trutina, ſcilicet Ro-
manorum,in qua non bene res,neq; pro meritis æſtimantur.Vergilius de uiro bono.iuſto truti-
næ ſe examine pēſat,Ne quid hiet, neu quis protuberet angulus , æquis Partibus ut coeat,ne quid
deliret amuſſis. *Nec te quæſiueris extra.*] Subaudi teipſum,ac ſi dicat.teipſum iudica,& ſola recte
factorum conſcientia fruere. *Nam Romæ eſt quis non?*] Non debere quenquam populi iudicium
ſpectare dixit:cuius ſubdit cauſam dicens.Nam Romæ eſt quis non,ſubaudi aſinus,quod eſt ani-
mal ſtolidum.ac ſi dicat ineptus iudex.ſed quia nimis procaciter diceretur , ſubticuit : redditurus
tamen infra cum dicet,auriculas aſini quis non habet? *A ſi fas dicere.*] Id eſt tam infami appel
latione illos notare. *Sed fas.*] Subaudi eſt illos appellare. *Tunc cũ ad canitiem.*] Excuſabiles eſ-
ſent Romani,ſi per ætatem errarent tum iudicando , tum etiam ſcribendo:nunc uero etiam ſenes
eodem ignorantiæ morbo tenentur,ut merito debeant aſini appellari. *Cum aſpexi.*] id eſt,con-
templor & conuerto me. *Ad canitiem.*] Id eſt,ad ſenes canos. *Et noſtrum iſtud uiuere triſte.*] Id
eſt,ad hanc uitam noſtram triſtem , hoc eſt ad homines quoſdam graues & ſeueros. *Et ad ea,
Quæcunque facimus.*] id eſt,facere debemus. *Relictis nucibus.*] Qui ludus puerorum eſt,ut ludant
nucibus par & impar.Tunc enim ut ait Horatius tria quærere debemus.nam Aedificare caſas,plo
B ſtello adiungere mures,Ludere par impar,equitare in arundine longa,Si quē barbatum delectat
amentia uerſat. *Cum ſapimus.*] id eſt,ſapiētiam patruorum referimus.nam pueri apud patruos
educabantur:Horatius,metuentes patruæ uerbera linguæ.& alibi,ne ſis patruus mihi. Tunc tunc
tunc ter dixit ad indignationem exprimendam:ſed turpitudinem ſuppreſſit : intelligendum tamē
eſt ſumus aſinis ſtolidiores,& ineptiores iudices. *Ignoſcite.*] Subaudi mihi ſi turpitudinem ue-
ſtram retexero. *Nolo.*] Subaudi retegere,& ſunt uerba dubitantis,loquatur ne an ſileat , & ideo
ſubdit.Quid faciam.ſed tandem eligit alteram partem deliberationis , hoc eſt Romanorum mo-
res atq; corrupta rerum detegere iudicia, ut inde ſibi riſum excutiat dicens. *Sed ſum cachinno.*]
Id eſt ridibundus:nam cachinnari eſt ſolute atq; immodice ridere.unde cachinnones dicti. *Petu
lanti ſplene.*] .i.laſciuo & in riſum prurienti. Nam ut ſcribit Plinius Naturalis hiſto.xi.Splen ſiue li
en riſus atq; iocorum ſedes eſt.

MVRMELLII ECPHRASIS.

O uarias & ſuperfluas mortalium curas? o quanta eſt in rebus uanitas? Quis leget hæc carmi-
na mea mordaciſſima? Mihi ne tu ais iſtud? Nemo hercule,nemo leget hæc,uel duo uel nemo.Hoc
autem eſt turpe & miſerabile,quod ſcilicet nemo dignabitur hac lectione . Quare nemo uolet hæc
C legere? Sollicitus ſum, & timeo,ne Polydamas & Troianæ fœminæ,id eſt Nero,& effœminati nobi
les Romani prætulerint mihi Labeonem.At nugæ ſunt,ſi quid enim Romanorum multitudo ini-
que iudicantium deprimat , non eſt ei aſſentiendum , nec improba dubitatio ad illius ſententiam
& iudicium corrigenda:nec hominis uirtus extra conſcientiam eius quærenda eſt, quod plerique
ſæpe faciunt.Nam quis non affectat popularem laudem & gloriam Romæ , cum tamen ſit expers
ueræ uirtutis? Ac utinam fas ſit mihi dicere,& eloqui libere,quod ſentio.Sed fas eſſe uidetur tunc,
cum aſpexi ad canitiem, & uitam iſtam noſtram ſeueram,& ad ea quæcunq; facimus , nucibus reli
ctis,hoc eſt pueritia iam tranſacta,cum ſapientia patruos imitamur,tunc,tunc fas eſſe uidetur libe
re loqui.Ignoſcite uos Romani,ſi quid liberius in uos dicam.Nolo libere dicendo uos offendere.
Quid faciam? non libenter bilem uobis mouerem,ſed ſum cacchinno petulāti ſplene,nec poſſum
ueſtras ineptias non irridere.

SCHOLIA.

Hac ſatyra inuehitur in Romanos nobiles ac opulentos,maxime ſenes quorum carpit ambi-
tionem,nihil aliud ſtudioſius,quàm uulgaris & indoctæ multitudinis applauſus , & laudes,impu
dicorum ſcurriliumq; poematum,uel dialogorum recitatione captantis . Taxat & eos , qui inter
potandum molliuſculas poetarum fabulas uocis lenocinio pronunciant,eaſq; ſupra modum lau
D dant.Item eos,qui cum ſint ad ſcribendos uerſus ineptiſſimi , cœnarum & munerum largitioni-
bus aſſentatores ſibi comparant:quorum nugacibus inflati palpationibus , ſibi uehementer pla-
cent,dum coram in os laudantur,à tergo uero ſunt omnibus deriſui.Hi ab adulatoribus perſua-
ſi heroica ſcribere carmina nihil uerentur , cum ne paruis quidem & humilibus rebus deſcriben-
dis ſint idonei.Præterea carpit antiquarios,ueterum uerborum aſperitatem nimis amantes . Nec
illis parcit,qui in capitalibus criminibus refellendis , tantopere laudem affectant , ut in rebus ſe-
rijs ac grauibus,ab argumento ſuo recedentes, ludere uideantur.Poſtremo eos inſectatur, qui ſi-
ne matura meditatione uerſus effutiunt molliculos , non ex morali philoſophia , ſed ex uanis,&
turpibus de Cybele ac Baccho idque genus alijs fabulis ornatum requirentes. *O curas homi-
num.*] Exclamatio eſt ſatyrica,in uarias hominum & quidem ſtultiſſimas curas,& abruptum prin
cipium indignanti aptum. *Quis leget hæc.*] Vt pleriſque enarratoribus Perſii uiſum eſt , fin-
git ſibi amicum adeſſe , qui cum eam aſperam audiſſet exclamationem , ſatyricum rogat , quis
tam dura ſit lecturus,cum laſciua duntaxat molliaq; carmina Romanis placeāt . At mihi aliorum
pace,poeta ſolus loqui uidetur per indignationem , & ſe interrogare , & ſibi reſpondere , & dicta
confirmare,& confirmata diluere,& ſæpe orationem mutare,& ſenſus præ ſatyrico furore uaria-
re.Nō enim ex aduerſo loquentē inducit ante illum locū.Rides ait & nimis uncis Narib.indulges.

Neque ſi ante amicum ſibi adeſſe fingeret, fuit ei dicendum ait, ſed ais, quod grammaticæ ratio poſtulat, ſed id gloſſularij non animaduertunt. Huc etiam ſpectat id, quod paulopoſt ſubijcit. Quiſquis es o, modo quem ex aduerſo dicere feci. Modo.i.paulo ante, non ab initio ſatyræ. *Min tu iſtud ais?*] Sibijpſi loquitur antiquiſſimi commentarij teſtimonio. *Min.*] Per apocopen pro mi ne.i.mihi ne. Mi enim datiuus à mis pro mihi. Virgil. Et mi genus ab Ioue ſummo. *Ne mihi.*] Subaudiendum eſt, ſollicitus ſum, & uereor, uel ſimile quippiam. Nec aſſentior ijs, qui contendũt næ pro certe accipiendum, ut ſit affirmantis aduerbium: nam ſi id ita eſſet, poeta non ſubiunctiui, ſed indicatiui modi uerbo fuiſſet uſus. Subiunctiuus enim modus dubitanti magis conuenit, indicatiuus affirmanti. Nec mirandum eſt ſatyrographos eclypſin, id eſt dictionum defectionem ſæpius uſurpare, cum hoc ſit indignantium peculiare, ut orationem abrumpant, & præ animi furore non omnia proloquantur. *Polydamas.*] Dorice πουλυδάμας per ου magnum ſcribitur, & ita hic producitur. Legitur & recte Pulydamas per u ex Homerica imitatione. Apud Homerum enim eſt πουλυδάμαντ pro πολυδάμας, ut apud Maronem upilio pro opilio. Apud Homerũ libro Iliados xxij. Hector indignabundus magno ſecum animo: Hei mihi inquit, ſi intra muros me recipiam, primus me Polydamas arguet, qui mihi, ut noſtros intra mœnia reducerem, hac exitioſa, qua in nos Achilles inſurrexit, nocte conſulebat: cui ego minime obſecutus ſum, quod ſatius profecto fuiſſet: nunc cum temeritate mea populum amiſerim, Troianorum Troianarumq́; longas ueſtes trahentium conſpectum reformido: ne quis imbecillior dicat, Hectorem ſuis uiribus fretũ Troianos prodidiſſe. M. Tullius ad Atticum. Vereor non Pompeium modo, ſed Troianos, & ne primus Polydamas me reprehendat. Per Polydamanta igitur Perſius urbana quadam ironia Neronẽ ſignificat. Polydamas enim Troianus fuit, & interpretatur multorũ domitor, ſed & multinuba poteſt interpretari. Sicut enim δαμάζω uel δαμάω ſignificat domo, ita δάμαρ uxor interpretatur. Vndiq; igitur Polydamantis nomine Nero notatur, qui ſe originem à Troianis ducere iactitauit, Ilienſiumq́; maxime fuit ſtudioſus, item timidus & imbellis, nullorum prorſus domitor, ſed omnium prauarũ libidinum ſeruus, & nimiũ luxurioſus, ac effœminatus. *Troiades.*] Fœminæ Troianæ. Miror eorũ imperitiam, qui per Troiadas uiros Troianos accipiunt, cum τρῳὰς, pro quo dicitur à poetis τρῳάς, fœminam Troianam ſignificet, nec ullum ſit nomen patronymicum in as generis maſculini. Ignominioſo autem nomine Romanos nobiles nimis effœminatos inſectatur, & proſcindit, cum eos Troiadas uocat, nec tamen ab Homero diſcedit. *Labeonem.*] Accius Labeo Homerum imitatus, res Troianas carmine complexus eſt, ob id Neroni gratus, tametſi poeticæ parũ doctus. *Nugæ*] Dictæ quod nihil agant, uana uerba, uel res uanæ & nullius precij. *Eleuet.*] Minuat, extenuet. Eleuo ſignificat derogo, & alterius auctoritatẽ minuo, & uerbis ea minora facio, quæ ſunt extollenda. Liuius. Qu. Fabius meas res geſtas in Hiſpania eleuauit.i.depreſſit. *Examen.*] Proprie lingua eſt, qua trutina regitur. Maro. Iuppiter ipſe duas æquato examine lances Suſtinet. Ponitur pro inquiſitione, & dubitatione, quæ paulo momento uel huc, uel illuc impellit. Dicitur & examen apũ. *Trutina.*] Eſt foramen in quo examen regitur. *Nec te quæſiueris extra.*] Prouerbiali hoc ſchemate dictum eſt. Sis inquit recti conſcientia contentus, nec popularẽ ſpectes opinionẽ. Cicero in Tuſculanis quæſtionibus. Tuo tibi iudicio eſt utendum. *Nam Romæ quis non?*] Subaudiẽdum, ſe extra quærit, & ex populari pendet opinione. *Ab.*] Ita Philippus Beroaldus legit, nõ at. *Si.*] Vtinam. *Fas.*] Subintelligendum, ſit. *Nucibus relictis.*] Nuces relinquere, eſt omiſſis ſtudijs ac nugis puerilibus, ad grauiora, magisq́; ſeria conuerti. Pueros enim nucibus luſitare nemo nõ nouit. *Cum ſapimus patruos.*] Poſtquam abiectis puerilibus nugamentis, ſeueros mores induimus. Solent enim patrui ſeuerius obiurgare nepotes, ſi quid hi peccauerint. Horatius. Ne ſis patruus mihi .i. ne me caſtiges. Splene, σπλὴν Græce, Latine lien. Phyſici aiunt lienis magnitudine intemperãtiam ioci conſtare, hoc eſt eos quibus magnus eſt ſplen, propenſiores eſſe in riſum. Splene ridemus, felle iraſcimur, corde ſapimus, iecore amamus. *Cachinno.*] Dicitur qui diſſolute ridet, Cachinnus, immoderatus riſus. Cachinno ſeu cachinnor, immoderate rideo.

Scribimus incluſi, numeros ille, hic pede liber,
Grãde aliquid q̃d pulmo animę prælargus anhelet.
Scilicet hæc populo pexusq́; togaq́; recenti,
Et natalitia tandem cum ſardonyche albus
Sede leget celſa. liquido quum plaſmate guttur
Mobile colluerit patranti fractus ocello.
Hic neq; more probo uideas, nec uoce ſerena
Ingentes trepidare Titos, cum carmina lumbum
Intrant, & tremulo ſcalpuntur ubi intima uerſu.
Tun uetule auriculis alienis colligis eſcas?
Auriculis quibus? & dicas cute perditus? ohe
Quid didiciſſe? niſi hoc fermẽtũ, & quæ ſemel intus
Innata eſt rupto iecore exierit caprificus?

ASCENSIVS.

Scribimus incluſi, etc.] Hic oſtẽdit poeta cur exclamauerat in curas et ſtudia inania hominũ: qa ut dixi, niſi interpellaſſet monitor, hic fuiſſet ſecũdus uerſus huius ſatyrę: Sũt aũt om̃ia præmiſſæ literæ uerba auctoris, nõ monitoris, in quib. reprehẽdit eos qui inflata carmina ſcribũt eo animo, ut uocis lenocinio à quouis effractã & effœminatã uocẽ habẽte recitẽtur, ineptis eis nimirũ applauſuris: putãtes nihil eſſe ſapẽ niſi inaniter oſtẽtent. Manifeſte aũt docet in prima pſona loquẽdo, ſe de ſe nõ loqui. Nã poſt q̃ dixit hoc totũ Scribimus incluſi: nõ ſubiun

gie

A gitego numeros,&c.ſed ille & hic,oſtẽdens ſe de ſe nõ loqui,cũ doctori nõ liceat ſe uituperare.Ani
ma eſt uentus ſpiritalis,& interdũ quicunq;.Virgilius lib.viij.Quantum ignes animeq; ualẽt.Plau
tus in Aulularia.Nequid emittat animæ dormiens.i.uenti:per poſteriora uidelicet.Scilicet in iro-
nia apta uox eſt,ut Aeneid.iiij.Scilicet is ſuperis labor eſt, ea cura quietos Sollicitat . Et in Andria
Terentius.Id populus curat ſcilicet.Sardonyx incerto genere profertur : fœminino ut hic & apud
Iuue.Conducta Paulus agebat Sar
donyche.Maſculino apud eũdem.
denſi radiant teſtudine tota Sardo
nyches,quia tamen penul.breuem
habet,& lapillum ſignificat,potius

En pallor ſeniumq;,ó mores,uſqueadeo ne
Scire tuum nihil eſt,niſi te ſcire hoc ſciat alter?

maſculino addicerẽ.Patrare eſt res patrũ gerere.unde pater patratus:nec ſolũ eſt gignere uia natu
ræ.Nam & Hieron.Deũ patrẽ patraſſe dicit:habet tamẽ hic propriã ſignificationẽ. Videas:ſecũda
perſona pro tertia ut apud poetas moris eſt. Virgil.Aeneid.iiij.Migrantes cernas,&c.Nec ab re di-
xit diminutiue ocello:lubrice enim loquẽtes ſemiclauſos oculos habent.Nec tamẽ (ut illud admo
neã) in Bucolico Virg . hir quis,ſed hircis legã.Ingentes Titos. Amara irriſio.Titi enim ſunt preno
minati à tuendo.i.defendendo rempub.quaſi tutores eius:quorum eſt acres tubarũ & cornuũ cre
B pitus atq; clangores,non molles recitationes ineptulorũ audire.ideoq; ad maiorẽ ironiã addit in
gentes.Ingens enim dicitur ſine gente.i.genere,hoc eſt egregiũ & reliqua ſui generis in magnitudi
ne excedens.plus enim eſt q̃ magnũ,ſecũdum Donatũ ſuper Eunuchũ.Quod Plautius argute ad
notat Titos eſſe pullos colũbinos,cõgruit uulgari Flaudrico , quo ſic pulli gallinacei uocantur &
per irriſionẽ de iuuenibus & ignauis dicitur,quod ſint pulchri titi.Lumbus ſedes lubricitatis eſt.
Vnde in ſanctis literis.Sint lumbi præcincti.Intima abſolute ſeu ſubſtantiue poſuit . intelligit autẽ
præcordia quæ ſunt affectionũ ſeu paſſionũ ſedes. Verſus à uertendo dicitur,eo quod peracto me
tro.i.certa menſura reuertimur.Tun.i.tu ne:comice dictum.Vetulum taxat nõ propter annos:ſed
propter puerilẽ ſtultitiam & inanẽ illam gloriã quæ ſenes pluſquam iuuenes dedecet. Ohe faſtidi
entis & nauſeam patientis ex cibi aut eorundẽ uerborum repetitione uox eſt. Iuuenalis. Satur eſt
cum dicit Horatius Ohe.Cætera facilia aut explanata ſunt. ORDO. Nos ſcribimus,id eſt,pluri
mi nobilium hoc noſtro tempore ſcribunt.ille ſup.ſcribit numeros,id eſt,uerſus certo numero cõ
ſtantes,& hic.i.alius ſupple ſcribit pede liber.i.ſolutus pede.i.ab obſeruatione pedum & quantita
tum.Nam proſa ſecundũ Donatum dicitur oratio quaſi prorſus ſoluta.Scribimus inquã aliquid
grande.i.grandiloquum & altiſonũ , quod per ironiam dicit,quia qui in oratione turgent,uiden-
tur ſibi grandiſoni,& quia ſatyræ non conuenit,de ſe nõ intelligit quod pulmo:inteſtinũ illud po-
C roſum:prælargus animæ.i. præcipue largiens efflando animã.i.uentũ:anhelet.i. anhelando effiet.
Scilicet.i.ſcire licet hoc eſt quia certe (eſt autem irriſio) pexus. i. aliquis adoleſcens bene comptus,
nõ enim dicitur Latine pectinatus,& ens ſupple in toga recẽti.i.quã tũc uel paulo ante primũ acce
perat,ens inquam tandem cum Sardonyche natalitia.i.lapillo quẽ in die natiuitatis dono accepe-
rat,uel quo in ipſo natali ſuo ornari cuperet,albus.i.reſplendens propter lapillũ,uel pallidus pro
pter timorem,ne in re cuius periculum nondum fecerit erret (non dicam albus cum ſardonyche,
niſi hoc ſenſu,ſicut eſt & ſardonyx) leget populo hæc.i.huiuſmodi opera,in celſa.i. ſublimi , ſede.i.
cathedra:quum.i.poſtquám:colluerit,id eſt, circumcirca à parte tamen interiori bibẽdo ſcilicet la
uerit guttur ſuũ,mobile.i.quod effecerit mobile lauando,plaſmate.i.illo genere medicamẽti,liqui
do.i.faciliter potabili.exiſtens fractus.i.colliſus:ocello.i.oculo:ex libidine & lubricitate imminu-
to:patranti.i.peto & lubrico uiſu etiam inter recitandas res lubricas:ſe opus ipſum quaſi patrare
ſignificanti,uel patranti,id eſt,patrãtis , hoc eſt libidinantis ſimili,qui tremulus eſt etiam dicẽte Iu
uenale de lubrico ſcholaſtico,quod difficile ſit obſeruare eius oculos in fine trementes.Tu uideas,
id eſt,quilibet qui adſit uidere poſſit:hic.i.hoc loco,uel hoc tempore . Aduerbia enim loci & tem-
poris confunduntur:ut hactenus hucuſq;,&c.i.uſq; ad hunc locum uel hoc tempus,ſicut Non eſt
dicendi locus pro dicendi tempore.Titos,id eſt milites Romanos quaſi reipublicæ tutores: ingen
D tes,id eſt,ſane magnos,aut titos,id eſt,delicatulos ut ſunt titi pulli,& eſt ironia:trepidare,id eſt,læ-
titia exultare & geſtire. aut ſi legatur huc dicamus trepidare,id eſt,feſtinanter accedere huc,id eſt,
ad huiuſmodi lectorem,ſed neq; more,id eſt,geſtu corporis,probo.i.approbando & decenti : nec
uoce ſerena:ſed ſupple lubrica & libidinem cordis indicante:quum,id eſt,quando carmina intrãt
lumbos.i.renes & partes libidinoſas ad libidinem excitant & ubi. i. quo tempore hoc eſt quando
(ponitur etenim aduerbium loci pro temporis aduerbio) intima,id eſt,peniuſſima mẽbra cuiuſ-
modi ſunt præcordia:ſcalpuntur,id eſt,titillantur:uerſu tremulo,id eſt,tremula uoce prolato (hi-
ſtrionis potius quàm philoſophi ut eſt apud Aulum Gellium more) Tun .i. tu ne ô uetule colligis
eſcas.i.alimenta cupiditatis tuæ.alienis auriculis.i.ex applauſu audientium talem recitationẽ uer-
ſuum tuorum:auriculis dico non eruditis aut diſertis:ſed ineptiſſimis,& quibus tu perditus cute,
id eſt,non habens cutem ſed deformem (ut dicit Iuuenalis) pro cute pellem.i.uetulus rugoſam ha-
bens faciem.dicas.i.dicere poſſis.Ohe?quod ſignum eſt ad ſaturitatem laudatí aut faſtidientis lon
giorem laudationem. Sed ſcies lector , licet commentarij non dicant expreſſe cuius ſequentia
uerba ſint, tres aut plures eſſe opiniones . Quidam enim dicunt : eſſe uetuli dicentis continue:
ohe quid ſupereſt aut iuuat didiciſſe niſi,&c.ſed non eſt ueriſimile,quia ſenex non diceret ſe in pe-
ctore habere fermentum aut caprificum . Alij dicunt eſſe monitoris percipiẽtis poetam uelle ad-
huc

hue multa dicere in captatorem gloriæ & interpellantis ac dicentis ohe: quaſi poeta uoluiſſet ſic A compleuiſſe ſermonem ſuum & dicas cute perditus ad auditores: nonne hoc aptum atq; decens? aut conſimiliter, & ad hoc reſpondiſſet monitor ohe. quaſi dicat iam ſatis inuectus es. quid enim iuuat didiciſſe niſi, &c. ſed neq; monitor diceret fermentum aut caprificum eſſe in eo quem defendit. Alij quos ſequar dicunt ohe quid didiciſſe, eſſe uetuli, & ſequentia poetæ. ut ſit & tu perditus cũ te dicas ohe, quaſi exultando atq; ſacietatem oſtendendo: quid ſupple eſt aut iuuat didiciſſe ſupple aliquam ſcientiam uolebat addere niſi noſcatur: ſed poetam præueniens implet addẽs niſi hoc fermentum, id eſt, hæc cupido gloriæ quæ te inflat ut fermentum panem, exierit, id eſt ſe manifeſtauerit, & caprificus, id eſt, cupido gloriæ quæ ſi in pectore ſemel fuerit exire cupit, ſicut caprificus etiã in lapideo muro ſemen aut radicem habens ipſum rumpit ut exeat: quæ eſt ſemel innata intus, id eſt, radicata in pectore exierit, id eſt ſe manifeſtauerit publice acceptando aſſentationẽ, & hoc iecore rupto, id eſt affectionẽ quam intus habet foris oſtendendo, ſicut murus caprificum aut eius radicẽ continens: ipſo rupto prodit quid intus habuerit. Ad quod poeta irridens. En pallor ſeniũq;. hoc eſt uide cur pallorem & ſenium præte feras. O mores ſupple corruptos. Ne, id eſt anne: ſcire tuum, id eſt, ſciẽtia tua eſt uſqueadeo, id eſt intantũ, nihil eſt, id eſt nullius commodi, niſi alter ſciat te hoc ſcire, id eſt, niſi ſcientiam tuam ad iactantiam oſtentaueris? Per quod non cõſulit poeta ut qui ſcientiam habent eam occultent, ſed ut non petant inanem gloriam ex ea: ſcientia enim dicit apoſtolus inflat. Quinetiam (ut Tacitus inquit) Cupido gloriæ ſapientibus nouiſſima exuitur. Et eſt regreſſio color rhetoricus. Scire debet grammaticus uerba infinitiua pro nomine in neutro genere ſæpe uſurpari, ut iſtud uiuere pro iſta uita. ſcire tuum pro ſcientia tua. Velle ſuum cuiq; eſt, pro eo quod eſt uoluntas ſua cuiq; eſt, &c. B

IOANNES BRITANNICVS.

Scribimus incluſi.] Strepitum fugientes. Iuuenalis. Qui facis in parua ſublimia carmina cella.

Numeros ille.] id eſt, uerſus qui pedum numeris conſtant. *Pede liber.*] A metri lege ſolutus.

Grande aliquid.] Ironia eſt, id eſt, orationem tumidam, inflatam. *Anhelet.*] Proferat uehementi ſpiritu. *Pulmo prælargus animæ.*] Abundãs ſpiritus. Nam ut ſcribit Plinius ſub corde eſt pulmo, ſpirandiq; officina attrahens ac reddens animam: idcirco ſpongióſus ac fiſtulis inanibus cauus.

Scilicet hæc populo.] Hinc omnis pendet indignatio poetæ, quod carmina ad laudem populi cõſequendam ſcribant. *Scilicet.*] Cum ironia infertur ſcilicet. Terentius. Id populus curat ſcilicet.

Pexuſq;, togaq; recenti.] Irriſio eſt in eos qui opera ſua recitantes, & carminis laſciuia, & cultu corporis fauorem populi quærunt. *Toga recenti.*] Noua. *Natalitia ſardonyche.*] Quę die natali dono miſſa fuit: nam natalem diem celebrantibus dona ab amicis mitti ſolebant: Martialis de natali Reſtituti. Certent muneribus beatiores, Agrippæ tumidus negociator Cadmi municipes ferat lacernas: Pugnorum reus ebriæq; noctis Cœnatoria mittat aduocato. Infamata uirum puella uicit, Veros Sardonychas ſed ipſa tradat. C *Sardonyche.*] Onyx gemma eſt, cui nomen eſt coniunctum cum Sarda alio lapide. Nam ut Sudines dicit auctore Plinio, onychi candor eſt in unguis humani ſimilitudinem: item Chryſoliti & Iaſpidis & ſardæ, unde nominis ſocietas oritur. Sardonychem Ptolemæus à Sardonyche monte Indiæ deriuari ſcribit, ea uſus eſt primus ſuperior Africanus: auctor eſt Plinius. Virili genere poſuit Iuuenalis, In manibus denſi radiant teſtudine tota Sardonyches. Tandem ſignum eſt tarditatis: dictum in exprobrationem nimij cultus, quem turpem eſſe in homine oſtendit Ouidius dicens, Sint procul à nobis iuuenes ut fœmina compti: Fine coli modico forma uirilis amat. *Albus.*] Mundus, politus: ſic enim ſperat ſe populi fauorem promereri poſſe, aut (quod magis placet Porphyrioni) pallidus. *Sede celſa.*] Eminenti cathedra. *Liquido cum plaſmate.*] Irridet id uitium, quod frequens erat apud recitantes: nam ut uoce molliore pronunciarent, plaſmate utebantur. unde Fabius Quintilianus ita eos ſugillat. Lectio ſit uirilis & cum ſuauitate quadam grauis: non tamen in canticum diſſoluta: nec plaſmate ut nunc à pleriſque fit, effœminata. Plaſma genus eſſe potionis oſtendit Cato, eum ait de plaſmatis bibendis: unde bene poeta dixit liquido, id eſt, non ſpiſſo: ſed diluto. eo uox commendatur: à plaſſo uenit quod eſt fingo & compono. *Guttur.*] Accipitur pro ea parte quæ eſt à faucibus ad iugulum. unde Plinius. Guttur homini tantum & ſuibus intumeſcit, aquarum quæ potantur plerunq; uitio: gula uero ea fiſtula appellatur qua cibus atq; potus deuoratur: cõſtatq; neruo & carne: hæc tamen ab auctoribus confunduntur. D *Colluerit.*] Bibendo lauerit. *Fractus.*] In laſciuia profuſus dum impudica carmina recitat. *Patranti.*] Libidinanti, quaſi rem carmina recitando perficiat. Patrare enim eſt aliquid turpiter committere, ut ille homicidium patrauit: ergo patranti trementi, & libidinoſe ſe agenti. quod libido efficere ſolet, ut Iuue. oculoſq; in fine tremẽtes.

Ocello.] Satyrice hominis laſciui ocellum appellauit. *Hic neque more probo.*] Auditorũ impudentiam notat, qui turpi geſtu, & illiberali motu corporis recitantes ſubſequuntur. Hincq; oſtendit in ſcenis laſciua carmina recitari conſueuiſſe, quod ut turpiſſimum notat Perſius. Quare non debita laude fraudandi ſunt Maſſilienſes qui in ſcenam (ut Valerius tradit) nullum aditum mimis dederunt, quòd eorum argumenta maiore ex parte ſtuprorum continent actus: ne talia ſpectandi cõſuetudo etiam imitandi licentiã ſumeret. *Hic.*] Aut hic pro tunc, aut hic pro illic, ſcilicet in auditorio. *Neque more probo.*] Sed laſciuo geſtu. *Voce ſerena.*] Nec clara uoce. ſed tremula & fœminea, qđ libido ſolet efficere. *Trepidare.*] Quodã libidinis titillatu moueri & plaudere recitãti, cũ tam laſciue pronũciet carmina. *Ingentes Titos.*] Ironia eſt. i. Romanos principes magnę auctoritatis

A ritatis & urbis tutores. Romanorum enim eſt prænomen Titus à tuendo. unde & tituli milites ap-
pellabantur, quaſi tutuli, quod patriam tuerentur. *Cum carmina lumbũ intrant*] id eſt, recipiuntur
lũbis, ubi ſedes eſt Veneris & omnis libidinis excitatio. Scalpuntur, titillantur. *Tremulo uerſu*]
Voce tremula pronunciata à poeta. *Tun uetule auriculis.*] Hoc pendet ex eo quod ſupra dixit.
Tunc cum ad canitiem. reprehendit enim eos qui extrema ætate gloriam & laudem quærunt ſcri-
ptis ſuis. Tun uetule, geſtu excandeſcentis & irati pronuncia, & eo uultu quo delinquentes coram
corripimus. Vetule nomen eſt conuicij. Nam plerunq; uetus infertur ad laudem, interdũ ad uitu-
perationem, ut hic, quaſi carioſe, rancide. ſic Terentius. Sed qui maliuoli ueteris poetæ maledictis
reſpondeat. *Colligis eſcas auriculis alienis.*] i. carmina ſcribis ut eorũ delectatione aures uulgi pa-
ſcantur, & inde te laudent. *Auriculis.*] Repetitio eſt facta ad maiorẽ indignationẽ. Teren. in An-
dria. Olim iſtuc, olim cum ita animũ induxti tuum. *Quibus & dicas cute perditus ohe.*] Irriſio eſt
qua oſtendit quàm turpe ſit ſeipſum oſtentare. *Cute perditus.*] Ita quidem ſenex ut iam cutẽ ami
ſeris, quod in ſenibus accidit. unde Iuuenalis de ſene. Deformẽ pro cute pellem. *Ohe.*] Vox bac
chanuum eſt, ut illud Horatij. Quo me Bacche rapis tui plenum? Ohe recenti mẽs trepidat metu.
Donatus tamen ad ſatietatẽ ſignificari docet, ut Iuuenalis. Satur eſt cum dicit Horatius ohe. *Quid
didiciſſe.*] Hoc pendet ex eo. O quantũ eſt in rebus inane. Nam ambitionẽ eorum irridet qui ideo
B uirtutem colunt ut famam & gloriam aſſequantur. Vnde erumpit illud Iuuenalis. Tanto maior fa
mæ ſitis eſt quàm uirtutis. quis enim uirtutẽ amplectitur ipſam præmia ſi tollas. Ouidius in Arte
amandi. Quid petitur ſacris niſi tantum fama poetis? Hoc uotum noſtri ſumma laboris habet.
Quid didiciſſe] Eclypſis eſt. ſubaudi aut prodeſt aut iuuat, uel aliquid tale. *Niſi hoc fermentum et quæ
ſemel intus, Innata eſt rupto iecore exierit caprificus.*] id eſt, niſi hæc tua ſcientia quæ pectore tuo uix
præ tumore contineri poteſt, oſtenſa fuerit. Fermentum: apte fermento ſcientiam oſtẽtatoris com
parauit. Nam quemadmodum fermentum, quod à feruendo eſt dictum, farina inuolutum ſuo fer
uore erumpit & tumore: ita etiam ſcientia in oſtentatoris pectore incluſa erumpere omnino cupit
nec coerceri poteſt. *Intus.*] In altitudine pectoris. *Exierit.*] Patefacta fuerit & diuulgata. *Ca-
prificus.*] Ex ſyluestri genere ficus eſt, nunquam (auctore Plinio) matureſcens: è muris maxime e-
rumpit. Martialis. Marmora Meſſalæ findit caprificus. Iuuenalis. Ad quæ diſcutienda ualent ſteri-
lis mala robora fici. *Rupto iecore.*] Perſtat in metaphora, id eſt, patefacto pectore. Iecur noſtrum
eſt: hepar uero Græcum. *En pallor ſeniumq;.*] Ironia eſt. quaſi dicat, & cur non oſtentet ſcientiam
ſuam cum ex nimio ſtudio & pallorem contraxerit, & ſenio ſit confectus. *O mores.*] Exclamatio
eſt cum indignatione in ambitioſum oſtentatorem, cum unuſquiſq; conſcientia benefacti conten
tus eſſe deberet. *Scire tuum.*] Hunc uerſum allegat Quintilia. lib. ix. dicens in eo figurã eſſe quam
C regreſſionem appellat, quod ſæpius idem uerbum repetatur.

IOANNES BAPTISTA.

Scribimus incluſi.] Cicero in Salluſtium ait, Carere debet omni uitio, qui in alios paratus eſt di
cere. Cui ſubſcribit Satyricus illo uerſu, Loripedem rectus derideat, æthiopem albus, ne illud Ora
tianũ dici poſſit. Cum tua non uideas oculis mala lippus inunctis, Cur in amicorum uitijs tam cer
nis acutum. Nam ſi quis delinquẽtes obiurgat: cum is in eoſdem (ut uerbis Plut. utar) illabatur er-
rores, hic ignorare uidetur ſub illorum nomine ſua ſe incuſare crimina. unde pluratiuo numero
Perſium uti exiſtimo, non ut ſe in eorum numero ponat, qui gloria tantum moti, & incitati ſcribe
bant, ſed ad maiorem indignationem oſtendendam. Tribus enim modis utimur numero multitu
dinis: Ad magnificentiam ſtyli. Luca. Bella per emathios pluſquam ciuilia campos, Iusq; datũ ſce
leri canimus. Ad exprimendam indignationem, ut hic, & apud Verg. Moriemur inultæ? ſed mo-
riamur ait. Et ad humilitatem oſtendendam. Cicero. Non ſpe moti uenimus ad ſcribendum. Idem
ad Curi. Vt quoniam ſane feliciter, & ex mea ſententia rempublicam geſſimus. Incluſi autem di-
xit, quoniam (ut inquit Ouidius in primo de Triſtibus) Carmina ſeceſſum ſcribentis, & ocia quæ
rũt. Cui ſuffragatur libro decimo Quintilianus his uerbis. Deniq;, ut id potiſſimum dicam, ſecre
tum quod dictando petit, atq; liberum arbitris locum, quam altiſſimum ſilentium ſcribẽtibus ma
D xime conueniat nemo dubitauerit. Idem: Demoſthenes melius, qui in loco ex quo nihil perſpici
poſſet recondebatur: ne aliud agere mentem cogerent oculi. Ideoq; lucubrantes ſilentium noctis
& clauſum cubiculum, & lumen unum uelut tectos maxime teneat. In quę facientes dixit Oratius,
ſecreta petit loca, balnea uitat: & alibi. Scriptorum chorus omnis amat nemus, & fugit urbem.
Numeros.] Numerus hic ponitur pro uerſu, quia certis numeris pedum conſtat. Sed proprie nu-
merus ſiue modus eſt imago modulata, ſeruans numerum ſyllabarum, poſitionem ſæpe ſublatio
nemq; cõtinens. Vergilius. Numeros memini ſi uerba tenerem. Græce dicitur Rhythmus à Rhyth
monio Orphei filio & Idmoneæ Nymphæ marinæ (ut tradidit Niceratus in libro quem compo-
ſuit de Muſæo fratre Rhythmonij. *Pede liber.*] Proſam intelligit orationem, quæ uerſuum pe-
dibus, & ſi ſuos habeat concentus, non ſubijcitur. Papinius. Seu plana ſolutis Conſtruis or-
ſa modis. huius inuentor fuit Cadmus. Plinius libro quinto, Miletus inquit nõ fraudãda ciue ſuo
Cadmo, qui orationem proſaicam primus inſtituit. At ſecus in ſeptimo his uerbis: proſaicam ora
tionem condere Pherecides Syrius inſtituit tempore regis Cyri, hiſtoriam Cadmus Mileſius. A-
puleius quoque in Floridis Pherecidi hanc non Cadmo aſcripſit, à quo inuentam credi hiſtoriam
Ioſephus primo contra Appionem uolumine refert. Prorſam autem non proſam dicendum
eſſe docet Apuleius, prorſa dicens ſeu uorſa facundia, hanc Græci πεζὸν λόγον dicunt. *Grande.*]
Turgidum

turgidum,& inflatum, ampulloſum. *Pulmo.*] Qui ſpirandi eſt officina. unde dixit poeta ſpira- A
menta animæ. Omnia,quæ ſpirant(ut auctor eſt Ariſto.)habent pulmonem,ideoq; piſcium nulli
pulmo ineſt:quando non ſpirant, ſed pro eo branchias obtinent. Ab Ariſtotele diſſentit Plinius.
Suidas auctor Græcus refert neq; entoma,id eſt inſecta:neq; oſtracoderma,id eſt teſtacea,neq; ma
lacoſtraca,id eſt,mollia reſpirare. philoſophi pulmonem flabellum cordis nominant, & uentila-
brum,quo calorem cordis refrigerari neceſſe eſt:ſed plura infra de pulmone,qui Græce πλεύμων di
citur. *Quod.*] Antiqui codices habent quo. *Prælargus animæ.*] Abundans ſpiritus:nil enim eſt
anima aliud ſecundum Hippocratē, niſi ſpiritus tenuis per omne corpus diffuſus. *Anhelet.*]
Recitatione feſſus uehementer reſpiret. Eſt enim pulmo cauus intrinſecus fiſtulis ſpongiæ inſtar di
ſtinctus,ut ſpiritu hauſto cordis ardorem huiuſmodi reſpiratione tepefaciat:maxime autem mo-
uetur pulmo cum loquimur,& longa oratione ueluti feſſi ſpiritum ducimus; unde dixit anhelet.
Platonem,qui dixit pulmonem cum ſpiritu potum haurire,Macrobius probat,& defendit:& Era
ſiſtratus culpat: At eum Plutarchus tutatur. ut refert Gellius in xvi. *Scilicet hæc populo.*] Senſus
eſt. Quum poeta ueſte pexa indutus quicquid molle,petulans,& laſciuum habet compoſitum re-
citabit:illuc gradu militari & concitato Romanos omnis libidinoſos feſtinare & currere uidebi-
mus:qui tanta afficientur uoluptate ex tremula,& criſpanti recitantis uoce,ut turpi geſtu,& motu
corporis illiberali recitantes ſubſequantur. Et eſt affirmatiue,non autem cum ironia pronuncian B
dum(ut quidam ſentiunt)ut apud Ciceronem in i.epiſt. ad Lentulum. Me ſummo in dolore,quē
in tuis rebus capio,maxime ſcilicet conſolatur ſpes.& in xv.ad C.Caſſiū. Vnus ſcilicet fructus qui
in te uidendo eſt,percipi animo non poteſt. nam ſi ironice acciperetur,à ſenſu ſuo Perſius penitus
eſſet diſſentiens. *Hæc.*] Cum recitabit ſubintellige. *Pexus.*] Ornatus, politus, nitidus,pectina
tus, uel pexa ueſte indutus. Pexa autem ueſtis dicitur elegans, precioſa,cōcinna, unde & pexatus
dictus ueſtibus pexis indutus. Martia. Pexatus pulchre rides mea Zoile trita. A Quintiliano quo-
que pexus doctor decenter accipitur pro eleganti,terſo,& exculto. Plinius in viij. Lanā Hiſtriæ ue-
ſtibus pexis alienam eſſe ait. Dicta autem pexa ueſtis à ſpiſſitate textrini,quam Plautus tunicā ſpiſ-
ſam appellat in Epidico. propterea pexibarbos inquit Probus iuuenes pexæ barbæ uocitatos, &
denſæ. pexatū araneæ orbem appellat Plinius. Hieronymus tunicā pexā pro lacera,& ſordida po-
ſuit,ſed contra omnes auctores,qui pure & ſignificanter locuti ſunt. uerba diui, & ſanctiſsimi ſcri
ptoris hæc ſunt aduerſus Iouinianū. Tunc pexa tunica,& nigra ſubucula ueſtiebaris, ſordidatus,
& pallidus. *Toga recenti.*] Noua. quid ſit toga omnes ſciunt etiam grāmatiſtæ triuiales, cū nō ſo
lum hoc apud Diomedē,& Pedianū lib. ij. Verri. ſed apud omnes tam claſſicos, ꝗ̃ proletarios ſcri
ptores inueniatur,de qua plena gloſſulariorū exchartabula. Recēs aūt dicitur nouū, quod nuper
accidit, ut ſcribit Cic. lib. iij. Tuſc. Nō raro aduerbialiter apud autores ſumitur. Plautus. Qui recēs C
ex agro uenerat. quo Apuleius. Suet. cæteri utūtur. Orat. Sole recens orto,pro recenter, quod alle
gat Priſc. lib. xvij. oſtendens nomē pro aduerbio poni. Verbū uetus eſt recētare, quod ſignificat re
nouare,& iterū fieri recens,ut Marcellus Gelliusq; notificāt. Hinc illud Gn. Meuij in Mimiambis.
Iamiam albicaſcit polus,& recentatur. Vergil. in Georg. Sole recens orto,aut noctē ducētib. aſtris,
ubi Seruius recens pro ſtatim poni in expoſitione ſua dicit. Quod carmen in lib. de grāmatica ci-
tans Auguſt. recens.i.recenti tēpore interpretatus eſt. *Albus.*] Pallidus propter ſtudiū, uel pro-
pter auditorū frequentiā,quæ ſæpe terrorē incutere conſueuit. Poſſumus & albū nitida, elegān, &
precioſa ueſte indutū exponere:ut ita poetā recitantē taxet,qui nō carminis elegantia, ſed decoro
corporis habitu ſtuderet ſe auditoribus cōmendare. *Sardonyche natalitia.*] Quā die natali dono
ab amicis conſecutus fuerat,dum illū ſolenniter celebraret. Auguſtus à Mecœnate ſodali ſingulis
annis phialam dono in natalitijs accipiebat. Auctor Plutarchus. Natalē autem ſolitū antiquitus ſo
lenniter coli nemo eſt qui ignoret,quo lautiora cōuiuia & feſta fiebant,quæ M. Tullius natalitia ap
pellat,à natali celebratione natalis diei,quo & munera miſſitabant,unde Martialis. Certent mune
ribus beatiores, Agrippæ tumidus negociator Cadmi municipes ferat lacernas. Perſæ in primis
natalem diem religioſe coluerunt ut inquit Herodotus. Sunt autem Sardonyches gēmę,quæ olim
in uſu Aphricani fuerunt,& Claudij Cæſaris,ut ſcribit Plinius. Ptolemæus à Sardonyche monte In D
dīæ deriuat. Sardonychen Polycrates Samiorum tyrannus fertur habuiſſe pulcherrimam in an-
nulo,qui à Plinio & Herodoto commendatus eſt. Dicitur in fœminino genere,ut hic,& apud Iuue
nalem. Ideo conducta Paulus agebat Sardonyche. Item in maſculino. Idem. In manibus denſi ra-
diant teſtudine tota Sardonyches. Quidam etiam Sardonychū ſcripſerunt. Idem. Arguit ipſorū
quos littera,gemmaq; princeps Sardonychus. Prętерea illud ſciēdum eſt; Indos factitare capulos
gladiorum de ſardonyche gemma. auctor Plinius. *Tandem.*] Moram deſignat hoc aduerbiū, &
tarditatē,unde eo nunc utitur Perſius in nimij cultus exprobrationē,quem hominē non decere at
teſtatur Ouidius dicens,Fine coli modico forma uirilis amat. Hinc Demoſtheni, qui & ueſtitu,cę
teroq; cultu corporis nitido,uenuſto,nimiſq; accurato fuiſſe traditur,κομψὰ illa χλανίσκια καὶ μαλακοὶ χι
τωνίσκοι.i.elegans ueſtis,& molles tuniculæ ab æmulis aduerſarijſq; probro datæ ſunt. Auctor Gell.
Excelſa ſede.] Eminenti ſella,alto ſuggeſtu, ſublimi pulpito. *Liquido plaſmate.*] Notat uitium,
quod omnibus recitantibus illius tempeſtatis fere erat peculiare:nam plaſmate utebantur,ut ſua-
uiore ſono, & uoce modulatiore ſua carmina pronunciarent. Plaſma autem genus eſt potionis
quod modicē ſumptum uocem reddit clariorem,cuius meminit in primo Inſtitutionū Quintilia
nus,illo utētes his uerbis redarguēs. Sit in primis lectio uirilis,et cū ſuauitate quadā grauis,& non

F quidem

A quidem proſæ ſimilis, quia carmen eſt, & ſe poetæ canere teſtantur, non tamen in canticum diſſoluta, nec plaſmate, (ut nunc à pleriſq; fit) effœminata. Alias Plaſma Cypriano, & cæteris dicitur opus, quod Plinio figlinum appellatur: ἀπὸ τοῦ πλάσσειν ὃ πλάττειν ἐστὶν quod fingere eſt: unde plaſtice, ars fingendi imagines ex argilla, & plaſtes qui artem exercet, hoc eſt fictor. *Guttur.*] Guttur eſt pars poſterior colli, qua ſpiritus trahitur, ac redditur. auctor Ariſtoteles. unde exit iocus ille Plauti ex Aulul. Etiamne obturat inferiorem gutturem, nequid animæ forte amittat dormiens. hinc gutturnium aquale uocatum miniſtratorium, quod aquam dat manibus ex gracili, tubulatoq; collo fiſtulatim aqua defluа: ſiue non à gutture, ſed à rorulentis guttis, quod guttatim funderet ut auctor eſt Varro. Guttura qui habent tumida, dicuntur gutturoſi, quod ex aquarum uitio prouenit, ut Plinius & Vitruuius docent. unde gutturoſos Alpinos, Apēninicolasq; frequentiſsimos quotidie uidemus. ex quo Iuuena: Quis tumidum guttur miratur in Alpibus. Vlpianus Iuriſconſultus refert, ſi quis natura gutturoſus ſit non uideri morboſum, uel uitioſum. *Colluerit.*] id eſt, lauerit dum biberet: eſt enim colluere lauare, ſed fere ad os, & ea quæ in ore ſunt pertinet. Plinius: prodeſt etiam gingiuis ſi eo ſæpius os colluatur. Idem. medetur dentibus & fabrile glutinum in aqua decoctum, illitumq;, & mox paulo detractum, ita ut cōfeſtim colluatur uino, in quo decocti ſint cortices mali punici dulcis. *Fractus.*] Elumbis, diſſolutus, in libidinem profuſus.

B *Ocello patranti.*] id eſt, turpiter ſe mouenti, tanquam recitādo aphrodiſia exerceret, quod ſolet, ut ait Seruius, libido perficere. Iuuenalis in vij. Oculosq; in fine trementes. Vergilius in ij Ecloga. Tranſuerſa tuentibus hirquis. Hoc autem accidit, quoniam oculi auctore Hippocrate quandā habent cum genitalibus ſympathiam, quod aſſerere uidetur & Ariſtoteles in ij. De animalium generatione ſcribens, ſedem oculorum maxime omnium locorum capitis ſpermaticā eſſe. unde Apoſtolus taxat oculos, ut pote plenos mœchationibus, & inceſſabilibus delictis capientes animas infirmas. Solomon inquit, oculi hominum inſatiabiles ſunt. Idem. Nequius oculo quid creatū eſt? Quintilianus in ea declamatione, cui titulus eſt Cæcus in limine. Oculi tota noſtra luxuria, hi in omnia quotidie uitia nos præcipitant, mirantur, adamant, concupiſcūt. Detrahe homini oculos, omnem cupiditatem detraxeris. Vitijs enim noſtris in animum per oculos uia eſt, ut inquit idem auctor. *Hic neque more probo.*] Romanos qui poetas poemata ſua laſciua, & eneruata molli illa, & effœminata uoce recitantes audiendi mira uoluptate capiebantur, accuſat Perſius, oſtendens in ſcenis nil niſi laſciuum, & molle recitari, quod eſſe dedecoroſum, & ciuitatibus bene inſtitutis inutile quis ignorat? Vnde optime Maſſilienſes, qui in ſcenam nullum aditum mimis dederunt, quorum argumenta maiore ex parte ſtuprorum continent actus, ne talia ſpectandi conſuetudo etiam imitandi licentiam ſumeret. auctor Valerius in ſecundo, De inſtitutione antiquorum.

C *Hic.*] Tunc, uel in loco ubi carmina recitantur à poetis. aliter legi poteſt huc, ut habent Codices uetuſtiſſimi. *Neque more probo.*] Laſciuo, turpi, & inhoneſto. dictus probus quaſi prohibitus, quòd ſe à delinquendo prohibeat. *Nec ſerena uoce.*] id eſt tremula, criſpanti, & effœminata, quę aures audientium eneruant, mentes ſoluunt, & animos ad libidinem incitant. Vox autem eſt quicquid ſonat. auctor Seruius. Vergilius in iij. Et ad ſonitum uocis ueſtigia torſit. Idem. Fractasq; ad litora uoces. uox an ſit corpus uide Aulū Gellium lib. v. Noctium Atticarū. *Trepidare.*] id eſt, plauſu, & geſtu tremulo laſciuiam, & libidinem ſuam demonſtrare turpi corporis agitatione. Vox enim obſcœna maxime pruritum libidinis excitat. unde Iuuenalis. Quod enim non excitat inguē Vox blanda? & nequam digitos habet. Vel feſtinare, celeri curſu aduentare, ſi legis huc. Oratius libro ij Carminum. Ramis & obliquo laborat Lympha fugax trepidare riuo. *Titos ingentes.*] .i. Romanos nobiles, & potentes. dicti Titi quaſi tituli à tuendo, quia patriam defenderent per tranſlationem, ſunt enim tituli indices cuiuſcunque operis. Græcis ἔλεγχος titulus dicitur, qui tueatur factum auctoris, ut ſi quis alterius opus eſſe contendat, ueri opificis indicet nomen. Vel dicuntur Titi à Tito Tatio Sabinorum rege, qui partiario cum Romulo diuiſit imperiū, à quo curia ex tribus una Titia dicta, & Titienſis. Nonnulli tamen inter quos eſt Cornutus, Titos hic exponunt libidinoſos, quoniam priſci Titos columbos appellant. Obiter Seruianū codicem emacula in Bu-

D colicis. Raucæ tua cura palumbes, id eſt, brungidæ, quos uulgus tetas appellat: tu tetas dictionem aductitiam obeliſco confodito, & aſteriſco titos ſubſtitue. *Intrant lumbos.*] In quibus uis, & ſedes eſt libidinis. hinc ad Apoſtolos dicitur. ſint lūbi ueſtri præcincti, & in catholicis ſcripturis ſcriptū eſt: Omnis uirtus eius in lumbis, & omnis poteſtas in umbilico. Vbi honeſte uiri & mulieris genitalia immutatis ſunt appellata nominibus, ut diuus Hieron. interpretatur. Catullus. Sed his piloſis, qui duros nequeunt mouere lumbos. Ouid. in obſcœno carmine. Criſſabit tibi fluctuante lumbo. Tale eſt illud Iuuenalis in vi. Cum tibia lumbos Incitat. laſciuo enim cantu, & ſono libido maxime excitatur. *Scalpuntur.*] Titillantur, fricantur. *Verſu tremulo.*] Propter uocē laſciuā modulatam, fragilē, & tremulā recitantis poetæ, qui canore ſuo affectato, & uoce in fœmineum ſonū tranſeunte, ad libidinis pruritū Romanos excitabat. *Tun uetule.*] Vetulū, & ſeneſcentē poetā ſcriptorum ſuorū molli & effœminata recitatione laudes & gloriā quærentē mordet, atq; reprehendit, & ex hoc magis indignatur, quia ſenio confectus eſt, quæ ætas ſapientiæ condimentū eſt, unde ex aliquo facinore maiori notatione digni ſenes exiſtimantur. Aetati uero adoleſcentiæ (ut ſcribit Cicero) aliquid dandū eſt, atq; concedendū. In cuius lubrico qui non cadit, ſaltem titubat ut ſcribit Seneca. *Vetule*] Vetulū hūc nominat poetā, nō quod ita uocaretur, ſed per excandeſcentiā in eius cōuiciū: nā uetus plerūq; refertur ad laudē ut ait Donatus, interdū ad uituperationē, ut hic, et apud

i Teren-

Terentium in Andria. Sed qui maleuoli ueteris poetæ maledictis reſpōdeat: Idem uietus, ueterno- A
ſus ſenex. Ennius dixit ueter eo uerſu. Cum ueter occubuit Priamus ſub Marte Pelaſgo. *Auricu-
lis alienis.*] id eſt populi, diminutiue: auris autem dicta, quod uoces hauriat. Vergilius. Vocem his
auribus hauſi: uel à Græco. illi enim dicunt τὰ ὦτα. conſecratæ autem aures ſunt (ut ſcribit Seruius)
memoriæ, ut frons Genio, digiti Mineruæ, genua Miſericordiæ. In libris Regum auricularius à ſe-
creto dicitur archigrammateus, quem & lingua uernacula ſecretariū appellitant. *Colligis eſcas*].
delectationem, beniuolentiam, & fauorem. Componis enim carmina, quibus populi aures affici-
antur uoluptate, teq; maxima laude celebrent, & proſequātur. *Quibus*] ſcilicet indoctis, proculca
tis, & iacentibus, & eſt cum admiratione pronunciandum. *Auriculis.*] Repetitio maiorem oſten
dit loquentis indignationem. Terentius. Olim iſtuc, olim cum ita animum induxti tuum. *Cute
perditus.*] Qui ſenex es adeo, & ſenio confectus, ut iam cutem amiſeris, & factus fueris turpis, de-
formis, rugoſus, & niger, quæ omnia ſenibus accidere quis ignorat: hinc Iuuenalis. Deformē prò
cute pellem. Rugoſos Lucilius ſenes appellat illo uerſu. Rugoſi, paſſiq; ſenes eadē omnia quærunt.
Fiunt autem nigriores, an quia res omnes excepto ſitu nigriores quum putreſcunt euadant, ſene-
ctus autem non niſi quædam putredo eſt. an ob hoc quòd ſanguis ſiceſcens nigrior reddi ſoleat,
merito ſenes ſunt nigriores: ſanguis etenim eſt qui noſtra corpora colore tingere ualeat naturali.
auctor Ariſtoteles in parte ultima Problematum. *Vel cute perditus.*] Ob uigilias, ac ſollicitudines B
macilentus. Sed prior expoſitio magis placet. *Ohe.*] Satis eſt, quia nunquàm laſſeſcerent te au-
diendo. Ohe autem interiectio eſt ſatietatem uſq; ad faſtidium deſignans, ut teſtatur Donatus, quę
contentum, nec plura quærentem uidetur ſemper indicare, eſtq; peculiaris Oratij. Martialis: Ohe
iam ſatis eſt ohe libelle: Iam peruenimus uſq; ad umbilicos. Iuuen. Satur eſt cū dicit Oratius ohe.
Plautus in Aulularia Abſcede hinc, etiam nunc, etiam nunc, etiam, ohe iſtic adeſto, quaſi diceret ſa
tis eſt. Idem in Sticho: ohe iam ſatis eſt. *Quid didiciſse.*] Eclipſis figura, quæ fit neceſſariè dictionis
defectu ad integrum ſenſum percipiendum, de qua Quintilianus in ix. ſubintelligitur enim iuuat,
uel prodeſt, uel aliquid ſimile, & ſunt uerba aduerſarij auribus populi eſcas colligentis à Perſio a-
cerrime caſtigati: qui cum carmina ſua nullius precij niſi eſſent uulgata exiſtimaret, ad hunc mo-
dum reſpondet: O Perſi quid mihi proderit tanto labore, & ſtudio hanc ſcientiam mihi compa-
raſſe, ni aliquando recitatione manifeſtetur, & è pectore meo exeat, alijs futura emolumento, mihi
uero utilitati atq; gloriæ: Artes enim ideo diſcuntur, ut exerceantur, exercentur autem uel ad ſubſi
dia uitæ, uel ad uoluptatem, uel ad gloriam inquit Lactantius in iij. *Hoc fermentum.*] id eſt, hanc
ſuperbiam, hunc tumorem animi metaphorice. eſt enim fermentum ea farina quæ cum aqua ſub-
acta & acida reddita reliquam maſſam turgere facit; & ad conficiendum panem aptam reddit. À
fermento nomine, fit fermento uerbum, cuius paſſiuum eſt fermentor. Plin. Palamq; natura eſt a- C
core fermentari. Idem cum fuerit panis hordeaceus cicerculæ farinæ admixtione fermētatur. Dici
tur & fermenteſcere Plinio, pro eo quod eſt glutinamenti ſpiſſamento condenſari. Idem ſolū repa-
ſtinatum pingue fermentum uocat. *Simul.*] Lego ſemel. *Rupto iecore exierit caprificus.*] Capri-
ficus è genere ficus eſt nunquam matureſcens, ſed quod ipſa non habet alijs tribuens. auctor Pli-
nius. è muris, & locis aſperis maxime erumpit, quod docet Martialis cum inquit, Marmora Meſ-
ſalæ ſcindit caprificus. Illud notandum, quod tradit Plinius lib. xxiij. cap. vij. Caprificum tauros
quamlibet feroces collo eorum circumdatam in tantum rabidam naturam compeſcere, ut immo
biles præſtet. Ficetis caprificus miſcetur quoniam ex ea culices generantur, qui aperientes ora fi-
corum immittunt auras Cereales, & inducunt ſuccum mitiorem. A caprifico dicuntur Caproti-
næ nonæ, auctores Plutar. & Macrobius. perſtat autem Perſius in tranſlatione, caprificumq; acci-
pit pro ſcientia poetæ oſtentatoris: nam ſicut caprificus ſaxa, & muros diſrumpit, atq; ſepulcra ex
marmore conſtructa ut docet Iuuenalis, ita doctrina rupto iecore tanquàm muro erumpere, atq;
exire contendit. *Exierit.*] In lucem uenerit, patefacta fuerit, & diuulgata. *Iecore.*] Iecur Græce
dicitur τὸ ἧπαρ, unde Hepatarium morbum iecoris Plautus appellat in Curculiōe his uerbis. Tum
te igitur morbus agitat hepatarius. Iecur fontem eſſe originemq; uenarum exiſtimauit Galenus,
ſine quo, & corde nullum animal ſanguineū reperitur, ut Ariſt. & Albertus magnus tradiderunt. D
In hoc uaticinij ſedem eſſe dicunt eius artis periti, ut refert Apollonius apud Philoſtratū. Quomo
do autem ſit in homine iecur collocatum elegantiſsime ſcribit Cornelius Celſus in iiij. Eſt & piſcis
hepar hoc eſt iecur marinū, quem Hepaton uocāt Ariſtoteles, Oppianus, Athenæus. *O mores.*]
Rerum expetendarum tria ſunt genera: eſt quoddam, quod propter aliud expetitur, ut pecuniæ,
quas cupiunt mortales, & ardenter expetunt, quoniam effectrices ſunt uoluptatum, & per illas cu
piditates explemus & deſiderijs facimus ſatis. ſublatis autem hiſce uoluptatibus, & rebus, quæ pe-
cuniarum interuentu conciliantur, non erit cur pecunia magnoperè deſideretur. Pecuniæ enim
non propter ſe expetuntur: ſed propter fructum, utilitatem, atq; uoluptatem. Eſt aliud, quod ſua
dignitate, & propter ſe tantum expetibile eſt, ut Virtus. Eſt porro quoddam ex horum partibus
iunctum, quod & propter ſe, & propter aliud expetendum eſt, ut amicitia. unde indignatur, excan
deſcit, & in hanc erumpit exclamationem Perſius: cum uirtutem ſolum excoli, & celebrari propter
famam, & laudes à Romanis conſpiciat, qui eam ſcientiam poſſidenti nihil prodeſſe exiſtimabant,
quæ alijs eſſet incognita, etſi (auctore Cicerone) unicuiq; ſufficere debeat ad gloriam benefacti con
ſcientia. Vnde eſt illud apud Vergiliū: Pulcherrima primum Dij moresq; dabunt ueſtri, tum cæte
ra reddet Actutum pius Aeneas, quod ſenſiſſe uidetur & Seneca in primo Epiſtolarū ad Lucillium

A his uerbis. Nec me ulla res delectabit licet eximia ſit, & ſalutaris, quam uni mihi ſciturus ſum: ſi cũ
hac exceptione detur ſapientia, ut illam incluſam teneam, nec enunciem, reijciam. Non ſunt beati,
quorum diuitias nemo nouit inquit Apuleius. per mores autem intellige hic malos, & peruerſos.
eſt enim Mos τῶν μέσων uocabulum: hinc non pauci uel bonum, uel malum adijciũt, ut eorum mens
facilius innoteſcat, ſicut faciunt iuriſconſulti Titulo de iniurijs, Titulo de extraordinarijs crimini-
bus, alijſq; multis in locis. *En pallor.*] Exprobratus eſt, ut illud Quintiliani. En improbitas.

Vſque adeo.] In tantum. Ne. an. *Scire tuum.*] Regreſſio eſt locutionis figura, quæ fit quandoq; in
eodem ſenſu, quandoq; etiam in diuerſo ſenſu, cum eadem uerba ponuntur. Interdum etiam uer-
borum iteratione mutata, & eſt indignatio cum ironia in eum, qui uirtutem ſuam nihil quicquam
prodeſſe credit, ſi illam ipſam occultet. Iuxta illud Græcum prouerbiũ: occultæ muſicæ nullus eſt
reſpectus. quod auctore Suetonio Nero iactabat, cuius meminit lib. xij. Gellius his uerbis. Noſti in
quam magiſter uerbum illud. ſ. uetus, egregiam muſicam quæ ſit abſcõdita, eam eſſe nulli rei. Cui
ſubſcribit illud Orat. Parum ſepultæ diſtat inertiæ Celata uirtus.

AELIVS ANTONIVS NEBRISSENSIS

Scribimus incluſi.] In quo Romani minus ſapiant, illud uidelicet eſt, quod ſcriptores parant at-
que componunt ſe iudicio uulgi, ut inanem fauoris auram inde aucupentur. adulatores uero adu-
B lationi ſubſeruiunt atq; ita ex æquo utriq; peccãt, quare in utroſq; poeta inuehitur. dicitur igitur.

Nos incluſi.] id eſt, à turba remoti. *Scribimus aliquid grande.*] id eſt, ſtylo grandiloquo & turgi-
do. per parentheſim uero partes prolepſis explicauit dicẽs: *Numeros ille*] id eſt, uerſus qui nume
ris ſyllabarum & temporum conſtant. *Hic pede liber.*] id eſt, ſolutus lege carminis. quaſi dicat in
proſa oratione. *Quod pulmo prælargus animæ.*] id eſt, aeris quem largiter ſpiret. *Anhelet.*] id eſt,
cum anhelitu reſonet. ſic infra. Tu neq; anhelanti coquitur dum maſſa camino Folle premis uen
tos. *Scilicet hæc populo.*] Subaudi quæ inſequuntur. nam ſuperiora, ad ſe tantum poterant perti
nere, niſi etiam uelis & illa recitationis gratia parari. Vti autem tanto apparatu fauoris plebei gra-
tia conciliandi, non poteſt reprehenſione carere, cum præſertim ex tam molli & laſciua recitatio-
ne auditores in libidinem ex illius uerbis conceptam pruriant. Dicit igitur. *Cum pexus.*] Subau
di poeta, aut capillos habens pexos: uel pexus, id eſt pexatus: hoc eſt ueſte pexa indutus. Martialis.
Pexatus pulchrè rides mea Zoile trita. *Et albus.*] id eſt, ueſte alba indutus. *Toga recenti.*] .i. no
ua. *Cum ſardonyche.*] Lapillo precioſo ſardium & onycha repræſentante. *Natalitia.*] id eſt, qua
ſolis natalibus utebatur, aut die natali ſibi dono data. Tandem ad moram ornatus referri poteſt.
ut Vergilius. Tandem progreditur magna comitante caterua. *Sede legens celſa.*] id eſt, in cathe-
dra recitans ſua carmina. *Et fractus.*] id eſt, euiratus effœminatuſq; uoce muliebri. *Ocello pa-*
C *tranti.*] id eſt, in recitatione quaſi rem ueneream perficienti, quod in oculis ludibundis maxime
cognoſcitur. Cum prius *Colluerit.*] .i. lauerit. *Guttur mobile.*] .i. flexibile ad uoces formãdas.

Plaſmate liquido.] .i. potione liquida ad uocem molliendam flectendamq; ſumpta. Dictũ eſt au-
tem plaſma à plaſmo quod eſt formo. *Hic.*] .i. tunc cum à poeta recitante talia fiunt. *Videas.*]
Videre poſsis. *Titos ingentes.*] Ciues Romanos ſic dictos à tuendo rempublicã. *Trepidare.*]
.i. pruritu libidinis titillari. *Cum carmina.*] id eſt quia carmina. nam cum coniunctio eſt cauſalis
hoc in loco. *Intrant lumbum.*] id eſt penetrant in ipſam libidinis ſedem. *Et ubi intima ſcalpuntur*]
Sumptum eſt ab ijs qui ſcabioſi cum ſint, dulcedine ſcabendi fruuntur. *Verſu tremulo.*] id eſt qui
uoce tremula & fracta in aures auditoris deſcendit, aut uerſu tremulo .i. titillatore membrorum.

Tun uetule.] In ipſum poetam quaſi auctorem tanti mali inuehitur, cum præſertim ſenex ſit. di-
cit igitur. *Tun uetule.*] Pro tu ne ô ſenex, & reſpicit ad illud quod ſupra dixit, nunc cum ad cani-
tiem. *Colligis eſcas.*] id eſt quæris materiam & fomenta libidinis. *Auriculis alienis.*] id eſt ut ali-
os incites in libidinẽ, quod turpius eſt, quàm ſi teipſum incitares. *Auriculis quibus.*] Capite quaſ-
ſanti hoc proferẽdũ eſt, quaſi diceret quæ libẽtiſſime huiuſmodi illecebras audituiæ ſunt: uel ad il
lud referendũ, quod infra dicturus eſt: auriculas aſini quis non habet: ut ſit auriculis quibus, ut in
telligas illos eſſe iudices ineptos, quibus talia deferantur. *Et perditus cute.*] .i. nimio ſtudio habẽs
D cutẽ pallore ac macie deperditã. *Dicas ohe.*] Vox bacchantiũ eſt: quales ſe poetæ nonnunquam
fingũt, hoc eſt Bacchi numine inflãmatos: ut Horatius. Ohe recenti mens trepidat metu. & Iuuena
lis. ſatur eſt cũ dicit Horatius ohe. *Quid didiciſſe.*] Verba ſunt poetæ qui laudis cupiditate ductus
ſcribit recitatq; carmina ſua, & reſpondet ad ea quæ Perſius in illum iecit. *Quid didiciſſe.*] Subau
di iuuat me, aut prodeſt mihi. *Niſi hoc fermentum.*] .i. hæc mea ſcientia, quæ ſicut fermentũ in maſ-
ſa panis facit tumorem, ita me cogit in aliquod opus componendum erumpere. *Et caprificus.*]
Solẽt caprifici inter ſaxa ædificiorum naſci, illaq; diſſipare. Martialis. Marmora Meſſalæ findit ca-
prificus. Et Iuuenalis. Ad quæ diſcutienda ualent ſterilis mala robora fici. *Quæ ſemel intus innata
eſt.*] id eſt, in publicum prodierit. Nam ut ait Seneca in Epiſtolis, Non me ulla res delectabit licet
eximia ſit & ſalutaris, quam mihi uni ſciturus ſum: ſi cum hac exceptione detur ſapientia, ut illam
incluſam teneam, nec enunciem, reijciam. *Rupto iecore.*] .i. Ruptis præcordijs, quo pacto caprifi
cus cum ex iuncturis erumpit diſcutit ſaxa. *En pallor.*] Verba ſunt Perſij in ambitioſum hũc poe
tam. dicitq; illũ non recte facere, quod cum ſit ſenex, non ob eam cauſam debeat ſtudijs impalleſce
re. *En pallor ſeniumq;.*] .i. En poeta pallidus & ſenex. turpis ſcilicet cauſa cur debeat pallere. *O mo
res.*] Subaudi perditos & corruptos, & eſt cum exclamatione ſimul & indignatione proferendũ.
Martialis. Dixerat ô mores, ô tẽpora, Tullius olim, Sacrilegũ strueret cum Catilina nefas. *Vſque
adeo*

adeo me.] .i.in tantum. *Tuum ſcire.*] .i.tua ſcientia. *Nihil eſt.*] .i.nihil utilitatis aut uoluptatis aſfert tibi. *Niſi alter ſciat te ſcire hoc.*] Subaudi quod ſcis:cum potius quemadmodum ab initio dixit,non debeat quærere ſe extra ſe,neq; quid alij ſentiant curare. A

MVRMELLII ECPHRASIS.

Nos incluſi in cella ſcribimus:ille quidem uerſos,hic autem à metri lege ſolutus, ſcribit magnum quippiam,quod pulmo ſpiritu abundans, anhelando proferat. Scilicet quando nobilium quiſpiam pexus,& indutus noua toga,& albus cum ſardonyche die natali dono ſibi miſſa, colluens liquido plaſmate mobile guttur,& in laſciuiam profuſus libidinanti oculo,recitauerit in eminenti cathedra populo hæc,tunc uidere poſſis magnos Romanorum principes libidinoſe moueri,neq; probo more,ſed impudicis geſtibus,neq; ſerena uoce,ſed tremula & fœminea, quãdo carmina recipiuntur lumbis,& poſtquam uiſcera titillantur molli uerſu.Tu ne carioſe ſenex carmina componis,ut eis aliorum aures paſcantur?aures inquam,quibus etiam tu qui iam præ ſenio cutẽ amiſeris,dicas ohe.Quid didiciſſe prodeſt,niſi iſta ſcientia tua,quæ uix præ tumore pectore contineri poteſt,& ſterilis iſta gloriæ cupiditas,quæ ſemel innata eſt in mente tua in lucem eruperit, pectore tuo patefacto?En pallor ſeniumq;,ô mores?nunquid uſqueadeo ſcientia tua nihil eſt, niſi alter ſciat per tuam oſtentationem te ea præditum eſſe?

SCHOLIA. B

Scribimus incluſi.] Suam perſonam ſatyrice admiſcet,ut liberius alios carpat, idq; minus ægre ferant.Eſt autem ſubintelligendum.Ego ſatyras ſcribo. *Scilicet.*] Ironicos ponitur. Sic apud Terentium.Id populus curat ſcilicet. *Cum ſardonyche albus.*] id eſt pallidus,ſicut & ſardonyx gemma qua ſe ornauit.hic enim cum eſt præpoſitio,in uerſu ſubſequenti eſt aduerbium. *Sede legens celſa colluerit.*] Hypallage eſt pro eo quod eſt,colluens liquido plaſmate mobile guttur, & fractus patranti ocello legerit in celſa ſede.Colluens autem participium tametſi præſentis ſit temporis,præteriti tamen accipiendum eſt. *Plaſmate.*] πλάσμα Latine figmentum interpretatur.Plaſma etiam dicitur potio ex dulcioribus quibuſdam rebus compoſita. Quintilianus libro I. Sit autem in primis lectio uirilis,& cum ſuauitate quadam grauis,& non quidem proſæ ſimilis,quia carmen eſt,& ſe poetæ canere teſtantur,non tamen in canticum diſſoluta,nec plaſmate(ut nunc à pleriſq; fit)effœminata. *Ingentes Titos.*] Ironia eſt,id eſt,Romanos principes magnæ auctoritatis, & urbis tutores.Romanorum enim prænomen Titus à tuendo.Vnde & tituli milites appellati ſunt, quaſi tutuli,quòd patriam tuerentur.Vbi,in quibuſdam exemplaribus legitur, ſcalpuntur ut intima uerſu. *Auriculis.*] Repetitio eſt facta ad maiorem indignationem. *Ohe.*] Vox eſt bacchantiũ. Meo iudicio legendum hic euœ ex Græco εὐοῖ quo Dionyſius geographus uſus eſt, εὐοῖ βάκχε λέγουσαι, id eſt,Euœ Bacche dicentes.Et Catullus.Euœ bacchantes,euœ capita inflectentes. Item Horatius. C
Euœ,recenti mens trepidat metu.Vnde quidam apud Iuuenalem non ohe,ſed euœ legunt illo uerſu.Satur eſt,quum dicit Horatius Euœ. *Quid didiciſſe.*] Eclipſis eſt,ſubaudi uel prodeſt, uel iuuat,aut tale quippiam. *Fermentum.*] A feruendo dictum fermentum eſt,quoniam feruefactum farinæ immiſtum,optimum panem facit. Quemadmodum uero fermentum ui ſua farinam diſrumpens,feruorem ſuum emittit:ſic ſcientia & doctrina in humano pectore incluſa, exire,ac ſuas oſtendere uires cupit. *Caprificus.*] Vt parietes ac ſepulchra caprificus penetrat, ac diſrumpit: ſic in eo,qui doctrinam intus conceperit, ea quemadmodum caprificus penetrare,ac iecore tanquam pariete diſrupto, exire nititur. Propter ſimilitudinem fermentum & caprificus ad rerum cognitionem ac ſcientiam transferuntur. Caprificus è ſylueſtri genere ficus eſt, nullo unquam tempore matureſcens, ſed omnia in quibus naſcitur loca ui ſua penetrans, & è muris maxime erumpens. *En pallor ſeniumq;.*] Suo loco & tempore exclamatione utitur,cum ſignificatione indignationis atque doloris.Eum enim indignanter reprehendit,qui cum etiam ſenio palleat,ita tamen alienum ſeà bonis moribus oſtendat, ut ſcientiam, quæ non alijs innoteſcat, nihil poſſidenti profuturam exiſtimet. *Niſi te ſcire.*] Figura eſt regreſſio.hoc enim uerbum ſcire repetitur eleganter.

At pulchrum digito monſtrari,& dicier,hic eſt.
Ten cirratorum centum dictata fuiſſe
Pro nihilo pendas?ecce inter pocula quærunt
Romulidæ ſaturi quid dia poemata narrent.
Hic aliquis cui circa humeros hyacinthina læna eſt,
Rancidulum quiddam balba de nare locutus,
Phyllidas,Hypſipylas,uatum & plorabile ſiquid,
Eliquat:& tenero ſupplantat uerba palato.
Aſſenſere uiri,nunc non cinis ille poetæ
Felix?non leuior cippus nunc imprimit oſſa?
Laudant conuiuæ:nunc non è manibus illis,
Nunc non è tumulo fortunataq; fauilla,
Naſcentur uiolæ?rides(ait)& nimis uncis

ASCENSIVS. D

At pulchrum, &c.] Hæc uerba uidentur mihi eſſe monitoris, oſtendentis pulchrum eſſe laudari, quod poeta non negat,ſed inficias ita ac pernegat proptetea præcipue bene faciendum aut bene dicendum tibi eſſe,ut lauderis ab illaudatis. *Dicier.*] Comica eſt paragoge pro dici.Digito monſtrari aliquando pulchrum eſt,ut ab illo qui dixit: ecce agnus dei. Et quæ, hic eſt ille Demoſthenes:& aliquando contumelioſum, ut ab illis qui dixerunt:ecce ſomniator noſter ee hic. *Ten.*] Comice dixit,pro tene

Naribus indulges. an erit qui uelle recuſet
Os populi meruiſſe: & cedro digna locutus,
Linquere nec ſcōbros metuētia carmina, nec thus?

A hoc eſt an te: dixit autem te dictata
fuiſſe: quomodo dicimur Vergiliū
& Homerū audiſſe uel legiſſe quan
do opera eorum legimus. Dictata
ſunt quę magiſtri pueris prælegūt,
ut ad eorum imitationem ſimilia faciant. Cirrati autem ſunt fere diuitū pueri, qui cirratos, id eſt,
cincinnatos, & calamiſtratos & ita criſpantes capillos habent. *Romulidæ.*] id eſt, Romani à Ro-
mulo denominati: Saturi autem malum habent fere iudicium. unde dicit Horatius in ſecundo Ser-
monum. Verum hic impranſi mecum diſquirite cur hoc: Dicam ſi potero: male uerum examinat
omnis Corruptus iudex. maxime autem uentri indulgentes inepti ſunt ad diuinorum contempla
tionem: obeſo enim uentre & præpingui, obtuſo fere ſunt ingenio: & ideo prouinciam omnino ſi-
bi negatam uſurpant ſaturi quærentes, quid dia poemata narrent. Læna, ueſtis eſt militaris, per
quam ſignificat quemuis nobilium & poetices ſtudioſum: quocirca legam cum Fontio & antiqua
lectione quam & Calepinus citat, & Plautius non damnat, immo imprimendam curauit: hyacin-
thina læna. nam licet argute exponatur & non inepte ponatur & pro etiam, ut ſit, etiā ianthina non
qualiſcunque læna: tamen id non animaduertenti, uidetur redundare particula &. hyacinthinus e-
B tiam color quia Phœbo dilectus, uidetur poetices ſtudioſo aptior, quàm ianthinus mulieri conue
niēs. Phœbo autem gratum ſic in Bucolicis docet Maro. Et me Phœbus amat, Phœbo ſua ſemper
apud me Munera ſunt lauri, & ſuaue rubens hyacinthus. Adde quod rubens color eſt militi & læ-
næ aptior, dicēte eodem Marone: & Tyrio ardebat murice læna. neque continuo ſi Plinius dicit ian
thinas eſſe ueſtes, quod nemo inficias ierit, hyacinthinas negauero: ſed finē facio. Rancidulū quid
dam. Quia ſingula Britannicus explanabit, paucis exprimā quod ſentio. Videtur poeta reſpexiſſe
ad rancidas carnes, propterea quod perditæ gulæ proceres rancceſcētes, & fere putridas carnes lau
darent, dicente Horatio Rancidum aprum antiqui laudabant. Apud quē Cauius dicit in cœna Na
ſidieni putridas & ſemicorruptas aues pro delitijs appoſitas: quo ergo teneriores eſſent carnes, ue
ſcebantur eis ſemiputridis: unde per diminutionem dicit rancidulum. Quid dam leges non quod
dā. quiddā enim ſubſtantiuū eſt & ita efflagitat adiectiuū ſicut hic rancidulū. Quoddā aūt adiecti-
uū eſt ſubſtantiuū deſiderans, ut quoddā carmen rancidulū. Nec eſt idē quod aliquid. Nā aliquid
denotat incertū quid, etiā dicēti: quiddā uero certū. ut ſi ſciero de quo loquor, dicā quidā ueſtrum
hodie uapulabit. ſin neſciero, aliquis, quaſi alius quis Quia ergo poeta loquitur de re certa ſibi, di
cturus Phyllidas, Hypſipylas, &c. dixit quiddā, quod idē cōtemptū & imminutionē ſonat, ut quid
dā prædij mihi datū ē: quaſi modicū quid. *Balba de n.*] Geſtū loquētis exprimit nō ſine nota eius.
Sūt enim delicati uſqueadeo ut graue ſit eis pleno ore eloqui: ſed quaſi naſum ducētes balbutiūt:
C quā rē blāditias præſe ferre ſignificat Hora. in primo Sermonū dicēs: Strabonē Appellat pætū pa-
ter, & pullū male paruus Si cui filius ē, ut abortiuus fuit olim Siſyphus, hūc uarū diſtortis crurib.
illū Balbutit ſcaurū prauis fultū male talis. Ecōtrario, ſi quis acutis narib. loquitur, prę ſe fert con-
temptū, ut in eodē Sermone: qui eſt prioris libri tertius. Iracundior eſt paulo: minus aptus acutis
Naribus horū hominū rideri poſſit, &c. Et paulo inferius dicet hic poeta noſter. rides ait, & nimis
uncis naribus indulges. Vtitur aūt ſingulari hic, & paulo poſt: ſonat hic de nare canina. Etiam ſin
gulari utitur numero præter conſuetudinē, nam uix ſingulariter in oratione inuenies: ſed nō ſine
ratione id facit. innuit enim geſtum loquentis, qui altera nariū duntaxat obſtrepit. In rectis ſingu-
laribus nō inueni niſi pro fluuio apud Vergilium Purpurea Nar albus aqua. Alexāder putauit e-
tiā nar dici in hac ſignificatione dicēs. Quæ primaria ſunt niſi naris curta manebūt. Sed genus di-
ſcrepat. nā nar aut maſculinū aut neutrū eſſet, ſed nare in ablatiuo fœminino utitur auctor, à nomi
natiuo inuſitato naris uel nares. *Phyllidas.*] Accuſatiuus eſt pluralis tertiæ declinationis: & ideo
more Græco ultimā corripit. Quæcūque enim habent accuſatiuū ſingularē in a correptā in tertia de
clinatione, & nō ſunt neutri generis: legitime mittūt pluralē in as correptā ſi quidē habent, ut hæc
phyllis huius phyllidos huic phyllidi hāc phyllida, & pluraliter has phyllidas. Nec obſtat qd' pro-
D priū eſt reginæ Thraciæ. quæ enim propria ſunt, ſi ſingulis conueniant, pluribus attributa pluralē
non refugiūt, ut Catones, Ioues, Veneres, Aiaces, &c. Ideo autem plurali utitur, ut in eorū contem
ptum ſignificaret eos canere triualia à pluribus decantata, ut ſunt de Phyllide & Hypſipyle. Hypſi
pylas aūt accuſatiuus eſt primæ declinationis, à nominatiuo Hypſipyle uel ſi Latine dicatur Hypſi
pyla. Fabulas recitabūt Plautius & Britānicus. *Vatū & p.*] Significat elegias. unde infra: eligidia
crudi dictarūt proceres. Eſt enim elegiaci carminis compoſitio cæteris facilior. ſi tn̄ decorū habeat
paucis data. *Eliquat*] .i. liquide effert, reſpicit quod prius dixit, tenero cū plaſmate guttur Mobi
le colluerit. *Aſsenſere u.*] Dicimus aſſentior aſſentiris nūc potius ut Gellius docet, q̄ aſsētio: repe
ritur aūt aſſentor primæ cōiugationis quod ad adulationē pertinet. Eſt aūt ironia qd' dicit uiri. nō
eīn uiros qui à uirtute dicti ſunt appellandos putat aſſentatores, qui ut applauderent aſtabāt. Sue
tonius eīn ſcribit, Neronē plures Alexandria euocaſſe & adoleſcētulos equeſtris ordinis, & quin-
queamplius milia è plebe robuſtiſsimę iuuentutis undique elegiſſe, qui diuiſi plauſuum genera cō-
diſcerent. de his ergo uidetur hic loqui, ſicut Iuuenalis in vij. Scit dare libertos extrema in parte ſe-
dentes Ordinis, & magnas comitum diſponere uoces. Poteſt autem duplex eſſe conſtructio: uel
ut ea uerba quæ ſequuntur, ſcilicet, nunc non cinis, &c. ſint poetæ ſic. Si ſuple uiri aſſenſerunt,
non, id eſt, nunquid ille cinis poetæ qui talia compoſuit, ſit felix? uel ut ſint applaudentium aſ-
ſenſerē

ſenſere uiri dicentes ſupple, non, id eſt nonne, &c. Et ſimiliter illa. laudant conuiuæ conſtrui A
poſſunt. *Leuior cippus.*] Ceſpes ſuperiectus. Credebat enim miſeranda gentilium ſuperſtitio, be-
ne actum eſſe cum ſpiritibus, quorum corpora molliter quieſcebant. Vnde Iuuenalis in Satyra di-
cta uidelicet ſeptima: Dij maiorum umbris tenuem & ſine pondere terram, Spirantesq́ crocos &
in urna perpetuum uer: Qui præceptorem ſancti uoluere parentis Eſſe loco. E contrario autē ma-
ximam imprecationē urgens ſepulchrum putabāt, ut docet Britannicus. *Carmina digna cedro.*]
id eſt digna perpetua conſeruatione nam cedrino ſucco illitę tabulæ, carie & teredinibus nō con-
ſumuntur, libri quoq; cōſeruantur. Ea autem metuunt ſcombros, quæ talia ſunt, ut metuant ne
in manus ſalſamentariorum ueniant, & eis ad ſalſamenta inuoluenda ſeruiant, id eſt quæ nullius
omnino ſunt momenti, nec ualoris. ORDO. Ordo eſt, ac ſi dicat admonitor. Ego fateor
nonnihil eſſe ſapere, & probe ſcire etiam ſi nemo te id ſcire ſciuerit: at, id eſt ſed, pulchrū eſt mon-
ſtrari digito, & dicier, id eſt dici, hic eſt ſup. de quo loquuntur omnes. ille uidelicet egregius poeta.
unde addit. Ten, id eſt tene, hoc eſt pendas ne, id eſt reputes ne pro nihilo te fuiſſe dictata, id eſt ex
ſcriptis tuis compoſita eſſe dictata centum cirratorum, id eſt plurimorum nobilium puerorū cir-
ratos, id eſt cirro uinctos capillos habentium. quaſi dicat non recte id feceris. Ad quod poeta reſ-
pondebit ex directo ibi. Quiſquis es &c. Hic autem reſpondet quaſi dicat, quia parum eſt ab illau-
datis laudari: immo ſecundum Senecam turpe ac uituperabile eſt: ideo nō magnifecerim illorum B
dictata fuiſſe. Nam ecce Romulidæ, id eſt Romani, qui ſe inique Romulidas dictitant, cum ſint ſatu-
ri, id eſt repleti cibis & potu, Romulus autem ſobrius: quærunt inter pocula, id eſt inter potandū:
quid dia, id eſt diuina poemata & ab eo cui mens diuinior eſt condita. narrent, id eſt recitent. Hic,
id eſt inter hos, hoc eſt modo uel hoc loco: aliquis ſupple recitator carminū, & cui læna, id eſt chla-
mys ianthina, id eſt uiolacei coloris uel hyacinthina potius, id eſt rubri & Tyrij coloris, eſt circa hu-
meros, id eſt demiſſa ex humeris: locutus, id eſt prælocutus, quiddam rancidulum, id eſt putidu-
lum, ut ſemicorruptos cibos quos teneriores eſſent quaſi eructans, de nare balba, id eſt ſubbal-
butiente quo blandior eſſet: eliquat, id eſt liquide quaſi effundit gutture mobili, & ſupplantat, id
eſt ſupprimit ſemifracta non aperta uoce enuncians & recitans Phyllidas, id eſt uerſiculos de a-
moribus Phyllidis, & Hypſipylas, id eſt uerſiculos de ærumnis Hypſipyles, & ſi quid, id eſt ali-
quid uatum ſup. eſt plorabile, id eſt lamentabile, & elegiaco carmine deſcriptum. Viri per ironiam
dicit: quaſi dicat non uiri ſed leues aſſentatores & applauſores, aſſenſere, id eſt aſſenſerunt dicen-
tes non, id eſt nonne ille cinis poetæ, qui ſcilicet talia compoſuit: nunc felix ſupple eſt? non, id eſt
nonne cippus, id eſt ceſpes aut puluis ſuperpoſitus imprimit nunc leuior, id eſt dum imprimit oſ-
ſa eius eſt leuior? quaſi dicant maxime. uel ſic. Si ſupple uiri forte aſſenſere, id eſt aſſenſerunt: non-
ne cinis &c. quaſi dicat poeta minime. Et poſtquam uiri illi, id eſt conductitij qui in extrema par- C
te ſedebant, aſſenſerunt: conuiuæ, id eſt ipſi proceres ad conuiuium principaliter inuitati: laudant
ſupple carmina poetæ dicentes: non, id eſt nonne uiolæ naſcentur nunc ex illis tam ſcilicet beatis,
manibus, id eſt umbris corporis ad ſepulchra manentibus, & inde manantibus: & naſcentur è tu-
mulo, & ex illa fauilla, id eſt modica flāma uel modico cinere exuſto, fortunata. i. beata & bona for-
tuna freta? Aut ſubaudiatur ut ſępe ſolet particula ſi: ſic. Si aſſenſere uiri. ſ. tales: non. i. nōne nūc ci-
nis ille poetæ felix? Etſi conuiuæ laudant nōne cippus leuior imprimit nūc oſſa poetæ? ut ſint uer-
ba poetæ ridētis, quod cōfirmat illud: rides ait &c. Innuit ergo nō ideo beatos defunctos, q ab ine-
ptis aſſentatoribus laudētur. Vnde ſubdit. Ait. ſ. monitor, quē ex aduerſo dicere feci. O Perſi tu ri-
des. i. derides, & indulges. i. auide incūbis naribus nimis uncis. i. curuis hoc eſt nimis profuſe irri-
des. Parui autē refert ſiue ordo ſit, indulges nimis, ſiue indulges naribus uncis nimis. Sicut autem
ad principium dixi, poeta uertens caput in alterā concionis partē dicit de priore non ad priorem
monitorem: monitor ſup. prior, ait. nō enim eſt hic materia tanti riſus: quod alter monitor pro-
bat dicens. An ſup. quiſquā erit qui recuſet. i. renuat, refugiat: uelle meruiſſe os populi. i. laudē po-
pularem, & qui locutus. i. quia locutus ſit ſup. carmina digna cedro. i. quæ conſeruentur à carie &
corruptione ſucco cedrino: recuſet uelle linquere. i. poſt ſe relinquere carmina: nec pro & nō: non
metuentia. i. formidantia: ſcombros. i. piſces ex quibus conficitur garum. i. liquamen & etiam ſal- D
ſamenta. i. carnes aut piſces ſalſos qui in chartis uilium ſcriptorū uendi ſolent: nec metuentia thus
. i. non timentia q ſeruiant thuri aut piperi aut eiuſmodi alicui uendendo.

IOANNES BRITANNICVS.

At pulchrum eſt digito monſtrari.] Hinc emergit omnis indignatio poetæ: ironia eſt. Martialis. Sed
toto legor orbe frequens, & dicitur hic eſt. Et idem alibi. Rumpitur inuidia, quòd turba ſem-
per in omni Monſtramur digito. *Ten cirratorum centum dictata fuiſſe Pro nihilo pendas.*] Id eſt pro
nihilo putes, quòd in ſcholis magiſtri pueris dictata præbuerunt ex libris tuis. Nam dictata ſunt
quæ magiſtri pueris præbent imitanda. Nec ea tantum in literis, ſed in alijs quoque artibus ap-
pellamus. Aſconius his uerbis ſcribit. Ergo libellum ueterem uult intelligi attuliſſe Cęcilium, un-
de magiſtri dictata pueris præbere conſueuerunt. Suetonius. Tyrones per equites Romanos
ac etiam per ſenatores armorum peritos erudiebat, precibus enitens, ut diſciplinam ſingulo-
rum ſuſciperent: ipſique dictata exercentibus darent. Iuuenalis. Donec peragat dictata ma-
giſtri. Horatius. Sic iterat uoces & uerba cadentia tollit, Vt puerum ſæuo credas dictata ma-
giſtro Reddere. Deriuatum eſt à dicto. Nam dictare eſt enunciare quod alius excipiat & no-
tet. Ten' pro tene, ordo eſt, pro nihilo pendas te fuiſſe dictata centum cirratorum, id eſt

A ex libris tuis magiſtros dictata centum pueris præbuiſſe. Horatius in eos ita inſurgit. An tua de-
mens, Vilibus in ludis dictari carmina malis? *Centum cirratorũ.*] id eſt puerorum: quæ ætas ca-
pillis gaudet. Nam cirri dicuntur capilli cincti & toru. Martialis. caput nudum Cirris grandibus
hinc & inde cingunt. Idem alibi. Nec matutini cirrata caterua magiſtri. Iuuenalis, Flatam Cæſari-
em, & madido torquentem cornua cirro. Carnes etiam oſtreorum cirri dicuntur. Martialis, Et o-
ſtreorum rapere liuidos cirros. *Ecce inter pocula quærunt Romulidæ ſaturi.*] Satyrico riſu in eos
inuehitur qui epulis repleti inter ipſa pocula de ſcriptis alienis diſputant, cum uerum iudicium
tunc ferri non poſsit. unde Oratius. Diſcite non inter lances, menſasq; nitentes, Cum ſtupet inſa-
nis acies fulgoribus, & cum Acclinis falſis animus meliora recuſet: Verum hic impranſi mecum
diſquirite: Et paulo infra. Male uerum examinat omnis Corruptus iudex. Quaſi dicat rectum iu-
dicium ferri non poſſe, cum crapulatus fueris. Hocq; inuidioſe in Neronem dicit, qui ut auctor
eſt Cornelius Tacitus, etiam doctoribus ſapientiæ impertiebat poſt epulas. Ecce, incipientis eſt,
demonſtrantisq; rem nouam & inauditam. cum indignatione & animi impatientia dictum eſt ec-
ce. *Inter pocula.*] Hinc exit indignatio & ardor poetæ. *Romulidæ.*] Romani. ironice, id eſt,
non Romulo ſimiles, qui ſumma cum ſobrietate ad res gerendas deſcendebat. Quod docet. L. Pi-
ſo Frugi. Qui eum ad cœnam uocatum ait non multum bibiſſe, quia poſtridie negocium habe-
B ret. *Saturi*] poſt epulas ſcilicet. *Quid dia poemata narrent.*] Id eſt ſcribant & tractent. *Hic.*] Id
eſt in conuiuio. *Cui circa humeros & Ianthina læna eſt.*] A qualitate ueſtis diuitem deſignat & no-
bilem. de ipſo Nerone puto intelligi, cum reliqui conuiuæ in eius gratiam & aſſentationem qua-
liacunq; pronunciaret carmina laudarent. Nam illum conſtat carminis ſtudioſum fuiſſe, & ſæpe
priuatim & publice, ut diximus, carmina decantaſſe. *Læna.*] Veſtimenti genus habitus dupli-
cis, quod ita appellatum exiſtimant Tuſce: quidam Græce chlamyda. auctor eſt Feſtus. Vergilius
loquens de Mercurio. Tyrioq; ardebat murice læna, Demiſſa ex humeris. *Ianthina.*] Id eſt colo-
ris uiolacei. Ion enim uiola, anthos flos. Nam ut ſcribit Plinius: ex uiolis, quarum plura ſunt gene-
ra, Purpureæ, luteæ, albæ. quæ ſponte apricis & macris locis proueniunt. Purpureæ latiore folio
ſtatim ab radice carnoſa exeunt ſolæq; Græco nomine à cæteris diſcernũtur ianthes appellatæ, ita
ab his ianthina ueſtis: licet apud Plinium legatur hyacinthina ueſtis, & paulo inferius hyacinthi-
num deprauato textu. A uiola ergo quæ ianthis appellatur, ianthina eſt ueſtis. Luxuria enim au-
ctore Plinio, ueſtibus quoq; pronocauit eos flores qui colore cõmendantur. Hos ait tres eſſe prin-
cipales. Vnum in cocco qui in roſis micat. quo nihil gratius traditur aſpectu, & hic in purpuras
Tyrias, dibaphasq; aut Laconicas: Alium amethiſtyon qui uiola, & ipſe in purpureum: quemq; ian-
thinum appellant. legendũ itaq; erit. Cui circa humeros & ianthina læna, ut interſeratur hæc par-
C ticula, &: nam aliter uerſus non ſtaret: corripitur enim prima ſyllaba in ianthina. Martialis. Coc-
cina famoſæ donas & ianthina mœchæ. Hincq; apparet magni precij fuiſſe eam ueſtem, cum Mar-
tialis oſtendat, tale munus non conuenire meretrici. & hæc particula & ad indignationem poſita
eſt: ut illud. Et quiſquam numen Iunonis adoret? *Rancidulum quiddam.*] Putridum, & inſipi-
dũ, ſumpta translatione à carnibus rancidis. unde Oratius, Rancidum aprum antiqui laudabãt.
Balba de nare locutus.] Hinc indignatur: quòd pronunciatione malos uerſus & aliena ſcripta iu-
uare conatur. Balba nare: balbutienti. *Phyllidas.*] Fabulam Phyllidis. *Phyllidas Hypſipylas.*]
Numero plurali Satyrice dixit: quaſi quę à multis ſcriptę eſſent. Phyllis regina Thracum fuit, quę
Demophoontem Theſei filium regem Athenienſem redeũtem de Troiano prœlio dilexit, & in con-
iugium ſuum rogauit. Ille ait ſe ante ordinaturum rem ſuam, & ſic ad eius nuptias reuerſurũ. Pro-
fectus itaq; cum tardaret, Phyllis & amoris impatientia, & doloris impulſu, quia ſe ſpretam crede-
bat, laqueo uitam finiuit, & conuerſa eſt in arborem amygdalũ ſine folijs: poſtea reuerſus Demo-
phoon cognita re, illius amplexus eſt truncum, qui uelut ſponſi ſentiret aduẽtum, folia emiſit. de
hac Ouidius, & multi alij ſcripſerunt. *Hypſipylas.*] Hypſipyle Thoantis filia temporibus Argo-
nautarum à mulieribus Lemni regina conſtituta fuit eiectis maribus: nam cum Vulcanus Vene-
ris cum Marte adulteriũ deprehẽdiſſet, in Lemno, ut ſcribit Statius, Lemniades tanto Venerẽ con-
D tẽptui habere cœperũt, ut cũ omnibus dijs ſacrificarent, illã omnino ſine honore omitterẽt. Quę
illis irata, omnibus fœtorem hircinum immiſit, ob quod à uiris euntibus in bellũ aduerſus Thra-
ces ſpretæ, communi omnium conſenſu uiros è bello reuerſos interemerunt omnes præter Hypſi-
pylen, quæ patrem Thoantem ſeruauit, cumq; nati impoſuit, quẽ proſpera nauigatione Bacchus
eius pater in Coum inſulam perduxit. Hypſipyle ſtructo rogo in propria regia, alterius ſuppoſiti
funera pro patre quem ſe occidiſſe aiebat celebrauit. Mox cum Argonautæ Colchos proficiſcẽtes
eo perueniſſent, ab ijs fœminis hoſpitio ac lecto ſuſcepti ſunt. Hãc Hypſipylen Iaſon cũ biennium
cum ea commoratus eſſet, hortantibus tandem ſocijs pro diſceſſu grauidam reliquit, quæ gemel-
los peperit Thoantem ſcilicet & Eunetum, quos deinde mater extra inſulam alendos miſit ne con-
tra legem maſculi domi nutrirentur. Seruatum igitur Thoantem ab Hypſipyle cum Lemniades
cognoſcerent, eam ut perfidam ad cruciatum popoſcerunt: at ea fugiens, à piratis in littore capta,
& Lycurgo regi Nemeæ dono data fuit. In cuius ſeruitio dum filium eius Opheltem qui poſtea
Archemorus eſt dictus, nutrix aleret, & redeuntibus ab obſidione Thebarum regibus Argiuis,
ac in Nemea ſylua ſiti pene pereuntibus, aquam indicaret, ſuosq; interrogata caſus exponeret, à
filijs qui cum Adraſto erant, cognita fuit. in quorum amplexibus dum moratur, infans quem
inter flores & herbas ludentem liquerat, à ſerpente necatus eſt. Quod Lycurgus pueri pater ſen-

tiens

tiens mulieri necem parabat, ſed à regibus & filijs ſeruata eſt. *Vatum & plorabile ſi quid.*] De- A
eſt, eſt. ut ſit, Et ſi quid eſt plorabile uatum, id eſt ſi quid aliud poetæ flebile ſcripſerunt ijs ſimile, id
eſt elegiam quæ carmen miſerabile ſignificat. ut Ouidius: elegi flebile carmen. *Eliquat.*] Id eſt,
cum uocis lenocinio pronunciat. tractum ab ijs quæ igni aut calore aliquo liquari ſolent. *Sup-
plantat.*] Supprimit, id eſt non apta uoce effundit: ſed quaſi uoce ſtrangulata pronunciat, quo le-
nius & ſuauius eſſe uideatur. *Tenero palato.*] Aut ironia eſt, id eſt palato delicato, aut epitheton:
Aſſenſere uiri.] Ironia eſt, & riſu pronuncianda quæ ſequuntur. *Viri.*] Ironicos quaſi mu
lieres. *Aſſenſere.*] Probauere. qui dixerunt, *Nunc non cinis ille poetæ felix.*] Verba laudanti-
um ſcripta aliena: ironia eſt poetæ. *Non leuior cippus nunc imprimit oſſa.*] Id eſt certe. ita bene di-
xit poeta, ut eius oſſa deorum beneficio lapide ſepulchri non urgeantur: talia enim mortuis ſolent
optari. Ouidius, Oſſa quieta precor tuta requieſcite in urna: Et ſit humus cineri non oneroſa tuo.
Iuuenalis, Dij maiorum umbris tenuem & ſine pondere terram, Spirantesque crocos & in urna
perpetuum uer. Martialis, Sit ubi terra leuis, mollique tegaris arena. Tibullus uero contrà. O tu qui
Venerem docuiſti uendere primus: Quiſquis es, infelix urgeat oſſa lapis. *Cippus*] Sepulchrū.
Oratius, Mille pedes in fronte, trecentos cippus in agrum Hic dabit. *Laudant conuiuæ.*] Irriſio
eſt in laudantes qui in aſſentationem principis ita laudant carmina ab eo recitata. *Nunc non è
manibus illis.*] Laudantium uerba. *Manibus.*] Manes antiqui animas inferorum dixerunt. Ma- B
nes tamen dij ab auguribus uocabantur, quòd per eos omnia manare credebant: eosque deos ſu
peros atque inferos dicebant. auctor eſt Feſtus. *Fortunataque fauilla.*] Morem antiquorum re-
ſpexit: apud quos corpora mortuorum cremabãtur. licet apud Romanos ueteris non fuerit in-
ſtituti, qui terra condebantur. At poſtquam ut ſcripſit Plinius, longinquis bellis obrutos erui co-
gnouere, tunc inſtitutum, tamen multifarie priſcos ſeruauere ritus: ſicut in Cornelia domo nemo
ante Syllam dictatorem traditur eſſe crematus. Idque eum uoluiſſe, ueritum talionem, eruto C. Ma
rij cadauere. *Rides ait.*] Verba monitoris introducti ab ipſo Perſio. *Vncis naribus indulges*]
Ridendo enim nares in rugas contrabuntur. Martialis. Et pueri naſum rhinocerotis habent. O-
ratius, Acutus Naribus horum hominum rideri poſsit. Et alibi Perſius. Ingeminat tremulos naſo
criſpante cachinnos. Nares à gnaritate ideo dictæ ſunt, quia in odoratu doceant præſto & pro-
pe eſſe, quod adhuc oculi non uident. *An erit qui uelle recuſet os populi meruiſſe.*] Id eſt inuenie-
tur ne quiſpiam, qui plauſum populi & laudes cum ex merito ueniant contemnat? *Os popu-
li.*] Id eſt laudem. *Cedro digna.*] Id eſt quæ perpetuo ſeruentur. illi enim tanta uis eſt, & præci-
pue quæ in Syria naſcitur, ut in Aegypto corpora hominum defunctorum perfuſa eius liquore
qui ex ligno modo aquæ fluit, ad multa ſecula ſeruentur. libri auctore Victruuio oleo cedrino tin
cti non timent tineas, nec cariem. Et Hemina in Annalibus ſcriptum reliquit, libros Numæ reper C
tos à Cneo Terentio ſub Ianiculo, non fuiſſe conſumptos: quamuis annis quingentis triginta
quinque infoſſos, quoniam cedrati eſſent. Martialis, Quę cedro decorata purpuraque Nigris pagina
creuit umbilicis. Idem alibi. Cedro licet ambules perunctus. Orat. Speramus carmina fingi Poſſe
linenda cedro. Ouidius, Nec titulus minio, nec cedro charta notetur. *Scombros metuentia.*] Pa
pyraceis cucullis ſalſamenta uendebantur. Martialis, Nec ronchos metues malignorū: Nec Scom
bris tunicas dabis moleſtas. Scombrus piſcis, ex quo laudatiſsimum fiebat garum: hoc ſalſamen
ti genus eſt. Martialis, Expirantis adhuc ſcombri de ſanguine primo Accipe faſtorum munera ca
ra Garum. Hinc dicta eſt Herculis inſula ad Carthaginem ſpectans à ſcombrorum multitudine ca
ptorum Scombria. auctor eſt Strabo. *Nec thus.*] In Arabia colligitur in Sabota monte excel-
ſo, regione Saba. Saba uero myſterium ſignificat, ut Græci interpretantur. Vergilius, India mit-
tit ebur, molles ſua thura Sabæi.

IOANNES BAPTISTA.

At pulchrum eſt digito.] Loquitur Perſius tanquam ambitioſus poeta: & eſt ironicos pronun
ciandum. quidam, quod magis placet, uerba hæc attribuunt aduerſario reſpondenti pulchrum
eſſe, & magnifaciendum à tranſeuntibus digito monſtrari: quod ſumptum uidetur eſſe à Demo
ſthene: qui cum maximus oratorum Athenis haberetur, digito monſtratus fuit à quadam ani- D
cula: dum aquatum iret his uerbis. Hic eſt ille Demoſthenes, qui leuiculus (ut ait Cicero in quin-
to Tuſculanarum) maxime gloriabatur: & quaſi gloriabundus exultabat: cuius meminit Plinius
in Epiſtolis referens ipſa uerba Græca, quibus uſa eſt anus inſuſurrans. uerba Plinij hæc ſunt,
An ſi Demoſthenes iure lætatus, quòd illum anus Attica ita noſcitauit οὗτός ἐστι Δημοσθένης: ego ce-
lebritate nominis mei gaudere non debeo? De Telamone quoque dicebatur cum admiratione,
Hiccine eſt Telamon ille, cuius ob os Graij ora obuertebant ſua? *Monſtrari digito.*] In hoc
gloriatus eſt etiam quodammodo Epigrammatarius de liuido ſic ſcribens. Monſtramur di-
gito. *Ten' cirratorum.*] Senſus eſt: putas ne pro nihilo habendum eſſe, quòd magiſtri ex li-
bris tuis centum pueris dictata præbuerint? & ſunt uerba aduerſarij. *Ten'.*] Te ne'. *Di-
ctata.*] Id eſt themata, & præſcripta. ſunt enim dictata, quæ à magiſtris in ludo literario pueris dè
aliquo auctore traduntur interpretamenta, ut diſcant, eademque ipſi poſt paulùm ita reddant,
ut tradita ſunt. Aſconius. Magiſtri ludi dicuntur, qui primas literas docent: ergo libellum
uult intelligi attuliſſe Cæcilium: unde magiſter dictata pueris præbere conſueuiſſet. Oratius in
Epiſtolis, Hæc Ianus ſummus ab imo Hæc recinunt omnes iuuenes dictata ſenes'que. Refe-
runtur etiam ad alia præter quàm ad literas, ut dictata gladiatorum laniſtarum, dictata gulæ
ſtructo-

A ſtructorum. Iuuenalis, donec peragat dictata magiſtri Omnia. *Centum cirratorum.*] Id eſt centũ puerorum, qui comã nutrire conſueuerunt, quæ reuerenda eſt in ſenibus, ueneranda in ſacerdotibus, terribilis in bellatoribus, decora in adoleſcentibus, compta in mulieribus, dulcis in pueris. Auctor Ambroſius in ſexto Hexameri. Martianus Capella in iij. De grammatica. Nam ſi rhythmi cum quid metricũq;, ſicut inter cirratos audes, aſſumpſeris, profecto muſices impetum, cuius prę uertis officium, diſcerpſeris. ſunt autẽ cirri capilli intorti, & cincinni, à cuius ſimilitudine cirros radiculas, ſeu membranulas, & paraphragma, hoc eſt ſeptum tranſuerſum cordis nuncupat Plautus in Curgulione. Martialis. Caput nudum Cirris grandibus hinc & inde cingunt. Idem. Nec matutini cirrata caterua magiſtri. Præterea quod ſcitu dignum eſt, ea polypi brachia quibus nectit, & inluctabili quæ corripit uinculat nexu, cirros nuncupat Plinius, Ouidius uero flagella: Græci [illegible], hoc eſt retia, ſiue retium inſtar [illegible]. i. crines uel flagella. Ouidiani uerſus hi ſunt in quarto Metamorphoſeos. Vtq; ſub æquoribus deprenſum pulypus hoſtem Continet ex omni dimiſsis parte flagellis. *Ecce inter pocula.*] Cum ebrius, & cibo plenus, diſtentus atq; ſuffarcinatus pollucibiliter, & opipare, ab omni iudicio ſit procul collocatus, nullam diſcernendi habeat rationem: merito Perſius in Romanos morſu inuehitur Satyrico, qui in conuiuijs, in comeſſationibus, ſaginis & cibarijs ganeatis, atq; ſaliaribus, ſiue adipalibus diſtenti uſq; ad uomitum, de poe-

B matis ferebant iudiciũ, bona ne an mala eſſent diſputantes: quod Oratius non probat: unde dixit. Diſcite non inter lances menſaſq; nitentes Cum ſtupet inſanis acies fulgoribus, & cum Acclinis falſis animus meliora recuſat, Verũ hic impranſi mecum diſquirite. *Ecce.*] Hæc particula incipientis eſt, & aliquid inopinatum ſubito demonſtrantis: de qua Aſconius libro ſecũdo Verrinarum inquit. Ecce autem proprium hoc Ciceronis eſt in rebus improuiſis, quod cum cura Vergil. & legit & tranſtulit. *Inter pocula.*] Dum uino indulgent, & potationibus: ex quo magis iraſcitur, & excandeſcit poeta. quòd. ſ. uino repleti, quo moritur memoria, & ſapientia (ut inquit Plinius) obumbratur, de bonitate poematis, & elegãtia uelint iudicare. Nam uinum ſi copioſius hauſtum eſt, caput turbat, & mentẽ lædit, ingenium obruit, uigorem animi impedit, homineſq; quandoq; ſuæ mentis efficit adeo impotes, ut quicquid norint expromant, & uoces emittãt per iugulum (ut inquit Plinius) mox redundaturas: nihil enim ſecretum ubi regnat ebrietas: unde Plato in Alcibiade Vini inquit ueritatẽ filiam eſſe. Cuius ſententiam confirmat prouerbium Græcum in hæc uerba. [illegible], hoc eſt, in uino ueritas, quòd temulenti mentem ſuam nudare cõſueuerunt. *Romulidæ.*] Id eſt Romani à rege Romulo: ſicut à Cecrope Athenienſes Cecropidæ dicti ſunt: & eſt ironia. quaſi dicat nequaquam Romulo ſimiles qui erat temperatiſsimus: adeo, ut uocatus ad cœnam non multum biberit: quia po-

C ſtridie negocium habebat. Cuius factum probat præceptum Platonis, qui in tertio de Republica præcipit & admonet à uini temulẽtia abſtinere debere ciuitatum gubernatores: ne cuſtode cuſtos indigeat: & hoc contra Perſas, qui exiſtimant firmiora cõſilia eſſe, quæ inter uina à bene potis dantur, quàm quæ à ſobrijs & ieiunis, unde abſtemij à conſilio reijciuntur. *Dia.*] Generoſa, diuina. Vergilius, Et dia Camilla. Orat. in primo Sermonũ. Macte, inquit, uirtute eſto, ſententia dia Catonis, id eſt diuina, ut Acro expoſuit. Martianus Capella. Tũc rurſus dia uoluptas. Alias Dia (ut Ptolemæus tradit) inſula eſt Cretæ adiacens: cuius Plinius, Ouidius, & Diodorus meminerũt. Strabo [illegible]. Idẽ auctor & in Arabico ſinu Dian collocat. *Hic aliquis cui.*] In Neronẽ hoc dictũ accipe: quem carminis ſtudioſum fuiſſe cõſtat: & ſępe priuatim, & publice carmina decantaſſe: uel generaliter in quempiã poetam diuitem carmen ſuũ recitantẽ: & in auditores illos, qui in conuiuio bene indutum aliquid balbe pronunciantem, tanta admiratione attoniti, & uelut obſtupeſcẽtes proſequebantur: ut nihil exactius, nihil perfectius, nihil magis adamuſsim fabrefactum poſſe inueniri quicunq; illos audiebat, exiſtimaret. *Narrent.*] Scribant: tractent.

Hic.] In cõuiuio. *Et ianthina læua eſt.*] Ex ueſtis qualitate precioſa hominem diuitem, & potẽtem uidetur ſignificare. eſt autẽ Ianthina ueſtis uiolacei coloris: cuius artifices Violarij à Plauto nuncupantur. [illegible] Græci uiolam, [illegible] florem dicunt: unde ueſtis Ianthina, quod ne aliqui uitiliti-

D gatores reprobent & eleuent, Plinium ipſum audiamus de uiolis, libro xxi ſic loquentem. Ex his uero quæ ſponte opacis, & macris locis proueniunt, purpureæ latiore folio ſtatim ab radice carnoſo exeunt: ſolæq; Græco nomine ab cæteris diſcernũtur appellatæ [illegible]: ut ab iis Ianthina ueſtis. hæc ille, ubi aduerte codicem Plinij eſſe (ut recitauimus) corrigendum. Ianthinæ meminit Martialis. Obiter, ut legum codices iam fatiſcentes, & ruinam minantes ſubleuemus, uerbum adulterinum expungamus, uerum & genuinum ſubſtituentes. In his enim De legat. iij. lege, Si cui lana: Lachinum ab omnibus leguleis legitur, quam dictionem mecum ipſe reputans ex literarum proximitate in hanc ueni pedibus ſententiam, ut Ianthinum legendum eſſe cenſeam. Ianthinus enim color eſt uiolæ purpureæ, ut nullus præter Accurſium etiam ſemipaganus, ignorat. Poſſumus etiam hyacinthina ſine &, ex his uerbis Hieronymi legere. Primũ eſt mail, id eſt tunica talaris tota hyacinthina ex lateribus eiuſdem coloris aſſutas habens manicas, & quæ ſequuntur. Dicta autem eſt hyacinthina ab hyacintho flore: de quo Ouidius in Opere ſerio: uel ab hyacintho gemma: in qua fulgor uiolaceus dilutus eſt, ut auctor eſt Plinius in ultimo. de qua Hieronymus. Satis que miror cur hyacinthus precioſiſsimus in horum numero non ponatur: niſi forte ipſe eſt alio nomine Ligurius appellatus. hæc ille: cuius mendoſum codicem caſtiga, & in priſtinam ſynceritatem redige, ubi enim Ligurius ſcriptum eſt, cuius apud neminem inuenitur mentio: Lyn-

curius

curius legendum eſt. *Læna.*] Læna ueſtis genus militaris eſt uillorum craſsitudine calefaciens, A
chlamydem dicunt, quæ ſupra omnia ueſtimenta ſumitur. Auctor Marcellus. Verg. Tyrioq; arde
bat murice læna. Dionyſius loquens de Caſtore, & Polluce ſic ſcribit. Adoleſcentes dicuntur duo
bellicas indui lænas in foro Romano apparuiſſe. dicta à lana ut Varro interpretatur, uel ἀπὸ τοῦ χλαί
νειν, qua dictione utitur Lucillius libro uigeſimo, & Homerus libro Iliados ſecundo qui induxit
Vliſſem dicentem contra Therſiten: Si offendero te iterum talia facientem prehendam, & denuda
tum omnibus ueſtibus nō modo tibi auferam χλαῖνάν τ' ἠδὲ χιτῶνα, hoc eſt chlænam & tunicam, ſed
(ut ſubdit) & ea quæ pudenda tegunt. Idem libro decimo, ἀμφὶ δ' ἄρα χλαῖναν περονήσατο, id eſt circum
dedit ſe chlæna. Chlæna autem ἀπὸ τοῦ χλιαίνειν, quod tepefacere eſt. *Et.*] Id eſt etiam: in quo ſigni
ficatu non inueniri apud Ciceronem Laurentius Vallenſis, & Nicolaus Perottus annotauerunt:
quidam tamē libro nono Epiſtolarum familiarium ad Papirium Petum, & pro etiam exponunt.
Verba Ciceronis hæc ſunt. Quod erit magnificum, ſit & lautum. *Humeros*] Humeri ſunt homi
num: Armi beluarum. Ouidius. Digiti curuantur in ungues: Ex humeris armi fiunt. *Quiddam
rancidulum.*] Fœtidum, putidum, inſipidum: à carne ſumpta trāslatio, quam M. Tullius rancidam
uocat in eo ſignificatu, quo uulgus uſurpat. Oratius, Rancidum aprum antiqui laudabant, non
quia naſus illis nullus erat, ſed credo hac mente, quòd hoſpes Tardius adueniens uitiatum cōmo
dius, quàm Integrum edax dominus conſumeret. Rancidum, expone inſuauem & inamabilem. B
Rancidus ſenex Apuleio feſtiuiter, necnon mordaciter meſo uocabulo inamabile & auaritiæ ſor-
des exprimente. Diminutiuum eſt rancidulum. Iuuenalis. Non tamen his ulla unquam obſonia
fiunt Rancidula. Verbum eſt Ranceo, à quo fit rancor, ſicut à nigreo nigror, ab aceo acor, ab al-
beo albor, à tepeo tepor, à palleo pallor uerbale. Palladius. Receptacula olei ſemper ſint mūda, ne
nouos ſapores ueteri rancore infecta corrumpant. *De nare balba*] Impedita, balbutienti. Vide-
tur autem notare Græcos, & Græcorum imitatores, qui ita pronunciant literas aſpiratas, ut non
ore, ſed naribus loqui uideantur. Subiungit enim Phyllidas & Hypſipylas: hoc aūt faciunt, ut uox
ſit mollior, & dulcior: quam ut eneruem & effractam improbat. Quintilianus, balbi ſunt, qui ui-
tio linguæ non exprimunt uerba. Cicero ad Celium. Balbus ſum quod non putaram. Idem in no-
no ad Papirium. Peto à te, ne pluris eſſe balbos quàm diſertos putes. Nares autem appellari pu-
tant, quòd per ea naſi foramina odoris cuiuſq; nari hoc eſt periti fiamus. Vel à Græco quod me-
lius eſt, per inuerſionem literarum, quod Latinis conſuetum eſt, ut ῥῖνα nares τέρην tener, & id ge-
nus ſexcenta. *Phyllidas Hypſipylas.*] Id eſt fabulas Phyllidis, & Hypſipyles. quas à multis fuiſſe
ſcriptas oſtendit, dum numero plurali utitur. Demophoon autem (ut Phyllidis fabulam breuiter
narremus) Theſei ex Phedra filius ut ait Theodontius, auxilium Græcis ut Iuſtin. libro ſecundo
ſcribit, aduerſus Troianos tulit: qui ab eo bello rediens tempeſtatibus maris, & longis erroribus C
actus in Thraciam delatus eſt. ubi à Phyllide, quę per ea tempora regina Thracum erat, portu, ho-
ſpitioq; exceptus, & ab ea ardenter amatus in coniugem ſuſceptus eſt. apud quam tantiſper com-
moratus eſt, donec Mneſthei regis Athenarū, qui patrem ui expulerat, audita morte reſarcitiſ na-
uibus, & data fide pollicitusq; ſe intra menſem rediturum, illam dimiſerit. Qui cū ultra quartum
menſem iam reditum ſuum diſtuliſſet, Phyllis amoris impatiētia, & doloris impulſu, quòd ſe ſpre
tam crederet, & eius reditum iam deſperaret, zona ſua gutturi circumligata laqueo uitam finiuit:
& (ut fabulæ ferunt) in arborē amygdalum ſine folijs mutata eſt. poſtea reuerſus Demophoon re
cognita, truncum eius amplexus eſt, qui ueluti ſponſi ſentiret aduentum, folia emiſit. Vnde etiam
teſte Seruio phylla Græce folia dicta ſunt, à Phyllide. Plinius uero in xvi. ſcribit quòd arbor illa, ex
qua Phyllis ſe ſuſpendit, nunquam uireſcit. *Hypſipylas.*] Hypſipyle filia fuit regis Thoantis, quæ
cum Argonautę illuc appuliſſent, Lemni erat regina, nam uiros omneis interfecerant, & fœmineo
regebantur imperio: hæc cum Iaſone conſuetudinem habuit: uerum conſumptis duobus annis
ab Hypſipyle, & ea grauida facta Iaſon tandem diſcedere coactus eſt. Itaq; ex Lemno data fide Hy
pſipylę ſoluerunt: ut propoſitam expeditionem perficerent. Cum igitur in Colchos delati eſſent,
doctiq; fuiſſent à Medea de crudelitate patris, qui hoſpites ſacrificabat, pollicitaq; eſſet ſe adiutri-
cem ad perficiendum certamen, & draconem ſopiendum, taurosq; uincendos ut fabulæ tradunt, D
Iaſon iureiurando data fide uxorem futuram ſibi quoad uita ſuperſtes eſſet ſpopondit. Ope igi-
tur ipſius Medeæ uictoriam adeptus Iaſon, eam ſecum abduxit: quod cum intellexiſſet Hypſipy-
le, dolens ſe relictam ab Iaſone, & aliam ſibi prælatam, ad cum ſcripſit. Verum ab Iaſone nun-
quam recepta fuit: ſed cum cognitum fuiſſet à Lemniadibus quòd duos filios maſculos ex Iaſo-
ne ſuſceptos contra leges ſuas alere faceret, & ad ſupplicium poſceretur: illa accepta nauicula
fugere parabat, ſed comprehenſa à pyratis dono data eſt Lycurgo regi Nemeæ. quæ cum eius fi-
lium Opheltem nutriret, & redeuntibus à bello Thebano regibus, & in Nemea ſylua pene ſiti
pereuntibus, cum ab eis rogata fuiſſet, ut Langiam fontem eis oſtenderet, & ab Adraſto Argi-
uorum rege interrogaretur, quænam eſſet: dum ad omnia reſpōdet diutius morata: puer, quem
inter herbas, floresq; ludentem reliquerat, à ſerpente interemptus eſt. uerum à filijs Thoan-
te, & Enneo, qui cum Adraſto erant cognita, & à Lycurgi manibus liberata eſt. lege Statium
in Thebaide, apud quem longa narratione fata ſua narrat Hypſipyle. *Et ſi quid plorabile*] Id eſt
ſi quid aliud huic ſimile à poetis eſt compoſitum, ut eſt elegeia: quod carmen eſſe flebile nemo
ignorat. Ouidius, Elegeia flebile carmen: ſic enim legendum eſt non elegia, ut quidam perperam
ſentientes exiſtimauerunt. *Eliquat.*] Voce molli, liquida, cum quodam lenocinio emodu-
latorio

A latoriu pronunciat,& uocem diſſoluit in cantilenam. *Supplantat.*] Id eſt pronunciat uoce reten
ta,& ſtrangulata,ut iucũdius,dulcius,& magis ſuaue uideatur:quod eorum eſt, qui auditores ad
libidinem incitare concupiſcunt. Supplanto à planta pedis deductũ eſt,& ſignificat ſuppoſito pe
de aliquem in terram deijcere:quod Græci dicunt ὑποσκελίζειν,unde ἀνάστηθι κύριε πρόφθασον αὐτοὺς καὶ ὑ-
ποσκέλισον αὐτούς ſcriptum eſt in Pſalmo apud Græcos,quod noſtri interpretantur. Exurge domi-
ne præueni eos,& ſupplanta eos. Cicero. Contendere debet quàm maxime poſsit,ut uincat, ſupplan-
tare eum,quicum certet:at manu pellere nullo modo debet. Seneca in primo Epiſtolarum ad Lu-
cilium. Ille qui ſupplantatus aduerſarium toto tulit corpore. unde pro decipere quandoq; poni-
tur. nam & ſupponere pedem quodammodo decipere eſt,& qui ita deijcit,nõ tam uiribus, quàm
agilitate corporis agit. Recte ergo Perſius dixit metaphoricos ſupplantat, quia iſte lenocinio uo-
cis auditores quodammo do decipiebat,cum ſic pronunciata carmina meliora,meliusq; compo
ſita uiderentur. hanc pronunciationem ſtrangulatã reprehendit Quintilianus in primo Inſtitu-
tionum his uerbis. In primis uitia (ſi qua ſunt) oris emendet,ut expreſſa ſint uerba,ut ſuis quæq; li
teræ ſonis enũcientur. Idem. Curabit etiam ne extremæ ſyllabæ intercidãt,ut par ſibi ſermo ſit. Ta-
li ſermone utentes fœminas euitandas eſſe præcipit Hieronymus. *Aſſenſere uiri*] Irriſio ſumma,
atq; ſubſannatio non mediocris in auditores,qui poetam uoce molli,& ſtrangulata,compreſſaq;
B ut gracilior & ſuauior uideretur, Hypſipyles, uel Phyllidis fabulas,uel aliquid aliud lachrymo-
ſum,& lamentabile recitantem laudauerunt. *Viri*] Ironicos quaſi molles,& effœminati. Nam
uirum proprie cum dicimus,non tam ſexum ſignificamus,quàm robuſtum,& fortem. Viri enim pro
pria eſt uirilitas,& robur. unde uir nominatus eſt,quòd in eo maior uis eſt, quàm in fœmina, & hinc
uirtus nomen accepit,ut docet Lactantius in libro De opificio,& Tullius in Tuſculanis: unde er-
ror Guarini Veronenſis eſt manifeſtarius. *Nunc non cinis.*] Verba audientium in recitatoris lau
dem,& poetæ:qui opus recitatum compoſuerat.& eſt ſenſus:nõne credis hunc poetam,cuius ope
ra nunc præ manibus habemus eſſe felicitatis plenum.& eſt repetitio,quæ fit auctore Tullio, cum
continenter ab uno atq; eodẽ uerbo in rebus ſimilibus,& diuerſis principia ſumuntur:cuiuſmo-
di apud Vergilium, Num Sigeis occumbere campis: Num capti potuere capi? num incẽſa crema
uit Troia uiros? *Felix.*] Beatus,fortunatus. ſuper illud Vergilij, An Phœbi ſoror, an Nympha
rum ſanguinis una Sis felix, Seruius ait,felicẽ eſſe qui dat,& qui recipit felicitatẽ. unde Pacatus in
Panegyrico inquit:felicis eſt facere poſſe felicem. *Cinis.*] A quo cinerarius,& ciniflo deriuan-
tur,pro his qui calamiſtro calefacto in cinere criſpãt capillos,ut Varro & Porphyrio tradiderunt:
apud antiquos & maſculino,& fœminino genere prolatus eſt:quod diligenter annotauit Priſcia-
nus. *Non leuior.*] Profecto iſte poeta tam luculentum opus, & elimatũ compoſuit, ut eius oſſa
C nullo pondere graui & moleſto premi deorum beneficio,ac munere credendum ſit. Quod mor-
tuis pro ſolenni,& gratiſsimo beneficio optari ab amicis apud poetas obſeruauimus. Ouidius,
Oſſa quieta precor tuta requieſcite in urna:Et ſit humus cineri non oneroſa tuo. Tibullus in ſecũ-
do, Terraq; ſecuræ ſit ſuper oſſa leuis. Idem. Si bene ſub tenera parua quieſcat humo. Martialis in
quarto, Mollia non rigidus ceſpes tegat oſſa,nec illi Terra grauis fueris,non fuit illa tibi. Iuuena-
lis, Dij maiorum umbris tenuem,& ſine pondere terrã, Spirantesq; crocos,& in urna perpetuum
uer: Qui præceptorem ſancti uoluere parentis Eſſe loco. *Cippus.*] Cippus eſt columna quæ in
ſepulchro erigebatur,ſed pro ſepulchro accipitur. Oratius. Mille pedes in fronte trecentos cippus
in agrum Hic dabit. Quòd autem in ſepulchris erigerẽtur columnæ, docet Diogenis tumulus: in
quo erat columna erecta,in cuius apice canis ex lapide pario ſculptus conuiſebatur, ad Cynicum
philoſophum ſignificandũ. Teſtatur & hoc Homerus his uerbis. ἀλλ' ὥς τε στήλη μένει ἔμπεδον ἥ τ' ἐπὶ τύμ-
βῳ. Id eſt. Sed tanquam colũna in alicuius monumento firme collocata. Cippus quidam fuit in fo
ro Cæſaris,ſuper quẽ imponi ſe iuſsit Caluus ille orator,cum uideret à clientibus Catonis rei ſui
Aſiniũ Pollionem circũuentum:propter quod Catullus uocat illũ Salicippium diſertum. auctor
Seneca. ubi per cippum metaphorice pontẽ (ut quidam opinantur) ſignificauit. præceptor noſter
Philippus ille Beroaldus nulli doctrina,eloquentia,& eruditione poſtponendus, ſalapuſium le-
D git apud Catullum,tanquam à ſale & puſius cõpoſito uocabulo. alij aliter ſentiunt. ſed plura apud
Hermolaum. Eſt etiam Cippus Plinio, Valerio, Ouidio, cæteriſq; proprium nomen. *Laudant
conuiuæ.*] Quos ſecum ad cœnam uocauerat,ut illum audirent recitantẽ,quæ ſane ueterum poe-
tarum fuit conſuetudo,ut oſtendit Epigrãmatarius ſcribens in Pomponium in ſexto. Quod tam
grande ſophos clamat tibi turba togata: Non tu Pomponi,cœna diſerta tua eſt. Conuiuæ elegant
uocabulo coepulones,& conuictores,quaſi ſimul uiuentes uocantur,qui ex præcepto legis con-
uiualis non plures,quàm nouem eſſe debent:nec pauciores, quàm tres. oportet enim numerum
conuiuarum à Gratiarum numero incipere,& progredi ad Muſarum,id eſt proficiſci à tribus, &
conſiſtere in nouẽ:nam multos eſſe (inquit M. Varro) non conuenit, quòd turba plerunq; turbu
lenta eſt. Archeſtratus poeta. ἢ τρεῖς ἢ τέτταρες οἱ ξύμπαντες ἢ τῶν πέντε γε μὴ πλείους· ἤδη γὰρ ἂν εἴη μισ-
θοφόρων ἁρπαξιβίων σκηνὴ στρατιωτῶν. hoc eſt. conuiuæ aut tres aut quatuor, aut non plures quinque
ſunto,alias mercenariorũ,& rapto uiuentium conuentus fuerit. Athenæus quoq; auctor eſt olim
non plures quinq; in conuiuiũ adhiberi ſolitos. Illud licet notiſsimũ non tamen ſilentio præter-
eundum dictum de numero conuiuarũ prout meminit Iulius Capitolinus. ſeptem conuiuium,
nouem uero conuicium. In Timæo Platonis tres: aut quinq; requirũtur illis uerbis: εἷς, δύο, τρεῖς, ὁ δὲ
δὴ τέταρτος: Quales uero debeant eſſe conuiuæ docet A. Gellius libro duodecimo ex ſententia Var-
ronis

ronis.Sermo autē epularis,hoc eſt qui ſeritur inter epulas,debet eſſe iucundus atq; inuitabilis, & A
cum quadam illecebra,& uoluptate utilis.Dum ueſcimur tunc tacēdum eſt:ob hoc dixit Gellius:
Interea puer uenerat,& olla deferbuerat,tempusq; eſſe cœperat edendi,& tacendi. *E manibus.*]
Manes(ut ait Seruius)ſunt animæ illo tēpore,quo de alijs recedentes corporibus, in alia nōdum
tranſierunt.ſunt autem noxiæ:& dicitur per antiphraſin.nam manum bonum eſt:unde etiam &
mane dicitur.Martianus Capella in Nuptijs philologiæ libro ſecundo refert manes tam bonos,
quàm truces eſſe,quos ἀγαθοὺς ἢ κακοὺς δαίμονας memorat Græca diſcretio:quos maiores noſtri ado
rabant.unde ait Plinius in ſeptimo,Poſt ſepulturam aliæ atq; aliæ manium ambages:ſenſum infe
ris dando,& manes colendo,deūq; faciendo qui iam etiam homo eſſe deſiit.De manibus plura
Apuleius in Dæmonio Socratis,Auguſtinus in viij.de Ciuitate dei tradiderūt. *Tumulo.*] Sepul-
chro illius poetæ.Tumulus eſt terra tumens.itaq; poteſt eſſe collis naturalis.Vt,Et tumulum capit
unde omnis Troia uideri.eſt etiā terra opera humana coaceruata tumulus.Et quia ſepulchra or-
nabātur huiuſcemodi aceruis,tumulus pro ſepultura ponitur:ut hic:& in iij. Aeneidos. Gemitus
lachrymabilis imo Auditur tumulo, *Fortunataq; fauilla.*] Id eſt felici,fauſta. tangit morem anti-
quorum,apud quos corpora mortuorū cremabantur: licet id apud Romanos non fuerit ueteris
inſtituti: terra enim condebātur.At poſtquā longinquis bellis obrutos erui cognouere, tunc in-
ſtitutū,auctore Plinio libro ſeptimo Naturalis hiſtoriæ,ubi plura. *Rides.*] Verba introducti ad B
Perſium iſtorum affannias,fatuitatesq; ridentem. *Vncis naribus indulges.*] Criſpatis,detortis,cor
rugatis,quod indicium eſt indignationis,irriſionisq;.Naribus enim deriſus, contemptus, faſtidi
um ſignificari ſolet.auctor Quintilianus,cuius rei teſtimonia ſunt apud Auſonium, Hieronymū,
& cæteros.Græci appellant γρυπὸν qui habet naſum aduncum.Plutarchus. φιλοῦσι τῶν γρυπῶν ῥινῶν. Id
eſt Perſæ aduncum naſum amant.Apuleius libro octauo.Nare detorta magiſtrum ſuum uarie ca
uillantur. *An erit qui uelle.*] Silius Italicus his uerſibus homines ad laudem genitos cecinit.Ad
laudes genitum capiat ſi munera diuum,Felix ad laudes hominum genus.M.Tullius inquit.Om
nes trahimur laudis ſtudio:& optimus quiſq; maxime gloria ducitur : ex quo Perſii aduerſarius,
qui gloriam & plauſum popularem ſpernat poſſe inueniri neminem uidetur exiſtimare. *Os po-
puli*] Laudē,populare præconiū,uulgi plauſum. *Meruiſſe*] Hoc in loco mereo idē quod mereor
ſignificat:ut apud Plautum.Et ſi aliter meres:pro mereris.alias apud Statium, Ouidium, Sueto-
nium,cæteros militare.Apuleius,Ibi inquam in Atthide primis pueritiæ ſtipēdijs merui.Eſt etiam
merere ſordidiſsimum quæſtum capere:unde mercenarij,& meretrices dicuntur. Aulus Gellius:
Lais Corinthia ob elegantiam,uenuſtatēq; formæ grādem pecuniam demerebat. *Et cedro dig.*]
Ordo eſt.Et linquere carmina digna cedro,id eſt quæ diutius durent & perpetuo ſeruētur.nam li
bri(ut ſcribit Victruuius libro ſecundo)oleo cedrino uncti,nec tineas,nec cariem timēt:quod do C
cet & Plinius ſcribens:Cneum Terentium ſcribam agrum ſuum in Ianiculo repaſtinantem offen-
diſſe arcam,in qua Numa,qui Romæ regnauit,ſitus fuiſſet.in eadem etiam libros eius repertos è
charta,duraſſeq; annos quingētos trigintaquinq; illæſos à tineis,q cedrati erant, id eſt oleo cedri
perfuſi.Cedrus autem arbor eſt auctore Dioſcoride quædam parua,ac ſpinoſa,fructu iunipero ſi
milis.Alia maior, fructus eius cypreſſo ſimilis,ſed minor eſt . cedrides uocatur,Cariē ueruſtatēq;
non ſentit,nec rimam fiſſuramq; capit ſpōte:ex cuius arboris trabibus tectum fuit templū Dianæ
Epheſiæ,ut auctor eſt Plinius,apud quem plura de cedro:& apud Theophraſtum libro tertio le-
ctitabis.Illud autem notatu dignum quòd antiquitus cedrus in delicijs inter odores urebatur.Iu
xta illud Maronianum in ſeptimo,Vrit odoratam nocturna in lumina cedrum. uerſum Homeri
ex quinto Odyſſ.hoc etiam docētem ſubſcripſimus. τηλόσε δ' ὀδμὴ κέδρου τ' εὐκεάτοιο θύου τ' ἀνὰ νῆσον ὀδώ-
δει,δαιομένων.id eſt procul odor cedri,& citri ardentium per inſulam redólebat : ex quo colligimus
non parum errare qui citrum & cedrum eandem eſſe arborem exiſtimant.Apud Dionem tamen
& aliquos ſcriptores Græcos Cedrum, & poma cedra pro citro & citrijs appellata inueniuntur.
Quòd autem(quod pene oblitus ſum)oleo cedrino ungerētur libri, docent Mart. Ouid.Orat.cæ
teriq;. *Nec metuentia ſcombros.*] Id eſt quibus ob elegantiam,& dignitatē nullum immineat peri-
culum à ſalſamentarijs,à quibus cucullis papyraceis ex uilioribus carminibus confectis piſces in D
uolui conſueuerunt.Eſt autem ſcombrus piſcis,cui ſub aquis ſulphureus eſt color:extra,qui cæte
ris:ex quo laudatiſsimum garum fiebat in finibus Carthaginis Spartariæ, à cetarijs,ſociorū ap-
pellatum,ſingulis millibus nummûm permutantibus congios penè binos : auctor Plinius libro
trigeſimoprimo cap.octauo.Sumptum autem hoc eſt ex illo Catulli . Et laxas ſcombris ſæpe da-
bunt tunicas:ex quo eſt & illud Mart.Nec ſcombris tunicas dabis moleſtas. *Nec thus*] Quoda-
romatarij ſiue ſpeciarij uendentes cucullis inuoluunt:qui fiunt ex libris inſulſis,& genium nō ha
bentibus:quo uiuant.De thure autem,quod à uerbo θύω,ſacrifico deriuatur,multa Plinius. Quæ
quoniam uulgata ſunt,nō referemus:illud tantum nō prætereūdum cenſeo,quod tradit apoſtata
ille magnus Porphyrius:Thymiamate.ſ.hoc eſt thureo ſuffimine deos coli eſſe conueniens : tum
quòd gratius & acceptius:tum quòd potius,& emaculatius quàm hecatōbe. Deos enim ſanguis
haudquaquam oblectat.hinc Athenienſibus petētibus quare Lacedæmonijs potius dij,quàm ſibi
uictoriam largirentur:cum Athenienſes ſacrificarēt egregius,hæc ſuſcepit (ut utar uerbo Apuleia
no)Hammon:placere ſibi magis Lacedæmoniorum benedicta,quàm reliquorum cuncta Græco
rum ſacra.Auctor Plato in ſecundo De uoto.Hippocrates granum thuris, quod Græcis chōdros
dicitur,pyrena hoc eſt nucleū quandoq; appellat.Libanos Græce dicitur odor thuris:quod ideo

A dixi:ut obiter corrigas codicem Plinianum in xv.cap.xviij.ubi paſſim legitur:lebaſneos thuris o-
dore:tu ſcribe libaneos,id eſt λιβάνος ſiue λιβανίδαι

AELIVS ANTONIVS NEBRISSENSIS

At pulchrum eſt.] Verba ſunt poetæ ambitioſi pulchrum,inquit,eſt:atq; proinde appetendum.
Monſtrari digito.] Subaudi prætereuntium.ſic Horatius.Quòd monſtror digito prætereũtium.
Et dicier.] Pro dici ab omnibus. *Hic eſt.*] Digito me deſignando hic eſt,inquit,ille,qui opus
carmine poſuit. *Et pro nihilo pendas.*] .i.nihili æſtimare debes. *Ten'.*] Pro tene.hoc eſt opus à
te cõpoſitum. *Fuiſſe dictata.*] .i.quæ pueri præceptoribus reddant.nam cũ ſit dictare dicere, quæ
alij excipiant,ſiue notis,ſiue ut repetant,dictatũ erit quod pueris ediſcendũ à præceptore propoſi
tum eſt.Iuuenalis,donec peragat dictata magiſtri omnia. *Centum cirratorum*] Id eſt puerorũ qui
cirros.i.crines ad duodeuigeſimũ annum nutriebant, qui & capillati & criniti & cincinati ex eadẽ
cauſa dicebantur. *Ecce inter pocula.*] Eos reprehendit qui in conuiuijs de poetarum carminibus
iudicant:quod ſyncere non poteſt fieri:quia ut dicit Horatius,male uerũ examinat omnis Corru
ptus iudex. *Ecce Romulidæ.*] Romani quorum fuit conditor Romulus:quemadmodũ à Cecro-
pe Cecropidę Athenienſes dicti ſunt. *Saturi.*] Quo tẽpore minus bene poſſunt carmina penſi
culate iudicare. *Quærunt.*] Inter ſe diſputant. *Poemata dia*] Id eſt diuina, aut de rebus diuo-
B rum & Heroum ſcripta. *Quid narrent.*] Quid dicãt & contineant. *Hic.*] .i.tunc. *Aliquis.*] Ex
numero conuiuarum. *Cui læna ianthina.*] .i.ueſtis coloris uiolacei.nã ion eſt uiola,anthos flos.
cuius color ueſtibus in delicijs nomen dedit,ut ianthinæ appellarentur.Martialis,Coccina famo-
ſæ donas & ianthina mœchæ.In ſacris literis ubicũq; eſt color hyacinthinus:legi poteſt ianthinus.
Eſt circa humeros.] .i.qui ueſte uiolacea indutus.ac per hoc nobilem fuiſſe ſignificat. *Locutus
quiddam rancidulum.*] .i.quod quaſi cibus rancidus faſtidium alijs mouere poſſit,ut ſit tranſlatio ſa
poris ad uocem. *De nare balba.*] Quia emittendo ſpiritum per nares uidetur balbutire. *Eli-
quat.*] Gracili & delicata uoce profert:ſumptum ab ijs qui per colum aut cribrum aliquid ſecer-
nunt aut colant.Verg.in Moreto.Foraminibusq; liquatur Emundata Ceres. *Phyllidas.*] .i.elegi
as factas de Phyllide regina Thraciæ,quę cum Demophoontẽ Theſei filiũ hoſpitio primum,dein-
de thalamo ſuſcepiſſet:profectus ille Athenas cum ſe ad conſtitutũ tempus rediturũ pollicitus eſ-
ſet,neq; id præſtitiſſet,illa moræ impatiens uitam laqueo finiuit. *Hypſipylas.*] Poemata de Hy-
pſipyle Thoantis filia,quæ cum Lemni regnaret,Iaſonem ad Colchos proficiſcentẽ hoſpitio ſuſce
pit:atq; illo deinde marito uſa eſt.qui uictor atq; coniugij priſtini immemor cum Medea in patri-
am redijt. *Et ſi quid.*] .i.ſi aliquod poema. *Vatum.*] .i.poetarum. *Eſt plorabile*] .i.flebile.
ſignificat autem elegum carmen quod de rebus flebilibus eſt. *Et ſupplantat uerba.*] .i.extenuat in
C modulationem quandam , uocis rigorem.Supplantare nanq;, eſt defraudare atq; diminuere.
Palato tenero.] .i.molli & effœminato,ut uocis lenocinio auditorũ aures demulceat. *Aſſenſo
re uiri.*] .i.conuiuæ aſſenſum præbuere:applaudendo poetæ recitanti. *Nunc non.*] Verba ſunt cõ
uiuarum in laudẽ poetę mortui,cuius carmina ſunt recitata:dicentiũ ut illius manes(quemadmo
dum nos dicere ſolemus:requieſcant in pace) & oſſa molliter iaceant. *Cinis ille poetæ*] Cuius car
mina modo audiuimus. *Non eſt nunc felix.*] Ac ſi dicant:eſt profecto felix. *Et cyppus.*] .i.tymba
ſiue tumba (ſic enim Græce & Hiſpane dicitur lapis qui ſepulchro ſuperimponitur) interdum pro
loco ſepulchri:ut apud Oratium in primo Sermonum.Mille pedes in fronte,trecentos cyppus in
agrum Hic dabat. *Non imprimit tunc oſſa leuior.*] Pro leuius: quaſi dicat ſic profecto eſt quòd terra
nunc eſt illi leuis:id quod in omnibus fere monumentis ſepulchrorum legimus. H.S.E.S.T.T.L.
hoc eſt.Hic ſitus es,ſit tibi terra leuis. *Laudant conuiuæ.*] Et addunt ſuperioribus. *Non naſcentur
nunc uiolæ.*] .i.flores.ut ſit ſpecies pro genere. *Ex manibus illis*] .i.ex ſepulchro dijs manibus ſa-
cro. *Et ex fauilla fortunata.*] .i.ex cinere & oſſibus hominis fortunati.ac ſi dicant, deberẽt profe
cto naſci.quod perinde dictum eſt,quaſi florum odor perueniret ad mortui ſenſum.Iuuenalis.Dij
maiorum umbris tenuem & ſine pondere terram Spirantesq; crocos & in urna perpetuum uer.i.
uernos flores. *Rides ait.*] Inducit Perſius quempiam qui poetæ illius qui tãtopere laudatur par
D tes tueatur. *Ait.*] Ille poetæ defenſor. *Rides.*] ſcilicet ô Perſi. *Naribus uncis.*] .i.ſubſannatio-
nibus,hoc eſt ronchis nos ſuſpendendo:& ut ait Horatius, Naſo ſuſpendis adunco. *An erit.*]
ſubaudi quiſpiã. *Qui recuſet.*] .i.neget. *Velle meruiſſe os populi.*] .i.laudes meritas à populo con
ſequi. *Et qui locutus digna cedro.*] .i.æternitate.cedro enim ſiue cedrelęo, hoc eſt oleo cedrino per-
ungebantur chartæ,ne tineis & blattis pertunderentur,aut cariem ſentirent . idq; cedrus præſtat.
Martialis ad librũ ſuum.Cedro nunc licet ambules perunctus:& Oratius.Speramus carmina fin
gi Poſſe linenda cedro. *Linquere.*] Subaudi neget poſt mortẽ. *Carmina nec metuentia ſcombros.*]
Piſces ſalſos ex genere halecum,qui à cetarijs chartis inuoluti uendebantur:in quos uſus damna-
bantur chartæ inutiles.Martialis ad librũ ſuum.Nec ſcõbris tunicas dabis moleſtas. *Nec thus.*]
Id eſt unde fiant cuculli in quibus inuoluitur thus.Mart.idem.Nec thuris piperis ue ſis cucullus.
Eſt autem cucullus charta in ſpeciem cuculli formata.Hiſpane dicitur alcartam.

MVRMELLII ECPHRASIS.

At monſtrari digito à prætereũtibus eſt pulchrum & honorificum,& dici,hic eſt ille poeta, eſt
pulchrum & honeſtum.An æſtimes nihili,librum tuum præbuiſſe materiam quam magiſtri pue-
ris frequentiſsimo dictauerint auditorio?Ecce Romani ſaturi quærunt inter potandũ quid diui-
na poemata narrent.Aliquis nobilium ueſtitus hyacinthina læna, locutus in cõuiuio molliculum
quiddam

quiddam & putidū de nare balbutiētī, molliter enunciat fabulas Phyllidis & Hypſipyles, & ſi quid A
flebile eſt à pocus cōpoſitū, & ſupprimit tenero ac effœminato palato uerba. Viri q hęc audiūt aſsē
ſere nobili illi fabulas id genus uocis lenocinio recitanti, & nugas eiuſmodi pariter approbāt: nō/
ne cinis ille poetæ, qui ſic inter potandum laudatur à nobilibus, eſt nūc felix? nōne leuior cyppus
imprimit nunc oſſa illius poetæ? Conuiuæ laudāt poetam, cuius poemata recitantur. nōne uiolæ
naſcentur nunc è manibus illis? nonne è tumulo & fortunata fauilla illius poetæ, cuius carmina à
nobilibus & principibus Romanis adeo ſuſpiciuntur, probantur, prædicātur. Aduerſarius a/
liquis rides, inquit, & indulges nimiū corrigationi nariū, ac hominū irriſioni. An quiſpiā erit, qui
recuſet uelle mereri laudem populi, & locutus carmina cedro cōſeruanda, relinquere ea, quæ nec
ſcombros, nec thus metuāt, hoc eſt quæ immortalitatē conſequantur. Reſpondet Perſius.

SCHOLIA.

At pulchrum eſt digito.] Ironia eſt. Irridet enim leuiculos inanis gloriæ captatores. M. Tull. ultimo
Tuſculanarum Quæſtionū libro. Leuiculus ſane noſter Demoſthenes, qui illo ſuſurro delectari ſe
dicebat aquam ferentis mulierculæ, ut mos in Græcia eſt inſuſurrantiſq; alteri. Hic eſt ille Demo/
ſthenes. Martialis. Sed toto legor orbe frequens, & dicitur hic eſt. Idem alibi. Rumpitur inuidia, q
tu ba ſemper in omni, Monſtramur digito. *Ten.* [Tene, apocope eſt. *Cirratorum*] Puerorum
cirros habentium. *Cirrus.*] Capillus contortus & criſpatus. Iuuenalis. Flauam Cæſariem, & ma B
dido torquentem cornua cirro. Hinc cirratus, cirros habēs. Martialis. Nec matutini cirrata cater/
ua magiſtri. *Ecce inter pocula.*] Satyrico riſu taxat eos qui inter potandū de ſcriptis aliorū diſpu
tant: & temere quaslibet & ineptas fabulas de rebus turpiſsimis molliter compoſitas laudibus ef/
ferunt. *Romulidæ.*] Romani. ſed in ſe ironiam habet: quaſi dicat, Romuli minime ſimiles, qui ſo/
brius fuit, & nequaquā temulentus. *Saturi.*] Cibo potuq; diſtenti. Cicero in Tuſculanis. Quid
quòd ne mente quidē recte uti poſſumus, multo cibo, & potione completi. *Hyacinthina.*] rubra,
& hyacintho flori perſimilis. Eſt autem hæc uera lectio teſtibus Nicolao Perotto, Philippo Beroal/
do, Aldo Manutio, tametſi Calderinus illum carpſerit ſuper hoc ſane q impudenter. Lectio hęc e/
tiam probatur ex antiquis exemplaribus Hieronymi ad Furiam De uiduitate ſeruāda ſcribentis,
ubi hyacinthina læna legitur. & ſane Perſianam elegantiam non decebit ſi quis legerit & ianthina,
eum hæc coniunctio &, turpiter ſit redundatura. *Læna.*] Græce [illegible], paludamentum, ueſtis
ſuperindumentum. Maro. Tyrioq; ardebat muriee læna. *Phyllidas.*] Phyllis regina Thraciæ,
quæ Demophoontem adamauit, à quo cum ſe ſpretam ſuſpicaretur, uitam finiuit ſuſpendio.

Hypſipylas.] [illegible] Hypſipylé interpretatur altas portas habens. Hæc filia Thoantis Lemni re
gina fuit uarias calamitates experta. Quibuſdam placet [illegible] uerti in ſuam aſpiratam, ut dicatur Hy/
pſiphyle ut [illegible] trophæum. *Eliquat.*] Molli & liquida uoce pronunciat. *Supplantat*] ſup C
primit. *Viri*] Ironicos, in quibus nihil uirile eſt. *Non.*] Nonne. *Nunc.*] Cum ita lauda/
tur à nobilibus & principibus Romanis. Loquitur autem hæc poeta ironicos. ſignificans ina/
nem applauſum, & uanas illas laudationes nihil conferre mortuo, iuxta illud. Poſt cineres glo/
ria ſera uenit. *Cippus.*] Tumulus. Cippus eſt inſtrumentū ad colligandos pedes: terra quoq; in
tumulum coaggerata. Ponitur pro ſepulchro. Significat interdū columnam. *E manibus illis.*]
E ſepulchro, ubi manes illius quieſcūt, ex opinione ueterum animas mortuorum in ſepulchris re
quieſcere putantium. *Ait.*] Subaudiendum, aduerſarius quiſpiam. Ex hoc loco cōuinci poſ/
ſunt errare, qui ab initio Satyræ monitorē inductum cōtendunt, quod ſi factū eſſet, quomodo ſtet
orationis congruitas, uiderint illi. Mihi ſane uidetur non ait, ſed ais dicendū Perſio fuiſſe, quod ſi
quis cōtra exemplariū fidem inconſultū receperit, uerſus cōcinnitatē nimio ſibilo perturbauerit

Nimis uncis indulges.] Nimiū irrides & ſubſannas nobiles Romanos molliū poematum admira
tores, idq; naribus in rugam contractis. Horatius in Sermonibus. Naſo ſuſpēdis adunco. *Ce-
dro digna*] Id eſt quæ perpetuo ſeruētur. Libri auctore Victruuio, oleo cedrino tincti nō timent ti/
neas, nec cariem. *Scombros metu.*] Chartaceis cucullis ſalſamēta uenditabātur. Martialis, Nec ſcō
bris tunicas dabis moleſtas. Scombrus piſcis eſt, ex quo laudatiſsimum fiebat garum.

Quiſquis es, ó modo quem ex aduerſo dicere feci,
Non ego cum ſcribo: ſi forte quid aptius exit:
(Quando hæc rara auis eſt) ſi quid tamē aptius exit:
Laudari metuam. neq; enim mihi cornea fibra eſt.
Sed recti finemq; extremumq; eſſe recuſo
Euge tuum & belle. nam belle hoc excute totum,
Quid non intus habet? non hic eſt Ilias Acci
Ebria ueratro: non, ſi qua elegidia crudi
Dictarunt proceres: non quicquid deniq; lectis
Scribitur in citreis. calidum ſcis ponere ſumen,
Scis comitem horridulum trita donare lacerna.
Et, uerum inquis amo. uerum mihi dicito; de me

ASCENSIVS. D

Quiſquis.] In hac parte Satyri/
cus prętermiſſa cachinnatione, ſe/
uere docet laudem quidē non fu/
giendam eſſe, ſed tamen non appe
tendam, tanquam id in quod prin
cipalis intentio bene dicētis aut be
ne operantis dirigatur. Is enim fi/
nis hypocritarū eſt. Deinde oſten/
dit carmen ſuū non eſſe ad glorias
inanes, quale eſt illorū qui recita/
turi captant eos corā quibus reci/
tent: à quibus non niſi aſſentatio/
nem obtinere poſsint: quod uehe/
menter deteſtatur poeta, & admo/
nens Romanos ut talem laudatio

G 2 nem

Qui pote?uis dicam?nugaris:cum tibi calue
Pinguis aqualiculus propenſo ſeſquipede extet.
O Iane à tergo quem nulla ciconia pinſit:
Nec manus auriculas imitata eſt mobilis albas:
Nec linguæ quantum ſitiat canis Appula tantum.
Vos ó patricius ſanguis,quos uiuere fas eſt:
Occipiti cæco poſticæ occurrite ſannę.
Quis populi ſermo eſt?quis enim?niſi carmina molli
Nunc demum numero fluere,ut per læue ſeueros
Effundat iunctura ungues:ſcit tendere uerſum
Non ſecus acſi oculo rubricam dirigat uno.
Siue opus in mores,in luxum & prandia regum
Dicere res grandes noſtro dat muſa poetæ.
Ecce modo heroas ſenſus afferre uidemus
Nugari ſolitos Græce:nec ponere lucos
Artifices,nec rus ſaturum laudare,ubi corbes,
Et focus,& porci,& fumoſa palilia fœno.
Vnde Remus:ſulcoq́ꝫ terens dentalia Quinti
Cum trepida ante boues dictaturam induit uxor,
Et tua aratra domum lictor tulit: euge poeta.

A nē quę tacita irriſio eſt euitēt,ſubinfert aſſentatorū uerba. Ex aduerſo .i.oppoſito.Nā ſicut aduerſus hoſtes:ita aduerſus amicos dicimus. i.erga: nō enim ſemper inimicitias notificat. Ex hoc autē loco manifeſtū eſt poetā induxiſſeq aduerſus ſe loquatur,ſed qa dicit modo, uidetur duos induxiſſe,& relicto priore ad ſecundū reſpondere. Quando aui quanquā &c. oſtēdit cur dixit forte,quia per hoc euitauit arrogantiam: arrogantis enim eſſet firmiter aſſerere , ſe apte ſcribere: unde ſubdit ac ſi dicat: dico forte: quando, id eſt quandoquidē hæc B eſt rara auis. i. raro reperitur qui apte ſcribat ſicut & Phœnix rarus inuentu eſt,quippe qui unus duntaxat eſſe perhibetur. Iuuenalis autē dicit,Rara auis in terris nigroq́ꝫ ſimillima cygno. Vel oſtēdit quare non metuat laudari:propterea ſcilicet:quando.i.quādoquidem hęc rara auis eſt,id eſt rarum admodū eſt & perquam difficile apte quicquam edere:& ita laude dignum:ſed cōſtructio textus fauet priori expoſitirioni.Cornea fibra, præcordia dicuntur ſedes affectionum. Sunt tenues pelliculæ cor cingentes,quæ ſi corneæ & duræ ac denſæ eſſent,nō tam faciliter afficeremur:quia ergo homo eſt, & ut Tacitus dicit cupido gloriæ enā ſapientibus nouiſsima exuitur,non facile creditu eſſet,quòd laudē aſpernetur:quilibet enim conari debet,ut dignus ſit laude nō ut laudetur, nō ſibi ſed deo & proximo:cui bona fama noſtra utilis eſt, dummodo auctoritatem noſtram in benefactis aut dictis ſequatur.Eſt autem fibra quaſi uena quædam in extremo iecoris,aut cordis, aut aliorū exto- C rum.Euge tuum &c.omnis pars indeclinabilis pro nomine poſita neutrū genus induit. Verbum ut ſcire tuum. Aduerbiū,ut iam cras heſternum. & belle hoc.Interiectio.ut euge tuum. Quid non intus habet?figurata eſt interrogatio plus ponderis habens quàm ſumma cōfirmatio: quando enim nihil ſatis amplum eloqui poſſumus:interrogamus.ut quē non incuſaui amens hominumq́ꝫ deorūq́ꝫ?Aut quid in euerſa uidi crudelius urbe?Et,Hæc eadē ut ſciret quid nō faciebat Aminias? Ilias Acci.i.Accij.Notanter aūt dicit Accij,ne Neronē aperte taxet:qui Troica ſcripſit,unde dicit in eum Iuuenalis Satyra viij.In ſcæna nunquā cantauit Oreſtes : Troica non ſcripſit. ſicut ſup.Nero, qui erat Troianarū rerum affectator maximus·qui & in ſcenico habitu haloſin. i. expugnationē, & excidiū Ilij decantauit.Ebria ueratro.ſicut prius rancidulum dixit compoſitū aut prolatum ab eo qui rācidulis ſatur erat:ita Iliada uocat ebriam:quia cōpoſita eſſet ab Accio cum tantū ueratri, id eſt hellebori ſumpſiſſet,ut ebrius poſſet dici. Sumēdi autē hellebori cauſa eſt,ut conſumptis nociuis humoribus deſęcatius & purgatius haberent cerebrū,& melius ingeniū ut de Carneade recitabit Britānicus.Sed Satyrico ſcōmate ridere mihi uidetur poeta Accius, quod quare uideatur dicam:propriū eſt diuini & cothurnati poetæ furere & inſanire: Vnde Maro. Inſanire libet &c.& Oratius,Excludit ſanos Helicone poetas.Ridet ergo Acciū,qui tam ieiune,aride,& inamœne uertit Iliada,ut nullū poetici furoris ueſtigiū in ea appareret:quaſi contra furorē illum ueratrū immodi D ce ſumpſerit:alioqui non uideo cur rideat ꝙ ſit ebria ueratro.Elegidia diminutiuū eſt more Græco,mutato genere ſicut ab epiſtola fit Epiſtoliū: elegidium ergo eſt quid elegiæ.i.carminis de miſere amantibus aut aliter miſere pereuntibus compoſitum.Si qua nō liceret dicere in hoc caſu & genere ſiquæ:quia quæcūq́ꝫ deſinūt in quis habent qua non quæ,quoties reperitur utrūq́ꝫ niſi forte ecquæ:ecōtrario quæ à qui.Crudi,quaſi dicat nōdū cocti ab ea metaphora qua Sat.iij.utetur, quū dicet,Vdum & molle lutū es,nunc nūc properandus & acri Fingendus ſine fine rota. Crudi ergo ſunt:quia cum ad libitū uixerint,nec philoſophiæ præceptis reformati ſint,crudi & indigeſti merito cēſentur.aut crudi,crudo ſtomacho,ob crudū & indigeſtum cibū:quibus nullū fuerit ingeniū: quia magiſter artis ingeniiq́ꝫ largitor uenter.Proceres ſunt eminētiæ murorū,quę maiores trabes & ita pōdera domus ſuſtinent:unde ad primores ciuitatis trāslatio facta eſt.Dictarunt, hoc quoq́ꝫ indiligentiā notat:nā nō ſatis eſt dictare.i.ſcripturo pronūciare quaſi ex tēpore facta carmina : immo ut dicit Flaccus libro primo Serm.Sat.ult.Sæpe ſtylū uertas,iterū quæ digna legi ſint Scripturus:nec te ut miretur turba labores.Lectis in citreis.i.in precioſiſsimis lecticis ex citro factis. Solebant enī poetę diligētes,ne quę ſponte prouenirēt aut excogitarētur etiā in lecto carmina,perirēt, habere parietē aut lecticā cęratā,ſtylūq́ꝫ paratū quo ea ſcriptitarēt:diuites aūt cōtenti poetę uideri, precioſiſsimas lecticas habebāt:& qui philoſophi uideri uolebāt,philoſophorū imagines ad eorū effi-

effigiem effictas habebant, dicente Iuuenale Satyra ij. Nam perfectiſsimus horum, Si quis Ariſto- A
telem ſimilem uel Pittacon emit. Sic hodie qui docti uideri uolunt libros emunt complures, & eos
exornant: ſed non legunt. Poteſt autē intelligi tam de lectis diſcubitorijs, quàm cubitorijs ut alij di
cent. Calidum ſcis ponere &c. cauſam oſtendit quare plurimi in errore permaneant, & tamen ſibi
placeant: quia uidelicet adulatoribus aures præbent, eosq; ineſcant, à quibus caſtigari debeant.
Contra quod ſummum remedium eſt conſulere uiros bonos & prudentes. Nam ut docet Orati-
us in fine de Arte poetica. Vir bonus & prudens uerſus reprehendet inertes &c. Verum mihi dici
to: de me. uolebat addere quod poſtea addituros eſt: quaſi dicat continuo, de me: quis populi ſer-
mo eſt. Sed poeta fingens ſe adeſſe per quandam phantaſiam ubi diues eum conſulit quem laute
acceperit & decentius ueſtierit: intermiſcet ſermonem ſuum: ſic tamen ut ſimul loquantur & poe-
ta & diues: ſed ſicut in comœdijs fieri ſolet, licet multa ſimul dicta ex argumento comprobentur:
tamen quia ſi ſimul recitarentur intelligi non poſſent: ſingulatim enuncianda ſunt. Quum ergo di
ues inciperet dicere, uerum amo, uerum mihi dicito: de me quis populi ſermo: indignatus poeta
interpellat illo tamē nō animaduertēte nec audiente quidē, Qui poteſ ſup. eſt. i. qui poteſt ſup. fieri
ut ille uerum dicat. uis dicam? i. uis ut ego tibi dicam uerū. tu nugaris. i. nugas agis. Cum tibi Cal
ue. Varie exponitur Nam Plautus & Britannicus proprium nomen boni poetæ huic per irriſio-
nem attributum intelligunt. Alij caluum dictum putant quaſi depilatum, utpote ab eo cui ſumen B
& lacernam dederit pro falſo applauſu. Sicut ibi. Fronte capillata, poſthæc occaſio calua eſt. Alij
ad naturam reſpexiſſe uolunt: quia fere pingues & bene curata cute recaluaſtri ſunt: præſertim ad-
uentante ſenio. ſed hic in uetulum uidetur loqui ſicut ibi. Tun uetule auriculis &c. Et rurſus. Nil
ne pudet, capiti non poſſe pericula cano Pellere. Mihi autem uidetur poeta id agere, ut Neronem
maxime carpat, & minime carpſiſſe conuincatur, tum quòd Pulydamāta dixit, tum quòd Iliada,
tum quòd auriculas aſini Midas habet. ſed Polydamas Troianorum princeps erat: ſed hic ne de
Nerone frequenter recitante, & ſibi gloriam uſurpante dixiſſe conuinceretur: dixit cum tibi cal-
ue. quod ſi ad ætatem referatur ad Neronem non ſpectat. ſed multo poſt mortem Perſij, Iuuenalis
de Domitiano dixit Satyra iiij. Et caluo ſeruiret Roma Neroni. Argute ergo dubium ſumpſit uoca
bulum, ut de proprio & caluaſtro & uetulo loqui melius poſsit: ſicut poſtea de Nerone locuturus
dicet, magni pupille pericli. ubi pericli à nominatiuo pericles, & à nominatiuo periclū deduci po-
teſt. Seſqui, dicitur quid cum ſemi, ut ſeſquipes, pes cum ſemi. Albas auriculas dixit: quia manus
puerorum qui pollicem auribus ſuis imponunt & in morem auricularum aſinorum manus mo-
uent, albæ ſunt: uel quia aſinorum auriculæ, id eſt extantes cartilagines interius albicant. Quis e-
nim &c. uerba ſunt adulatoris ad diuitem. In luxum & prandia regum. Prandia olim uitio daban
tur potiſsimum à Platone, qui homines bis in die comedentes portentum eſſe dicebat. Heroas ſen C
ſus: emphaſis eſt, quia non contentus dicere Heroicos ſenſus, dixit Heroas. ſunt autem uerba adu
latoris: nec intelligo quòd poeta queniquam carpat Græciſſantem, ſed quòd adulator immodera
te laudet. Senſus enim uerborum omnium eſt. Quis populi ſermo de me eſt? ad hoc adulator an-
nuens indicauit, quòd bonus, unde ſubdit: quis enim eſſet ſermo de te niſi quòd nunc demū flu-
unt carmina molli numero ſine quauis aſperitate: & quòd ſiue ſcripturus ſis in mores regum, id
eſt ſecundum quoſdam comœdiam, ſiue in luxum, id eſt Satyram. ſiue in prandia, id eſt tragœdi-
am uel ut ſimul legamus, ſiue ſcripturus ſis in. i. contra mores & luxum in prandia regum, id eſt di
uitum, populus dicit quòd muſa dat nunc noſtro poetæ, hoc eſt tibi dicere res grandes: unde pro
pter rem inopinatam infert adulator populum dicere. ecce nos uidemus modo, id eſt pòſtquam
hic noſter cœpit ſcribere Latinos ſup. poetas ſolitos nugari Græce, id eſt more Græcorum nugas
componere, & non artifices, id eſt peritos ponere lucos: nec rus ſaturum, id eſt omnia utenſilia ha
bens, in quo ſunt corbes &c. afferre Heroas ſenſus. unde poſt omnia concludit adulator dicens:
euge poeta, quod forte poetæ irridenti poſſet concedi. hæc ſumma eſt. Sed quo mentem poetæ ue-
rius capias, ſcies fere quæ ab aduerſario dicuntur contra mentem poetæ dici: unde ſicut modo qui
Græce ſciunt, ſe ſolos ſapere uereq; doctos eſſe exiſtimant, cōtra qui neſciunt uix centum Græcos
curto centuſſe licentur: ita adulator ut Græce neſcientem extollat, dicit Græce peritos, nugari ſoli- D
tos: cum Oratius dicat: Graijs ingenium, Graijs dedit ore rotundo Muſa loqui. Non ergo tam uæ
cors ſis ut dicas poetam in Græcos inuehi &c. ORDO. Ordo autem eſt. O tu ſup. quiſquis,
id eſt quicunq; es, quem ego feci modo, id eſt paulo ante dicere ex aduerſo, id eſt ex aduerſa parte:
audi ſup. quid ſentiam. Quum, id eſt quando ego ſcribo: ſi forte exit, id eſt editur à me quid, id eſt
aliquid aptius, id eſt aliquantulum aptum (dico forte) quando, id eſt quandoquidem hæc auis eſt
rara, id eſt rarum eſt exire à quouis quod aptum ſit: tamen ſi forte quid aptius exit, id eſt ſponte &
non inuita Minerua ex pectore poetæ procedit. (L. Scoppa legit quanquā hęc rara auis eſt) ego nō
metuam, id eſt nō formidem laudari: enim pro quia, fibra, id eſt extremitas extorum uel materia
præcordiorum non eſt mihi cornea, id eſt dura & inafficibilis, quaſi ex cornu aut corno ſit. Sed e-
go recuſo, id eſt renuo: tuum euge ſicut dicturus eſt euge poeta (eſt autē euge quaſi bene age & gau
de ex bene actis) & tuum belle, quando ſcilicet dices de uerſibus meis belle, id eſt pulchre ac lepide
dictum: eſſe finem & extremum recti, id eſt eſſe extremum & principale intentum propter quod re
cte agas. Nam excute, id eſt diſquire (ſicut ueſtes excuſſæ oſtendunt quid intus habeāt pulueris &
immundiciei) hoc totū belle, id eſt totum quod prætendis dicendo belle ſup. dictum: quid ſup. a-
dulationis & tacitæ irriſionis non habet intus? quaſi dicat nihil non habet: quia quidlibet habet

A quod poeta nõ appetit:quia nõ ſcribit ut qui talem laudẽ aucupantur.unde ſubdit,Ilias Acci.i.Accij,hoc eſt carmen de Ilio ab Accio Labeone cõpoſitum:ebria ueratro.i.editũ ab eo qui,ut ſe bono ingenio fretũ ſcripſiſſe doceret,multũ ueratri.i.hellebori albi ſumpſiſſe iactabat.aut ut dixi,qui nihil poetici furoris ſe habuiſſe indicat,non eſt hic.i.in hoc opere meo:& ſi proceres.i.primores ciuitatis:crudi.i.incocti & inerudití dictarunt.i.dictauerunt & ſcribenda pronunciauerunt qua.i.aliqua elegidia.i.fragmenta elegiaci carminis:non ſup.ſunt hic,deniq;.i.ut ſimul & unò uerbo dicã:quicquid ſcribitur in lectis citreis.i.precioſiſsimo ligno cõfectis,& inſuper cæratis:non eſt hic,hoc eſt hic nihil eſt ſcriptum ab eo qui diuitijs ſuis applauſum emat:quia talis non poteſt rectum iudicium de ſe audire,unde ſubdit.Tu ſcis ponere,id eſt ante ponere ſumẽ.i.illud abdomen.genus ferculi facti ex papillis ſuis:calidum.i.recens coctum quomodo delicatius perhibetur,& tu ſcis donare comitem.i.te comitantẽ amicum pauperẽ ſed doctũ:horridulum.i.male ueſtitũ,& frigore ſubinde horrentem.i.quaſi horrore trementem:lacerna.i.ueſte uirili ſed exteriori,trita.i.ſemitrita & ex uetuſtioribus tuis.i.tu ſcis quadam beniuolentia quaſi dono conferre auditoribus tuis & uictum & amictum:&.i.attamen,tu,inquis,ego amo uerum:dicito mihi uerũ:aut ut Nebriſſeñ.optatur,ſit amo blandientis uox ſic.Et inquis,amo.id eſt amabo te,dicito mihi uerum.uerum:ut geminata uox affectionem geminet.quis ſermo populi eſt de me:quod dixi continue dicere diuitẽ:

B ſed poetam inſeruiſſe uerba ſua:ut qui non poſſet ineptias tales perferre.dicit ergo poeta. O calue id eſt decepte uel uetule inepte uel recaluaſter ex lautitijs: uel qui te caluum poetã arbitraris cum ſis imperitiſsimus,qui.i.quomodo pote.ſup.eſt.i.fieri poteſt:ut, ſupple ille, tibi uerum dicat. uis ſup.ut ego qui non ſum obnoxius tibi,dicam ſupple uerum?tu nugaris.i. nugas,hoc eſt res inanes agis,cum petas uerum audire ab eo quem pro mendacio nutris:uel cum credas te apte ſcribere,cum.i.quandoquidẽ aqualiculus pinguis.i.inteſtinum ſordiũ capax extet.i.emineat,& extra ſitum debitum ſtet tibi,ſeſquipede.i. pede cum ſemi. protenſo. i. porro,id eſt longe extenſo: hoc eſt cum ſis obeſo & præpingui uentre grauatus:putas tamen aliquid edere, unde ueram laudem merearis,cum à quibus laudari arbitraris,à tergo irridearis.O Iane.i.o deus biceps, qui & ante & poſt te uides:quẽ nulla ciconia.i.digitus habens ſe cum brachio incuruato per modum colli ciconiæ,aut gruis,pinſit,id eſt per deriſionẽ quaſi pinſat.i.pungit te demiſſus à tergo, id eſt poſt tergũ tuũ,ſubaudi beatus es:aut aliquid ſimile.Nec pro & non:& poſt ſupple manus mobilis.i.quæ frequenter à deriſore qui pollices auribus imprimens manus quatit & uibrat,mouetur.non eſt imitata auriculas albas,id eſt aſininas quæ interius albicant.uel auriculas albas ex albis manibus ſimulatas.Nec tantum linguæ:ſcilicet exertæ pinſit à tergo uel irridet à tergo:quantum ſupple linguæ canis Appula.i.ſitibunda & uenatione delaſſata,ſicut in Appulia regione illa Italiæ ſæpe fit:ſi-

C tiat,id eſt ſinendo emittat uel exerat.unde exertam linguam dicimus. Eſt autem compoſitum ab ex & ſero, ſed poſt x, non ponitur s.nam dicimus pro exſero exero: ſicut pro exſulto exulto, &c. Pro ſequenti latinitate aduerte quòd quoties uerbum ſubſtantiuum aut eius participium exprimitur, aut ſubintelligitur,non ponetur uocatiuus ſed nominatiuus:ſicut hic:uos o patricius ſanguis,ſubauditur enim entes.Nam ordo eſt.O uos ſupple Romani nobiles entes ſup. ſanguis patricius,id eſt patribus,hoc eſt ſenatoribus præcipuis orti:quos fas eſt,id eſt decet uiuere ſup. laudabiliter & ſine irriſione:occurrite,id eſt remedium & obſtaculum adhibete ſannæ,id eſt ſubſannationi & irriſioni,poſticæ.i.poſterioris partis.cæco occipiti.i.ubi occiput.i.poſterior pars capitis non habet oculos.Hoc eſt,uiuite ſic,ne dens locum irriſoribus,aut facultatem ueſtri irridendi, Aut ſic,occurrite occipiti cæco, & ſannæ poſticæ.id eſt quæ fit à poſtica,id eſt poſteriore parte capitis.Hæc non audiens aut non aduertens,quia ſeorſum ea loquitur poeta,pergit diues quo oceperat dicens,quis ſermo populi eſt de me?Ad quod arridens & annuens adulator quaſi dicat apprime bonus:addit quis enim ſupple alius eſſet.niſi carmina fluere, id eſt diuite & benigna uena quaſi ſuapte natura prouenire molli,id eſt ſuaui concinno & non aſpero numero: demum, id eſt poſt longam expectationem, nunc ſcilicet quando tu ſcribis:ita ſupple ut iunctura,id eſt apta cõpoſitio ſibi conſtans effundat:per læue,id eſt per locum non aſperum: hoc eſt ſicut aquam effu-

D ſam leuiter transfluere ſine mora & obſtaculo ſinat ac permittat: ungues ſeueros,id eſt quantumuis rigidos in exquirenda aſperitate aut uacuitate:& eſt ſumpta metaphora à marmorarijs qui ducentes ungues per planum marmoris percipiſcunt an ſatis politum ſit.Et tamen ſubobſcura propter uerbum effundat: nam quæras quomodo iunctura effundat ungues ſeueros per læue,cum non uideatur poſſe effundere niſi per aſperum & concauum aut rimoſum. Sed norimus hyperbolicos ab aſſentatore dictum: ac ſi dicat, tanta eſt concinnitas carminis tui, ut quamuis iunctura in opere marmorario non effundat ungues ſeueros niſi aſperum aut non plenum offenderint: tamen iunctura carminis tui effundat ungues tuos ſeueros etiam per læue, id eſt quod dum carmina faciunt, alijs poetis non tam ſeueris cenſoribus uideatur læue: ut aſſentator dicat populum non loqui de carmine iam conſummato: ſed de eo quod adhuc fiebat dum iunctura ungues effundebat etiam per læue, id eſt quod alij cuiuis uideretur læue & non aſperum. Et dicunt ſupple de te. Poeta noſter ſcit tendere uerſum, id eſt ſuis neruis & numeris conſtantem ad punctum perfectionis dirigere: non ſecus, id eſt non aliter ac ſi dirigat rubricam, id eſt funiculum qui fere ex pilis fit rubro illitis, uno oculo, id eſt uſu unius oculi: quo ut clarius uideant alterum claudunt fabri lignarij & latomi. Et dicunt ſupple quòd muſa, id eſt ipſa dea inuentionis & aptæ compoſitionis, dat noſtro poetæ, hoc eſt tibi: dicere, id eſt ex arte eloqui, res

grandes

grandes ſiue ſupple dicere uelit,aut ſcripturus ſit opus in , id eſt,contra mores : hoc eſt ut dixi co- A
mœdiam.ſiue in luxum,id eſt,ſuperfluitatem habitus uictus aut coitus.hoc eſt Satyram. ſiue ſup-
ple:in,id eſt,contra prandia regum,id eſt principum,qui in prandijs & cœnis ſummam triſtitiam
inuenerunt proprios filios edentes,ut Tydeus & Thyeſtes.uel legamus ſimpliciter:ſiue ſcripturus
ſit opus in mores ſiue in luxum ſiue in prandia regum,id eſt,diuitum,id eſt,in quæcunq; uitia ſcri
bere uelis.Et in approbationem illius addit ſupple populus ut dicit aſſentator dicens,Ecce , quod
admirantis eſt rem inopinatã:uos uidemus modo,id eſt,poſtquàm hic noſter cœpit ſcribere ſup-
ple Romanos:ſolitos,id eſt,conſuetos antehac:nugari,id eſt,nugas,id eſt,res friuolas & inanes a-
gere:Græce,id eſt,more Græcorum qui fere nugantur,ut adulator ſentit,& uix artifices,id eſt,peri
tos & doctos ponere,id eſt,deſcribere primum præter imitationem aliorum,lucos,id eſt,ſyluã in-
cæduam,id eſt non incidendam,ut locus ex luco religioſus habeatur,quem arare aut inuertere ne
fas ſit,nec ſupple artifices,id eſt,peritos laudare rus ſaturum,id eſt,habens abunde ſibi neceſſaria,
ubi,id eſt in quo rure ſunt corbes:quibus ſcilicet uuæ colliguntur & uindemiæ aut ſationes fiunt,
& focus ubi ignis fouetur,& laribus ſacrificatur.& ubi ſupple ſunt porci quibus operantur, id eſt,
ſacrificium faciunt Cereri,& quibus ueſcuntur ruſtici,& parilia aut palilia , id eſt , inſtrumenta ad
ſacrificandum Pali.i.deæ pabulorum in fœno,entia fumoſa,id eſt,ſuſpenſa in loco fumoſo : unde,
id eſt,ex quo rure ſaturo,Remus ſup.ortus eſt cum Romulo fratre ſuo:& o Quinti.i.o Luci Quin- B
ti Cincinate unde ſup.tu terens ſulco,id eſt,faciendo ſulcos:dentalia,id eſt,aratrorum partes den-
tatas,id eſt,inſtrumenta agricolarũ à dentibus ſic dicta,quum.i.quando uxor tua trepida.i. præ ti
more feſtina,induit te dictaturã.i.inſignia dictaturæ Romanæ.ſummi uidelicet magiſtratus cui li-
cebat ſine prouocatione.i.appellatione ex dictamine.i.ex ſententia omnia gerere : ante boues ſup.
aratorios cum tua aratra ducerent.& cum lictor.i.uiator aut miniſter publicus tulit tua aratra do
mum ſup.tuam te Romam proficiſcente,hoc eſt cum antea poetæ Romani ſolũmodo nugas perſe
querentur Græce ſcribentes aut more Græcorum,quaſi per adulationem dicat Romanos res gra
uiores ſcribere ſolitos quàm Græcos:quod Cicero in principio Tuſculanarum affirmat,Horatius
non probat:& tamen multo tẽpore ſolitos nugari:& uix doctos deſcribere rus ſicut modo deſcri-
ptum eſt cum ſuis digreſſiunculis & locupletationibus:nos uidemus eos nunc afferre,id eſt,in me
dium adducere ſenſus heroas,id eſt,ſententias heroicas.declinatur autem hic heros huius herois
huic heroi hunc heroa,&c.& pluraliter hos heroas:poſuit aũt ut dixi per emphaſim primitiuũ pro
deriuatiuo:quia uero tu ſolus hoc potes,addit adulator euge,id eſt,gaude & bene age poeta,aut di
cit hoc,ut ſequentia poeta ipſe per irriſionem.

IOANNES BRITANNICVS.

Quiſquis es o mo.] Monitori introducto reſpondet Perſius. *Non ego cum ſcribo,ſi forte quid aptius* C
exit laudari metuam.] Hoc ad illud refertur. An erit qui uelle recuſet Os populi meruiſſe? Senſus eſt.
Non nego,inquit,ſi quid recte à me ſcriptũ fuerit,mihi quoq; placere laudes populi. *Quando hæc*
rara auis.] Verecunde ſuas extenuat uires,ſumpta eſt translatio ex phœnice,quem unũ in toto or
be tradunt aquilæ magnitudine,auri fulgore circa colla,cætera purpureum,cæruleam roſeis cau-
dam pennis diſtinguentibus,criſtis faciem caputq; plumeo apice honeſtare.Sacrum in Arabia ſo
li eſſe,uiuere annis ſexcentis ſexaginta prodidit Manilius ſenator ille maximus , nobilis doctrinis
doctore nullo.Seneſcentem caſia turisq; ſurculis conſtruere nidum,replere odoribus & ſuper e-
mori,ex oſſibus deinde ac medullis naſci primo ceu uermiculum,deinde fieri pullum . Cornelius
Valerianus,phœnicẽ deuolaſſe in Aegyptum tradit,allatumq; eſſe in urbem Claudij principis cẽ-
ſura,& in comitio poſitum:quę omnia ut fabuloſa ſcribit Plinius·Ouidius.Et uiuax phœnix unica
ſemper auis. *Fibra*] Pectus.Fibra extremum dicitur iecoris & cuiuſq; fere uiſceris:Antiqui fibrũ
dicebant extremum,unde in ſagis fimbriæ dicuntur.auctor eſt Varro.Fibræ item dicuntur in por-
tis & in arboribus. *Cornea.*] Dura,ut laudis dulcedine non moueatur : corneum, & à corno & à
cornu deduci poteſt . à corno Virg. Cornea bina ferunt præfixo haſtilia ferro. A cornu Plinius.
Pro labris cornea & acuta uolucribus roſtra. *Sed recti finemq; extremumq; eſſe recuſo . Euge tu-*
um & belle.] Hoc pendet ex ſtomacho ſuperiorum carminum . Quid didiciſſe? niſi hoc fermẽtum D
& quæ ſemel intus Innata eſt rupto iecore exierit caprificus.Senſus enim eſt.Recuſo laudem eſſe eã
propter quam rectum ſit colendum.quia ſublata laude ſequeretur uirtutes non eſſe colendas . di-
cit igitur ſe recuſare laudem eam eſſe ad cuius finem ſummum rectum ſit colendũ.nam per ſe uir-
tus eſt colenda. Vnde exclamat Iuuenalis.Tanto maior famæ ſitis eſt quàm Virtutis.quis enim uir
tutẽ amplectitur ipſam Præmia ſi tollas?Ordo eſt , Recuſo euge & tuũ belle eſſe finem & extremũ
recti. *Recuſo euge & tuum belle.*] .i. laudes & adulationes quib.hoc modo recitantibus applaudis,
eſſe finem extremũ recti.i.eſſe eas ad quarum finem rectum.i. uirtus colatur. *Finem extremum.*]
Exaggeratio eſt,idem enim ſonant.Nam belle hoc excute totũ,Quid nõ intus habet , hoc dicit . Si
bene has laudes inſpexeris,eas adulationũ & irriſionũ inuenias plenas:nec ex uero proficiſci iudi
cio.hinc eſt indignatio poetæ. *Belle hoc.*] id eſt hanc laudem qua recitantes excipiuntur ab audi
toribus. *Excute.*] Euolue.inſpice.tractum à ueſtibus ex quibus puluis excuti ſolet. *Quid non in*
tus habet.] Scilicet adulationis & irriſionis.unde ſequitur exclamatio poetæ . O Iane à tergo quem
nulla ciconia pinſit.monet itaq; laudibus credendũ non eſſe,cum eæ ex aſſentatione magis & irriſi
one proficiſcãtur. *Non eſt hic Ilias Acci.*] Auferte,inquit,iſtas ueſtras laudes quæ irriſionis plenæ
ſunt,nã nõ ſum ego Labeoni & proceribus ſimilis,qui et ſi male ſcribãt,laudis tñ eã cupidi ſunt, ut

A laudatores cœnis conducant: ſicq; ſua tempora notat. *Non eſt hic Ilias Acci.*] id eſt, hic liber meus non eſt Ilias Accij Labeonis, de quo ſupra dictum, qui laudem quærat. *Ebria ueratro.*] Ironia eſt, id eſt, plena ueratri, id eſt, hellebori. quod ut melius ſcriberet ſæpius ſumpſerat. Id enim potabatur ad aciem ingenij purgandam: idcirco Carneades Academicus, ut ſcribit Gellius, reſponſurus libris ſtoici Zenonis, helleborum candidum ſumpſit. ſumebatur autem tutiſſime in Anticyra inſula. Ouidius. Ibibe dixiſſem purgantes pectora ſuccos, Quicquid & in tota naſcitur Anticyra. Quare eo ut ſcribit Plinius, Liuius Druſus nauigauit, cum morbo comitiali laboraret, ſumptoq; helleboro liberatus eſt. Id humores noxios & inſaniem hominis emendat, neque hyeme, neque æſtate recte datur: optime uere, tolerabiliter autumno. auctor eſt Celſus. *Non ſi qua elegidia crudi dictarunt proceres.*] id eſt, non ego ſimilis ſum diuitibus & primoribus, qui ſiue elegias, ſiue quid aliud ſcribentes laudem cœnis & muneribus uenantur. *Elegidia.*] Elegidium diminutiuum eſt Græcum ab elegia. inuidioſe & Satyrice diminutiuo uſus eſt, ut oſtendat etiam in minima re quoſdã laudẽ quærere. In elegis claruerũt apud Græcos Callimachus, Philetas, Alexãder Aetolus, Antimachus, Calinus, Mimmermus, Tyrteus Lacedæmonius. apud Latinos uero Tibullus qui auctore Fabio terſus atque elegans auctor eſt talis carminis, Propertius, Ouidius, Gallus, Caluus, Catullus. Inſtitun elegi primum deflendo deſiderio mortuorum, mox ad amores tra-

B ducti: ſed nomen tamen retinuerunt à miſerabili cantu, quo olim mortuos deplorabant. nam eleo idem eſt quod miſereor. *Crudi.*] Quod corporis eſt ad animum tranſtulit. crudi enim dicuntur cibi non cocti, & qui non facile cibos concoquunt. Ergo crudi, id eſt, non coctæ nec perfectæ ſcientiæ. *Proceres.*] Primores & principes urbis, dicti quod emineant in ea ſicut in ædificijs mutili, hoc eſt capita trabium quæ proceres dicuntur. Neronem notat qui iuuenis carmina elegiaca ſcripſit, ut oſtendit Martialis. Ipſe tuas etiam ueritus Nero dicitur aures, Laſciuum iuuenis cum tibi luſit opus. *Dictarunt proceres.*] Dictare ut dictum eſt, eſt enunciare quod alius excipiat: unde dictata. *In lectis citreis.*] id eſt, Diſcubitorijs. Nam antiqui in lectis diſcumbebant. Horatius. Sæpe tribus uideas lectis cœnare quaternos. Iuuenalis. Tertia ne uacuo ceſſaret culcitra lecto. Terentius. Lectulos in ſole ilignis pedibus faciundos dedit, ubi potetis uos. Virgilius. Aulæis iam ſe regina ſuperbis, Aurea compoſuit ſponda. Eoſdem toros appellarunt. Martialis. Imperat extructos ſoluere nona toros. Virgilius. Inde toro pater Aeneas ſic orſus ab alto, id eſt, lecto diſcubitorio: contra eos qui toros pro ſellis exponunt, cum nuſquam hoc inueniatur. Hoc ideo de lectis ſtudioſius ſcripſi, ut imperitiores hoc loco lectos diſcubitorios intelligant, non autem ubi dormirent: nam cœnantes plerunq; (tanto enim ſcribendi ſtudio tenebantur) carmina dictabant. Horatius. Mutauit mentem populus leuis, & calet uno Scribendi ſtudio puerią;, patresq; ſeueri, Fron-

C de comas uincti cœnant, & carmina dictant. *Lectis citreis.*] Hominem diuitem deſignat. Atlas Mauritaniæ mons citrum arborem producit: unde menſæ citreæ fiebant tanta taxatione, ut harum ſumptus fœminæ uiris exprobrarent, cum ipſis margaritarum luxus exprobaretur. Eæ præcipue laudabantur quæ undatim pauonum caudæ oculos imitabantur: tanto auro rependebantur. Martialis. Accipe felices atlantica munera ſyluas: Aurea qui dederit dona, minora dabit. Et tricliniorum lecti diſcubitorij his tabulis operti pauonini dicebantur. Martialis. Nomina dat ſpondæ pictis pulcherrima pennis, Nunc Iunonis auis, ſed prius Argus erat. *Calidum ſcis ponere ſumen.*] Hinc excandeſcit poeta, quòd laudatores cœnis & muneribus conducat. Horatius. Non ego uentoſæ plebis ſuffragia uenor, Impenſis cœnarum & tritæ munere ueſtis. Non ego nobilium ſcriptorum auditor. Martialis. Quod tam grande ſophos clamat tibi turba togata, Non tu Pomponi, cœna diſerta tua eſt. Sumen ex papillis porcæ lactantis fit, ut placet Plinio, idq; optimum ex porca primipera, potiusq; uetere quàm nouella, ſi modo fœtus nõ hauſerit. Martialis. Eſſe putes nondum ſumen ſic ubere largo Effluit, & uiuo lacte papilla tumet.

Et uerum inquis amo, uerum mihi dicito.] Qui ſcribebant, quamuis muneribus & cœnis laudatores conducerent, tamen aſſentationes odiſſe ſe monſtrabant: & ueritatẽ quidem amare. Martialis in Gallicum. Dic uerum mihi Marce: dic amabo: Nil eſt quod magis audiam libenter. *De me*]

D Cum inferioribus coniunguntur, ut ſit ſenſus & ordo. *De me.*] Quis populi ſermo. Cætera quæ interponuntur à poeta, tanto ſtomacho & irriſione inſeruntur, ut ſingulis pene uerbis ardeat indignatio. *Qui pote.*] id eſt, quomodo poſſibile eſt, te ex his uerum audire, qui ob cœnas & munera accepta tibi aſſentari coguntur? *Qui.*] Pro quomodo. Terentius Qui ſcis uis dicãq; quaſi ille dixerit. Cur nõ mihi uerum dicetur. *Nugaris cum tibi calue Pinguis aqualiculus pro. ſe. ex.*] inſanus quidem es: ſi ex te proficiſci putas quæ digna ſunt laude: cũ uentri tantũ inſeruis: ex quo innuit, ex craſſo homine & gulæ indulgenti ſubtilem ſenſum non elici. nam ut ſcribit Plinius, magis audi ſunt ciborũ, quibus ab aluo longius ſpatiũ: ijdem minus ſolertes quibus obeſiſsimus uẽter, id eſt, pinguis. *Nugaris.*] id eſt, pro nugis carmina tua habenda ſunt, id eſt, male quidem uerſificaris, nec fieri poteſt, ut bene ſcribas cũ epulis, intentus ſis. *Pinguis aqualiculus.*] Hinc fremit poeta. Aqualiculus receptaculũ ſordiũ. *Extet*] Emineat. *Seſquipede*] Vno & dimidio pede. Seſqui enim indeclinabile ſignificat unũ & dimidiũ. additur cuiuis nomini. Plin. iunior ita ſcribit. Egerã tribus horis & dimidia, ſupererat ſeſquihora. nam ita diuiſerat tẽpora reus, ut ego quinq; horis: ille reliquis uteretur. Feſtus ſic. Scipio Aphricanus primus fortiſsimũ quemq; delegit qui ab eo in bello non diſcederent, & cætero munere militiæ uacarent, & ſeſquiplex ſtipendium acciperent. *Protenſo.*] Protẽto, quod procul pendeat, id eſt, quod emineat. *Calue.*] Quid hoc loco alij ſuſpicen

tur

tur uiderint.Ego uerò ita interpretor,ut per irriſionem eum Caluũ uocet,hoc eſt poetam egregiũ. A
nam Caluus poeta fuit,epigrammatum præſtantia celeberrimus,temporibus C.Cæſaris . de quo
ita ſcribit Tranquillus.C.Caluo poſt famoſa epigrammata de reconciliatione per amicos agẽti ul
tro ac prior ſcripſit.Eiuſdem Plinius Iunior ita meminit.Præterea Pompeius Saturninus facit uer
ſus quales Catullus,aut Caluus.Et alibi:Canto carmina uerſibus minutis.His olim quibus & me
us Catullus,Et Caluus ueteresq;.De Caluo poeta item ſic legitur apud Macrobium . nam & apud
Caluum Acterianus affirmat legendum , Pollentemq; deum Venerem:non deam. Ouidius.Ob-
uius huc uenies hedera iuuenilia cinctus Tempora , cum Caluo docte Catulle tuo . Eſt igitur ſen-
ſus.O calue,o tu poeta qui te alterum Caluum carminis præſtantia putas : ſicq; irriſio eſt . Caluus
item optimus orator fuit . de quo & Plinius.Tacitus ſæpe meminit in opere De claris oratori-
bus. *O Iane à tergo.*] Nimia indignatione exclamat poeta appellans Ianum felicem : cui à tergo
ea non fiunt quæ aliis fieri ſolent . Nam Ianum bifrontem fuiſſe fabulata eſt antiquitas , quaſi ſu-
perûm & inferûm ianitorem. Vt Macrobius ſcribit ex ſententia Baſſi.eundem quadriformem qua
ſi complexum quatuor mundi climata. *Nulla ciconia.*] Modus eſt irriſionis, id eſt,digiti in u-
num collecti in modum roſtri ciconiæ . Occidiſſe ciconiam in Theſſalia capitale fuit,quòd ipſæ ſer
pentes necent.Quo è loco ueniant,quoue abeant,incertum eſt. *Pinſit.*] Irridet.ſumptum à pi-
ſtoribus,qui ante uſum molarum frumenta in pilam coniecta pinſebant, id eſt , tundebant . unde B
piſtores,& piſtrinum,& piſtillus.Diomedes tamen grammaticus pinſat legit à prima coniugatio-
ne. *Auriculas albas*] id eſt,aſininas,quæ interiori parte albicant. *Imitata.*] Quæ temporibus ap-
ponitur mouenturq; inſtar auris aſininę. *Nec linguæ.*] Subaudi cui,ut ſit ordo.O Iane cui nec tan
tum linguæ:deeſt exeritur in deriſione. *Quantum.*] Scilicet exerit. *Sitiat.*] Deeſt cum,ut ſit cum
ſitiat. *Canis appula.*] Apulia æſtuoſa eſt.nam ut Varro ſcribit,ubi lati campi,ibi magis æſtus,& eo
in Apulia loca calidiora & grauiora,& ubi montana ut in Veſuuio,ibi leuiora , & ideo ſalubriora.
Horatius. Nec tantus unquam ſyderum inſedit uapor Siticuloſæ Apuliæ. *Vos o patricius ſanguis*].
Inuidioſe hoc dicit. nam omnes fere carminum ſtudio tenebãtur: ut inde laudem mererẽtur. unde
illud exiſtit Horatianum. Scribimus indocti,doctiq; poemata paſſim. Idem alibi. Mutauit mẽtem
populus leuis,& calet uno Scribendi ſtudio.Iuuenalis.Expectes eadem à ſummo minimoq; poe-
ta. *Vos o patricius ſanguis.*] Apoſtrophe eſt.Hæc enim ſchemata,& his ſimilia conuertunt in ſe au-
ditorem,nec languere patiuntur. *Occipiti cæco.*] id eſt,irriſioni,quæ à tergo fieri ſolet. *Sannæ*]
Irriſioni quæ fit diſtorto uultu:unde ſubſannare. *Quis populi ſermo?*] Cum ſuperioribus coniun
guntur, ut ſit, De me quis populi ſermo? nam cætera , ut dictum eſt à poeta interpoſita ſunt. *Quis
enim.*] Laus aſſentatoris. Horatius. Scribit mala carmina uecors, Laudato. *Quis enim.*] Subaudi
eſt: ironia eſt aſſentatoris. *Niſi carmina molli nunc demum numero fluere.*] Sic Horatius de ficto lauda C
tore. Clamabit enim, pulchre, bene. Idem alibi. Deriſor uero plus laudatore mouetur. *Fluere.*]
Sumptum ab aquis, quæ molliter & ſine ſtrepitu fluunt. *Molli numero.*] Suaui rythmo. *Vt per
lęue ſeueros Effundat iunctura ungues.*] Compoſitio uerborum. *Effundat.*] Tranſmittat nulla intercurrente aſperitate, tranſlatio
eſt ſumpta à marmorariis, qui iuncturam lapidum unguibus pertentant . unde ortum eſt illud di
ctum, rem eſſe factam ad unguem, cum uolumus ſignificare rem eſſe perfectam. *Per læue.*] .i. Læ
uorẽ. & ſcribitur per æ diphthongon. *Vngues ſeueros.*] Scrupulorum inuẽtores. *Scit tendere uer
ſum.*] .i. Tam quidẽ recte uerſum facit, ut ex omni parte quadret, & æqualis ſit: ſumptũ à fabris lig-
nariis q rubrica lineas rectas in lignis dirigũt. *Rubricã*] terra eſt rufa, quæ alio nomine ſinopis di
citur, primũ inuẽta auctore Plin. in Põto. unde nomẽ à Sinope urbe. naſcitur & in Aegypto, Balea
ribus, Aphrica, ſed optima in Lemno & in Cappadocia effoſſa, & in ſpelũcis, quæ ſaxis adhæret ex
cellit. Ex reliquis rubricæ generibus, fabris utiliſſima Aegyptia & Aphricana, quoniã maxime ſor
bentur. *Siue opus in mores, in luxum, & prandia regum Dicere res grandes.*] Quodcunq;, inquit, uelit
ſcribere noſter poeta, ſiue Satyricum carmen , ſiue tragœdiam, muſa res grandes ei ſuggerit . Or-
do eſt, Muſa dat noſtro poetæ dicere res grandes. *Siue opus in mores.*] Subaudi ſcripturus ſit ali-
quid tale. In mores & luxum. Alii autem diſtinguunt ut per mores comœdiam intelligant , per lu-
xum uero Satyram accipiant. Alii uero coniuncta legunt, ut ſit rei exaggeratio. i. Satyrã, quæ et mo D
res & luxũ hominũ perſequitur, & hoc melius. *Luxum.*] Luxa mẽbra è ſuis locis mota & ſoluta
dicuntur, à quo luxurioſus in re familiari ſolutus, ut ſcribit Feſtus. Luxuria eſt igitur omnis morũ
ſolutio. *Prandia regũ.*] .i. Tragœdiã, qua cœnæ regum exitioſæ ſcribũtur. *Ecce modo heroas ſenſus
afferre uidemus.*] Indignatio eſt in quoſdã Græculos. i. in eos qui paulũ aliquid ultra primas literas
Græcas progreſſi, ubiq; Græce perſtrepunt, cum Latinarum literarum cognitionem perfectã non
habeant. Quod turpe oſtendit etiam Iuuenalis. Omnia Græce, Cum ſit turpe magis noſtros neſci
re Latine. Hinc ergo fremit poeta, nullo modo ferens ab his poemata heroica ſcribi , cum nec ad
minima quæq; deſcribenda ſint apti. Ex quo innuit Perſius poetas oportere omni ſtudiorum ge-
nere præditos eſſe. *Ecce.*] Particula eſt incipientis & rem nouam demonſtrantis. *Solitos nugari
Græce.*] .i. Nec adhuc tamẽ perfectos Græcos. *Senſus heroas.*] id eſt, Heroicos. principale pro de
riuatiuo. ut Virg. Hoc Itacus uelit, pro Itacẽſis. *Nec artifices*] doctos. *Ponere.*] Scribere, ut alibi.
Fabula ſeu mœſto ponatur hianda tragœdo. *Lucum.*] Quaſi rem humilẽ & minimã. Lucũ enim
aut generaliter loquitur, aut lucũ dicit Marti cõſecratũ, in quo peperit Ilia Romulum & Remũ. Se-
quitur enim unde Remus. nam de eo multi ſcripſerãt. Iuuenalis. Nota magis nulli domus eſt ſua,
quàm mihi lucus Martis. Sed generaliter locutum eſſe magis placet. *Rus ſaturum.*] Plenum &
omnium

A omnium abundans.rus dictum,ut Varroni placet,quod quotannis rurſum facienda ſunt, ut rur
ſus capias fructus. *Laudare.*] Hinc poetæ uirtus cognoſcitur,cum rem uerbis & extollere,& de-
primere nouit. *Parilia.*] Feſta Palis deæ paſtorum.quod & feriæ ei deæ fiunt: ſic dicta ut Cerea-
lia à Cerere: Vinalia à uino, Vulcania à Vulcano. uſus tamen obtinuit: ut Parilia non Palilia dice-
rentur.quoniam pro partu pecoris eidem ſacra fiebant.xij. Kalendas Maias:ut ſcribit Seruius.Pa
rilibus Romulus urbem condidit,quem diem feſtum præcipue habebant minores: auctores Fe-
ſtus & Varro De re ruſtica. *Fumoſa fœno.*] Nam paſtores,ut diximus,xij.Kalendas Maias ſolen-
nia quædam in honorem Palis celebrabant,quæ putabantur ad ſalutem tam paſtorum,quàm pe
corum quàm canum pertinere.unde Ouidius:Pelle procul morbos,ualeant homineſq́ greſeſq́.
Et ualeant uigiles prouida turba,canes.Deæ enim liba offerri ſolita,idem teſtatur.Quæ precor eue
niant:& nos faciamus ad annum Paſtorum dominæ grandia liba Pali.Stipularũ manipulos ſum
ma effuſi hilaritate tranſiliebant.Idem.Moxq́ per ardentes ſtipulæ crepitantis aceruos Traijcias
celeri ſtrenua membra pede.Tibullus.Ille leuis ſtipulæ ſolennis potus aceruos Accendet,flammas
tranſilietq́ ſacras:ſicq́ ea ſacrificij ſolennitate expiari putabant.Vnde Ouid.Omnia purgat edax
ignis.uinumq́ metallis Excoquit:idcirco cum duce purgat oues. *Vnde Remus.*] Latenter Roma
norum originem oſtendit duci à paſtoribus.de quibus ſcripſit Varro.Romanorum uero populũ
B à paſtoribus eſſe ortum quis non dicit?quis Fauſtulum neſcit paſtorem fuiſſe nutritiũ, qui Romu
lum & Remum educauit?non ipſos fuiſſe paſtores obtinebit,quod parilibus potiſſimũ condidere
urbem? *Sulcoq́ te.de quin.*] Hic eſt ille L. Quintius Cincinatus,qui filium Cæſonem petulantiſſi-
mũ abdicauit,& dictus dictator,inſignibus ſumptis Q.Minutiũ conſulem in Algido monte à Vol
ſcis & Sabinis obſeſſum liberauit.Quare à Minutio & eius exercitu corona aurea obſidionali do-
natus eſt,uicit hoſtes,ducem eorũ in deditionem accepit,& triũphi die ante currũ egit.Sextodeci-
mo dictaturã,quã acceperat depoſuit die, & ad agriculturã reuerſus,ipſe iterũ poſt uiginti annos
dictator dictus Spuriũ Melium regnũ affectantem à Seruilio Hala magiſtro equitum occidi iuſſit,
domum eius ſolo æquauit,unde Aequimelium dicitur.Hincq́ dictus eſt Serranus à ſerendo.Vir-
gil,Nec te ſulco Serrane ſerentem:nã aranti trans Tyberim quatuor ſua iugera in Vaticano, quæ
prata Quintia appellantur, uiator attulit dictaturam.& quidẽ,ut tradit Norbanus,nudo plenoq́
pulueris etiamnũ ore.cui uiator,uela corpus inquit,ut proferam ſenatus populiq́ Romani man-
data. *Dentalia.*] id eſt,aratra:partem poſuit pro toto.Nam dentale ea pars eſt aratri, cui uomer
præfigitur. *Dictaturam induit.*] Inſignia dictatoria:Dictatorem ſcribit Varro appellatũ eſſe,quòd
à conſule diceretur:eiusq́ dicto omnes audientes eſſent. *Vxor.*] Dicta eſt quaſi unxor, eo quod
nouæ nuptę euntes ad maritũ portas adipe lupino ungebant:nequid mali medicamẽti inferretur.
C *Lictor.*] Vt Valgius Rufus ſcribit,appellatus à ligando,quod cum magiſtratus Po. Ro. quẽpiam
uerberari iuſſiſſent,crura eius & manus ligari uincirià à uiatore ſolita ſint.Iſq́ qui ex collegio uia
torum officium ligãdi haberet,lictor ſit appellatus.Cice.in oratione pro C.Rabirio:Lictor,inquit,
colliga manus.Feſtus tamen dicit à ligando,quod faſces uirgarum ligatos imperantibus & magi-
ſtratibus gerit.Tironi uero Ciceronis liberto à lino uel licio deriuari placet. *Euge poeta.*] Inſulta
tio eſt & ironia in imperitum poetam.

IOANNES BAPTISTA.

Quiſquis es.] Aduerſarium in hunc ſenſum Perſius alloquitur.O tu,quem in opere meo aduer-
ſarium mihi conſtitui: ſi aliquando ex promptuario literario, ex incude, & officina noſtra exit
opus aliquod terſum,elucubratũ,perfectũ ingenio,& elaboratum induſtria:tunc non metuo lau-
dari:laudes tunc non floccipendo.Eſſet enim hoc hominis ingenij obſtupeſcentis,& cornea duri-
tie præditi,& penitus homicidæ (qui enim famam ſuam negligit homicida creditur) ſed exiſtimo
in illa laude, qua auditores te recitantem proſequuntur, & celebrant, utpote adulatoria, ſum-
mum finem bonumq́ extremum non eſſe collocandum,propter quod uirtutibus debeas incum
bere. *Si forte quid aptius exit.*] .i.ſi quid apte,eleganter,graphiceq́ compoſuerim. *Quando hæc ra
ra auis.*] Verecunde uires ſuas extenuat,dum dicit ſe raro aliquid ſcribere quod dignũ & luculen-
D tum exiſtimetur.& eſt prouerbialis locutio,qua utitur & Iuue.Rara auis in terris.Marullus itẽ poe
ta elegantiſſimus.Rara auis eſt bonus poeta. Alludit aũt ad phœnicẽ auẽ, quæ ſola in mundo eſt.
Ouid.Et uiuax phœnix,unica ſemper auis:ſacra eſt Soli,unde cecinit Claudianus. Hæc fortuna-
tus nimiũ Titanius ales Regna colit.In hãc auẽ:de qua Plinius,Lactantius,Hiero.mutatus fuit Ce-
neus(ut ſcribit Ouidius in x.Metamorph.)qui utrunq́ ſexum habuiſſe dicitur.hinc Statius. Nec
magnũ ambigui fregerunt Cenea ſexus.Vergil.Et iuuenis quondã,nũc fœmina Ceneus. *Neque e-
nim mihi cornea fibra.*] Non ſum tam ſtupidus:nõ ſunt præcordia mihi tã cornea, ut uoluptate non
afficiar:& noſtrũ nõ tentent gaudia pectus:cũ propter aliquid egregie uel dictũ,uel factũ uiri me ce
lebrant,& laudibus nõ modicis proſequũtur. *Fibra.*] Fibrũ antiqui(ut ait M. Varro)extremũ di
xerũt,unde fibræ dictæ ſunt extremitates omniũ rerũ,& iocinoris.Cor.Celſus in iiij. Iecur in qua-
tuor fibras diuiditur.Verg.Cui pecudũ fibræ,cæli cui ſidera parẽt.Plin.Murũ iecuſculis fibræ ad
numerũ lunæ dierũ in mẽſe cõgruere dicũtur. quin & de pulmone alijſq́ uiſcerib. Cuius rei teſtis
eſt Cor.Celſus de pulmone ſic ſcribẽs.In duas fibras ungulæ bubulæ modo diuiditur. Lucanus.
Pulmonis anheli Fibra latet.Quin & radices Pli.Verg.M.Tullio,fibræ dicũtur,q̃ arborũ,herbarũ
q́ extremitates ſunt. *Cornea*] Dura,ferrea,adamãtina,ut laudis dulcedine nõ moueatur:à corno,
uel à cornu.nã ab utroq́ deducitur Corneus.Verg.Cornea bina ferũt præfixa haſtilia ferro. Plin.

Pro

Pro labris cornea & acuta uolucribus roſtra. hoc à cornu: illud à corno. *Sed recti finem.*] Ordo A
eſt. Sed ego recuſo euge tuum & belle, eſſe finem & extremum recti, id eſt, non credo uirtutem pro
pter gloriam eſſe colendam: ſed propter ſe. gloria enim non efficit hominem felicem: gloria non eſt
finis felicitatis, quem quærimus, cum ſit res caduca, & intra breue ſeculum flacceſcat: unde merito
exclamat tragicus poeta. O doxa, doxa. ó gloria, gloria, quid aliud es, quàm aurium inflano mag-
na. *Recti finem.*] Propter quem uirtutem colere debeam. nam propter ſe, non autem propter a-
liud expetitur uirtus (ut tradunt philoſophi) quæ ſe ipſa contenta eſt ut docet M. Tullius in iiij. Tu-
ſculanarum his uerbis, Prudentiæ uero quid reſpondebit dicenti uirtutem ſe eſſe contentam: un-
de Silius in xiij Punicorum. Ipſa quidem uirtus ſibimet pulcherrima merces. Quam plane ſenten
tiam Claudianus in his uerſibus mutuatus eſt. Ipſa quidem uirtus precium ſibi. Nõ opis externæ
cupiens, non indiga laudis, Diuitijs animoſa ſuis, immotaq; nullis Caſibus, ex alta mortalia de-
ſpicit arce. *Euge tuum & belle.*] Voces applaudentium poetæ recitanti, plenæ profecto adulatio-
nis: & ideo paruipendendæ. *Nam.*] Reddit rationem, quare laudes auditorum floccifaciat. *Ex
cute.*] Inſpice, euolue. Excutere proprie eſt mouere. Cicero. Explica, atq; excute intelligentiã tuam.
Plautus. Excute tuum pallium. Sed quia uidemur quaſi res penſitando mouere, factum eſt ut ad il
lud per metaphorã referatur: aliquando eſt eijcere. Verg. Excutitur pronusq; magiſter. A quo di-
cuntur excuſſores equi, qui ſeſſorem deijciunt. Plin. Excuſſo Circenſibus auriga, cucurriſſe excuſ- B
ſores conſtat, & primatum obtinuiſſe. *Quid non intus habet.*] ſ. inanitatis, deriſionis, adulationis,
& aſſentationis, quæ multorum uitiorum mater eſt. Quapropter (ut idẽ Perſius facit, & præcipit)
explodendi ſunt aſſentatores, adulatoresq;, qui ad uoluptatem loquuntur omnia, nihil ad uerita
tem. Vnde merito laudat Mamertinus Iulianum imperatorem, quòd aduerſus omnes aſſentatorũ
illecebras, captionesq; munitus eſſet: quodq; à fucatis adulantium uenenis periculum nullum fo-
ret. Auguſtũ etiam celebrant: ex eo quod omnes adulationes indecoras repreſſerit: hæc dixiſſe pla
cuit: quia nemo hac tempeſtate niſi merus aſſentator, qui, Igniculum brumæ ſi tẽpore poſcas, Acci
pit Endromidã: ad honores ſcandit, & dignitatibus cõdecoratur, probitas aũt & uirtus laudatur,
& alget. *Non hic eſt Ilias Acci.*] Faceſſant, inquit Perſius, ueſtræ adulationes: quibus recitanti-
bus applauditis irriſionibus & ſubſannationibus refertiſſimis: nã Labeoni, cæteriſq; Quiritibus
non ſum ſimilis, qui gloriæ & laudis ſtudio tantopere tenentur: ut ex re, & opere etiã inſulſo, & in-
epto laudari, & celebrari cupiam: quod ut aſſequantur, conuiuas conducunt. Hoc noſtræ tẽpeſta-
tis homines quàm plurimi faciunt: unde fit ut uilam ingloriam ſuppliciũ exiſtimãtes, ambiant, rogẽt,
ſupplicent, iniurias, & contumelias non paucas perferãt, ut ad honores cupitos exambitosq; ali-
quando perducantur. *Hic.*] Liber meus. *Ilias Acci.*] Opus Accij Labeonis: de quo ſupra ſcri
pſimus. hic aũt, ut innuit Perſius, Iliada Homeri uerſibus Latinis fuerat interpretatus adeo peruer C
ſe, ut opus ſuũ ipſe non intelligeret, ut quidam dixerunt. Multi exiſtimant hunc Labeonẽ opus Ho
meri de uerbo ad uerbum contra præceptum Oratij in linguam Latinam trãſtuliſſe: quod nequa-
quam eius eſt, qui ſeruare uelit eloquij uenuſtatem: tales uocant Græci *παραφραστάς*. *Ebria ueratro*]
Plena ueratri: quod ſæpius ſumpſerat, ut melius, & elimatius Iliada Homeri interpretaretur. Helle
borum autem, quo peculiariter medici cathartes utuntur, naſcitur in Anticyra. Ouidius in Triſti-
bus. I bibe dixiſſem purgantes pectora ſuccos, Quicquid & in tota naſcitur Anticyra. Quod pleri
que ſtudiorum gratia ad prouidenda acrius quæ commentabantur, ſumptitauerunt, ut Carnea-
des reſponſurus Zenonis libris: Auctor Plin. lib. xxv. plura A. Gellius lib. xvi. & Strabo lib. ix. Hel
leboro coturnices uictitant ut autumat Alexander Aphrodiſeus. Galenus in libro *περὶ κράσεων* Ci-
cuta, inquit ſturno, & coturnicibus helleborum eſt cibus, homini autem uenena. Plinius libro x
Naturalis hiſtoriæ. Coturnicibus ueratri ſemen gratiſſimum, quam ob cauſam eas dãnauere mẽ-
ſis, ſimulq; ob comitialem morbum deſpui aſſuetum, quem ſolæ animalium ſentiunt præter homi
nem. Vnde Apuleius ruſtice magis quàm ſcite dixit morbo comitiali aſellum conflictari. hoc dixi,
ut obiter codicẽ Ouidij in primo Amorũ emacules, ubi legitur, Ecce coturnices inter ſua prælia ui
uunt: Forſitan & fiunt inde frequenter anus. tu lege Prandia. Plautus in Rudente, helleboro ſum
fatuum, & dementem appellat, qui indigeat helleboro, de quo plura inferius. potes & apud Plau- D
tum helleboroſum purgatum, & helleboro fatuis medentem (ut eſt apud Philoſtratum) expone-
re. *Non ſi qua elegidia.*] Ordo eſt hic, liber meus non eſt elegidia, ſi qua crudi proceres dicta-
runt, id eſt, mihi talis non eſt natura, tales mores, quales ingeniti atq; inſiti ſunt iſtis ſummatibus
uiris, & potentioribus: qui ex qualibet re etiam minima, ex quocunq; opuſculo laudes, & gloriam
conductis conuictoribus uolunt aucupari. *Crudi.*] Qui non perfectam ſapiunt poetices diſci-
plinam, per metaphoram. nam Crudus proprie eſt contrarium cocto, quod ponimus quandoq;
pro perfecto. Quid ſi hic crudos proceres, qui non bene concoxerũt, propter cibi multitudinẽ in-
telligeremus? nam crudus & hoc ſignificat. Orat. Crudi tumidiq; lauemur. Quint. crudo orato-
ri declamandũ non putat. Cicero. Quòd in cœnã nõ ueniret, quòd eſſet crudior. aliàs dicitur du-
rus ut interpretatur Seruius Verg. in xij. Et qua fata celerrima, crudo Tranſadigit coſtas & crates
pectoris enſe. aliquando crudelis. quandoq; crudi etiam cibi dicuntur, qui indigeſti, & nondum
concocti ſunt. Iuuenalis. Et crudum pauonem in balnea portat. non enim dicit crudum. i. duræ di
geſtionis (ut quidam hallucinantur) ſed cum cibus ſit delicatiſſimus uoluit illorum ingurgitatio-
nem demonſtrare, qui corpus & ſtomachũ ſuũ carne pauonis adeo diſtendebant, ut illam quãuis
tenerrimam, & leuis digeſtionis, calore naturali digerere & concoquere nequirent. A crudo fit
cruditas

A cruditas pro ingurgitatione,& repletione. Cicero libro ix. Epiſtolarum ad Petum. Satius eſt hic cruditate, quam iſtic fame. Quomodo autem proueniant cruditates, docet Macrobius in ſeptimo Saturnaliorum. *Proceres.*] Principes,& ſummates, nobileſq; Romani. *Dictarunt.*] Compoſuerunt altero exſcribente, excipienteq;. Quintilianus. Dictandi delicias improbat: cum impropria effluant:& alia incommoda ſubſint. Aliàs dictare eſt præſcribere, ſuadere, commonere: Apuleius. Patere oro te inquam dum dictat occaſio. *Elegidia.*] Diminutiuo uſus eſt Satyrice,& mordaciter, ut eos merito reprehendi oſtendat, qui non ex opere, ſed ex opuſculo breuiſſimo laudes quærerent:& comeſſationibus uenarentur. Elegia autem eſt carmen compoſitum hexametro uerſu, pentametroq; inuicem poſitis (ut ſcribit Diomedes.) Quo genere carminis apud Græcos clariſſimi tres fuere ſcriptores, Callimachus, Philetas Cous: quorum meminit Propertius ſic dicens. Callimachi manes, & Coi ſacra Philetæ In ueſtrum quæſo, me ſinite ire nemus. Ouidius in Arte. Sit tibi Callimachi ſit Coi nata poetæ: Sit quoque uinoſi Teia muſa ſenis. Tertius fuit Mimmermus de uoluptate ſcribens: cuius meminit Oratius. Nam Mimmermus uti cenſet, ſine amore iociſq; Nil eſt iucundum. Apud Latinos uero Propertius, Catullus, & Tibullus. dicitur autem ſiue παρὰ τῷ ἐλεγεῖν τοὺς τεθνεῶτας, defunctorum enim laudes hoc carmine comprehendebant, ſiue ἀπὸ τοῦ ἐλέου, id eſt, miſeratione: quod Tyrteus Græciq; ἐλεγεῖαι iſto metro ſcriptitauerũt. Quod ſenſit & Oratius Elegos miſerabiles appellans. B Ouidius in Amoribus de morte Tibulli. Flebilis heu mœſtos elegeia ſolue capillos: Ah nimis ex uero nunc quoq; nomen habes. Idem. Elegeia flebile carmen. Mox ad res lætas amoreſq; uſurpari cœpta eſt. unde eam blandam appellat idem in ſecundo de Remedio. Oratius. Verſibus impariter iunctis querimonia primum, Poſt etiam incluſa eſt uoti ſententia compos. Quis fuerit elegorum inuentor grammatici certant. Illud non eſt prætereundum ſilentio, Tortellium & Tibulli interpretem errare elegia non elegeia apud Ouidium legendum eſſe arbitrantes. *Scribitur.*] Ab iſtis poetis. *In lectis citreis.*] In quibus diſcumbunt. Oratius. Sæpe tribus uideas lectis cœnare quaternos. Terentius, Lectulos in ſole ilignеis pedibus faciundos dedit, ubi potetis uos. Hominem autem opulentum,& locupletem, nummis refertiſſimum & (ut inquit Plautus) bene follitum ſignificat, qui citreos lectos poſſideret. Citrus enim arbor eſt quæ in Atlante monte Mauritaniæ naſcebatur, ex qua menſæ citreæ dictæ in maximo præcio apud antiquos fiebant, quas (ut ſcribit Plinius,) fœminæ uiris contra margaritas regerebant. Olim Cethegus menſam Citream permutauerat fundi taxatione. Extãt, inquit Plinius, hodie M. Ciceronis in illa paupertate,& quod magis mirum eſt illo æuo emptæ libris undecim. Rotundæ erant,& orbiculatæ. Menſis Citreis præcipua dos in uena, criſpis oblongo diſcurſu, uel intorto: illæ Tigrinæ: hæ Pantherinæ appellantur. Fiebant autem eo artificio, ut dimidiatis orbibus non tantum rima, C ſed nec commiſſura uſquam appareret, quas eboreis pedibus fulciebant. unde dixit Plinius. Eodem ebore numinum ora ſpectari,& menſarum pedes. Lucanus libro x. Dentibus hinc niueis ſectos Atlantide ſylua Impoſuere orbes, quales ad Cæſaris ora, Non capto uenere Iuba. Martialis libro ij. Tu Lybicos Indis ſuſpendis dentibus orbes. Iuuenalis Satyra xi. At nunc diuitibus cœnandi nulla uoluptas Nil rombus, nil dama ſapit, putere uidentur Vnguenta atq; roſæ, latos niſi ſuſtinet orbes Grande ebur. Alij referunt hoc ad illum antiquorum poetarum morem, qui parietes cubiculi incærabant, ut ſi qua noctu intra lectum carmina excogitaſſent, illic ſtylo annotarent. Oratius. Immeritusq; laborat, Iratis natus paries dijs atq; poetis. Cæterum prior ſenſus placet: nam plerunque (tanto enim ſcribendi ſtudio tenebantur) cœnantes carmina pueris, quos à manibus habebant, dictabant. hinc poeta lyricus. Mutauit mentem populus leuis,& calet uno Scribendi ſtudio, puerıq;, patreſq; ſeueri Fronde comas iuncti cœnant,& carmina dictant. *Calidum ſcis ponere ſumen.*] Hinc augetur poetæ indignatio, atque excandeſcentia, quod diuites,& locupletes poetæ congregent corruptos adulatores cœna, qui ipſis poemata inſulſa recitantibus, ſophos,& calos ſucclament, in quos eſt illud epigrammatarij poetæ. Non tu Pomponi, cœna diſerta tua eſt. Oratius. Non ego uentoſæ plebis ſuffragia uenor Impenſis cœnarum,& tritæ munere ueſtis. Inde iam non inurbane σοφοκλεῖς, ἀπὸ τοῦ σοφῶς, καὶ καλοκλεῖς, ἀπὸ τοῦ καλῶς uocantur: iiſdem Latinũ nomen D impoſitum eſt Laudiceni,& tamen indies creſcit fœditas utraq; lingua notata. Quia autem auditores huiuſmodi rebus à poetis conducerentur, oſtendunt in Epiſtolis Plinius Iunior,& Cornelius Tacitus De claris oratoribus, ubi loquens de poetis ſic inquit. Rogare opus eſt, & ambire ultro, ut ſint, qui audire dignentur,& ne id quidem gratis. *Sumen.*] Plinius libro octauo, loquẽs de ſuibus inquit, quod ex ſue quinquaginta penè ſapores fieri ſolebant,& in primis commendabatur abdomem, ſeu ſumen quod fit ex papillis ſuillis uno die poſt partum ſectis,& ſalius, à ſugendo (ut ſcribit Marcellus) de quo diſtichon eſt apud Epigrammatarium. Plinius. Huius & ſumẽ optimum, ſi modo fœtus non hauſerit: Eiectitiæ teterrimum. antiqui abdomen uocabant, prius callere id ſinentes, occidere non aſſueti. ſic enim legendum eſt, non autem, priuſquam ſit ſcientes. Fallitur mirum in modum Domitius,& eius ueſtigia ſectantes, dum putant uuluam id eſſe quod ſumen, contra omnium auctorum (quos equidem legerim) ſententiam,& maxime Plinij, qui libro undecimo docet uuluã inteſtinorũ eſſe partem in qua conceptus fit,& fœtus continetur: qua non tantum Romani, ſed etiam Græci uſi ſunt, ut apud Atheneum ſcriptorem Græcum legimus. cui facit fidem illud Alexidis in Callimedontem περὶ πάτρας μὲν πᾶσι ἀποθνήσκειν ἐθέλει· περὶ δὲ μήτρας καλλιμέδων ὁ κάραβος, id eſt, pro patria quicunque mori uult: pro uulua Callimedon Carabus. Quid autem ſit ſumen iam docuimus, ex quo nota eſt illorum etiam lippientibus hallucinatio.

Horridulum.] Frigore trementem. Iuuenalis. Et horrenti tunicam non reddere ſeruo, ab horro- A
re, quem febres ſolent antecedere, quæ habent circuitum: auctor eſt Celſus in iij. aliàs horror dici-
tur pauor, formido, à quo horrendum ſignificare formidandum putat Hieronymus ad Sumiam,
& Fretellam ſcribens de pſalmorum interpretatione. *Trita lacerna.*] Tritam dicit, ut hominis o-
ſtendat auaritiam. eſt lacerna ueſtimenti genus fimbriatum, quo olim ſoli milites utebantur: unde
& in diſtinguenda caſtrenſi, urbanaq; turba, hos togatos, illos lacernatos nuncupabant. hāc Græ
ci uocant ephestrida, de qua intellexit Propertius in quarto illo uerſu; Texitur hæc caſtris quarta
lacerna tuis. Idem in iij. Tu tamen iniecta tectus ueſane lacerna. Ouidius in ij Faſtorū. Mittenda eſt
domino, nunc nunc properate puellæ, Quamprimum ueſtra facta lacerna manu. Lacernarū plu-
ra genera erant apud antiquos: nam aliæ coccineæ, aliæ beticæ nominabantur. Erant & albæ lacer
næ, quas in ſpectaculis induebant, quæ (ut ait Martia.) commendabantur ad uſus amphitheatra-
les. Dicta autem eſt lacerna, quòd capitio minus ſit, à lacerando. lacerum enim dicimus, quicquid
corpore minutum eſt. Vtrinq; indui poteſt, & utraq; reijci parte: hæc etiā abolla dicitur cuius Iuue
na. Mart. cæteri, meminerunt. *Et uerum inquis amo.*] Verba poetarū, qui, quamuis ob laudem, &
aſſentationē ſolam, pauperes cœna, uel ueſte conducerent, ut ab illis laudarentur: tamen ſe ueritа-
tem amare, adulationes uerò odiſſe prædicabant. quod facientes Epicuro ſimiles mihi eſſe uiden-
tur, qui uerbis uirtutes laudabat tantūmodò. Item Caio Graccho, qui cum maximas (ut docet Ci B
cero) largitiones feciſſet, & effudiſſet ærarium, uerbis tamē defendebat ærarium. Sumptum autem
hoc uidetur ex Plauti Moſtellaria, ubi ait Philocomaſium. Ego uerum amo, uerum uolo dici mi-
hi. mendacem odi. *Verum mihi dicito.*] An poema meum terſum, elegans, graphice, & adamuſ-
ſim compoſitum tibi uideatur: an flaccidum, languens, & inſulſum. ſic Martialis. Dic uerum mihi
Marce, dic amabo. Nil eſt quod magis audiam libenter, q̄ ſcilicet ueritatem, quam Iouis filiā dixit
Pindarus illo uerſiculo. καὶ θυγάτηρ ἀλήθεια Διός. i. Et filia ueritas Iouis. *De me quis populi.*] ſic coniun
guntur hæc uerba, & huius carminis interordinium: cætera enim à poeta interpoſita ſunt, dum ne
quit tantam hominum fatuitatē, & cerebroſitatem ſuſtinere. *Qui pote.*] Senſus eſt, quomodo ue
rū potes audire ab iſtis, qui hac ſola de cauſa, ut carmen tuum laudent, cœna, uel ueſte conducun
tur? Pote declinatur hic & hæc potis, & hoc pote (ut tradit Priſcianus in xv.) à quo fit comparatiuū
potior, & ſuperlatiuū potiſsimus, & aduerbiū potiſsime. Seru. in x. ait, pote pro potis hoc in loco
poſitum eſſe, ſicut Mage pro magis apud Verg. Aſpice nū mage ſit noſtrū penetrabile telū. *Qui*]
Quomodo. Terent. Qui ſcis. Ora. Qui fit Mecœnas. Plautus. Qui tibi nunc iſtuc in mētem uenit?
Vis dicam.] Vis à me inquit Perſius audire uerum? & quid de carminibus tuis ſentiam. *Nuga-
ris cum tibi calue. p. a. p. ſ.*] Hoc apud omnes pro comperto habetur, quod hi, quorum guttur medi
tatorium latrinarum efficitur, qui mancipati ſunt abdomini, ut pote gulones, & helluones maxi- C
mi: quales Aſoti Græco uocabulo nuncupantur, quorum (ut inquit apoſtolus) Deus uenter eſt,
& quæ ſub uentre ſunt, quod hi inquam non plus ſapiunt, q̄ rana gyrina, quippe (ut ſcribit Hie-
ronymus) quod & in decretis canonicis legimus, pinguis uenter nō gignit ſenſum tenuem, quod
ſenſit etiam Plin. ſcribens homines minus ſolertes eſſe, quibus ſit uenter obeſiſsimus. In quam ſen
tentiam pedibus etiam uenit Galenus doctiſsimus (ut inquit Hieronymus) Hippocratis inter-
pres. quod cur proueniat docet Plato in Timæo. unde Perſius apertiſsime affirmat hunc poe-
tam eſſe fatuum, & phreneſi correptum, ſi credit aliquid elimatum, aliquid elegans, luculen-
tum, & camœnali ſuauiloquentia compoſitum poſſe ab eo proficiſci, quod laude, & celebratio-
ne dignum exiſtimetur, cum ſit uentrioſus, doliaris, & uentrem habeat prominulum. *Nugaris.*]
id eſt carmina, & uerſus nugatorios componis, quod non mirum cum cibarijs, eſculenus, ſcita-
mentisq; multiplicibus diſtentus in patinis animum ſemper habeas. Boni enim poetæ, & qui lite
ris incumbunt tenui cibo, & caſtigato hoc eſt λιτῇ διαίτῃ uiuere conſueuerunt, ſi aliquid laude dig-
num ex ſe naſci cupiunt, quod gloriam & immortalitatem conſequatur. *Cum tibi calue.*] Cal-
uos duos eodem tempore fuiſſe comperio. Alterum oratorem, qui diu cum Cicerone iniquiſſi-
mam litem de principatu eloquentiæ habuit, fuitq; uiolentus accuſator, & concitatus: quē in uer-
ſibus componendis duriuſculum fuiſſe oſtendit Plin. iunior in primo epiſtolarum. Hic olim dē D
Pompeio dixit, Digito uno caput ſcalpit. Quo credas ſibi hunc uelle uirū. Compoſitio eius in a-
ctionib. ad exemplū Demoſthenis rigida erat. cui mors properata fecit iniuriā: ſi quid adiecturus
ſibi, niſi quid detracturus, auctores Quintilianus, & Seneca in quarto controuerſiatū. Huius me-
minit & Cicero de Claris oratoribus. hic laminis plūbeis uſus eſſe traditur ad cohibenda uaſa ue-
neria in quiete ſponte naturæ erūpentia uſq; in morbi genus, qua re uires quoq; corporis ſtudio-
rū labore cuſtodiuit, auctor Plin. lib. xxxiiij. Alterū uero Liciniū Caluū poetā carminis laſciui ſcri
ptorem, Catulli adeo familiariſſimū, ut cū Catullo ab Ouidio, Oratioq; nominetur. hic carmini-
bus elegis Quintiliæ amicæ mortem defleuit, ut teſtatur Propertius. Gellius ſcribit à Caluo factas
fuiſſe fluentes carminū delicias. Quod teſtatur Ouid. lib. ij. De Triſtibus. ad quē alludit Perſius, &
eſt ſenſus. O poeta, qui carminis dignitate te Caluo illo poeta nobiliſsimo non eſſe inferiorem pu
tas, uerſus componis nugatorios, & eſt irriſio. Alias Calui dicūtur qui laborant caluitio, quod ex
nimio coitu prouenire ſcribit Ariſto. in quinto de generatione. *Pinguis aqualiculus.*] .i. uēter obe
ſus, protenſus, prominulus, qualem collatiuū uocat Hierony. ad Marti. Et pingui aqualiculo ſat-
ſos circunferant homines. ſumptū aūt eſt à Diogene, qui (ut auctor eſt Laertius) in Anaximenē io-
catus inquit, pingui aqualiculo rhetor impertire & nobis pauperibus uentrem, quippe & ipſe le-

A uigaberis,& nobis emolumento eris. *Propenſo.*] Extanti,prominenti. propenſus eſt aqualicu-
lus inquit Hieronymus. *Seſquipede.*] id eſt uno,& dimidio pede.ſeſqui enim in compoſitione di-
midiatum ſignificat,unde ſeſquihora, hora cum dimidia dicitur.Plinius iunior.Egerã tribus ho-
ris & dimidia,ſupererat ſeſquihora:nam ita diuiſerat tẽpora reus,ut ego quinq; horis:ille reliquis
uteretur.Plautus tri trinũmo.Seſqui pede quidem eſt,q̃ tu longior.Seſquipedalis,idẽ quod ſeſqui
pes ſignificat apud Epigrammatariũ,apud Plin.apud Catullũ,apud omnes. Seſquiculeare doliũ
Columellæ eſt triginta amphorarũ,quaſi capiẽs culeũ unum,& dimidiatum.Culeus enim Plinio
auctore menſura amphorarũ uiginti capax eſt:Seſquiplaga dicitur à Tacito:Seſquimodiũ à Var-
rone:Seſquiopus à Plauto:cuius hæc ſunt uerba ex Captiuis: Niſi quotidianus ſeſquiopus cõfece
ris ſexcentoplago nomen indetur tibi. *O Iane à tergo.*] Exclamatio poetæ indignationis redun-
dans:in qua Ianum beatum,felicem,& fortunatum appellat,quoniam cum ſit bifrons,non poſſit
irrideri à tergo.Ianum autem fuiſſe bicipitem,biformem,bifrõtem docet Ouidius in Faſtis: quod
ideo dici,fingiq; autumat Plutarchus:propterea quod Græcus fuit,& cum in Italiam traieciſſet lin
guam ſimul cum uictu commutauit:uel potius Italos id temporis barbaros,& agreſtes ab incomi
incultoq; uictu ad humanitatem traduxit,uitamq; cultiorem.Alij dicunt geminum uocari, quod
præterita ſciuerit,& futura præuiderit:uel quod ſuperorum & inferorum ianitor extiterit. plura le
B ge apud Macrobium,& Auguſtinum libro vij.de Ciuitate dei. *Quem.*] Ianum. *Nulla ciconia.*]
Deriſuri aliquem digitis dextræ manus in unum collectis ueluti ciconiæ roſtrum effingunt,& ma
num poſt tergum eius motitantes derident.Vnde paulopoſt poſticam ſannam appellat: Hierony
mus ad Ruſticum monachum ſcribens.Si ſubito reſpexeris,aut ciconiarum deprehendes poſt te
colla curuari, aut manu aures aſini agitari,aut æſtuantem canis linguam protrahi, quæ omnia ex
hoc Perſiano translata ſunt.Ciconiæ autem aues ſunt notiſſimæ,de quibus (ut alia apud Plinium
protrita ſilentio prætereamus) fertur illud ſcitu digniſſimum,quod πελαργοὶ,id eſt,ciconiæ ſeneſcen
tes parentes educant: eoſq; ſenio laſſeſcentes,ac alarum remigio defectos ſubleuant humeris, ac
ſuccollant. unde ciconia auis pia nuncupatur.Inde hoc prouerbium Græcis ortum eſt, ἀντιπελαρ-
γεῖν (ut Lucilius enarrat) ἐπὶ τῶν τὰς χάριτας ἀνταποδιδόντων. λέγονται γὰρ οἱ πελαργοὶ γεγηρακότας τοὺς γονεῖς τρέφειν,
καὶ μὴ δυναμένους ἵπτασθαι φέρειν ἐπὶ τῶν ὤμων,id eſt,De ijs qui gratiam referunt:dicũtur enim,ciconiæ parẽ
tes ætate affectos nutrire, & qui uolare iam non poſſunt humeris ferre.Plato in Alcibiade. Nihilo
igitur meus in te amor à ciconia differt:ſi poſteaquam prope te uelut in nido amorem allatum fo-
uerit ab illo iterum nutriatur.Ambroſius in hexamero, Retributio beneficiorum ἀντιπελαργία no-
minatur.πελαργὸς enim ciconia dicitur: quam præneſtini coneam nuncupabant.auctor Plautus in
Truculento.in alio ſignificatu lingua Hiſpanica ciconiam, ad ſimilitudinem ciconiæ alitis uocant
C lignum illud oblongum, quo ruſtici utuntur ad aquam è puteis urnula extrahendam. *Pinſit.*]
Apud ueteres pinſo pinſas,& pinſis,in primo & tertio ordine uſurpatur.Caſſius Parmenſis. Ma-
terna tibi farina ex erudiſſimo Ariciæ piſtrino,hanc pinſit manibus colybo decolorans ner ulonẽ
ſis inſularius.Calphur.Dicitur & cocto pinſare legumine panem.Præteritum facit pinſui.Pompo
nius.Cum neq; molis molui:neq; palmis pinſui.Apud maiores noſtros molarum non erat uſus.
frumenta torrebant,& ea in pilas miſſa pinſabant. & hoc erat genus molendi, unde auctore Ser-
uio pinſores dicti ſunt,qui nunc piſtores uocantur,quos antiqui habebant in numero ſeruorum:
unde ait iuriſconſultus de legatis tertio.Si quis ſeruos habuerit proprios,ſed quorum operas lo-
cabat,uel piſtoricas uel hiſtrionicas,ſeruorum appellatione etiam hos legaſſe uidetur. Piſtores au
tem uocamus eos,qui panem faciunt,quorum collegium Romæ fuiſſe libro tertio digeſtorum le-
gimus.ἀρτοποιὸς Græce dicitur piſtor. Piſtrinas fœminino genere dixit Plinius in duodeuigeſimo
Naturalis hiſtoriæ,qui etiam auctor eſt piſtores Romæ non fuiſſe ad Perſicum uſq; bellum:ipſi e-
nim Romani faciebant panem, mulierumq; id opus erat. pinſit autem hic expone irridet meta-
phoricos. *Manus mobilis.*] Quæ cum ſit organum organorum (ut tradunt philoſophi) propter
quam Anaxagoras hominem prudẽtiſſimum omnium eſſe aiebat, quoniam unus manuatus eſt,
ad plures imagines exprimendas accommodata eſt.hoc autem irriſionis genus fiebat hoc modo.
D pollices manuum temporibus applicabant,cæteriſq; digitis crebro motis, & agitatis nõ ſine riſu
hominum cum deriſione aſini auriculas imitabantur. *Albas.*] Quia inuerſæ albedinem repre-
ſentant:ſynecdochicos,ſicut alba populus dicitur,quę folia alba ex una parte habet,ex alia uiridis
eſt. *Nec linguæ.*] Linguam exertam educere,& exporrigere apud antiquos ſignum & indiciũ erat
irriſionis,qua etiam noſtro tempore pueri uti conſueuerunt.Quadrigarius in Annalibus:Gallus
irridere cœpit atq; linguam exertare.Ordo eſt.nec ſupple cui.ſ.iano tantũ linguæ exeritur, quan-
tum exerit canis Appula ſitiẽs. *Sitiat.*] Deeſt cum. *Canis Appula.*] Quæ propter calores immẽ
ſos,& æſtuantes,qui ibi ſunt,magis linguam exertat.Appuliam accolæ tractum omnem poſt Cala
bros uocant,ut ſcribit Strabo lib.vi.in qua ſunt urbes, Theanum, Nuceria,Arpi,Canuſiũ.Mons
Garganus.auctor Ptolemæus:laborat aquarũ penuria propter calores.unde Orat.illam ſiticulo-
ſam appellat,qui alibi de ea etiam intelligens dixit.Et qua pauper aquæ Daunus agreſtium Regna
tor populorũ.de canibus Plinius,M.Cato.M. Varro, Columella, Valerius, Ariſtoteles multi alij
multa tradiderunt.de quibus tale eſt prouerbium.Canis in præſepio,in moleſtos,quòd canis nec
ordeum comedit,nec equũ manducare ſinit.Item difficilimũ eſſe cani lectũ ſternere,qm̃ (ut inquit
Franciſcus Petr.) dormitum cum canis it,ſe circũquaq; rotat,ut ignores ubinã loci puluinũ pone
re debeas.In alio ſignificatu, canis eſt uinculi ferrei genus apud Plautum,in quo ſignificatu eſt
illud

illud Catullianum. Quod ſi non aliud poteſt, ruborem ferreo cane exprimamus: in cuius loci interpretatione commentatores neſcio qui cæcutientes hallucinantur, ut etiam Diomedes Guidalotus iuuenis apprime eruditus, & mihi amicitia familiaritateq́ coniunctiſsimus, in commentarijs ſuis in eglogas Calphurni; qui adhuc ſub incude litteraria ſunt, elegantiſſime docet. Catulire uerbum eſt, quod ſignificat libidinari; & cupidine ueneris geſtire, & coitum ſitienter appetere: Quo Marcus Varro uſus eſt libro tertio, & Laberius in Iacuberna. Hoc dixi, ut errorem Theodori Gazæ manifeſtarium deprehendas, qui in Ariſtotelis interpretatione, cum catulire debuiſſet, canire interpretatus eſt. *Vos o patricius.*] ἀποστροφή. ſermo conuerſus ad illos, qui meliores erant, quorum poemata debere fieri æuiterna credebantur, quo eos admonet, atque hortatur, ut popularium plauſus, & aſſentationes abigant, & pro nihilo deputent, ne talibus irriſionibus derideantur. Quod totum inuidioſe dictum eſſe eſt accipiendum, quoniam tunc temporis difficillimum fuiſſet unum etiam ſordidum atq; abiectum poetam inuenire, qui ſcribendi uerſus ſtudio non eſſet addictus, atq; mancipatus, ut inde gloriam; & laudes aſſequeretur. Hinc Oratius. Mutauit mentem populus leuis, & calet uno Scribendi ſtudio. Idem libro ſecundo Epiſtolarum ad Auguſtum: Scribimus indocti doctiq; poemata paſſim. Martialis. Auditur toto ſæpe poeta die. *Patricius.*] Vocatiuum ſecundum antiquos protulit, apud quos is erat ſimilis nominatiuo, ſic Vergilius. Proijce tela manu ſanguis meus. Oratius in Arte: Vos o Pompilius ſanguis carmen reprehendite. Vergilius libro ſecundo Aeneidos. Adſis lætitiæ Bacchus dator. Idem. Socer arma Latinus habeto. Lucanus. Degener o populus. Romulus autem (ut ſcias quid ſit patricius) centum ſenatores ad reipublicæ curam elegit, ſiue quia is numerus ſatis erat, ſiue quia ſoli centum erant, qui ad id idonei eſſent. qui patres dicti ſunt, patricijq; progenies eorum appellati. ſcribit Liuius in decimo patricios dictos, qui patrem ciere, auumq; poſſent, id eſt, nihil ultra quàm ingenuos, qui plebeis opponuntur. Sed illud imprimis annotandum eſt, quoniam uirum quendam Iuriſperitum ſecus ſentire uideo, non omnes ſenatores fuiſſe patricios, quod Suetonius teſtatur in Auguſto his uerbis. ea gens à Tarquinio Priſco rege, inter Romanas gentes allecta in ſenatum, mox à Seruio Tullo in patricias tranſducta procedente tempore ad plebem ſe contulit. Cornelius Tacitus. Iiſdem diebus in numerum patriciorum aſciuit Cæſar uetuſtiſſimum quemq; ex ſenatu, aut quibus clari parentes fuerant. Sed quid hiſtoricos teſtes adduco, nonne hoc apertiſſime docet imperator in primo Inſtitutionum dum dicit, ſenatorem non liberari à patria poteſtate, patricium uero penitus ſolui. ex quo apparet patricios eſſe ſenatoribus digniores, & non eoſdem eſſe ſed diuerſos, ut ille cæcutiens dum alium reprehendit, aſciam ſuis ſibi cruribus impegit. *Viuere.*] Carminibus, quibus non tantum poetæ ipſi, ſed & his celebrati immortalitatem aſſequuntur. *Sannæ poſticæ.*] id eſt deriſioni, quæ à tergo priorum dentium denudatione contrahendo labra fieri conſueuit. Sanna enim os diſtortum eſt (ut inquit Probus) cum uultu, quod cum aliquem derideri uolumus, fieri conſueuit, à narium ſonitu, à quo Sanniones qui ſunt & aſpectu, & moribus, & geſtibus fatui, quos Græci μωρούς, & ab eo nos moriones uocamus. unde μωρία Græcis perdelirium eſt, & inſania, quotieſcunq; ſomnifico grauamine, ſomnulentaq; oppreſſura, & pene læſifica animo reſipiſcentia non datur ad mentem, quæ non modo memoriam, ut lethargus, ſed uſum quoq; rationis intercipit. De Morione Epigrammatarius. Non mendax ſtupor eſt, nec fingitur arte doloſa: Quiſquis plus iuſto non ſapit, ille ſapit. Terentius. Solus Sannio ſeruat domum. Cicero. Quid enim porro tam ridiculum quàm Sannio eſt, qui ore, uultu, imitandis moribus, uoce, deniq; corpore ridetur ipſo. *Poſticæ.*] A tergo, & poſt factæ, adiectiuum hoc in loco: alibi poſtica nomen eſt augurale: ut ſcribit Seruius. ponitur tamen Apuleio pro poſteriore parte domus, oſtioq; poſtico, quod eleganti & Græco uocabulo ab Oroſio, Cicerone, Amiano Marcellino, cæteriſq; uſitato Pſeudothyrum nuncupatur, quaſi falſum oſtiũ. *Occipiti cæco.*] id eſt, parte poſteriore capitis; qua oculos non habemus, unde cæco. Suetonius in Tyberio: Colore erat candido, capillo pone occipitium ſummiſſiore, ut ceruicem etiam obtegeret. Occiput inquit Albertus Magnus eſt pars anterior, ſinciput uero poſterior, Cui eruditorum omnium ſchola reclamat. *Quis populi ſermo*] Poeta glorioſus, & laudis cupidus, cui populi aſſentationes mirum in modum placebant, utpote uentoſus, & auræ popularis aucupator, quærit ſcrupuloſe, & anxie inueſtigat, quid de ſe populus loquatur, cuius iudicio non ſtandum non tantum in Tuſculanis, ſed etiam in ſomnio Scipionis præcipit Marcus Tullius. *Quis niſi carmina.*] Ironica aſſentatoris reſponſio, qui dicit populum de illo poeta nil aliud loqui, quàm carmina eius eſſe terſa, luculenta, & ſuaui rythmo compoſita, ut criticorum, & ſeueriorum iudicium tetricamq; cenſuram non reformident, utpote quibus & rectus ordo, & apta iunctura, & cum ijs numerus opportune cadens contigerit, cum ſecus eſſet: ex quo aſſentatorum, quos philoſophi teſte Hieronymo blandos inimicos diffiniunt, cognoſce peruerſum, & uerſipelle ingenium, qui ſunt principibus gemoniæ ſcalæ, robur, ſymplegades, & acroceraunia. Contra quos Palladæ poetæ Græci nobile eſt epigramma. ῥῶ καὶ λάμβδα, μόνον κόρακας, κόλακας [illegible] κόλακας, κόρακας, id eſt, R, ſolũ & l, coruos ab aſſentatoribus diſtingunt. Eãdem igitur ferè uim habent, coruus, ſcurra, aſſentator, &c. Inquit Græcus poeta coracas, & colacas tantum unico elemento R: ſcilicet & L. diſtare, alioqui ſcurra colax eſt corax merus. Cauſa uerborum blandiorum, quæ ij uſurpant mi, optime, & reliqua, ſunt colaces coraces. Sed ut intelligas quid ſibi hoc epigramma uelit, colax dicitur adulator ſcurra. Coraces uero fuerũt præcipitia apud Theſſalos ſaxa, quales

A apud Romanos gemoniæ. *Molli numero.*] Suaui rythmo. Vergilius. Molleſq; ſub arbore ſomni. *Fluere.*] Abundanter, & affatim exire ab ingenio tuo ſine aliqua difficultate. uel fluere dicendo reſpexit ad modulationem, ſonoritatem, & optimam iuncturam uerſuum, ſumpta ab aqua metaphora. *Vt per læue ſeueros.*] A marmorarijs ſumpta translatio, qui in lapidibus iuncturam feruminatam, coniunctam & cohærentem ungue ſolerti, & cenſorio explorare, quærere, & probare conſueuerunt, quam tunc perfectam, abſolutam, & complanatam exiſtimant, dum unguis ſuperductus nullo ſcrupulo, nulla offenſiuncula, nullo moramento, obſtaculoq;, & ſupereminenti materia detineatur. Calphur. Impoſitos ſubita uertigine falleret ungues. unde rem factam ad unguem cum dicimus, perfectam & abſolutam intelligimus. Hinc Oratius ait ad unguem factus homo, id eſt, ex omni parte perfectus. Vergilius. Iudex ipſe ſui totum ſe explorat ad unguem, id eſt, ad perfectionem. *Læue.*] Planum læuigatum, expolitum. hoc enim ſignificat quando primam habet extenſam. Vnde læuor terſitudo, læuigatio, læuatus expolitus. Vergilius. Læuis ocreas dixit pro expolitas. Pueritiam læuem appellauit Lucilius, quæ nullo barbituo, nulliſq; pilis hirſuta eſt. Martialis. Læuior o conchis galle cytheriacis. *Effundat.*] Effundi, & tranſmitti nullo aſperitatis impedimento permittat. *Iunctura.*] Tuorum uerſuum compoſitio, & conglutinatio. *Seueros.*] Cenſores, caſtigatores, uitiorumq;, & inæqualitatis inuento-

B res. *Scit tendere uerſum.*] id eſt, tam bene, & graphice rotundum teres, & uolubile carmen cõponit, ut nullus hiatus, nulla hiulca uerborum compoſitio in illo inueniatur. *Tendere.*] Componere, producere. *Dirigat rubricam.*] More lignariorum fabrorum, qui rubrica utuntur ad rectitudinem lignorum formandam. Rubrica autem pluribus in locis naſcitur, ſed optima paucis ut in ponto, ſinope, & Aegypto, in Hiſpania Balearibus. auctor Victruuius in ſeptimo. omnium optima (ut ſcribit Strabo libro duodecimo,) eſt ſinopica quæ cum iberica decertat. Idcirco ſic appellata quòd illam mercatores eo deferebant priuſquam Epheſiorum emporiũ tam celebre eſſet. Hieremias facit laquearia cedrina: pingitq; ſinopide, huius rubricæ tres ſunt ſpecies, rubra, & minus rubens, & inter has media. Hæc eſt antiquis multum celebrata Co inſula in qua naſcitur, nec niſi ſignata uenundabatur, unde & ſphragidem appellauere, auctor Plinius libro trigeſimumquintum capite ſexto, Naturalis hiſtorię: ubi plura, cuius codicem mendoſum ſecundum noſtram lectionem recognoſces. nam ubi paſſim cum legebatur Co legendum eſt. *Vno oculo.*] Vt rectior linea efficiatur. uno enim oculo rectius cernimus quàm duobus, quia plures motus duobus, quàm uno excitantur. Et quia radij oculi utriuſq; non ſine perturbatione in idem concidunt. Itaq; cum uno inſpicimus oculo ad rectum conſpectum tanquam regulam melius quod rectum eſt deprehendere & iudicare habemus, auctor Ariſto. in Proble. ex quo illud Iuuena. ſic exponere conſueut.

C Et ſtatua meditatur prælia luſca, id eſt, uno oculo clauſo, quo ictus certior fieret. ſic enim bellatorum ſtatuæ erigebantur uno oculo clauſo. ut homines imitarentur, qui ut rectius feriant oculum claudere ſuperinducto cilio conſueuerunt, alij dicunt clauſo oculo uel propter uetuſtatẽ, uel Hannibalem, uel Sertorium intelligi, quæ eſſe mera nugamenta quiſquis recte ſentiet, iudicabit. *Siue opus.*] Cum muſis poeta noſter tantum commercium, & tam intimam habet familiaritatem, ut ſiue ſatyricum dicendi genus, ſiue cothurnati ſtyli characterem excolere uoluerit, ſtatim illi grandes hæ uires in carmine præbeant, & roboris affatim ſuppeditent. *Siue opus.*] Subintellige ſit ſcripturus, compoſiturus, uel aliquid ſimile. *In mores.*] Comœdiam intellige, ut fauorem muſarum in poetam maiorem eſſe demonſtret, quàm ſi in ſatyra ſola, & tragœdia uires ſuppeditarent. *In luxum.*] Satyram ſignat, quæ homines luxos, ſolutos, effœminatos, cæteriſq; malis moribus præditos carpit. luxo dicitur ſoluo, à quo luxa, luxataue membra dicuntur ſoluta, & ſuis locis mota, quæ Græci ſtremmata dicunt: & luxati, quorum membra ſuis locis mota ſunt. Plinius. Alteræ radix decocta luxatis prodeſt. Carmen, id eſt incantatio etiam luxatis membris auxiliatur auctore Varrone. *Et prandia regum.*] id eſt, tragœdiam, in qua nil niſi facinus atrox, ſcelus truculentum, cædes, luctus principaliter continentur. dixit prandia, quia ſæpe parentes filiorum membra elixa appoſita in conuiuio comederunt, ſicut Tereo, Atreo, alijſq; quàm plurimis

D accidiſſe ignorat nemo. Hieronymus libro primo contra Iouinianum. Armantur parentum in liberos manus. nefandæ apponuntur epulæ. Dicta tragœdia, à quodam illinimenti feculenti genere, quod Græcorum quidam tryga appellant, permutatione literarum in aduerſum, quoniam olim nondum perſonis à Theſpide repertis tales fabulas peruncti fecibus ora agitabant. Oratius. Ignotum tragicæ genus inueniſſe camœnæ Dicitur, & plauſtris uexiſſe poemata Theſpis, Quæ canerent, agerentq; peruncti fecibus ora. Hæc differt à comœdia, quòd in tragœdia introducuntur duces, heroes, reges: in comœdia uero humiles, atq; priuatæ perſonæ. in illa luctus, exilia, cædes, In hac amores, uirginum raptus. Item turbulento principio lætus exitus ſubſequitur: In tragœdia uero frequenter, & pene ſemper lætis rebus exitus triſtis, & liberorum, fortunarumq; priorum in pœnis agnitio. Quis autem ſit rex philoſophica interpretatione docet Auſonius hoc uerſu. Qui recte faciet non qui dominatur erit rex. *Ecce modo heroas.*] Oratianum in arte poetica præceptum eſt. Sumite materiam ueſtris qui ſcribitis æquam Viribus, & uerſate diu quid ferre recuſent, Quid ualeant humeri. Cui ſuffragatur Seneca his uerbis. Quoties aliquid conaberis te ſimul, & ea quæ paras quibuſque parateris ipſe metire nam (ut canit Propertius) Turpe eſt quod nequeas capiti committere pondus, Et preſſum inflexo mox dare terga genu. Vnde indignatur, fremit, & excandeſcit poeta, quòd homines tam inſanos, tam laudis cupiditate deliran-

lirantes uideat,quibus buccæ ſit ignota menſura ſuæ,qui mullum cupiant cum ſit ſibi gobio tan/ A
tum in loculis,ut cum Latina neſciant, Græce ubiq; perſtrepant, blaterent,& obloquantur ,cum
ſit turpe magis noſtris neſcire Latine(ut inquit Iuuenalis.) Ex quo præcipit Marcus Tullius libro
primo De officijs ſermone uti nos debere , qui notus eſt,nec uerba Græca eſſe inculcanda, ne iure
optimo rideamur. Lucilium ſatyrarum primum ſcriptorem quidam ex hoc mirabantur, q; uer
bis Latinis Græca miſcuiſſet perinde ac ſermo lingua cõcinnatus utraq; eſſet ſuauior, quos mor/
det,& taxat Orat. Sed præter hoc accedit & aliud fermẽtum ad Perſũ indignationem,ſtomachum,
& bilem excitandam. quod ſcilicet cum nec ad minima quæq;,ut eſt lucum ponere,aut ruris com-
moda laudare,ſint apti,res grandes,ad quas celebrandas homine πολυΐστορι, id eſt, multiſcio, opus
eſt,deſcribere audacter fronte perfricata aggrediantur,quod æquo animo ferre,& tolerare nequit
Perſius. *Heroas ſenſus*] id eſt,heroicos,id eſt,facta,& geſta heroum à poetis iſtis minutulis(& ue
ita dicam)patellaribus deſcribi intuemur . ſic Vergilius , hoc Ithacus uelit , pro Ithacenſis , ubi eſt
principale pro deriuatiuo. Heros dicitur ab eo,quod eſt ἀρετὴ,id eſt uirtus,quæ maxima in illis fu/
it,hinc Ariſtoteles uirtutem excellentiſſimam heroicam uocat. Mithalus ſcriptor Græcus ἥρως ἀνὴρ
θεῖός ἐστι ἡμίθεος γενναῖος, λέγεται δὲ ἀπὸ τοῦ ἔρωτος τῆς ἀρετῆς, ἐν αἰτίαις κινδύνους καὶ πόνους ὅσα τὸν ἀγαθὸν ὑπομένειν αἱρούμενος,
ἄγαλμα ἀρετῆς,id eſt,Heros uir eſt diuinus , ſemideus , generoſus . dicitur autem ab amore uirtutis.
Quam ob cauſſam , labores & pericula quæ bonus ſubit , hominem extollant . uel ab eo quod eſt B
ἀὴρ,quòd poſt mortem nubibus inuolui à Ioue hominibus præpoſiti dicuntur . uel ab ἥρα hoc eſt
Iunone,ut auctor eſt Auguſtinus lib. decimo De ciuitate dei. Martianus Capella libro ſecundo de
nuptijs Philo.& Mercurij. A medietate uero aeris uſq; in montium,terræq; confinia Hemithei, He
roesq; uerſantur,qui ex eo,quod ἔραν terram ueteres dixere,heroes nuncupati,ibiq; manes corpo
ri humano præſules attributi,qui parentum ſœminibus manarunt. Trimegiſtus auctor eſt heroas
habitare inter aeris puriſſimam partem ſupra nos. *Nugari ſolitos Græce.*] id eſt , Græcorum uer/
ba poemati ſuo inſpergere,atq; inſerere,ut concinniora,& meliora uideantur. Quid ſi nugari ſty/
lo Græcorum uti,quorum hiſtoriæ mythiſtoriæ ſunt,exponemus: unde nugari inuidioſe dixit,&
cum indignatione,& contemptu: nam quamuis M. Tullius in oratione pro L. Flacco tribuat Græ-
cis literas,det multarum artium diſciplinam,non adimat ſermonis leporem,ingenij acumen, di/
cendi copiam: cui ſuffragatur Euſebius in viij. Præpa. Euangelicæ his uerbis . Græcia ſola homines
generat uere cæleſtes,atq; diuinos,natura ad omnem ſcientiam natos,cuius rei cauſa eſt ſubtilitas
aeris : tamen leues,infidi,uanidici,mendaces ſunt,adeo ut nulla fere hiſtoria apud Græcos repe/
riatur,quorum carminibus (ut Manlius ait) nihil eſt niſi fabula cœlum. hinc M. Tullius in oratio/
ne pro Milone Græcos nugas appellat. Et Iuuena. Græciam dixit mendacem,& Plinius portento-
ſa Græciæ mendacia. Apud Valerium etiam capite de amicitia taxantur ut mendaces Græci, qui/ C
bus ſuffragatur Lactantius Firmianus in primo, Auſonius , & Plautus in Aſinaria , dum dicit . A/
quam ,ſolem,lunam,noctem,hæc argento non emo. Cætera,quæ uolumus uti , Græca mercamur
fide,ubi expone nulla. Verba Lactan. hæc ſunt. Sicut faciunt,qui apud reges etiam malos panegy/
ricis mendacibus adulantur, quod malum à Græcis ortum eſt,quorum leuitas inſtructa dicendi
facultate & copia,incredibile eſt quantas mendaciorum nebulas excitauerit. *Nec artifices.*] id
eſt,ignaros,neſcios,non idoneos ex quo maior eſt poetæ indignatio,quod imperiti uelint res grã
des,& materias altiores aggredi,ſcientiæq; nomen ſibi uendicare,quorum genus peſſimum eſſe te
ſtis eſt Quintilianus in primo his uerbis. Nihil enim peius eſt ijs,qui paulum aliquid ultra primas
literas progreſſi,falſam ſibi ſcientiæ perſuaſionem induerunt. *Ponere lucos.*] Ponere præter alia
multiiuga ſignificata ſignificat apponere. Martialis. Nolo mihi ponas rhombum,mullumue bili/
brem. Idem. Quicquid ponitur hinc & inde uerris. Plautus . Vafre facit,ponit uini pluſculum cras
ci ut reponam large,ac liberaliter. Hinc poetæ fabulas,& ſcripta ſua ponere dicebantur, quòd in
ſcena hæc ſpectatoribus quaſi in conuiuio apponebant. Iuuenalis . Pone Tigillinum, hoc eſt affer
aliquid in ſcena de Tigillino ſcriptum. In quo ſignificatu quidam accipiunt hoc Perſianum. Ego
uero ponere ſcribere interpretor Græcorum adductus conſuetudine : apud quos ἔθηκε,id eſt po/
ſuit pro ſcripſit inuenio , carmen Græcum eſt hoc ἔπη ἔθηκεν ὄρφα φωνήεντα , unde noſtri Græcorum D
ſimiæ ponere pro ſcribere frequenter utuntur, à quo reponere,quod eſt reſcribere. Oratius: Scri/
ptor honoratum ſi forte reponis Achillem. In quo ſignificatu illud Iuuenalis nunquamne repo/
nam poſitum eſſe omnes fere arbitrantur,ego uero pro reijcere reponam dictum eſſe autumo, ut
illud Ouidij. Telaſq; & calathos,infectaq; penſa reponit, ut ſit ſenſus reijciamne unquam; audien
di conſuetudinem: alij aliter ſentiunt . Vſus autem eſt (ut nonnulli tradunt) numero pluratiuo,
quoniam plures fuerunt luci poetarum carminibus celebrati , quos Marti, quem primum armis
fabricatis armaſſe milites tradunt,pugnandiq; ac certandi morem induxiſſe,gentilitas conſecra/
uit. Fuit enim lucus Martis ad Albam, in quo Rhea Numitoris filia peperit Romulum , & Remum
Vrbis conditores: Lucus item Martis Athenis Areopagus dictus ubi , teſte Polluce, iudicia cædis,
uulnerum,& ueneficiorum per populum exerceri ſolita ſunt noctu,& in tenebris , ne ad dicentes,
ſed ad ea, quæ dicerentur , reſpicerent : quod Lucianus aperte ſcribit in dialogo , qui inſcribitur
Hermotimus,hortans ipſum,ut in iudicijs & rerum examinatione imitetur Areopagitas, οἳ ἐν νυκτὶ
καὶ σκότῳ δικάζουσιν ὡς μὴ ἐς τοὺς λέγοντας, ἀλλ' ἐς τὰ λεγόμενα ἀποβλέποιεν · hoc eſt qui in nocte & tenebris iudi/
cant, ut non ad dicentes, ſed ad ea quæ dicerentur , reſpicerent. Fuit & Lucus Martis in Ponto,
ubi erat uellus aureum (ut ſcribit Dionyſius) unde Martialis, Cuſtodem ſcythici fuiſſe luci . Erudi

A tioribus tamen magis placet, ut Perſium generaliter de omnibus lucis locutum eſſe intelligamus.
Apud Iuuenalem contra omnium hactenus ſententiam illo uerſu: Nota magis nulli domus eſt
ſua quàm mihi lucus Martis, lectus, legendum eſſe in noſtris annotamentis arbitramur. *Rus ſa-*
turum.] Plenum, copioſum, abundans, ferule, frugiferum. rus uocabulum Græcum eſt, rura Græ-
cis ἄρουρα dicuntur. auctor Seruius. nam aphereſis ſermonem facit Latinum. Marcus Varro tamen
putat rus dictum eſſe, quòd quotannis rurſum eadem facienda ſunt, ut rurſus capias fructus. cu-
ius deis Mercurio, Panique ſacrificabant placentas & uinum, unde Leonides in Epigrammatis. αὐ-
λια, καὶ νυμφᾶν ἱερὸς πάγος αἵ θ' ὑπὸ πέτρῃ πίδακες, ἅ θ' ὕδασιν γειτονέουσα πίτυς, καὶ σὺ τετράγυιε μηλοσσόε Μαιάδος Ἑρ-
μᾶ, ὅν τε τὸν αἰγιβοτᾶν Πᾶν ἐπέχεις σκόπελον, ἵλαοι τὰ ψαιστά, τό τε σκύφος ἡμίλεον οἴνου δέξασθε αἰακίδεω δῶρα νεοπτολέμου.
id eſt, Auliæ & Nymphæ ſacer collis, ſub petra fontes, aquis uicina pinus, & tu Mercuri paſce hirco-
rum gregem, ut caprarij, pace occupante ſcopulum, læti placentas, poculum uino plenum, Aeaci-
dæ dona Neoptolemi dicemus. hoc autem ſcripſi ne ſimplex narratio faſtidium, & nauſeam lecto-
ribus concipiat. gaudent enim res uarietate, & ſicut oculi diuerſarum aſpectu rerum magis detinē-
tur, ita ſemper animus perſtat in quod ſe uelut nouum intendat, ut in nouo auctor eſt Quintilia-
nus. *Corbes.*] Corbes uaſa ſunt uiminea, ut docet Seruius. Hinc Plauto & cæteris minores cor-
bulæ dictæ. Cato in Re ruſtica dicit uillicum habere oportere corbulas amerinas quatuor. Corbis
B meſſoria dicitur M. Tullio in oratione pro Seſtio, à qua fit corbita genus nauigij enorme & tardū,
quod ne uēto hinc illuc, & illinc huc propulſetur, ſabulone, & ſtatumine fulcitur, dicta quod in ma-
lo ſummo pro ſigno corbes ſolent ſuſpendi, ut ſcribit Pompeius. Iuriſconſultus inter inſtrumenta
fundi numerat corbes. *Focus.*] Locus ubi fit, & nutritur ignis: inde focula nutrimēta apud Plau-
tum in Perſa, & foculare uerbum quod eſt nutrire, & fouere. Auctor Marcellus. *Porci.*] In agro
habendos eſſe porcos præcipiunt rei ruſticæ auctores. porcum Græci appellant χοῖρον, unde chira-
das uocant cum morbum, quem à ſue ſcrofulas uulgo dicimus. *Fumoſa Palilia.*] Pales dea pabu-
lorum auctore Seruio eſt, cuius ſacrum dicit Probus appellari Parilia, trāſpoſita litera, quæ ſi ſuo
loco eſſet, palilia potius dicerentur, qui dies natalis eſt urbis Romæ à paſtoribus conditæ (ut ſcri-
bit Euſebius in Chronico) & Propertius libro quarto Elegiarum teſtatur dicēs. Vrbi feſtus erat, di-
xere Palilia patres: Hic primus cœpit mœnibus eſſe dies. Solinus à partu Iliæ parilia eſſe dicta exi-
ſtimat, quo die obſeruatum ne qua uictima cæderetur, & ut ille dies purus eſſet à ſanguine. Feſtiui-
tatis autem ritus erat, ut ignem tranſilirēt accenſis ſtramentitijs faſcibus, lacque biberent, qui fru-
ctus pecoris eſt. Propertius libro quarto. Annuaque accēſo celebrate Palilia fœno. Ouidius in quar-
to Faſt. Dum licet appoſita ueluti cratere camella Lac niueum potes, purpureamque ſapam, Moxque
per ardentes ſtipulæ crepitantis aceruos Tranſilias celeri ſtrenua membra pede. Tibullus. Ille le-
C uis ſtipulæ ſolennis potus aceruos Accendet flammas, tranſilietque ſacras. unde dixit Perſius fumo-
ſa fœno. Illud ſciendum, decretum fuiſſe à Romanis, ut dies quo cœpiſſet imperium Caligula, Pa-
lilia uocaretur, uelut argumentum rurſus conditæ urbis, auctor Suetonius: celebrabatur autem
hic dies xi. Calendas Maij qui (ut dictum eſt) Vrbis Romæ dies natalis fuit. ex Plinio Ouidio Plu-
tarcho & cæteris. *Vnde.*] Ex quo rure. aduerbiū pro nomine, ut apud Oratium in primo Carmi-
num. Cur perirent funditus, id eſt propter quas. Idem. Multaque merces Vnde poteſt tibi deflu-
at æquo ab Ioue. & eſt parecuaſis hoc eſt regreſſio quædam in ruris honorem, quæ cum ſuo loco
ponitur, ornatum maximum confert, ſed raras aptasque interſerere conuenit. *Remus.*] Furtim,
& uelut aliud agens Romanorum carpit, & notat originem, quæ à paſtoribus ducebatur, de qua
plura apud Liuium, Iuſtinum & cæteros. Iuuenalis. Maiorum primus quiſquis fuit ille tuorum,
Aut paſtor fuit. Remus, & Romulus fuerunt fratres (ut ex hiſtoria Liuij pueris etiam eſt notiſſimū)
ita nominati ab eo, quod lupa infantibus præbuerit mammam, quæ antiquo uocabulo ruma di-
cebatur, ut docet Plutarchus in Romulo: & Auguſtinus in ſeptimo, de Ciuitate dei. Codices Plinia-
ni habent rumen, quod cum auctore Marcello, & Feſto Pompeio, cæteriſque pars ſit colli, qua eſca
deuoratur, unde rumare dicebatur, quod nunc ruminare, & rumigare Lucio Apuleio. mēdoſum
Plinium eſſe arbitror, autumoque non rumen, ſed rumam aut rumin eſſe legendum: nam & rumis
D mamma dicitur, & hoc ante nos oculis conniuentibus omnes literarum lincei nihil mendi ſuſpi-
cantes pertranſierunt, quod admirari debet nemo: nam non omnes per omnia, ſed certi per cer-
ta meliores, & deteriores ſumus, ut ait Iuſtinianus, Titu. de iure ueteri enucleando. Seruius exiſti-
mat rumam eſſe partem gutturis: ſed an bene, uiderint alij: ego certe ut dicam quod ſentio, uel codi-
cem mendoſum eſſe, quod credibile eſt, uel Seruium erraſſe crediderim. Hinc (ut ex ſemita in ui-
am repedemus) ſubrumos ruſtici appellant hœdos, qui adhuc ſub mammis habentur. Inde uer-
bum ſubrumari, quod ſignificat ſub mammam ſummittere. Columella in viij. Et altenis nō aman-
tibus agni ſubrumantur. Illud notandum, codicem Marcelli eſſe maculatū, nam pro ſubrumi ſub-
rumari perperam legitur. Sunt autem porculi ſubrumi, qui uocantur orthragoriſci ἀπὸ τοῦ ὄρθρου καὶ
ἀγοράζεσθαι, id eſt, à mane, & uēdendo, quoniam matutinis omnibus uenales circumferebantur. à ru-
ma ueteres dici Ruminam deam uoluerunt, quæ rumis, id eſt mām̄is præſidet, cuius meminit Au-
guſtinus in quarto. *Sulcoque terens.*] L. Quintium Cincinnatum intelligit, quem dictum dictato-
rem miſſi legati nudum arantem tranſtyberim offenderunt, de quo Plinius de uiris illuſtribus ſi-
ue is ſit Cornelius Nepos, Vergilius, Plinius Maior, Norbanus, & Auguſtinus: cuius uerba quo-
niam Perſium maxime interpretantur, ſubſcribere hoc loco collibuit. Audiat uel legat. Quinti-
um Cincinnatum cum quatuor iugera poſſideret, & ea ſuis manibus coleret, ab aratro eſſe abdu-
ctum.

ctum, ut dictator fieret, maior uniq; honore quàm conſul, uictiſq; hoſtibus ingentem gloriam con- A
ſecutum in eadem paupertate manſiſſe. Cincinnatus autem dictus eſt quia ex Cincinnatorum e-
rat familia, cuius inſigne erat crinis, quem cincinnum appellant. *βόστρυχος καὶ βότρυχος* dicitur capillus,
& cæſaries. Firmicus Maternus in iiij. Mathe. Venus criſpos crinium facit boſtrichis comatos. & ſi
illic perperam boſtritis conatos legatur. ſicut & in vij. ubi loquitur de ſidere pleiadum, in luſtris le-
gitur pro in boſtrichis. Cincinnum M. Varro ſignat eſſe intortum capillum his uerbis, is eſt colli-
culus uiteus, intortus, ut cincinnus. Inde cincinnati dicti capillati, & criſpuli, quod uitij uomen
in delicatos, & comæ curioſos regeri ſolet. Hieronymus ad Demetriadem. Cincinnatulos inquit
pueros, & calamiſtratos uirgo deuitet. *Terens dentalia.*] Arando, & terras excolendo, agricul-
turæq;, qua nihil fructuoſius, nihil melius, nihil honeſtius Plinius, Varro, Columella, Mar. Tullius
eſſe confirmant, operam dando, quod antiqui fere omnes factitauerunt (ut docet Oratius in ſecū-
do epodon) cum ait: Beatus ille qui procul negotijs Vt priſca gens mortalium, Paterna rura bubus
exercet ſuis. Seneca lib. decimotertio Epiſtolarum de Scipione maiore inquit. Abluebat corpus la-
boribus ruſticis feſſum. Exercebat enim opere ſe, terramq; (ut mos fuit priſcis) ipſe ſubigebat,
quod affirmare uidetur Plinius ſcribens in Linterno agro durare ſuis temporibus oleas Aphrica-
ni prioris manibus ſatas. Dentalia autem intellige aratra per ſynecdochen. nam dentale auctore
Seruio, eſt lignum: ad quod inducitur uomer. Virgilius in primo Georgicō. Duplici aptantur den- B
talia dorſo. *Trepida.*] Rei nouitate, & caſu inopinato timore perculſa, utpote quæ uiro ſuo a-
ranti talem honorem demandari minime expectabat. expectantibus enim (ut inquit Seneca) om-
nia leuiora accidunt. Neceſſe eſt itaque magis corruamus, qui quaſi ex inopinato ferimur. Quæ
multo ante prouiſa ſunt, languidius incurrunt. Minus enim iacula feriunt, quæ præuidentur, in-
quit Gregorius. Nam omnia repentina grauiora ſunt, ut ſcribit Cicero. uel trepida, id eſt, feſti-
nabunda ob lætitiam ex re inopinata conceptam: iuxta illud Quintiliani. Magis inopinata de-
lectant. *Dictaturam.*] id eſt, dictaturæ magiſtratus inſignia. Dictatura erat Romæ ſummæ po-
teſtatis magiſtratus: capitis animaduerſionem habens, à qua, ut ſcribunt iuriſconſulti, prouoca-
re non licebat: quam retinere ultra ſex menſes fas non erat. Titus Largius primus dictator fuit,
& Spurius Caſſius primus magiſter equitum: ſic dictus, ut tradit Varro, quod ſumma poteſtas
huius in equites, & accenſos eſſet, qui dictatori ſic iungebatur quo modo regibus tribunus cele-
rum, ad quorum ſimilitudinem præfecti prætorio à principibus electi ſunt. Hic poſt dictatorem
ſecundam dignitatem obtinebat, & ab ipſo dictatore eligebatur. ut libro primo digeſtorum ſcri-
ptum legimus. Dictator uero dictus eſt quod à conſule diceretur nocturno tempore (ut libro no-
no docet Liuius) unde Fabius ille Maximus, qui cunctando reſtituit rem, cum à populo Romano
dictus eſſet, cui non hærebat creandi dictatorem poteſtas: non legitimus dictator fuit, ſed pro di- C
ctatore. Dionyſius in quinto hiſtoriarum Romanarum refert uelut electam tyrannidem fuiſſe di-
ctatoriam poteſtatem, quod à Græcis inſtitutum Romani tranſtuliſſe uidentur: apud quos erant
Eſymnetæ tyranni dictatoribus ſimiles: qualem elegerant olim Mitylenei Pittacum: cuius rei e-
tiam in iij. Politico. meminit Ariſtoteles. Plutarchus in Fabio auctor eſt lege quadam uetuſta nefas
fuiſſe dictatori equitare, qui quoniam eius ſumma poteſtas erat in populum, Magiſter populi nū-
cupabatur, quod Varro, & Seneca perſcribunt, & memorat Cicero libro tertio de Finibus bono-
rum & malorum. *Lictor.*] Populi, & magiſtratuum miniſter, de quo Plut. Tiro Tullius, A. Gelli-
us, cæteri, qui Græce *ῥαβδοῦχος καὶ δήμιος καὶ λειτουργὸς* dicitur *ἀπὸ τοῦ λειτουργεῖν* quod ſignificat miniſtra-
re, unde lictores (ut autumat Plutarchus.) Apud Apuleium lib. decimo, De aſino aureo per publi-
cos miniſtros intellige lictores. *Euge poeta.*] Inſultatio cum Ironia in poetam, qui heroicos uer-
ſus ſcribebat, cum quæq; minima ignoraret: rem tenuem uerbis magnificis extollere, & multis uir-
tutibus, naturæq; donis ornatam deprimere ſermone ſuo neſciret: in quo poetæ & ſcriptoris laus,
& gloria conſiſtere iudicatur.

AELIVS ANTONIVS NEBRISSENSIS

Quiſquis es.] Alloquitur illum quem induxit partes ambitioſi poetæ tuentem. reſpondetq; ad D
illud quod dicit. an erit qui uelle recuſet: faleturq; ſe non ita ab humanitate alienum, ut ſiquid re-
cte fecerit, recuſet laudari, ſed quod non in eo debet conſtitui finis benefactorum operum ſed in
rei recte factæ conſcientia. Dicit igitur. O tu quiſquis es, quem feci, id eſt, finxi. *Dicere ex aduer-
ſo.*] Id eſt, mecum diſputantem: ſubaudi intende rationi meæ. *Ego non metuam laudari.*] id eſt,
non fugio laudes. *Si cum ſcribo.*] Id eſt, aliquod opus compono. *Aliquid exit aptius.*] id eſt, a-
liquod carmen concinnius & elegantius prouenit, & per parentheſim interponit, *Quando hæc eſt
rara auis.*] id eſt, raro contingit aliquid perfectū poſſe fieri in quouis genere, quemadmodū phœ-
nix eſt rara auis, aut cygnus niger. Iuuen. Rara auis in terris nigroq; ſimillima cygno. deinde repe-
tit ſi quid tamen aptius exit. *Neque enim fibra eſt mihi cornea.*] id eſt, nō habeo præcordia adeo du-
ra, ut non tangar laudis cupiditate: præſertim illa quæ uirtutem ſequitur: tanquā umbra corpus.
fibra nāq; dicitur qua ſanies, id eſt, imperfectus ſanguis per corpus diffunditur. ſicut ſanguis per
uenas. ſpiritus per arterias. ſed peculiariter fibræ de iecore dicūtur ubi ſunt cōplures huiuſmodi
meatus. *Sed recuſo.*] .i. nego. *Euge tuum & belle.*] Aduerbia ſunt applaudentis alieni poetæ. ut
infra euge poeta. Et Mar. Effecte, grauiter, cito, nequiter, euge beate. *Ergo euge tuum & belle.*] .i. tuas
iſtas laudes. *Nego eſſe finem recti & extremū.*] id eſt, ultimū & ſummū bonū ad quod oēs tuos labo-

A res referre debeas. ac ſi dicat non in eo conſtituere debes fructum uigiliarum tuarũ, ut ab alijs lau
deris: ſed ut conſcientia recte facti operis fruaris. *Nam excute totum hoc belle.*] Id eſt examina iſtas
laudes, & eſt ſumptum à ſaccis, quos excutimus ut ſciamus quid intus contineant. *Quid non intus*
habet? quaſi dicat plenum eſt adulatione atq; miſera ambitione. *Non eſt hic Ilias.*] Senſus eſt, in
carminibus meis nihil tale eſt, quod plauſus & uulgi acclamationes expectet quod alij poetæ au-
cupari ſolent. *Non eſt hic Ilias Acci.*] Tale quiddam quale in poemate Accij poetæ quod Ilias hoc
eſt de bello Troiano inſcribitur. *Ebria ueratro.*] Id eſt plena helleboro quo ſe purgabant, qui
ſubtile aliquod opus ſcripturi erant. hoc ſe Carneades purgauit contra Stoicos diſputaturus. Et
non ſunt hic elegidia. *Si qua elegidia crudi proceres dictarunt.*] Id eſt, elegiæ. nam elegidion diminu
tiuum eſt ex forma Græca pro parua elegia. Et proceres crudos appellat, id eſt qui propter nimi-
um ſtudium laborantes cruditate ſtomachi, non bene cibos concoquebant. Et non eſt hic *Quic*
quid ſcribitur in citreis lectis.] Id eſt in tabellis ex materia citri arboris precioſæ in quibus ſoli proce-
res ſolẽt ſcribere. Ex citro aũt tabellas principibus fieri ſolitas, etiã Homerus ſcribit in fabula Bel-
lorophontis: quando ad Lyciorũ regem miſſus eſt. In diſticho Martialis, cuius lemma eſt pugilla-
res citrei. Secta niſi in tenues eſſemus ligna tabellas, Eſſemus Libyci nobile dentis onus. *Cali-*
dum ſcis.] Senſus eſt. non poſſe fieri ut ſciat, qua opinione ſit apud alios, cum muneribus præcor-
B ruperit clientes & amicos, qui uerum illi dicturi erant. *Scis ponere.*] Scilicet in cœna conuiuis.
Sumen calidũ.] Quod ſaliebatur ex porcæ primiparæ papillis, res in maximis delicijs apud Ro
manos. Martialis de ſumine. Eſſe putes nondum ſumen, ſic ubere largo Effluit, & uiuo lacte papil
la tumet. *Et ſcis donare comitem horridulum.*] Id eſt frigore horrentem. *Lacerna trita.*] Id eſt ue-
ſte longo uſu conſumpta. Et poſtea quàm id feciſti, *Inquis amo.*] Blandientis eſt ſicut & amabo.
Martialis, Dic uerum mihi Marce dic amabo: Nil eſt quod magis audiam libenter. Vero uerius
ergo quid ſit audi. Verum Gallice non libenter audis. *Dicito mihi uerũ de me.*] Id eſt de carmini-
bus meis. *Qui pote.*] .i. quomodo eſt poſſibile dici tibi uerũ, cum amicos præcorruperis. *Vis*
dicam.] Subaudi uerũ ego, qui nõ ſum corruptus tuis muneribus. *Nugaris*] Nugas agis. hoc eſt
nihil: nam illud eſt nugari. *Cũ o Calue*] O ſenex. ut ſupra. tun uetule. *Aqualiculus pinguis*] .i. uẽ-
ter in quem ſordes cõfluunt. ſed hic pro uentris abdomine ponitur. *Extet*] .i. promineat & pro
tendatur tibi. *Seſquipede.*] Id eſt pede & dimidio, ut ſeſquimenſis, ſeſquimodius. unde & ſeſquial
tera proportio arithmeticis dicta, quòd aliquis numerus cõtineat aliũ & eius dimidiũ, ut ſex qua-
tuor & duos. *Propẽſo*] .i. propẽdenti. & alludit ad illud quod Plinius in Hiſtoria naturali ſcri-
bit, minus ingenioſos eſſe, quibus uenter eſt pinguis. *O Iane.*] Senſus eſt. Miſeri ſunt homines
qui ſic decipiuntur ab iſs qui illos debuerant ueritatis admonere: cum abſentes & poſt tergum a-
C lijs irrideantur. Ianus autem felix qui in occipitio quoq; habet oculos neq; illi poſſit illudi. *O Ia*
ne.] Subaudi te appello felicem. *Quem nulla ciconia.*] Id eſt manus formata in ſpeciem ciconiæ.
Pinſit.] Id eſt tundit & percutit. nam pinſere apud antiquiſſimos erat piſtillo frumenta in mor
tarijs contundere ut ex ea farina pultes aut panes facerent. Poſtea uero pinſere ad panis faciendi
rationem translatum eſt. *A tergo.*] Ab occipitio, ut ſolet fieri iſs quos illudimus: per quos in-
telligimus eos qui non curant quid de ſe abſentibus dicatur. *Nec manus mobilis.*] Id eſt à tergo
quoq; agitata. *Imitata eſt auriculas albas.*] Id eſt aſininas, quæ pilos habent albos in parte inte-
riori. unde Ouidius xi. Metamorph. de Mida cui Apollo aures aſininas dedit: uilliſq; albentibus
implet Inſtabileſq; illas facit & dat poſſe moueri. *Nec tantum linguæ.*] Subaudi exertæ profertur
tibi à tergo. *Quantũ canis Appula ſitit.*] Id eſt quantã in ſiti canis Appula linguam exerit. Appuli-
am nanq; ſiticuloſam appellat Horatius, hoc eſt inaquoſam & aquis carentem. *Vos o patricius.*]
Sed eſto inquit, alij uerſentur in hoc errore, atq; ſui ignoratione *O uos ſanguis patricius*] Id eſt uos
Romani qui originem à patribus hoc eſt ſenatoribus trahitis, & eſt nominatiuus pro uocatiuo. ut
Verg. vi. Aeneidos, Sanguis meus. *Quos eſt fas uiuere*] id eſt immortales eſſe. *Occurrite ſannæ po-*
ſticæ] id eſt, ſubſannationi quæ poſt tergum uobis fit. *Occipiti cæco.*] quaſi dicat cum in occi-
pitio oculos non habeatis: prouidete ne poſt tergum hoc eſt abſentibus uobis detrahatur. *Quis*
D *populi*] Verba ſunt poetæ ambitioſi cõſulentis amicũ: quid populus de illo ſentiat. *Quis populi ſer*
mo eſt.] ſ. de me *Quis enim.*] Reſpondet amicus adulator. *Quis enim.*] Subaudi eſſe debet ſer-
mo de te, niſi id quod eſt. ſ. Carmina tua *Nunc demum fluere*] .i. facilia eſſe: cum antehac omnium
aliorũ poetarũ fuerint dura. *Nunc molli.*] Id eſt uerſu facili & ſuaui. & ut oſtendat carminis æqua
litatẽ & pulchram deductionẽ utitur duabus translatiõibus, altera quæ ſumpta eſt à marmorarijs
qui excudunt quadrãtéq; lapides adamuſsim: ita ut iunctura non appareat. ideo dicit. *Vt iun.*]
Id eſt uerborum coagmentatio. *Effundat.*] Id eſt non admittat. *Vngues ſeueros*] id eſt quan-
tũuis rigidos & acutos. *Per læue.*] Id eſt per iuncturã in qua non eſt rima, aut quicquã hians aut
prominẽs. leue enim per diphthongon planũ terſumq; ſignificat. *Scit tẽdere uerſum*] Altera trã-
latiõe utitur ſumpta à fabris lignarijs, & ſunt uerba adulatoris, iã nõ ad ipſum poetã ambitioſum
ſed alios de illo. nam à ſecũda perſona trãſiuit ad tertiã. *Scit tendere uerſum.*] Id eſt dirigere & or-
dinare. *Nõ ſecus.*] Id eſt nõ aliter. *Ac ſi dirigat.*] Vt lignum ad rubricæ lineam. *Vno oculo.*]
Id enim fabri lignarij faciunt ut explorent an materia ſit recta. *Sine opus.*] Ordo eſt. Muſa dat no
ſtro poetæ dicere res grandes. ſ. in ſtylo & in materia. *Sine opus.*] Subaudi illius ſit. *In mo-*
res.] In luxum. quod utrunq; ad poetam Satyricum pertinet. *In prandia regum*] Forte ad tragœ
diam de Atreo & de Thyeſte alludit de qua infra quinta Satyra, Si quibus aut Progne, aut ſi qui-
bus

bus olla Thyeſtæ feruebit. *Ecce modo.*] In eos poetas inuehitur, qui cum parua neſciant deſcribere, res magnas & heroicas aggrediuntur inſerentes quædam Græca ſuo poemati, quemadmodum Auſonius frequenter, Martialis & Iuuenalis raro. A *Ecce inquit.*] Videmus modo quoſdam poetas. *Solitos nugari Græce.*] Id eſt qui Græca quædam uerba & ſententias ſuis carminibus inſerunt, aut Græce, id eſt ad morem Græcorum. *Afferre ſenſus Heroas*] Id eſt ſententias carmini Heroico conuenientes. *Nec artifices.*] Id eſt peritos. *Ponere.*] Id eſt ad deſcribendum.

Lucum.] Id eſt ſyluam aliquam ſacram. nam lucum ſemper ſequitur conſecratio etiam in ſacris literis. Horatius in poetria. Purpureus late qui ſplendeat unus, & alter Aſſuitur pannus, cum lucus, & ara Dianæ &c. *Nec artifices ponere rus ſaturum.*] Id eſt omnibus refertum quæ ex agro proueniunt. *Vbi.*] Id eſt in quo rure ſiue ruris uilla. *Sunt corbes.*] Exceptori meſſiū & uuarum. *Et focus.*] Locus ubi accenditur ignis. *Et porci.*] Aluiles ſcilicet & cortales. *Et palilia.*] Feſta Palis deæ paſtorum, id eſt quibus ut hiſtorici tradunt Roma cōdita eſt, hoc eſt quemadmodum dicit Ouidius iiij. Faſtorum x. Calendas Maias. *Fumoſa fœno.*] Quia paſtores in feſtis deæ Palis ex fœno pyras faciebant, illasq; tranſiliebant. Ouidius. Moxq; per ardentes ſtipulæ crepitantis aceruos Traijcias celeri ſtrennua membra pede. Et Tibullus. Ille leuis ſtipulæ ſolennes potus aceruos Accendet, flammas tranſilietq; ſacras. *Vnde.*] Id eſt à quo rure ſiue palilibus. Remus filius Martis ex Ilia Syluia gemellus cum Romulo fuit, ac per hoc ſignificat omnē no- B bilitatem Romanam ex paſtoribus fuiſſe propagatam. *Et tu o Quinti.*] Subaudi fuiſti. hic fuit L. Quintius Cincinnatus qui dictator Q. Minutium conſulem in Algido monte obſeſſum à Volſcis expediuit, quo negocio intra ſexdecim dies confecto ad rem ruſticam redijt. *Terens dentalia ſulco.*] Id eſt atterens uomerem arando, qui in aratro dentali aptatur. unde & Seranus cognominatus eſt, quoniam quo tempore uenit illi nuncius quòd erat creatus dictator, ſerebat agrum. Vergilius ſexto Aeneidos, & te ſulco Serane ſerentem. *Cum*] Id eſt quo tempore. *Vxor.*] Ea Cerelia uocabatur. Sidonius Apollinaris eſt auctor. ſi te inquit tantum Cincinnati dictatoris uita delectat, Cereliam ducito quæ boues iungat. *Trepida.*] Id eſt feſtina. *Induit dictaturam.*] Id eſt inſignia dictatoris, ante boues, quibus iunctis arabat. *Et lictor.*] Id eſt uiator qui attulit illi nuncium dictaturæ. *Tulit domum tua aratra.*] Id eſt retulit in domum tuam: cum neq; famulum neq; ſeruum haberes. erant autem lictores qui præferebant inſignia magiſtratuum.

Euge poeta.] Cum ironia legendum eſt. quaſi dicat: ego neſcio cur debeas poetæ nomine gaudere, cum nihil tale deſcribere ſcias.

MVRMELLII ECPHRASIS.

O quicunq; es, quem induxi pauló ante ex aduerſo loquentem. Ego non metuam laudari, ſi quid aptius forte exit cum ſcribo: quandoquidem hæc rara auis eſt, tamen non metuam laudari C ſi quid aptius exit & ſcribendo prouenit, neque enim tam duro ſum corde, ut laudis dulcedine non afficiar. Verum nego tuas aſſentatiunculas eſſe finem & extremum honeſti. Nam ſi diligenter excuſſeris & examinaueris uoces iſtas aſſentatorias, uanitatis eas, & fraudis inuenias plenas. Nihil eſt in hoc opere noſtro ſimile Iliadi Accij Labeonis, inſani & elleboro ebrij: non elegiaca & molliuſcula carmina hic ſunt, ſi qua principes guloſi, cibo non bene concocto, inter potandum dictarunt, deniq; quicquid ſcribitur in citreis lectis à diuitibus non eſt hic. Scis apponere eſurienti aſſentatori calidum ſumen, ſcis donare comitem frigore tremulum detrito ueſtimento, & inquis cupio audire uerum, dicito mihi uerū, quis ſermo populi eſt de me. Satyrica indignatione colloquium inter ambitioſum diuitem, & indigum aſſentatorem iam inductum poeta interrūpens. Quomodo inquit poteſt is tibi uerum dicere, quē muneribus corrupiſti? Vis ne, ut ego potius tibi uerum dicam, quàm aſſentator? O calue ſenex non ſcribis carmina legi digna, ſed nugaris, cum pinguis uenter emineat tibi protento ſeſquipede. Deinde Ianum Perſius appellat felicem. O Iane fortunatus es, quem nulla irriſio digitis in ſimilitudinem roſtri ciconię collectis pungit poſt tergum, cui nec manus mobilis imitata eſt aſininas aures, nec tantum linguæ in deriſum exeritur, quantum canis in Appulia ſitiendo exerit. Poſtea patricios admonet hunc in modum. O uos patricij quos uiuere ſine oculis in occipitio decet, cauete ne à tergo ſubſannemini. His interpoſitis poeta D redit ad inſtitutum inter diuitem & adulatorem colloquium. Quis ſermo populi eſt de me? Reſpōdet aſſentator. Quis alius ſermo de te eſſet, niſi carmina fluere nunc demum molli numero, ita ut apta compoſitio reijciat per læuorem ſeueri cenſoris examen. Populus hæc de te loquitur. Poeta noſter nobilis ille uir ſcit tendere & dirigere uerſum, non aliter, quàm ſi dirigat uno oculo rubricam, Muſa dat noſtro poetæ dicere res grandes, Siue opus ſit ſcribere in mores uulgi, ſiue in luxum, & conuiuia regum ac principum. Ecce uidemus eos, qui ſoliti ſunt Græcorum more nugari, nec artifices ad lucum deſcribendum, nec ad laudandum rus copioſum, ubi ſunt corbes, & focus, porci, & palilia manipulis fœni incenſis fumoſa, unde orti ſunt Remus & L. Quintius Cincinnatus, qui agrum ſuum ipſe arauit, quem uxor eius trepida induit dictaturæ inſignia coram bobus, cuius aratrum lictores domum reportarunt, uidemus inquam eos afferre nunc Heroicos ſenſus. Euge poeta.

SCHOLIA.

Quiſquis es.] Aduerſario paulo ante inducto reſpondet Perſius. Ordo eſt. O quiſquis es quem feci modo dicere ex aduerſo. O nunc interiectio eſt admirantis & familiariter reprehendentis aduerſarium. *Quiſquis es*] Per contemptum, quaſi ad ignotum, id eſt qualiſcūq; es, albus an

ater

A ater,equidem haud ſcio,tamen qualiſcunq; es,audi quid tibi reſpondeam.Hinc arguendus error
eſt eorum,qui Cornutum à Perſio inductum ſuſpicantur. *Modo.*] Paulo ante,ibi uidelicet. Ri-
des ait. *Ex aduerſo.*] Econtrario,aduerſus me. *Rara auis.*] Prouerbio dicitur res quæuis noua
& inuentu perrara, ducta allegoria ab auibus peregrinis & inuſitatis,quæ nonnunquam caſu in
noſtram regionẽ deuolant,uel miraculi gratia deportantur.Iuuenalis.Rara auis in terris,nigroq;
ſimillima cygno. *Cornea.*] Dura;ut laudis uoluptate non afficiatur. *Fibra.*] Præcordia in qui-
bus affectionum ſedes conſtituitur.Fibra dicitur rei cuiuslibet extremitas,unde & iecoris & cor-
dis & cuiuslibet uiſceris extremæ partes fibræ dicuntur. Verg.libro ſexto.Nec fibris requies datur
ulla renatis. *Recti.*] Honeſti. *Recuſo.*] Nego,non admitto,non concedo. *Tuum euge*] Ordo
eſt.Sed recuſo tuum euge,& tuum belle,quo.ſ.aſſentando uteris,eſſe finem & extremum recti. Ho-
neſtum enim non propter laudem & applauſum,ſed per ſeipſum eſt expetendum. *Euge.*] Græ-
ce εὖγε ab εὖ quod eſt bene,& γε ſyllabica adiectione,interiectio eſt aſſentientis,quaſi ſponte ſua cō-
gratulantis. *Excute*] Euolue,inſpice. ſumptum à ſinum ueſtis excutiẽtibus,in quo res ſolent re-
condi. *Quid non intus habet.*] Quaſi dicat,plenum eſt fraudis & irriſionis. *Non eſt hic Iliâs Acci.*]
Hic nihil ſimile inſanis ſcriptis Accij Labeonis reperitur,de quo & ſupra dictū eſt. *Ebria*] Hypal-
lage,pro ebrij.Accius enim inſania laborans ſæpius elleborū ſumpſerat,ut ingenio purgato,me-
B lius ſcriberet. *Veratro*] Veratrum herbæ genus quod ſumebatur ad aciem ingenij purgandam,
Græce dicitur ἐλλέβορος. *Elegidia*] ἐλεγείδιον diminutiuū eſt ab elegia ἐλεγεία, quo uſus eſt Satyrice
ad notandam carminum,quæ nobiles componebant,utilitatem. *Crudi.*] Qui cibum ſuperflu-
um non bene concoxerunt,gulæ proceres,& compotationibus aſſueti,qui inter menſas & pocu-
la nugas effutiunt. *Lectis.*] Lectos diſcubitorios ſignificat,quorum & in Adelphis Terent.me-
minit. *Citreis.*] Ex citro arbore mauruſiaca factis,cuius lignum (teſte Plinio) in maximo pre-
cio fuit. *Sumen.*] A ſugendo dictum quaſi ſugimen , nam & mulieris mammam ueteres ſumen
dici uolunt.Nunc autem ſignificat ſuis mammam.Id autem ex porca primipara fuit apud anti-
quos in ſummis delicijs. *Lacerna.*] Veſte. Lacerna genus ueſtis eſt fimbriatæ. *Et uerum ino-*
quis amo.] Perbellum eſt Martialis in octauo libro in Gallicum hoc epigramma. Dic uerum mi-
hi Marce,dic amabo Nil eſt,quod magis audiam libenter.Sic,& cum recitas tuos libellos , Et cau-
ſam quoties agis clientis,Oras Gallice me,rogasq; ſemper.Durum eſt me ubi,quod petis negare.
Vero uerius ergo quid ſit audi:Verum Gallice non libenter audis. *De me quis po.fer.eſt*] Hæc cō-
iungenda ſunt.Quæ autẽ parentheſi ſunt interpoſita,poetæ ſunt indignationis æſtu feruentis , &
ineptiſsimi diuitis ſermonem Satyrice interrumpentis. *Qui.*] Quomodo.Terent.Qui ſcis er-
go iſtuc,niſi periculum feceris?Orat.Qui fit Mecœnas? *Pote.*] Potis,ſubaudiendum eſt, Stulte
C quidam & inſcite Priſcianum imitati pote hoc loco ſignificare dicunt poſsibile, cum longe diuer-
ſa horum ſit ſignificatio.Sciendum igitur pote metri gratia poſitum pro potis , quemadmodum
& mage ponitur pro magis,cuius rei teſtis idoneus eſt Diomedes,cuius hæc ſunt uerba.Item po-
tis eſt pro poteſt,ut apud Ennium.Qui potis ingentes cauſas euoluere belli.& Verg. At nō Euan-
drum potis eſt uis ulla tenere.necnon pote pro potis crebrò dicere reperimus,proximo ut exem-
plo utar,Perſius ait,Qui pote?uis dicam?nugaris.Et Seruius in x.Aeneidos commentario.Si ma-
ge legamus , propter metrum dictum eſt,pro magis , ſic etiam pote pro potis,Perſius, Qui pote?
uis dicam?nugaris cum tibi calue.Hæc Seruius.Quod etiam aliorum poetarum exemplis confir-
mari poteſt. Catullus. Nec peccatum à me quiſquam pote dicere quicquam.Idem.Hoc facies,ſiue
id non pote, ſiue pote. Propertius. Qua pote quiſq;,in ea conterat arte diem.Ennius libro Anna-
lium decimoquinto. Sed nec pote quiſquam Vndique nitendo corpus diſcerpere ferro. *Qui*
pote.] Quomodo poteſt uerum tibi dicere is,qui muneribus à te corruptus aſſentatur. *Vis di-*
cam.] Vis ne ut ego Perſius tibi uerum potius dicam, quàm adulator muneribus tuis inhians .
Nugaris.] Non carmina legi à uiris digna , ſed nugas componis. *Calue.*] Caluitio affecte
tum ob ſenium, tum ob luxuriam uitæ.Nam teſte Plinio ſeneſcunt celerius præpinguia . Et con-
uitioſe hoc dicit,ut ſupra uetule. *Pinguis aqualiculus.*] Tractus eſt ſenſus ex Græco uerſu παχεῖα
D γαστὴρ λεπτὸν οὐ τίκτει νόον , quem ſic Latinum reddidi . Subtilem obeſus aluus haud mentem parit.
Vel ſic,Non mens obeſo uentre ſubtilis uenit.Hieronymus Nepotianus.Pinguis uenter nō gignit
ſenſum tenuem.Plinius libro ſecundo cap.trigeſimo ſexto.Iidem minus ſolertes,quibus obeſiſsi-
mus uenter. *Aqualiculus.*] Receptaculum eſt ſordium, metaphoricos pro uentre accipitur.
Protenſo.] Extenſo ac porrecto. *Seſquipede.*] Vno pede & dimidio. *O Iane à tergo.*] Feli-
cem appellat Ianum,quòd cum biformis eſt, à tergo nequeat irrideri . Per Ianum autem quem-
libet uirum prudentem ſignificat , qui norit adulatores & deriſores uitare, ne ſibi ab eis impo-
ni patiatur. *A tergo.*] Poſt tergum. *Ciconia.*] Extremis digitis in roſtri formam collectis,
crebra manus & brachij motatione,ciconiæ collum & caput exprimitur in eius infamiam , quem
ridemus.Hieronymus Ruſtico,Multo tempore diſce,quod doceas . Ne credas laudatoribus tuis,
immo irriſoribus aurem ne libenter accōmodes,qui cum te adulationibus fouerint,& quodam-
modo impotem mentis effecerint,ſi ſubito reſpexeris,aut ciconiarū deprehẽdes poſt te colla cur-
uari,aut manu aures agitari aſini, aut æſtuantem canes protendere linguam. *Pinſit.*] Legitur &
pinſat teſte Diomede. *Nec ma.a.i.e.m.a.*] Admotis expaſſarum manuum ad tempora pollicibus,
crebro palmarū motu aſini aures nō ſine riſu repræſentātur in eius ludibriū,qui à tergo irridetur.
Albas] .i.aſininas quę interiori parte albicāt,uel reſpexit ad ipſas manus albas. *Nec lin.*] Lin-
guam

guam in quempiam exertare irriſionis eſt ſignum. Sitiat, ſitiendo exertat. *Canis Ap.*] Canis æſtu defatigata multum linguæ exertat, maxime in Appulia, ubi calores immenſi ſunt, unde eam ſiticuloſam Oratius appellauit. A *Vos ô patricius ſanguis.*] Apoſtrophe eſt ad nobiles Romanos. Vos inquit qui eſtis patricius ſanguis, id eſt progenies ſenatorum, qui non eſtis bifrontes, nec oculos habetis in occipitio, ſicut Ianus, occurrite irriſioni, quę à tergo fieri ſolet, reſipiſcite, & aſſentatoribus poſthac credere nolite. *Occipiti.*] Pro occipite metri gratia. Miror quoſdam doctos homines tam eſſe in enarrandis poetis incircumſpectos, ut credant hic occipiti dandi caſum eſſe, & conſtruant cum uerbo occurrite in ſenſus peruerſionem, cum ſit addendū uerbo uiuere. Poetæ enim nūc i pro e ponunt in ablatiuo uel ſeptimo caſu tertiæ declinationis. Orat. lib. Carm. primo. Mala ducis aui domum, quod enarrans Acron, aui inquit pro aue poſuit. Auſonius. Occipiti caluo es, pro occipite. Rurſum Verg. Gaudet cognomine terra. pro cognomini. Boet. lib. Cōſol. iij. Et longa ſite perditus, pro ſiti, niſi dixerimus ſitus duplicem eſſe accuſatiuum ſitem & ſitim, & duplicem indem ablatiuum ſite & ſiti. *Poſtica.*] Poſtica dicuntur, quæ poſt nos ſunt, ſicut antica, quæ ante.

Sannæ.] Sanna eſt irriſio, quæ ab occipitio, diſtorto ore & labris contractis fit anteriorum dentium oſtentatione. *Quis enim?*] Aſſentator reſpondet. *Vt per læue ſeueros effundat iũctura ungues.*] Translatio ab ijs eſt, qui unguibus lapidum cohærentem iuncturam probant. Marmorarij enim iuncturas marmorum tunc abſolutas exiſtimant, quum unguis ſuperductus nihil offendit. Hinc B ad unguem facta dicimus, quæ abſolutiſſima eſſe putari uolumus. *Sic tendere.*] Verba populi ſicut refert aſſentator. *Rubricam dirigat.*] Lignarij fabri, lapidūq; ſectores rubricata linea opus dirigunt, unoq; oculo clauſo rectitudinem eius metiuntur, ne uago amborum oculorum diſcurſu norma rectitudinis conturbetur. *Ecce.*] Aduerbium eſt demonſtrantis rem nouā & improuiſam deſignans. *Heroas.*] Heroicos. principale pro deriuatiuo poſuit. *Parilia.*] Pales dea eſt, cui paſtoralia ſacra Palilia, quæ & parilia nuncupantur, ad lupos arcendos, morboſq; à pecore depellendos, à paſtoribus in agris fiebant xi. Calendas Maij, quo die Romulus Vrbem fundauit. Fumoſa uero dixit, quòd ſtipulæ ac fœni manipulos paſtores incenderent, unde fumi ingens copia emanabat. *Remus.*] Frater Romuli. Latenter autem dum aliud agit, nobilium ſuperbiam inſectatur oſtendens Romanos ex paſtoribus originem ducere, priſcoſq; illos patres non mollitie & uitæ luxu, ſed laboribus, & uirtutibus ueram ſibi gloriam comparaſſe. *Quinti.*] Quintius Cincinnatus trans Tyberim quatuor iugerum colebat agrum, quæ prata Quintia uocantur. Ibi à legatis, ſeu foſſam fodiens, palę innixus, ſeu cum araret, operi certe (id quod conſtat) ruſtico intentus, ſalute data, inuicemq; reddita, rogantes, ut (quod bene uerteret ipſi, reiq; publicæ) mādata ſenatus audiret: admiratus, rogitanſq;, ſatis ne ſalua eſſent omnia? togam repente è tugurio proferre uxorem Ratiliam iubet. qui ſimul abſterſo puluere, ac ſudore, uelatus proceſſit, dictatorē cum C legati gratulantes conſalutant, in urbem uocant, qui terror ſit in exercitu, exponunt. *Euge poeta.*] Ironicos cum irriſione, & hoc clara uoce pronunciandum eſt. Ridet enim, quòd cum leuia ignoret, Heroicos ſenſus attigerit.

Eſt nunc Bryſeis quem uenoſus liber Acci,
Sunt quos Pacuuiuſq;, & uerrucoſa moretur
Antiopa, ærumnis cor luctificabile fulta.
Hos monitus patres pueris infundere lippos
Cum uideas, quæris ne unde hæc ſartago loquendi
Venerit in linguas? unde iſtud dedecus: in quo
Troſſulus exultat tibi per ſubſellia læuis?

ASCENSIVS.

Eſt nunc Bryſeis &c.] Dimiſſis ineptulis ſibi placentibus & aſſentatoribus aures accōmodantibus, carpit poeta antiquitatis deſitæ nimium amatores, captantes. ſ. famā eruditionis, ex antiquitate nimia, quos Quintilianus probe taxat. L. Scoppa qui mihi hoc loco q̄ optime ſentire uidetur, legit Briſeis pro fabula de Briſeide & opere Accij hoc ordine, nam cætera ab alijs ſatis explicantur. ORDO. Eſt, id eſt extat adhuc inter Romanos quiſpiam, quem Briſeis, appoſitorie liber uenoſus, id eſt durus & aſper antiquitatem ſapiens: Acci, id eſt Accij poetę qui Briſeida ſcripſit, moretur, id eſt detineat tanquā aures delectans, ſicut pictura non moratur nos niſi delectet, q; pro & ſunt ſupple plures quos Pacuuius poeta ille D antiquus, & Antiopa, id eſt fabula Pacuuij de Antiopa: fulta, id eſt munita & prædita quo delectet: hoc eſt habens fultum cor luctificabile, id eſt luctibus plenum: ærumnis, id eſt propter ærumnas quas paſſa eſt: hoc eſt delectans propter multiplicitatem ærumnarum: cum ſit uerrucoſa hoc eſt locutionum aſperarum plena: moretur. id eſt detineat oblectatione quadam. Cum tu uideas patres lippos, id eſt cæcutientes & male uidentes quid deceat: infundere, id eſt inſtillare pueris, id eſt filijs ſuis: hos monitus de antiquitate ſectanda in modo loquendi, cum debeamus eam duntaxat ſequi in modo uiuendi ſi melior ſit quàm noſter, quia ut docet Gellius utendum eſt uerbis pręſentibus, & moribus antiquis. Cum ergo hoc uideas quæriſne? quaſi dicat, non debeas quærere ſed certo ſcire. unde, id eſt ex quo, hęc ſartago, id eſt craſſus & diſſonus modus loquendi uenerit in linguas & unde ſup. ortū ſit iſtud dedecus. i. indecēs modus loquēdi, in quo troſſulus. i. aut eques Romanus à Troſſulo oppido Thuſciæ ab equitib. Romanis capto denominatus: aut puer Romanus molliter educatus quaſi toroſulus ut placet Plautio, quia talis potius lęuis q̄ eques creditur: & exultare per ſubſellia: ſed & equites obeſi inuēu & à cenſoribus notati prædicātur, & poematum

audito

A auditores præſertim in theatro:unde utrũq; receptum niſi quòd toroſus,unde troſulus primam
corripiat:uerum quia duas in unam contrahit potuit fieri longa ſicut in tibicen ſecunda, aut ſecũ
''um o quod longum eſt manſiſſe.læuis,id eſt adhuc imberbis uel potius mollis & effœminatus &
quaſi podice læui.iuxta quod dicturus eſt, an Romule ceues?Exultat tibi antique loquẽti per ſub
ſellia.i.ſedens in ſubſelijs & applaudens antiquitati quam docti damnent.Ortum enim dedecus
éſt hoc ex inſtitutione patrum,quia ea ad quæ à patribus adhortantur optima ducunt.

IOANNES BRITANNICVS.

Eſt nunc Bryſei, quem uenoſus liber Acci.] Aliud uitium in poetis confutat.carpit enim eos qui ſu
pra modum priſcos poetas imitantur & amant,nimiſq; ueterum uerborum cupidi ea ſcripus ſuis
inſerunt,monens,ut Cæſar ſolitus eſt dicere,auctoribus Gellio & Macrobio,tanquam ſcopulũ fu
giendum eſſe inauditum atq; inſolens uerbum,cum nihil ſit odioſius,ut ſcribit Fabius, affectatio
ne uerborum ueterum. *Eſt nunc.*] Id eſt noſtris tẽporibus. Eſt ſubaudi aliquis. *Liber Acci.*]
Accius & Pacuuius tragœdiæ,ſcriptores clariſsimi iiſdem temporibus ſententiarum grauitate, ut
ſcribit Fabius & pondere uerborum,cæterum nitor & ſumma in colẽdis operibus manus defuit:
non eorum culpa,ſed temporum quibus ſtudia adhuc erant inculta.unde Mart.Verborum aſpe-
ritatem notans,eos irridet qui ueteribus delectantur.Attonitusq; legis terrai frugiferai,Accius &
B quicquid Pacuuiusq; uomunt. *Venoſus.*]. Durus & aſper,à uenis quæ in corpore eminentes a-
ſperum illud efficiunt:unde ita ſcribit Tacitus de Aſinió:Pacuuium certe & Accium non ſolũ tra-
gœdijs,ſed etiam orationibus ſuis expreſsit adeo durus & ſiccus.Oratio autẽ ſicut corpus homi-
nis ea demum pulchra eſt,in qua non eminent uenæ:nec oſſa numerantur:ſed tẽperatus ac bonus
ſanguis implet membra & exurgit thoris:ipſos quoq; neruos robur tegit, & decor commendat.
Nam dura fuiſſe quæ ſcripſit Accius illud etiam teſtimonio eſt,quòd quum Accius Tarenti,aucto
re Gellio ad Pacuuium diuertiſſet:eiq; deſideranti Atreum comœdiam ſuam legiſſet,fertur Pacu-
uius dixiſſe:ſonora quidem eſſe quæ ſcripſiſſet & grandia,ſed uideri tamẽ ea ſibi duriora paulum
& acerbiora.ad quem inquit Accius,ita eſt ut dicis:neq; id me ſane pœnitet.meliora enim fore ſpe
ro quæ deinceps ſcribam:nã quod in pomis eſt,itidem inquit eſſe aiunt ingenijs quæ dura & acer-
ba naſcuntur,poſt fiunt mitia & iucunda. *Acci.*] Accius ut diximus tragœdiarum ſcriptor na-
tus eſt Mancino & Serano conſulibus parentibus libertinis.Et ut dictũ eſt, ſeni iam Pacuuio Ta-
renti ſua ſcripta recitauit:à quo & fundus Accianus iuxta Piſaurum dicitur,quia illuc ex urbe in-
ter colonos fuit deductus. *Briſei.*] Briſeum pro Briſeium dixit figurate ponens principalitatem
pro deriuatione.ut Verg.Laticemq; lyeum pro lyeium. *Acci Briſei.*] Quia in tutela Bacchi eſſe
dicuntur poetę.Orat.Scriptorum chorus omnis amat nemus & fugit urbem Rite cliens Bacchi
C ſomno gaudentis & umbra.Bryſei unum ex cognominibus Bacchi à *Βρύζειν*,id eſt à ſtridore. nam
eius ſacra magno bacchantium ſtridore celebrantur. *Pacuuiusq;.*] Brunduſinus fuit Ennij ſo-
rore genitus,ut Plinius ſcribit, ut uero Euſebius Ennij poetæ ex filia nepos,uixitq; Romæ nõ tan-
tum poetica,ſed & pictura clarus.ſic enim ſcribit Plinius:proxime celebrata eſt in foro Boario æ-
des Herculis Pacuuij poetæ pictura.Tarentum deinde tranſgreſſus prope nonagenarius diem o
bijt. *Antiope.*] Lyci Thebarum regis uxor fuit,quam cum Iupiter in Satyrum conuerſus gra-
uidam feciſſet:eam ueluti adulteram Lycus derelinquens Dircen ſuperduxit. Quæ ſuſpicata cum
Antiopa Lycum rem habuiſſe:ipſam in uincula compegit.quæ inſtante partu auxilio Iouis ruptis
uinculis in Citherone monte geminos peperit Zetum & Amphionem : ij cum adoleuiſſent in ul-
tionem matris Dircen nouercam indomitorum taurorum caudis alligauerũt per nemora diſtra
bendam.Eam crudeliter laceratam,& ad fontem clariſsimũ deductam poetæ in ſui nominis fon-
tem conuerſam ſcripſere.Antiopa,id eſt tragœdia Antiopæ:quam Pacuuius poeta ſcripſit. *Ver-
rucoſa*] Aſpera & ſalebroſa nimia uerborum antiquitate:uerrucam enim Cato,auctore Gellio, lo
cum aſperum & editum appellat.Verrucam etiam in corpore dicimus paruam puſtulam & tuber
culum.Horat.Qui ne tuberibus proprijs offendat amicum Poſtulat,ignoſcet uerrucis illius. *Mo
retur*] delectet & detineat:tractum à ſpectatoribus theatri,quos ludorum celebratio detinet & re-
D moratur. *Cor luctificabile fulta*] ſynecdoche eſt.Verg.Nodoq; ſinus collecta fluentes.Fulta,ſuſten
tans. *Hos pueris monitus patres infundere lippos.*] Dicit mirandum non eſſe,ſi pueri in loquẽdo uer
bis priſcis & aſperis utantur,aſſentationesq; & laudes quærant populi:quando à ſenioribus hæc
omnia didicerint:hinc erumpit omnis indignatio poetæ ut ſuprà. Tunc cum ad canitiem ac no-
ſtrum iſtud uiuere triſte aſ.& nu.fa.q.r. *Monitus.*] Numero plurali ſecundæ & quartæ declina-
tionis dicimus.Ouid.Finierat monitus.Verg.Ille Iouis monitis immota tenebat Lumina.Lippos
dicimus quibus ſemper ſtillant oculi:ſed acumen poetæ attendẽdum eſt qui quod corporis eſt ad
ſenſum animi tranſtulit:quaſi dicat,eos cæcæ mentis qui hæc filios doceant. *Vnde hæc ſartago lo
quendi.*] Hic modus,hic ſibilus,& dictionum nimis priſcarum ſonus:qualis ſartagine repræſen-
tatur. *Venerit in linguas.*] In uſum quotidianum. *Vnde iſtud dedecus .*] Quòd nimis priſca ſe-
ctentur,& ſcriptis ſuis inſerant. *In quo troßulus exultat tibi per ſubſellia læuis*] Stultitiam arguit Ro
manorum qui eandem uerborum antiquitatem laudant poetis applaudentes. *Læuis troßul.*]
Ad uituperationem ſpectat. *Læuis.*] Politus & circa corporis cultum moroſus,cum antea bel
lis & laboribus equites aſſueti eſſent.nam Troſſuli equites dicebantur . Ipſum enim equitum no-
men ſæpe uariatum eſt.Celeres ſub Romulo regibusq; appellati ſunt à Celere centurione Romu-
li,deinde Flexumines:poſtea troſſuli cum oppidum in Thuſcis citra Volſinios hoc nomine paſ-
ſuum

ſuum nouem milia ſine ullo adiumẽto peditum cepiſſent. Eius uocabuli uis durauit ultra C. Grac A
chum. Iunius certe qui ob amicitiam eius Gracchanus appellatus eſt, ſcriptum reliquit his uerbis.
quod ad equeſtrem ordinem pertinet antea troſſulos uocabant, nunc equites uocant. Ideoq; quia
non intelligunt Troſſulus nomen quid ualeat, multos pudet eo nomine appellari, cauſamq; quæ
ſupra dicta eſt exponit. auctor eſt Plin. *Exultat.*] Applaudit. *Subſellia.*] Hoc loco ſcamna audi
torij ſignificat: ſubſellia tribunorũ, triũuirorũ, quæſtorum & huiuſmodi minora iudicia exercen-
tium, qui non ſellis curulibus nec tribunalibus, ſed in ſubſellijs conſidebant. Auctor eſt Aſconius.
Eſt nunc Briſei.] Antiquarios, qui ſordes uerborũ, & uoces nimis priſcas, quarum fœtorem Au
guſtus uitare ſe dicebat, in oratione aucupantur, quæ aperta & perſpicua eſſe debet; cuius (ut ait
Quintilia.) ſumma uirtus eſt perſpicuitas, & qui uerbis nimis obſoletis, exculcatisq; utuntur, pri-
ſcosq; poetas imitantur, & amant, reprehendit Perſius, caſtigat, & ſatyrica uellicatiõe perſequitur.
Eſt enim hoc delictum non paruũ, quod plerunq; Gellius ait eſſe ſeræ eruditionis, quam Græci *ὀψι-
μαθίαν* uocant. unde deluſus eſt ille, qui in cœtu eruditorũ de quodam furfureum panem eſitante,
& uinum fœtidum potante dixerat: Apludam edit, & floces bibit: quæ ut ſcopulum (præcipiẽte Cæ
ſare) fugienda ſunt. Quinetiam monet Quintil. uerba non eſſe uſurpanda, quæ ab ultimis, & iam
obliteratis ſint repetita tẽporibus, qualia ſunt toper, quod ſignificat cito. Tuburcinabũdus, & lur
cinabundus, quæ ad ganeones, & lurcones referuntur. hinc illa Fauorini adoleſcenti pleraſq; uo B
ces nimis priſcas, & ignotiſſimas in quotidianis ſermonibus expromenti elegans, & faceta reſpon
ſio: Viue moribus præteritis, utere uerbis præſentibus, auctor Gellius in primo Noct. *Eſt nunc.*]
Noſtra tempeſtate inueniturne quiſpiam, cui Pacuuij, & Accij poetarum lectio uetuſtate ſqualens
ſit periocunda, adeo, ut illorum uerba ſitu uetuſtatis contracto lapſanua ſuis inſerant operibus?
Venoſus.] Aſper, incultus, durus, inæqualis, & horridus. à corpore tracta ſimilitudo, quod uenæ
nimium extantes prominulæ, & extuberantes dehoneſtant, uitiant, deturpant. Oratio enim ſicut
corpus hominis ea demum pulchra eſt, in qua non eminent uenæ, nec oſſa numerantur, ſed tẽpe-
rans ac bonus ſanguis implet membra, exurgit thoris, ipſos quoq; neruos robur tegit, & decor
commendat. dura autem fuiſſe quæ ſcripſit Accius ſatis docet Tacitus, qui ſcribens de Aſinio Pol-
lione ita inquit. Pacuuium certe, & Accium non ſolum tragœdijs, ſed etiam orationibus ſuis ex-
preſſit, adeo durus, & ſiccus. *Acci.*] L. Accius, cui plus uirium (ut inquit Quint.) tribuitur quàm
Pacuuio, auctore Euſebio, tragœdiarum ſcriptor fuit, natus Mancino & Serano conſulibus, parẽ
tibus libertinis, qui ſeni iam Pacuuio Tarenti tragœdiam ſuam, cui Atreus nomen eſt, deſideranti
legit. qua lecta Pacuuium dixiſſe ferunt ſonora quidem eſſe quæ ſcripſiſſet, & grandia, ſed uideri ea
tamen ſibi duriora paulum, & acerbiora. Cui ita eſt inquit Accius uti dicis, neq; id ſane me pœni-
tet. Meliora enim ſpero, quæ deinceps ſcribam. Nam quod in pomis eſt, itidem inquit eſſe aiunt in C
ingenijs, quæ dura, & acerba naſcuntur, poſt fiunt mitia, & iucunda. Sed quæ gignũtur ſtatim uie-
ta, & mollia, atq; à principio ſunt uuida, non matura mox fiunt, ſed putrida. auctor Gellius in xij.
Noct. fundum habuit iuxta Piſaurum ab eo Actianum denominatum, quia illuc inter colonos fue
rat deductus ex Vrbe. Celebratum eſt illud Accij ex Aſtianacte: Nihil credo iſtis auguribus, qui au
res uerbis diuitant alienas, ſuas ut auro locupletent domos. *Briſei.*] Briſeus unum eſt ex cogno
minibus Bacchi à Bryſea ciuitate, in qua teſte Porphyrio. Bacchus ipſe præcipue colebatur: uel à
uoce Bacchantium, unde & *βρυγμὸς* ſtridorem apud nos deſignat: uel (ut quibuſdam placet) à mel-
lis uſu: eo quod ex aluearibus mella, uel ex uuis muſta exprimere primus docuerit. *βρύω* enim. *ἀναβρύω*,
ἀναβρύνω dicitur emano, ſcaturio. Non nulli legunt Byrſeum, quoniam apud Diodorum libro quinto
Bacchum in prælijs pardalorum pellibus uſum conſtat. *βύρσα* enim dicitur corium. *βυρσεύς*, & *βυρσο-
δέψης* coriarius, *βυρσοδεψῶ* corium tingo. Bryſeum autem uel Byrſeum uocauit Accium, quoniam
poetis præeſt Bacchus. Oratius. Scriptorum chorus omnis amat nemus, & fugit urbem Rite
cliens Bacchi ſomno gaudentis, & umbra. Vnde hedera illi ſacra, & grauiſſima (ut eſt apud Ouidi-
um in tertio Faſt.) poetæ coronantur, ut copioſe ſupra ſcripſimus. Propertius. Mi folia ex hedera
porrige Bacche tua. Pacuuius Brunduſinus fuit tragœdiarum ſcriptor illuſtris Ennij poetæ ex
filia nepos (ut ſcribit Euſebius) ut uero Plinius ex ſorore Ennij genitus, qui Romæ picturam ex- D
ercuit, ac fabulas uenditauit: deinde Tarentum tranſgreſſus prope nonagenarius diem obijt. hic
(ut ait Quintilianus) grauitate ſententiarum, uerborum pondere, auctoritate perſonarum clariſ-
ſimus fuit citra nitorem, non eius tamen culpa, ſed temporum, quibus ſtudia adhuc erant inculta.
Pacuuij enim Accio meminit Martialis taxans antiquarios his uerſibus. Attonitusq; legis ter-
rai frugiferai: Accius & quicquid Pacuuiusq; uomunt. *Et Antiopa uerrucoſa.*] Verrucis plena,
ſalebroſa, aſpera propter uerborum odioſam uetuſtatem. Marcus Cato appellat uerrucam locum
editum, aſperumq; à uertendo: nam quæ ſupereminent uerri ſolent. hinc uerruca in corporibus
eſt tuberculum caroq; dura & calloſa, Grǽcis *ἀκροχορδὼν* Porrus uulgo appellata. de qua Plinius.
Ocymum mixto atramento ſutorio uerrucas tollit. Quintus Serenus. Interdum exiſtit turpi uer-
ruca papilla. hinc Fabius Maximus, qui cunctator dictus eſt, uerrucoſus appellabatur: huius di-
mi. eſt uerrucula. Verrucariam herbam appellari tradit Plinius libro uigeſimoſecundo, quòd tol
lat uerrucas, quę alio nomine dicitur Heliotropium, quod ſolſtitialem herbam appellat Plautus;
quia cum ſole ſe circumagit, etiam nubilo die: tantus ſideris amor eſt. hoc dixi, ut obiter addiſce-
res, quod Hermolaus Barbarus ille doctiſsimus ignorauit. non enim dicitur ſolſtitialis quòd uer
tatur ad ſolem ſolſtitialibus diebus cum ſol eſt intenſior, ſed ſolſtitialis dicitur in ſignificatione,

A qua ſolarem accipere conſueuimus. Quod docet Seruius ſic ſcribens: Tribus humana uita con-
tinetur: natura, cui ultra centum & uiginti ſolſtitiales annos conceſſum non eſt. ubi ſolſtitiales ex-
pone ſolares: quod apud Plautum ſic debere exponi præter uerba Seruij grammatici, oſtendit &
Cornelius Celſus, qui illam ſolarem his uerbis appellauit in quinto libro Medicament. Bibere au
tem oportet herbæ ſolaris, quam heliotropion Græci uocant, ſemen. *Moretur.*] Detineat, dele-
ctet. *Antiopa.*] idem eſt. de Antiopa enim tragœdiam compoſuit Pacuuius: unde legere Antio
pam idem eſt quod Pacuuium. hanc figuram uocant Eudiadin, quæ fit quoties una res diuiditur
in duas coniunctione, quæ tamen in unum ſoluuntur coniunctione detracta, ut apud Vergilium,
pateris libamus & auro, pro aureis pateris. Fuit Antiopa (ut ſcribit Ouidius) Nictei, uel teſte Ho-
mero libro undecimo Odyſſeę Aſopi filia, ait enim ſic ἀντιόπην ἴδον ἀσωποῖο θύγατρα, id eſt, Antiopam
uidi Aſopi filiam, ex qua Lyco Thebarum regi deſponſata Amphionē, & Zetum filios ſuſtulit Iu-
piter. Quamobrem offenſus Lycus, ea repudiata Dircen ſolis filiam nouam uxorem ſuperindu-
xit, quæ ſemel in ſuſpitionem adducta, ne cum Antiopa Lycus concubuiſſet, Antiopam ipſam in
uincula conijci iuſſit, quæ inſtante partus tempore, & agente Ioue uincula rupit, ac in montem Cy
theronem aufugit, ubi pariens natos expoſuit, quos paſtor inueniens pro ſuis educauit, quorum
alter Amphion fuit muſicæ deditus (ut ſcribit Seruius) primusq́ qui cum cythara cecinerit (ut ait
B Plin. in ſeptimo) de quo Oratius. Dictus & Amphion Thebanæ conditor urbis Saxa mouere ſo-
no teſtudinis, & prece blanda Ducere quo uellet. quod ad affatus ſuauitatem refert Solinus. Eu-
ſebius ſcribit auditores fuiſſe duro corde: unde nomen fabulæ. Plutarchus in libro De muſica re-
fert, Heraclide auctore, hunc primum à Ioue patre citharœdicam poeſim doctum fuiſſe. Idq́ pro-
bat ex ijs, quæ in Sicyone de ſacris Argiuorum à poetis, & muſicis ſcripta ſunt. Zetus uero fuit ru
ſticus: qui cum adoleuiſſent, in recognitæ matris ultionem Lycum interfecerunt, & Thebanorum
regno occupato Dircen nouercam indomitorum taurorum caudis alligarunt diſtrahendam. un
de mutata eſt in fontem ſui nominis, de qua Papinius. Fluxit in ſubitos regina lacus. *Fulta cor*]
Synecdochicos, id eſt, habens cor fultum, & ob hoc ipſa ſuſtentans. eſt enim fulcire ſuſtinere. Ver-
gilius. Cœlum qui uertice fulcit: unde fulcra (ut docet Seruius) lectorum ſpondæ, quæ legato le-
cto contineri ait Vlpianus. *Luctificabile.*] A luctu qui eſt (ut ſcribit Cicero in quarto Tuſculan.)
ægritudo ex eius, qui carus fuerit, interitu acerbo, quem Vergilius ante ueſtibulum inferorum, &
in primis orci faucibus collocauit, de quo cecinit Silius: Luctus edax, maciesq́ malis comes addi
ta morbis. de luctu quod eſt inſigne & indicium lugentis alibi plura. *Aerumnis.*] Sollicitudi-
nibus, miſerijs, calamitatibus, incitis, cruciabilitatibus, infortunijs. *Hos monitus.*] Quod pue-
ros uerbis antiquorum poetarum obſoletis, & uetuſtate carioſis uti, & laudem, plauſusq́ popu-
C lares auidiſſime, & animo lubenti captare conſpicimus, non eſſe mirandum dicit poeta, cum pa-
tres omnes talibus ſtudijs teneantur, à quibus nati talia didicerunt. Eſt enim conſectarium (quam
uis Manlius dixerit Degenerant nati patribus natisq́ parentes) ut ſi pater malus, filius ſit peſſi-
mus, aut ſaltē ueſtigia paterna imitetur. Quod Iuuenalis demonſtrat Sat. decimaquarta, cum ait:
Si damnoſa ſenem iuuat alea, ludit & hæres Bullatus, paruoq́ eadem mouet arma fritillo. Nam (ut
idem ait) Expectes ut non ſit adultera Largæ Filia, quæ nunquam maternos dicere mœchos Tam
cito, nec tanto poterit contexere curſu, Vt non ter decies reſpiret. Quicquid enim exemplo fit,
id iure fieri creditur auctore Cicerone in epiſtola ad Seruium Sulpitium. Et cum omnia mala
exempla noceant, plurimum tamen nocent domeſtica: magnis cum ſubeant animos auctoribus.
Hinc merito, & ſancte monet Plutarchus, ante omnia opus eſſe ut patres non ſolum nihil pec-
cando, uerum etiam honeſta ſingula peragendo manifeſtum ſeſe filijs exemplar exhibeant. Sit in-
quit Architas pater filijs uirtutum exemplar. unum enim exemplum aut luxuriæ, aut auaritiæ
multum mali facit. conuictor delicatus paulatim eneruat, & mollit: Vicinus diues cupiditatem ir
ritat: malignus comes quamuis candido & ſimplici rubiginem ſuam affricuit (ut ſcribit Seneca li-
bro primo Epiſtolarum ad Lucilium.) Scias neceſſarium eſſe, inquit Epictetus, qui cum inquina-
to conflictetur, & ipſum inquinari. *Hos monitus.*] Seruius ſcribit, quod dicitur monitus quar-
D to, & ſecundo ordine, ut Carmentis nymphæ monita. & allegat hoc Perſianum. Ouidius: Finie-
rat monitus. *Patres lippos.*] Quod corporis eſt, id poeta noſter ad ſenſum animi tranſtulit
non inſcite, nec imprudenter: nam ſicut uirtutes in corpore eſſe dicuntur conſimiles animi uirtu-
tibus, ita ſimilitudo eſt inter morbos corporum, & animorum. ut uitium dicitur corporis ſic a-
nimi, ut ægrotatio in corpore, ſic in animo. Quod in decretis canonicis fieri obſeruauimus curio-
ſa, & diligenti lectione Diſ. quadrageſimaoctaua, ubi uitia corporis transferuntur ad animum, ſi-
cut cæcus, claudus, mancus, lippus, gibboſus, impetiginoſus, quæ uitia qui habuerit, panes Deo,
& ſacrificium offerre prohibetur, de quibus uocabulis multa Gregorius in Paſtorali. Eſt autem
proprie lippus, qui laborat lippitudine, quæ inter morbos oculorum annumeratur, ex qua pitui
ta lachrymæ miſcetur. Oratius fuit lippus, & M. Tullius, unde in epiſtolis ad Atticum ſic ſcribit.
Dictaui propter lippitudinem. Marcus Seruilius Nouianus in metu lippitudinis chartam duabus
literis Græcis ſcriptam circumligatam imo ſubnectebat collo. Lippientibus (ut præcipit Celſus) ui
tandi ſunt cibi, qui extenuant. Negant lippituros eos, qui cum pedes lauant aqua, inde ter oculos
tangant. Qui linguam uulpinam in armilla habebunt, non lippient, auctor Plinius. *Hæc ſar-
tago loquendi.*] Hic corruptus, ac deprauatus loquendi mos, hic ſibilus, & ſonus priſcarum uo-
cum, qualem ſartago repræſentare conſueuit. Eſt autem ſartago uaſculum patens, quo adhibito
oleo

oleo,diſtillatione,uel butyro,carnes,offellæ,pulmenta, frictæ(quæ & fricticulæ dicuntur Hieron.) A
tomacula & id genus compluria friguntur.Hieronymus de vi. Maccabeorum. Iuſſit ignem admo
ueri,& adhuc ſpirantem torreri in ſartagine.Plinius.Terebinthinam in ſartagine referuenti. Græ-
ce dicitur τήγανον,uulgo patella. *Iſtud dedecus.*] Iſta ignominia:iſta infamia æquo animo minime
ferenda eſt,quòd uerbis uietis,& ueternoſis , temporiſq; uitio carioſis utantur, & illa ſuis operi-
bus interſerendo in uſum & conſuetudinem reuocare contendant. *In quo Troſsulus.*] Stultiti-
am,leuitatem,& mentis imbelliam Romanorum caſtigat, qui eadem uerborum antiquitate deti-
nebantur , eam laudabant,atque poetis talia poemata recitantibus applaudebant , palpum offe-
rebant,& aſſentabantur,cum potius eos accuſare , & cenſoria caſtigatione reprehendere debuiſ-
ſent,ut ab errore in orbitam , ex ſemita in uiam rectam , & ex mentis captiuitate in reſipiſcentiam
reducerentur . Quod non fiebat, quoniam rari quippe boni . eſſet enim ridiculum ſi luſcus lu-
ſcum , claudus claudum conuicio inſectaretur,ſi Clodius accuſaret mœchos,Catilina Cethegum;
quod in illum ſubito poſſet retorqueri notiſſimum illud,Loripedem rectus derideat,&c. *Troſſu
lus leuis.*] Auditor uoluptatibus indulgens,opimus,corpulentus,ſuccoſus , habitior . alij accipi-
unt hic troſſulum pro equite Romano, quoniam auctoribus Plinio,Sexto Pompeio,cæteris,troſ-
ſuli dicuntur equites Romani,ab eo quod Tuſcorum oppidum nomine Troſſulum ſine ullo ad-
iumento peditum cepiſſent , quod non inficiatur quiſpiam : Sed hic ſenſus non facit ad ſtoma- B
chum. Videtur enim Troſſulus hic ſignificare obeſum,delicatum,ſucculentum (ut diximus) qua-
ſi toroſulus a toroſa carne,& aruina. Quod uerum eſſe oſtendit Plinius cum in trigeſimotertio ſcri
bens troſſulos equites uocatos eſſe ſubiungit:quia inquit non intelligunt troſſuli nomen,quid ua
leat,multos pudet eo nomine appellari,inuitoſq; etiamnum troſſulos uocari.in hoc ſignificatu in
quo locutus Perſius mihi uidetur apud Varronem,& Hieronymum inuenitur , cuius in Iouinia-
num ſcribentis hæc ſunt uerba. Vnius tantum philoſophi exemplum poſui,ut formoſuli noſtri, &
troſſuli,& uix ſummis pedibus adumbrantes ueſtigia,imitentur ſaltem genuſtium parcitatem. Var
ronis uerba nequis ea deſideret appoſui:Nunc emunt troſſuli nardo nitidi uulgo attico talento e-
quum. Sed Nonius apertius hoc omnibus his uerbis demonſtrat: Troſuli dicti ſunt toroſuli.qua-
ſi habitiores,à toroſa ſcilicet pinguitudine.accipe ergo troſulum hic pro Romanis,mollibus,deli-
catis,& opimis,quos magis pigmenta , floſculi , lenocinia orationis , & antiqua uerba,quàm res,
quàm ſenſa,quàm argumenta commoueant. *Leuis.*] Politus,mollis,deglabratus, uel nihil ſe-
ueri habens iudicij. *Exultat.*] Applaudit. *Per ſubſellia.*] id eſt,minores ſedes.ſunt enim ſubſel-
lia minores ſedes,in quibus audientes poetas,aut ſpectantes ludos ſedere ſolebant.Erant præterea
(ut docet Aſconius libro primo Verrin.)Tribunorum,Triũuirorum,Quæſtorum , & huiuſmodi
minora iudicia, qui non in ſellis curulibus , non tribunalibus ; ſed in ſubſellijs conſidebant . reci- C
taturi autem poemata auditoribus ſubſellia ſternebant:nam ſedilia illic non erant perpetua ſicut
in theatro,ſed temporaria,quæ à poetis ſoluta pecunia conducebantur.unde dixit Iuuenalis: Ne-
mo dabit regum quanti ſubſellia conſtent.

AELIVS ANTONIVS NEBRISSENSIS.

Eſt nunc Bryſæi.] Eos reprehendit qui admirantur poetas antiquiſſimos eoſdemq; imitantur,
cum recentiores contemnant. *Eſt nunc.*] Subaudi aliquis. *Quem liber uenoſus.*] id eſt , turgi-
dus & inflatus,quod in carmine uitioſum eſt. *Acci.*] Pro Accij poetæ antiquiſſimi & qui iam in-
ter obſoletos computatur,& pete ab inferioribus,Moretur,id eſt,detineat,id eſt,ſunt qui illum ad
mirentur:nam ea quæ miramur detinent nos. *Bryſæi.*] A Baccho qui dicitur bryſæus, cogno-
minati.poetę autem in tutela Bacchi & Apollinis ſunt. *Sunt.*] Etiam ſubaudi alij quos Pacuui-
us poeta etiam antiquiſſimus ſcriptor tragœdiarum ex Brunduſio Italiæ urbe. *Et Antiopa uer-
rucoſa.*] id eſt,tragœdia Pacuuij quæ inſcribitur Antiopa,citaturq; à Cicerone in primo de Fini-
bus . & à Priſciano & Marcello compluribus in locis.quam uerrucoſam appellauit,id eſt aſperam
& inæqualem,quod ad poematis uituperationem ſpectat , ſicut econtrario molle atq; deductum
carmen ad laudem.Fuit autem Antiopa Nictei regis Lesbiorum filia,ex qua cum Iupiter Zethum
& Amphionem procreaſſet,à Lyco eius coniuge atq; Thebanorum rege repudiata eſt,atq; in illius D
locum Dirce ſuperducta : quæ cum diu Antiopam in ſuſpicationem pellicatus uexaſſet,tandem à
gemellis quos ex Ioue Antiopa pepererat in ultionem matris equis indomitis alligata atq; diſtra-
cta eſt. *Fulta cor luctificabile.*] id eſt,habens cor luctuoſum fultum & ſuſtentatum. *Aerumnis.*]
id eſt,laboribus quos ſub pellice paſſa eſt.hic uerſus aut eſt Pacuuij,aut ex illius uerbis formatus,
à Perſio uero nunc interpoſitus,ut oſtendat Pacuuij duritiam uaſtitatemq; in carmine. *Hos pue
ris.*] Senſus eſt, cum filij patres audiant,poetarum ueterum carmina laudantes,& ipſi quoq; talia
admirentur,talesq; euadere laborent. *Cum uideas patres lippos.*] id eſt,in iudicando de auctorib.
cæcos. *Infundere hos monitus.*] Inſtillare talia præcepta. *Pueris.*] Filijs ſuis. *Quæris ne.*] Quaſi
dicat,non eſt neceſſe quærere,cum rauo ſit in promptu. *Hæc ſartago loquendi.*] .i. Hic linguæ ſtri-
dor qualis ex ſartagine cum aliquid frigitur ſonat. *Venerit in ling.*] .i.ſermonē filiorum. *Et iſtud
dedecus.*] .i.ignominioſum & turpe dicendi genus. *In quo troſsulus.*] .i.Eques Ro . hoc eſt ordo e-
queſtris.nam equites aliquando ſunt Troſſuli appellati à Troſſulo Thuſciæ oppido expugnato.au
ctor eſt Plin.lib.xxxiij.Nat.hiſt. *Leuis.*] Glaber & depilatus,ſignificat autem illos eſſe uiros mol
les & effœminatos quibus talia placent. *Exultat tibi.*] .i.applaudit & fauet tibi clamoribus. *Per
ſubſellia.*] In quibus auditores ſedent poeta recitante.Iuuen.Sed cum fregit ſubſellia uerſu.

ECPHRASIS MVRMELLII.

A Eſt nunc aliquis antiquarius, quem aſper, durus, & horridus liber Accij tragici moretur. Sunt nonnulli quos Pacuuius, & aſpera tragœdia de Antiopa fulta cor luctificabile ærumnis detineat, & delectet. Cum igitur uideas patres lippos infundere pueris hos monitus, ut aſperas Accij & Pacuuij tragœdias lectitent, quæris ne, unde hæc ſermonis barbaries uenerit in linguas? unde iſtud dedecus, in quo Romanus delicatus ſucculentus & nitidus exultat tibi per ſubſellia?

SCHOLIA.

Eſt nunc Bryſei.] Eos nunc inſectatur, qui priſcos poetas uetuſtate ſqualentes legunt, ſemperq́ in manibus habent, ac imitantur. *Bryſei.*] Bacchici, & per hoc tragici, ne uideatur loqui de Accio Labeone, quem ſupra texauit. Sunt enim tragici poetæ potiſſimum Bacchi clientes, qui dictus eſt Bryſeus ἀπὸ τοῦ βρύειν, quod eſt emanare, ſcaturire, inundare, madefacere. *Venoſus.*] Aſper, durus, horridus. Vena, quòd per eam ſanguis ueniat, dicta eſt. Inde uenoſus homo, qui eſt uenis turgentibus, & prominentibus plenus. Transferuntur autem hæc ut ad alia, ita etiam ad orationẽ, quæ tam quam corpus cõſtituitur. quod ſuccum & ſanguinem habet, & uenas, & oſſa, & neruos, & carnem, & toros, & robur, & colorem, decoremq́. Vtq; corpus hominis macies oſſa detegens, & uenæ nimiũ extantes, & protuberantes deturpant, ſic oratio dehoneſtatur, in qua inſunt huiuſmodi uitia.
B Cornelius Tacitus in dialogo de claris oratoribus. Oratio autem ſicut corpus hominis, ea demũ pulchra eſt, in qua non eminent uenæ, nec oſſa numerantur, ſed temperatus ac bonus ſanguis implet membra, & exurgit toris, ipſos quoq; neruos robur tegit, & decor commendat. *Acci.*] Accius & Pacuuius tragici poetæ fuerunt ſententiarum grauitate & pondere uerborum clari, ſed ſtylo minus culto. Vnde Martialis aſperitatem uerborum notans, eos irridet, qui ueteribus nimium delectantur. Attonitusq; legis terrai frugiferai, Accius & quicquid Pacuuiusq; uomunt. *Verruco ſa.*] Inæqualis. Verruca à uerrendo dicitur editus aſperq; in monte locus. Dicitur & in corpore humano tuberculum, & carũcula dura, & calloſa ſine pruritu, porrus uulgo dicta. Plinius. Ocymum miſto atramento ſutorio uerrucas tollit. Serenus. Interdum exiſtit turpi uerruca papilla. Hinc Verrucoſum dicimus, quod uerrucis eſt plenum inæqualeq́, & diuerſas eminentes partes habet. *Antiopa.*] Filia fuit Nyctei, uxor Lyci Thebanorum regis, quæ ex Ioue Zetum & Amphionem peperit. Hæc uarias ærumnas ut fabulantur, experta eſt, ſed his fabulamentis nobis qui moralia magis præcepta quærimus, non eſt immorandum. Aerumna eſt ægritudo laborioſa. *Luctificabile.*] Aptum ad luctum inducendum. Hoc uocabulum tragicum, ni fallor, & Pacuuianũ eſt, quo nunc utitur ad id genus irridendum. Dicitur autem luctificum, quod luctum facit. Vnde deductum uerbum luctifico, à quo luctificabilis. *Sartago.*] Sartaginem, quod & frixorium dicitur, quia in fri-
C xu confuſum reddit crepitum, pro corrupto ac deprauato loquendi more accepit. *Troſulus.*] Auditor uoluptuarius, ſuccoſus, & opimus, quem magis pigmenta, floſculi, lenocinia orationis, quàm res, quàm ſenſa, quàm argumenta commoueant. Troſuli auctoribus Plinio & Feſto Põpeio dicuntur equites Romani, ab eo quod oppidum Tuſcorum nomine Troſulum ſine ullo adiumento peditum cepiſſent. Troſuli item dicuntur delicati, obeſi, ſucculenti, quorum deus uẽter eſt, quaſi toroſuli, à toroſa ſcilicet carne & aruina. Nonius Marcellus, Troſuli dicti ſunt toroſuli quaſi habitiores, à toroſa ſcilicet pinguedine. Hieronymus in Iouinianum. Vnius tantum philoſophi exemplum poſui, ut formoſuli noſtri, & troſuli, & uix ſummis pedibus adũbrantes ueſtigia, imitentur ſaltem gentilium parcitatem.

L. IO. SCOPAE.

Eſt nunc Briſei quem uenoſus liber Acci.] Hoc in loco interpretes & omnes alij ſic legũt & exponũt. Accij Briſei, id eſt, Bacchici. Poetæ nanq; ſunt in Bacchi tutela. Nos autem (quamuis ſupremum affirmemus) non Briſei ſed Bryſeis eſſe legendum ut ad Bryſeidos hiſtoriam referatur, cõtendimus. Ducor enim hac maxime ratione, quòd ſequens Satyri carmen eſt, ſunt quos Pacuuiusq; & uerrucoſa moretur Antiopa. Inquit poeta, ſunt qui delectentur legere Antiopam tragœdiam à Pacuuio ſcriptam, aut Bryſeida tragœdiam ab Accio compoſitam. Fruſtra nanq; Antiopam nomi-
D naſſet, ni prius Bryſeida poſuiſſet. Quare ſic legatur carmen: Eſt nunc Bryſeis quem & uenoſus liber Acci. ut ſit ſenſus, eſt nũc quem moretur Bryſeis: Et, pro id eſt, liber uenoſus, id eſt, difficilis Acci. Vellem candidiſſime lector, quęcunq; à nobis præcipiuntur, boni conſulas: et ſi illa ubi minime placerent, quum non tanquam delphica oracula folijs committuntur, ne penitus negligas, donec omnia æqua lance perpendes.

Nil ne pudet, capiti non poſſe pericula cano
Pellere, quin tepidum hoc, optes audire decenter?
Fur es ait Pedio. Pedius quid? crimina raſis
Librat in antithetis, doctus poſuiſſe figuras
Laudatur: bellũ hoc. bellũ hoc? an Romule ceues?
Men moueat quippe & cantet ſi naufragus aſſem
Protulerim? cantas cum fracta te in trabe pictum
Ex humero portes? uerum nec nocte paratum
Plorabit qui me uolet incuruaſſe querela.

ASCENSIVS.

Nil ne pudet.] Tangit aliud genus ineptitudinis, eorum ſcilicet qui etiam in criminibus refellendis aut purgandis ſic laudẽ & gloriam ex ornatu captãt, ut propria cauſarum genera & ueras purgationes omittant, itaq; ex conſimili carpit eos qui omiſſo ſentẽtiarum pondere uerborum lenocinio nugisq; canoris inſiſtunt. *Nil ne pudet.*]

det.ſi nil nomen eſt,pudet accipitur perſonaliter,Sicut à comico,non te hæc pudet.ſi aduerbium, A
impersonaliter.Capiti regitur à uerbo pellere non à pudet,pondus autem habet adiectiuũ dicen-
do cano capiti,quia iuuenibus gloriæ plus æquo cupidis utcunq; ignoſcẽdum eſt,ſenibus nequa-
quam.Tepidum decenter.i.tepidas laudationes,quas apud Aulum Gellium legimus plus fugien-
das,immo turpiores eſſe,q̃ apertam uituperationem.qui enim tepide aut frigide laudat,ſimulat ſe
eſſe amicũ,& uelle laudare,ſi haberet quod rite laudet:qui uero aperte uituperat,ſe hoſtẽ declarat,
atq; ita minus credendũ.Tepidum decenter.Aduerbiũ pro nomine.Antitheton dicitur contrapo
ſitũ,quia enim oppoſita iuxta ſe poſita magis eluceſcũt,& ſumma uirtus oratoris eſt aperte atq; di
ſerte loqui;ideo pulchrũ eſt habere uerba repugnãtia aut ſententias cõtendentes.Librat.i. expẽdit;
hoc eſt pendendo ſiue æſtimando comparat crimina antithetis,tantum.ſ.laudis ſperans obtinere
ex antithetis.i.pulchris figuris dicendi,quantum uituperij incurrat ex crimine obiecto,& ita con-
temnit ſe purgare.bellũ hoc,bis ponitur,ſed primo modo uerbũ laudatoris eſt,ſecundo poetæ re
prehendentis per amarã interrogationẽ.An Romule ceues.etiam interrogatio amara poetæ eſt in
eum qui ſe Romulũ.i.Romuli ſimilẽ iactat,& tamen Romuli qui uir in primis ſtrennuus erat, uir-
tutem in tantũ non imitatur quod Zodomitice poſteriora moueat in morẽ canũ præ libidine ge-
ſtientiũ,à quibus Cynici dicti ſunt.Ceuere enim eſt obſcœna mẽbra in obſcœniſſimo ſcelere molli
ter agitare.Sẽſus aũt eſt.an Romule ceues.i.an Romane tam mollis & effœminatus effectus es , tan B
tumq; à neruis & uero dicendi robore receſſiſti , ut eum laudes qui omiſſa purgatione fucũ uerbo
rũ ſectatur?Id aũt non decere probat ex conſimili argumento:quia ſi naufragus cantaret & hiſtrio
nem ageret,nemo probus & ſeuerus ei quicquam conferret , cui tamen nemo bonus denegaret, ſi
ueras eius lachrymas conſpiceret.ſic glorianti de coloribus rhetoricis & ſe purgare contemnenti
à ſeuero iudice ignoſcendũ merito non eſſet. ORDO. Et ſunt uerba poetæ ad quemuis talẽ lau-
dem captantẽ,ut ad Pediũ.ponit enim ſecundã perſonã pro quacunq;.Ne pro an & nil. i. non ali-
quid uel nõ in aliquo.an nõ aliquid te pudet,uel an nõ pudet te in aliquo,nõ poſſe.i.quod nõ po-
tes.pellere.i.depellere,capiti tuo ſcilicet,cano.i.caneſcenti præ ſenio,pericula ſcilicet mortis ex ob
iectis criminibus,quin.i.quo minus.i.ut non optes audire hoc tepidũ decenter.i.hanc tepidã lau-
dationẽ quæ tibi offertur à dicentibus decenter ſup.dictum eſt,ſup.accuſator ait.manifeſte ſine fu-
co aliquo inquit,Pedio aut peto bleſo furi reo, aut ut Plautio placet , cauſidico , Si reo dicatur ſic,
tu es fur.i.occultus rerũ ſublator.Pedius quid ſup.facit reſpondendo?reſpõdet poeta quaſi dicat:
quæris quid faciat?ipſe.i.cauſidicus eius defenſor (Nam ſæpe quæ per aliũ fecimus,nos feciſſe dici
mur)Si cauſidico,Peto,quis ait:tu es fur.i.furem defendis.quid Pedius ſupple facit? Fieri etiã po-
tuit ut Pedius & fur fuerit & cauſidicus.nam oratori licet ex officio non fuerit cauſidicus , licuit e-
tiam pro ſe cauſam dicere,ut Ciceroni,Catilinæ,& alijs multis.Pedius ergo fur & cauſidicus in cau C
ſa propria(quia dictum eſt.Nil ne pudet,capiti non poſſe pericula cano pellere) librat. i. quaſi ad
bilancem ſiue ad libram aut trutinã expendit crimina obiecta ſcilicet,in antithetis.i.contrapoſitis;
raſis.i.terſis & elegantibus,& hoc faciendo ipſe laudatur poſuiſſe.i.quia poſuerit doctas figuras, a
dicenti.ſ.hoc ſup.eſt bellũ.contra quẽ poeta.dicis ſup.quod hoc ſit bellũ?id eſt pulchrũ & decorũ
omiſſa ſolida purgatione mollẽ uerborũ fucũ affectare?an o Romule.i.o tu Romane qui Romulũ
imitari debes:ceues.i.ſic effœminatus es,ut talia laudes.uel ut præ lætitia quaſi ceuens geſtias? qua
ſi dicat id ineptiſſime facias.quod probat dicẽs.quippe.i.quia certe:men.i. mene . hoc eſt an putas
quod ſi naufragus.i.qui nauem fregit,uel cui nauis fracta eſt,cantet.i.cantando caſum & iacturam
ſuam narret,ipſe ſup.moueat.i.commoueat me ad cõmiſerationẽ aut miſericordiam?& ſup.quod
ego protulerim.i.porrexerim ei aſſem.i.ſtipem,uel quemuis etiam minimũ nummum,quaſi dicat
id non deberes putare.dicerem enim ei,tu inepte, cantas cum portes te ex humero , pictũ in trabe
fracta.i.in quauis tabella ex trabe nauis fractæ.quaſi dicat id ſtultiſſime facies quia,is ſup.qui uolet
incuruaſſe.i.inclinaſſe ad eleemoſynam dandam humi ſedenti,me(inquit poeta)querela.i.lamen-
tatione & complanctu ſuo,plorabit uerum.i.rem ueram,hoc eſt uerum naufragium aut aliud da-
mnum,& non paratum aut excogitatum,nocte.i.in lecto.ut faciunt ſimulatores mẽdicitans. Quo
modo & cur naufragiũ paſſi ſe in tabulis pictos circũferant,Britannicus dicet , ut uidelicet commi D
ſerationem pictura cient,& ne cunctis naufragij ſui formã exponere cogantur. Variatur autem iſt
hic lectio:nam Plautius & Nebriſ.legunt doctus poſuiſſe figuras,ſecundum quos ordo erit . Lau-
datur doctus.i.uti doctus poſuiſſe.ſ.in defenſione,figuras.i.ſchemata dicendi, laudatur inquam à
dicentibus,hoc bellũ ſup.eſt.aut ſic.& ipſe doctus poſuiſſe figuras , laudatur à dicentibus bellum
hoc.Item Plautius dicit poſſe legi ficta te in trabe,&c.quomodo ordo & ſenſus erit.Cantas cũ por-
tes te in trabe ficta.i.ſimulata à pictore ad naufragium exprimendum,malim legere fracta , ut uide
licet depictus ſit ſedens in trabe fracta per tempeſtatem,ut in parte mali aut alterius trabis quã for
te arripuerit.Plus aũt me mouet,quod cum præmiſerit,moueat & cantet,ſubiunxerit,protulerim:
in eo enim uerbo uidetur modus pro modo & tempus pro tempore poni,unde quantum ad tem
pus dixiſſet protulero,quod forte ab eo ſcriptum eſt.aut priſcis inter præteritũ & futurũ ſubiuncti
ui modi nullũ ne in prima quidem perſona fuit diſcrimen.Quod ſi protulerim recipimus,expone
mus ſic.Protulerim ſup.prius q̃ aperte petat,nam ſolent cantantes poſt finem cantilenæ ſtipem pe
tere,& qui uident eos ſtipe dignos proferunt eam anteq̃ petant , ſcientes quod petituri ſint . Bene
autem tranſpoſuit,& cantet ſi,pro & ſi cantet naufragus,ne ſi legatur et ſi,una putetur pars.Eo au-
tem modo diximus ſupra,ponendas partes illas,Pegaſeium melos credas,& Somnia qui pituita;

A ubi legunt Somnia pituita qui,&c.Nebriſſenſis accipit uerum pro ſed:quod non placet,Nam ſenſus eſt plorabit uerum.ſ.damnū aut infortunium non paratum nocte,quia ploratur lachrymis amiſſa pecunia ueris.Sunt qui legant uerum & non,Aldus legit nec.

IOANNES BRITANNICVS.

Nil ne pudet capiti non poſſe pericula cano.] Mira excandeſcit indignatione & fremitu in eos,qui etiam in capitalibus criminibus refellendis tantopere laudis cupidi ſint,ut fere obliti peculiaria cauſarum argumenta,ex elocutione tantum,ac etiam uerborum,ſententiarumq́ exornationibus uniuerſi populi laudem & fauorem promereri conētur.Quod Quintilianus in nono ſummopere damnat.hoc autem Perſius exemplo Pedij comprobat.qui accuſatus furti , etiam in periculo capitis tanta laudis cupiditate agebatur,ut fere relictis cauſæ argumentis,exornationibus tantum populo ſtuderet placere,adeo laudis & gloriæ deſiderio uexabatur.itaq; ad antitheta,id eſt,contrapoſita,& reliquas figuras conuertebatur.Senſus eſt igitur.nullo ne teneris pudore, cum de uita tua agatur,ſollicitū te eſſe de laude adipiſcēda? *Pellere pericula.*] .ſ.capitis,id eſt, defendere teipſum in iudicio. *Capiti cano.*] Hinc eſt poetæ ardor.quod etiam cum in periculo uitæ,tum etiam in extrema ætate laudis tantopere anxius ſis.Hoc tepidum decenter.tepidas & frigidas laudes. ſic enim dicere ſolent laudatores.Hora.Clamabit enim pulchre,bene,recte. *Tepidum.*] Quia ficte & frigide B laudatur,cum adulatio omnino ſit. *Fur es ait Pedio.*] Exemplum Pedij.quem pro quocunq; ponit qui laudem ſibi etiam in capitalibus criminibus refellendis,exornationibus uerborū & ſententiarum quærit.Hic eſt ille Bleſus Pedius qui ſub Nerone auctore Tacito,motus eſt ſenatu , accuſantibus Cyrenenſibus uiolatū ab eo theſaurū Aeſculapij,delectūq; militarē precio & ambitione corruptum. *Fur es ait Pedio.*] .i.Aliquis furti Pediū accuſat. *Pedius quid.*] Subaudi quomodo ſe defendit. *Crimina raſis librat in antithetis.*] Hoc eſt Pedius nequaq̄ refellit obiecta crimina,uerū ad figuras & exornationes decurrit . Crimina nō carmina legendū eſt,ſcilicet de quibus accuſatus eſt. *Librat.*] Ponderat,æſtimat , quaſi putans his exornationibus & abſolutionem & laudem poſſe promereri. *Librat.*] Expendit.i.tanti quidem æſtimat exornationē & figuras orationis ſuæ,quanti furtū & obiecta cenſentur,ut facile ſperet & abſolutionē & laudem. *Antithetis.*] Latine ſonant contrapoſita.ut in ix.ſcri.Quinti.quæ figura quidem nō uno modo fit.nam & fit ſi ſingula ſingulis opponūtur,ut uicit pudorē libido,timorē audacia,rationē amentia.Et bina binis , nō ut noſtri ingenij,ueſtri auxilij eſt.Et ſententiæ ſententijs,ut dominetur in concionibus,iaceat in iudicijs.Teren.in Andria Antitheton facit.Vt per falſas nuptias uera ſit obiurgandi cauſa. Antitheton enim eſt,quia falſas dixit,deinde intulit uera . Sic idem in eadem.Quæ ſeſe inhoneſte optauit parare hic diuitias,potius q̄ in patria honeſte pauper uiuere,antitheton eſt inhoneſte & honeſte. *Raſis.*] C Quia neutrū altero uerborum omnino plus habet. *Figuras.*] Græce ſchemata dicuntur.Duplex eſt figurarum genus.Alterum ſententiarū,alterum uerborum.Figura,ut Fabius tradit,eſt ſicut nomine ipſo patet,cōformatio quædā orationis remota à cōmuni.Ergo figura eſt arte aliqua nouata forma dicēdi. *Bellum hoc.*] Verba laudatoris quæ pronūciatiue leguntur & cū admiratione more adulatoris. *Bellum hoc*] Interrogatiue & cū indignatione proferūtur à poeta,qui eū carpit,à quo adulatorio geſtu nimiū poeta laudatur.Nam quærit poeta bellū hoc?quaſi diceret,nō ex uero animi iudicio,ſed ficto laudas.unde ſequitur:An Romule ceues? *An Romule.*] In contemptū dictum eſt quaſi nequaq̄ Romulo ſimilis. *Ceues.*] Ceuere uerbum eſt in obſcœnis. Iuuenalis. Ego te ceuentē Sexte uerebor?hoc eſt indecoro motu corporis adularis,ſumptū à canibus,qui clunes agitando blandiuntur. *Men moueat.*] Ita hæc inferuntur à poeta,quaſi aliquis dixerit,tu quoque ad hos laudandos ijs exornationibus & uerborum & ſententiarū mouearis.& ipſe reſpondeat mene moueat.i.nullo quidē pacto adducar,ut hæc laudem quæ & ipſi poetæ ambitionē exprobrāt & ipſi populo aſſentationē,cum omnino laude digna nō ſint. *Et cantet ſi naufragus aſſem protulerim.*] Erat conſuetudo apud antiquos ut qui naufragiū feciſſent,illud ex humeris in tabella pictum circumferrent mendicantes,ne ab omnibus cogerentur caſus ſuos narrare.Mar.Nec faſciato naufragus loquax trunco.Iuue.Naufragus aſſem Dum rogat,& picta ſe tēpeſtate tuetur . Oſtendit igitur D poeta ſumpto exemplo à naufrago,ut ſuperuacaneū eſt & parum prodeſt naufragis cantare caſum ſuum,cum eum pictū habeant in tabella quod,quidem ſatis eſt ad miſericordiam hominū alliciendam.ita & poetæ & oratori non conuenire oſtentare ſe ſcriptis ſuis.i.laudem & uerborū & ſententiarum figuris quærere.cum argumenta cauſæ tantum ſimpliciter ſint proſequenda,nec affectatis exornationibus utendū. *Et cantet ſi naufragus aſſem protulerim.*] Ordo eſt,& protulerim aſſem ſi cātet. *Protulerim aſſem.*] .i. Nec ob eam rem quia cātet dedero aſſem.Hæc omnia metaphorice ad poetā accommodanda ſunt.i.ego quidem nō laudauero eum quia exornationibus & figuris affectatis commendet ſcripta ſua. *Cantas cum te fracta in trabe pictum ex humero portes .*] Hinc oſtendit indecorū eſſe poetis & oratoribus,cum eorum uirtus nota ſit,uelle exclamationibus & crebris figuris uerborū laudem ſibi quærere.Quod turpe eſſe oſtendit Fabius cū ita ait.Ideoq; magis nobiles ut nouitate aurem excitant,ita copia ſatiant.Nec ſe obuias dicēti,ſed cōquiſitas & ex omnib.latebris extractas congeſtasq; declarāt.Ergo ita figuris ſcripta exornanda eſſe docet,ut non conquiſitæ,ſed obuiæ ſcribēti fuiſſe uideantur. *Cantas.*] Ironia eſt.i.exornationibus uteris, & ita ad oratorem referas.ſi aūt ad naufragiū applices,hic eſt ſenſus.cantando & ſublata uoce mendicans naufragium tuum omnibus prædicas. *Fracta in trabe.*] id eſt,naui fracta.quæ picta una cum nautis in tabella ut dictum eſt circumferebatur à naufrago,alibi.Trabe rupta Brutia ſaxa prendit amicus

inops.

Mops.& paulo inferius.largire inopi ne pictus oberret Cærulea in tabula. *Verũ nec nocte parata plo* A
rabit.] .i.Si à me uolet laudari,uera cauſarũ argumenta & ad rem pertinentia proſequatur.i. ex a-
nimo & corde doleat,nec putet his figuris & ornationibus nocturno ſtudio paratis à me laudatũ
iri. *Incuruaſſe.*] Flexiſſe,ad laudem ſcilicet. *Querela.*] Naufragum reſpexit.

IOANNES BAPTISTA.

Nil ne pudet.] Sapientiam uſus filiam fuiſſe ignorat nemo,qui ſaltem illos Affranij poetæ uer-
ſus ab A.Gellio recitatos lectitauerit, Vſus me genuit, mater peperit memoria, Sophiam uocant
Graij,uos ſapientiam.In quibus demonſtratur eam in uſu eſſe collocatam,quo maxime ſenes pol
lent longa ætate,quos(ut ait Diodorus)longa ætas prudentiores effecit: Quapropter uehementi-
us indignatur,& maiori in eos prorumpit excandeſcentiæ fremitu,qui cum ſint cani,ſenes,& ęta-
te maxime grandes,quo deberent eſſe prudentiores,ſint adeo laudis cupidi,ut in cauſa,in qua ca-
pite ipſi periclitantur,relictis cauſæ proprijs argumẽtationibus,ad exornationes tum uerborum,
tum ſententiarum ſe conferant,ut à populo Romano plauſus habere,laudari,concelebrariq́ me-
reantur.& eſt ſenſus.afficeris ne aliquo pudore,ruborem ne aliquem contrahis,cum de ſalute tua
agatur,qua nihil melius, quòd circa laudes, & plauſus populi exornatiõibus ſis ſollicitus? *Pelle*
re.] Remouere,propulſare,abigere,extrudere.In quo ſignificatu eſt illud Plautinum. Pelle animo
timorem,mox aderit gnatus. *Pericula.*] Capitis ſcilicet diſcrimina. Vergilius. Obſcœnamq́ fa B
mem,quæ prima pericula uito.alias experimentum.Terentius.Fac periculum in literis. *Capitẽ*
cano.] id eſt,ueteuſto ſeni,& antiquo capiti:In quo totus homo(ut Plato dicit) eſt collocatus. dictũ
caput ἀπὸ τῶν κεφαλῶν,quod caput ſignificat, uel ἀπὸ τὴν κάραν eiuſdem ſignificationis,uel(ut exiſtimat
Varro)quòd inde initium capiant ſenſus,& nerui.in ſummo enim à natura poſitum eſt, ut in quo
futurum erat regimen totius animantis.caput habent omnia animalia in quibus eſt ſanguis, au-
ctor Plinius in undecimo.A capite capital facinus dici uoluerunt ueteres, quod capitis pœna lui-
tur.Plautus in Menech. Iam & ſi capital fecerit facile aſſeruabis. Capitalis cauſa dicitur Apuleio
qua agitur de capite hominis,& ſalute.Capitalis oratio.Mar. Tullio in ſecundo officiorũ,à quo &
homo capitalis in Antoniana dicitur pro exitiali,& peſtifero. *Quin tepidum hoc.*] Quin celebra-
ri,& laudibus immodicis tolli cupias,lætitiaq́,& non minima uoluptate afficiaris, exultes, & ge-
ſtias,quum ſcripta tua graphice,concinne,& eleganter eſſe compoſita ab auditoribus prædican-
tur. *Optes.*] Cupias,deſideres, aliàs ſignificat eligere. unde optio electio, & optio pro milite,
quaſi optatus,id eſt,electus aſcitusq́,qui dabatur,teſte Pompeio,adiutor centurioni à tribuno mi
litum.In quo ſignificatu eſt illud Plauti in Aſinaria. Optionem tibi ſumito Leonida. De optione
meminit Vegetius libro ſecundo.De quo dictum eſt illud à iuriſconſulto titulo De pœnis damna-
torum.Ita neq́ ſpiculatores ultro ſibi uendicent,nec optiones ea ſibi deſiderent.apud Cornelium C
Tacitum ubi legitur,Veturiũ Opitonem corrige Optionem. *Hoc tepidum decenter.*] Hanc lauda-
tionem tepidam & frigidam,quia ficta,& adulatoria,quod eſſe turpe docet Phauorinus libro pe-
nultimo Noct.Attic.apud Gellium.decenter autem eſt uerbum à laudatoribus uſurpatũ,ſicut eu-
ge,beate,& id genus ſexcenta.Mart.Effecte,grauiter,cito,nequiter,euge,beate. Oratius. Clamabit
enim,pulchre,bene,recte. *Fur es ait Pedio.*] Exempla(ut inquit Seneca)plus poſſunt, quàm uer-
ba,cuius rei non ignarus poeta noſter,ut quod ſupra locutus eſt exemplo probet, ſcribit Pedium
Bleſum furti accuſatum ad uerborum lenocinia ſententiarumq́ exornationes & antitheta ſe con-
uertiſſe,relictis argumentationibus,quæ ad crimen refellendum mirum in modum conducebãt,
tanto amore laudis & cupiditate detinebatur.Fuit autem Pedius Bleſus hic de quo loquitur Perſi-
us,ille qui ſub Nerone(ut ſcribit Cornelius Tacitus)motus eſt ſenatu accuſantibus Cyrenenſibus
uiolatum ab eo theſaurum Aeſculapij,delectumq́ militarem precio & ambitione corruptũ.Quid
ſi Pedium non reum,ſed cauſidicum & rei defenſorem,atq́ patronum eſſe ſuſpicemur? qui cũ de-
beret reum defendere,refutatis aduerſariorum rationibus,& argumentis,ad antitheta ſe confere-
bat,ut laudem aſſequeretur,cui illud dici potuiſſet,quod uetus narrat hiſtoria,& refert Hieron.his
uerbis. Quidã cum diſerte diceret, ferreturq́ impetu ac uolubilitate uerborũ, & cauſam omninó
non tangeret,prudens auditor,& iudex,bene inquit & bene,ſed quo iſtud tam bene?Pediũ autem D
fuiſſe oratorem teſtis eſt Oratius ſic ſcribens.Cum Pedius cauſas exudet publicola,atq́ &c. *Ait*]
Sup.aliquis Pedium uel Pedij clientem accuſans quod furatus fuerit,quòd apud Aegyptios,& La
cedæmonios erat honorificũ,cum apud nos fures ſtrangulentur. *Quid.*] Sup. reſpõdit Pedius,
quum ſe defendit. *Crimina raſis.*] Qua defenſione utatur Pedius oſtendit dicens Pedium ſtudere
omnem ſuam orationẽ uarijs & pulchris figuris exornare,poſthabitis ad defenſionem neceſſarijs
argumentationibus,ut populus illũ laudibus proſequeretur.Ex quo poetæ maior fit indignatio.
Hoc autem ridiculum,& minime ferendum eſſe docet Quin.in nono.Quis enim ferat contrapoſi
tis & pariter cadentibus,& conſimilibus iraſcentem,flentem,rogantem,ubi atrocitate,inuidia, mi
ſeratione pugnandum eſt?cum iam his rebus cura uerborũ deroget affectibus fidem, & ubicunq́
ars oſtentatur,ueritas abeſſe uideatur.Veritas enim nõ quærit fucũ,nõ pigmẽta, nõ cincinnos,ſed
ut ſcribit Euripides in Phœniſſis ἁπλοῦς ὁ μῦθος τῆς ἀληθείας.i.ſimplex ſermo ueritatis eſt. *Librat in*
antithetis.] Longe fortiſſima tuendi ſe ratio eſt(ut tradit Quintilianus)ſi quod obijcitur negari po-
teſt,ſi poſſumus dicere non feci,non occidi.Quod cum probare ualidiſsimis rationibus & argu-
mentis Pedius debuiſſet,loco eius antitheta, & exornationes fucatas, & pigmento oratorio deli-
butas inaniter effutiebat, illas tanti faciens, ut laudem, & abſolutionem ſe promereri poſſe non

A dubitaret. *Librat.*] Expone.i.ponderat,æſtimat,expēdit furtū cum exornationibus, in una par
te crimina,in altera figuras conſtituens,quas ſcelus eleuare habet exploratū nō ſecus,ꝙ animi bo
na in libra Critolai corporis,& fortunæ terramq̄ & maria deprimebant. *Raſis antitheris.*] Poli-
tis exornationibus,& figuris. Antitheta,quæ cōtrapoſita latine ſonant (ut ſcribit Fabius in nono)
in ornamentis elocutionis teſte Auguſtino in viij. De ciuitate dei ſunt decentiſſima. Antitheton eſt
in primo de Aſino aureo apud Apuleium. Seneca taxans deſidiam,& mollitiem Romanæ iuuētu
tis fecit antitheton perquàm elegans cum ait: Certare cum fœminis, & immundiſſimis ſe excolere
munditijs,noſtrorum adoleſcentium ſpecimen eſt. *Doctus poſuiſſe figuras.*] Quas Græci uocant
σχήματα,quaſi cultus,& ornamenta orationis,quæ conuertunt in ſe auditorem, nec languere pati-
untur,ſubinde aliqua notabili figura excitatum, & habent quandam ex illa uitij ſimilitudine gra-
tiam,ut in cibis interim acor periocundus eſt. *Bellum hoc.*] Verba adulatoris, qui Pedio ob figu
ras & exornationes,quibus uſus fuerat in defenſiōe,aſſentabatur. *Bellum hoc.*] Perſii uerba per-
cunctatiua,& cū indignatione,non ſine admiratione legenda. quærit enim & admiratur hunc eſſe
tam deperditis moribus,ut hæc bella,& proba eſſe dijudicet. *Romule.*] Romulum pro omnibus
Romanis poſitum accipe: qui adulatorio geſtu,& ad turpitudinem inclinato nimium Pedium di
laudabant: ſic Catullus. Cinæde Romule hæc uidebis,& feres: Idem Romuli Remiq̄. *Ceues.*] Ob
B ſcœno,turpi,& indecoro corporis motu blandiris dum hunc laudas,tanquam ſi Veneri indulge
res,& aphrodiſia perageres. Iuxta illud Plau. Plaudite,& lumbos exporgite. Ceuere enim eſt pro-
prie in obſcœnis marium. hoc eſt apte ſe motare dum Veneris turpitudinem patiūtur. Criſſare ue
ro mulierum eſt,apte ſe ſcilicet motantium dum coeunt. exempla ſunt apud Martialem,Iuue.& ce
teros. *Men moueat.*] Artificioſe hæc infert,& ſubiungit Perſius tanquam quiſpiam dixerit,o Perſi
figuræ,exornationes,& antitheta iſtorum poetarum tam grata,tam iucunda ſunt,tantam lauita-
tis,dulcedinis,& ſuauitudinis uim in ſe habent,tam facile animos auditorum alliciunt,mitigāt, de
mulcent,& beneuolos reddunt,ut ſtatim,his auditis,te cenſoria etiam ſeueritate præditum in no-
ſtram,non ſolum manibus,& pedibus,ſed toto animo ire ſententiam,ut illos laudibus proſequa-
ris,& ab omnibus criminibus abſolutos reddas nō ſit ambigendū,cui reſpondit Perſius apta,cō-
cinna,& eleganti ſimilitudine dicens ſe illorum uerborū lenocinio, & ſuauitate mellita, quibus in
cauſis capitalibus utuntur,perinde poſſe flecti,ac ſi audiret naufragum caſus, incitas,calamitates,
& infortunia ſua in tabula picta circumferentem,cantare,& uocibus emodulatis tanquā lætabun
dum exultare. eſt enim opus,ut lachrymas,ſuſpiria,lamentationes, deprecationes,& id genus cō-
pluria miſerationis plena,adhibeat,qui homines ad miſericordiam,& pietatem flectere, & reuoca
re deſiderabit. Vnde non minus uere quàm ſcite dixit Ora. Si uis me flere,dolendum eſt Primū ip-
C ſi tibi,tunc tua me infortunia lædent. *Moueat.*] .i.flectat. *Naufragus.*] Qui paſſus eſt naufragiū,
aliquando qui facit naufragiū,unde mare naufragū appellat Orat. Virg. Caulonisq̄ arces, & nau
fragum ſcyllaceū. *Et cantet ſi nauf.p.a.*] .i. Dederim nummū ob hoc quod cātet.i.laudabo ne hūc
poetā,quod ſcripta ſua ornet affectatis exornationibus: q.d.nō. Sunt enim hæc omnia per trāsla-
tionē dicta ad poetā referenda. *Aſſem.*] Nummū aſſem proprie iuriſconſulti diffiniunt omnem
quantitatē,& omne corpus duodecim uncias cōtinens. apud quos in ij. Inſtit. legimus hæreditatē
plerūq̄ diuidi in xij. uncias,quæ aſſis appellatione cōtinentur. unde hæres ex aſſe dicitur, qui totā
hæreditatē cōſecutus eſt. Mart. hæredē ex aſſe reliquit. Prouerbiū eſt,ꝙ Auguſtus. Suet.& Macro.te
ſtibus uſurpabat. Das aſſem elephanto,in eos qui timide aliquid agūt. qui enim aſſem.i.nummum
elephanto dabat,cum pauore,& formidine porrigebat,cuius meminit Quin.in vij. Quod aūt ele-
phantis ſtipes à populo darentur,teſtatur Plin.in viij. *Cantas cum.*] Solebant ex naufragio egeni
effecti tabulā,in qua naufragiū depictum eſſet circūferre,ne omnibus ſibi obuiā factis,à quibus ſti
pem manu porrecta,& cōcaua peterent,narrare cogerentur. Mart. Hæc faſciato naufragus loquax
trūco. Iuue. Naufragus aſſem Dū rogat,& picta ſe tēpeſtate tuetur. Illud addendū quod demū tem
plis eorū deorū,per quos euaſerāt,tabulā ſuſpendebant,& ueſtes madidas,cū quibus euaſerāt(ut
teſtatur Acrō) & docet Verg.in xij. Orat.in primo Car. Oſtēdit aūt Perſius ſicut ſuperuacuū, caſ-
D ſum,& fruſtratoriū naufrago eſt caſum,& infelicitatē ſuā narrare omnibus,cū tabulā habeat, qua
hæc omnia depicta continēnt,Ita eſſe futile,nugatoriū,& parū prodeſſe orationes, & poemata fi-
guris cōquiſitis,& affectatis exornare,eſſeq̄ indecorū populi laudationes & plauſus uarietate fi-
gurarū,& elegantia uelle cōſequi,cū eorū uirtus nota habeatur. Quod & Quin. turpe eſſe demon-
ſtrat his uerbis. Ideoq̄ magis nobiles,ut nouitate aurē excitant,ita copia ſatiant. nec ſe obuias di-
centi,ſed conquiſitas,& ex omnibus latebris extractas congeſtasq̄ declarāt. *Fracta trabe.*] Ru-
pta,& conquaſſata naui per *μετωνυμίαν* .i. denominationē,quæ eſt(ut ſcribit Cicero in uij. Rhetoric.)
quæ à propinquis,& finitimis rebus trahit orationem,qua poſſit intelligi res, quæ non ſuo uoca-
bulo ſit appellata,de qua plura Quintilianus in ix. Fit autem (ut alios modos ſilentio præteream)
cum contentum ponitur pro eo quod continet, ut ſi quis aurum, uel argentum, aut ebur nomi-
net cum diuitias uelit nominare.& talis eſt hic metonymia.& quamuis omnes codices habeant fra
cta,uidetur tamen lepidior lectio ſi ficta legamus. utrunq̄ placet. *Verum nec nocte paratum.*] Qui
miſericordiā impetrare,& laudem à me cōſequi uoluerit: non his figuris,& exornationibus in cau
ſa ancipiti & periculo ſe defendet,nec ſe tali uerborū artificioſo lenocinio tuebitur,ſed ex corde,ex
animo,ex medullis dolebit, lachrymas effundet,& uoces mœſtas imo de pectore trahēs uera cau
ſæ argumenta,& ad rem,de qua in iudicio agitur,facentia proſequetur. *Plorabit.*] Lachrymas

effundet,

effundet,quæ maximam habent uim. Terentius. Hæc uerba una mehercle falſa lachrymula ex A tinguet.Ouidius.Et lachrymæ proſunt,lachrymis damnata mouebis. Quod credens Nero innixus humeris famulorum affirmauit ſimul ac primum prouinciam attigiſſet,inermem ſe in conſpectus exercituum proditurum,nec quicquam aliud quàm fleturum.uerum ignorabat illud Apollonij rhetoris non minus uere quàm pulchre dictum,Lachryma nihil citius areſcere, cui nõ aduerſatur Menander his.Noſtris mederi ſi malis poſſent lachrymæ,Semperq́ꝫ tolli fletibus quiret dolor,Lachrymas emeremus auro. *Incuruaſſe.*] Flexiſſe,inclinaſſe ad miſericordiam.

AELIVS ANTONIVS NEBRISSENSIS

Nil ne pudet.] Senſus eſt,cum ſis ſenex non pudet te eſſe incautum & imprudentẽ, ut neſcias quid ſequi aut uitare debeas? *Nil ne pudet.*] Quaſi diceret.pudendum eſt in ſene præſertim.nam in puero ueniam meretur hic error. *Non poſſe pellere pericula.*] .i.Rem in qua de famæ periculo agitur.

Capitiano.] .i.A capite ſenili. *Quin optes.*] .i.Quod non optes. *Audire hoc decenter.*] .i. Has adulatorum & applaudentium tibi uoces.Sunt autem applaudendi aduerbia,decenter,euge,belle, & apud Martialem ſophos. *Lepidum decenter.*] id eſt,laudes frigidas quippe quæ non reſpondẽt meritis tuis ueræq́ꝫ uirtuti. *Fur es,ait Pedio.*] Supra in poetas,nunc in eos inuehitur,qui in cauſis iudicialibus omiſſis probationibus & argumẽtis,in quibus tota uictoriæ cauſa conſiſtit, conferũt ſe ad exornationes atq́ꝫ figuras,& quos appellant colores rhetoricos. *Ait.*] Subaudi accuſator B Pedio,quem furti accuſat.nam conſtat Pedium quendam ſub Nerone à Cyrenenſibus furti uel potius ſacrilegij accuſatum. *Pedius quid.*] Subaudi reſpondet ad hanc accuſationẽ. *Crimina.*] Verba ſunt adulantis Pedio,aut illũ apud cæteros laudantis. *Librat crimina.*] .i.Pedius crimina obiecta rependit & confutat. *In antithetis raſis.*] .i.Figuris & exornationibus puris. nam antitheton quod interpretatur contrapoſitũ, figura eſt, qua contraria inter ſe opponuntur, ut dies nocti, lux tenebris.Pedius inquam, *Doctus poſuiſſe figuras.*] Cum potius argumentis ſe debuerit defendere.

Laudatur.] Scilicet is qui ſe ita defendit. *Bellum hoc.*] Subaudi eſt,& pulchre dictum. *Bellum hoc.*] Cum indignatione proferendum eſt.nam iraſcitur incandeſcitq́ꝫ Perſius in eum,qui tam impudenter aſſentatur,itaq́ꝫ illius uerba iratus repetit. *An Romule ceues*] .i.O Romane.nam primitiuum pro deriuato poſuit. *Ceues.*] .i.Adularis. Eſt autem proprie ceuere in uiris,quod criſſare in fœminis,hoc eſt cum coeunt nates motitare:ſed quia canes cum adulantur,clunes mouẽt & caudam,accepit ceuere pro adulari. *Men moueat.*] Laudabat adulator ambitioſa oratoris ornamenta,nunc dicit ſe non magis moueri ad miſericordiam poſſe huiuſmodi oratione, quàm ſi naufragus multis & compoſitis uerbis emendicaret ſtipem. *Si naufragus cantet aſſem.*] .i.Cantando mendicet.hoc eſt præmeditatis precibus miſericordiam quærens. *Men moueat.*] Pro me ne flectet ad miſericordiam. *Et protulerit illi aſſem.*] Quaſi dicat neq́ꝫ me mouebit, neq́ꝫ illi aſſem dabo, quia C qui huiuſmodi oratione utitur non dolet.& quemadmodum in poetria Horatius ſcribit,ſi uis me flere,dolendum eſt Primum ipſi tibi. *Et cum portas te pictum in trabe fracta.*] id eſt, in tabula in qua naufragium euaſiſti. *Ex humero.*] id eſt,in tabella picta ex humero pẽdente. *Cantas.*] id eſt,perinde eſt ac ſi cantares,quia nihilo plus ad miſericordiam moueres. *Verum.*] Pro ſed. *Qui uolet incuruaſſe me querela.*] id eſt,inclinare me ad commiſerationem ſua infelicitate. *Non plorabit.*] id eſt,plorando narrabit. *Paratum nocte.*] id eſt,præmeditatum nocte heſterna.hoc & in arte rhetorica præcipitur ne oratio uideatur elaborata,ſed ſi quid tale fit,lateat artificium.

ECPHRASIS MVRMELII.

Nullo ne pudore afficeris:te,cum ſis accuſatus,non poſſe depellere periculũ à cano capite tuo, quin optes audire hoc trepidum decenter? Aliquis ait Pedio,fur es. Quid Pedius reſpondet? Pedius ponderat & examinat crimina in antithetis expolitis,laudatur quod uſus ſit artificioſis figuris.Adulator quiſpiam dicit.Hoc eſt bellum.Quare indignabundus poeta.Hoccine inquit eſt bellum? O Romane nequaquam Romuli ſimilis,an inhoneſto corporis motu adularis? Quippe ſi naufragus cantet,an moueat me ad miſericordiam,& protulerim ei ſtipem? minime profecto, at eum his uerbis increparem.Num cantas,cum naufragium in tabulà depictum oſtendas? Qui me uolet inflectere lamentis ad opem ferendam,plorabit uere,& ex corde,nec utetur commentis per D noctem in lecto excogitatis.

SCHOLIA.

Nil ne pudet.] Inſectatur eos,qui uel in capitali crimine refellendo laudis adeo ſunt cupidi,ut ſe re neglectis peculiaribus cauſarum argumentis,toti ſint in figuris ac exornationibus occupati. *Trepidum hoc decenter.*] Tremula uoce ab aſſentatoribus pronunciatum.legitur & tepidum, id eſt, inane,minusq́ꝫ ualidum. *Raſit.*] Politis. *Antithetis.*] Figuris. Antitheton dicitur Latine cõtrapoſitum.Beatus Auguſtinus libro De ciuitate dei undecimo capite dicimooctauo.Antitheta enim quæ appellantur,in ornamentis elocutionis ſunt decentiſſima,quæ Latine appellantur oppoſita, uel(quod expreſſius dicitur)contrapoſita. *Romule.*] Satyrice mollem & effœminatum Romanum Romulum uocat, quaſi dicat, minime Romuli ſimilis, qui uir fuit duriſſimus & à delicijs muliebribus abhorrens. *Ceues.*] Hoc eſt indecoro motu corporis adularis. ſumptum à canibus,qui clunes agitando blandiuntur. Ceuere eſt clunes mouere. *Men moueat.*] Similitudo eſt apte concinneq́ꝫ poſita. Ait enim, ſi reum uidero tali uerborum lenocinio ſe tuentem, perinde ad miſericordiam commouebor,ac ſi naufragum caſus ſuos in tabula depictos circũferentem, cantare audirem.Cui ſic cantãti,cum plorare debeat,ſe aſſem daturum negat. *Pictum.*] Mos erat

eorum,

A eorum, qui maris periculum euaſiſſent, depictum naufragium in tabella ſppenſa humeris circumferre, ut infortunio cognito, ab inſpectantibus, naufragiũq; miſerantibus, ſtipem ſibi aliquã compararent. Iuuena. Naufragus aſſem Dum rogat, & picta ſe tempeſtate tuetur.

ASCENSIVS.

Sed numeris decor eſt & iunctura abdita crudis.
Claudere ſic didicit uerſum, berecynthius Atys,
Et qui cæruleum dirimebat Nerea delphin.
Sic coſtam longo ſubduximus Appœnino.
Arma uirũ, nõne hoc ſpumoſum & cortice pingui?
Vt ramale uetus uegrandi ſubere coctum.
Quidnã igitur tenerũ, & laxa ceruice legendũ eſt?
Torua Mimalloneis impleru nt cornua bombis
Et ſectum uitulo caput ablatura ſuperbo
Baſſaris, & lyncem Menas flexura corymbis
Euion ingeminat, reparabilis aſſonat Echo.

Sed numeris decor. Hæc uerba ſunt aut poetæ aut admonitoris obiectionem facientis, ſed potius poetæ ut ſequentia indicabũt. Reprehendũtur autem in hac parte, qui canoris nugis ſtudent, & dũ pingues uideri uolũt turgidi fiunt atque inflati. Adducuntur autem quædam fragmenta carminũ in quibus nimius fucus eſt, quæ cuius ſint non conſtat, ſed arbitrantur plurimi Neronis eſſe, quod mi
B hi non uero ſimile uidetur; quia ſi conſilio Cornuti hemiſtichium illud, Auriculas aſini Midas habet, mutauit dicens quis non habet, in quo tamen non aperte Neronem taxaſſet, quanto magis hos uerſiculos ſi Neronis eſſent, ſuſtuliſſet? Cuiuſcunque autem ſint, certum eſt à poeta reprehendi tanquam affectatæ canoritatis atq; inflationis non ſolidæ ſonoritatis, quæ ſuam maieſtatem habeat. Solent uero imperiti decipi, dum uerum ſenſum excerpere fruſtra conantur. Nam (ut imperitis loquar) quodam modo materialiter ponuntur hæc uerba berecynthius Atys. Et qui, &c. & Sic coſtam, &c. quæ poeta ſtomachoſe profert tanquã ampullata & uẽtoſa. quod animaduertens monitor ſimulq; intelligens ea reprehendi tanquam turgida & inflata, obijcit carmen Vergilianum, Arma uirumq;, &c. percunctans an ne hoc etiam ſpumoſum & cortice pingui, id eſt, an ne etiam nimis pompoſe inceptum. quaſi diceret, ſi hoc pompoſum eſt, fruſtra pompam reprehendis, aut ſimul Maronem damnas: ſin hoc laudabile, & illa laudabilia ſunt. Ad quam tacitam illaqueationem ingenioſe reſpondet poeta non ſine ſatyrico riſu. ſed ut formam reſponſionis quam à nemine quidem accepimus iuxta captum noſtrum explicemus, duo præmittemus, & metaphoræ ſeu tranſlationis cauſam, & reſpondendi modum. Pro primo autem annotandum eſt, tam orationem quàm uerſum decenter ſublimem, habere quoddã ſolidum robur & quã-
C dam maieſtatem plenam, omnibus numeris ac neruis ſuis conſtantem, contra quam rem peccant uerba turgida & inflata, non uires ſed inflaturas habentia, quod declarat poeta per quandam ſimilitudinem ramalis ſiue rami. Nam dum ramus ſucco abundat ut in uere, pinguis quidem eſt & turgidus, ſed non robuſtus, quia facile flectitur: quãdo uero amputatus & fumo induratus in ſuo cortice ſeruatur, quia nihil abſtractum eſt & magnitudinem & uires debitas habet, & nõ cito flectitur, citius tamen quàm rumpatur, quia cortice tanquam neruo ſuperpoſito & à ſiccitate nimia & à fragilitate præſeruatur. Non abſurda eſt autem tranſlatio, nam etiam in ſacris literis baculum pro robore & uiribus legimus, hinc imbecille quod uiribus caret. Pro ſecũdo, ſciemus homines argutos & irriſorie reſpondere uolentes ſæpe contra mentem interrogantis reſpondere ſolitos, ſicut in Andria interroganti Pamphilo quis tibi nunc uideor, & expectanti ut reſponderet uir conſtans & fortis, reſpondet Carinus, miſer ut ego. Sic ergo de homine loquace & garrulo quærenti qui eum eloquentem ſapientemq; putaret, nonne hic eloquens & ſapiens? poſſet reſponderi. Eſt quidem ut apud Homerum Therſites, qui uanus & futilis arguitur. Conſimiliter hoc loco percunctanti admonitori de carmine Vergiliano, nonne hoc ſpumoſum & cortice pingui? reſpondet poeta, eſt quidẽ ut ramale uetus, quaſi diceret, non turgidum aut inflatũ, ſed ſolidũ & ſuo ſucco plenum. Ad quod admonitor. Quidnam igitur tenerum, &c. quaſi diceret. Si hoc tam turgidum & inflatum carmen
D tibi ſatis tenerum uidetur, quidnam igitur erit uere tenerum nihil tumoris habens? ac ſi uelit dicere, erit profecto ualde exile atq; imbecille quod tibi tenerum uidebitur, ſi hoc Virgilianum ſpumoſum non eſt. Ad quod reſpondet poeta per ironiam adducens inflatiſſimos uerſus, quos Neronis eſſe contendit Britannicus, ego potius alterius eſſe dixero. tametſi ſciam Neronem poeticæ ſtudioſum fuiſſe & uerſus ſcripſiſſe, ut Suetonius approbat. non enim tam aperte tyrannum reprehẽdiſſe uerisſimile eſt. Nec poſſumus uerum ſenſum ex illis quatuor uerſiculis decerpere cum ſint cũ alijs quos non habemus condependentes, literalem tamẽ ſenſum Britannicus ſatis aperit, & etiam Plautius, ſed pauca pro uocabulis exponendis adijcere libet. Decor eſt pulchritudo formæ & aptæ compoſitionis. Decentia morum. Decorum ſermonis ac rerum dicendarum. Decus ornamẽtum. Numeri pro uerſibus numero conſtantibus poni ſolent, ut apud Philelphum ad Pium põnificem maximum: à quo cum pro numeris nummos expectaret, & ille numeros referret reſcripſit. Si tibi pro numeris numeros fortuna dediſſet, Non eſſet capiti tanta corona tuo. Iunctura abdita, id eſt, compoſitio ſubtilis, quam Horatius callidam uocat in Arte poetica, dicẽs. Dixeris egregie notũ ſi callida uerbum Reddiderit iũctura nouum. Crudos autem numeros uocat ſecundũ cõmentarios ex perſona monitoris, quaſi dicat monitor nõ qui re uera crudi ſunt, ſed quos tu crudos iudicas. Nos aũt diximus eſſe uerba poetæ ſibi obijcienus quod licet numeri eſſent crudi. i. indigeſti & q nõ ſaperent

ſaperent demorſos ungues,hoc eſt qui non eſſent compoſiti mente diuiniore, & ab homine furo- A
re quodam percito,tamen haberent ornatum ex abdita,& ut dicit Flaccus,calida iunctura.didicit
enim ſic claudere uerſum,berecynthius Atys,&c.Nollem damnaſſe qui dixerit poetam crudos ap
pellaſſe ex ſententia Pacuuij,quem A.Ge.lib.xij.cap.ij.dicit cum fabulam Accij, cui Atreus nomen
eſt ab ipſo Accio audiſſet,dixiſſe,ſonora quidem eſſe quæ ſcripſiſſet & grandia,ſed uideri ea tamen
ſibi duriora paulum & acerbiora.Ad quod ita eſt,inquit Accius,uti dicis. Neque id ſane me pœ-
nitet.Meliora enim ſpero fore quæ deinceps ſcribam.Nam quod in pomis eſt,itidem inquit aiunt
eſſe in ingenijs,quæ dura & acerba naſcuntur,pòſt fiunt mitia & iocunda, ſed quæ gignuntur ſta-
tim uieta & mollia,atq; à principio ſunt uiuida,non matura mox fiunt,ſed putria.Relinquendum
igitur uiſum eſt ingenio quod dies atq; ætas mitificet.hæc ibi.Delphin qui dirimebat Nerea cæru-
leum,id eſt,mare cærulei coloris.ſunt autẽ hæc uerba affectata in quibus Nereus deus maris prò
ipſo mari ponitur,uidetur autem loqui de delphino ſeu delphine qui Ariona uexit ac incolumem
optatis terris reſtituit,ut recitat Aulus Gellius libro xv. capite xix. Declinatur autem hic delphin,
uel hic delphinus,ſicut elephas & elephantus.Color cæruleus eſt color maris.Apœninus mons in
Italia eſt inter utrunq; mare ſuperum & inferum.Sunt qui legant hunc uerſum quaſi ſit ex ſenten-
tia poetæ,cum potius ſit alicuius ſe iactanus de abdita eius iunctura,quoniam ſcilicet eius compo
ſitio rerum ponderi conſonet.Eſt enim ſpondaicus uerſus,qui tunc locum habet,quando grauis B
eſt ſententia & res ardua aut à languido animo prolata.ſicut ſecundo Aeneidos,Conſtitit atq; ocu
lis Phrygia agmina circumſpexit.Magnum autem eſt Apœnino ſubducere coſtam, ſicut Hanni-
bal ſecundum Liuium partem Alpium incendio & aceto rupit.unde Iuuenalis in decimo. Didu-
xit ſcopulos,& montem rupit aceto.Eſt autem ſpondaicus uerſus cuius quintus ſpondæus eſt,qui
ſecundum Horatium in libro de Arte,pes ſtabilis eſt,& ideo grauitati congruit. unde auctor eius
uerſiculi,quem poeta ponit,ſibi placuiſſe de eius iunctura mihi uidetur, quod cũ diceret mõti ſub
ductam coſtam rem carmine depinxit,cui itidem coſtam.i.ſyllabam ſubduxit.nam in quinto lon
gam loco duarum breuium poſuit,Nec ſunt uerſiculi hic à poeta adducti omnino mali, ſed affe-
ctati & propterea damnandi quòd ultra uires aſſumpti,cum cęteri (quantum ſuſpicari licet) eis nõ
conſonent.uidentur præterea mihi à recitatoribus circumlati & oſtentati ob iuncturam abditam
quæ in eis uiſa eſt.Et forte hæc quam dixi,quia uidelicet uerba rem depingunt.Nam & cornua me
rito torua dicuntur.uel à terrendo,uel à torquendo,uel à tauri fronte quæ uere torua eſt.bõbi præ
terea crepitus ſonori ſunt,unde nunc bombardam uocant:Mimalloneis declinatur mimalloneus
mimallonea mimalloneum. eſt enim adiectiuum poſſeſſiuum ſignificans aliquid ad mimalloni-
des,id eſt,bacchas ſeu ſacerdotes,aut ut uulgus dicit ſacerdotiſſas bacchi pertinens:bacca enim ſi-
ne h eſt fructus arborum minutus ſparſim creſcens aut gemma eius inſtar,ſed baccha bacchi ſacer C
dos.Qui uero quid bacchus aut bacchari ſit neſcit,totus ad huius poetæ lectionem inutilis eſt.Su-
ber arbor eſt de genere quercuum cuius interiore cortice utuntur crepidarij pro crepidis & ſoleis
ſubleuandis.Et ſectum uitulo ſuperbo,id eſt,Pantheo rege & filio Agaues quæ eum uitulum puta-
uit,aut ſecundum Ouidium,aprum:baccho ſic uolente,quia ſacra eius uetuiſſet, uel quia eum li-
gari iuſſiſſet ut Acron & Porphyrio dicunt ſuper illud Horatij in epiſtola ad Quintium, Vir bo-
nus & ſapiens audebit dicere, Pãtheu Rector Thebarum quid me perferre patiq; Indignum coges,
&c.Dicunt præterea eum eſſe fulminatum,ſed Horatius dicit ij. Sermonum,à matre interemptum
ſicut & hic dicitur.uerba Horatiana ſunt. Quid caput abſciſſum demens dum portat Agaue Nati
infelicis,ſibi tum furioſa uidetur?Sunt qui dicunt uirum abſtemium fuiſſe,hoc eſt à uino abſtinu-
iſſe,& ob id fictum eſſe quod in Pacuuij tragœdia legitur quod matri cæteriſq; mulieribus Bacchi
ſacris interdixerit,quia uini uſum prohibuerit.Quia ergo Bacchum contempſit merito ſuperbus
dicitur.ſed ſunt epitheta hæc omnia affectata & longe petita. ſicut in Bucolicis. Ecce Dionei pro-
ceſſit Cæſaris aſtrum.Cæſar Dioneus dicitur à matre Veneris Dione dicta,eo quod per Iulum Ae-
neæ filium ab ea deſcendiſſe creditus ſit.Eodem modo Atys Berecynthius, quia à Cybele Berecyn
thia amatus.Nereus cæruleus,quia deus cærulei maris.bombi mimallonei à mimallonidibus fa-
cti. Agaue Baſſaris, quia Baſſarei ſacerdos.Mænas ſacerdos Bacchi à Græco uerbo μαίνομαι mæ- D
nomæ,quod eſt furo.Euius Græce euios unum ex Bacchi nominibus eſt:interpretatur autem qua
ſi bonus filius quomodo à Ioue in bello giganteo appellatus fingitur. ORDO. Sed forte di
ces,inquit poeta,quod decor eſt numeris crudis,id eſt,quod numeri hoc eſt uerſus crudi,id eſt,in
digeſti & adhuc acerbiores,habeant decorem,id eſt,leporem ex epithetorum conuenientia & uo-
cum ſonoritate,& iunctura,id eſt,compoſitio.abdita,id eſt,ſubtilis & non omnib.cognita nec da-
ta eſt ipſis numeris.Quidam enim didicit claudere uerſum ſic,id eſt,per talia uerba dicendo ſcili-
cet,Berecynthius Atys,quæ clauſula pulchra uidetur appetentibus ad finem ponere ſeſquipedalia
uerba.ſicut ſunt ineptiores qui laborioſe binis uerbis uerſiculos componant,ut: Vociferabantur
Conſtantinopolitani Interſiſtentes irreuocabilibus.non abſurde tamen ſunt polyſyllabæ uoces in
fine,ut Contactum nullis ante cupidinibus.& qui cæruleum, &c. Cuius uerſus licet hic technice
ponitur ordo eſt,& delphin,id eſt,piſcis ille qui dirimebat,id eſt,natando diuidebat nerea.i.mare
(accipiendo deum pro re cuius deus eſt) cæruleum.i.cærulei coloris,deeſt uerbũ ſiue appoſitũ hu
ius nominatiui delphin,quia fragmentum eſt alicuius poematis.nec refert quod ſit, cum ea uerba
hic ſint in quibus fucus exquiſitus eſt,& didicit uerſum claudere ſic.nos ſubduximus,id eſt,ſubti-
liter abſtulimus:Apœnino,monti illi Italiæ,longo,ab Alpib.ſcilicet in mare protenſo,coſtã,id eſt,

particu-

A particulam dorſo, id eſt, iugo contiguam ſicut coſta eſt in corpore humano. in qua inuentione au-
ctor ſibi placuit, quod ut dixi ipſe uerſui ſicut Annibal (cuius forte uerba ſunt) mõti coſtam, id eſt,
particulam coſtæ quippiam inſtar habentem ſubduxerit. in qua irridetur ſicut ab Horatio Furius
dicens, Iuppiter hibernas cana niue cõſpuit Alpes. hæc omnia uerba dicit poeta ex profundo ſto-
macho & pompoſe quaſi ſit carmen altiſonum, & hoc per ironiam, quod animaduertẽs monitor
obijcit poetæ carmen Vergilianum tanquam nimis pompoſum dicens. Nõne hoc quod Virgilius
dicit, Arma uirum: eſt ſpumoſum & pingui cortice: id eſt, inflatũ & nociuo ſucco turgens: hoc eſt
affectati ornatus? Reſpondet poeta non ſecundũ mentẽ monitoris; ſed ſecundũ iudiciũ ſuum de
Vergiliano carmine dicens. Eſt ſup. ſpumoſum & pingui cortice, ut uetus ramale, id eſt, fragmentũ
ramalis ſeu rami decerptũ ſup. prægrandi ſeu uegrandi. i. grandiuſculo ſubere. i. arbore denſi cor-
ticis & ſic coctum in fumo. ſ. quomodo nõ ſpumoſum ſed ſolidũ & forte efficitur. & ita laudat Ver-
giliũ quòd maieſtatem carminis heroici ſine ſuperfluo apparatu ſeruauerit. Ad quod monitor. Si
igitur hoc eſt ſatis tenerũ & non inflatũ, quidnã eſt tenerũ. i. uere gracile & exile, hoc eſt humili ſty-
lo compoſitũ, & propterea legendum ceruice laxa. i. ſono remiſſiore & ceruice non erecta, quæ ſu-
perbis & magniloquis erigitur? Reſpondet poeta per irriſionẽ adducens fragmenta carminis ali-
cuius poetæ tunc temporis noti & ſuperbientis ex tali compoſitione, ac ſi dicat. Quæris quid ſit te-
B nerum: hoc quod ſequitur, torua mimalloneis, &c. tenerum eſt, & hoc per ironiam dicit, quia ni-
hil minus tenerũ aut plus inflatum eſt. Poſſunt autem uerba ſic ordinari. Sacerdotes ſup. Bacchi,
implerũt cornua torua. i. intorta & terribiliter ſonantia, bombis. i. ſonitubus ſeu crepitubus, mimal-
loneis, id eſt, qualem mimallonides ſacerdotes Bacchi emittere ſolent dum cornua inflant. Et Baſ-
ſaris, id eſt, ſacerdos Baſſarei, hoc eſt Bacchi uidelicet Agaue mater Penthei regis Thebarum, abla-
tura, id eſt, cum auferre uellet caput, uitulo, id eſt filio ſuo Pentheo, quem Bacchico furore arrepta
pro uitulo uidit & uitulum putauit, ſuperbo quaſi dicat non uero uitulo, ſed per ſuperbiã Bacchi
ſacra contemnẽte aut ipſum ligare uolente, & ipſa Mænas, id eſt, ſacerdos furens flexura, id eſt, ſub-
actura lyncem, animal illud maculoſum & terribile corymbis, id eſt, fructibus hederæ, quibus fle-
cti fingitur lynx, quod Bacchus hederis coronatus lyncem flexit & ex India abduxit. Ipſa inquam
Baſſaris ens mœnas ablatura, &c. & flexura, &c. ingeminat, id eſt, clamitãdo multiplicat: Euiõ illud
nomen Bacchi quem inuocant Bacchantes. & Echo, id eſt, dea reſonantiæ quæ in conuallibus reſi-
dens & locis cõcauis ubi uocis eſt reuerberatio, & ita reparabilis, aſſonat, id eſt ad, hoc eſt poſt cla-
morem eius ſonat, finem potiſſimum uerborum repetendo. Quomodo Echo in ſonum uerſa ſit,
multa dicit Ouidius in Metamorphoſi lib. iij ex natura argumentum ſumens, & de uerſiculis qui
ſonum ultimũ more Echus repetunt. Politianus in Miſcellaneis, Sicut autem nõ eſt ueriſimile ita
C nec ſententiæ meæ, poetam taxare Virgilium, ut cæteros liberius carpat. Et licet uegrandi legatur
non tamen pro exili, ſed prægrandi accipiam. Poetam autem ridere hoc loco, illud quod ſequetur
probabit: Hoc ridere meum, tam nil, &c.

IOANNES BRITANNICVS.

Sed numeris decor eſt, & iunctura abdita crudis.] Hic obijcitur poetæ, ea carmina omnino laudanda
eſſe, quia mira uerborum compoſitione conſtent. Iunctura abdita, compoſitio quædam uerbo-
rum occulta. ea enim demum oratio optima habetur, quæ eleganti uerborum compoſitione & or-
dine conſtat. *Abdita.*] Abſtruſa. *Numeris crudis.*] Quos crudos appellas tu Perſi, id eſt, ni-
hil ſaporis habentes, ut immaturos uerſus. *Claudere ſic didicit uerſum.*] probat per exemplum Ne-
ronis aliena carmina non eſſe damnanda, quando & Nero ita inflate didicerit finire uerſum ſu-
um. nam ita ſcribit Tacitus. Carminum ſtudium Nero ita affectauit contractis quibus aliqua pan-
gendi facultas, conſidere ſimul, & allatos, uel ibidem repertos uerſus connectere atque ipſius uer-
ba quoquo modo prolata ſupplere, quod ſpecies ipſa carminum docet, non impetu & inſtinctu
nec uno ore fluens. irridet igitur Neronem, qui tam indecenter tamq; inflate & ſua carmina ſcribe-
ret & aliena imperfecta quoquo modo ſuppleret. quamuis Tranquillus affirmet ad manus ſuas
perueniſſe libellos Neronis cum quibuſdam notiſsimis uerſibus ipſius chirographo ſcriptis, ut fa-
D cile appareret non tranſlatos, aut dictante aliquo exceptos, ſed plane quaſi cogitante atque gene-
rante exaratos: ita multa deleta & inducta, & ſupraſcripta inerant. *Claudere.*] Finire, quaſi qui
aliena imperfecta quoquo modo finiret. *Didicit.*] ſcilicet Nero. *Sicut eſt Berecynthius Atys.*]
Hoc eſt quod notat Tacitus, quod ipſius uerba quoquo modo prolata ſupplebat, nõ impetu et in-
ſtinctu nec uno ore fluentia. *Berecynthius Atys.*] Hæc uerba cõcludebãt carmen. Atys puer Phry-
gius à Cybele matre deorum amatus cum ei caſtitatem promiſiſſet, & in nympha Sangaritide
non ſeruaſſet, nymphaq; ſupplicijs affecta perijſſet, correptus furore putans domos, ut ſcribit O-
uidius, ruere: tectum omne diffugit, & per ſumma Dindymi montis Phrygiæ diſcurrens: arrepto
lapideo cultro ſeipſum excaſtrauit. unde Ouidius. Ah pereant partes quæ nocuere mihi. Ah per-
eant dicebat adhuc, onus inguinis aufert, Nullaq; ſunt ſubito ſigna relicta uiri. Catullus tamen ali-
ter ſcribens tradit puerum cum ex aqua Galli fluminis Phrygiæ bibiſſet, in furorem ex aquæ natu-
ra compulſum ſe caſtraſſe. Tandem è monte lapſus in arborem pinum conuerſus eſt. Ad huius
pueri imitationem ſacerdotes Cybeles qui Galli cognominati ſunt à Gallo fluuio Phrygiæ quem
accolunt ut ſcribit Plinius & Feſtus, eunuchabantur, unde Iuuenalis. Et ingens Semiuir obſcœno
facies reuerenda minori, Mollia qui rapta ſecuit genitalia teſta. Et quia diximus in nympha San-
garitide, illud ſciendum Sangaritidem proprium non eſſe nomen, ſed patronymicum à Sangario
fluuio

ſluuio Phrygiæ. *Berecynthius.*] id eſt, cybelicus: Berecynthes enim natio quædam, Inter Phrygi- A
as eſt: ſimpliciter uero, ut ſcribit Strabo, Phryges Troesq́; prope Idam habitantes Rheam præci-
puo uenerantur honore, eius orgia frequentantes. hanc quidam deorum matrem uocant, & ue-
ſtam. & deam Phrygiam magnam. à locis autem Ideam, & Dindymenam, & Phylenam, & Peſſinun
tiam, & Cybelem. Græci ſane miniſtros eius nuncupant uno uocabulo Curetes, eoſdem & Cory-
bantes uocant. *Et qui cæruleum dirimebat Nerea Delphin.*] Aliud eſt carmen meo iudicio Neronis.
quod uel ipſe ſcripſit uel repertum ſuis connexuit. quod irridet, ut nimis altum & inflatum. Hiſto-
riam uidetur tangere Arionis. qui ut ſcribit Herodotus nobilis cantor fidibus fuit, loco & oppido
Mitilenæus. is cum in Siciliam atq; Italiam ueniſſet, aureſq́; omnium menteſq́; demulſiſſet in quæ
ſtibus uoluptatibus amoribuſq́; hominum fuit, grandiq́; pecunia comparata domum redeunti à
nautis cædes parata eſt. Quod cum cognoſceret traditis omnibus bonis, impetrat ut ſibi liceat ſua
omnia indumenta & fides capere & canere carmen caſus illius conſolabile, atq; ibi mox de more
comptus & ornatus ſtanſq́; in ſumma puppi carmen quod Orthrium dicitur uoce ſublatiſſima
cantauit, iecitq; ſeſe procul in profundum, ſed à Delphino dorſo ſuper fluctus edito incolumis Tæ
narum in terram Laconicam deuectus eſt. de hoc plura apud Herodotum & Gellium. *Sic coſtam
longo ſubduximus Apœnino.*] Aliud uitium in carmine Neroniano reprehendit. oſtendit enim inde-
corum eſſe in quinto pede heroici carminis frequenter & affectate ſpondæum poni, ut eſt illud Vir B
gilianum, Cornua uelatarum obuertimus antemnarum. Lucanus. Altus cæſorum pauit cruor ar
mentorum. nam Nero id in Troicis ſuis affectauit, in cuius inuidiam hanc fere totam ſatyram ſcri
bit. *Sic.*] id eſt, ut per hoc carmen patet. *Subduximus.*] Subſtraximus. *Coſtam.*] id eſt, ſylla-
bam. *Longo Apœnino.*] id eſt, carmini hexametro, quod longum dicit ad ſimilitudinem Apœni-
ni montis, qui ab Alpibus incipiens per mediam Italiam excurrit, quam in duas partes ſeparans à
dextris inferum mare relinquit, à ſiniſtris autem ſuperum, in ſiculumq́; uſq; fretum progreditur.

Arma uirum.] Non hic carpit Virgilium, ut quotūdam eſt opinio, ſed uerba ſunt excuſantis uer
ſus crudi poetæ. *Nonne hoc ſpumoſum?*] Quaſi diceret ſi hoc uitio non das, neq; id ſuperius dan-
dum. *Cortice pingui.*] Craſſum ſuperbum & tumidum. *Vt ramale uetus.*] Vetus truncus qui nō
facile flectitur. nam tale carmē ut nimis durum irridetur ut illud Antimachi quem cyclicum uocat
Horatius. Fortunam Priami cantabo, & nobile bellum. Sequitur enim. *Quidnam igitur tenerum &
laxa ceruice legendum.*] Ex quo apparet ſuperiora carmina eſſe reprehenſa, quia dura, & nimis ſonā
tia eſſent, ut erunt & ſequentia. Torua mimalloneis implerunt cornua bombis. *Coctum.*] Scribit
Seruius multi temporis aliquid recoctum uocari. ut Virgilius. Solidū nodis & robore cocto. Vn-
de Horatius homines longo rerum uſu & temporis exercitatos recoctos appellauit. Pleruncq; re-
coctus Scriba ex quinqueuiro coruū deludet hiantem. *Prægrandi.*] id eſt, ualde grādi. Porphy- C
rio tamen exponens illud Horatij in Secunda ſatyra. Ve pallida lecto Deſiliat mulier, affirmat hoc
loco legendum eſſe uegrandi. Quod legitur apud Varronem, De re ruſtica. Quod quæ poſtea con
cipiunt fiunt uegrandes atq; imbecillæ. *Subere.*] Hoc loco cortice. Virgi. Aen. xi. Huic natam li-
bro & ſylueſtri ſubere clauſam. Suber proprie (ut ſcribit Plinius) minima arbor. Glans peſſima, ra
ra, cortex tantū in fructu præcraſſus ac renaſcens. atq; etiam in denos pedes explanatus, uſus eius
anchoralibus maxime nauium piſcantiumq́; tragulis, & cadorum obturamentis. Præterea in hi-
berno fœminarum calciatu. *Quidnam igitur tenerum & laxa ceruice legēdum eſt.*] Veluti offenſus mo
nitor, quod poeta, talia irrideat carmina ut nimis ſonantia & plena, ita eum interrogat ut oſtendat
talia carmina non eſſe reprehendenda, quando ab omnibus poetis talia fiant. Ad quod Perſius ri
dens ſubiungit quatuor carmina ſequentia Neronis, quaſi oſtendens illa non eſſe nimis ſonantia
& plena, ſicq; Neronem irridet. *Quidnam igitur tenerum?*] Quaſi dicat omnia pari modo haberi in
omnibus poetis. *Tenerum.*] Non nimis durum, non nimis plenum. *Laxa ceruice.*] id eſt, re-
miſſiore ſono, nec tam erecta uoce. ſumpta metaphora ab equis qui laxatis habenis collum ſub-
miſſius gerunt. *Torua mimalloneis implerunt cornua bombis.*] Quatuor uerſus ſequentes Neronis fu
iſſe illud ſuſpitionem affert, Sed quid opus teneras mordaci radere uero Auriculas. Eos ut nimis
plenos & tumidos irridet. ut Horatius carmen Antimachi. Fortunam Priami cantabo & nobile D
regnum. & Martialis carmen detractoris irridendo inſerit. Quid cum panticibus laxis & cum pe-
de grandi. & Horatius carmen Furij Bibaculi, Furius hibernas cana niue cōſpuit Alpes. *Torua*]
Terribilia. quaſi terua à terrendo. Virgilius. Torua leena lupum ſequitur. *Mimalloneis.*] Mimal-
lones mulieres bellicoſæ dicuntur, à mimeomæ, id eſt, imitor. quod imitentur Bacchum. nam ut
ſcribit Strabo, Sileni, Satyri, bacchæ, lenæ, thiades, mimallones, naiades, nymphæ, & quos Tytiros
uocant ſacerdotes fuerunt Bacchi. Ouidius. in Arte amandi, Ecce mimallonides ſparſis in terga ca
pillis: Ecce leues ſatyri prætiā turba dei: Ebrius ecce ſenex pando ſilenus aſello Vix ſedet, & preſſas
continet arte comas, Dum ſequitur bacchas. *Cornua.*] Quibus utuntur in ſacrificijs Bacchi.
Bombis.] Sonitibus. nomen fictum à ſono uocis. *Et raptum uitulo.*] hoc uerſu tangit fabulam Aga
ues. nam Pentheus Echionis & Agaues filius Thebarum rex Liberi patris ſacra contemnens, cum
illo acceſſiſſet ubi illa celebrabantur, mater furore & temulentia percita una cum reliquis Bacchis
eum interemit, & ipſi omnium prima caput abſtulit. unde à luctu ſortitus eſt nomen. Nam pēthos
ſignificat luctum. Pagus autem ex quo Pentheus deductus & diſcerptus fuit Scolus appellatur ſub
Citherone. Auctor Strabo. *Vitulo.*] Ouidius, aprum dicit uiſum fuiſſe, ut ille mihi feriendus a-
per. more poetarum nomen pro nomine poſuit. ut Domitius Pollucis habenis. cum Caſtor equo-

A rum domitor fuerit. *Baſſaris.*] id eſt, Agaue ſacerdos Bacchi. nam Bacchæ Baſſarides dictæ ſunt
à Baſſareo uno ex cognominibus Bacchi. Horat. Non ego te candide Baſſareu Inuitum quatiam. A
genere autem ueſtis quam induebatur dictus eſt, ut Porphyrio ſcribit uſq; ad pedes demiſſam, di-
ctam ut Acroni placet à Baſſara loco Libyæ ubi fiebat. Tali enim ueſte & numina uti dicũtur. ut Vir
gilius. Pedes ueſtis defluxit ad imos. ut alij uolunt ἀπὸ τῶν βασσῶν, i. à uallibus per quas ſacrificantes fe
runtur. *Et Lynce*] animal eſt Baccho dicatũ. Virg. ij. Geor. Quid lynces Bacchi uariæ. Eius anima
lis urinam ſcribit Plin. ubi reddita fuerit glaciari in gẽmas carbũculis ſimiles. Oui. Victa racemife-
ro lyncas dedit India Baccho, E quibus ut memorant, quicquid ueſica remiſit Vertitur in lapidẽ,
& cõgelat aere tacto. *Mænas.*] Sacerdos Bacchi à mæno. i. furo. *Corymbis.*] Vna eſt hederarũ,
quæ Baccho ideo dedicatæ ſunt, quòd cum uictor ex India ut dictũ eſt rediret, coronas hederæ por
tauit. *Euion ingeminat.*] Vox bacchantũ eſt. nã Liber cũ in bello giganteo dilaniatus à gigãtibus,
ut ſcripſit Orpheus, fuiſſet: Iupiter eum quærens magno clamore & lamentatione ita appellabat
Euion. i. Bone fili. eu enim bene, hyos Græce filium ſonat Latine. quod poſtea in eius ſacris ſerua-
tum eſt, Ouid. in Arte amandi. Pars hymenæa canunt, pars euio euio clamant. *Echo.*] Reboa-
tio ab ἠχεῖν. i. reſonare. *Reparabilis.*] Quæ repetit uoces, quod fieri ſolet in locis concauis.

IOANNES BAPTISTA.

B *Sed numeris decor.*] Perſio acerbe mollitiem, laſciuiamq; poetarum genuinam reprehendenti
obijcit aduerſarius hæc carmina omnino laudanda eſſe, quia in illis magna uerborum compoſi-
tio decorq; continetur: quo ueteres, qui nunc deſpectui habentur, caruiſſe quis ignorat? *Decor.*]
Ornatus, pulchritudo, concentus. *Numeris crudis.*] i. uerſibus, quos crudos tu appellas. i. non
coctos, imperfectos, inſipidos. aliàs crudus dicitur cruentus. Iuue. En habitum, quo te leges & iu-
ra ferentem Vulneribus crudis. *Iunctura.*] Verborũ apta, & concinna cõpoſitio. *Abdita.*] Ab
ſtruſa, occulta, latens. *Claudere ſic didicit.*] Aliorum ſuæ tempeſtatis poetarum exempla adducit,
qui ita inflate, ampulloſe, & cum affectato uenuſtatis lepore uerſus ſuos finiebant, ne corrigendus
& ſale ſatyrico perfricandus, ſed ut laudandus, extollendus, & celebrandus uideatur: nam quic-
quid à multis peccatur inultum eſt, inquit Lucanus. cui Iuue. Laronia ſubſcribit dicens: Sed illos,
defendit numerus iunctæq; umbone phalanges. & ſi Hiero. dixerit: Peccantium multitudo non pa
rit errori patrocinium. Contra hos tales qui peccatum ſuum peccatis alienis exemptum, purga-
tumq; eunt, Demoſthenis uerba recitat Aul. Gel. σὺ δὲ μὴ λέγε ὡς γέγονεν οὕτω πολλάκις· ἀλλ' ὡς προσήκει γενέ-
σθαι. οὐ γὰρ εἴ τι πώποτε μὴ κατὰ τοὺς νόμους ἐπράχθη, σὺ δὲ τοῦτο ἐμιμήσω, διὰ τοῦτο ἀποφύγοις ἂν δικαίως, ἀλλὰ πολ-
λὺ μᾶλλον ἁλίσκοιο· ὥσπερ γὰρ εἴ τις ἐκεῖνον εἷλε, ταῦτα σὺ ἂν οὐκ ἔγραψας, οὕτως ἂν σὺ νῦν ἁλῷς, ἄλλος οὐ γράψει, quæ ſic Latine ſo
nant: Verum ne dicas ſic eſſe actum ſæpenumero, ſed hoc fieri ſic decere. non enim ſi quid aliquan
C do contra leges actum iam eſt, tuq; id ſecutus es, propterea iure queas euadere, quinimo eo ma-
gis idcirco in te debeat ſtatui. ut enim ſi prius in aliquem foret animaduerſum, tu minime hæc
ſcriberes: ita ſi ipſe in præſentia punieris, nequaquam deinceps alius ſcribet. Quidam referunt
hoc ad Neronem propter Taciti auctoritatem, qui ſcribit carminum ſtudium Neronem affe-
ctaſſe contractis, quibus aliqua pangendi facultas foret: qui allatos uel ibidem repertos uerſus
connectere, atque ipſius uerba quòquo modo, prolata ſupplere ſolitus erat: quod ſpecies carmi-
num docet non impetu, & inſtinctu, nec uno ore fluens. Sed qui Tranquillum ſequuntur, non tam
ad Neronem, quàm ad cæteros poetas, qui tali ſtudio tenebantur, referendum eſſe autumant.

Berecynthius Atys.] Carminis cuiuſdam poetæ concluſio, & finis. Atys Crœſi Lydorum regis ma
ior natu filius fuit, qui nulla arte cuſtodiri potuit quin ferro necaretur. Nam teſte Herodoto libro
primo, ab Adraſto uenando fortuitu interfectus fuit. Alius eodem nomine eius frater fuit, qui cum
natus diuq; educatus elinguis eſſet, ui timoris paternæ necis uocalis euaſit. Cuius hæc fuerunt uer
ba ἄνθρωπε μὴ κτεῖνε Κροῖσον, id eſt, o homo ne interfice Crœſum. At de his nequaquam intelligendum
eſt, ſed de Aty puero Phrygio, quem forma egregium Cybele deorum mater caſto ſibi amore de-
uinxerat, iuſſeratq; ut caſtus uiueret. Ouidius. Et dixit, ſemper fac puer eſſe uelis. Sed ipſe uel præ-
cepti oblitus, uel libidine (ut fit) expugnatus cum Sangaride nympha concubuit. Qui in nympha
D Sangaride deſiuit eſſe quod fuit: unde mox in furorẽ conuerſus, cultro lapideo pudenda ſibi am
putauit. hinc Lactantius. Deum inquit mater & amauit formoſum adoleſcentem, & eundem cum
pellice deprehenſum, exectis uirilibus ſemiuirum reddidit, & nunc à Gallis ſacerdotibus ſacra e-
ius celebrantur. Verum à Catullo hæc hiſtoria aliter narratur, quam nos ignorare ſentire eſſet ri-
diculum, cum & quæ traduntur à Diodoro teneamus, nec nos fugiant quæ ſcribit Fulgẽtius in iij.
Mytholog. & Auguſtin. in vij. De ciuitate dei. & Poſſidonius philoſophus, qui nobiles Atyn flores
ſignificare perhibuit, & ideo abſciſſum quia flos decidit ante fructum. conuerſus eſt in pinum (ut
tradunt Mythici) hinc Domitij, qui in Ibim Atyn caſu pineæ pomi eſſe obrutum ſcribit, error mani
feſtarius apparet (ut in noſtris commen. in Ibim, qui propediem exibũt, tradidimus.) Berecynthi
us autem dictus eſt Atys, id eſt, Cybelicus à loco, in quo Cybele colebatur. Eſt enim Berecynthus
mons, & oppidum Phrygiæ iuxta Sangarim fluuium, ubi magno cultu uenerabatur deorum ma
ter, à quo frequenter ipſa Berecynthia uocata fuit. præterea ſcribit Strabo deorum matrem à locis
uocari, ideam, dyndimenam, peſſinuntiam, Cybelem. tradit tamẽ Mart. Cap. quod ſcitu dignũ,
cubum omnem arithmeticum matri deum eſſe tributum, & à cubo Cybelen nominari, cuius mini
ſtri Corybantes Cretæ populi erant (ut ſcribit Stra. lib. x.) Multa notatu digna de Cybele ſcribit Lu
cre. in ij. rerum Naturaliũ. *Et qui cæruleum.*] Carmen poetæ cuiuſdã, quod ut nimis inflatũ, turgi

dum

dum,ampulloſum,& affectatum irridet,& reprehendit Perſius.Tangitur autem hoc uerſu Arionis A
fabula, qui (ut uerbis Seruij utar) Lesbius citharœdus, cum Corinthum Tarento cum multis o-
pibus peteret,& uideret ſibi à nautis tendi inſidias,petijt ut cythara paululum caneret.feros & im-
manes nautas prolubium tum audiendi ſubit(ut ſcribit Gellius.) Quod orauerat impetrat, atque
ibi mox de more cinctus,amictus,ornatus,ſtansq́ in ſummæ puppis foro Orthrium, quod eſſe νό-
μον κιθαρῳδικὸν,id eſt, legem citharœdicam Suidas interpretatur: uel carmẽ Palladis bellici ardoris
incentiuum(ut ſcribit Dion)uoce ſublatiſſima cantauit.ad cuius cantum & ſonum cum delphini
perueniſſent,ſe ſupra unum excuſſit,& ita imminens periculum uitauit.Eum enim delphin incolu-
mi corpore,& ornatu Tænarum in terram Laconicam deuexit,de quo Herod.libro primo. Pli. in
ix.A.Gel.lib.xv.Aug.Ouid.lib.ij.Faſt.Solinus,cæteri.Apul.lib.vi. Credimus etiam exemplo tuæ
ueritatis, & Phryxum arietẽ ſupernataſſe & Arionem delphino gubernaſſe.Vnus tamẽ Strabo diſ-
ſentiens autumat Arionem à prædonibus fuiſſe in mari obrutum,quem reliqui exceptum à delphi-
no tradunt.Sed fabulæ argumentum uel potentiſſimum eſt,quod ſimulacra duo ænea ad Tænarũ
Laconiæ promontorium uiſebantur delphinus uehens,& homo inſidẽs.pro quo facto(& ſi ſciam
alias cauſas ab auctoribus tradi)delphin inter ſydera figuratus eſt. *Cæruleum Nerea.*] Mare colo-
ris cærulei.eſt autem cæruleus color uiridis & ſubniger,qualis in mari conſpicitur, quem Venetũ
ſcriptores idonei appellant,Plau.Talaſſicũ,quaſi dicas maritimum.Græci enim θάλασσαν mare uo- B
cant,unde Ambroſio menſor maris Thalaſſometra uocitatur.Gellius quoq; in ſecundo refert cæ-
ruleum colorem eſſe uiridẽ,qui Græcò uocabulo à Latinis uſitato dicitur glaucus, ſentitq́; Cæſiũ
eſſe eundem,cum ait.noſtris Latinis ueterib. Cæſia dicta eſt,quæ à Græcis glaucopis dicitur(ut Ni-
gidius ait)de colore cæli quaſi cælia.Cæſium leonem ex hoc omnes accipiunt dici à Catullo quaſi
oculos glaucos habentẽ,at ego quoniã lego apud Plin.grauem odorem, nec minus halitum leo-
nes habere,quod teſtatur & Mart.facile adducor,ut non cæſium,ſed cæſſium legere non dubitem
pro olido,& fœtenti ἀπὸ τοῦ κάσσειν.quod egerere ſignificat.unde cæſſale,quod priuatam latrinã ap-
pellauit Colu.his uerbis in ſecundo.Vbi greges inquit quadrupedum uerſantur,quædam quoti-
die ut culmina & cæſſale.Carmen Catullianũ eſt hoc:Cæſsio ueniam obuius leoni.γλαυκῶπις ἀθήνη di-
citur Minerua ab Homero quaſi oculos habens glaucos. de qua in carmine obſcœno. Minerua
flauo lumine. *Dirimebat.*] id eſt,ſeparabat,diuidebat.Iuue.Bellũ dirimente Sabina. *Delphin.*]
Dicitur & delphinus.Plin.Qui multa cum Gellio & Ariſt. de delphinis ſcriptauit.Sub ſydere del-
phini nati erunt petaminarij,& petauriſtæ (ut ſcribit Fir.Maternus in ultimo) ſunt autem petami-
narij(ut hoc intelligas)qui agilitate corporis, quaſi uolare uidentur,ἀπὸ τοῦ πέτασθαι,quod uolo ſig-
nificat.Petauriſtæ uero quos & petauriſtarios uocant à ueteribus dicebantur,qui uel ſaltibus, uel
ſcenis leuioribus mouerentur. *Sic coſtam.*] Præter inflatum,& nimis turgidum dicendi characte- C
rem aliud uitium in carminibus poetarum ſuæ tempeſtatis roprehendit,qui mira quadam affecta-
tione,& ſtudio incredibili ſpondæum in quinta ſede carminis heroici collocabant,ut eſt illud Ver-
gil.Cornua uelatarum obuertimus antemnarum.Lucanus.Altus cæſorum pauit cruor armento-
rum.Quod ſi nimis fit,indecorũ & inuenuſtum iudicatur.Eſt autem hoc carmen cuiuſdam poetæ
ſpondæos in penultima ſede hexametri uerſus,quem inuenit Phemonoe(ut ſcribit Pauſa.) libẽter
& cum affectatione collocantis,in quo notatur Hannibalis hiſtoria, qui(ut ſcribunt Liui. & Plut.)
montem Apœninũ facto incendio infuſoq́ inſuper aceto diſrupit,unde Iuue.Diſrupit ſcopulos,&
montem fregit aceto.quod prodigij loco habitum eſt (ut refert Plin.) & ſunt uerba Hannibalis ad
milites(ut arbitror) quæ metaphoricos ſic poſſunt interpretari,ut coſtam pro ſyllaba:Apœninum
autem pro heroico uerſu poſitum eſſe à Perſio intelligamus. *Sic.*] Vt per hoc carmen eſt manife-
ſtum. *Subduximus.*] Subtraximus.Vergilius.Subducite naues.Ouidius.Subducunt oneri colla
peruſta boues.Mart.Clinicus Herodi trullam ſubduxerat ægro.Aliàs ſignificat ſupponere,in quo
ſignificatu eſt illud Iuue.Et nos ergo manum ferulæ ſubduximus. quamuis non deſint, qui aliter
exponant,ſed noſtram ſequi debere ſententiam admonentur Macrobij,& Hiero.ſcriptorum claſſi-
corum uerbis,quorum alter in monachũ detractorem ſic inquit.Poſſum reſpondere,poſſum ge-
nuinũ dẽtem læſus infigere,& nos didicimus literas,& nos ſæpe manũ ferulæ ſubduximus,de no- D
bis quoq; dici poteſt,fœnũ habet in cornu,lõge fuge. Macrobius uero ſic.lib.iij. Exclamauit Euan-
gelus diu ſe ſuccubuiſſe patientiæ, nec ultra diſſimulandum quin in medium detergat inſcientiæ
Vergilianæ uulnera,& nos inquit manum ferulæ aliquando ſubduximus,& nos cœpimus pontifi-
cij iuris auditum.Coſtam.i.ſyllabam. *Longo Apœnino.*] id eſt,carmini heroico. quod Græci ἔπος
appellant,diffiniuntq́ eſſe περιοχὴν θείων καὶ ἡρωικῶν καὶ ἀνθρωπίνων πραγμάτων. I. conunennã diuinarũ,
heroicarũ,humanarũq; rerũ.Eſt aũt Apœninus,qui ab Alpibus illis inchoans,quæ citeriorẽ Gal-
liam ab ulterioribus ſeparant,ſeptentrionẽ uerſus in ſiculũ uſq; protenditur fretũ:Italiã per mediũ
ſecãs,quod ſcrbit Diony.de quo dixit Luc.Mõs inter geminas medius ſe porrigit undas Inferni,ſu-
periq; maris.Sillius.Alpibus æquatũ attollens caput Apœninus. *Arma uirum.*] Verba excuſan-
tis crudi poetæ uerſus in hũc ſenſum:O Perſi,qui tam acerbe,& ſatyrice poetã meũ tanquã uerſus
duros,nimiũ ſonantes,turgidos,& affectatos cõponentem reprehendis,nõne opus Vergilianũ in-
flatũ,& turgidũ etiã eſſe iudicas:quaſi dicat ſi Verg.nõ arguis,cur poetã meũ caſtigare debeas non
inuenio.Hoc Verg.carm. *Cortice pingui.*] Tumido,inflato,ſuperbo,craſſo,& nimium ſonanti.
Vt ramale.] Comparatio ſuberis ad carmen Vergilianum. *Ramale uetus.*] .i.trũcus uetuſtus,du-
rus qui difficulter inclinatur,& retorquetur à ramo,quo utitur & Capella in lib.de grammatica.

A *Coctum.*] Multi tẽporis. Verg. in xi. Et robore cocto, ubi Ser. interpres non minimi faciendus alle
gans hoc Perſianũ inquit, quod multi tẽporis aliquid coctũ uocamus. Ora. Plerũq; recoctus Scri
ba ex quinqueuiro coruũ deludet hiantẽ. *Prægrandi ſubere.*] Cortice hoc in loco. Verg. Huic natã
libro, & ſyluestri ſubere clauſam. De ſubere ſic Pli. in xvi. cap. lxxxviij. Suber minima arbor, glans
peſſima, rara, cortex tãtũ in fructu præcraſſus, ac renaſcens, atq; in denos pedes undiq; explana-
tus. Vſus eius anchoralibus maxime nautũ, piſcantiũq; tragulis, & cadorũ obturamẽtis. Pręterea
in hiberno fœminarũ calceatu. Quamobrẽ non infacete Græci cortices arborũ appellant. hæc ille
& plura. præterea Porph. in illius Orat. interpretatione, Vepallida lecto Deſiliat mulier, ſic ſcribit,
Quidã putarunt uepallidũ nunc unam partem orationis eſſe, ut uegrandi ſubere coctũ ait Perſius
Flaccus. quibus auctoritatibus ſi pro grandi ut habent codices omnes uegrandi ſcripſero, qui re-
pugnet, & refragetur erit nemo. Vegrandis aũt ſignificat minime grandẽ, paruũ. Ve enim particu-
la in alijs auget uocabulis, in alijs minuit, hinc uehemens, & uegrandis dicimus, ueſanos & uecor-
des (auctor Gel. in v.) Seruius etiã in quartũ Aenei. inquit ſuper illud Male ſana ſororẽ. Male enim
plerunq; non, plerunq; minus ſignificat, ſicut ue, ut uecors, & ueſanus. *Vegrandi*] ergo. i. paruo.
Varro lib. ij. De re ruſtica. Quod quæ poſtea cõcipiũt, fiũt uegrãdes, atq; imbecillæ. Auſonius Bur
degalen. Hic ſæpe falſus meſſibus uegrandibus. *Quidnam i.*] Quod Perſius talia carmina, utpote
B nimiũ ſonãtia, affectata & turgida indiſcriminatim irrideat, ueluti ardore iræ concitatus, monitor
eũ interrogat quidnã igitur tenerũ & laxa ceruice legendũ ſit, ut talia carmina nõ eſſe reprehenden
da oſtendat, quandoquidẽ omnis poetarũ caterua tali ſtudio teneatur. Igitur, cum talia carmina re
prehendas. *Quidnam i.*] Molle, nõ durũ, non aſperũ, non ſuperbũ, & nimis plenum, quaſi dice-
ret omnia pariter uel laudari uel uituperari debere. *Laxa ceruice.*] Libero ac remiſſo ſono, non
exerta uoce, aut nimiũ emiſſa, ab equis translatio, qui remiſſis habenis collũ ſubmiſſum magis &
inclinatũ gerere cõſueuerunt. Eſt aũt ceruix, quæ Græce dicitur αὐχὴν poſterior pars colli, ut ait in-
terpres philoſophi lib. i. De animalibus, ex qua origo eſt omnibus neruis. & quoniã nerui corpus
erectũ, ac rigidũ faciunt, qui in ceruice ſunt collocati, dicimus hominẽ durę ceruicis quaſi indoma
bilẽ more ferociũ boum, & à diuo Hiero. in interpretatione ueteris inſtrumenti eſt dictũ, populus
iſte duræ ceruicis eſt. Dicta ceruix quòd per eam cerebrũ ad medullã ſpinæ dirigitur, quaſi cerebri
uia. Veteres pluraliter tantũ ceruices dicebãt. primus Hortenſius ceruicẽ ſingulariter pronuncia-
uit, ſicut docent Quin. & Varro. A ceruice fit ceruical denominatiuũ (ut docet Priſcia. in iiij.) quod
ſignificat puluinũ, qui pluma refertus delicatorũ capiti ſubijcitur. namq; eo deliciæ proceſſere, ut
ſine hoc plumæ inſtramento durare iam ne uirorũ quidem ceruices poſſint, ut ſcribit Plin. Mart.
Tinge caput nardi folio ceruical olebit: Perdidit unguentũ cum coma pluma tenet. *Torua mimal-*
C *lo.*] Monitori reſpõdens poeta hæc quatuor alterius poetæ carmina ſubiungit, quaſi oſtendẽs hæc
laxa ceruice legenda, cum nec affectata, nec turgida nimis ſint, quod totũ in illorũ poetarũ irriſio-
nem, per ironiam dictum eſt, qui grandiorem ſonũ captantes rerũ ſenſus nequaquã aduertebant.
contra quos illud Ciceronis dici potuiſſet. Quid enim eſt tam furioſum, quã uerborũ, uel optimorũ
atq; ornatiſſimorum ſonitus inanis, nulla ſubiecta ſententia, nec ſcientia. Cornua. quorum cantu
bacchanalia celebrabantur. Catul. Multi rauciſonos efflabant cornua bõbos. *Bombis Mimallone-*
is.] .i. Sonitibus bacchicis: nam Mimallones Bacchi ſacerdotes fuere (ut docet Strabo) quas πρὶν
γὰρ κλάδωνας καλουμένας .i. prius ramales uocatas Suidas auctor eſt. dictæ mimallones ἀπὸ τοῦ μιμεῖσθαι .i.
ab imitatione, quòd imitentur Bacchũ. Ouid. Ecce mimallonides ſparſis poſt terga capillis, Ecce le
ues ſatyri præuia turba dei. uel à mõte minoris Aſiæ (ut qdã exiſtimant) qui dicitur Mimas, de quo
Plin. in v. & Strabo in xiiij. ubi ſolennia & certamina Libero patri quotannis celebrabãtur. Bõbus
uero (ut notũ eſt) ſonitus eſt talis, qualis ab apibus murmurantibus exprimitur. Plin. in xi. Noctu
quies apibus in matutinũ donec una excitet omnes gemino aut triplici bombo, ut bucino aliquo.
Idem. Cum aduesperaſcit in alueis ſtrepũt minus ac minus, donec una circũuolet eodẽ quo excita
uit bõbo ceu quietẽ capere imperans. Ennius ſonum pedum bombũ dixit. *Et raptum uitulo.*] Hic
fabulã tangit Penthei, qui Eryethionis filius, & Agaues Cadmi filiæ, & Dionyſiorum oſor, cum Li
D beri ſacra non modo negligeret, ſed matrem etiam, reliquũq; fœminarum gregem ab eis prohibe-
ret, forte uiſus à bacchante genitrice cũ duabus ſororibus diſcerptus eſt. Ouid. Mater & o geminæ
clamauit adeſte ſorores. hinc Propertius. Pentheos in triplices funera grata greges. Plaut. Imitatus
Pentheũ quẽ diripuiſſe aiunt Bacchas. unde nomẽ: nã Græce πένθος dicitur luctus: πενθικὸς lugubris,
πενθῶ lugeo. Porphyrio tamen in ij. Carminũ ſcribit Pentheũ fulmine ictum interijſſe, quòd Liberũ
patrem teneret in cuſtodia. Scolus dicebatur locus ex quo Pentheus deductus, & diſcerptus fuit:
qui (ut Strabo ait libro ix.) pagus eſt in ora Aſopia ſub Citherone, ſedes iniucunda atq; aſpera. un
de natum eſt prouerbiũ, quod quum uolumus quempiam admonere ne ſe ad loca inculta & mi-
nus grata conferat dicimus, Ad Scolon neq; ipſe uades, neq; alteri comes ibis. *Vitulo ſuperbo.*] .i.
Pentheo technitas, & Bacchi Dionyſia faſtidienti, hoſtiliterq; perſequenti. Perſio ſubſcribit, & ſuf-
fragatur Catullus hoc uerſu. Pars è diuulſo iactabant membra iuuenco. at Ouidius uoluit Penthe
um Agauę aprum uiſum, apud quẽ ipſa ſic loquitur. Ille aper in noſtris errat qui maximus agris. Il
le mihi feriendus aper. *Baſſaris.*] Agaue Bacchi ſacerdos. Baſſarides dicuntur bacchæ à Baccho,
qui baſſareus à genere ueſtis appellatur (ut Acron & Porphyrio tradunt) Papinius. Et tu Baſſaridũ
rotator Euan. Sen. in Oedipo. te baſſaridũ comitata choris. Orat. in primo Car. Non ego te cãdide
baſſareu Inuitũ quatiã. hinc elegãter comas Bacchi baſſaricas appellat Propertius in xij. illo uerſu.

Cinget

Cinget baſſaricas Lydia mitra comas. Pelles lyncũ baſſaras uocitant Thraces, auctor Euſeb. *Ra-* A
ptũ.] .i. Sectũ. *Et lyncem mænas.*] Menas magni Pompei fuit ſeruus, quem Cæſar libertate dona-
uit, qui bellorum ciuilium deſertor dictus eſt: nam à Sexto Pompeio ad Aug. ab Aug. ad Sextum,
deinde ad Auguſtũ ſubinde transfugiebat. hunc, quem Appianus appellat Menodorũ, in quẽ ſcri.
Ora. carmen illud ex Epodo. Lupis & agnis quanta ſortito obtigit tecũ mihi diſcordia eſt, hunc in
quam & Menecraten ſeruos Sexti Pompei ſcribit Plin. in xxxv. uiſos eſſe à proauis in cataſta pedi-
bus argentaria creta denotatis. ſed de hoc nequaquam hic intelligendũ eſt: nam nihil ad rem de ſer
uo. immo mænas hic ſignificat bacchã, & baſſaridẽ à Græco μαίνομαι, quod eſt furo. Iuue. Crinemq;
rotant ululante priapo Mænades. Catul. Ego Mænas, ego mei pars. Propertius. Seu ſequitur medi
as Mænas ut acta uias. *Lynces.*] Lynces, & tigres Bacchi currum trahunt, ut teſte Probo per eo-
rum colorem in uino uarias hominũ eſſe mentes intelligamus, uel ut per eas ſæuitia demõſtretur,
quod quidam poti infinitam exercent crudelitatẽ. Eſt autem lynx animal maculoſum. Verg. libro
iij. Geor. Quid lynces bacchi uariæ. in Aethiopia uulgo naſcũtur (ut ſcribit Plin. lib. viij.) qui etiam
li. xxviij inqt, ſic peregrinæ ſunt & lynces: quæ clariſſime omniũ quadrupedũ cernũt. Hinc tractos
quidam falſo oculos lynceos exiſtimãt: nam deducuntur à uiro nomine Lynceo oculatiſſimo, per
ſpicaciſſimoq; mortaliũ, de quo Hie. cõtra Ioãnem Origeniſtã ſic ſcribit. Lynceus (ut fabulæ ferũt)
uidebat trans parietẽ. Vale. Flac. primo Argonaut. Fluctibus & medijs terras dabit ille magiſtro. Et B
dabit aſtra rati, cumq; æthera Iuppiter umbra Perdiderit ſolus trãſibit ſydera Lynceus. Apu. lib. ij.
de Aſino. Vides hominem ferreũ, & inſomnẽ certe perſpicaciorẽ ipſo lynceo. hinc prouerbialiter
lynceus pro oculatiſſimo, & acutiſſimi uiſus uſurpatur. Oratius. Ne corporis optima lynceis
Contẽplere oculis. M. T. Quis eſt tã Lynceus, qui in tãtis tenebris nihil offendat? Præterea debuiſ-
ſent à Pli. admoneri, qui autumat lib. ij. famã cernendi Lynceo inde ortã, quòd nouiſſimã primãq;
lunam, in ariete primus eadẽ die cõſpexerit, quod nullo alio ſigno contingit. de lyncibus plura a-
pud Plin. legeris, quæ nõ ſcripſimus, quoniã protrita non curamus. *Corymbis.*] Corymbi ſunt
uuæ hederarũ (ut ſcri. Ser.) exponens illud Vergilianũ Diffuſos hedera ueſtit pallente corymbos.
quod ſentit & Plin. in xvi. *Euion.*] Nomen eſt Bacchi. Sta. lib. ij. Et tunc forte dies noto ſignata to
nantis Fulmine, prærepti quum te tener Euie partus Trãſmiſere patri. ſic dictus eo quod cũ dij bel
lũ cũ gigantibus gererent, primus Bacchus in leonẽ conuerſus occidit gigantẽ, unde eũ γιγαντολέτωρ
Græci uocant. quapropter eũ Iupiter blãde affatus eſt, Euie dicẽs. i. bone fili. eu enĩ Græ. bene, υἱὸν fi
liũ dicunt. auctor Acrõ. lib. ij. Carmi. de nominibus Bacchi copioſe Ouid. Diod. Eſt etiã Epigrã. a-
pud Græ. luculentiſſimũ de nominibus Bacchi. Errat interpres Oui. de Arte & cæteri, qui pro euio
euchiõ ſcri. ut ex Græ. ſcriptura facile poſſumus coniectare. *Reparabilis aſſonat Echo.*] Quæ reper
cuſſu reparatur, & reſarcitur. Echo aũt, quã Auſo. filiã dixit aeris & linguæ, reſonat uocibus morta C
liũ inter montiũ flexus, & concauos ualliũ ſinus, ubi ſcinditur reſultans aer, quæ cauſa etiã uoces
multis in locis reciprocas facit. Olympiæ arte mirabili fuit porticus, quam heptãphonon appellãt,
quoniã ſepties eadẽ uox redditur. In urbe Cizico turres ſeptẽ acceptas uoces numeroſiores reper-
cuſſu multiplicant, nomenq; huic miraculo Echo eſt à Græcis datũ. ut. xxxvi. ſcribit Pli. ἦχος enim
Græce ſonus, & ἠχῶ reſono. Vnde Lucre. Sex etiã ac ſeptẽ loca uidi reddere uoces, Vnã cũ iaceres,
ita colles collibus ipſi Verba repulſantes iterabant uerba referri. Fabulantur Echo amorem & deli
cias ruſtris dei Panos eſſe, quod myſtico intellectu ſignificat Harmoniam cæli, quæ Soli amica
eſt, quaſi omnium ſphærarũ de quibus naſcitur moderatori. Pana autem ſolem prudentiores in-
telligunt. aliam cauſam refert Alexander Aphrodiſeus. Ab Oratio, Valerio Flacco, M. T. cæteris La
tinis imago Echo appellatur quaſi imitago (ut exponit Por.) Sed quoniam hic de Echo fit mentio,
& uideo Domi. in illius carm. expoſitione hallucinari, Nuſquam Græcula quod recantat Echo, ui-
deor facturus operæprecium, ſi obiter hoc te docuerimus. ſcito (ut cætera omittam) quoſdam uerſi
culos innuere hic epigrammatarium ſic factos, ut in extremis reſponſationes ex perſona ponan-
tur Echus ſententiam explentes, morem tuentes illius ultima regerendi. Quales ſunt cuiuſdã Gau
radæ Græci poetæ antiqui, quos hic ſubſcribere ad maiorẽ facilitatem collibuit. ἀχὼ φίλα μοι συγκατάνευσόν τι. τί; ἐρῶ κορίσκας. ὁ δ' ἄμων φιλεῖ; φιλεῖ. πρῆξαι δ' ὁ καιρὸς καιρὸν οὐ φέρει. φέρει. τὺ τοίνυν αὐτᾷ λέξον ὡς ἐρῶ. ἐρῶ. καὶ πίστιν D
αὐτᾷ χρημάτων τὺ δὸς. δός. ἀχὼ τί λοιπὸν ἢ πόθου τυχεῖν; τυχεῖν. i. Echo amica mea, audi aliquid: Quid? Amo
puellã. Etiã ne me ipſa amat? Amat. At facultas potiundi non datur. datur. ipſa igitur ei dicas quod
amo. Amo. Et ei mercedem promitte. Mitte. Quid reliquũ, niſi ut uoti fiã compos? Compos.

AELIVS ANTONIVS NEBRISSENSIS.

Sed numeris.] Diceret quiſpiam in excuſationẽ poetarũ quos pauloante Perſius de duritia re-
prehendebat. non nihil eſt o Perſi quod de poetis dicebas, ſed in hoc ſunt laudandi quod iũctura
eſt abdita. i. abſcõdita, & quæ oculis perſpici nõ poſſit. & perſtat in translatione illius quod ſupra
dixit: ut per læue ſeueros Effundat iunctura ungues. *Numeris crudis.*] id eſt, uerbis ſiue pedibus
quos ego fateor eſſe crudos. Ad quod reſpondet Perſius, dicẽs. Immo *Didicit claudere uerſum ſic*]
& ſubdit carmina alicuius poetæ ſui temporis. eſt autem claudere uerſum qualibuſcunque uerbis
adhibita tãtum ſyllabarum quantitate uerſum componere. Horatius primo Sermonum. Neq; e-
nim concludere uerſum Dixeris eſſe ſatis. *Berecynthius Atys.*] Clauſula eſt ut diximus alicuius in
epti poetæ. Fuit autem Atys puer, quem Cybele deorum mater in delicijs habuit, quem cum depre
hendiſſet in Sangaritide nympha, furore immiſſo ſibi ipſi genitalia ſecuit. unde eſt deûm matris ſa
cerdotum origo. Berecynthius autem à Berecyntho mõte & urbe Phrygiæ, ubi peculiariter Cybele

A celebrabatur Atys dictus eſt. *Et qui cæruleum.*] Hoc quoq; carmen alicuius poetæ reprehendit. Loquitur autem fortaſſe de delphino qui Arionem Metymneum ſeruauit, aut de delphino qui nuptias Neptuni & Amphitrites conciliauit ex ſecundo libro Faſtorum Ouidij. *Dirimebat.*] id eſt, Natans ſulcabat. *Nerea cæruleum.*] .i. Mare cuius eſt color cæruleus. *Sic coſtam.*] Et hoc alterius ſiue eiuſdem poetæ carmen eſt, in quo dicebatur quo pacto ex Apœnino abſciſſa eſt pars quę in Siciliam inſulam receſſit, quod oẽs poetæ, hiſtorici, & coſmographi prædicãt. *Subduximus coſtã.*] id eſt, poetæ noſtri dicunt ſubductam fuiſſe coſtam hoc eſt latus. *Apœnino longo.*] .i. qui ab Alpibus ad Rhegium Brutiorum urbem per mediam Italiam quaſi dorſum quoddã porrigitur, quod tractus ſpatium continet ad quingenta milia paſſuum. *Sic*] autem dixit.i. pari ineptia. *Arma uirum.*] Satis licenter Perſius in Vergilij carmen inuehitur, ut inflatum nimis, & à quo multũ poſſit detrahi. nec mirum ſi nec Vergilio quidem parcit, cum Satyrici proprium ſit, ut dum riſum excutiat, non hic cuiquam parcat amico. *Nonne hoc ſpumoſum.*] .i. Inflatum & inane quaſi ſpuma.

Et ut ramale uetus.] Sunt autem ramalia rami inutiles ex arbore deciſi. Ouidius viij. Meta. Multifidasq; faces ramaliaq; arida tecto Detulit. *Cortice pingui.*] .i. Craſſi corticis. *Coctum.*] .i. Retorridum & antiquum, unde recocti dicuntur, qui nimio uſu obcalluerunt. *In ſubere prægrandi.*] Arbore craſſiſsimæ corticis quæ à Græcis halipbleus dicitur. Theodorus Gaza ſalſicorticẽ interpreta-
B tur. habet enim corticẽ quaſi nitri aut ſalſuginis exiccatæ. Sunt qui legant pro prægrandi uegrandi, auctoritate Porpbyrionis citantis hunc uerſum in primo libro Sermonum Horatij. Sed quod exponunt uegrandi pro non grandi, non placet. nam & ſi Plinius hanc arborem minimam eſſe dicit, hoc dicit comparatione ad alias glandiferas, ſed in ſuo genere intelligit Perſius ualde grãdem, ac ſi dicat antiquam. nam ue particula modo auget, modo minuit. Quid quod & ſuber alias glandiferas arbores ſuperat aut exæquat, etiam Plinij auctoritate. Suberis inquit cortex tantum in fructu præcraſſus ac renaſcens, atq; etiam in denos pedes undiq; explanatus. *Quidnam igitur.*] Senſus eſt, nulla ratio eſt cum carmina ipſa cruda ſint & dura, qualia ſunt quæ ſequũtur quatuor, cur debeant molliter & delicate pronunciari. *Quidnam igitur.*] .i. Cur nam. *Legendum eſt.*] id eſt, legere oportet carmina quæ ſequuntur. *Tenerum.*] Pro tenere & delicate. *Et ceruice laxa.*] .i. Flexa ad uocem extenuandam. *Torua mimalloneis.*] Cuiuſcunq; poetæ ſunt hi uerſus, duri profecto & turgidi ſunt. deſcribuntur autem in illis ſacra Bacchi. *Implerunt.*] Subaudi Bacchi comites & ſacerdotiſſæ. *Cornua torua.*] .i. Terribilia ſiue ſint cornua in buccinas formata, ſiue tubæ flexi æris, ut dicit Ouidius, quorum erat uſus in ſacris Bacchi. Iuuenalis. Et cornu pariter uinoq; feruntur Mænades. *Bombis.*] Sonis, nomine tracto ex ſono tubarum. *Mimalloneis.*] .i. Baccharũ quæ Mimallonex dicuntur ab imitando. Ouidius de Arte. Ecce Mimallonides ſparſis per terga capil-
C lis. *Et Baſſaris.*] Bacchi ſacerdos dicta ab Baſſareo quod eſt unum ex Bacchi nominibus. *Ablatura caput ſectum.*] Pro ſecandum & amputandum. *Vitulo ſuperbo.*] Videtur tangere fabulam de Agaue, quæ per furorem in ſacris Bacchi filio Pentheo caput auulſit, putans eſſe uitulum, aut ſicut Ouidius iij. Meta. ſcribit, aprum. auulſum, inquit, caput digitis complexa cruentis Clamat io comites. Superbum autem appellauit, quia Pentheus Bacchi ſacra contempſit. *Et Mænas.*] Sacerdos item Bacchi. *Flexura lyncem.*] id eſt, currum Bacchi quem lynces tigresq; trahunt, quæ animalia in Bacchi tutela ſunt. *Corymbis.*] .i. Hederis quibus pro lauris utitur. nã corymbi ſunt hederarũ racemi. *Ingeminat Euion.*] .i. Repetit nomen Bacchi, quod interpretatur bonus filius. *Echo reparabilis.*] .i. Vocis repercuſſio. & repetit & reparat uoces ſemel ex ore emiſſas. *Aſſonat.*] .i. Ad uoces baccharum reſonat. Echus fabula ex iij. Meta. petenda eſt.

ECPHRASIS MVRMELLII.

Sed abditus decor, & occulta quædam uerborum ac pedum compoſitio eſt uerſibus extemporalibus quos nobiles ſine magno labore effuderunt. quorum quidam ſic uerſum finire didicit. Berecynthius Atys. Et qui cæruleum dirimebat Nerea delphin. Sic coſtam longo ſubduximus Apœnino. Aduerſarius audiens uerſus huiuſmodi rideri à ſatyro, ut nimium affectatæ ſonoritatis,
D & enerues, uerisq; ſenſuum uigoris expertes, Vergilianum carmen obijciens. nonne inquit, & hoc Maronis carmen. Arma uirumq; cano, & ſpumoſum eſt, & pingui cortice? Reſpõdet Perſius. Hoc Vergilianum carmen eſt ſicut uetus arboris ramus, maturus & firmus prægrandi, uel (quod magis placet) uegrandi, id eſt, minuto cortice. Aduerſarius. Quidnam igitur eſt tenerum ac molle, & recitandum remiſſiore ſono? Reſpondet Perſius. Hi uerſus teneri ſunt, & laxa ceruice pronunciandi. Torua mimalloneis, &c.

SCHOLIA.

Sed numeris decor eſt.] Ironia eſt. Taxat autem eos, qui ex tempore uerſus effutientes, tantum ſonoritati ſtudent, ſententiarum pondus negligentes. Vituperãdi enim cum primis ſunt, qui ſolum mollibus uerbis, & fabuloſis nugis lectorem delectare uolunt, nec depromptis ex intimo philoſophiæ moralis penuario præceptis iuuare curant. Crudi numeri dicuntur ex tempore profuſi uerſus, nec matura meditatione decocti. Metaphora eſt à carnibus crudis, nec ad ignem percoctis. *Berecynthius Atys.*] Irridet uerſus quoſdam Neronis, aut nobilium cuiuſpiam, nimium molles, & delicatis tantũ auribus accõmodos. in quib. nihil ineſt uirile, nihil graue, nihil deniq; philoſophicum, ſed meræ nugæ, & inania de Cybele, Baccho, Venere, & id genus reliquis figmẽta. Quid ſi nũc

uiue-

uiueret Perſius, & è Chriſtianis tot læuiſſimos uerſificatores uideret nullum carmen arte maturan A
tes, ſed inani ſtudio inconditiſſima quædam epigrammata effutientes, quæ tum putant optima, cũ
ſunt inanibus fabulis, & affectatis nugis, uel parum notis aliquot uoculis, uel anxie quæſitis, & ad
inſtitutã rem parum facientibus pigmentis, fuciſq; refertiſſima. In horum ore nihil niſi Pegaſides,
Bacchus Cypris, Parnaſus, Helicon, Iupiter, Apollo, Mercurius, Spinx, Chimæra, & id genus alia
centum perſtrepunt. *Berecynthius Atys.*] Deſinentia huius nimium mollis eſt & eneruis. *Et qui
cæruleum.*] Hic uerſus eſt ex eorum genere, qui proprij à grammaticis appellantur. Eſt autem uer-
ſus proprius, qui in prima regione, quarta, & ſexta ſpondæum recipit, ut Immotamq; coli dedit &
contemnere uentos. Sed hæc nimis anxia in componẽdis uerſibus cura, eos emaſculat, & eneruat.
Sic coſtam longo.] Hoc uidetur tractum ex Annibalis hiſtoria, & eſt teſte Quintil. permolle, cum
uerſus clauditur Apœnino, armamentis, & id genus alijs, ubi quaternæ, uel quinæ ſyllabæ conne-
ctuntur. *Arma uirum.*] Obiectio eſt aduerſarij contendentis & Vergilij carmina ſpumoſa eſſe, &
ſuperficie pingui. Spumoſum carmen dicitur, quod uerbis ſonoris, aut mollibus compoſitum ex
trinſecus intumeſcit, ſed intus non habet uerum uigorem. Sidonius Apollinaris. Summa homini
cura de literis, ſed maxime religioſis in quibus eum magis occupat medulla ſenſuum, quàm ſpu-
ma uerborum. *Ramale.*] Ramus. Ouidius. Multifidaſq; faces, ramaliaq; arida tecto. *Prægran
di.*] Quidam cum Porphyrione legunt uegrandi, id eſt, paruo & minuto, quod mihi non uidetur B
improbandum. Vegrandis enim dicitur, non grandis, paruus, minutus. Eſt autẽ ueteris rami cor
tex minus tumidus quàm recentis, & ſolis calore conſumptis ſuperfluis humoribus, decoctus, &
maturatus. Sic & Vergilij carmina nõ ſunt ſpumoſa, neq; turgida, ſed intus ſucculenta & paruo qui
dem, ſed firmo cortice maturata. Vergilius enim non effudit multa ſimul carmina, ſed pauca poſt
diligentiſſimam præmeditationem cõdidit. Quintilianus lib. x. Vergilium quoq; pauciſſimos die
compoſuiſſe uerſus, auctor eſt Varus. *Subere.*] Suber arbor eſt glandifera. Ponitur pro cortice
hoc loco, & apud Verg. lib. Aeneid. xi. Huic natam libro & ſyluestri ſubere clauſam Implicat. *Co
ctum*] auctore Seruio uocamus aliquid multi temporis. Vergilius. Telum immane manu ualida
quod forte gerebat Bellator ſolidum nodis, & robore cocto. Poteſt & hic eſſe ordo: Carmen Vergi
lij eſt coctum, id eſt, diuturna cura maturatum, ut ramale uetus prægrandi ſeu uegrandi ſubere.
Laxa ceruice.] Remiſſiore ſono, nec tam erecta uoce. *Torua mimalloneis.*] Hic uerſus inter teretes
reponitur. Dicitur autem teres, qui uolubilem & cohærentem continuat dictionem. ut apud Dio-
medem. Torua mimalloneis inflatur tibia bõbis. *Et ſectum Baſſaris Euion.*] Hi uerſus ſonori ſunt
& ſtrepentes. C. *Sic coſtam longo ſubduximus Apennino.*] Cum Ferrariæ eſſem apud Fuluium Mo-
ratum uirum doctum, & mihi ſingulari pietate, & charitate coniunctum, legi codicem Perſij manu
ſcriptum, & non contemnendæ antiquitatis, in quo ſcriptum erat, Sic os tam longo ſubduximus C
à Pœnino, quæ lectio mihi non diſplicuit. Nam facile aut coniunctione, aut diſtinctione uerba, ut
emendantur, ſic etiam corrumpuntur. Cum enim aliquis oſtam, coniunctum male reperiſſet, pu-
tauit literulæ unius adiectione, reſtitui poſſe. Itaq; coſtam fecit. Similis ferè error irrepſerat, in pri-
mo Academico Ciceronis, in quo ita legebatur ante paucos annos in omnibus exemplaribus, &
nunc quoq; legitur in nonnullis, uel ijs quę Victorius noſter caſtigauit. Imo uerò & iſtam, & totam
ueterem Academiam, aqua abſumptam diu, cum uera lectio, commoda diſtinctione & unius lite-
rulæ expunctione reſtituatur. Si pro aqua abſumptam diu legas, à qua ab ſum tam diu, id quod e-
go aliàs quoq; quibuſdam amicis indicaui. Deinde in eodem codice uetuſto, legi: à Pœnino, ut ſint
duę uoces, non Apennino: Non enim idem eſt mons Pœninus & Apenninus. nã Pœninus ea pars
alpium dicitur, per quam Pœni duce Annibale, iter in Italiam aperuere: Apenninus uero mons eſt
mediam ſecans quaſi dorſo Italiam. Vide Sempronium de Italiæ diuiſione, & alios Geographos.
Sed quando uariam lectionem indicauimus, quid in hoc uerſu Perſius reprehendat, uideamus.
Duo igitur ſunt quæ in eo uerſu, cuiuſcunq; ille fuerit, notat Satyricus: duriorem uerbi translatio-
nem, & ſpondæi in quinta ſede conſectationem. Nam ſiue coſtam legas, ſiue os, durè translatum
eſt, pro Pœnini ſaxis, & cautibus, quæ igni & aceto perfregit Annibal, cũ arma Romanis inferret.
Nam, ut Cicero & Theophraſtus præcepere, uerecunda debet eſſe translatio, ut neq; maius neque D
minus ſit uerbum translatum, quàm res poſtulet. Hic autẽ animãtis oſſa, longe minora ſunt, quàm
ut cum immanibus Pœnini iugis aut Alpium rupibus, & ſaxis conferantur. Quod autem ad ſpõ-
dæum attinet in quinta ſede, cum tam creber ſit in Lucretio, nec ab alijs poetis uitatus, non magno
pere damnauerim. S.

Hæc fierent ſi teſticuli uena ulla paterni
Viueret in nobis? ſumma delumbe ſaliua
Hoc natat in labris, & in udo eſt Mænas & Atys,
Nec pluteum cędit, nec demorſos ſapit ungues.
Sed quid opus teneras mordaci radere uero
Auriculas? uide ſis ne maiorum tibi forte
Limina frigeſcant. ſonat hic de nare canina
Littera, per me equidem ſint omnia protinus alba.

ASCENSIVS.

Hæc fierent, &c.] Verba ſunt poetæ continuantis ſermonem ſuum & ex propria ſententia loquentis ac docentis talia carmina non fieri, ſi Romani aliquid uirilis animi adhuc haberent, & maieſtatem, non fucum amarent. Ad quod monitor, uerum quidem dicis, ſed quid opus eſt irritare uera dicendo molles, ac diuites

Nil moror,euge,oẽs etenim bene miræ eritis res.
Hoc iuuat,hic,inquis,ueto quiſquam faxit oletum.
Pinge duos angues,ſacer eſt pueri locus,extra
Meite.diſcedo.ſecuit Lucilius urbem
(Te Lupe,te Muti)& genuinum fregit in illis.
Omne ua fer uitium ridenti Flaccus amico
Tangit,& admiſſus circum præcordia ludit,
Callidus excuſſo populum ſuſpendere naſo.
Men mutire nefas? nec clàm,nec cũ ſcrobe? nuſquã.
Hic tamen infodiam,uidi,uidi ipſe libelle,
Auriculas aſini quis non habet? hoc ego opertum
Hoc ridere meum,tam nil,nulla tibi uendo
Iliade.audaci quicunq; afflate Cratino
Iratum Eupolidem prægrandi cum ſene palles
Aſpice & hæc,ſi forte aliquid decoctius audis,
Vnde uaporata lector mihi ferueat aure,
Non hic qui in crepidas Graiorum ludere geſtit
Sordidus,& luſco qui poſcit dicere luſce,
Seſe aliquem credens.Italo quòd honore ſupinus
Fregerit heminas Arreti ædilis iniquas.
Nec qui abaco numeros,& ſecto in puluere metas
Scit riſiſſe uafer,multum gaudere paratus
Si Cynico barbam petulans Nonaria uellat.
His mane edictum,poſt prandia Calliroen do.

A uiros,à quibus occidi poſſes:ad quod poeta,ſi ita eſt,inquit quod non liceat uitia reprehendere,omnia erũt alba,id eſt,mũda & bona per me,id eſt,quãtum ad me,quia nihil reprehendam. & ſi hoc iuuat te,& uis tua non carpi nec contaminari ex reprehẽſione mea,pinge duos angues.i.fac mihi indiciũ in principio ſcriptorum,unde abſterrear ſicut pueri à loco in quo anguis pingitur,uel quia terribilis eſt uiſu,uel quia genium,id eſt deum loci per anguem figurabant,ſicut nos locum quem fœdari nolumus aut crucis ſigno,aut ſacri ignis B ſancti Antonij,aut alterius metuendi numinis.& ſi ego tale quid conſpiciam in ſcriptis tuis,diſcedam & nihil dicam,tametſi quia Lucilius potentiſſimum quemq; turpiter agentem etiam publice,& nominatim notauit,dabis ueniam ſi ſaltẽ in chartis meis aliquid muſſitabo,id eſt,occulto murmure dicam? Ad quod monitor potiuſquam author.Nuſquam ſupple dices,aut licet tibi in eos dicere.Immo inquit poeta,ego infodiã hic,id eſt,inſcribam his chartis meis,ſed fabulam Midæ reſpexit,ſecundum quam tonſor amplius reticere nequiens in foueam exclamauit frequenter,auriculas aſini Midas habet,quem ſonum harundines illic creſcentes tandem C reſonabant,licet ad hiſtoriam etiam referat Plautius.Denique concludit poeta,& prætermiſſis fabulis ac irriſionibus dicit ſe ſcribere bonorum morum amatoribus,qui uitiorum reprehenſores libenter audiunt & legunt,non iis quibus philoſophi deriſui ſunt,quibus aſſignat ante meridiem forum iudiciale & poſt ipſum lupanar.talibus enim inſudant non bonis literis. Cætera facilia ſunt,ſi quid dubitas Plautium & Britannicum legito. ORDO. Fierent hæc,id eſt,huiuſmodi inflata & pompoſa ſine decoro carmina,ſi ulla uena,id eſt,uel minima pars teſticuli paterni,id eſt,uirilitans & fortitudinis ac maieſtatis maiorum noſtrorum,uiueret,id eſt,uigeret in nobis? quaſi dicat minime.Maiores enim ut Ennius Lucretius & cæteri plus ſententijs rerum quàm uerborum fucis innitebantur.Hoc delumbe,id eſt,laſciuum & uirilis roboris expers,natat,id eſt,fluit in labris ſumma,id eſt,cum extrema ſalua,id eſt,molliter:& menas & Atys,id eſt,uocabulum inflatum & affectatum petulanter,eſt in hudo,id eſt,laſciuo ore.Nec ſupple qui talia facit,cædit,id eſt,percutit cogitabundus & occupatus toto animo in inueniendis proprijs uocabulis,& indignabundus quod uerba rebus non reſponderent,pluteum,id eſt,aſſerem oppoſitum uel pulpitum aut tabellam ſuper quam ſcriberet,nec ſapit,id eſt,indicat aut præ ſe fert ungues demorſos,id eſt,quod qui tale compoſuerit,raptus meditatione ſua,momorderit ungues ſuos præter induſtriam.Reſpondet admonitor quaſi dicat.Verum quidem eſt quod hæc indecore fiant,ſed quid,id eſt,ad quid uel in quo opus eſt, D radere,id eſt,uel molliter contingendo irritare,uero mordaci,id eſt,ueritate odium ſecundum Terentium pariente,auriculas teneras,id eſt,homines delicatos & prædiuites? quaſi dicat ad nihil,uel in nullo.unde addit.Vide ſis,id eſt,ſi uis:ne limina,id eſt,introitus maiorum,id eſt,potentiorum uirorum frigeſcant,id eſt,frigida fiant forte tibi,& non audeas ea frequentare ut ſic ubi ferueant,ſicut dicturus eſt,unde uaporata lector mihi ferueat aure.Et Maro.Feruet opus,&c.Sane uide hoc loco tertiæ eſt coniugationis,quia ſecundam corripit,ſicut caue in Epiſtolis Horatij.Vade,uale,caue ne titubes,uel potius frigeſcant,id eſt,frigefiant tibi,id eſt,per te frigidum,id eſt,mortuum,occiſum ſcilicet Litera canina,id eſt irritatiua,ſcilicet r ſonat hic,id eſt,in limine pręepotentus uiri cuius carmina carpas.hoc eſt ut canis irritatus tibi aditum uetabit,& ſi accedas occidet.Sicque potius dicam,quàm hic,id eſt,in carmine tuo. Reſpondet poeta. Equidem,id eſt,certe ſi ſupple ita eſt quòd non liceat uitia reprehendere,omnia ſcilicet dicta & facta omnium ſint protinus,id eſt,ampliter & omnino,alba,id eſt,bona & munda,& ſine nota aut macula,per me.i.quantum ad me & ad reprehenſionem meam ſpectat,nihil enim reprehendam.Nil moror,id eſt,detineor in conſiderandis aut dictis ſcilicet talium qui caſtigari nolunt,& tanquam is præſens ſit qui caſtigari non uult dicit irriſorie.Euge,id eſt,exulta aut bene age,eſt enim interiectio congratulantis:etenim,id

eſt,

eſt,certe o tes uos omnes eritis bene, id eſt multum, miræ.i. mirandæ hoc eſt imitandæ, quia ſine A macula,mirari enim pro imitari accipi ſolet,unde miratorq́ Catonis,pro eo quod eſt imitator dicitur apud Lucanum.uel eritis bene,mire,id eſt bene habebiris mirum in modum.Si ſup.iuuat,id eſt,delectat hoc.i.quod ſic dico,& ſi tu inquis,id eſt dicis,ego ueto.i.prohibeo ne ſup. (non eſt tamen neceſſarium addere)quiſquam faxit,id eſt quiſq̃ faciat hic,id eſt hoc loco,oletum,id eſt,locũ in quem mortales egerant excrementum alui. hoc eſt,ego nolo ut quiſquam in his meis dictis aut factis maculam aut notam faciat reprehenſionis,quia ego nolo me aut mea carpi.uidetur enim L. Scoppæ oletum potius ſignificare locum in quem olentia immittantur quàm res olentes, ut ſtercora,ſicut uinetum ſalictũ,&c.quæ tamen & uim rerum ſignificant. pinge (ergo dicit poeta) duos angues,id eſt,fac ſignum rei ſacræ,& dic,o pueri meite.i.lotiũ facite,extra ſupple hũc locum, quia locus eſt ſacer.i.ſacratus,hoc eſt indica mihi in facie libri tui,quod eum ut locum ſacrum irreprehenſibilem & immaculandum teneas.ego diſcedo,ſcilicet à te & tuis,nihil contra incorrigibilẽ dicens,unde Horatius in Arte poetica de Quinnlio.Si defendere delictum quàm uertere malles,Nullum ultra uerbum aut operam ſumebat inanẽ,Quin ſine riuali teq́ & tua ſolus amares.Sane meiere uidetur(quod & Priſcianus admittat)ij duplici ſcribendum, Nam licet in præſenti meio prima ſit longa ſicut in aio,quia i inter duas uocales duplex eſt conſonum, tamen ſi ſequatur conſonans uidetur ſimplex fieri & prima corripienda ſicut ais ait.nec dicam in præſenti mingo,licet inde minxi & mictum uſurpentur. B Conſequenter autem oſtendit poeta ad imitationem quoq́ Horatij,non poſſe quin aliquid in tam ineptos dicat,potiſſimum cum Lucilio tantum licuerit de potentiſſimis uiris,ut eos ſcripto quaſi gladio diſſecaret.Et Horatio ut etiam amicorum uitia uafre taxaret. Ordo eſt.Egò ſi ita eſt,diſcedo,id eſt, nihil de te aut tuis dico aut ſcribo, & tamen Lucilius poeta ille ſatyricus ſecuit,id eſt,mordacitate ſtyli quaſi diſcidit,urbem,id eſt,ciuitatem Romanam, ponit enim locum pro locatis,urbem dico,id eſt,te o Lupe & te o Muti,qui perpotentes erant uiri.Id autem dicit per apòſtrophen quaſi ſe declarando & corrigendo non enim urbem ſecuit ſed ciuitatẽ, id eſt,ciues etiam potentiſſimos,te Lupe, te Muti,eſtq́ parentheſis ſubmiſſe pronũcianda:nam cõtinuato filo orationis in eadem perſona addit,& fregit in illis ſcilicet quos per urbem intelligo, id eſt,potentibus ciuibus ut in te Lupe & Muti,genuinum, id eſt,dentem occultum quem conterunt qui quemuis carpũt, mordent aut corrodunt. Coactus eſt poeta mutare caſum & perſonam,quia Mutium aut Mutio dicere non potuit.Flaccus,id eſt Horatius ſatyricus,uafer,id eſt,callidus & ſubtilis in carpendis uitijs,tangit amico ſcilicet Mecœnati aut alieri,ridenti,quia neſcienti quod de ſe loquatur.unde in primò Sermonum ſatyra prima dicit. Tantalus à labris ſitiens ſugientia captat Flumina(quod audiens amicus tanquam rem ſabuloſam incipientem riſit, unde ſubdit) quid rides:mutato nomine de te Fabula narratur.Ipſe ergo uafer,id eſt,uerſutus tangit amico ridenti omne uitium, C id eſt,omne genus uitiorum,& ipſe admiſſus,id eſt,libenter acceptus ab auditoribus,ludit circum præcordia,id eſt,pro libitò quaſi ludens ut feles cum muribus taxat eos ens callidus,id eſt,longa exercitatione peritus,ſuſpendere,id eſt,ancipiti & ambiguo dicto ſuſpenſos tenere,& occulte irridere quamuis non percipiſcant adhuc naſo excuſſo,id eſt,exporrecto & hilari minimeq́ rugoſo,quod audaculus contra omnium interpretum (quos quidem uiderim) ſententiam dico. nam excuſſum & rugoſum ſeu aduncum mihi plane contraria uidentur & ut contraria ſint, locus expoſtulat:nam quomodo admitteretur ab amicis non plane ſtolidis ſi naſum in rugas contractum præ ſe ferret:Exporrecta ergo fronte & excuſſò ut in re ſeria ac læta naſo,pòpulum ſuſpendit, id eſt,ad audiendum ſuſpenſum tenuit & tamen ut tandem percepit,carpſit & irriſit. Fxcuſſum autem pro exporrecto & minime ſinuoſo aut occulto à Perſio accipi oſtendit quod ſupra dixit.Nam bellum hoc excute totum,&c.Et ſi hoc illis licuerit.men.id eſt,me ne.hoc eſt an nephas ſup. eſt, me mutire,id eſt,quod ego muſſitem hoc eſt cum murmure & tacito ſuſurro loquar, an nephas dico eſt,id eſt,an non licet me mutire,id eſt,contra uitia obmurmurarẽ,nec ſup.licet dicere clam, id eſt, in ſecreto,nec cum ſcrobe,id eſt,ſaltem cum foſſa ſicut tonſor Midæ locutus eſt. reſpondet admonitor,nuſquam ſup.phas eſt te loqui.Sunt ineptuli qui carmen & ſenſum inuertentes legũt, nec ſcrobe,nec uſquam,cum tamen ſcrobs ſcrobis primam in obliquis corripiat,ad hoc autem quod D dicit monitor nuſquam ſup.uolo te mutire,dicit poeta,tamen hoc eſt quamuis nolis, ego infodiã hic,id eſt,ſecrete inſcribam in hoc libello,ſicut tonſor Midæ in ſcrobe clamauit auriculas aſini Midas habet,quod idem hic dictum à poeta aiunt, ſed mutatũ (ut prius dixi) conſilio Cornuti amici & philoſophi,eo quod Midas rex,Neronem imperatorem potius q̃ alium quemuis repręſentet; unde etiam prius dixi non ueriſimile eſſe quòd carmina ſuperius reprehenſa Neronis ſint. Exclamat ergo poeta ut is qui amplius tacere non poteſt ad libellum ſuum,o libelle,ipſe.i.ego uidi, uidi inquam quis non habet auriculas aſini:quaſi diceret nemo nõ habet,immo quilibet habet. illi aũt auriculas aſini habent,qui tardi ſunt ad intelligendum quæ audiuerint.Hoc ego opertũ,&c.Nunc prætermiſſo riſu ſerioſe loquitur poeta ſignificans ſe ſuperiora quodam riſu ſatyrico dixiſſe, dicit enim.O monitor uel lector uel auditor,ego nulla.i.non ulla ego non uendo, id eſt,uænundo tibi, hoc opertum,id eſt,occultum ac latens,meum ridere tam nil,id eſt,tam parui aut nullius precij ſecũdum cenſuram forte Romanorum,quos Labeonem prælaturos dixerat monitor,ulla Iliade, id eſt,precio uel æſtimatione ullius Iliadis,ſiue ea Labeonis ſiue Neronis,ſiue alterius Romani fuerit. Sed o afflate,id eſt,attonite quicunq́ ſup.es(ſi enim dixeris o quicunq́ afflate,iam infinito uocatiuum dederis.Nebriſſenſis.dicit uocatiuum pro nominatiuo poſitum,ſi mihi quod ſentiam dicere

liberum

A libertum ſit,dicam Perſium hic ſcriptũ reliquiſſe afflatus, quæ illiſio s literæ frequens fuit in anti/
quis præſertim comœdijs,quas ut ſe imitari oſtendat mulus comicis utitur.ut dicier,ten,men, ui/
deſis,&c.Et ſimiliter poſt legam,ramum milleſimus ducis ,lego etiam hoc loco audis non audes,
& unde non inde) Cratino audaci,id eſt, audacter uitia reprehẽdente, id eſt,quicunq; attotitus &
pallidus es quando uerba Cratini legis quibus te cõſcium peccati carpi intelligis, & quicunq; pal
les,id eſt,uſq; ad pallorem formidas Eupolidem iratum ſcilicet uitijs.& licet Plautio non placet,ut
dicas percuiſſe quaſi tonitru,tamen mihi placet quia ideo iratum & cum grandi ſene dicit , ut timo
ri eſſe innuat,eum enim aptum cenſet auditorem qui carpi metuat, unde Comicus , erubuit ſalua
res eſt.cum ſene prægrandi uidelicet Ariſtophane,qui ueterem comœdiam diligẽter cum ſumma
libertate ſcripſit,unde Horatius primo Sermonũ. Eupolis atq; Cratinus,&c.uide Britannicũ.Qui
cunq; uereris uitiorũ deſamatores,& ita famam tuam ac uirtutem amas,aſpice,&.i.etiam hęc.i.me
as ſatyras,ſi forte audis aliquid decoctius, id eſt,aliquantulum digeſtum & maturatum, unde.i.de
quo uel cuius rei lector ferucat , id eſt, frequens ſit mihi , aure uaporata. i. uapore halitus repleta,
hoc eſt ſi aliquid ſcribo quod tam frequentes legere uolẽt,quod halitu ſuo mihi aures uaporabũt,
ego uolo ut tu id legas, non hic,id eſt,is qui ſordidus,id eſt,auarus & ob id immundus,geſtit. i. im
portune concupiſcit more beluarũ affectionem animi geſtu exteriori ſignificans ludere. i. illudere
B & inſultare,in crepidas.id eſt ſoleas aut gallicas crepitum facientes. & ideo quaſi à crepando dican
tur primam corripuit Græcis longam,Graiorum,id eſt,philoſophorum qui fere Græci tunc erãt,
& ut in ultima ſatyra huius patebit,auaris ſummo odio eo quod contemptum diuitiarum prædi/
cabant.non igitur ſordidus eſt tardus ſed auarus,& qui poſcit,id eſt,exigit & appetit dicere luſco,
luſce.i.qui gaudet reprehendere uitia corporis naturæ imputanda,cum uitia animi ſui non repre
hendat imputanda ſibi,credens,id eſt,arbitrans & iudicans ſeſe.i.ſemetipſum aliquem.i.magnum
& eximium,ſic enim ſæpe accipitur.unde Iuuena . Eſt aliquid ſeſe unius dominum feciſſe lacertæ.
quòd.i.quia ipſe ſupinus.i. elatus & erecta ceruice (licet Caldarinus reclamet dicẽs mollẽ potius ſi
gnificari in Iuuenalem,ubi hũc locũ citat)honore Italo.i.quo functus eſt in Italia , licet ſit infimus,
quia ædilitius,& non Romæ ſed in municipio,fregerit cum eſſet ædilis,heminas.i.menſuras liqui/
dorum iniquas.i.iniuſtas nec ſatis capaces aut amplas Arreti. i. Arretij hoc eſt in municipio arreti
no quod eſt in Etruria.Plautius legit etiam Ereti,qui uicus eſt in Sabinis,credamq; in Fulgentio le
gendũ Arretinis pro Aricinis,ubi Plautius Eretinis reſtituit. Nec ſup.legat hæc, is qui uaſer.i.ſubti
lis & callidus ſcit riſiſſe.i.deriſiſſe,numeros.i.calculos ſeu denarios proiectiles numerum repręſen
tantes in abaco.i.in tabella ſuper quam arithmetici docent numerare,cuius rei periti rident rudio
res,& qui ſcit riſiſſe metas,id eſt,conos & turbines factos in puluere ſecto,id eſt,qui geometriã ſcit
C quam docet faciens radio,id eſt,uirga quadam metas in puluere ut ſi non iuſta ſit commẽſuratio
deleri poſſit.hoc eſt ego nolo ut auaritiæ ſtudioſus & arithmeticæ ac geometriæ idcirco edoctus,
ens paratus multũ gaudere , ſi nonaria. i. proſtituta quæ hora nona lupanar aperiebat cum ante
non liceret,aut atra iuuenibus ut nonæ cunctis,petulans,id eſt,laſciua & laceſſens,uellat,id eſt, uel
licet ac extrahat cynico.i.philoſopho de ſecta cynicorum barbam ſup.legat hæc,quia ego do.i. per
mitto aut aſſigno his.i.huiuſmodi hominibus,mane.i.tempore matutino , edictum. i. iuris ciuilis
adminiſtrationem,& do his poſt prandia Callirhoẽ,meretricem illam famoſiſſimam ,aut ſecundũ
quoſdam uerſiculos amatorios ab ea denominatos,aut ludos ſcenicos aut deãbulationes ad fon
tes amœnos & uoluptificos qualis erat Callirhoe in Attica.Quiduis horum dicas non magni re/
fert,dummodo intelligas impranſos auaritiæ cauſa edictis intendere,pranſos uoluptati. Non au/
tem hoc dicit poeta quaſi hoc licitum ſit,ſed quia ſcit tales philoſophorum irriſores ut prius dixi,
non æquo animo morum præcepta lecturos,cum & auaritiæ & luxuriæ indulgeant.& non ſine no
ta dicit poſt prandia , quia tales intemperantes prandia celebrare ſoliti , ubi ſaturi erant , libidini
inſeruiebant lupanaria uiſitantes.

IOANNES BRITANNICVS.

Hæc fierent ſi teſticuli uena ulla paterni.] Indignatur poeta quòd ſemper de Baccho tantum & Cybe
D le ſcribant,& dura nimis & plena carmina,oſtendens id prouenire ex nimia poetarũ incuria,qui ſi
diligẽtius ſtylo ſuo uterentur elimatius ſcriberent.Eſt igitur ſenſus.Si nos haberemus aliquid ma
iorum noſtrorum,hæc à nobis non fierent. *Summa delumbe ſaliua hoc natat in labris.*] id eſt, hoc tan
tum poetis temporũ noſtrorum in promptu eſt,ut de Baccho & Cybele ſcribant,quorum ſacrifi/
cia cõmunia fuiſſe apud Phryges auctore Strabone prodũtur.Nã ita Home.in Palamede chorum
loquentem facit.Cum patre Libero laſciuiens,qui per idem lætatur cara cum matre tympanorum
ſonitu & congregantes in unum Silenum & Marſiam Olympum & tibiarum quęrẽtes repertores,
celebranteſq; rurſus bacchia & phrygia ſimul conſeruut. *Delumbe.*] Veluti ſolutũ & enerue , tan
ta repletione fertur carmen,qualia ſunt quæ præceſſerũt.ſcribit Tacitus Ciceronem à Caluo male
audiuiſſe tanq; ſolutum & eneruẽ.à Bruto aũt ut ipſius uerbis utar tanquam fractum & elumbem.
In labris & in udo.] Exaggeratio eſt rei.nam idem eſt in ſaliua, in labris,in udo. *Mænas.*] .i.Car
men de Baccho ut illa.Torua mimalloneis implerunt cornua bombis. *Atys.*] Propter id, Bere/
cynthius Atys. *Nec pluteum cædit.*] Incuriam notat poetarũ.Sic Horat.de Lucilio,& in uerſus faci
endo Sępe caput ſcaberet,uiuos & roderet ungues,Sępe ſtylũ uertẽs,iterũ quę digna legi ſunt Scri
pturus. nam in uerſibus faciẽdis,cum res & uerba non ſuppetant,præ indignatione plerunq; poe
tæ & pluteum percutiunt,& ungues rodunt cogitando quæ dicant. *Pluteum.*] Plutei crates erant
corio

corio crudo intextæ,quæ ſolebant,ut ſcribit Feſtus,opponi militibus opus facientibus, & appel- A
labantur militares.Nunc etiam tabulæ quibus quid præſcipitur eodem nomine ſignificantur.
Sed quid opus teneras.] Monentem introducit ſibi cauendum eſſe ne ſupplicio afficiatur dum tam
aperte nobilitatem inſectatur,quaſi diceret ſuperuacaneum eſſe. *Teneras.*] Neronis potiſsimũ
& cæterorum nobilium ut ſupra.Non ſi qua elegidia crudi Dictarunt proceres. *Radere.*] Repre
hendere,mordere,tangere.Tractum à medicis qui cultro uulnera radere & reſecare ſolent. ut alibi
Perſius.Pallentes radere mores Doctus. *Vide ſis ne maiorum.*] Aemulatio eſt. Horatius . O puer
ut ſis Vitalis metuo, & maiorum nequis amicus Frigore te feriat. *Vide ſis.*] id eſt, uide ſi uis,hoc
eſt caue tibi,quia imperatiua uerba uelut contumelioſa ſunt.addebant ueteres ſis,quod ſignificat
ſi uis. *Frigeſcant.*] Tibi frigida fiant horrore mortis.ut illud Horatij, ne quis amicus Frigore te fe
riat,id eſt , horrore mortis,ut Porphyrio interpretatur.Virgilius in xij.De morte Turni.Aſt illi ſol
uuntur frigore membra , id eſt , morte. *Sonat hic de nare canina litera.*] id eſt , in domo Neronis,
aut diuitum . Litera canina dicitur r,quam canes reſtrictis dẽtibus iterant.Lucilius. Irritata canis
quod r r quamplurima dicit.Nam irritari dicuntur propric canes. *Per me equidem ſint omnia proti
nus alba.*] Permiſsio eſt,non ex uoluntate,ſed ex ſtomacho proficiſcens, id eſt , quantum in me eſt,
conceſſero omnia eſſe optima. *Alba.*] Candida,polita , ſine macula. *Nil moror.*] Magno cũ ar
dore hæc à poeta dicuntur,& præcipitanter legenda ſunt,ut indignatio oſtendatur. *Nil moror.*] B
Quaſi præ timore abiturus ſit.ſequitur enim diſcedo. *Euge.*] Exultantis eſt,& aſſentientis . nam
& ſe omnia probaturum dicit.ironia eſt. *Omnes res critis miræ per me.*] id eſt,ego laudabo poſthac
omnia ſcripta quaſi mira & egregia,nec ullo loco carpenda. *Hoc iuuat.*] Eos irridet qui in aſſenta
tionibus delectantur,& de ſcriptis ſuis quod diſpliceat nolint audire. *Hoc iuuat.*] Quaſi monitor
dicat.Ita placet Perſi ut omnia laudes. *Hic,inquis,ueto quiſquam faxit oletum.*] Allegoria eſt,id eſt,no
lo quiſquam carmina mea reprehendat. *Veto.*] Hoc uerbo ueto innuit Neronem reprehendi,
cuius eſt & uetare & imperare. *Hic.*] .i.In carmine meo. *Faxit.*] faciat.Oletum ſtercus eſt hu-
manum.Veranius:ſacerdotula in ſacrario Martiali fecit oletum. *Pinge duos angues.*] Veluti offen
ſus poeta,hoc dicto in indignationem prorumpit.Senſus eſt.Si non uis tua carmina reprehendi,
ea aliquo ſigno ut à me cognoſcantur tibi notanda ſunt. *Pinge duos angues.*] Nullum locum au-
ctore Seruio,antiqui putauerunt eſſe ſine genio,qui per anguem ſæpe oſtendebatur,ut pueri terri
ti pictura ſerpentis locum ut ſacrum uenerarentur,nec in eo meierent.unde Virg.libro v. loquens
de ſerpente qui è tumulo Anchiſæ exierat oſtẽdere id uidetur.Incertus geniumne loci famulumne
parentis Eſſe putet. *Sacer locus.*] Ironia eſt,quaſi diceret carmina noſtrorum poetarum tangen
da non ſunt. *Diſcedo.*] Bene iratus ſe diſceſſurum minatur.ſic ſupra,Nil moror. *Secuit Lucilius ur-
bem.*] Indignatur eam ſibi libertatẽ ſcribendi eripi,quæ olim Lucilio & Horatio conceſſa fuit.nam C
ante occupatam rempublicam ab imperatoribus Lucilius mira carminis acerbitate multos nomi
natim inſectatus eſt.unde Horat . de Lucilio . Aut læſo doluere Metello Famoſiſq; Lupo cooperto
uerſibus:at qui Primores populi arripuit populumq; tributim.Lucilius poeta ſatyricus natus eſt
uno anno antequam Carthago in ditionem Romanorum per Scipionem redacta eſt.anno autem
ætatis xlvi.Neapoli mortuus eſt,& publico funere elatus eſt,quo anno Furius Bibaculus poeta na
tus eſt Cremonæ , & Cymbri ſuperati ſunt à Mario.Secuit urbem.uelut gladio dilacerauit.Iuuen.
Enſe uelut ſtricto quotiens Lucilius ardens Infremuit,rubet auditor cui frigida mens eſt Crimini-
bus.Hora.Qui ſale multo urbem defricuit. *Te Lupe te Muti.*] Lupus & Mutius Albutius infames
fuere tẽpore Lucilij.De Mutio ita Luci.Græcum te Albuti quàm Romanum atq; Sabinum,Muni-
cipem ponti tutamen Centurionũ.Et demum,Chære Tite Muti. *Genuinum fregit.*] Sumptũ à cani
bus,qui irritati hunc & illum dentibus inceſſunt.Genuinum.genuini dentes ſunt homini nouiſsi-
mi qui circiter uigeſimum annum gignuntur,multis & octogeſimo.auctor eſt Plin.dicti quòd à ge
nis,ut ſcribit Feſtus,pendeant. *Omne uafer uitium.*] Mirum Horatij ingenium oſtendit , qui tanta
carminis urbanitate uitia hominum inſectatur ut eos etiam in riſum moueat. *Vafer.*] Afri perfi
di ſemper ſunt habiti.unde uafros homines dicimus callidos & aſtutos quaſi ualde afros. *Ludit*]
Verſatur urget. *Præcordia.*] Vno nomine ut ſcribit Plinius exta in homine dicimus. *Populũ ſu-* D
ſpendere.] Subſannare.i.per faſtidium quoddam deridere.Horatius.Naſo ſuſpendis adunco.Na-
ribus enim auctore Fabio deriſus,contemptus,faſtidium ſignificari ſolent. *Excuſſo.*] Extorto et
moto ut fieri ſolet in deriſu.Horat.autem dixit Naſo adunco. *Men mutire nefas.*] Ergo inquit Lu
cilio & Horatio tanta libertas conceſſa fuit,& mihi loqui non liceat cum interrogatione legendum
eſt.Mutire eloqui.Ennius.Palam mutire homini plebeio piaculum eſt.Teren.in Andria.Nihil iam
mutire audeo. *Nec cum ſcrobe.*] Alludit ad fabulam Midæ quæ talis eſt. Cum inter Marſiam , ſiue
ut alij uolunt,Pana & Apollinem,orta eſſet contentio de laude cantilenæ , uictoriaq; iudice Tmo-
lo ſtaret Apollini,omneſq; Tmoli iudicium probarent , ſolus Midas Pani fauit.Quare Apollo ira
tus ei,ut aures aſininæ eſſent effecit.quam deformitatem cum uelamentis tegeret , ſolus tonſor ui-
dit. Verum cum id ureretur loqui , nec tamen reticere poſſet , effoſſæ telluri illud inſuſurrauit.
Natæ inde harundines ſunt , quæ uentorum flatu agitatæ ſecretam turpitudinem Midæ indica-
uerunt . Hunc autem Gordij filium fuiſſe regem Phrygum ditiſſimum tradunt Herodotus libro
primo , & Trogus undecimo , cuius pater Gordius ab agricultura ad imperium eſt euectus:
ab cuius nomine inter Phrygiam minorem & maiorem erat Gordiæ urbs , in qua ſeruabatur
plauſtrum quod olim Gordij fuerat . Midas autem ſanguine , ut ſcribit Euſebius , tauri epoto
extin-

A extinctus eſt. *Nuſquam.*] Diſtinguendum eſt, & cum interrogatione & indignatione legendum.
Hic tamen infodiam.] In hoc meo libello inſeram ut ille ſcrobi immurmurauit. perſtat in metapho-
ra. *Vidi uidi ipſe libelle, auriculas aſini quis non babet.*] Hęc ſunt quæ uelut ſecreta libello ſuo dicit ſe cō-
miſſurum. hoc ſignificat neminem eſſe, qui ut laudis & aſſentationis cupidus non irrideatur, illud
reſpexit. Nec manus auriculas imitata eſt mobilis albas. *Auriculas aſini quis non babet.*] id eſt, quis
non irrideatur. receptum tamen eſt à Perſio ſcriptum fuiſſe auriculas aſini Midas haber, ſed quia
in Neronem dictum uideri potuiſſet, à Cornuto mutatum fuiſſe. nam is ut ſcribit Tranquillus tan-
ta laudis cupiditate agitabatur, ut orationis carminisq́; Latini coronā de qua honeſtiſſimus quiſ-
que contenderat ipſorum conſenſu conceſſam ſibi receperit. *Vidi uidi.*] Geminatio facta eſt mi-
ra excandeſcentia & riſu ſatyrico legendum. *Hoc ego opertum. Hoc ridere meum tam nil nulla ti-
bi uendo Iliade.*] Hoc pendet ex ſtomacho eorum carminum. Ne mihi Polydamas aut Troiades La-
beonem Prętulerint. quaſi diceret hic libellus meus quem nullius precij eſſe dicis, Iliadi Labeonis
non eſt poſtponendus. hoc totum in inuidiam Neronis dicit, qui & Troica ſcripſerit, id eſt, capti-
uitatem Ilij, quam ardente V:be ut diximus cantauit, ut ſcribit Tranquillus, & tantopere ut di-
ctum eſt Labeonem fouerit, quia de rebus Ilienſibus ſcripſiſſet. *Hoc opertum.*] Hoc occultum &
ſecretum meum propter id. Hic tamen infodiam. *Hoc ridere meum.*] Hinc monſtratur totam fere
B ſatyrā riſu legendā eſſe. Hoc pendet ex illo. Sed ſum pemlanti ſplene cachinno. *Tam nil.*] Quod
Nero patuifacit & Romani. hoc illud ſpectat, Quis leget hęc, min tu iſtud ais: nemo Hercule. *Nul-
la Iliade.*] Aut Labeonis, aut Neronis qui Troica, ut dictum eſt, ſcripſit. Iuuenalis. Nunquam can-
tauit Oreſtes, Troica non ſcripſit. *Audaci quicunque afflate Cratino.*] Hoc loco monet uulgi iudi-
cium non eſſe magni faciendum, ſed doctorum tantum uirorum, iuxta illud Horatij. Neq; te ut mi-
retur turba labores Contentus paucis lectoribus. Ait igitur ſe eos uelle lectores eſſe ſui operis, qui
diligēter euoluerint & legerint comœdias Cratini, Eupolidis, atq; Ariſtophanis, qui tres comœdię
priſcæ præcipui ſcriptores ciuium uitia fœcundiſſima libertate notauerunt. Vnde Horatius. Eupo-
lis atq; Cratinus Ariſtophanesq́; poetæ: Atq; alij quorū comœdia priſca uirorum eſt. Si quis erat
dignus deſcribi quod malus aut fur, Quod mœchus foret, aut ſiccarius, aut alioquin Famoſus,
multa cum libertate notabant. Talium igitur iudicio ut doctiſſimorum ſtandum eſſe docet. *Af-
flate.*] Imbute, quadam aura ſcriptorum Cratini reſperſe. Sumptum eſt ab incendio alicuius rei.
Audaci.] Vnicuiq; epitheton ſuum dedit. *Iratum.*] In uitia. *Eupolidem.*] Hic ducta uxore pri-
mitiali nocte mortuus inuentus eſt una cum puella. unde Ouidius. Sit ubi coniugij nox prima no-
uiſſima uitæ. Eupolis hoc perijt, & noua nupta modo. *Prægrandi cum ſene.*] Ariſtophanem ſigni-
ficat, cuius ingenioſæ & attici ſalis plenæ extant comœdiæ. *Prægrandi.*] An ad ingenij excellenti-
C am, an ad ætatē retulit. Nam utroq; natu maior fuit. Olympiade octogeſima octaua claruit, iiſdem
fere tēporibus, quibus Pericles mortuus eſt. *Aſpice, & bæc.*] id eſt, Satyras meas. *Si forte ali-
quid decoctius audis, Vnde uaporata lector mihi ferueat aure.*] Senſus eſt, uide num in meo libello ali-
quid inuenias boni ex quo lector mihi concilietur & feruentior fiat ad mea ſcripta legenda. Mo-
deſtiſſime poeta declarat opus ſuum uile. *Decoctius.*] Perfectius, ſuauius. translatio eſt ſumpta à
uino quod ad dulcedinem coquitur. *Vnde.*] Ex quo, unde legendum eſt non inde. *Lector fer-
ueat mihi.*] Cum feruore & ardore ſcripta mea legat. *Vaporata aure.*] Perſtat in metaphora. bene
enim ſubdit uaporata quia decoctius preceſſit. & item illud, Afflate Cratino. Totum enim eſt ab in-
cendio ſumptum. *Vaporata.*] id eſt, uapore ſcriptorum meorum perfuſa. *Non hic qui in crepidas
Graiorum ludere geſtit.*] Arcendos omnino affirmat rudes homines & uulgares, utpote contempto-
res uirtutis & petulantes, à ſui operis lectione. Not. hic. ſubaudi ſit lector. nam hic pronomen eſt.
Geſtit.] Delectatur. geſtire proprie eſt animi ſenſum geſtu corporis indicare. Terentius. Quid ge-
ſtiam, aut quid lætus ſiem: & Virgilius. Et ſtudio incaſſum uideas geſtire lauandi. *Ludere.*] Irri-
dere. *Crepidas Graiorum.*] id eſt, philoſophos. nā crepidæ calciamenta ſunt philoſophorum. *Sor-
didus.*] Vitioſus, immundus circa uirtutem. *Et luſco qui poſſit dicere luſce.*] Hominem intelligit in-
ſulſum & procacem, qui fortuita uitia homini imputat. *Luſco.*] Luſci dicuntur altero carētes o-
D culo, aut qui parum cernunt. Iuue. Ambos perdidit ille oculos, & luſcis inuidet. *Seſe aliquem cre-
dens Italo quod honore ſupinus, Fregerit heminas Areti ædilis iniquas.*] Eos irridet qui uel minima dignita-
te fungentes ita in ſuperbiam efferuntur ut alios præ ſe contemnant. Sicq; hominis amentiam o-
ſtendit. *Seſe aliquem.*] Aliqui codices habent ſeſe aliquid credens, id eſt ſeipſum magnæ auctori-
tatis putans. *Supinus.*] Superbus, elatus, & erectus. unde reſupinare oritur. Iuuenalis. Aulam re-
ſupinat amici. & Plinius loquens de pom auium ſic ſcribit. Sed ex his quibus longa ſunt colla, in-
tromittentes capite reſupinato uelut infundentes ſibi bibunt. *Aedilis.*] Aediles præerant men-
ſuris & minimi magiſtratus erant, adoleſcentesq; prima commendatione creabantur. Cicero Le-
gum ſecundo. Suntoq; ædiles curatores urbis, annonæ, ludorumq́; ſolennium, illisq́; ad ho-
noris amplioris gradum primus acceſſus eſto. *Fregerit heminas.*] Hoc erat ut diximus etiam
officium. Iuuenalis. Et de menſura ius dicere, uaſa minora Frangere. *Heminas.*] Genus men-
ſuræ ſiue ponderis, drachmas ſexaginta, ut ſcribit Plinius pendens. *Areti.*] Pro Aretij. ut Pa-
taui pro Patauij. nam oppida præter urbem ipſam ædiles habebant. Cicero ad Brutum. Nam con-
ſtituendi municipij cauſa, hoc anno ædilem filium meum fieri uolui & fratris filium, & Marcum
Ceſium. is enim magiſtratus in noſtro municipio, nec alius ullus creari ſolet. Aretium oppidum
eſt Hetruriæ fictilibus celebre, nam ex terra aretina fictilia magna laude fiebant ut ſcribit Plinius.

Mar-

Mar. Aretina nimis ne ſpernas uaſa monemus: Lautus erat Thuſcis Porſena fictilibus. *Numeros* A
abaco.] Arithmeticos dicit qui numeros & figuras in abaco, id eſt, in tabella ad id accommodata
deſignant. C. quam ob honorem Pythagoræ, Pythagoræam appellabant menſam, hyalini pul-
ueris reſperſione coloratam; ut inquit Martianus Capella, ne in multiplicatiõibus, partitionibus,
& podiſmis unquam fallerentur, excogitatam deſcriptãq;. hunc Geometricum pulerem Cicero, e-
rudito epitheto honeſtauit. Eſt & in columnarum capitulis, quæ puluinata cõformantur Abacus,
pars quædam, in qua & uolutæ ſunt cum lineis, quæ catheti nominantur. S. Erat præterea aba-
cus menſa in qua pocula potoria reponebantur. Iuuena. Vrceoli ſex ornamentum abaci. *Et ſecto*
puluere metas.] Geometras deſignat, qui uirga in terra ſigna & menſuras notant. *Multum gaudere*
paratus Si Cynico barbã petulans nonaria uellat.] Hinc hominis inſcitia oſtenditur, qui philoſophorum
opprobrijs delectatur. *Vellat barbam Cynico.*] Philoſophi plerũq; erãt ludibrio. Horatius de ſtoi
cô. Vellant tibi barbam Laſciui pueri, quos ni tu fuſte coerces Vrgeris, turba circum te ſtante, mi-
ſerq; Rumperis, & latras magnorum maxime regum. *Cynico.*] Cynicorum ſectæ princeps, aucto
rẽ Laertio, Antiſthenes Athenienſis fuit, qui cum doceret in gymnaſio quod cynoſargum appella
bant, non longe à ianuis, cynicum cognomen ſuæ ſectæ dedit. Lactantius uero à canibus cognomẽ
accepiſſe tradit his uerbis. Quid loquar de cynicis, quibus in propatulo coire cum coniugibus
mos fuit? Quid mirum ſi à canibus quorum uitam imitantur, etiam uocabulum nomenq; traxe- B
runt? Cynos enim Græce, canis Latine dicitur. alij uero cynicos dictos eſſe putãt, quòd eſſent mor
daces ut canes. nam Diogenes ut ſcribit Laertius, interrogatus quare canis diceretur, reſpondit,
quia in eos qui dant blandior, in eos qui non dant oblatro, malos autem mordeo. Cynici nobili-
tatem & diuitias abijciebant. *Barbã.*] barbati enim incedebant philoſophi, ut alibi Perſius. Barba
tum hoc crede magiſtrum Dicere. & Mar. Sic quaſi Pythagoræ loqueris ſucceſſor & hæres: Propen
det mento nec ubi barba minor. *Nonaria.*] id eſt, meretrix quæ in lupanari poſt nonam horam
proſtabat, cum ante homines in negocijs occupati eſſent. Mart. Sufficit in nonam nitidis octaua
palæſtris: Imperat extructos frangere nona toros. *His mane edictum.*] His cum contemptu legen-
dum eſt, id eſt, his ut aſpernatoribus uirtutum, hoc tamen curandum mando ut mane edicta præ-
torum audiant & quærant, poſt prandia ſcorta petant. Edictum dicitur prætoris & conſulis, quo
aliquid iubent aut prohibent fieri. *Poſt prandia Calliroen do.*] Multi Calliroen fabulam accipiunt,
quæ in theatris ſæpius recitaretur. At ego Calliroen infamem mulierem puto, quæ in temporibus
poetæ in propatulo pudicitiam haberet. unde Perſius iratus in huiuſmodi homines, ut uirtutum
prorſus contemptores ad ea reijcit quæ ſolent ſequi libenter. fons etiam eſt eiuſdem nominis au-
ctore Plinio in Attica. *Poſt prandia.*] Nam prandia hora nona ſumebantur, poſt eam horam, me
retrices, ut diximus, proſtabant. unde nonariæ nomen accepere. C

IOANNES BAPTISTA.

Hæc fierent ſi.] Quod iſtorum poetarum uerſus duri, inflati, & nimium ſonãtes nil aliud quàm
de Baccho, aut Cybele loquantur, excandeſcit & indignatur poeta, oſtendens id ex eorum incuria
prouenire. nam ſi maiori in ſcribendo diligentia uterentur, roderent ungues, & caput ſcabèrent,
cum ad ſtomachum ſententiæ facientes non ſuccedũt, accuratiora, elimatiora, & probabiliora car
mina componerent. eſt autem ſenſus. ſi aliqua uirilitatis maiorum portio, & uirtutis ſcintilla in no
bis eſſet, nequaquam talia de Baccho & Cybele mollia, & laſciua componeremus. *Teſticuli pater-*
ni.] id eſt, Paternæ uirilitatis. ſunt enim teſticuli ſeu teſtes colei ex cole pendentes, dicti ita, quòd te
ſtes uirilitatis ſint. Auctor carminis obſcœni. Magnis teſtibus iſta res agetur. Hinc fit teſticulor, q̃d
eſt auctore Pompeio iumentis maribus fœminas, uel mares fœminis admouere, quod nonnulli
etiam teſtillor dicunt. Homini teſtes tantum iniuria aut ſponte franguntur, in quo dependent ab
inguinibus per ſingulos neruos, quos κρεμαστῆρας Græci uocant, cum quorum utroq; binæ deſcen-
dunt uenæ & arteriæ. Hæc autem tunica teguntur tenui neruoſa, ſine ſanguine, alba, quæ ἐλυτροειδὴς
à Græcis dicitur. Qui teſticulos habẽt auulſos eleganti uocabulo Apocopos uocat Firmicus mat.
Deteſtatio Apu. dicitur emaſculatio, abſciſſio teſtium in vij. De Aſino aureo. non ignoro tamen de
teſtationem quandoq; pro execratione accipi, quæ aliàs etiam dicitur denunciatio facta cum teſta D
tione (ut docet Vlpianus.) Emaſculare eſt excaſtrare, & maſcula uirilitate uiduare. In quo ſignifica
tu eſt euirare, hinc emaſculatores dicti pedicones, & puerorum ſubactores, quos Græci ἀρρενοκοίτας
uocant. quomodo fiat deteſtatio docet in ſexto Palladius. *Summa delumbe.*] In hoc noſtræ tempe
ſtatis poetæ tantum operam ſuam collocant, & ingenium ſuum exercent, ut de Baccho & Cybe-
le ſcribant, quorum ſacrificia communia fuiſſe apud Phryges à Strabone didicimus. *Hoc de-*
lumbe.] Eneruatum, effœminatum, molle, laſciuum, ſolutum. Ciceronem à Bruto tanquam fra-
ctum & elumbem male audiuiſſe auctor eſt Tacitus. *Sũma ſaliua.*] id eſt, ſumma, & extrema oris
parte, & idem ſignificant in labris, & in udo. & eſt exaggeratio color rhetoricus. Vdum autem
dixit, quoniam uocis iter udum eſt, quæ per udam arteriarum fauciumq; uiam labitur. Vergilius
de Almone. Hæſit enim ſub gutture uulnus, & udæ uocis iter. *Mænas, & Atys.*] .i. Carmina de
Baccho, & de Cybele compoſita, ut eſt Torua mim. *Nec pluteum cædit.*] Poetarum incuriam cir
ca carmina, κενοδοξίαν, id eſt, inanem gloriam taxat, & reprehendit, qui tanto laudationis ſtudio te-
nebantur, ut in carminibus componendis, emendandis & corrigendis, nullam moram nullum la
borem, nullumq; ſtudium adhiberent, pluteum non cæderent, ungues dentibus non morderent,
ſed adhuc imperfectos, inelimatos, tanquam abortiuum effunderent, ut citius plauſus & laudes

A popularium conſequerentur. Quapropter non eſt mirum ſi eorum opera moriebãtur antequàm
uiuere incepiſſent. Quod non accidiſſet ſi potius Euripidem, quàm Alceſtidem imitari uoluiſſent,
quorum cum alter uidelicet Euripides quereretur, quòd biduo uix tres uerſus maximo impenſo
labore deducere potuiſſet, atq; is centum perfacile ſcripſiſſe ſe gloriaretur, uerũ hoc inquit inter-
eſt inter tuos uerſus & meos, quod tui intra triduum peribunt, mei in omne tempus ſufficient. au-
ctor Valerius. Sumptum autem eſt hoc Perſianum ex illo Orat. de Lucilio. Et in uerſus faciendo,
Sæpe caput ſcaberet, uiuos & roderet ungues: Sæpe ſtylum uertẽs iterum quæ digna legi ſunt Scri
pturus. Laurumq; momordit inquit Iuuena. Quæ ſolent facere poetæ cum res & uerba ex ſenten-
tia non ſuccurrunt, hæc autem ridicula ſunt niſi cum ſoli ſumus, auctore Quintiliano. *Pluteũ.*]
Tabulam qua utuntur qui literis dant operam. Iuue. Et iubet archetypos pluteum ſeruare Clean-
thas. Sidonius. Grammaticales pluteos aut Athenei cuneos, aut armaria extructa bibliopolarum.
Hinc pluteal is deriuatur. Cicero ad Atticum. Præterea typos tibi mando, quos in territorio atrioli
poſſim includere, & plutealia ſigilla duo. ſic enim legendum eſt, non autem putealia ſigillata ut om
nes paſſim habent codices. non me fugit quid ſint plutei militares, de quibus in quarto copioſe
Vegetius, & Feſtus Pompeius. Præterea apud Sueto. & Propertium Pluteus menſam ſignificat, a-
pud Martialem illo uerſu. Namq; puer pluteo uindice tutus erat. Spondam lecti quo dormimus,
B non diſcubitorij intelligo, ut patet per uerſus ſuperiores. Vitruuius lib. v. oſtendit & pluteũ id eſſe,
quod inter ſuperiores, & inferiores columnas eſt. *Sed quid opus.*] Aduerſarius ſciens pythagori-
cum eſſe præceptum, ſilentium homini imprudenti uicem afferre prudentiæ, quod hoc diſticho
pronunciatur. πᾶς ἀπαίδευτος φρονιμώτατος ἐστὶ σιωπῶν, τὸν λόγον ἐγκρύπτων ὡς πάθος αἴσχιστον, id eſt, Quiuis
indoctus, tum prudẽs habetur, cum tacet ſermonemq; cęlat, tanquam affectum turpiſſimum: nec
ignorans naturam nobis aures duas, & unam linguam dediſſe, ut auctore Seneca plura audire-
mus, quàm loqueremur, poetam noſtrum admonet, ut ſilentio omnia Romanorum facinora, &
oculis conniuentibus pertranſeat, ne imprudens uideatur, quoniam ſi in Romanos catinam fa-
cundiam exercere perſeuerauerit, ultimo ſupplicio afficietur. Nam πολλάκις ἐν τοῖς λόγοις λυποῦμεν, τού-
τοις ἔργοις τὴν τιμωρίαν δίδομεν, id eſt, ſæpenumero quem uerbis laceſſimus, huic ipſa re pœnas da-
mus. Auctor Iſocrates. *Quid opus.*] Quia Iſthmum fodis, æthiopem lauas, & in te odium Vati-
nianum contrahis. nulla enim caſtigatione Romani à talibus ſtudijs poſſunt remoueri, cum in iſs
diu permanſerint: nam (ut ait Cicero Philippicis) malum naſcens facile opprimitur, inueteratum
fit plerunque uetuſtius. *Radere*] reprehenſione acri, & amarulenta tangere, morſu proſequi ſaty
rico. *Teneras auriculas.*] Aures potentiorum & nobilium, quæ ad credendum teneræ, & faciles
eſſe conſueuerunt, & delatoribus ſuſurronibusq; expoſitæ (ut oſtendit Iuuenalis in tertia) quod
C neruos ſtultitiæ eſſe oſtendit Quintilianus. Cicero ad Neronem de petitione Conſulatus his uer-
bis. Illud teneo neruos, atque artus eſſe ſapientiæ non temere credere. Ideo debent probi & circum
ſpecti principes imitari Alexandrum magnum, qui ex duabus auribus alteram accuſatori præbe
bat, alteram manu obturabat, ut illa illibata reo conſeruaretur. Senecæ in prouerbijs præceptum
eſt, ne aures habeamus faciles criminantibus. In quam ſententiam eſt illud dictum à propheta Pſal
mographo. Sepi aures tuas ſpinis. hoc eſt (ut interpretatur Hieronymus) noli habere aures pru-
rientes ad audiendum alienas calumnias. *Mordaci uero.*] Elegans, & accommodatum ueri epi-
theton. Veritas enim hominem ſceleroſum mordet, & lancinat. Iuxta illud notiſſimum. Obſequi-
um amicos, Veritas odium parit. Hieronymus. Amara eſt ueritas rugoſæ frontis ac triſtis, of-
fenditq; correctos, & qui eam prædicant, replentur amaritudine. Idem. Ita natura ſe habet, ut
amara ſit ueritas. Vnde & Apoſtolus loquitur, Inimicus uobis factus ſum ueritatem dicens uo-
bis. Veritatem mordacem ex Perſij æmulatione dixit idem Hieronymus. *Videſis.*] Xerſem il-
lum magnum Perſarum regem dixiſſe ferunt animum in hominum auribus habitare: nam prout
bene quis, uel male audit, ita lætatur, uel excandeſcit. ex quo ſaluberrime admonet Perſium ad-
uerſarius, ut uideat ne ſi ad Principum aures & nobilium Romanorum, Perſium in eos ſatyram
ſcribere peruenerit, illi ſuccenſeãt, ipſe uero ſupplicio atrociſſimæ mortis afficiatur. *Sis.*] id
D eſt, Si uis. Antiqua locutio, & comicorum maxime peculiaris, ut Sodes, id eſt, ſi audes (ut in o-
ratore interpretatur Tullius.) Sultis, id eſt, ſi uultis, & id genus ſexcenta. Ennius. Pandite ſultis
genas, & corde relinquite ſomnum. Vbi in ſcanſione s abijcitur pro ſibilo, quod & apud Neote-
ricos obſeruaſſe Iuuenalẽ, nonnulli uolunt, cum ait. Diſpoſitis prędiues armis. Sic enim lego non
autem hamis. In hoc frequens eſt Lucretius, Lucilius, Vergilius, Catullus, cæteri. Apud Epigram-
matarium poetam eſt Lucilij carmen tale. Lucil. Colu. eſt hic ſitus Metrophanes. in quo eſt uer-
bum eſſe ſuperuacuum, & s abijciendum in quadam Epiſtola hominem doctiſſimum ciuem, & o-
lim præceptorem noſtrum (abſit inuidia uerbo) docuimus, quod mirandum non eſt: nam (ut in
Græco eſt adagio) πολλοὶ μαθηταὶ κρείττονες διδασκάλων, id eſt, multi diſcipuli meliores præceptoribus.
Limina maiorum.] id eſt, ædes maiorum, potentiorum, nobilium, pars pro toto, ſicut apud Vergi-
lium. Perge modo, atq; hinc te reginæ ad limina perfer, id eſt, domos, in quo ſignificatu eſt apud
iuriſconſultos titulo de Officio præſidis, (& ſi omnes Codices lumine habeant) quod Accurſius,
cæteriq; legum olim puriſſimarum, & elegantiſſimarum inquinatores, candelam, uel porcu-
lum non obſeruata iuriſconſulti eruditione, barbaros, qui ſecus, & bene ſentiant, exiſtimantes in-
terpretantur, quos omnes unam Iupiter ab hac ſuperſtitione in bonam religionem reuocaret.
nam ſic cum literis, & legibus, quæ iam ex lingua Latina in Gothicam ab iſtis, qui cum Latine ne-
ſciant

ſciant Oſce & Volſce loquuntur, translatæ ſunt, melius ageretur. Opus eſſet profecto Hercule ad A
monſtra domanda, quæ in codicibus iuriſconſultorum ob incuriam ſqualentibus reperiuntur.
Quid ſi apud iuriſconſultos lumine poſitum pro camino eſſe intelligamus, ſed ad poetam iam re-
deo. *Vel Limina.*] id eſt amicitias, familiaritates: nam à poetis pro amicitia limen poni docet Ser-
uius illic apud Vergilium de Turno. Se limine pelli. Iuuenalis. Limine ſubmoueor. eſt autem pro-
prie limen in oſtio, quod egredientibus ingredientibusq; eſt tranſuerſum. nam limus tranſuer-
ſum ſignificat (ut docet Donatus) unde limos oculos pro obliquis dixit Plinius, quod limo breui-
us, & obſcurius dixit Solinus. apud Plautum & Apuleium oculos limos in hac ſignificatione de a-
maſiis, & uenerijs dictos reperies. *Frigeſcant.*] id eſt, Frigida fiant horrore, & frigore, quod mor-
tem ſequitur: nam abijt anima, quam ignem Zeno Citieus arbitratus eſt. quare frigidos mortuos
uidemus, & ζωὴ Græce inde dicta eſt uita, quoniam ζέω id quod ferueo ſignificat. & Vergilius dixit
Igneus eſt ollis uigor. Ouidius uero de mortuo. Frigus letale ſecutum eſt. Hinc frigidus mortuus,
Vergilius. Voluitur ille uomens calidum de pectore flumẽ Frigidus. Oratius. O puer ut ſis uitalis
metuo, & maiorum ne quis amicus, Frigore te feriat, id eſt, mortis horrore (ut exponit Por.) uel
frigeſcant, id eſt claudantur, ut à te frequentari non poſſint. Frigere enim teſte Ser. eſt ceſſare, non
exercere, nec frequentari. Terentius. Nimirum hic homines frigent, id eſt, non ſunt frequentes. Le-
gimus enim huiuſmodi homines qui adulari nec ſciunt nec uolunt à principibus limine ſummo- B
ueri conſueuiſſe, ſicut olim Solonem Crœſus expulit præcipitem, quia blandiri neſciebat. Et Dio-
ny. Philoxeno acriter ſuccenſuit minime aſſentanti. Contrarium poſuit Catullus in Att. mihi limi-
na tepida, id eſt, cœtu amicorum, & amatorum frequentata, & ob hoc calentia. Auguſtus ad Tybe-
rium. Nos mi Tyberi quinquatrijs ſatis iucunde egimus, luſimus enim per omnes dies forumque
aleatorum calefecimus. *Sonat hic de.*] Erubeſcimus cum ſine lege loquimur inquiunt iuriſcon-
ſulti, id eſt, ſine ratione. unde aduerſarius ne ipſum ἀμήχανον καὶ ἀκριτόμυθον, id eſt, loquentem ſine iu-
dicio, & ratione quiſquam iudicaret, reddit rationem, qua cognoſcit Perſio periculum mortis à
principibus imminere, quoniam ſcilicet tanta mordacitate, tanto impetu amarulento, tanta ira-
cundiæ acerbitate in ſatyra ſua uitia perſequitur, & Romanorum mores lacerat, quantum canis ir-
ritata oſtendere ringendo conſueuit. Hic. in ſatyra, & in libro tuo, uel hic in domo principum (ut
quidam ſentiunt) malo tamen legere his, id eſt, iſtis tuis carminibus. *Litera de nare canina.*] id eſt,
R. quam diſtrictis dentibus canis latrans, & irritata imitatur, ut ſcribit Donatus. Lucilius. Irrita-
ta canis quod r r quamplurima dicat. Quod dicitur Ringo, hinc Ringi eſt ſtomachari. Ringitur
iraſcitur ait Marcellus. Terentius in Phormione. Cum tibi fit quod placeat ille ringitur, tu rides,
Auctor obſcœni carminis. Tota nocte mihi litat ringendo. Sidonius. Semper ringitur ocioſa
uirtus. *Sonat.*] Mordendo enim hunc & illum linguam exercet, quod qui faciunt canes poſ- C
ſunt appellari. Boetius. Ferox autem inquietus linguam litigijs exercet, cani comparabilis. Ver-
ba canina, Ouidio, & facundia canina Hieronymo dicitur maledica, mordax, & conuicioſa, à ra-
bie canum, cuius morſu ſaxa feriuntur, ut ſcribit Plinius, unde Mordere lapidem prouerbium de-
ductum eſt. *Per me equidem.*] Cum Perſius uideat ſe κακ' ἐφ' αὐτὸν ἕλκων ὡς καικίας νέφος, id eſt, mala
ad ſe attrahere, ut cæcias nubes. mortis ſcilicet periculum ſi ſatyram ſcribat, ſeq; operam penitus
cum ipſo (ut dicitur) puluiſculo perdere, cum Romani, medici manum renuant, propulſent, abi-
gant, & caſtigationem nullo modo patiantur, ſtomachabundus non ex mente, ſed ex ira, & animi
ardore omnia inquit Romanorum facinora per me ſint alba, honeſta, candida, ſine neuo & macu-
la, quaſi diceret quantum ad me pertinet in nullum inuehar, neminem amplius caſtigabo, quod
totum ironicos dictum eſt. *Alba.*] Candida, ſerena, bona, ſicut econtrario illud dicitur. Nigro
cum lacte uenenum. Albus enim bonum & liberalem, niger uero ſiue ater malum & ſordidum ſig-
nificat, ut interpretatur Porphyrio apud Oratium. Hinc factum eſt prouerbium, albus an ater ſis,
quo Catullus, Oratius, Quintilianus, Apuleius, cæteri utuntur. apud Hieronymum ſcriptum legi-
mus in libro contra Heluidium. Quare balbutis & erubeſcis, albus (ut aiunt) ater ne ſis neſcio.
Nil moror.] Nihil curo, nihil æſtimo, teruncij facio, bonos ne an malos mores ſequantur Romani,
quod maxima indignatione & ardore æſtuanti à Perſio dictum eſt, cum propter timorem dixiſ- D
ſe uideatur. Sunt autem pronuncianda hæc omnia præcipitanter uultu artificioſo, ne indignatio
poetæ deliteſcens appareat. *Euge.*] Tanquam à Romanorum caſtigatione ſe abſtinere propo-
ſuerit. exultat, ſibi congratulatur, & applaudit, quod ſi ſatyricum characterem non excolet mors
ſibi & capitis diſcrimen non imminebit, ſed omnia ad uota ſuccedent, ironicos. *Miræ.*]
Egregiæ, quia uos laudabo, & celebres reddam. *Hoc iuuat.*] Verba Perſij in hunc ſenſum.
Si uera ducor coniectura, & recte mentem tuam perſpicio neminem reprehendi, ſtimulis acule-
iſq; ſatyræ mordentis caſtigari tibi ſumma eſt uoluptas. ſicq; irridet, qui errores ſuos ægro & mo-
leſto animo notari patiuntur. *Hic inquis.*] Tu qui carmina componis, & uulgi plauſum captas,
uis neminem hic uentrem exonerare, & excrementa relinquere, id eſt, carmen tuum à nemine ſa-
tyricorum poetarum caſtigari, nihilq; obſcœnum, & reprehenſibile in diuites notari. *Inquis.*]
Tu poeta iactanticulus, qui aura populari, & eius laudibus detineris. *Hic.*] In libello meo.
Faxit.] Faciat more antiquo. Ennius. Nemo me lachrymis decoret, nec funera fletu Faxit, cur ui-
uus uolito docta per ora uirum, in quo carmine uiuus dictio eſt adulterina, uel aduentitia. *O-
letum.*] Hominis ſtercus Oletum ſignificat, ut ſcribit Feſtus. Veranius: Sacerdotula in ſacrario
Martiali fecit oletum, ab oleo, quod uerbum eſt diaſyrticon, & quemadmodum ad liberalem pro

A bum,& gratum odorem transferri poſſunt, ad tetrum ſimiliter, & dyſodiã traducitur. hinc olor,
& olentucetum,quæ fere ſemper in deterius accipiuntur,& oletum. Alexander Aphrodiſeus quæ
rit in problematis. Cur ſtercus hominis odoris maxime fœtidi ſit,cum quorundam animalium,et
maxime caprarum aromaticam ſuaueolentiam fragret. quoniam inquit homines multiformi,&
humecto cibo affatim ueſcuntur, minusq́ exercentur. Ideoq́ non bene cõcoctum tetri odoris cũ
primis eſt. quantis curationibus proficiat fimus hominis ἐν ἁπλοῖς,id eſt,in ſimplicibus docet Gal
lenus. Hic autem per oletum allegoricos ſatyrici uerſus graueolentiam,& mordacitatem intellige.
Pinge duos angues.] Qui ſunt dij topici,id eſt locales. ſi non uis carmen tuum à me caſtigari, illud
aliquo ſigno notare ubi conuenit,quo moneat ab illo eſſe abſtinendum. & eſt dicendum cum in
dignatione,tanquam ira concepta & deliteſcens propter illius uerba pectore ſe amplius contine
re nequiuerit. hoc autem carmen allegat Seruius in v. Aeneidos ſcribens nullum locum carere ge
nio,qui per anguem plerunq́ oſtenditur,ut demonſtrare uidetur Vergilius in v. ſic loquens de ſer
pente,qui è tumulo Anchiſæ exierat. Incertus genium ne loci famulum ne parenus Eſſe putet. hoc
autem faciebant,ut pueri territi nihil turpe & fœdum illic perpetrarent,ſed locum ueluti ſacrũ ue
nerarẽtur. De anguibus multa Pliu. Græce dicitur ὄφις à quo ophiuchus.i.(ut uertit Columella) an
guifer ab ὄφις,& ἔχω teneo,ut Lichnuchi lucernas ferentes,quaſi luciferi dicũtur, & ſceptruchos
B reges quaſi ſceptriferos Home. appellat. Errant qui ophiulcum dicunt,& ab ὄφις,& ἕλκω traho com
poſitum eſſe arbitrantur. cur anguis ſit in tutela Aeſculapij medicinæ dei cauſas afferũt Plinius, Hi
ginus, & Macrobius, apud quem ſcriptum eſt draconem ideo ſubiũgi Aeſculapij ſimulacris,quia
ſit acie acutiſſima,& peruigili,unde ἀπὸ τοῦ δέρκειν,id eſt,uidere nuncupatur. medicũ aũt talẽ eſſe de
bere perſcribit,qui acie mentis uel commoda,uel incommoda in corpore mortalium prænoſcat.
oportet enim medicum dicere de ægroto,præterita,præſentia,& futura,ut prognoſticis ait uerifſi
me Hippo. *Sacer eſt pueri.*] O pueri nolite lotij madore hunc locum perfundere,quoniam ſacer,
& dijs dicatus exiſtimatur,id eſt,nemo ſatyram ſcribens poetarum noſtrorum uerſus repreben
dere audeat,quoniam ſacri ſunt. eſt ironia. *Sacer.*] Venerabilis,dijs deſtinatus. Calphur. Ite pro
cul ſacer eſt locus,ite prophani. Nam ſacrum quicquid deſtinatum, & conſecratum eſt dijs uoca
tur. Auctores Vlpianus,& Macrobius. quanquam ſacrum aliquando execrabile, funeſtumq́ dica
tur iuxta illud Maro. Auri ſacra fames. Plau. in Bac. Ego ſum malus,ego ſum ſacer, Quod tractum
eſſe ex more Gallorum annotauerunt eruditi. Nam Maſilienſes quotiens peſtilentia laborabãt,u
nus ſe ex pauperibus offerebat alendum anno integro pudicis,& purioribus cibis. hic poſtea or
natus uerbenis,& ueſtibus ſacris circunducebatur per totam ciuitatem cum execrationibus ut in
ipſum reciderent mala ipſius ciuitatis,& ſic proijciebatur. Religioſum diem, & ſacrum ueluti con
C traria oppoſuit Fortunatianus in iij. Rhet. Quid autem ſit dies religioſus præter quæ in integris co
dicibus feſti leguntur docet A. Gellius libro quarto. Lex duodecim tabularum eſt,patronus ſi cli
enti fraudem fecerit ſacer eſto,id eſt execrabilis,in quo ſignificatu ſacram famem auri Plinius ap
pellat. *Meite.*] Mingite,urinam facite, dicimus meiere & mingere. Iuuenalis: cuius ad effigiem
non tantum meiere fas eſt. Oratius. Veniat mictum atq́ cacatum. *Diſcedo.*] Iratus Perſius ſe di
ſceſſurum dicit,& eſt cum interuallo quodam pronunciandum, quo melius Perſij aſſeueratio de
diſceſſione percipiatur. *Secuit Lucillius.*] Libertatem quam lepidam uocat leno Plautinus,quæ
(ut ſcribunt iuriſconſulti)res eſt inæſtimabilis,quam popularem eſſe dixit Ariſtoteles, ſibi eripi &
denegari non ſine indignatione conqueritur Perſius,præcipue cum Lucilio Oratioq́ nulla diui
tiarum,nobilitatisq́ habita ratione,quemuis notare & ſatyra mordaci lacerare licuerit. quo bene
ficio Eupolim, Craunum, Ariſtophanem ueteresq́ poetas fuiſſe decoratos ex uerſibus Oratij faci
le percipitur,qui ſunt. Eupolis,atque Cratinus Ariſtophanesq́ poetæ, Atque alij,quorum comœ
dia priſca uirorum eſt, Si quis erat dignus deſcribi quòd malus,aut fur, Quòd mœchus foret, aut
ſiccarius, aut alioqui Famoſus,multa cum libertate notabant. Demum ne liceret carmen fieri ad
alterius iniuriam leges ſanxerunt,ut ſcribit Cicero libro quarto Tuſculan. & in libro de republica
teſtatur, quod diuus Auguſtinus repetit libro ſecundo de Ciuitate dei. De hac lege intellexit Ora
D tius ſic ſcribens in ſecundo Sermonum. Si mala condiderit in quem quis carmina ius eſt Iudici
umq́. *Secuit.*] Veluti gladio dilaniauit tam acerbe & mordaciter in illos inuectus eſt. Iuue. En
ſe ueiut ſtricto quoties Lucillius ardens Infremuit. Oratius. Qui ſale multo Vrbem defricuit. *Vr
bem.*] Romam intelligo ex Quintiliani auctor. in ſexto, qui tradit Vrbis appellatione etiam ſi no
men non adijceretur,Romam tamen accipi receptum eſſe, & eſt continens pro contento. per Ro
mam enim in ea habitantes intelligit. quo uerbo amaritudo,impetus,& acrimonia Lucil. magis ex
primitur,qui non contentus paucos ſatyrico morſu tangere totã urbem lacerauerit. *Lucillius.*]
De hoc ita Quintilianus: Satyra equidem tota noſtra eſt: in qua inſignem laudem adeptus eſt Lucil
lius,qui ita quoſdam deditos adhuc habet amatores,ut eum non eiuſdẽ modo operis auctoribus,
ſed omnibus poetis præferre non dubitent. ego quantum ab illis, tantum ab Orat. diſſentio, qui
Lucilium fluere lutulente,& eſſe illic aliquid. quod tollere poſſis putat. nam in eo eruditio mira & li
bertas, atq́ inde acerbitas & abunde ſalis. hæc ille. de hoc Orat. Aut læſo doluere Metello Famo
ſisq́ Lupo cooperto uerſibus,atqui Primores populi arripuit,populumq́ tributim. Hic ex Arũca
ciuitate non procul à põtinis paludibus genus ſuum duxit,qui natus uno anno antequam Cartha
go in ditionem Romanorum per Scipionem redacta eſſet,anno ætatis xlvi. diem ſuum obijt,& pu
blico funere elatus eſt. *Te Lu.,te Mu.*] Lupum & Mutium Sceuolam mira libertate & acerbitate in

ſectatus

ſectatus. Nihil enim timebat ab imperatoribus cum nulli illa tempeſtate eſſent. Lucilij in Mutiũ hi A
ſunt uerſus. Græcum te Albuti quàm Romanum, atq; Sabinum Municipem ponn tutamen centu
rionum. & demum. Chære Tite Muti; quos duos Lucilij uerſus in Albutiũ refert M.T. in iij. de O-
ratore. hic eſt ille Albutius, cuius ſatyras eſſe ſcribit Var. Luciliano ſtylo. Lupus hic proprium, ali-
às præter notam ſignificationem eſt piſcis qui Græce dicitur λάβραξ, aliás dicitur ſerra (ut interpre-
tatur Palladius in primo.) Lupas eſſe meretrices quis negat? Carmen poetæ uetuſti eſt in hæc uer-
ba. Ad meam lupam ultro citroq; multi commeant lupi, ubi lupos intelligo ſcortatores. hoc enim
& lupus ſignificat, quod innuit Fulgentius Placiades his in ij. Myth. Scilla enim in modum meretri
cis ponitur, quia omnis libidinoſa canibus lupis inguina ſua neceſſe eſt miſceat. *Fregit genuinũ*]
Tam acerbe, & mordaciter ſtylum ſatyricum in illos exercuit. ex hoc dixit Hiero. poſſum genuinũ
dentem læſus infigere. Idem: in pleriſq; prouincijs familiare eſt ut genuino dente ſe lacerent. Genui
ni autem dentes ſunt dicti, quòd à genis dependeant (ut ſcribit Feſt. Pomp.) qui in homine nouiſſi
mo gignuntur, circa xx. annum, multis & octogeſimo, ſed quibus in iuuenta non fuere nati. auct.
Plin. in xi. De quibus ſatyrus. Et genuinum agitent non admittentia morſum. hos quidam crante
ras, Ariſtoteles uero & Cleanthes ſophroniſteras appellant. his proximi ſunt molares dentes ap-
pellati, quorum unum ſe uidiſſe tam ingentem ſcribit Augu. ut ſi in noſtrorum dentium modulos
minutatim concideretur, centum ſibi facere potuiſſe uideretur. Sunt & in homine canini dentes, B
quos Græci appellant κυνόδοντας. ſunt brochi ſiue brunci, qui ſunt prominuli, quos alchos appellat
Plau. Plin. in xi. Senectus in equis & cæteris ueterinis intelligitur dentium brochitate ſiue brunci-
tate. hoc dixi ut intelligas dictiones, quib. Lucilius, M. Var. cæteriq; utuntur. *Omne uafer uitium.*]
Rubet auditor, cui frigida mens eſt Criminibus, tacita ſudãt pręcordia culpa, Inde iræ, & lachrymę
inquit Iuue. Vnde miro ingenio præditum fuiſſe Oratium demonſtrat Perſius, cum amicis ridenti
bus uitia illorũ caſtigaret, & inſectaretur. *Flaccus.*] Oratius qui obijt (ut Euſeb. teſtatur) ætatis an
no lxij. ut autem Acron ſcribit anno lxxvij. nulla tamen certitudo annorum habetur, alij enim alia
ſcribunt. Cætera ſunt notiſſima. *Ludit.*] Tanto aſtu, tanta calliditate amicos ſuos reprehendit, &
circa eorum præcordia uerſatur tanta ſtrenuitate, ut illum ludere omnes exiſtiment. *Circum præ
cordia.*] Præcordia (ut ſcribit Plin. lib. xxx.) uocamus uno nomine exta in homine. quorum in do
lore cuiuſcunq; partis ſi catulus lactens admoueatur tranſire morbus in eum creditur. dicta præ-
cordia, ut idem ſcribit in xi. quia cordi prætenduntur. Græci dicũt phrenas, quaſi participes pru
dentiæ ſint, Sed (ut inquit Ariſto. in xij. de Animalibus) nullatenus participes ſunt, ſed quia propin
quæ ſunt his quæ uim obtinent illam prudentiæ. Gal. lib. v. de interioribus docet diaphragma dici
phrenas ex eo, quod propter apoſtema diaphragmatis gignatur phreneus. Corn. Celſus in iij. Vi-
detur præcordia appellare, quæ hypocondria Hippocrates nũcupauit. In præcordijs uis maxime C
conſiſtit. *Suſpendere.*] Deridere, ſubſannare. Orat. Naſo ſuſpendis adunco. alias pendendo ſtran
gulo. Hierony. Tibareni quos dilexerint ſenes ſuſpendunt in patibulis, à quo ſuſpendium. Gel. Su
ſpendio uitam finiuit, quod genus mortis informe appellauit Verg. & merito, eſt enim infamiſſi-
ma, unde & in pontificalibus libris cautum fuerat, ut tales inſepulti abijcerentur. *Excuſſo naſo.*]
Quem maiores noſtri ſubdolæ irriſioni dicauere, quoniam deridentes naſo obſtrepunt, & quen-
dam ueluti ſtertentis ſonũ emittunt, qui ronchus factitio nomine dicitur. Mart. Maiores nuſquam
ronchi, iuueneſq; ſeneſq;, Et pueri naſum rhinocerotis habent. In quo ſignificatu, quamuis aliter
& perperam tradat Domitius, accipimus & illud in primo eiuſdem poetæ. Non cuicũq; datum eſt
habere naſum. Apuleius: Contorta, & uituperanti nare diſceſſit. *Men mutire nefas.*] Cum Oratius,
& Lucilius tantam ſcribendi libertatem aſſecuti ſint, ut aperte, palam, & nominatim etiam poten-
tes acriter caſtigare, & morſu ſatyrico inſectari potuerint, mihi ſecrete loqui, & clanculum nomine
etiam ſuppreſſo Romanos lacerare non conceditur? cum percontatione, & indignatione non mi
nima pronunciandum eſt. Indignatur enim & dolet ſibi denegari, quod alijs conceſſum eſt. ſic &
Iuno Vergiliana. Mene incœpto deſiſtere uictam, &c. Pallaſne exurere claſſem, &c. Et Demetrius ex
pulſus inſtituta cum Apollonio ſermocinatione dolenter dixit & grauiter. Cicadis licet impune ca
nere, nobis nec quidem mutire fas eſt. *Mutire.*] Loqui. Ennius in delpho. Palam muttire plebeio D
piaculum eſt. *Nec clam.*] Quod minus tolerandum eſt, & minus æquo animo ferendum. *Nec
cum ſcrobe.*] Scrobs foſſa, ſiue fouea, dicitur: quo uocabulo Vergilius, Plinius, cæteri utuntur. apud
Columellam, alioſq; nonnullos maſculini eſt generis: Vnde ſcrobiculus. quidam tamen genere
fœminino dici maluerunt, ut Gracchus. alludit autem Perſius ad fabulam Midæ, quæ ſic ſe habet.
Minerua (ut ſcribit Fulgentius) tibias ex oſſe inuenit. de quibus cum in conuiuio deorum ceciniſ-
ſet, cumq; eius tumẽtes buccas dij omnes irriſiſſent, illa ad Tritonem paludem pergens, in aqua fa
ciem ſuam ſpeculatur: dum turpia adiudicaſſet buccarum inflamina, tibias reiecit: quibus reper-
tis, Marſias uultu ferino trux, teſte Apuleio lib. primo Flo. hiſpidus, multibarbus, ſpinis & pilis ob
ſitus, doctior factus prouocauit Apollinem concertaturum de cantibus: ſibiq; Midam Gordiæ fi-
lium, & regem Phrygum, cui (ut ſcribit Cicero) formicæ aurum in os congeſſerunt, quiq; cuncto-
rum pene regum opes pecuniæ abundantia anteceſſit, unde pro ditiſſimo ponitur. Ariſtophanes
νὴ τοὺς θεοὺς μίδας μὲν οὖν ὄνου ὦτα ἔχει, id eſt, per Deos Midas aſini aures habet, de quo Herodotus,
& Iuſtinus lib. epit. xi. plura, Midam inquam iudicem ſibi deligunt, quem Apollo cum non recte iu
dicaſſet aſininis auribus deprauauit. ille criminis ſui notam tonſori tantum oſtendit, qui cum nec
reticere poſſet, nec prodere cuiquam auderet, ſecretum domini ſui in terram fodit, & in defoſſæ ter

A ræ dixit,& operuit.In eodem loco calamus natus eſt,unde ſibi paſtor tibiam fecit,quæ cum percu-
tiebatur dicebat aſininas rex aures habet,nihil minus quàm quod ex terra conceperat , ut Petroni
us Arbiter & Oui.in x.Met.luculentiſſimis uerſibus atteſtantur. *Nuſquam.*] Percunctatiue profer
tur non ſine indignatione. *Hic tamen infodiam.*] Quamuis nec clam,nec in ſcrobe , & nuſquã mi-
hi liceat mutire & de Romanorum uitijs loqui,ni uelim mortis ſupplicio puniri,tamen ſatyrã ſcri-
bam,& in illa Romanorũ mores intortos atrociter lacerabo. *Hic.*] In libello meo. *Infodiam.*]
more illius tonſoris.i.ſcribam.perſtat in met. *Vidi uidi.*] Quod libello ſuo ſit commiſſurus nunc
dicit,& eſt duplicatio,qua utimur ad maiorem affectum animi exprimendum,magisq́ quod ſenti
mus in auditorum animis infigendum. Cic.pro Milone.Erit erit illud profecto tempus,& illuce-
ſcet aliquãdo dies.Hiero.huc huc mihi erunt exempla puerorum. Idem. Veniet,ueniet poſtea dies
quo uictor reuertaris in patriam. *Auriculas aſini quis non habet.*] Romæ qui iudicio recto & incor-
rupto ſit præditus inuenies neminem:in Romanos dictum,qui non inſpecta ſententiarum graui-
tate,& non meduilitus uerborum pondere in poematibus conſiderato,orationе lenocinãu,& ſua
uitate quadam fucata aures auditorum demulcẽti capti falſum iudicium , & iniuſtum inter poetas
diſcrimen afferebant.Ad quod,ut ſic audeam pręter aliorũ ſententiã hunc locũ interpretari,faciũt
uerba Fulgentij ex tertio Myth.quæ ſunt.Mida enim Græce quaſi μηδὲν ἰδὼν dicitur , quod nos Lati
B ne nihil ſciens dicimus:Ideo etiam aſininis auribus dicitur , quia omnis diſcernendi ignarus nihil
differt ab aſino.Alij exiſtimant Midam auriculas aſini dictum habuiſſe,quòd acute audiebat. dicit
enim Ariſt. aſinum multũ audire, quod fortaſſe uoluit Apu.affirmare cum dixit,quod aurib.grã-
diſſimis præditus cuncta longule etiã diſſita facillime ſentiebat.uel quod πολλοὺς ἔχοι ὠτακουστάς.i.mul
tos haberet auditores ſeu exploratores.uel (quod uerũ eſt)quoniam in Phrygia duo erant tumuli
ſeu colles,qui uocabantur aſini aures ὄνου ὦτα,quos cum cepiſſet Midas expulſis latronibus,dictus
eſt aſini aures habere.aliter exiſtimat Apoll.apud Philoſtratum. *Auriculas aſini.*] Spectabilis eſt
& monſtrabilis auricularũ magnitudine Aſinus.Inuenio apud Pliniũ eſſe quoſdã populos,quorũ
corpora prægrandes aures tota integant.aſinus in pecore uiliſſimo cẽſetur,Vnde à Colu.uilis,uul
garisq́ aſellus nuncupatur.Græce ὄνος dicitur aſinus,quod dixi,ut prouerbiũ Græcũ ſcires inter-
pretari ἐξ ὄνου παρακύψεως.i.de aſini proſpectu(ut uertit Apu.ex Luciano,) cuius interpres parum ele
ganter de aſino conſpecto interpretatus eſt.De his aũt dicitur,qui ridicule calumniantur.Hoc no
ſtro documento poteris & alia quàm plurima prouerbia apud Græcos interpretari, quæ ſubinde
apud ſcriptores reperiũtur. *Hoc opertum.*] Hoc ſecretũ,hoc occultũ,quod in libello meo ſum in
foſſurus. *Ridere.*] Satyrã ſuã intelligit, quã totã riſu cachinabili eſſe legendã demonſtrat. *Nulla
tibi uẽdo Iliade.*] Senſus eſt.hoc meũ opus, hãc ſatyrã,quã tu rũcij nõ facius, cuius lectorẽ neminẽ ſo
C re aſſeueratus,cũ Labeonis opuſculo de rebus apud Iliũ geſtis cõpoſito,cui applauditis, & euge , &
beate,belle,& id genus uerba cõpluria adulatoria ſubinde dicitis,nõ permutarẽ,ſicq́ non ſine La
beonis,cæterorũq́ inuidia oſtendit ſe illi non eſſe poſtponendum.Ilias autem dicitur ab Ilio urbe,
quam Ilus Trois filius à ſuo nomine cõdidit in Troade (ut ſcribit Diodo.) hãc Græci diruerũt uiij.
menſis Iunij ut refert Dionyſius. *Audaci quicunque afflate.*] Scripturus poeta in Romanos ſatyrã,
literarũ nõ expertes,& à ſatyrarũ lectiõe multiuga nõ abhorrẽtes,q ueteres comicos nõ ſuppreſſo
nomine atrociter hominũ uitia taxantes ſubinde, & frequẽter lectitauerint,curaq́ & ſtudio medul
litus inſpexerint,ſibi lectores eligit,cæteros à ſuo opere remouendo.qua opinione homini diſerto,
erudito,& prudenti cõuenientiſſima nos docet populare iudiciũ,& plebeculæ plauſus, hominũq́
ineruditorũ adulationes nihili faciendas.peſſimus enim eſt iudex turba,utpote incõſulta, impru-
dẽs,temeraria,ſine iudicio,ſine ratione,& circũſpicientia.unde recte Euripides,qui(ut ſcribit Va-
le.)dixit ſe ut populũ doceret,nõ ut à populo diſceret ſabulas cõponere ſolere.nã uir ſapiẽs nõ de-
bet ſpectare quid uelit populus,quid turbæ probetur,ſed ſeipſum ſuarũ actionũ iudicẽ,trutinato-
remq́ præbere,ſicut tibicines fidicinesq́,qui(ut M.T.eſt auctor in v.Tuſ.) nolũt moderari cantus ſu
os,& modulationes numeroſas ex arbitrio multitudinis,ſed ſuo.Faceſſant ergo uoces imperitorũ
dũ docti nos celebrent,& laudibus immodicis noſtra proſequantur.Nihil enim eſt quod æque fu
D gere debeat ſapiẽs,q̃ ad oſtentationẽ uiuere,& populares auras ſequi,ut inquit Baſi. *Audaci.*] Or
do eſt quicũ.affla.au.cra.pal.ira.Eupo cũ ſe.præg.aſ.hæc.Audacẽ aũt appellat Cratinũ , quaſi nihil
timentẽ in aliorũ uitia inſurgere.erat enim magna præditus audacia,ſine qua anima nõ recte inſti
tuta eſt ex ſententia Socratis,qui in Gor.Pla.cenſet animam recte inſtitutã tria potiſſimũ habere de
bere,Scientiam primo,deinde opinionem prudentis.ſ.atq́ beniuoli,Tertio audaciã. Cratinũ arti
ficem ex Aegira celebrat Pauſanias,locus Plin.in xxxv.emendandus eſt:nam ubi Cratinus comœ
dus Athenis Pompeium pinxit legitur , ſcribendum eſt,Cratinus comœdos Athenis in Pompeio
pinxit,hoc eſt in loco,qui πομπεῖον dicitur ut eſt apud Pauſaniam. *Afflate.*] Imbute,aſperſe, alij di
cunt percuſſe,reprehenſe:tanq̃ Perſius admittere uelit illos ſui libri lectores , qui ſatyricos morſus
iam experti ſunt,ſed non placet. *Prægrandi ſene.*] id eſt Ariſtophane,quem prægrandem appel-
lat,id eſt,ualde grandem.Plin.lib.viij.prægrandes itaq́ fuere,hodieq́ reliquiæ ſtirpium durãt. uel
propter ætatem,quia eſſet grandis natu, uel propter ſtili magnificentiam. *Palles Eupolidem.*] Nõ
quia ab illo caſtigeris,ſed quia eſt tam acerbus,& mordax uitiorum caſtigator,ut terrorem legen-
tibus incutiat.hic fuit comœdiarum ſcriptor:Inter quas Baptas comœdiam ſcripſit,in qua cum Al
cibiadem lacerаſſet,ab eo in undas eſt pręcipitatus,quod tetigit Platonius ſcriptor Græcus his uer
bis.ἴσμεν γὰρ τὸν Εὔπολιν ἐπὶ τῷ διδάξαι τοὺς Βάπτας ἀποπνιγέντα εἰς θάλατταν ὑπ' ἐκείνου,εἰς ὃν καθῆκε τοὺς Βάπτας·id eſt

ſcimus

ſcimus Eupolidem quoniam Baptas fabulã docuerit ab ijs ipſis in mare ſubmerſum, contra quos A
Baptas emiſerat. quibus uerbis Domitij & aliorum error manifeſtarius deprehẽditur, qui hũc duɫta uxore prima nocte mortuum inuentum fuiſſe cum puella crediderunt, illud Ouid. afferentes, Sit ubi coniugij nox prima nouiſſima uitæ: Eupolis hoc perijt, & noua nupta modo. Nam non de poeta (ut hoc quoq; explicem) ſed de alio iuuene Niciæ filio, quem unà cũ noua nupta thalamus cadens prima nocte extinxit. Glycerium ſponſa, dicebatur filia Eudici, de qua re extat hexaſtichon in iij. li. Epig. cuius hi ſunt duo uerſus Εὔπολιν ὡς ἀγαθὸν γλυκέριον, ὃν ὑμέναιος ἔσβεσεν ἐν πρώτῃ νυκτὶ πεσὼν θάλαμος. i. Eupolidem pulchramq; Glycerium prima nox cadente thalamo extinxit. de his autẽ tribus comicis mentio eſt apud Orat. ubi Acron inquit, quòd hi primi archeas comœdias ſcripſerunt, in quibus hominum uitia amaritudine ſtyli ſecuerunt. *Hæc.*] Libellum meum, ſatyras meas. *Si forte aliquid.*] Modeſtiſſime innuit, & ſignificat poeta perutilem futuram eſſe operis ſui lectionẽ, & eſt ſenſus, inſpice diligenter, & curioſe inueſtiga an ſatyræ meæ in ſe aliquid boni, aliquid eruditionis, & doctrinæ contineant, quo illarum lectioni homines addicti, atq; mancipati futuri ſint, adeo ut tanta cupiditate & legendi feruore teneantur, ut ab illis nequeant aliquo impedimento remoueri. *Decoctius.*] Perfectius, decentius, ſuauius. à uino ſumpta translatio, quod coquendo fit dulcius. uel ab auro, cui uni (ut ſcribit Plin.) nihil igne deperit, quinimo quo ſępius arſit, proficit ad bonitatem, idq; ipſum uocant obrizum, quaſi ſincerum. in libro Danielis apud canonicas ſcripturas B
hæc ſunt uerba. Et ecce uir unus ueſtitus lineis, & renes eius accincti auro obrizo, ubi expoſuit interpres aurum obrizum dici mundiſſimum, quod (ut docet Fortunatus) ſcriptores eccleſiaſtici ophir hebraice appellant. *Vnde.*] Ex quo. Aduerbium pro nomine, ut multis in locis poſitum obſeruauimus. Vergilius. Genus unde Latinum, id eſt, à quo Aenea, nõ autem à quo Latio ut exponit Seruius. *Ferueat.*] Animo, & cupiditate feruenti opus meum legat. *Vaporata aure.*] Vapore & feruore mei operis perfuſa, quod minime ocioſe dictum eſt. nam aures indicia animi habent, Mediocres notam habent morum optimorum, ut inquit Ariſtoteles: quæ uero magnæ ultra modum ſunt, loquacitatis & ſtultitiæ ſunt indices, ut ait Trogus Pompeius. & in mulieribus rubentes auriculæ indicio ſunt recentioris concubitus, ut Suetonius, & Iuuenalis indicant. Præterea in equis, & in omni genere iumentorum indicia præferunt aures, ut author eſt Plinius. *Non hic qui.*] Paceſſant à mei operis lectione homines rudes, uulgares, & penitus illiterati, hoſteſq; uirtutum infeſtiſſimi quibus uirtus aliorum odioſa eſt, qui petulantes, atque procacitate inſignes philoſophos, eruditos, probitateq; uiros excellentes illudere nullo pudore afficiuntur. *Hic.*] ſcilicet lector. *Geſtit.*] id eſt cupit. Apuleius. Video quoſdam ſæuiſſimos latrones aditum tentantes, & domus ianuas cardinibus obtortis euoluere geſtientes. Vel geſtit id eſt delectatur, quod placet. Geſtire enim lætum eſſe ſignificat, & lætitiam geſtu corporis ſignificare, ut Nonius, Seruiuſq; C
notificant, illud Vergilianum enarrantes. Et ſtudio incaſſum uideas geſtire lauandi. Dixit Terentius. Ipſumq; geſtio dari mihi in conſpectum, expoſuit Donatus plus eſt geſtio, quàm uolo. Geſtit ille, qui (ut ait Feſtus Pompeius) ſubita felicitate exhilaratus nimio corporis motu præter conſuetudinem exultat. *Ludere.*] Irridere. *In crepidas.*] id eſt, in philoſophos. Crepidæ teſte Seruio fuerunt Tuſca calceamenta, quæ corrigijs ad pedes ligabantur. Vergilius. Et Tyrrhena pedum circundat uincula plantis, de quo Suidas, κρηπὶς ὑπόδημα ἢ εἶδος ὑποδήματος ἢ τοὺς πόδας κρατοῦσα ὑπόδεσμα, i. Crepida ueſtis ſiue calceamenti genus eſt, plantas pedum comprehendẽs. Perſius uero uidetur ſentire fuiſſe Græcorum philoſophorum. Scribit Liuius Scipionem fuiſſe ſermone maleuolorum pulſatum, quod cum pallio crepidiſq; inambularet in gymnaſio. Gellius lib. xiij. tradit crepidas, & crepidulas calciamenta eſſe, quas Romani ſoleas uocant, Cice. Gallicas appellauit. Errant qui in ſecunda philippica pro gallicis legunt caligis. Eius calciamenti ſutores crepidarios uocat Sempronius Aſellio in lib. Rerum geſtarum xiiij. *Sordidus.*] Turpis, uitioſus, more ſuo ad animũ transferens, quod eſt corporis. *Luſco qui poſcit.*] Senſus eſt. Nolo illum mearum ſatyrarum lectorem, qui tam inſulſus erit, & procax, ut hominibus uitia fortuita exprobret & obijciat, quod minime faciendum docuit Iſocrates his uerbis ad Demonicum, μηδενὶ συμφορὰν ὀνειδίσῃς, κοινὴ γὰρ ἡ τύχη, καὶ τὸ μέλλον ἀόρατον, id eſt, nemini unquam calamitatem exprobres, eſt enim fortuna commu- D
nis. futura uero occulta incompertaque ſunt. Cui ſubſcribit ille uerſiculus μηδένα δυστυχοῦντι καὶ τὸ γὰρ τύχη: quid autem ſit luſcus nemo non nouit, unde luſcioſum, & luſcitioſum, & luſcitium indiſcriminatim dicimus, quem Græci myopem uocant. hoc dixi ut codicem Gellianum emendemus, & in priſtinum ordinem reducamus, apud quem ſic legitur libro quarto, capite primo, de mumope περὶ νωδῶν, id eſt, de edentulo quoque, qui luſcioſus Latine appellatur diſſenſum eſt. Tu ſic ſcribe De Myope, qui luſcioſus Latine appellatur, περὶ νωδοῦ, id eſt, de edentulo quoque diſſenſum eſt. *Seſe aliquid credens.*] id eſt putans, & credens ſe eſſe magnæ auctoritatis, precij, & æſtimationis, qui ædilitatis magiſtratum conſecutus eſt: ſicq; illos ſubſannat, qui in aliqua dignitate conſtituti cæteros faſtidiunt, minimeque Veſpaſianum imitantur, qui dignitates & magiſtratus, qui Romano imperio ſubſunt adeo modeſte, temperateque geſſit, ut nunquam aut elatus nimis, aut rurſus humilis abiectuſq; apparuerit, ut ipſe aut apud Philoſtratum. *Supinus.*] Superbus, elatus, inflatus. *Honore Italo.*] Dignitate Italica. *Aedilis fregerit.*] id eſt rupit, quod proprium erat ædilium. Iuuenalis. Et de menſura uis dicere, uaſa minora Frangere, pannoſus uacuis ædilis ulubris. Vlpianus. Si quis menſuras conduxerit, eaſq; frangi magiſtratus iuſſerit, ſi quidem iniquæ fuerunt, Sabinus diſtinguit utrum ſcit conductor an non: ſi ſcit,

A eſſe ex locato actionem: Si minus, non: quod ſi æque ſunt, ita demum eum teneri, ſi culpa eius id fa-
ciat ædilis, & Labeo, & Mela ſcribunt. Erat etiam ædilium officium annonam teſte Apuleio cura-
re ut quæ in foro uenduntur iuſto, ſcilicet, & moderato precio diuendantur, quos Græci appellant
teſte Hieronymo ἀγορανόμους. Nam ἀγορὰ forum dicitur, & νόμος lex, unde agoronomos quaſi lex & re-
gula fori, rerumq́ in foro uænalium. hac uoce ex incuria priuati ſunt iuriſconſulti, quam reſtituet
Archadius digeſtis de muneribus & honoribus: cura quoque emendi frumenti aut olei: nam ha-
rum ſpecierum curatores quos Græci agoronomos appellant, creari moris eſt. Plato in ſexto de le-
gibus curatores appellat rerum uænalium eos magiſtratus, qui fori uenditionisq́ curam habue-
rint. ſed plura alibi de ædilibus ex Dionyſio, Pomponio iuriſconſulto, Cicerone, Seneca, Mar-
tiale, Pompeio, Liuio, cæteris. *Heminas iniquas.*] Hemina eſt genus menſuræ quæ dimidium ſex-
tarium conunct, à Græcis cotyla dicta, de qua Priſcianus. utitur & hac dictione libro octauo Epi-
grammatarius. *Ereti.*] Quod figulina præualet. ex eius enim terra fictilia magna laude fiebant.
unde eretinæ teſtæ Argillaceæ intelliguntur, unde eretinus na, num, luteum, & cœnulentum ſigni-
ficat. Fulgentij codicem mendoſum obiter corrige, qui pro eretinis habet arricinis. Dictum autem
eſt Eretum, quòd illic peculiariter ἥρα hoc eſt Iuno colebatur. Tibur inquit Strabo & Eretum uici
potius quàm oppida. Idem paulopoſt. Via, inquit, Salaria in quam nomentana coincidit, ibi Sa-
B binorum uicus ſupra tyberim ἤρητον nomine. Antoninus quoque ab urbe inquit Diſtat octode-
cim M.P. Dionyſius, Eretum inquit Sabinorum fuit oppidum. Vergilius. Ereti manus omnis oli-
uiferæq́ Mutiſcæ. Porro Eretum modo is uidetur locus eſſe, qui mons eretum, & corrupta uulgo
dictione mons rotundus appellatur. Obiter corrige locum mendoſum apud Valerium quando
loquitur de quodam Valeſio qui fecit quædam ſacra pro filijs peſtilentia laborantibus: nam ubi
fretum legitur paſſim & perperam, Eretum legendum eſt. nonnulli apud Perſium legunt Areti, &
accipiũt pro oppido hetruriæ, quod erat fictilibus celeberrimum, unde Epigrammatarius. Arreti-
na nimis ne ſpernas uaſa monemus, Lautus erat Tuſcis Porſena fictilibus. *Nec qui abaco.*] Ille o-
pus meum non legat, cui placet mathematicos irridere. Abacus autem præter alia ſignificata acci-
pitur pro tabula, in qua calculatores, & geometræ numeros, & figuras deſignant, de qua Martia-
nus in libro geome. Abacus inquit nuncupatur res depingendis deſignãdisq́ opportuna formis,
in qua ſignificantia hoc Perſianum accipio. *Bi ſecto in puluere metas.*] Machinarios commenta-
tores, & diſciplinæ geometricæ ſcientes intelligit, qui uarias formas figurasq́ deſcribere conſueue-
runt in puluere, de quo M. Tul. Ex eadem urbe humilem homunculum à puluere, & radio excita-
bo. De hoc intelligit Apuleius in Magia cum ait. Quem tu librum Aemiliane ſi noſſes an non mo-
do campo & glebis, uerum etiam abaco & puluiſculo te dediſſes? ob hunc puluerem geometricũ
C Martia. Capella ſic ſcripſit Pandere puluereum formarum ductibus æquor. Illud ſcitu dignum eſt,
Archimedem eſſe interfectum dum intentus formis eſt, quas in puluere deſcripſerat. Geometricã
aut Arithmeticam rationem innuens Priſcianus ita cecinit. Vt docuit tenui ſcribens è puluere mu-
ſa. Plutarchus quoq́ auctor eſt regiam Dionyſij puluerulentam fuiſſe ob eorum multitudinẽ, qui
geometricas in puluere figuras deſcribebant. Eſt autem geometria ars, quam Plato lib. vij. de legi-
bus pręcipit liberis hominibus eſſe diſcendam, cuius inuentores fuerunt (ut docet Strabo in xvij.)
Aegyptij, ſicut arithmetica à Phœnicibus inuenta traditur, quam qui ignorant non homines ſunt
appellandi. unde Ariſtippus cum naufragio eiectus ad Rhodiẽſium littus animaduertiſſet geome-
trica ſchemata deſcripta exclamauit ad comites, dixitq́ bene ſperemus, hominum enim ueſtigia ui-
deo. Poſſimus & per puluerem puluiſculum, id eſt, tabulam illam palimpſeſtõ, id eſt deletilem, qua
nunc paſſim calculatores utuntur, Perſium deſignare interpretari. *Metas.*] Eſt meta idem, quod
turbo inuerſus, conos à Græcis appellata, ſicut turbo rectus calathos: nam quæ figura colũnæ ia-
citur Cylindroides uocatur. Plin. lib. ij. Figuram autem umbræ ſimilem metę, ac turbini inuerſo. In
alio ſignificatu Meta eſt pars molæ inferior, ut ait Paulus iuriſconſultus. *Si nonaria.*] Si meretrix
inferni ianua (ut inquit Boeuus) dicta ab hora, in qua proſtituebat ſe, & cruribus diuaricaus homi-
nes excipiebat, ut crebra ſubſiliens, lubricisq́ geſtibus mobilem ſpinam quatiens, quo uenus eſt
D uiris concinnior (ut inquit Lucretius) aphrodiſia exerceret. ſortiebantur enim nomina meretrices
ab horis, ſicut à pecuniarum numero, ut Diobolaris meretrix, Diobolare ſcortum à duobus obo-
lis (ut docet Varro) qui pro precio concubitus numerantur. uel quod uerius, & à nullis ex com-
mentatoribus adhuc obſeruatum, nonaria appellatur meretrix tãquam infauſta, infelix, & omnino
dãnoſa iuuenibus, quos peſſundãt meretrices, expilant, & ad miſeriarũ uoraginẽ ſæpenumero de-
trudunt. à nonis quæ inter dies atros annumerantur ab antiquis, cuius rei cauſam referunt Verri-
us Flaccus in iiij. de uerborum ſignificatiõe, Liuius in vi. Macrobius in primo, & A. Gellius in quin-
to. *Vellat barbam cynico.*] Carpat barbam philoſopho, quam promiſſam & ad pubem uſque
porrectam geſtant, qui aut philoſophi ſunt, aut uideri uolunt. unde barbam uocant poetæ ſapien-
tem, tanquam ex barba longa, & promiſſa homines ſapientes efficiantur. Olim, quod ad oſtenden-
dum ueteres philoſophos barbam promiſiſſe, mire facit, ad Atticum Herodẽ adijt palliatus quiſ-
piam crinitus, barbaq́ prope uſque ad pubem porrecta, ac petijt æs ſibi dari εἰς ἄρτους, id eſt, ad
panes emendos. tum Herodes interrogat quiſnã eſſet? atq́ ille uultu ſonituq́ uocis obiurgatorio
philoſophum ſe eſſe dicit, mirari quoq́ addidit cur quærendum putaſſet quod uideret. uideo in-
quit Herodes barbam & pallium, philoſophũ nõdum uideo. Ora. Solatus iuſſit ſapientem paſcere
barbam. Huic Perſiano conſimile eſt illud Sidonij. Quæ cynici per menta feri, rugoſaq́ colla Ru-

pit odoratam redolenti forcipe barbam. Sed quoniam multi ſunt ſpurci, ineolæq; ſordentium ga- A nearum ex illis qui barbam porrigunt, diſcalciati incedunt, & philoſophos mentiuntur, præcipit Euſtochio Hierony. ut illos fugiat, quorum fœminei ſunt crines, & hircorum barba. Nigrum pallium, & nudi impatientia frigoris pedes. apud Lucianum in ſcaphidio iubet Mercurius philoſopho barbam abradi & ſupercilia, non nouacula ſed ſecuri. de cynicis alibi plura. *His mane.*] Romanorum taxat ignauiam, qui nihil ſupra hominem cogitabant, nec ante prandium, nec poſt prandium, ſed mane tempus philoſophiæ idoneum literisq; ingenuis, edictis per legendis dabant, tempus uero poſtmeridianum, poſtcibale fabulis per legendis. ſenſus autem eſt. hos, qui ut moribus peruerſis præditi, & uirtutum contemptores à lectione operis & ſatyrarum mearum remouentur, uolo ut matutino edicta legant, poſt prandia uero in fabulis quas hiſtriones recitabunt audiendis, uel legendis uitam inertem ocioſam, & nullas bonas diſciplinas excolentem perducant. & eſt dictum cum indignatione, tanquam Perſius iratus quamuis non recte agant nihil eorum ſalute deſperata curare uideatur. Refertur autem ad illam Calliroen, quæ fuit Acheloi filia, & Alcmeonis uxor filij Amphiarai ex Eryphile coniuge, qui cum matrem in paternam ultionem interfeciſſet, in inſaniam uerſus, ac furijs agitatus cupiens purgari confugit ad Phegeum patrem AlpheſibϾ, cui dedit monile maternum precioſum, & eius maritus factus eſt. profectus deinde ad Acheloum, filiam eius adamauit nomine Calliroen, quæ cum & ipſa ſupplex monile illud poſceret, redijt ad Alpheſibœam ad monile repetendum, tunc à fratribus Alpheſibœæ Themeno, & Axione interfectus B eſt, quos Alpheſibœa in ultionem mariti interemit, ut auctor eſt apud Græcos Pauſanias, & Propertius cecinit. Alpheſibœa ſuos ulta eſt pro coniuge fratres, Sanguinis & chari uincula rupit amor. Calliroe uero toto corde Iouem precata eſt, ut filios ſuos impuberes quamprimum creſcere ſineret, & infantibus adderet annos ne necem ſinant genitoris inultam (ut canit Ouidius.) de qua poſtea fabula in theatro recitabatur, quam legendam, uel audiendam concedit Perſius. Fuit & Calliroe fons in Arabia, & Attica, Iudæa ut apud Plinium & Solinum legitur Papinius. Et quos Calliroe nouies errantibus undis implicat. Hic poſtea à tyrannis reparatus ἐννεάκρουνος dictus eſt, id eſt, ſaliẽtes nouẽ. Suidas καλλιρρόη κρήνη ἦν ἐν ἀθήναις, ἥτις πρότερον ἐννεάκρουνος ἐκαλεῖτο, id eſt, Calliroe fons eſt Athenis, qui antea Enneacrunos eſt nominatus, de quo fonte ſic meminit Martianus. Fontes multi Atticę, inter quos Calliroe prędicatur. ex quo nonnulli autumant Perſium Romanis utpote mollibus, & luxurioſis permittere, ut poſt ciborum ingurgitationem natationi, & rebus uoluptificis indulgeant, At Ioannes Baptiſta Pius, ille Baptiſta Pius bibliotheca loquens, quem obſeruo, colo, ac ueneror, quem Affricam ubiq; librorum meorum nuncupo, refert hoc Perſianum ad illam fabulam Calliroes in quadam Dionis epiſtola recitatam, quam reperies tu quibuſdam ipſius annotationibus miſcellanea doctrina refertis quæ prope diem exibunt ut ſpero. Edicere autem eſt C iubere, pronunciare, decernere, & eſt proprie magiſtratuum. unde edicta conſulum, ædilium, atq; prætorum nuncupantur. inde etiam Plautus Edictiones baſilicas appellat in captiuis. Donatus Edicimus inquit iubemus. Edicta enim imperatoris ſunt. Cicero in Verrinis Edictum prætoris annuam legem eſſe dixit.

AELIVS ANTONIVS NEBRISSENSIS.

Hæc fierent.] id eſt, tales uerſus fracta & parum uirili uoce pronunciarentur. *Si ulla uena teſticuli paterni.*] id eſt, uirilitatis à patre acceptæ. *Viueret in nobis.*] id eſt, uigeret, quaſi dicat nunquam id faceremus. *Hoc delumbe.*] id eſt, opus eneruatum & ſine uiribus, quemadmodum animalia lumbifragio delumbata. *Natat.*] id eſt, uoluitur & uerſatur. *In labris & ſumma ſaliua.*] Quæ neceſſaria eſt ad temperanda organa plectraq; linguæ. *Et Mænas & Atys.*] id eſt, fabulæ de Baccho & Cybele, in quibus crebra fit mentio de Mænade & Aty, aut eum uenit pronunciando ad hæc ipſa nomina. *Eſt in udo.*] id eſt, uerſatur in ore humido. unde Vergilius uocẽ udam appellauit. *Nec pluteum cædit.*] Carmen quod tantopere laudatur, quodq; tam molli ac tenera uoce profertur, quale ſit oſtendit dicens, quod nec cædit pluteum, id eſt, non percutit armarium ubi libri reponuntur, & cui ſcriptores incumbunt. ſolent enim qui componunt aliquid ex ingenio ſuo, ſi illis ex ſententia res non ſuccurrunt, impingere chartas & allidere ſcrinijs, D terræ, parieti, quod eſt ſignum maximæ curę ac diligentiæ. Sed hoc carmen cum fieret, nihil tale eſt paſſum. *Nec ſapit ungues demorſos.*] id eſt, non præ ſe fert diligentiam emendationis. Solent enim poetæ cogitabundi ungues rodere, barbam fricare, caput ſcalpere, & res huiuſmodi facere quibus ſignificatur uni tantum componendi carminis ſtudio eſſe intentos. Horatius. & in uerſu faciendo Sæpe caput ſcaberet, uiuos & roderet ungues. *Sed quid opus.*] Iam inde ab initio operis, dubitare cœpit Perſius an ſatyram ſcriberet, nunc uero ad eandem inconſtantiam redit, ſed tandem in eo perſtat ut ſatyram ſcribat. Dicit igitur ad ſeipſum loquens, aut monitorem ſuum inducit ſecum loquentem. *Sed quid opus.*] id eſt, quæ neceſſitas cogit te. *Radere.*] id eſt, perſtringere & uiolare, ut infra pallentes radere mores doctus. *Auriculas teneras.*] id eſt, hominum effœminatorum mores, quorum reprehenſiones non libenter audiuntur. *Vero mordaci.*] id eſt, Veritate, quæ amara eſt & pungit, ut infra mordaci lotus aceto. *Vide ſis.*] id eſt, caue ſi uis. ſis enim in ſi uis reſoluitur apud comicos ſæpe, quemadmodum capſis in cape ſi uis Cicerone Quintilianoq; auctoribus. *Ne limina maiorum.*] id eſt, potentiorum quos tu carminibus inſectaris. *Frigeſcant tibi.*] id eſt, ſint tibi frigida & mortifera. Horatius ſecũdo Sermonũ. Maiorũ ne quis amicus Frigore te feriat, id eſt morte quæ ab effectu frigida eſt. Vergilius quarto Aeneid. Et cum frigida

mors

A mors anima ſub duxerit artus. *Hic.*] id eſt, In ſatyra quam ſcribis. *Litera ſonat de nare canina.*] id eſt r litera frequens eſt. quam ringentes canes exprimunt, quorum eſt proprium rixari. Significat autem non poſſe fieri quin ſcriptores ſatyrarum rixentur, cum illis quos offendunt ſuis carminibus. *Per me equidem.*] Perterritus his comminationibus Perſius, dicit ſe nolle in quempiam ſcribere. *Per me equidem inquit.*] id eſt quantum ad me attinet. *Protinus.*] id eſt deinceps.

Omnia ſint alba.] id eſt, nemo infamia denigretur à me, ſicut econtrario nigra dicuntur uitioſa. ſic infra. Quæq; ſequenda forent & quæ uitanda uiciſſim, Illa prius creta mox hæc carbone notaſti.

Nil moror.] id eſt, nihil amplius hac de re delibero. *Euge.*] Sibijpſi fauet, quòd tale conſilium ceperit de non ſcribenda ſatyra. *Omnes etenim.*] Senſus eſt. omnia quæ pauloante reprehendere uolebam iam uolo admirari & laudare. Etenim uos omnes res eritis miræ, id eſt, admirabiles & laudandæ: ac ſi dicat iam non quicquam illis detraham quin potius illas laudibus proſequar. *Hoc iuuat.*] id eſt, delectat me facere, an potius uos o Romani audire. *Hinc inquis.*] Ad monitorem ſuum dicit Perſius iam conſilium tuum ſequor, & repetit illius uerba, dicens. Inquis, id eſt, dicis mihi o monitor. *Ego ueto quiſquam faxit oletum.*] id eſt, rem olidam & fœtidam. hoc eſt ſtercus ſiue urinam. Et eſt proprie oletum locus in quo excremēta corporis deponimus, quod & olentiCetum dicitur. *Hic.*] id eſt, In loco ſacro. Eſt nanque ſenſus uitia hominum quæ ſaty-
B ræ materiam præbent, quaſi rem ſacram non eſſe tangenda ab homine profano. & ſumit translationem à locis ſacris, in quibus ponebantur ſigna quædam conſecrationis ne profanarentur. *Pinge duos angues.*] Per quod intelligimus locum eſſe gento conſecratum, qui ſub anguis ſpecie plerunque uiſebatur. Vergilius quinto Aeneid. Incertus genium ne loci famulum ne parentis Eſſe putet. *O pueri.*] Et hæc quoque inſcriptio pictis anguibus addenda eſt. *O pueri meite extra.*] Subaudi hunc locum, quia ſacer eſt. ſic & noſtro ſeculo fit ut imago diui Antonij aut crucis dominicæ pingatur ijs in locis ubi oletum fieri uetamus. *Diſcedo.*] Verbum eſt Perſij, dicentis ſe uelle ſequi conſilium monitoris ne faciat oletum in loco ſacro, id eſt, ne ſcribat ſatyram in qua hominum uitas ſit contaminaturus. *Secuit Lucillius.*] Pro altera parte propoſitæ deliberationis exemplo Lucilij & Horatij dicit ſe uelle omnino ſatyram ſcribere. *Lucilius.*] Qui primus ut diximus apud Latinos ſatyram ſcripſit. *Secuit urbem.*] id eſt, Romanos dicterijs & ſalibus ſuis carpſit & lacerauit. *Te Lupe te Muti.*] Subaudi in primis ſecuit. nam in Lupum quendam ac Mutium præcipue inuectus eſt Lucillius. de quibus Horatius ſecundo Sermonum. Primores populi arripuit, populumq; tributim. & de Lupo. Famoſisq; Lupo cooperto uerſibus, & de Mutio. Iuuena. Quid refert dictis ignoſcat Mutius an non? *Et fregit genuinum.*] Dentem illum in ordine nouiſſimum nouiſſimeq; natum, quem ſapientiæ molarem Hiſpani uocant. *In illis.*] id eſt, in illorum mor-
C ſu hoc eſt reprehenſione, & eſt ſumptum à canibus. *Flaccus.*] Horatius poeta cognomento Flaccus. *Vafer.*] Acer & ingenioſus. *Tangit omne uitium.*] id eſt notat. *Amico ridenti.*] id eſt, inter ridendum iocandumq;. *Et admiſſus.*] id eſt receptus & auditus. *Ludit circum præcordia.*] id eſt iocatur & ſalibus ſuis uitioſam amici conſcientiam tangit. Horatius inquam, *Callidus.*] id eſt aſtutus & gnarus. *Suſpendere populum.*] id eſt, Subſannare & deridere. *Naſo excuſſo.*] id eſt, Criſpanti & in ſannam corrugato. Horatius primo Sermo. naſo ſuſpendis adunco. eſt autem ſuſpendere hoc in loco quaſi confuſum quempiam reddere. *Men mutire nefas.*] Senſus eſt. licuit Lucillio urbem ſecare, licuit Horatio populum ſuſpendere, & non licebit mihi ſaltem mutire? hoc eſt murmurare. *Nec clam.*] id eſt, Secreto ſubaudi mutire & loqui. *Neque cum ſcrobe.*] Hoc ex Midæ fabula tractum eſt, cui Apollo cum aures in auriculas aſininas porrexiſſet, propterea quod in certamine cantus inter ſe & Marſiam peruerſe iudicaſſet, tonſor qui id primus animaduerterat neque auſus eſſet profari facto in ſolitudine ſcrobe, in eum quæ uiderat immurmurauit dicens. auriculas aſini Midas rex habet. *Nuſquam.*] Subaudi mutire fas eſt. *Hic tamen infodiam.*] id eſt, Scrobem ſiue foſſam faciam ſicut tonſor ille. *O libelle.*] Cum libello ſuo loquitur, quandoquidem cum alijs non audet. *Ego ipſe uidi, uidi.*] Magnam emphaſim habet, quaſi dicat non ab alijs audiui, ſed ego ipſe his oculis uidi. quid autem uiderit oſtendit dicens. *Auri-
D culas aſini quis non habet.*] id eſt, quis non ita iudicat de carminibus ſicut Midas de cantu. *Hoc ego opertum.*] Senſus eſt. ego non commutarem hoc opus meum Iliade Accij de qua ſupra dixit, non eſt hic Ilias Acci Ebria ueratro. dicit ergo, *Non uendo.*] id eſt, Nolim commutare. *Vlla Iliade.*] id eſt, ullo opere tali quis fuit Accij Ilias. *Hoc meum ridere opertum.*] id eſt, Hunc meum riſum cum libello meo ſecretum. *Tam nil.*] id eſt, Tam parui precij opus, uel potius nihil. *Audaci.*] Qualem lectorem ſui operis uelit, oſtendit Perſius, eum uidelicet qui callet ſcommata, dicteria & ſales ſcriptorum comœdiæ priſcæ apud Græcos, quos in ſatyra Latina imitatus eſt, ut diximus, Lucillius, dicente Horatio in primo Sermonum. Eupolis atque Cratinus Ariſtophanesque poetæ Atq; alij quorum comœdia priſca uirorū eſt. Sequitur: hinc omnis pendet Lucilius hoſce ſecutus. nam eos qui tales iocos non ſentiunt, quaſi tardos ingenio à ſui operis lectione excludit. dicit igitur. O lector *Quicunque afflate.*] id eſt afflatus, hoc eſt inſpiratus. nam uocatiuus eſt pro nominatiuo. *Cratino audaci.*] id eſt, Qui audacter in comœdia priſca hominum uita inſectatus eſt.

Palles.] id eſt, uſq; ad pallorem ſtudioſe legis. *Eupolidem iratum.*] Scriptorem comœdiæ priſcæ uitijs infenſum. *Cum ſene prægrandi.*] id eſt, cum Ariſtophane ſcriptore quoq; priſcæ comœdiæ, qui fuit magnæ auctoritatis uir. *Aſpice & hæc.*] .i. Mea ſcripta. *Si ſi audes aliquid decoctius.*] .i. Perfectius & elimatius, ſubaudi legere. *Inde.*] .i. eo opere. Legitur & unde .i. ex quo opere. *Lector ferueat.*]

feruat.] .i.Iam illorum lectionē concalefactus ueniat ad opus meum legendum. *Vaporata aure.*] A
.i.Calefacta. *Non hic qui ſordidus.*] .i.Ingenio tardus tum ad iocandum tum ad aliorum iocos ſen
tiendum. *Geſtit ludere in crepidas Graiorum.*] .i.Cupit Græcos deridere propterea quod certo cre-
pidarum ſiue ſolearum genere Romanis inſueto utantur. *Et qui poſcit dicere luſco.*] .i.Ei qui altero
oculo caret. *O luſce.*] Qui iocus frigidus atq; plane inſulſus eſt,& quo nemo aliū perfricaret niſi
eſſet ſtultus & ineptus,& qui pari inſcitia teneretur,ac ſi putaret ſe factum nobilem propterea quod
fuerit ædilis:non dico Romę ubi ædilitas magno in honore fuit,ſed in aliquo Italiæ oppidulo.ideo
dicit. *Credens ſeſe aliquem.*] .i.Inter magnæ æſtimationis uiros numerandum,ſicut econtrario ni-
hili homines appellamus eos qui nullius ſunt precij. *Quod ſupinus.*] .i. Quia ſuperbus & elatus
quemadmodum Vergi.colles ſupinos dixit. *Italo honore.*] .i.Quem magiſtratum nō Romæ, ſed
alibi adminiſtrauit. *Aedilis fregerit heminas.*] Hoc enim ad ædiles pertinet.Iuuena.Et de menſu-
ris ius dicere,uaſa minora Frangere pannoſus uacuis ædilis ulubris. *Iniquas.*] Non iuſti ponde
ris. *Areti.*] Aut uaſa aretina dicit de quibus Martia.& Plinius,aut quod Aretij magiſtratum geſ-
ſit,quod eſt oppidum Ethruriæ unde originem habuerunt Leonardus,Carolus, & Ioannes Areti
ni,uiri doctiſſimi utriuſq; linguæ. *Nec qui abaci.*] Repete à ſuperioribus,nec ad meum opus legē
dum ueniat ille. *Qui uafer.*] .i.In hoc tantum callidus. *Scit riſiſſe numeros abaci.*] .i.Iocari in ari-
thmeticos,qui in tabella quæ dicitur abacus numeros diſponunt,delentq; prout rationibus com B
modum eſt.unde etiam abacus adhuc dicitur ars computandi per decem illas figuras ex digitis ar
ticuliſq; digitorum inflexis deductas,quibus notis antiquiores ad numeros repręſentandos ute-
bantur. *Et ſcit riſiſſe metas.*] .i.Figuras Geometrarum quæ lineis quaſi quibuſdam metis hoc eſt
terminis deſcribuntur. *In puluere ſecto.*] Hoc eſt radio.i.uirga geometrica ſulcato . nam geome-
træ in faciendis demonſtrationibus puluerem ſpargebant,deinde radio ductus facientes , figuras
quibus opus eſſet,deſcribebant. *Paratus multum gaudere.*] .i.Nimia uoluptate affici. *Si nonaria*]
Meretrix dicta ut quidam uolunt ab eo quod hora nona diei proſtare incipiebat , qua hora etiam
conuiuebant,dicente Martiale.Imperat extructos frangere nona toros. *Petulans.*] Procax & im
pudens. *Vellat barbam cynico.*] Philoſopho ex ſecta cynicorum cuius princeps fuit Diogenes , au
ctor uero Antiſthenes.Horatius de Damaſippo philoſopho cynico,uellunt tibi barbā laſciui pue-
ri.habebantur enim ludibrio ac deriſui illius ſectæ philoſophi. *His mane edictum.*] Senſus eſt. car-
mina mea ab iis tantum legi uolo qui callent iocos & ſales.non ab iis qui res frigidas & ineptias ri-
dent,puta crepidas Gręcorum,arithmeticos,geometras,meretrices philoſophos illudentes,quos
nunc relegat ad alia negocia , quaſi indignos ſui lectione , dicitq;. *Ego do his edictum mane.*] .i.Vt
hora diei tertia cauſas agant apud prætorem.nam edicta prætorum ſunt . Martia . Exercet raucos
tertia cauſidicos. *Poſt prandia do Calliroen.*] .i.Vt legant fabulam Calliroes . hæc Acheloi filia fuit C
atq; Alcmeonis uxor illius qui Eriphilen matrem in Amphiarai patris ultionem occidit. Sunt qui
Calliroen meretricis cuiuſdam nomen eſſe putent.

ECPHRASIS MVRMELLII.

Hos irridens nunquid hæc inquit mollia & eneruata de reb.impudicis carmina fierent,ſi quid
uirilitatis maiorum noſtrorum uiueret in nobis?Hoc molle & effœminatum de Baccho & Cybele
natat extrema ſaliua in labijs nobilium & principum ciuitatis . & Mænas & Atys ſunt in udo ore.
nec huiuſmodi carmen cauſa eſt cædendi pluteum,nec repræſentat ungues à poeta cogitabundo
demorſos.Aduerſarius Perſium interrogat . Sed quid opus eſt moleſta ueritate delicatis nobili-
um auribus obſtrepere? caue tibi , ſi uis , ne forte limina potentiorum frigeſcant tibi mortis hor-
rore . Litera canina r ſonat de nare in ædibus diuitum . Reſpondet Perſius . Nihil equidem mo-
ror,nec impedio,quantum ad me pertinet omnia ſint continuo candida.Euge.Etenim omnes res
eritis miræ bene & laudabiles , hoc eſt,nihil rerum,quaſcunque nobiles ediderint, Satyrico dentē
carpam.Hoc te delectat , quod dicam me poſthac neminem reprehenſurum . Tu inquis , ueto nē
quis faciat ſtercus in hoc loco.Pinge igitur duos angues,ut ſciamus locum eſſe numini dicatum. o
pueri hic locus eſt ſacer,mingite foris,& hunc ne polluite , diſcedo iſtinc , tuaq; poemata tanquam
ſacra non taxo . At Lucilius ſatyrographus proſcidit ciues Romanos Lupum , Mutium , & ali- D
os uitioſos , & fregit genuinum dentem in illis . Aſtutus Horatius tangit amico ridenti omne uiti-
um,& admiſſus circum præcordia , ubi affectionum ſedes ſunt , illudit , & irridet eius ſcelera , pe-
ritus ſubſannare naſo extorto populum.Me ne igitur loqui nefas eſt?an ne clanculum quidem,ne
que cum ſcrobe mihi loqui licet,ſicut quondam Midæ tonſori licuit?Ad quod aduerſarius reſpon
dens.nuſquam inquit tibi fas eſt mutire. Perſius. Quamuis iſtuc tibi uideatur,tamen infodiam;
& inſcribam hoc libello . O libelle ego ipſe uidi , uidi inquam , Complures habent aures aſininas;
Ego nulla Iliade tibi uendo hoc reconditum , hunc riſum meum , hoc quod tibi tam uile , ac nul-
lius precij uidetur.Quicunque afflatus audaci Cratino palles , extimeſcis , ad pallorem uſque di-
dicisti Eupoliden uehementi ira in hominum uitia inuectum , & Ariſtophanem , aſpice etiam has
ſatyras meas : ſi forte audias aliquid decoctius , & perfectius , ex quo lector quodam feruore
mihi concilietur,& animo ardenti , atque cupiditate ſumma legat me , cuius rei ſit indicium au-
ris inflammata , uelut feruore ipſius operis perfuſa . Lector inquam non is , qui uitiis inquina-
tus geſtit irridere philoſophos , quique fortuita corporis uitia , libenter hominibus expro-
brat : ſeipſum magnæ auctoritatis exiſtimans , quod ædilis ſuperbus , & elatus Italico magi-
ſtratu , fregerit iniuſtas menſuras , in quouis municipio . Nec ille , qui uafer nouit irridere
nume-

A numeros in tabella mathemarica (quem abacum uocãt) & figuras in puluiſculo diuiſo deſcriptas,
paratus gaudere uehementer, ſi procax meretricula philoſopho barbam uellat. His enim non hu-
ius libelli lectionem, ſed manè iuris ciuilis adminiſtrationem, poſt prandium uero quamlibet me-
retricem permitto, cum uirtutem contemnant, neq; ſpes ſit eorum honeſtatis.

SCHOLIA.

Hæc fierent.] Quaſi dicat minime. *Et teſtic.*] Si quid utilitatis patriæ & ſanguinis maiorum,
qui fortiſſimi uiri fuerunt in nobis ſupereſſet. *Delumbe.*] Laſciuum, minimeq; uirile. Delumbis
homo dicitur mollis & effœminatus ob nimiam Venerem. Hinc delumbe carmen, molle, laſciuũ,
& enerue. *Hoc natat.*] Hoc tantum nobilibus in promptu eſt, ut de Baccho & Cybele laſciuos uer-
ſus effutiant. *Mænas.*] Græce μαινὰς mulier bacchanalia celebrans. Mænades etiam fuerunt Bac-
chi comites furibundæ. *Atys.*] Phrygius adoleſcens formoſiſſimus, quẽ Cybele mirabili dile-
xit amore. *Nec pluteum cædit.*] Nec eſt cauſa cædendi Pluteum; nec eſt accurate compoſitum.
Sumptum autem eſt hoc ex Horatio, qui in Sermonibus ſic ait. Sed ille Si foret hoc noſtrum fato
delapſus in æuum, Detereret ſibi multa, recideret omne, quod ultra Perfectum traheretur, & in uer-
ſu faciendo, Sæpe caput ſcaberet, uiuos & roderet ungues. Qui moram ſtylo, iudiciumque ad-
hibent, in ipſo limæ labore irati interdum, aut ſollicite cogitabundi, uel pluteum cędunt, uel un-
B gues arrodunt, uel caput ſcabunt. Plutei proprie crates corio crudo tectæ ſunt: quæ militibus o-
pus facientibus, ne ab hoſtibus lædi poſſent, opponebantur. Poſtea uero etiam tabulæ, quibus
aliquid præſepiretur, eodem nomine dictæ ſunt. Hinc librorum & tabularum, ſignorumq; repo-
ſitoria, Plutei appellantur. *Sapit.*] Repræſentat. *Teneras auriculas.*] Alludit ad id adagium Au-
ricula infima mollior, & taxat nimiam principum mollitiem, quorum aures blandis aſſuetæ pal-
pationibus auerſantur mordacem ueritatem. *Mordaci uero.*] Terentius in Andria. Obſequium
amicos, ueritas odium parit. Tertullianus in Apologetico. Plane olim, id eſt, ſemper ueritas odio
eſt. Hieronymus enarrans illud apoſtoli. Ego inimicus uobis ſum factus uerum dicens. Hæc, in-
quit, eſt conditio ueritatis, ut eam ſemper inimicitiæ perſequantur, ſicut per adulationem perni-
cioſæ amicitiæ comparantur. Libenter enim quod delectat audimus, & offendit omne quod nolu-
mus. *Vide.*] Tertiæ coniugationis nunc eſt ſicut & interdum caue, ab antiquo uerbo uido, un-
de adhuc remanet diuido. ſic in illo Catonis uerſu: Hoc uide, ne rurſus leuitatis crimine damnes.
Limina frigeſcant.] Imitatur illud Horatij. O puer ut ſis Vitalis metuo, & maiorum ne quis ami-
cus Frigore te feriat. *Tibi*] In tuam perniciem. *Canina litera.*] Dicitur r, quam canes irati reſtri-
ctis dentibus ringendo exprimunt. Vnde & irritare Donato deductum eſt. Lucillius. Irritata ca-
nis quod r r quam plurima dicat. *Euge omnes b.m.e.r.*] Aſſentientis prope, & quaſi ſponte ſua cõ-
C gratulantis, quod oẽs res bene ſe habebunt, ſi ſatyra ſcribenda ſuperſederit. Totum uero per ironi-
am cum riſu legendum eſt. Nam tacite eum ridens, omnia mortalium uitia ſe notaturũ ſignificat.
Hoc iuuat.] Si probe mores tuos perpendo, neminem reprehendi delectat. *Hic inquis ue.*]
Allegoria eſt, id eſt, prohibeo, ne quis poemata mea notis contaminet. *Oletum.*] Stercus eſt hu-
manum. Veranius, Sacerdotula in ſacrario Martiali fecit oletum. *Pinge d.a.*] Pinge aliquod ſig-
num, quo monear à quibus mihi ſit abſtinendum. Veteres quibus in locis oletum fieri nolebant,
angues tanquam loci genium depingebant, quo ſigno perſpecto, inde metu pueri diſcedebãt. per
quam ſimilitudinem pollicetur, ſi ſibi oſtenderit, à quibus abſtinendum ſit, non in eum quippiam
ſe ſcripturum, ſed illinc tanquam è loco quodam uetitó diſceſſurũ. *Te Lupe te M.*] Lupus & Mu-
tius Albutius infames fuerunt tempore Lucillij, quos ſatyrico dente lacerauit. *Et genuinum.*] Qui
alios carpunt, dentem genuinum agitare dicuntur. Hiero. In pleriſq; prouincijs familiare eſt, ut ge-
nuino dente ſe lacerent. Idem. Poſſum reſpondere, ſi uelim, poſſum genuinum læſus infigere. In ho-
minis ore quaterni ordines dentium ſunt, quorum primi lati & acuti, & quibus primo morſus af-
figitur, primores dicuntur. Poſt hos rotundi aliquatenus, & in ſerræ modum acuti, canini uocan-
tur. Qui hos loco tertio ſubſequuntur duplices ac cibum conficientes, molares appellantur. Vlti-
mi omnium genuini ſunt, qui ſero gigni ſolent, ſic dicti, quod à genis dependeant. *Vafer.*] Aſtu-
D tus. *Præcordia.*] Exta homini ab inferiori uiſcerum parte ſeparantur membranis, quæ præcor-
dia uocantur, quia cordi prætenduntur. In his præcipua eſt ſedes hilaritatis, quod in titillatu ma-
xime alarum intelligitur, non alibi tenuiore cute humana, ob quod maxima illa dulcedo ſcribẽdi
eſt. Cuius rei Perſius non ignarus, à lectoribus admiſſum Horatium circa præcordia ludere, & cos
quaſi uullare ſignificat. Quod ſane ad Horatianos ſales referendum eſt. *Suſpendere naſo.*] Repre-
hendere, irridere, ſubſannare. Horatius. Naſo ſuſpendis adunco. *Mutire.*] Loqui. Ennius. Palam
mutire homini plebeio piaculũ eſt. Terentius. Nihil iam mutire audeo. *Nec cum ſcrobe.*] Alludit
ad fabulam Midæ regis Phrygiæ, cui Phœbus, quòd ſtolide Pana canẽtem ſibi prætuliſſet, aſininas
affixit auriculas. Quas cum diu mitra occuluiſſet, tandem à tonſore animaduerſum eſt: qui cũ nec
reticere uiſum poſſet, nec prodere cuiquam auderet, in agrum ſeceſſit, ſcrobemq; effodit, ac capite
in eum demiſſo, tenui uocula retulit, quales Midæ aures aſpexiſſet. Nõ multo poſt, cum arundines
ibi natæ leui aura motarentur, eadem uerba, quæ tonſor regius ſcrobi dixerat referebant. hoc eſt,
Auriculas aſini Midas rex habet, quo modo primum poeta ſcripſit, ſed poſtea monente Cornuto,
metu Cæſaris ſcripturam mutauit. *Afflate.*] Pro afflatus. Antiptoſis eſt, ut alibi trabeate pro tra-
beatus. *Cratino.*] Cratinus, Eupolis, & Ariſtophanes antiquæ comœdiæ præcipui auctores,
hominum uitia maxima libertate notauerunt, quos Latini ſatyrographi diligenter imitati ſunt.

Decoctius.] Perfectius. Contrarium eſt ei quod ſupra dixit, numeris crudis. *Vaporata.*] Perſtat eleganter in metaphora à carnibus igni elixis ſumpta. A *Crepidas.*] κρηπὶς·ἶδος Græce, Latine crepidà & crepidula prima ſyllaba correpta; teſte Gellio, genus eſt calciamẽti, quo peculiariter uſi ſunt philoſophi. Hora. Sermonum libro primò. Sapiens crepidas ſibi nũquam, Nec ſoleas fecit. Catullus: Culos & crepidas lingere carbátinas. Vbi animaduertẽdum Latinos poetas libere deſciuiſſe à Græcis primam cum ſecunda producentibus, quod & in compluſculis alijs factum dictionibus uidemus. A crepida fit crepidarius. Sempronios Aſellio in libro Rerum geſtarum xiiij. Crepidarium cultellum rogauit à crepidario ſutore. *Seſe aliquem.*] Legitur etiam aliquid, nec minus eleganter. *Heminas.*] Hemina menſuræ genus eſt dimidium ſextarij continens. *Areti.*] Aretij, & ponitur aduerbialiter. Eſt autem Aretium oppidum Tuſciæ. *Aedilis.*] Aediles inter alia officia præerant menſuris corrigendis. *Nonaria.*] Meretrix, quæ in lupanari poſt nonam horã proſtabat. *Calliroen.*] Vel eſt proprium nomen inſignis meretricis, uel fontem ſignificat, ut natationem accipiamus. Eſt enim Calliroe fons apud Athenas, & interpretatur pulchre fluens.

L. IO. SCOPAE.

Veto quiſquam faxit oletum.] Hic oletum ſignificare ſtercus humanum interpretes aiont, citantq́ Verranij autoritatem dicentis. ſacerdotula in ſacrario fecit oletum. Sed tam in Perſio, quam in Verranio ſignificare locum olentem, & fœtidum, quem ſæpius meiendo facimus, dubio procul affirmo: B quod Perſius ipſe, quum ſubiunxerit, extra meite, & non cacate, uel excrementa uentris mittite, indicauit: & Tacitus gymnaſium eo anno dedicatum à Nerone, præbitumq́ oletum equiti, ac ſenatui: ſignificare tamen ſtercus humanum nuſquã legitur. Vbi eſto cautior, quòd meio apud idoneos, nunquam mingo, licet grammatici præcipiant, legitur. Oletum quoq; in altera ſignificatione eſt locus olea conſitus, Cato de Re ruſtica capite primo, tertio ſalictum, quarto oletum, & ſæpè apud Varronem, Columellam, & Palladium, ac Plinium in hac ſignificatione leges.

Carpit auaritiæ mala uota, precesq́, ſecunda.

SATYRA II.

HVnc Macrine diem numera meliore lapillo
Qui tibi labentes apponit candidus annos.
Funde merum genio. non tu prece poſcis emaci
Quæ niſi ſeductis nequeas committere diuis.
At bona pars procerum tacita libabit acerra.
Haud cuiuis prõptũ ẽ murmurq́; humilesq́; ſuſurros
Tollere de templis, & aperto uiuere uoto.
Mẽs bona, fama, fides, hęc clare & ut audiat hoſpes,
Illa ſibi introrſum, & ſub lingua immurmurat: o ſi
Ebullet patrui præclarum funus, & o ſi
Sub raſtro crepet argenti mihi ſeria dextro
Hercule. pupillum ue utinam, quẽ proximus hæres
Impello, expungam, namq́; eſt ſcabioſus & acri
Bile tumet: Nerio iam tertia ducitur uxor.
Hæc ſanctè ut poſcas tyberino in gurgite mergis
Mane caput bis terq́;, & noctem flumine purgas.
Heus age, reſponde (minimũ eſt quod ſcire laboro)
De Ioue quid ſentis? eſt ne ut præponere cures
Hunc cuiquam? cuinam? uis Staio? an ſcilicet hæres
Quis potior iudex puerisue quis aptior orbis?
Hoc igitur quo tu Iouis aurem impellere tentas
Dic agedum Staio. prô Iuppiter: ô bone clamet
Iuppiter: at ſeſe non clamet Iuppiter ipſe?
Ignouiſſe putas quia cum tonat, ocyus ilex
Sulfure diſcutitur ſacro quàm tuq́; domusq́;.
An quia non fibris ouium, Ergennaq́; iubente
Triſte iaces lucis euitandumq́; bidental,
Iccirco ſtolidam præbet tibi uellere barbam

ASCENSIVS.

HVnc Macrine di.] In hac Satyra ut patuit duo principaliter facit, alterum quia ſtulta ac ſcelerata uota auarorum damnat, qui dementia quadã perciti arbitrari uidentur deos poſſe muneribus aut oblationibus ad C ſcelus patrandum allici: alterum quia ſacerdotes qui talia uota ſuſcipiunt ac uouentes laudant nec docent quæ dijs gratæ ſint oblationes carpit. Pulchre autem in principio liberalitatem atq; integritatem Minutij Macrini commendat, ut ex eius comparatione in ſordidos ac ſceleratos auaros iuſta ac opportuna pateat execratio, Vtq́; ſe nõ tantũ ad mordendũ ſed etiã ad laudãdũ propẽſum indicet, immo propẽſiorẽ, quia hanc ſatyrã à laude Macrini; & à laude Cornuti præceptoris ſui, & ſextam à laude Baſſi auſpicatur. Tota ſatyra ſan- D cta eſt ac munda, nec tanta animi ſuſpenſione inuoluta quin facile intelligi poſſet. Quin etiam nihil ſcitu dignum reliqui commentarij prætermiſiſſe uidentur. quapropter ot breuior ſim ordo eſt. O Macrine uir bone & amice: numera; id eſt, numerãdum ſigna, hunc, id eſt, præſentẽ diem natiuitatis tuæ, meliore lapillo, id eſt, candidiore quàm cæteros dies tuos ſupple. ergo numera omnes dies tuos bono quidem lapillo, ſed hunc meliore quàm cæteros: qui ſcilicet dies præſens exiſtens candidus, id eſt, can-

Iuppiter? aut quidnam eſt qua tu mercede deorum
Emeris auriculas, pulmone & lactibus unctis?

A dido lapillo eo quod bonus fau-
ſtusq; ſit ſignãdus, apponit, id eſt,
adiungit tibi annos labentes, id
eſt, tacite prætereuntes, hoc eſt qui tibi quoties redit, annũ ętatis addit, eſt enim natalis tuus. Quod
Plautius & commentarij in Horatium ſentiunt uoluiſſe eum morem numerandi dies Cretenſium
fuiſſe, ut id obiter dicam, mihi non placet. Nam ſi Horatius creſſam notam dixerit quòd ea Cretes
uterẽtur, aut ſola alba notabant quod ridiculum eſt dicere, aut ſi etiam nigra, nihil dixerit Horati-
us: accipit igitur creſſam id eſt albam, eo quod Creta quæ à candore nunc Cãdia, creta, id eſt, terra
alba abundet: creſſam ergo notam cretaceam accipio, ſicut & poeta ſatyra quinta. Illa, prius creta,
mox hæc carbone notaſti. ubi etiam innuit faciendum quod facit ut ſcilicet prius bonos laudet,
quàm malos carpat. Funde genio id eſt deo naturæ & natiuitatis tuæ quem in natali ſuo ueteres co
lebant, merum id eſt purum uinum. uideris enim feliciter natus qui animum à rerum concupi-
ſcentia mundum obtines. Non enim poſcis id eſt requiris à deo, prece emaci, id eſt, cui munera
adiuncta ſunt quibus ſtulti auari quod precantur ſe emere arbitrantur, non poſcis inquam emaci
prece ea quæ nequeas committere, id eſt, concredere & reuelare dijs niſi ſeductis (non dico dece-
ptis, quis enim deos decipiat?) ſed ſeorſum à populo ductis, hoc eſt quæ non audeas precari audi
B entibus populis. At, id eſt, ſed, bona, id eſt, magna pars procerum, id eſt, primorum ac magnatum
ciuitatis. libabit, id eſt, ſacrificabit, acerra, id eſt, turibulo, tacita, id eſt, ſine precibus expreſſis dijs
incenſo. Haud, id eſt, non eſt promptum, id eſt, facile & paratum eſt cuiuis, id eſt, cuilibet homini,
tollere, id eſt, amouere, de templis. i. phanis ad contemplationem deſtinatis, murmur, id eſt, ſecre-
tas preces. & ſuſurros. i. preces quaſi à ſuſurrante prolatas, humiles. i. humili uoce ac ſubmiſſa, & ui
uere uoto, id eſt, deſiderio aperto. i. manifeſto, & non aliud in corde & aliud in ore habente. Bona,
id eſt, magna pars procerum dicit ſup. clare, & ut hoſpes, id eſt, externus audiat, hæc ſcilicet mens
bona, & fama bona, & fides ſupple ſint mihi, ſed murmurat, id eſt, modico ſuſurro quaſi murmu-
rans dicit ſibi introrſum, id eſt, in animo ſuo. & ſub lingua, ita quod os non egrediatur, ſic ut intel-
ligi poſſit, illa quæ ſequuntur ſcilicet O ſi. i. utinam præclarũ. i. ualde pompoſe extructum funus, id
eſt, ſepulcrum, patrui. i. fratris patris mei, ebulliet. i. ut bulla uento & aqua conſtans ſic infletur & ex
tumeſcat, ut diſſoluatur, & theſaurus quem ſecum ſepeliri iuſſit appareat mihi, quem uiolato ſepul
cro nefas & execrabile eſſet inquirere. Hæc quidem mihi potiſſimum uiſa eſt ſententia, quid alij di-
cant uidere licet: non tamen leges ut Nebriſſenſis ebulliat, quia metrum nõ patitur. Accipit autem
funus pro morte, quod non damno, ſed pro ſepulcro magis quadrat pręſertim epitheto pręclarũ.
& o ſi, id eſt, utinam, ſeria. i. uas fictile, & terra fictum, quod neſcit putrefactionẽ, argenti. i. in quo ar
C gentum in terra defoſſum eſt (ingruente enim bello quia locus recenter defoſſus militibus inueſti-
gandi occaſionem ſæpe dedit, ſolertes agricolæ in noualibus ſuis paulo ante aratis theſauros ſuos
infodere conſueuerant) crepet, id eſt, crepitum faciat dum rumpatur, mihi, id eſt, ad commodum
meum, ſub raſtro. i. inſtrumento quo terram rado. Erant autem priſci Romani agriculturę ſtudio
ſi: nec turpe putabant ex agricola ſibi dictatorem cõſtituere, & ita uериſimile eſt quod diues Roma
nus etiam raſtro utatur. Crepet inquam mihi Hercule. i. deo illo quem diuitiarum largitorem gẽti
litas opinata eſt, ente dextro. i. propitio & fautore, ue pro uel utinam ego expungam, id eſt, deleam
ex tabula teſtamenti per mortem eius potius quàm per deletionem nominis ut probant ſequẽtia,
pupillũ. i. puerum parentibus priuatum, quem ego hæres proximus. i. proximo loco ſubſtitutus,
ut caſu quo ille ſine hærede legitimo decedat, ego illi ſuccedam, impello. i. urgeo & tam uicinus ſum
in tabula teſtamenti inſcriptus quod ipſum contingo, & quaſi expello: nam ſi moriatur expunga-
tur nomen eius è cæra teſtamenti, unde tracta impellendi metaphora. Poſſe autem ſe id ſperare do
cet. Namq; eſt ſcabioſus. Id autem pueritiæ malum ſæpe eſt, & tumet, id eſt, inflatur atra, id eſt, nocl
ua bile, id eſt, cholera. & ita (quod tacite ſecum cogitat) ſi ipſum ueneno ſuſtulero, non criminabor
parricidij, neq; debeo quicquàm uereri, fretus conſimili facinore. nam tertia uxor ducitur. i. pom-
poſe ad ſepulcrum effertur Nerio, diuiti illi auaro & ſceleſto, qui coniuges ſuas interficit amore do
D tis: ſic enim duxit eas ut ſi ſuperuiuat, dotem non reſtituat. ſi ergo Nerius tres coniuges ueneno aut
cicuta ſuſtulit, quid dubitem pupillum unum ſcabioſum & ſtomacho laborantem necare? quaſi di
cat nihil. Poteſt etiam eſſe uotum diſtinctum, ut innuat ſe uelle unam ſaltem efferre uxorem cum
Nerio iam tertia ducatur, ſed magis quadrat prior expoſitio. Quia duci etiam ſepeliendis conue-
nit, unde Iuuenalis. Ducitur iratis plaudendum funus amicis. Si tamen dixeris duci ut ſit coniunx
ſublatis duobus, non abſurdum ſed minus dixeris. Contra quod poeta nefandam temeritatem ta
lium exprobraturus ait. Tu mergis, id eſt, intingis mane, id eſt, tempore matutino caput tuum bis
propter inferos deos qui numero pari gaudent, & ter propter ſuperos, qui numero impari, caput
tuum in gurgite Tyberino, id eſt, ipſius Tyberis cuius aqua purgatiua ſummopere credebatur. &
tu purgas noctem, id eſt, pollutionem aut aliam maculam nocte contractam, flumine, id eſt, aqua
fluenti, quę purgandi uim habere credebatur, unde Aeneidos ſecundo, Aeneas ad Anchiſen. Tu ge
nitor cape ſacra manu patrioſq; penates: Me bello ex tanto digreſſum & cæde recenti Attrectare
nefas, donec me flumine uiuo Abluero. Tu ergo purgas & luſtras ut poſcas, id eſt, preceris: hæc, id
eſt, huiuſmodi nefanda: ſancte, id eſt, rite & inuiolate. quaſi dicat temerarius es & demens ſi credis
deũ poſſe muneribus aut precibus ad nefas allici poſſe, unde ſubdit. Heus tu qui talia facis, age, id
eſt agedum: cohortandi enim eſt aduerbium: reſponde, id quod laboro ſcire (ne forte graueris) eſt
mini-

minimum,id eſt,res minima & facillima ad reſpondendum,dic igitur mihi quid ſentis de Ioue,id A
eſt,de ſummo deo qui iuuans pater hoc eſt Iupiter dicitur,eſt ne Iupiter ſupple talis,ut ſi non ſit ſe-
cundum te optimus,non eſt tamen peſſimus,ita ut tu cures præponere,hunc ſcilicet Iouem;ſal-
tem cuiquam ſceleratiſſimo homini?Reſpondet per fictionem poeticam,auarus,cuinã ſupple uis
ut præponã Iouem.ad quod poeta,uis tu ne ſupple eũ præponere Staio,homini ſceleſtiſſimo qui &
coniuges & pupillos ueneno ſuſtulit tempore Ciceronis.Cum uero auarus non ſtatim reſponde-
ret,addit poeta.ſcilicet an hæres.i.dubitas quis ſupple amborum,hoc eſt proprie loquendo,uter
eorum,ſit potior iudex,& quis aptior.i.conuenientior,pueris orbis.i.orphanis & pupillis.i.pri-
uatis parentibus ſuis?quaſi dicat non debes dubitare,cum deo nihil ſit melius,& Staio nemo ſce-
leſtior.Igitur cum ita ſit quod Iupiter ſit etiam ſecundum te melior Staio,agedum,adhortandi eſt
aduerbium utriuſque numeri.dic Staio hoc quo.i.ad quod tu tentas.i.conaris impellere.i.induce-
re autem Iouis.quaſi dicat poeta,ſi hoc Staio dixeris,ipſe Staius clamet.i.in ultionẽ uocabit,prô
Iupiter,ô bone Iupiter,ſupple quàm ſceleſtus eſt hic homo qui te talia precari audet.Nebriſſen.ha
bet ad,ſed placet at.i.ſed ſi ſupple Staius clamet Iouem putes ſupple quod ipſe Iuppiter nõ clamet
ſeſe.i.ſemetipſum,quaſi dicat id ſtulte opineris.unde ſubdit.An ſupple putas Iouem ignouiſſe ubi
quia cum id eſt quando tonat ſcilicet Iupiter ilex.i.arbor illa de genere quercuum,diſcutitur.i.per
cuſſione finditur,ocyus.i.uelocius & citius.ſulfure ſacro.i.fulgure exectabili & uerendo ac ſulfu- B
reum odorem emittente.ocyus dico quàm tuque & domus tua.quaſi dicat id ſtulte opinaris,quia
quamuis lenta,tamen magna eſt uindicta deorum,tarditatemque ultionis,ſupplicij grauitate com
pẽſant.Quare autem ſera ſit ultio multarum rationum quas ex ethnicis affert Plautius ea uidetur
ridiculoſa quã ex Plinio,occupato uidelicet deo in tanta mole.poteſt enim deus omnia quæ uult
in inſtanti peragere ſine ſui fatigatione aut motu:Sed ut inquit Apoſtolus ad pœnitentiam expe-
ctat,quam ſi neglexerint,ut iuſtius,ita acerbius punit.An quia tu non iaces,proſtratus ſcilicet ful-
mine,in ſup.lucis,id eſt,ſyluis incæduis,id eſt,quæ nunquàm cæduntur propter religionem ali-
quam:ens bidental,id eſt,res fulmine percuſſa & bidente purganda.bidental dico triſte,& euitan
dum ſup.cunctis.& hoc fibris.i.extis ouium ſup.iubentibus.i.indicãtibus aruſpici,quod percuſ-
ſus ira Iouis,illic derelinquendus ſit à nemine contrectandus.& Ergenna,aruſpice illo petiuſſimo
iubente.ſ.te euitari.hoc eſt an quia nõdum execrabiliter percuſſus es fulmine,idcirco Iupiter præ
bet tibi uellere.i.uellendam barbam ſuam ſtolidam.i.quam ipſe ſtolidus habeat.hic animaduer-
tes mihi non conuenire cum Nebriſſen.qui legit iacis,quod nequaquam congruit,quia fulmine
tactum innuit debere illic iacuiſſe.præterea de barba Iouis.i.eius ſimulacro loquitur:nam eos qui
bus barbam uellimus contemnimus ut Dionyſius Aeſculapium & Iudæi Chriſtum.aut ſi hoc nõ
putas quidnam eſt & qua mercede.i.premio ac beneficij relatiõe,tu emeris.i.tibi comparaueris; C
auriculas deorum quæ uobis tuis pareant.Nunquid ſup.pulmone & lactibus,id eſt,inteſtinis quę
lactes uocantur.unctis,id eſt,pinguibus aut adipe perfuſis,quaſi dicat,id ſtulte quoque opineris,
quia dij talium non egent.

IOANNES BRITANNICVS.

Hunc Macrine diem.] Inuenio temporibus Perſij quendam fuiſſe Minutium Macrinum Brixla-
num uirum magna quidem auctoritate & ſingulari modeſtia.de quo ita ſcribit Plinius.Patria eſt
ei Brixia,ex illa noſtra Italia quæ multum adhuc uerecundiæ antiquæ & frugalitatis retinet ac ſer-
uat.Pater Minutius Macrinus equeſtris ordinis princeps,quia nihil altius uoluit.Allectus enim à
diuo Veſpaſiano inter prætorios,honeſtam quietẽ huic noſtræ ambitioni dicam an dignitati con
ſtantiſſime prætulit.de hoc omnino poeta intellexit.Nam inter ultima tempora imperij Neronis
& prima Veſpaſiani,tres tantum interceſſere anni,ut temporibus Perſij in urbe Macrinus eque-
ſtri dignitate notus eſſet.Hunc igitur ut & familiarem & amicum ſuum diem natalem celebrãtem
alloquitur,eius animi candorem laudans.Et ſatyræ non oblitus,ſtulta uota hominum arguit,eos
in primis accuſans,qui nimia auaritia obſtricti,à dijs nefaria & ſceleſta petunt,eoſque æque ac mor
tales muneribus capi credunt,docens deum hominum magis corde ſyncero quàm auro gaude-
re. *Numera meliore lapillo.*] Inter dies felices natalem Macrini dicit eſſe habendum ex Thraciæ gẽ D
tis inſtituto,quæ ut ſcribit Plinius,calculos colore diſtinctos pro experimẽto cuiuſque diei in urnã
condit,ac ſupremo die ſeparatos dinumerat,atque ita lapillorum computatione uitam actam cog-
noſcit.Quod Plinius accuſans inclamat.Heu uana & imprudens diligentia,numerus dierũ com
putatur ubi queritur pondus.Hora.tamen eam conſuetudinem dicit fuiſſe Cretenſium.Creſſa ne
careat pulchra dies nota. C. hic ego Threſſa,non creſſa apud Horatium lego.ut apud Flaccum
Argonanticon ij.libro,Caraſque thoris inducere Threſſas. S. *Apponit.*] Aſſignat,& computatio
ne oſtendit. *Annos.*] Atteius capito annum à circuitu tẽporis putat dictum,quia ueteres an pro
circum ponere ſolebant.ut Cato in Originibus oratorum.An terminum.i.circum terminum:Et
ambire pro circuire.Ad quod Virg.reſpexit Interea magnum ſol circum uoluitur annum. *Fun-
de merum genio.*] Ex Epicureorum ſententia,qui in omni lætitia hoc agebant.Vinum promendum
eſſe dicit & animi relaxationi operam dandam.ſic Hora.Nunc eſt bibẽdum,nunc pede libero Pul
ſanda tellus. *Genio.*] Genium colere dicitur qui operam dat uoluptati & animi relaxationi.Vn
de Iuue.Genialis agatur Iſte dies.unde & genialis lectus dicitur qui nuptijs ſternitur in honorẽ Ge
nij.Nam Geniũ appellabant deum qui uim obtineret rerum gignendarũ.auctore Feſto.Aufidius.
Genius,inquit,eſt deorũ filius,& parens hominũ ex quo homines gignũtur.Et propterea Genius

A meus nominatur, quia me genuit. Alij geniũ eſſe putauerũt uniuſcuiuſq; loci deũ, ergo indulgere
genio dicimur, cum lautius uiuimus, nec naturam defraudamus. Alibi Perſius. Indulge genio, car
pamus dulcia. & contra Terentius. ſuum defraudans genium, id eſt, naturam ſuam. *Non in prece*
poſcis emaci.] Modeſtiã Macrini laudando, ſatyrica indignatione in eos cõuertitur, qui à dijs mul
tis precibus diuitias & nefaria petunt. *Niſi ſeductis.*] .i. niſi prius precibus & muneribus capus,
ac perinde deceptis. Seducere enim eſt decipere, aliàs ponitur pro ſeorſum ducere & ſeparare. ut
alibi Perſius. Niſi ſolers luxuria ante ſeductum moneat. *At bona pars procerum ta. li. a.*] Senſus eſt.
Multi quidem & omnes fere ſacrificia dijs faciunt, ſed non omnes pie ſacrificant, nec aperto & ma
nifeſto uiuunt uoto. Nam quæ turpia ſunt, ea ſummiſſa uoce & murmure ſuppreſſo petũtur: quæ
uero honeſta diſſimulata prauitate, clara uoce rogantur. *Bona pars.*] Magna. *Tacita.*] .i. ipſi
taciti. *Acerra.*] Vas eſt thurarium. *Humiles.*] Suppreſſos, ſummiſſos. *Mens bona, fama fides,*
hæc clare.] Subaudi à dijs petuntur. *Illa.*] .ſ. quæ ſequuntur. *Introrſum.*] Hora. Labra mouet
metuens audiri, pulchra Lauerna Da mihi fallere, da ſanctum iuſtumq; uideri: Noctem peccatis &
fraudibus obijce nubem. *O ſi.*] O & ſi optantis ſunt, quæ nunc iungũtur. Nam ſingula ante po
nebantur. Virgi. Si nunc ſe nobis ille aureus arbore ramus Oſtendat nemore in tanto. Ergo unũ
uacat quantum ad antiquitatem. Virg. O mihi præteritos referat ſi Iuppiter annos. *O ſi ebullet.*]
B Hic ſui temporis immanem cupiditatem & auaritiam oſtendit. æmulatio eſt Oratiana. O ſi angu
lus ille Proximus accedat qui nunc denormat agellum. O ſi urnam argenti ſors qua mihi mon
ſtret. *Ebullet.*] Hunc ego locum emendaui. Nam cum omnes codices temporum fortaſſe & li
brariorum culpa ebulliat legant, animaduerti ebullet legendum eſſe, non ebulliat. nam ebullio ſe
cundam habet ſyllabam longam, & geminato ll, ſcribitur, ut alibi Perſius. Summa rurſus nõ bul
lit in unda. Hoc loco uero ſi ebulliat legeretur, corriperetur: ſenſus etiã nullus prorſus eſſet. Ebul
let igitur legendum eſt: ſumptum à bulla quæ in aquis inſtar pilæ tumeſcit & facile rũpitur. Ouid.
Intumuit ſicut fuluo per lucida cælo Surgere bulla ſolet. & ſimul alluſit poeta ad id prouerbiũ qđ
à Varrone in Re ruſtica recitatur. Homo bulla eſt. Eſt igitur ſenſus. utinam funus patrui ebullet. i.
exeat & erumpat quo more rumpitur bulla. Sicq; formatum eſt uerbum ebullare, ut ampullare a
pud Hora. hoc uerbo uſus eſt Celſus loquens de urina. Si hæc craſſa, carunculas quidem exiguas,
quaſi capillos habet, aut ſi bullat & male olet interdum quaſi arenam interdum quaſi ſanguinẽ tra
dit. *Præclarum.*] Propter diuitias eius. *Seria.*] Genus uaſis fictilis. Terentius. Serias omnes re
leui. *Dextro Hercule.*] Amico & propitio, quẽ antiquitas fabulata eſt, ut ſcribit Diodo. dixiſſe, qui
ſibi poſtquàm ad deos translatus eſſet decimam bonorum dicarẽt, uitam felicem uicturos. Quod
& euenifſe conſtat. Multi enim Romanorum non ſolum mediocri cẽſu, ſed & qui ditiſſimi ſunt ha
C biti, decimas Herculi uouerunt. Lucullus Romanorum ferme ditiſſimus æſtimatis bonis decimã
Herculi partem dedit epulas præbens continuas profundens multa. Templum inſuper iuxta Ty
berim egregium Herculi condidere Romani in quo ex decimis ſacra deo offerũt. æmulatio eſt Ho
ratij: Diues amico Hercule. *Impello.*] .i. inſequor ut proximior. *Expungam.*] Deleam & ex hac
uita auferam. tractum à militibus, qui cum à militia remittuntur expungi dicuntur. *Namq; eſt ſca*
bioſus.] Lepide naturam auari expreſſit, qui dum auide hæreditatẽ expectat, hæc ſibi comminiſci
tur. Scabies, auctore Celſo, durior cutis rubicunda, ex qua puſtulæ oriuntur quædã humidiores,
quædam ſicciores. Exit ex quibuſdam ſanies, fitq; ex his continuatis exulceratio pruriẽs, ſerpitq;
quibuſdam cito: atq; in alijs quidem ex toto deſinit, in alijs uero certo tẽpore anni reuertitur: quo
aſperior eſt quoq; prurit magis, eo difficilius tollitur. *Acri bile.*] Hanc Græci choleram nomina
uerunt, commune ſtomachi atq; inteſtinorum uitium. ſupra enim infraq; erũpit, primum aquæ
ſimilis, deinde ut in ea recẽs caro lota eſſe uideatur. Cornelius Celſus. Is uero qui nauigauit & nau
ſea preſſus eſt, ſi multam bilem euomuit, uel abſtinere cibo debet, uel paulum aliquid ſumere. *Ne*
rio iam t. d. u.] Auarus nimia auri cupiditate in omne ſcelus euocatur: nam ita hoc intulit poeta, ut
oſtendat auarum cogitare & expetere quæ ab alijs ad opes acquirẽdas turpiter facta ſunt, quaſi nõ
turpe futurũ ſit ſi & ipſe idem fecerit. Senſus eſt igitur. Nerius iam tres uxores ſuſtulit & locupleta
tus eſt. Ducitur uerbo funebri uſus eſt. i. ad buſtũ fertur. Iuue. Ducitur iratis plaudendũ funus ami
D cis. Virg. Et triſtia funera ducunt. Nerio, nomẽ improbiſſimi hominis, quem ſibi imitandũ propo
nit auarus. *Mane caput.*] Purgabantur antiqui ſi quo piaculo eſſent polluti, ſulfure, aqua, & ig
ne. Ouidi. Terq; ſenem flamma, ter aqua, ter ſulfure luſtrat. Iuuenalis. Ter matutino Tyberi merge
tur. *Et noctem fl. p.*] Quia dicitur etiam nox ſolo ſomno polluere, & ex pollutione piaculum cõ
mitti. Virg. Vndam de flumine palmis Suſtulit. C. Veteris fuit ſuperſtitionis meticuloſa ſomnia,
ablutione purgare, id quod apud Aeſchylum obſeruatum eſt, & docuit in Batrachis Ariſtophanes
ὡς ἐγ θεῖον ὄνειρον ἀποκλύσω. i. Vt diuinum ſomnium abluam. Huc igitur reſpexiſſe uidetur hoc loco Per
ſius. S. *Heus age reſponde.*] Hæc interrogatio eo tendit ut oſtendat talia ut turpiſſima dijs mini
me grata ac ideo eos iraſci. *De Ioue q. ſ.*] Quaſi dicat, credíſne hæc deo placere? id eſt nõ ſcis Iouẽ
iuſtum eſſe & ei res nefarias diſplicere? *Eſt ne ut præponere cures h. c.*] .i. an debes Iouẽ pietate & iu
ſtitia omnibus antefacere? *Vis Staio.*] Staius Albius Oppianicus uir fuit ſceleratiſſimus & nocẽ
tiſſimus tẽporibus Ciceronis, qui Cluentiam uxorem, & C. Oppianicũ fratrẽ & eius uxorẽ graui
dam iam appropinquante partu ueneno ſuſtulit, ut mulier & quod erat ex fratre conceptũ necare
tur. Aſiniũ item Larinatẽ adoleſcentẽ pecunioſum Romam blanditijs allectum Aruſij opera inter
fecit. Qui poſtea accuſatus ab Aulo Cluentio Scaleno uni ex iudicibus grandẽ pecuniã dedit, & ta
men

men condemnatus. Hic ergo pro ſceleſto homine Staium poſuit, Vnde argumentum hoc fit, certè A
auare ſi hæc uota quæ ad deos facis Staio nocentiſſimo & perfido homini diceres: Staius ueluti uo
torum turpitudine attonitus Iouem inuocaret. nam & mali ſentiunt quid turpe & nefariũ ſit, idq;
plerunq; illis diſplicere ſolet. Erit igitur ſenſus horũ ſex carminum. Ioui ut iuſtiſſimo turpia nõ ui
debuntur, quæ Staio homini nocentiſſimo diſplicebunt, eritq; argumentum à minori ad maius.
Quis potior iudex.] Vt ſit ſenſus. Iuppiter quidem iuſtior omnino eſt. *Pueris or.*] Orbus dicitur
quicunq; aliqua re chára priuatus eſt. Proprie autem parens amiſſis liberis quaſi amiſſa luce ocu-
lorum. Contrà, filius etiam dicitur orbus qui priuatus eſt parentib. Terẽ. Orbæ qui proximi ſunt,
ijs nubat. inde eſt orbitas & uerbum orbare. *Hoc igitur.*] .ſ. uotum tuum. *Clamet.*] Voti atroci
tate. *Seſe non clamet Iuppiter ipſe.*] Deum oſtendit iraſci iniquis uotis hominum. *Ignouiſſe pu-
tas.*] Tacitæ obiectioni per ironiam occurrit. *Sulfure diſcutitur ſa.*] .i. fulmine. Nam fulmina & ful
gura quoq; ut ſcribit Plin. Sulphuris habent odorem, ac lux ipſa eorum ſulfurea eſt. Vergilius. Et
late circum loca ſulfure fumant. *An quia non fibris ouium, Ergennaq; iubente, Triſte iaces lucis euitan-
dumq; bidental?*] Senſus eſt. quia Iouis fulmine non perijſti, putas ubi concedi ut etiam impune bar
bam Iouis extirpes. i. omnia ſcelera facere liceat? Bidẽtal. Cum fulgura cadebant ſtatim fulgurum
procuratores aderant, qui locum cæſis bidentibus expiarent, quod clauſum & ſeptum bidental
à bidentibus, teſte Feſto appellabatur. Iuue. Atq; aliquis ſenior qui publica fulgura condit. Horat. B
Triſte bidental Mouerit inceſtus. *Triſte.*] Mali ominis. *Ergenna.*] Nomen proprium cõdito-
ris fulgurum. Lucus ubi frequentius fulmen cadit. *Euitandum.*] Vt mali ominis & ſacer locus.
Barbam ſto.] .ſ. Iouis quem tu auare ſtolidum putas. alluſio eſt ad illud Diony. Syracuſani qui Epi-
dauri Aeſculapio barbam auream demi iuſſit, cum affirmaret non conuenire patrem Apollinem
imberbem, & ipſum barbatum conſpici. Alij tamen ſtolidam barbam hominis ſtolidi interpretan
tur. quaſi dicat. nec homini miſero & ſtolido iniuriam faciendam. Sed ſuperior melior eſt ſenten-
tia. *Aut quidnam eſt qua tu mercede.*] Irriſio eſt in eos qui uictimis & muneribus capi deos putant.
Qua tu mer. deorum eme. a.] Ironia eſt, qua re credis emi aures deorum ut inclinentur ad turpia uota?
Pulmone & lactibus unctis?] Cum interrogatione & ironia, quaſi oſtendat poeta maieſtatem diui-
nam hiſce ſacrificijs non moueri, ſed hominum mẽte pura & corde ſyncero inclinari. *Lactibus.*]
Inteſtina eſſe lactes ſcribit Plinius, quæ à uentriculo incipiunt in oue & homine, per quas labitur ci
bus. in cæteris ea Ilia appellantur.

IOANNES BAPTISTA.

Hunc Macrine diem.] ad Macrinum Brixianum natalem ſuum celebrantem uirum illa tempeſta
te auctoritate, ſynceritate, & modeſtia ſingulari cæteris antiſtantem, equeſtriſq; ordinis principẽ,
quia nihil altius uoluit, allectus enim (ut inquit Plin.) à diuo Veſpaſiano inter prætorios honeſtam C
quietem huic noſtræ ambitioni dicam an dignitati conſtantiſſime prætulit, ad hunc inquam Ma-
crinum hominem probitate inſignem, & puritate non mediocri decoratum hanc luculentam, flo
ridam, & bonis admonitionibus præceptiſq; ſaluberrimis ſcaturientem Satyrã ſcribit, in qua nõ
ſine ingenti laudum ſuarum præconio & celebratiõe dicit eum eſſe tantæ ſanctitudinis, bonitatis,
& ſanctimoniæ, ut nihil petat à dijs quod homines latere uelit. cuius ueſtigia cæteri Romani non ſe
quentes clanculum uoce ſummiſſa, ne quiſpiam arbiter arbitrari queat inhoneſta, nefaria, & ſcele
roſa, multa offerendo petere non erubeſcunt, nec ullo uiolatæ religionis timore afficiũtur. Quam
obrẽ illos uehementi morſu lacerat, & ſatyrica mordacitate inſequitur, oſtendens non diua & pre
cioſa dona, non opulentas largitiones, ſed probos mores, mentem à prauis cogitationibus defe-
catam ab illis qui optata conſequi uoluerint, ad eorum templa deferri oportere. donis enim & do
norum magnificentia non capiuntur dij, ut homines cupidi, & auaritiæ laqueis tenaciſſimis impli
citi, ſed merula fiunt ſurdiores, cum ſolam mentem hominũ, & corda puriſſima conſiderent, quæ
templa dei dicuntur affirmante apoſtolo, qui ait. Si quis templũ dei uiolauerit, diſperdet illum de
us. Templum enim dei ſanctũ eſt, quod eſtis uos. *Meliore lapillo.*] Antiquis ex Thracum inſtitu
to mos fuit lætos dies albis calculis, infelices nigris quotidiana notatione ſignare, eo modo totum
annum computantes. candidis notatos inter uitæ ſeriem recenſebant, nigris autem ſignatos uitæ D
non eſſe aſcribendos putabant, quem morem Plin. lib. vij. cap. xl. exagitat: Orat. uero cum Acro-
ne, & Porphyrione, interpretibus hunc morem Cretenſium fuiſſe putauit. Carmen Oratianũ eſt
hoc. Creſſa nec careat pulchra dies nota. Meliore lapillo ergo, expone albo, candido & felici, ut
dicat Macrini natalem inter dies fauſtiſſimos, & feliciſſ. eſſe annumerandum. Marullus. Hic dies
nota meliore dignus Leniet longas patriæ querellas. Statius. O nox Erithreis Thetidi ſignanda la
pillis. *Apponit.*] Computatione oſtendit & aſſignat. *Annos labentes.*] Recte labentes inquit: nã
(ut ait Ouid.) Vtendum eſt ætate, cito pede labitur ætas: Nec bona tam ſequitur, quã bona prima fu
it. Idem. Eunt anni more fluẽtis aquæ. cui ſubſcribit Orat. li. ij. car. Eheu fugaces Poſthume Poſthu
me labuntur anni. Idem lib. i. Dum loquimur fugerit inuida ætas. Iuue. Dum ſerta, unguenta, puel
las, Poſcimus, obrepit non intellecta ſenectus. Annũ aũt, quem iuriſconſulti in æſtatem & hyemẽ
ſolummodo diuiſerunt, Aegyptij uero in hyemẽ, uer, & æſtatem, unde Mercurius lyram triũ chor
darum repeiſſe fertur, Ateus Capito à circuitu temporis putat dictum, quia ueteres an pro circũ
ponere ſolebant, ut an terminum. i. circum terminum dixit Cato. alij ab annulo, quod inſtar annu
li in ſe redeat. Vnde eſt illud Vergilianum: Redit agricolis labor actus in orbem: Atq; in ſe ſua per
ueſtigia uoluitur annus. ſed annulũ, quẽ Græci dactylion, noſtri Condulum, Condaliũ, & Symbo

A lum appellant, à circuitu uocitatum nemo eſt qui ambigat. *Funde merum genio.*] Genius deus eſt,
in cuius tutela ut quiſq; natus eſt, uiuit. hic ſiue quod ut generemur curat, ſiue qđ gignatur nobi-
ſcum, ſiue quod genitos ſuſcipiat ac tueatur, certe à gignendo genius appellatur, ut ſcribit Cenſo-
rinus. Genio mero ſacrificatur, ut teſtatur Tibullus. Oratius. Tellurem porco, Syluanũ lacte pia-
bant, Floribus & uino Genium memorem breuis æui. Sane cur genio merum fundēdum ſit (ut
hic præcipit Perſius) non hoſtia faciendum, ſi quis ſcire uoluerit, docuit Varro in eo libro cui titu
lus fuit Atticus, ſiue de numeris. Id enim moris inſtitutiq; maiores tenuiſſe teſtatur, ut quum die
natali munus annuum genio ſoluerent, manum à cæde ac ſanguine abſtinerent, ne die, qua ipſi lu
cem accepiſſent, alijs demerent. Deniq; ad Delij Apollinis genitoris aram (ut Timæus docuit) ne-
mo hoſtiam cædebat. Genius apud Plautum ſic loquitur in Aulu. Huic filia una eſt, ea mihi quoti
die aut thure, aut uino, aut aliquo ſemper ſupplicat. ubi perperam aliquod ſcriptum eſt, ſicut in
Aſinaria. Vides meam ante mergere, ubi nos ſic corrigimus: Vides me amantem egere. *Non tu
prece.*] Vt in alios ſatyrica indignatione inuehatur, qui à dijs mulus precibus diuitias & inhone
ſta, nefariaq; nemine audiente petunt: Macrinum probum, modeſtum, & honeſtiſſimæ uitæ homi
nem laudat, qui ita loquebatur cum deo tanquam homines audirent, ſic uiuebat cum hominibus
tanquam deus uideret, quod Seneca, & Macrobius faciendum eſſe præcipiunt. Huic Macriuo hac
B noſtra tempeſtate qui non ſolum ſit ſimilis, ſed eum lõge uirtutibus ſuperet, eſt unicus clariſſimus
D. Frãciſcus Ruueris Reuerendiſſimus epiſc. Vgubij, qui cũ nihil uotis ſuis turpe & inhoneſtũ con
ſequi à ſuperis cupiat, eſt prudens, moribus defecatis ornatus, frugaliſſimus, eruditorum ſuffra-
gator, proborum fauiſſor, egeſtoſorum opitulator, beneficentia, humanitate, multifaria doctrina,
& in primis religione monſtrabilis, quæ omnia ut eius diuinam, & inſolubilem amicitiam inirem,
me tanquam quibuſdam fidiculis coactum compulerunt. *Prece emaci.*] Precẽ recte appellat e-
macem quia uidemur precibus emiſſe, quod à dijs precibus rogando impetrauimus, inde preca-
rium, de quo Titulus eſt apud iuriſconſ. *Niſi ſeductis.*] Remotis, ſemotis, ſeparatis, & in locum ſe
cretiorem abductis, ubi nulli fieri poſſint arbitri & teſtes, hoc enim ſignificat ſeducere. Ouidius li-
bro iij. Meta. Forte puer comitum ſeductus ab agmine fido, Dixerat. Seductos homines appellat
Plin. ſequeſtratos à ſtrepitu urbano, uiuentesq; in receſſu. *At bona pars.*] Senſus eſt. Ex magna &
numeroſa ſacrificantium turba, quàm pauciſſimos inuenies qui aperto uiuant uoto, & qui hone-
ſta & turpia uota ſummiſſa uoce, & deuoratis uerbis non concipiant. Rogantur enim dij palam cũ
honeſta petuntur, arcanæ uero preces fiunt, cum poſcimus aliquid turpe. Sen. ad Lucilium. Tum
ſcito te ab omnibus cupiditatibus abſolutũ, cum eo perueneris ut nihil roges deũ niſi quod poſ-
ſis rogare palam. Nunc enim quanta dementia eſt hominum: Turpiſſima uota dijs inſuſurrant: Si
C quis admouerit aurem conticeſcunt, & quod ſcire homines nolleut, deo narrant. *Bona.*] ſcilicet
magna. Oratius. At bona pars hominum decepta cupidine falſo. Salluſtius. Bona pars militum
inde diſceſſerat. *Procerum.*] Nobilium Romanorum. *Libabit.*] id eſt ſacrificabit. Vergilius. Et
pateras libate Ioui. *Tacita acerra.*] Tacitis uotis. de muſitato ſuſurro, nolunt enim audiri cum
peruerſa prediti conſcientia ſint, ob id oculos hominũ aureſq; uitant, bona enim conſcientia tur-
bam aduocat: unde dixit Seneca. Si honeſta ſunt quæ facis, omnes ſciant, ſi turpia, quid refert
neminem ſcire, cum tu ſcias? O te miſerum ſi contemnis hunc teſtem. Stimulus peccandi eſt illa ſe
creti fiducia, ubi nobiſcum dicimus. Quis enim ſciet? inquit Plinius in Epiſt. unde aliquis uir bo-
nus nobis eligendus ac ſemper ante oculos habendus, ut ſic tanquam illo ſpectante uiuamus, & tã
quam illo uidente faciamus. Magna enim pars peccatorũ tollitur, ſi peccatori teſtis aſſiſtit. Epicu-
rus, ſic fac inquit omnia tanquam te ſpectet aliquis, omnia enim nobis mala ſolitudo perſuadet. A
cerra aũt eſt capſula tubulata, ubi reponitur thus ad odora ſuffimẽta excitãda. à Græcis θυμιατήρι-
ον, & à Latinis alio uocabulo Thuribulum nuncupata, ut ſcribit Acron. Arcera uero ſignificat uehi
culum ex tabulis, uiminibuſq; contectum, & undiq; munitum: quaſi arca quædam magna ueſti-
mentis inſtrata (ut inquit Aſco.) cuius A. Gel. & lex decemuiralis meminerunt. *Haud cuiuis prom-
ptum.*] Senſus, non omnes poſſunt præſentibus arbitris palam & aperte cælicolas, æuiternos deos
D adorare, quoniam turpia, & inhoneſta uota concipiunt, & nefanda optant, quæ homo flagitioſiſſi
mus admiraretur, & obſtupeſceret. *Humiles ſuſurros.*] .i. depreſſos, ſummiſſos, & tenues, ad uocẽ
modicam referens, uel molles, & eneruatos. *Aperto uoto.*] Manifeſto, ut non timeas quicquid o-
ptes, poſcere omnibus audientibus. *Mens bona.*] Hoc quippe uotũ tam honeſtum eſt & utile, ut
nihil honeſtius & utilius, quod optes inueniri poſſit. unde dixit Iuue. Orandũ eſt ut ſit mẽs ſana in
corpore ſano, quod præcipit & Sene. quoniam inquit M. T. lib. ij. De natura deorũ, Stultitia cõſen
ſu omnium philoſophorũ maius eſt malum, ꝙ ſi omnia mala & fortunæ, & corporis ex altera par
te ponantur, ſapientiã aũt nemo aſſequitur, in ſummis malis omnes ſumus. Cebes. Cæterum ſapiẽ
tia duntaxat bonum, inſipientia uero malum, utq; philoſophus lib. Ethicorum i. Vt eſt in corpore
uiſus, ſic in anima mens, quam qui habet bonam (ut inquit Aug.) malus eſſe non poteſt. Cicero in
oratione de reſponſis haruſpicum. Quæ poteſt, inquit, homini maior eſſe pœna, furore atq; demẽ
tia? Ergo ſi mentem omnibus audientibus optant Romani non eſt mirum, cum non ſolum ſit ho
neſtum uotum, ſed & utile. dicitur autem mens à uerbo memini: uel à Græco μήνη quod eſt Luna,
quia ſicut Luna creſcit & decreſcit, ita hominũ mentes uarijs modis hebeſcunt & augentur. auctor
Augu. Famam. quæ immortalis etiam tum uiuit cum eſſe credas mortuã, quam qui ſeruaſſit, ſat eſt
diues: iuxta illud. Bonum nomen multæ diuitiæ. Fidem. Quid honeſtius quàm optare, ut ſit ſibi
fides,

fides, quæ ſanctiſſimũ humani pectoris bonum, nulla neceſſitate, ut inquit Seneca, ad fallendũ co- A
gitur, nullo corrumpitur præmio, dicta quod fit quod dicitur, auctor Cicero. *Hæc.*] Fama. fides
ſcilicet petuntur. *Audiat hoſpes.*] Non tantum non cauet à domeſticis familiaribus, ſed uult & ho
ſpitem audire, ut ex hoc uoto aperte & uoce clara concepto bonus nõ tantum familiaribus, ſed e-
tiam hoſpitibus uideatur. Hoſpes autem dicitur & qui recipit, & qui recipitur, ut Ouidius & Tulli
us oſtendunt. Græce dicitur *ξένος*, unde *ξένιος* hoſpitalis, quo cognomento Iupiter, ut Dion memi-
nit, colitur: quia hoſpitem non negligere & hominem alienũ inuitare amicitiæ initiũ eſt, de quo in
tellexit Vergil. cum ait. Iuppiter, hoſpitibus nam te dare iura loquũtur. *Illa.*] Quę ſequuntur in
tellige uota nequiſſima. *Introrſum.*] Intra ſe, ut nullus audiat. Oratius lib. primo Epiſtolarum. La
bra mouet metuẽs audiri, pulchra Lauerna Da mihi fallere, da ſanctum, iuſtumq; uideri. Noctem
peccatis, & fraudibus obijce nubem. *O ſi ebullet patrui.*] Impia Romanorũ uota recenſet, eorũq;
auaritiam, pecuniæq; cupiditatem nefariam inſectatur, à qua adeo erant occupati, adeo uinculis
adamantinis deuincti, adeo in mancipatum redacti, ut ſuorum cognatorum & parentum corpo-
ris & animæ diuiſionem optare non erubeſcerent, quod ſcelus homo uitiorum caterua ſtipatiſſi-
mus admiraretur. hinc Odi ego aurum (inquit Plautus) multa multis ſuaſit perperam. *πράγματα
πάντα πράττεται διὰ πλοῦτον.* inquit Ariſtophanes in Pluto, id eſt, omnia fiunt propter pecuniam. *πλοῦ-
τος πάντων αἴτιος καὶ τῶν κακῶν καὶ τῶν ἀγαθῶν*, id eſt ſola pecunia omnium & bonorum & malorũ cau B
ſa, unde non immerito aurum Metallum execrandum à Vergilio, Plinio, cæteris, & fames auri ſa-
cra, id eſt, execrabilis nuncupatur. *O ſi.*] Optantis eſt. ſic Oratius. O ſi angulus ille Proximus
accedat qui nunc denormat agellum, O ſi urnam argenti fors qua mihi monſtret. *Ebullet.*] id
eſt more bullæ uaneſcat, exeat & rumpatur. Alluſio ad illud M. Terentij Varronis illius togatorũ
literatiſſimi, & (ut ueriſſime dictum eſt à Terentiano) undecunque doctiſſimi celebratum, & decan
tatum prouerbium. Homo bulla eſt, eo magis ſenex, quo hominem friuolum, momentarium, fra
gilem, & nugatorium eſſe inſtar bullæ repente deficientem, ut natus eſt, ſignificatur. Bullas autem
appellamus illos tumores ſuperaquaneos, qui repente fiunt, & repente euaneſcunt. Bullantes a-
quas appellat Calphur. Bullantium aquarum ſufflatio dicitur. Plinius. eius diminutiuum eſt bul-
lula, quo utitur Macrobius in ſeptimo. *Præclarum funus.*] Luculentam diuitiarum ſupellecti-
lem dicendo præclarum ſignificat. nam ſumptus funeris pro facultatibus & dignitate defuncti fie
ri debent, unde ait Vlpianus eum qui in funerando locuplete modicum ſumptum fecerit contu-
meliam defuncto feciſſe uideri. quid autem ſit funus docet Donatus, ſic dictum quoniam *φόνος λέ-
γεται καὶ φόνος ἱκετικός· φονῶ γὰρ καὶ φονεύω ἐπὶ τὸ ἀναιρεῖν.* *Crepet.*] Crepitum faciat, reſonet, cum terram
raſtris effodiam. *Seria.*] Vaſis genus eſt oblongum. Terentius. Releui omnia dolia, omnes
ſerias. cuius diminutiuum eſt Seriola. Iulianus iuriſconſultus ſcribit Serias tamdiu inter uinaria C
eſſe, quamdiu uinum habeant, cum ſine uino eſſe incœperint, in eo numero non eſſe, quoniam ad
alium uſum transferri poſſunt, ueluti ſi frumentum in his recondatur. *Dextro Hercule.*] Bo-
no, propitio, felici Hercule, qui deus lucri eſt, unde uocatus eſt Incubo, quod theſauris & lucro cre
ditus eſt incubare. Oratius in ſecundo Sermo. Illum ipſum mercatus arauit Diues amico Hercu-
le. hunc fabulata eſt antiquitas (ut libro quinto ſcribit Diodorus) dixiſſe eos, qui ſibi poſtquam ad
deos translatus eſſet decimam bonorum dicarent, uitam felicem uicturos, quod & eueniſſe con-
ſtat. Multi enim Romani, non ſolum mediocri cenſu, ſed qui ditiſſimi ſunt habiti, decimas Herculi
uouerunt, poſteaq; fortunatiores facti ſua bona ad quatuor talentorum milia Herculi ſacrarunt.
de hac decima Herculi dicata ſenſiſſe uidetur M. T. de Officijs, cum ait. Vt Horeſti nuper prandia
in ſemitis Decumę nomine magno honori fuerunt. huius rei cauſam qui ſcire uoluerit legat in Pro
blem. Plutarchũ. Præterea etiam traditur fabula, Fuiſſe quendam mercenarium, qui ſemper Her-
culem deprecatus ſit, ut ſibi boni aliquid præſtaret, quem Hercules ad Mercurium duxit, & obſe-
ratum theſaurum fecit oſtendi. quo effoſſo ille eundem agrum, in quo operam mercenariam facie
bat comparauit, & labori ſolito operam dedit, ſicq; probauit Mercurius quod deus prædixerat
Herculi, Nulla re illum poſſe beate uiuere, cum in eadem opera etiam poſt inuentionem theſauri
perſeuerauerit. De Hercule aũt omnia auctorũ uolumina loquuntur. Sed illud nũc præcipue notã D
dum eſt, Politianũ uirum alioqui eruditiſſimũ nõ mediocriter erraſſe, cũ in Ambra poematio ſuo
Magnetem Herculeum lapidem nuncupauit, propter forſitan Plin. & Themi. auctoritatem, qui &
Magnetem Heraclium lapidem appellant: nam non ab Hercule, ſed ab Heraclea ciuitate Lydiæ de
nominatur, quod ex Tatæo, & Lucil. Græcis auctoribus percipitur. Græcũ prouerbium eſt hoc.
*Ἡρακλεία λίθος· ταύτην ἔνιοι μαγνῆτιν λέγουσι τὴν ἐπισπωμένην τὸν σίδηρον· ἡ δ' ἑτέρα παρεμφερὴς ἀργύρῳ· κέκληται δὲ ἀπὸ τῆ-
ς ἀπὸ Ἡρακλείας τῆς ἐν Λυδίᾳ πόλεως.* id eſt Heraclius lapis. Hunc nonnulli magnetem dicunt attrahen-
tem ferrum, eſt & altera ſimilis argento. uocatur autem ab Heraclea Lydiæ ciuitate. *Pupillum ue u-
tinam.*] Aliud uotum, in quo optat illum, qui primus in teſtamẽto ſignatus eſt, uita ſpoliari, ut hę-
reditatem conſequatur. *Proximus hæres.*] .i. uicinus, id eſt ſecundus. Eſt autem hæres ſecundus,
qui hæredi inſtituto ſubſtituitur. Auctor Boetius in Comment. Topicorum. Poteſt enim quis in te
ſtamento (ut ſcribunt iuriſconſulti) plures gradus facere hæredum puta ſic. Ille hæres eſto, & dein-
ceps inquantum uelit teſtator ſubſtituere poteſt, ut ſi primi non adiiſſent, ultimi nanciſcerentur;
quam conſuetudinem in teſtamentis Romani obſeruabant. unde legimus apud Appianum, Sue
tonium, cæteros, Decium Brutum à Cæſare in ſecundis hæredibus nominatum fuiſſe. *Impello.*]
Inſequor poſt ipſum hæreditatem habiturus. *Expungam.*] Deleam, remoueam, uita priuatũ red

A dam. à militibus ſumpta tranſlatio. Expungere enim eſt uerbum militare, quod ſignificat milites
ab exercenda militia repellere atq; exauctorare adempto ſtipendio. Milites enim punctis ſcripti in-
feruntur legioni, & iurant (ut docet Vegetius in ſecundo) Inde expuncti dicti deleti, & à militia re-
moti. Hinc Plautus in Curculione. Miles pulchre centuriatus es expunctus in manipulo. ubi eſt
ante nos perperam legebatur. *Namq; eſt ſcabioſus.*] Sui uoti poſſe fieri compotem faciliime de-
monſtrat, cum ille, cuius uellet conſequi hæreditatem, ſcabie laboret, & bilioſus ſit. ſed neſciebat in
omni petitione non hoc ſolum obſeruandum, ut poſſit præſtari, quod petitur, id eſt, ut ſit poſſibi-
litas: ſed etiam ut ſit res iuſta, ut habeat modum petitio, ut ſequatur remuneratio, quæ omnia
in iſtius auari petitione deſiderantur. de ſcabie plura Cornelius Celſus libro quinto, ubi legitur
quod eo difficilius tollitur, quo aſperior eſt, & prurit magis. Talem ſcabiem ἀγρίαν, id eſt, feram
appellant Græci. *Atra bile.*] Bilis nihil aliud eſt ſcribente Plinio, quam purgamentum peſſimi
ſanguinis, & ideo in materia eius eſt, quæ multifariam diuiditur. Eſt enim bilis ſiue cholera (ſic e-
nim Græce dicitur) quædam Vitellina, eſt rubra, eſt aduſta, eſt Praſina à uiridi colore dicta: cuius
uiror Praſij, hoc eſt Marubij ſimillimus, eſt Citrina, quæ uitrea etiam dicitur, Horatio ſplendida
uocitata eſt, & nigra bilis, quæ χολὴ μέλαινα uocatur à Græcis, & Melancholia, quæ in homine exube
rans gignit mentis alienationem, & quandoque intantum animum eorum agitat, ut ſibi mortem
B conſciſcant, nil potius ducant noctu uagari, in ſepulchretis & polyandrijs obuerſarier, ut ſibi-
met ceruices rumpant, ſeq; præcipites dent. quidam atra bile erumpente in morbum comitialem
excidunt. alij attoniti fiunt, ſuper qua re nobile extat Ariſtotelis problema. Plato in Timæo
Bilem morborum cauſam eſſe refert, malasq; ex noxia eius intemperantia gigni ualetudines plu-
rimas, quæ cum expirat extrinſecus uarios tumores producit, intrinſecus uero cohibita urentes,
edacesq; morbos plurimos procreat. Ergo poſſe ſui uoti fieri compotem auarus colectatur, cum
ſcabie laboret, & atra bile pupillus corripiatur. alij legunt acri. *Nerio iam tertia ducitur uxor.*] Phi
lochrimatos iſte, & auaritiæ mancipium nihil uitio uortens, nullum facinus perhorreſcens, dum
modo diuitias paret, fiat copia pecuniarum abundantiſſimus, uxoris mortem exoptat, & ægro
moleſtoq; animo fert Nerium tertiam uxorem iam efferre ad ſepulcrum, cum ipſe infeliciſſimus,
& dijs odioſus unicam nondum ſepelire potuerit, ut diues euaderet, & alteram ex bonis horis,
quas habent fœminæ, experiretur. Omnis enim mulier bilis eſt. habet autem duas horas bonas,
unam in thalamo, alteram in morte, ut eſt apud Græcos πᾶσα γυνὴ χόλος ἐστίν· ἔχει δ᾽ ἀγαθὰς δύο ὥρας· τὴν
μίαν ἐν θαλάμῳ, τὴν μίαν ἐν θανάτῳ. *Iam tertia ducitur uxor.*] Ad ſepulcrum, quod melius eſt quàm con
nubio ſe illi copulare, unde ſententia eſt apud Græcos γυναῖκα θάπτειν κρεῖσσον ἐστὶν ἢ γαμεῖν, id eſt, mulie-
rem melius eſt ſepelire quàm ducere. hoc autem quod tradit Perſius minime mirum eſt, quod ſci-
C licet Nerius tres uxores ſepeliuerit, & factus fuerit trigamus, quando & Hieronymus rem dictu-
rus inquit incredibilem multorum teſtimonijs approbabo. Ante annos plurimos cum in chartis
Eccleſiaſticis iuuarem Damaſum Romanæ urbis epiſcopum & orientis ac occidentis ſynodicis
conſultationibus reſponderem, uidi duo inter ſe paria uiliſſimorum è plebe hominum compara
ta, unum qui uiginti ſepeliſſet uxores, alteram quæ uigeſimum ſecundum habuiſſet maritum, &
extremo ſibi (ut ipſi putabant) matrimonio copulatos, ſumma omnium expectatione uirorum
pariter & fœminarum poſt tantas rudes quis prius ſepulturæ efferret: uicit maritus, & totius ur-
bis populo confluente coronatus, & palmam tenens, adoransq; per ſingulos ſibi acclamantes u-
xoris multinubæ feretrum præcedebat. Ducere enim proprium funerum eſt, inquit Seruius. Ver-
gilius. Et triſtia funera ducunt. *Hac ſancte ut poſcas.*] Tradit Marcus Tullius libro primo De le-
gibus, aſperſione aquæ labem corpoream tolli, & caſtimoniam corporis præſtari, unde ſacra ſu-
peris facturi corporis ablutione purgabantur. Vergilius. Tu genitor cape ſacra manu, patrioſq;
penates. Me bello ex tanto digreſſum, & cæde recenti, Attrectare nefas donec me flumine uiuo Ab-
luero. Iuuenalis. Verticibus tumidum caput abluit. Illud notum, Caſta placent ſuperis, pura cum
mente uenite, Et manibus puris ſumite fontis aquam. Quem morem ſeruat ubique Vergilius. un
de poſt Caietæ ſepulturam ad eam partem appellit, per quam fluuius Tyberinus amœno Vertici-
D bus rapidis &. m. f. harena In mare prorumpit. Euandrumq; petit per Tyberim, ut ſacris Herculis
ablutus intereſſe poſſit. & Iuno non tam in Italiam ueniſſe dolet, quàm quod optato potiuntur Ti
bridis alueo, quo flumine purificatus poſſit etiam illam placare, quod minime uolebat. Cum ue-
ro inferis litandum erat, ſatis aptum uidebatur ſi aſperſio ſola contingeret. Vergilius. Sparſerat &
latices ſimulatos fontis Auerni. Idem. Ter ſocios pura circumtulit unda, Spargens rore leui. Di
do apud eundem cum dijs inferis ſacra inſtituit ait. Dic corpus properet fluuiali ſpargere lympha.
Idem de Aenea. Occupat Aeneas aditum, corpusq; recenti Spargit aqua. Inter genera purgatio-
num, quibus animæ purgantur eſt & aqua, quod indicat Vergilius ſic ſcribens. Alijs ſub gurgi-
te uaſto Infectum eluitur ſcelus. Quod totum ab Auguſtino libro xxi. De ciuitate dei copio-
ſe & luculenter explicatur. Ergo talia uota turpia, obſcœna, & nefanda cõcepturus, nõ impruden
ter ſe abluebat, ut ita purus à dijs quicquid peteret cõſequeretur, quæ omnia dijs eſſe ingrata oſten
dit Perſius. *Mane.*] De tẽpore cõuenit. Iuue. Ter matutino Tyberi mergetur. *Bis, terq;.*] Ter ca
put irrorat, inquit Ouidius. at Apuleius lib. xi. de Aſi. au. numerum ſeptenarium ponit, quẽ præci
pue religionibus aptiſſimum diuinus ille Pythagoras prodidit. Conſimiliter libro Regum quar-
to, Heliſeus propheta inquit leproſo, Vade, & lauare ſepties in Iordane, & recipiet ſanitatem caro
tua, & mundaberis. *Et noctem flumine purgat.*] Quoniam qui deos colunt, caſti & puri eſſe debent.

hinc

hinc lex illa Ciceronis tradita. Ad diuos caſte adeunto. Heſiodus καδδύναμιν δ' ἔρδειν ἱέρ' ἀθανάτοισι θεοῖσιν ἁγνῶς καὶ καθαρῶς. i. Quantum in te eſt, dijs immortalibus caſte & pure ſacrifica. Hieronymus, contra Ioui. Nam & in ueteri lege, qui pro populo hoſtias offerebant, non ſolum in domibus ſuis non erant, ſed purificabantur ad tempus ab uxoribus ſeparati, & uinum, & ſiceram non bibebãt, quæ ſolent libidinem prouocare. Nox autem ſolo etiam ſomno dicitur polluere, & ex pollutione piaculum committi. *Heus age, reſpõde.*] ut oſtendat talia, ut obſcœna, turpia, & facinoroſa deos non flectere, ſed potius ad iram, & indignationem contra mortales prouocare, interrogat Perſius non ſine ſtomacho auarum, ut dicat, quid ſentiat, quam opinionem de Ioue habeat, an credat illum eſſe alicui homini pietate, ſanctitudineq; poſtponendum? quod neget neceſſe eſt. unde cum homo ſceleratiſſimus nequeat horum uitia, & turpia uota tolerare: Iouem maximam iram concipere, indignationemq;, & totum in fermento eſſe concludet. Quid ſentis de Ioue. quã opinionẽ habes, quod iudicium de Ioue affers, illum ne malum an bonũ exiſtimas? quaſi dicat, es ne tam inſanus & à uia recta delirans, ut Iouem optimum maximum eſſe omnibus hominibus meliorem, odioq; talia infanda, turpiſſimaq; proſequi non ſit tibi exploratiſſimum? *Hunc.*] Iouem. *Præponere.*] Pietate, ſanctitate, iuſtitia. *Cuinam?*] Auarus loquitur. *Vis Staio.*] Inquit Perſius homini petulanti, omniumq; hominum, quos terra ſuſtinet, nequiſſimo. *Hæres.*] Dubitas Iouem Staio præponere, tanquam ille hæſitaret? quaſi diceret, non eſt dubitandũ quin Iupiter illi ſit præponendus. Fuit Staius Albius Oppianicus uir ſceleratiſſimus, & nocentiſſimus temporibus Ciceronis, qui Cluentiam uxorem, & C. Oppianicum fratrem, & eius uxorem grauidam iam appropinquante partu ueneno ſuſtulit, ut mulier, & qui erat conceptus necarẽtur. Aſinium item Larinatem adoleſcẽtem pecunioſum Romam blanditijs allectum Arulij opera interfecit, qui poſtea accuſatus ab Aulo Cluentio Scaleno condemnatus eſt, & ſi unum ex iudicibus pecunia corrupiſſet. *Quis potior iudex orbis?*] Vulior, melior potior. Orbus proprie dicitur qui lumen oculorum amiſit, quaſi amiſſis orbibus propter rotunditatẽ oculorũ, hinc per metaphorã orbi dicti quicũq; aliqua re cara priuati ſunt, ut parentes liberis, quaſi oculis priuati quos in magna fuiſſe æſtimatione legimus apud Pli. ubi ait Orbitatem in auctoritate ſumma, & potentia fuiſſe, & captationẽ in quæſtu fertiliſſimo. Dicitur & econtrario orbus, quem uulgo orphanum uocant, hoc eſt filius parentibus priuatus. Terentius. Orbo qui proximi ſunt uxorem ducant. in quo ſignificatu hic accipiendum eſt, & eſt ſenſus cum ironia. Meliorem pupillis patronum, & iudicem Staio inueniri neminem. Hoc igitur Staio. Senſus eſt. ſi Staius profligatiſſimis & perditiſſimis moribus uir audita tuorum uotorum, quæ ad deos facis, turpitudine, ob facinoris grauitatem attonitus & indignabũdus proh Iouem exclamaret, eſt credendum quando talia in templis murmurillo tenui ſuſurras Iouẽ nulla indignatione commoueri? nemo enim quenquam amare poteſt, quem flagitio ſenſerit obnoxiũ, etiam ſi ipſe omnino bonus non ſit. *Impellere.*] Flectere. Impello proprie eſt urgeo. Verg. Ferte citi flammas, date tela, impellite remos. unde pro flectere ponitur, quia precibus urgẽdo flectimus deos, uel homines, & impetrabiles efficimur. *Agedum.*] Dum parelcon. & eſt hortantis. Catullus. Dic agedũ nobis. *Clamet.*] Propter nefandam uoti tui atrocitatem. *At ſeſe nõ clamet Iuppiter.*] Summa bonitas, & ſanctitudo ex impia uoti tui turpitudine indignationem non conciperet? cum eius tanta ſit atrocitas, ut etiam ſceleſtiſſimus commoueatur. & ita oſtendit deum impijs hominũ uotis ſtomachari atq; iraſci, quod uerum eſſe dubitat nemo. nam in deum (ut ait Lactantius) cadit ira ne ſit immobilis. eſt enim neceſſariũ, iuſtum (ut peripatetici, eccleſiaſticiq; ſcriptores autumant) ut ira aduerſus minores, cuius effectus nobis datus eſt ad coercenda peccata eorum qui ſunt in noſtra poteſtate, ut filiorum, uxoris, famulorum, qui arctiore diſciplina ad probitatem formandi ſunt, quorum ætas niſi cohibeatur licentia fient deteriores, & ad omne flagitium facinuſq; præcipites. *Ignouiſſe putas.*] Tacitæ obiectioni reſponſio in hunc ſenſum: non debes exiſtimare Iouem non tibi eſſe iratum, quamuis ilex potius ꝙ tu domuſq; tua fulmine Iouiali corripiatur, quandoquidẽ raro teſte Oratio, antecedentem ſceleſtum deſerat pede pœna claudo. Pœnę enim maleficijs aliquando ſeræ occupato deo in tanta mole, nunquam tamen irritæ ſunt, ut ſcribit Plin. nam contemni numen Olympi haud impune ſinũt ſuperi ſcelera impia quanq; diſtulerint, ut canit Homerus. quinimo lento gradu (ut Valer. uerbis utar) ad uindictã ſui diuina ꝓcedit ira, tarditatẽq; ſupplicij grauitate cõpenſat. Tibul. floſculus poetarũ. Ah miſer, & ſi quis primo periuria celat, Sera tamẽ tacitis pœna uenit pedibus. hinc dij lanatos pedes habere dicũtur. Prouerbiũ eſt apud Græcos, cuius mẽtio fit apud Suidã νέμεσις παρὰ πόδας βαίνει. i. Nemeſis iuxta pedes graditur: quo ſignificatur ſontes celeriter puniri à dea Nemeſi, quã ἀλαζόνων τιμωρὸν. i. ſuperborũ ultricẽ uocitãt. Magna eſt ira dei, quãdo peccatorib. nõ iraſcitur deus inqt Hier. ad Caſtruciũ. *Ilex*] Arbor eſt glãdifera, cuius glãs ſuę facit anguſtã, nitidã, ſtrigoſam, põderoſam. eſt enĩ breuior & gracilior, quã Homerus Acylon appellat. auctor Pli. in xvi. *Sulfure ſ.*] i. fulmine odorẽ ſulfuris redolẽte. Fulmina dicũtur manubię, de quib. hęc in integris Põpei exẽplarib. legũtur. Manubię Iouis tres eſſe credũtur, quarũ unę ſunt minimę, quæ maneãt, placatęq; ſint. Alterę quæ maiores ſint, ac ueniãt cũ fragore, diſcutiãtq;, aut diuellãt. unde dixit Perſ. ſignificãter diſcutitur. *An quia nõ f.*] Epigrãma Gręci poetę eſt luculentiſſimũ, in quo oſtẽditur deos uitijs, & ſcelerib. nõ oblectari, quãuis ſceleratos & facinoroſos homines à piculis quãdoq; ſubducãt, ꝙ quia cũ Perſio cõuenit, & eſt elegãs ſubiũgere, collibuit ἀνδροφόνῳ σαθρὸν παρὰ τοιχίον ὑπνώοντι νυκτὸς ἐπιστὰς φησὶ σάραπις ὄναρ· ἢ χρησμῳδῶν, κατακείμενος οὗτος ἀνίστω· καὶ κοιμῶ μεταβὰς ὦ τάλας ἀλλαχόθι· ὁ δ' ἀναστὰς μετέβη· τὸ δὲ σαθρὸν ἐκεῖνο τοιχίον, ἐξαίφνης ὤλετ' ἀθρουν χαμαί· σῶστρα δ' ἑωθινὰ

θεο

dido ſignatus. *Apponit tibi.*] id eſt, accumulat & auget. *Annos labentes.*] .i. ſenſim & uelociter A
currentes. nam die natali cuiuſq; ſuperioribus annis incipit addi unus. *Funde merum Genio.*] Ge-
nius die natali præcipue colebatur, quia deus præſes generationis eſt. uinum autem in ſacris fun-
debatur. Vergilius. Vina nouum fundam calathis aruiſia nectar. *Non tu prece.*] Qui ſacrificabãt
alicui deo petebant ab illo quod ſibi maxime conducere putabant. Laudat autem Macrinum, qui
nihil precari ſolitus ſit niſi honeſtum, cum cæteri utilia & uoluptuoſa ſibi optent. Tu, inquit, non
poſcis. ſubaudi à deo. *Prece emaci.*] id eſt, qua ueluti quadam mercede emas quod precaris. ſic
infra. qua tu mercede deorum emeris auriculas, pulmone & lactibus unctis? ut ſit prece emaci cui
aliquod munus adiungitur. *Quæ nequeas committere.*] id eſt, concredere atq; illorum fidei com-
mendare. *Diuis niſi ſeductis.*] id eſt, ſeorſum ductis & ex ſecreto. nam inhoneſta ſecreto petere ſo-
lemus, honeſta uero palam. unde ſubdit, *At bona pars procerum.*] id eſt, magna pars nobelium
& primorum populi. *Libabit acerra.*] id eſt, ſacrificabit thus ex acerra uaſculo thurifero. Ver-
gilius. Plena ſupplex ueneratur acerra. *Tacita.*] id eſt ipſi taciti, quippe qui accedunt inhone-
ſta petituri. *Haud promptum eſt.*] id eſt, non eſt facile & in promptu paratum. *Cuiuit.*] Quia
nemo id præſtare poteſt, cum ab omnibus fere uota inania fiant. *Tollere de templis.*] Vbi pre-
ces & uota concipiuntur. *Murmur & ſuſurros humiles.*] id eſt, preces ſuppreſſas. ea enim optan-
tur, quæ ſine rubore nemo etiam apud amicum fateretur. Et non eſt cuiuis promptum & facile. B
Viuere uoto aperto.] .i. clara uoce atq; ita ut oẽs audiant prolato. Seneca in Epiſtolis. Roga, inquit,
deos bonam mentem, bonam ualetudinem animi, deinde corporis. Verum eſt quod apud Athe-
nodorum inueni. tunc ſcito te eſſe omnibus cupiditatibus ſolutum, cum eo perueneris ut nihil de-
um roges niſi quod rogare poſſis palam. Nunc enim quanta dementia eſt hominum, turpiſſima
uota dijs inſuſurrant, ſi quis admouerit aurem conticeſcunt, & quod ſcire hominem nolunt, deo
narrant. Sic uiue cum hominibus, tanquam deus uideat: ſic loquere cum deo, tanquam homines
audiant. *Mens bona.*] Hæc inquit, quia quæ honeſta ſunt clara uoce petuntur, atq; ita ut à proxi-
mis audiantur. Mens bona. Iuuenalis. Optandum eſt ut ſit mens ſana in corpore ſano. *Fama.*]
Quia etiam Paulo apoſtolo teſte, qui famam ſuam negligit homicida ſui eſt. *Fides.*] id eſt ea au-
ctoritas ut ſibi credatur. *Hæc clare.*] Subaudi optantur & alta uoce. *Et ut audiat h.*] .i. quiſpiã
ignotus qui prope illum in templo eſt. *Illa.*] Subaudi quæ ſequuntur, quia inhoneſta. *Murmu-
rat ſibi i.*] .i. ſecũ & intra ſe mutit. *Et ut ſub l.*] Sic Hiſpane uulgo dicimus loqui inter dentes. Ho-
ratius. Labra mouet metuens audiri, pulchra Lauerna, Da mihi fallere. & infra. Labra moues taci-
tus recutitaq; ſabbata palles. *O ſi.*] Vtinam & eſt optandi aduerbium. *Funus præclarũ patrui.*]
id eſt, mors preclara patrui. i. patris mei fratris, quæ me beatũ & præclarum faciat. *Ebuliat.*] .i. e-
rumpat. & unde minime putabam, quaſi fons eruptionẽ ſubito faciat. *Et o ſi ſeria a.*] .i. doliolum C
fictile argento plenum. *Crepet mihi ſub raſtro.*] .i. inter fodiendum terrã raſtro ad illã impacto ſo-
net, crepitũq; reddat. *Dextro Hercule.*] .i. propitio atq; in hoc rebus meis fauente. Horatius. O ſi
Vrna argenti fors qua mihi monſtret ut illi Theſauro inuento qui mercenarius agrũ illum ipſum
mercatus diues arauit amico Hercule. *Et utinam e. p.*] .i. ex teſtamenti ordine in quo ille prior hę-
res inſtitutus eſt, ego uero poſterior, illum ego eradam. id enim ſignificat expungere, & diſpunge-
re, hoc eſt delere. *Quem ego hæres p.*] .i. poſt illum ſecundus hæres relictus, ut illo mortuo ego ſuc-
cedam. *Impello.*] .i. ſequor. uelut unda ſequens impellit pręcedentem, aut qui feſtinans ſequitur
impellit præcedentem. *Namq; eſt ſcabioſus.*] Hoc eſt quod illum erigit in ſpem mortis pupilli, quo-
niam eſt ſcabioſus, *Et tumet acri bile.*] .i. cholera uehementi, quæ ſigna mortis proximæ ſunt.
Nerio iam tertia ducitur uxor.] Quaſi dicat beatus Nerius, qui iam ducit uxorem tertiã cum duas ex-
tulerit, & quarũ morte duas dotes lucratus eſt. aut ducitur tertia uxor, id eſt effertur. ut Iuuenalis.
Ducitur iratis plaudendum funus amicis. *Hæc ſancte.*] Senſus eſt quanquam ea quæ poſcis tur-
pia ſint, ut tamen rite & ex ordine religionis poſcas. *Mergis mane caput bis terq;.*] .i. ſæpe. *In gurgi-
te Tyberino.*] .i. in flumine Tyberi. Iuuenalis. Ter matutino Tyberi mergetur & ipſis Vorticibus ti-
midum caput abluet. *Et purgas noctem flumine.*] .i. pollutiones nocturnas, quę flumine uiuo, ut in-
quit Vergilius abluuntur ut ſacra attrectari poſſint. *Heus age, reſponde.*] Stultitiam hominum Per- D
ſius conuincit qui putant precibus & ſacrificijs ſe poſſe deum corrumpere, atq; ad uota ſua impro-
ba facilẽ habere, cum homines quantumuis iniuſti uix muneribus corrumpi poſſint. *Heus age.*]
.i. eia o homo improbe, *Reſponde mihi quid ſentis de Ioue.*] .i. qualem opinionem de illo concepiſti.
Et per parentheſim interpoſuit. *Nam minimum eſt quod ſcire laboro.*] .i. tale eſt ad quod facile reſpõ-
dere poſſis. *Eſt ne.*] Subaudi talis Iupiter. *Vt cures præponere hũc cuiquàm.*] .i. alicui mortali ante-
ferre? *Cui non.*] Subintellige Iupiter præferri non debet, quippe qui optimus & maximus habea-
tur. Legitur & cuinam in eodem ſenſu. *Vis Staio.*] Homini ſcelerato Iouem præponere. *An ſ. hæ-
res.*] .i. certe dubitas. *Quis potior iudex.*] .i. Vter horum duorũ ſit melior iuſtiorq;, Iupiter an Sta-
ius. *Et quis aptior iudex.*] .i. Magis idoneus. *Pueris orbis.*] .i. pupillis parentibus orbatis, qui ple-
runq; à ſuis tutoribus defraudantur. Fuit autem Staius Oppianicus, in quem extat Ciceronis ora-
tio pro Cluenno, & qui homicidij ſimul & ueneficij cõuictus dãnatusq; eſt. Hoc igitur, ex eo quod
ſuppoſuit Iouem eſſe meliorem Staio, illiq; anteponendum arguit ſic à minori ad maius. ſi crimi-
nis alicuius reus uelles Staium iudicem precibus muneribusq; corrumpere, prorumperet ille
in exclamationem dicens pro Iupiter, *O bone Iupiter.*] Subaudi cur hæc pateris? cur non to-
nas, & fulmina mittis: quid igitur cenſes Iouem facturum, ſi talibus attentaretur? *Age-
dum.*]

A *dum.*] id eſt eia autem. *Dic Staio hoc.*] id eſt, has preces & uota. *Quo tu tentas impellere.*] .i. inclina-
re & mouere. *Aurem Iouis.*] Vt te uidelicet exaudiat. *Clamet.*] Staius cum hoc audierit. Proh Iu-
piter o bone Iupiter. ſubaudis hæc & diſſimulas? *Ad ſeſe non clamet Iupiter ipſe.*] Ac ſi dicat multo
magis clamabit. ſed quomodo ad ſeſe? excitando uidelicet ſeipſum in ultionem pro rei indignita-
te. *Ignouiſſe putas.*] Senſus eſt. cum peccas & Ioue fulminante non tangeris de cœlo, putas Io-
uem idcirco tibi ignouiſſe, aut quia neglexiſti aliquid quod ad religionem pertineat, idcirco pueri
uellunt tibi barbam. quaſi dicat nec quia non puniris ſtatim cum peccas, idcirco Iupiter tibi igno-
uit, nec quia ſuperſtitionem illam de loco fulmine tacto non obſeruaſti, idcirco ab hominibus ue-
xaris, quod fit quia dei iudicia incomprehenſibilia ſunt, neque ſciri poteſt cur nocentibus igno-
ſcat, innocentes exagitari permittat. *Putas ignouiſſe tibi.*] id eſt, Iouem donaſſe ueniam. *Quia
cum tonat.*] Quod eſt Iouis irati ſignum. *Ocyus.*] id eſt, citius & potius. *Ilex.*] id eſt, quer-
cus arbor ipſi Ioui ſacra. *Diſcutitur.*] id eſt feritur diſſipaturq;. Sacro ſulfure. id eſt fulmine quo
ambuſta ſulfur olent. Vergilius ſecundo Aeneid. Loca late ſulfure fumant. *Quàm tuq; domus.*] tua,
quæ potius fulminari debuerat quàm arbor innocens. *An quia non iacis bidental.*] id eſt, locum
in quem fulmen cecidit non expias, facisq; ne quaſi prauus teratur. *Triſte.*] id eſt, quod aliquid
triſte minatur. nam ut diximus irati Iouis eſt ſignum. *Et euitandum.*] Ne ſcilicet profanetur lo-
B cus ille, in quo piaculum committebatur. Horatius. An triſte bidental mouerit inceſtus. *Fibris
ouium.*] Sic enim bidental faciebatur facto ſacrificio ex ouium inteſtinis, atque idcirco bidental
appellabatur à bidentibus hoc eſt ouibus in eo loco cæſis. *Hergennaq; iubente.*] Haruſpice fulmi-
nis conditore procuratoreq; qualis fuit Tages ipſius haruſpicinæ inuentor. aut Aruns apud Luca-
num. *Idcirco Iupiter præbet.*] id eſt, permittit ſubaudi pueros. *Vellere tibi barbam.*] Horatius.
Vellunt tibi barbam Laſciui pueri, quos tu niſi fuſte coerces. Nam quod Iupiter ut quidam dicunt
barbam ſuam uellendam præbeat, non eſt ſenſui poetæ conſentaneum. *Stolidam.*] id eſt, qui ſto-
lidus es & inſenſatus. *Aut quidnam eſt.*] id eſt, quæ tanta poteſt eſſe merces. *Qua mercede.*] id
eſt, quo precio. *Tu emeris.*] id eſt corrumpere poſſis ut ſupra. non tu prece poſcis emaci. *Auri-
culas deorum.*] id eſt, quod dij te exaudiant. *Pulmone & lactibus unctis.*] Appoſiuo eſt illud quod di-
xit qua tu mercede. Sunt autem lactes inteſtina per quæ à uentriculo cibus labitur: idq;, ut inquit
Plinius, in oue tantum atq; homine. *Vnctis.*] id eſt, pingui aliquo conditis.

ECPHRASIS MVRMELLII.

Macrine ſigna meliore lapillo diem iſtum natalem, qui felix apponit tibi annos celeriter præ-
tereuntes. Funde merum Genio tuo. Non enim tu (quod pleriq; faciunt) petis à ſuperis precibus
& muneribus ea, quæ non auſis committere, niſi ipſis diuis ſecretis. At pleriq; principum taciti thu-
C re ſacrificabunt. Non quilibet facile poteſt auferre de templis & murmur, & humiles ſuſurros, ac
uiuere aperto uoto. Hæc precabundus quiſpiam clara uoce, & ita ut hoſpes audiat, profert. Bona
mens, bona fama, & fides ſint mihi. illa uero loquitur introrſum ſibi, & immurmurat ſub lingua.
Vtinam præclarum funus patrui ebullet, exeat, & euaneſcat, & utinam uas argenti crepet mihi ſub
raſtro, Hercule fauente. uel utinam nomine meo ſubſtituto in tabula teſtamentaria, expungatur
per eius mortem, nomen pupilli, quem inſequor hæres proximus. nam eſt ſcabioſus, & tumeſcit
noxia bile. Tertia uxor effertur iam Nerio ad ſepulcrum. Conuertitur iam ſatyrographus in eiuſ-
modi precibus utentem non ſine ſatyrico riſu. Tu quiſquis huiuſmodi preces numinibus inſuſur-
ras, immergis mane caput tuum ſæpius in Tyberim, & abluis nocturnam pollutionem flumine, ut
poſcas hæc ſuperos ſancte, pure, & incorrupte, heus age reſponde mihi, id enim quod ſcire labo-
ro, eſt minimum. Quid exiſtimas de Ioue? Eſt ne talis, ut cures præferre eum cuipiam mortalium?
Cuinam? Vis ne illum præponere Staio? An ſcilicet dubitas, ſit ne Iupiter Staio præferendus? Vter
horum eſt melior iudex? uel quis eſt aptior tutor pupillis? Iupiter ne, an Staius? Ergo ſi Iupiter tibi
melior Staio uidetur, age dic Staio hoc, quo tu tentas impellere aurem Iouis. Si dicas id Staio, is
continuo clamet, Proh Iupiter, O bone Iupiter, quid eſt quod audio? An Iupiter ipſe non clamet
ad ſeſe, cum audiat indigniſſima mortalium uota? Num putas eum dediſſe tibi ueniam, quia quan-
D do tonat, citius ilex fulmine diſcutitur, quàm & tu, & domus tua? An idcirco Iupiter concedit tibi,
ut uellas ei barbam, tanquam ſtolido, hoc eſt, ut ſummo eum ludibrio habeas, quia non iaces in lu-
cis triſte & euitandum bidental, fibris ouium id ſignificantibus, & Ergenna haruſpice iubente?
Aut quid mercedis eſt, quo tu emeris, & conciliaueris tibi deorum aures? nũquid pulmone & pin-
guibus inteſtinis tibi eorum fauorem comparaſti?

SCHOLIA.

Hac ſatyra carpit impia mortalium uota, ſtultis precibus, & muneribus ſcelcſta nefariaq; à ſu-
peris petentium, qui non precioſis donis, ſed animi ſynceritate, & integris moribus capiuntur.
Meliore lapillo.] Thraces, teſte Plinio, dies infauſtos nigro calculo, fauſtos albo notabant. Hinc
Horatius. Threſſa ne careat pulchra dies nota, tametſi pleriſq; legatur creſſa, quod librariorum
culpa non dubitamus accidiſſe. *Genio.*] Naturæ humanæ deus genius eſt, cui natali die ſacri-
ficatur. Horatius Epiſtolarum libro ſecundo. Tellurem porco, Syluanum lacte piabãt, Floribus &
uino genium memores breuis æui. *Prece emaci.*] Cum muneribus coniuncta. Emax, qui fre-
quenter emit. Vendax, qui uenditat. Cato de Re ruſtica. Patremfamilias uendacem, non emacem
eſſe oportet. *Acerra.*] Vas eſt aptum thuri reponendo. Ouidius. Nec quæ de parua pauper
dijs libat acerra Thura minus grandi quàm data lance ualent. *Haud cuiuis promptum eſt.*] Seneca
in

in Epiſtolis. Tu autem tunc ſcito te omnibus cupiditatibus ſolutum, cum eo perueneris, ut nihil A petas, quod palam rogare non poſſis. Nunc enim quanta dementia eſt hominum? Turpiſſima uota dijs inſuſurrant. Si quis admouerit aures, conticeſcunt, & quod ſcire hominem nolunt, deo narrant. Vide ergo an hoc ſalubriter præcipi poſſit. Sic uiue cum hominibus, tanquam deus uideat. Sic loquere cum deo, tanquam homines audiant. *Ebullet.*] Ad bullæ ſimilitudinẽ exeat. Alluſit autẽ ad uetus adagiũ. Homo bulla. *Seria.*] Vas fictile. *Dextro.*] Fauſto, & fauente. *Hercule.*] Hercules deus lucri & theſauri creditur. Horatius in Sermonibus. O ſi urnã argẽti fors quæ mihi mõſtret, ut illi Theſauro inuento, qui mercenarius agrum illum ipſum mercatus arauit, diues amico Hercule. *Expungam.*] Deleam, Fontius autem legit expingam, ut ſit ab ex & pãgo, id eſt, per mortem extrudam atq; amoueam. Nam & more ueterũ m cum ſua uocali non eliditur. Sunt tamẽ qui legant nanq;. *Nerio.*] Nomen fœneratoris eſt apud Horatium in Sermonibus. *Et noctem flumine purgas.*] Simile eſt illud Propertij. Ac primum pura ſomnum tibi diſcute lympha. & Tibulli. Caſta placent ſuperis, pura cum ueſte uenite: Et manibus puris ſumite fontis aquam. Antiqui enim aquæ aſperſione caſtimoniam corporis ſe cuſtodire exiſtimabant, abluus ſordibus, ut docet Cicero in primo De legibus. *Cuinam.*] Vel eſt poetæ interrogatiuncula, uel auari, ut quærat. Cuinam petis à me Iouem præponi? *Staio.*] Nomen hoc eſt hominis infamatiſſimi qui per auaritiam multa iniquiſſime iudicauit, multos ueneno ſuſtulit. *Ergenna.*] Nomen haruſpicis & fulgurum conditoris. B *Bidental.*] Id quod fulmine ictum eſt, eo quod bidente ſolebat expiari. *Vellere barbam.*] Prouerbialiter dicitur, quo ſummum contemptum, ac ludibrium ſignificamus. Supra. Si cynico barbam petulans nonaria uellat. Horatius in Sermonibus. Vellunt tibi barbam Laſciui pueri. *Quidnam eſt q. t. mercede.*] Notanda conſtructio. Eſt enim ſenſus. quid nam mercedis eſt qua tu emeris deorum auriculas? ſeu quænam eſt ea merces? qua & cætera. Merces autem pro precio poſita eſt.

Ecce auia, aut metuens diuum matertera, cunis
Exemit puerum, frontemq; atq; uda labella
Infami digito & luſtralibus ante ſaliuis
Expiat, urentes oculos inhibere perita.
Tũc manibus quatit, & ſpem macram ſupplice uoto
Nunc Licini in campos, nunc Craſſi mittit in ædes.
Hunc optent generum rex & regina: puellæ
Hunc rapiant, quicquid calcauerit hic, roſa fiat.
Hæc ego nutrici non mando, uota negato
Iuppiter hæc illi, quamuis albata rogarit.

ASCENSIVS.

Ecce auia, &c.] Poſtquam damnauit ſceleſta uota, damnat ſuperſtitioſa mulicrcularum. ORDO. Ecce, quod in rebus inopinans & derepente ortis dicitur, auia, id eſt alterius parentis mater, aut matertera, id eſt, ſoror matris, quaſi mater altera, metuens diuûm, id eſt diuorum, hoc eſt ſuperſtitioſa & nimis anxia exemit. i. excepit puerũ, id eſt, infantem. cunis. id eſt è cunabulis ſuis, & expiat, id eſt, purgat C & luſtrat ante ſup. quàm eximere paret, frontem atq; huda labella pueri, ſcilicet, digito infami. i. medio qui infamis dicitur. uel quòd eo infamem oſtendimus: cuius unguem alijs digitis inuolutum Itali in deriſionem oſtentant ac ficum appellant. Alij aliam cauſam adducunt, quia uidelicet (honor ſit audientibus) eo anum purgent. eo etiam digito fere medicamenta atq; unguenta apponi ſolent. & ſaliuis luſtralibus, id eſt, luſtrandi & muniendi contra nociua, utpote ſerpentium morſus aut faſcinationem habentibus. exiſtens perita id eſt edocta: inhibere, id eſt, ne noceant impedire, oculos urentes, id eſt, acri uiſu faſcinantes. tunc, id eſt, deinde poſtquàm ſic puerum expiauerit, quatit, id eſt, concutit puerum manibus eleuãdo ipſum, & mittit. id eſt deſtinat animo ipſum puerum entem ſpem macram, id eſt ſine conſecutione eius quod de eo ſperatur, ſupplice, id eſt ſummiſſo & humili uoto, quo facilius quod optatã dijs impetret, nunc. i. aliquando in cãpos Licini, uiri agrorum ditiſſimi, ut ſcilicet puer eorum poſſeſſor fiat, ſicut quis dicitur mitti in poſſeſſionem. nam aliter mittere parum eſſet, & mittit. i. deſtinat, nunc. i. aliquando, puerum in ædes, id eſt, in poſſeſſio- D nem ædium, id eſt, domorum Craſſi, uiri prædiuitis pulcherrimas ædes habentis, quod potius lego quàm Crœſi, quia mulierculæ notior Craſſus quàm Crœſus, & inuidia maior in ciues quàm in externos. Nam petit ſup. uoto ſupplice. ut rex & regina optent, id eſt, eligant & aſciſcant ſibi hunc ſcilicet puerum, generum, id eſt, maritum filiæ ſuæ. & ut puellæ rapiant hunc ſcilicet puerũ ob pulchritudinem eius, & ut quicquid hic ſcilicet puer calcauerit fiat roſa, quod tamen in perniciẽ pueri eſſet: quia non eſſet expediens ut lectica & pauimentum roſa fiant. Et ideo dicit poeta nomine patris ipſius pueri. o Iuppiter ego non mando nutrici, hæc. i. ut huiuſmodi optet, negato illi hæc uota, quamuis rogarit, id eſt, rogauerit ens albata. i. albis ueſtimentis in ſignũ puritatis & honeſti uoti induta iuxta ritum rite ſacrificantium & ambientium, uel generaliter omnia hæc uota, quia ſtulta & iniqua ſunt, cum quiſq; ſuis modulis contineri debeat.

IOANNES BRITANNICVS.

Ecce auia.] Vanam mulierum ſuperſtitionem & inania uota accuſat. *Matertera.*] Soror matris, quaſi mater altera. *Infami digito.*] Medio quem Mar. impudicum appellat. Oſtẽdit digitum ſed impudicum Alconti. de hoc intellexit & Iuue. Mediumq; oſtenderet unguem, Nam oſtendere

A medium digitum opprobrium erat. *Luſtralibus.*] Expiabilibus. *Salitis.*] Hominis ſaliuã mag
nos habere effectus docet Plinius. Nam ita deſpuimus comitiales morbos, hoc eſt contagia regeri
mus. Simili modo & faſcinatores repercutimus ſiniſtræ, dextræq́ claudi tatis occurſu. *Vrentes o-*
culos.] .i. Faſcinatorios. Virgilius. Neſcio quis teneros oculus mihi faſcinat agnos. Tradit Iſigo-
nus in Triballis, & Illyricis quaſdã familias eſſe quæ uiſu effaſcinẽt, interimantq́ quos diutius intu
cantur iratis præcipue oculis. quod eorum malum facilius ſentiunt impuberes. *Spem macram.*]
Nihil enim aliud eſt in puero præter ſpem. unde Virgilius. Per ſpem ſurgentis Iuli. *Nunc Licini in*
campos, nunc Craſsi mitti in ædes.] id eſt, auia ſiue matertera multis uotis optat, & precatur infantẽ
fieri ædium & agrorum Licini & Craſſi hæredem. Nam Licinum diuitem fuiſſe oſtendit Martialis.
Altaq́ cum Licinis marmora puluis erunt. Eiuſdem meminit Iuue. Ego poſſideo plus Pallante &
Licinis. Idem alibi. Diſpoſitis prædiues hamis uigilare cohortem Seruorum noctu Licinus iubet,
attonitus pro Electro ſigniſq́ ſuis Phrygiaq́ columna. Eum unum fuiſſe ex Cæſaris Auguſti liber
tis principis indulgentia prædiuitem placet intelligere. ſic enim ſcripſit Tranquillus. Multos liber
torum in honore & uſu maximo habuit, ut Licinum, Enceladum, aliosq́. Craſſus, ut ſcribit Vale-
rius & Plinius cognomentò dictus eſt diues primus omnium Romanorum, poſtea decoxit. irri-
ſione tamen occurrentium ſalutabatur diues. Qui à Parthis cæſus fuit, diues appellatus non eſt
B primus, ſed hic de cuius ædibus ſic Martialis. Altaq́ cum Licinis marmora puluis erunt. *Quam*
uis albata rogarit.] Veſtibus albis ſacrificantes utebantur. Nam ut ſcribit Cicero in legibus color al
bus præcipue decorus deo eſt cum in cæteris, tum maxime in textili. Horatius alios ue dierum Fe
ſtus & albatus celebret.

IOANNES BAPTISTA.

Ecce auia.] Vanam fœminarum ſuperſtitionem & uota inania, & nugatoria reprehendit, accu
ſat, & amarulento uerſu inſectatur, quæ non mentem ſanam, non bonos mores, qui nõ minus ho
mini quàm uirtus decori habentur, non uirtutes, non deniq́ multarum rerum cognitionem filijs
exoptabant, ſed opes immodicas, iugera patentiſſima, & regum reginarumq́ & puellarum omnẽ
um amores precabantur: ignaræ miſellæ & delirantes mulierculæ diuitias multis exitio fuiſſe, ho
nores cõplures peſſundediſſe, regnorum ſæpenumero exitus eſſe miſerabiles, connubiaq́ fundi-
tus nonnunquam domos euertiſſe, hinc Socra. illud ueriſſimum ſapientiæ quaſi quoddam terre-
ſtre oraculum: nihil ultra petendum à dijs immortalibus arbitrabatur, quàm ut bona tribuerent,
cui & Apollonius Thyaneus (ut eſt apud Philo.) obtemperabat, dũ oraret ſic dicens: Dij bona præ
ſtate mihi petenti: mala autem petenti remouete & non petenti. in quam ſententiam eſt diſtichon
Græc. *Ζεῦ βασιλεῦ, τὰ μὲν ἐσθλὰ καὶ εὐχομένοις καὶ ἀνεύκτοις ἄμμι δίδου, τὰ δὲ λυγρὰ καὶ εὐχομένων ἀπερύκειν.* i. Iuppiter
C rex bona quidem nobis concede precantibus & non precantibus. mala autem etiam precãtibus
amolire. *Matertera.*] Eſt matris meæ ſoror (ut aiunt iuriſcon.) *μητροκασιγνήτη* Græcis nuncupata.
Cunis.] Cunas appellamus lectulos, ubi in crepundijs hoc eſt linteolis, ueſtibus, bullis, faſciolis,
& id genus cæteris pueros nutricare conſueuerunt, quæ & cunabula dicuntur quaſi cynabula, *κύ-*
ειν enim Græce eſt eniti. Inde cunabula pro primordijs aliarum quoq́ rerum uſurpantur à Verg.
Apule. Iureconſultis, Cicerone, Hierony. cæteris. Fortunatianus Cunabula uerborũ dixit pro ori-
ginibus. Cuninam deam priſci coluerũt, quæ infantium cunis ſiue cunabulis præſidebat. *Vda.*]
Madida, humida. Ora. ij. car. Nunc in udo Ludere cum uitulis ſalicto Prægeſtientis. Vergilius. Ve-
re madent udo. *Infami digito.*] id eſt turpi, & famoſo. Medium intelligit, qui & Verpus dicitur à
uerrendo podice. Iudæi enim qui patiuntur hemorroidas, hoc eſt ſanguinis fluxum, hoc digito u-
tuntur uerrendo podicem, unde & ipſi uerpi (ut quidam ſentiunt) aliquando uocitati inueniũtur.
Idem dicitur ob eandem cauſam impudicus, & infamis. Mar. Oſtendit digitum ſed impudicũ Al-
coni Daſioq́ Symmachoq́. uel quod ſubductis duobus utrinq́ digitis, & medio protenſo pria-
pum formare uidebantur, & per ignominiam proferebant. Mar. Rideto multũ qui te Sextille cinę
dum Dixerit, & digitũ porrigito mediũ. Ex quo autumo me iam reperiſſe, quod eruditiſſimi uſq́
ad ſudorem quæſiuerunt, quare. ſ. potius infami digito quàm alijs hanc uetulam uſam fuiſſe dixe-
D rit Perſius, ut puerum expiaret, & ab eo faſcinationes amoliretur. Lego apud Pli. hæc uerba in xix.
Quam rem comitata eſt & religio quędam, hortosq́ & flores tantum contra inuidentiũ faſcinatio
nes dicari uidemus: in remedio ſatyra ſigna, quanquã tutelæ Veneris aſſignante Plau. ubi per ſaty
ra ſigna intelligo nemine refragante Priapũ, quem deũ faſcinationũ calamitates prohibuiſſe genti
lium credulitas autumauit. dixit ergo infami digito, quoniam hic digitus protenſus & complica-
tis alijs priapum (ut dictum eſt) repręſentat faſcinationũ auerruncatorẽ. Græce Sphacelos dicitur,
quia (ut poſſumus coniectari) ſphacelos apud Græcos morbus ad os penetrans uocatur, ut ita di-
catur iſte digitus medius, qui morboſus eſt, & noxius, utpote quo noxia notarentur. *Luſtralibus*
ante ſaliuis.] Expiatorijs. Saliua enim hominis efficaces habet uſus, Illa deſpuimus comitiales mor
bos, hoc eſt contagia regerimus, ſimili modo & faſcinationes repercutimus ſiniſtræ dextræq́ clau
ditatis occurſu. Aut. Plin. Varro etiã tradit non eſſe paucos in Helleſponto circa Pariũ, quorum ſa
liuæ contra ictus ſerpentium medeantur. Saliuam ueteres pro ſucco accipere conſueuerunt quan
doq́, hinc Saliuatũ Pli. & Col. potionis genus eſt, quo Veterinarij, ac Mulomedici utuntur: Græce
σίαλον uocant. Pli. tamen codices pleriq́ habent ſalinati. à ſaliendo dicitur quod in ore ſaltat, & cre-
ſcat, uel quod fere ſalis ſaporem habeat. Saliuã uirginẽ dixit Aug. quæ ieiuno ſtomacho manauit:
Luſtrare aũt hic expiare, & purgare ſignificat: unde luſtratus, purgatus, expiatus, & luſtricus dies;
quo

quo infantes luſtrantur,& nomen accipiunt. *Expiat.*] Purgat.Impiare eſt maculare,contamina A
re,impurare L.Apu. *Inhibere.*] Cohibere,frenare,compeſcere.Sueto.in Calig.Hic tunc quidem
inhibere poterat.Plin.lib.ix.Mulæ calcitratus inhibetur uini crebriore potu.Idem in xxviij.Hoc ci
nere potó præputia uirorum, eiuſdem aſperſu fœminarum libidines inhiberi,quem locum men-
doſum caſtigabis ſi non præputia,ſed propudia ſcribes. *Perita.*] Docta,ſcia, conſulta. *Vrentes
oculos*] id eſt faſcinatorios.Vergilius.Neſcio quis teneros oculus mihi faſcinat agnos. Tradit Iſi-
gonus quaſdam familias in Triballis & Illyrijs eſſe,quæ uiſu effaſcinent interimãtq; , quos diutius
intueantur,iratis præcipue oculis,quod eorum malum facilius ſentiunt puberes.hinc illa Plin. ex
clamatio.Adeo natura cum ferarum more ueſcendi humanis corporibus in homine rabiem ge-
nuiſſet,gignere in toto corpore,& quorundam oculis quoq; uenena placuit,nequid uſquam ma-
li eſſet,quod in homine non eſſet.cur autem hoc proueniat docet Aphrodiſeus in proble. *Spem
macram.*] In puero nihil aliud eſt quàm ſpes,unde Vergilius.Per ſpem ſurgentis Iuli. Macra autem
quia fruſtra fit,& uoto ſuo non fruitur muliercula. Fallax enim, ut plurimum & infida præcipue
in puero eſt ſpes.contra quam & fortunam cento eſt Homericus Ἐλπὶς καὶ σὺ τύχη, μέγα χαίρετε, τὸν λιμέν᾽ εὗ-
ρον [illegible]
[illegible]
[illegible].i. o ſpes tuq; fortuna magnopere quidem lætamini,at ego rationem inueni , neq; iam B
ueſtris afficior rebus:peribitis ambæ.Nã apud homines plane fallaces eſtis.quot enim futura non
ſunt:obijcitis enim tanquam in ſomnis uiſa,quæ uidentur aliquid eſſe.Ridetis & illuditis , quique
poſteri ſunt,non inuenitis ea intelligere,quæ ſcire fas eſt. *Nũc Licini in campos.*] Puerum manibus
quatiens uetula optat,& ſupplex precatur,ut puerulus Licini cãpos,& ædes Craſſianas hæres con
ſtitutus aſſequatur,id eſt,fiat diues,& opulentus.Licini.Licinius quem fuiſſe diuitem docent Iuue.
Mart.cæteri.cuius meminit ſic in Epiſtolis Seneca,ubi notat eos qui aſſidue ſuum ſtatum uariant.
Licinium diuitijs,Apitium cœnis,Mecœnatem delicijs prouocat.hic inquam Licinius fuit Cæſaris
libertus,quem poſtea Auguſtus curationi Galliarum præpoſuit,quas ſpoliauit(ut ſcribit Probus)
quod aſſerere uidetur & Tranquillus.Præterea domus fuit Liciniorum inclyta, & diues, ut oſten-
dit Plin.lib.iij.Epiſt.ad Marcum de auunculo ſuo.Referebat ipſe potuiſſe ſe cum procuraret, in Hi
ſpania uendere hos cõment.Lar. Licinio quadringentis milibus nummũ.Tacitus lib. iiij. Liciniũ
Gabolum prætura functum ſcribit , in xv. Licinium conſulem,in xvij.Licinium Proculũ Othonis
familiariſſimum,atq; prætorij præfectum:ſed de liberto hic intelligimus. *In ædes.*] Domos. ædem
uero dicimus templum,unde ædituus , qui tuetur hoc eſt curat res ſacras (ut interpretatur Var.)
qui etiam ſcribit à priſcis aeditimum non æditũum dici ſolitum.Lucretius dixit in eodem ſignifi-
catu æditũentes,ut notat Gellius. Qui habuerint horoſcopum in xxvi.parte gemi.erũt æditui , aut C
hieroduli, id eſt, ſacrorum miniſtri. νεωκόρον Græci dicũt æditũum , quod dixi ut intelligas Firmicũ
Mater.in quarto ſic ſcribentem.ſi luna à Mercurio ad Iouem feratur,facit Neocoron. In codicibus
Inſtitu.Iuſti.pro æditui ædititij paſſim legitur perperam,peruerſe,& infeliciter, ut in noſtris docui-
mus annotamentis. *Craſsi.*] Craſ.primus omnium Ro.eſt dictus,cognomento diues , qui cum
poſtea decoxiſſet,irriſione tamen occurrẽtium diues ſalutabatur.Aut.Plin.&Val.Alius fuit Craſ-
ſus qui traditur quinq; habuiſſe rerum bonarum maxima & precipua.fuit enim ditiſſimus,nobi-
liſſimus,eloquentiſſimus,iureconſultiſſimus . De M.Craſſo , qui contra Parthos profectus occu-
buit,nihil notius,cuius morte Carræ nobiles ſunt in Meſopot.quib.ab amne Carra nomẽ eſt.Aut.
Steph.ſed de primo intelligit:Nonnulli codices habẽt Crœſi,qui fuit ditiſſimus (ut nemo ignorat)
& teſtatur Ouid.Diuitis audita eſt cui non opulẽtia Crœſi. hic perhibetur apertas habuiſſe theſau
rorum ſuorum fores ut egentibus omnibus inde liceret accipere.auctor Philo. *Hunc optent gene-
rum.*] Hic ſit tam ſpecioſus,tanta formoſitate monſtrabilis,amabilis & fortunatus , ut hunc optẽt
ſibi generum reges,& reginæ.ex quo iuris imprudentiam in hac uetula talia optantem deprehen-
dimus.nam ſcribit Boetius in comment.top.nuptias inter impares iure contractas non eſſe , quæ
ſcilicet non inter ciuem Romanũ,ciuemq; Romanam iungebantur.unde Iuppiter Pſychen & Cu
pidinem copulaturus inquit apud Apuleium.Iam faxo nuptias non impares,ſed legitimas , & iu- D
re ciuili contractas.Decemuiri(quod ſcitu dignum eſt) legem decemuiralem tulerunt , ne connu-
bium patribus cum plebe eſſet.poſtea Canuleius tribunus plebis legem promulgauit,qua connu
bia inter patricios plebeioſq; promiſcua eſſent,maxima patrum indignatione,qui impares nupti
as ægro animo fieri patiebantur. *Roſa fiat.*] Vbicunq; felix pedum ueſtigium collocauerit, illi-
co exinde naſcatur roſa , cuius [illegible].i.odor ſemper ſuauis eſt(ut ſcribit Ariſtoteles) quæ ex
uulnere Veneris ad Adonis uocem currentis , quem Mars præ zelotypia interficiebat,colorẽ ru-
bicundum contraxit: auct.Aphthonius in Progymnaſmatis rhet.unde Claudi. lib.ſecundo De ra
ptu proſerpinæ de Venere dea roſas colligente inquit.Sic fata cruoris Carpit ſigna ſui. Venus ro-
ſam amat propter fabellam,quam recitat Libanius ſcriptor Græcus , uel (ni fallor) quod amor in-
roſis reperitur,cuius mater eſt Venus.Iulianus [illegible]
[illegible],id eſt,coronam plectẽs,
iam olim in roſis ipſis amorem repperi conijciens in uinum , quem pinnulis capiens ipſum bibi,
nunc etiam alis me titillat . *Vota negato Iuppiter hæc illi.*] Quamuis maximus ſit parentum a-
mor in filios uita cariores non hominibus tantum,ſed & feris (ut ſcribit Opianus) tamen Perſius
diuitiarum contemptor & uetularum perdelitij moroſiſſimus ſubſannator,Iouem precatur ut ad

A preces uetulę filio ſuo talia cupientis aures freto ſurdiores exhibeat, quandoquidem hęc & huiuſmodi uota minime concipienda ſint, utpote ſuperſtitioſa & deliramentorum plena. *Nutrici.*] Quam Gręci modo τιτθὴν, modo τιθήνην, τιθηνεῖν enim eſt nutrio, aliquando τροφὸν nuncupant. *Albata.*] Albis, & coloris candidi ueſtibus induta, quibus utebantur ſacrificantes: nam, ut ſcribit Cicero in legibus, Color albus pręcipue decorus deo eſt cum cęteris tum maxime in texuli. Orat. Alioſue dierum Feſtus & albatus celebret.

AELIVS ANTONIVS NEBRISSENSIS

Ecce auia.] Superſtitiones quaſdam & improba muliercularum uota carpit. *Ecce auia.*] Pueri alicuius. *Aut matertera.*] Soror matris. *Metuens diuum.*] id eſt, cultrix deorum uſq; ad ſuperſtitionem, quę nihil aliud eſt quàm immoderata religio. *Exemit puerum cunis.*] Atq; deinde in ulnas ſinusq; ſuos ſuſtulit. *Et perita.*] Auia ſcilicet aut matertera. *Inhibere.*] id eſt, amoliri & prohibere. *Oculos urentes.*] id eſt faſcinantes, quę peſtis, ut ait Plinius, res teneras pręcipue lędit. dicente Vergilio: Neſcio quis teneros oculus mihi faſcinat agnos. *Expiat ante.*] id eſt, quaſi amuleto ſiue antidoto ante faſcinationem purgat. *Frontem & labella uda.*] id eſt humida, quia in pueris quemadmodum & in ſenibus abundat humor. *Infami digito.*] id eſt medio, qui & infamis & impudicus dicitur. de quo Iuuenalis, medium oſtenderet unguem. & Martialis: Rideto multum

B qui te Sexulle cinædum Dixerit, & digitum porrigito medium. & idem alibi. Oſtendit digitũ ſed impudicum, Alconti Daſioq; Symmachoq;. Illo namq; ut colligimus protento reliquis uero contractis mentulam cum teſticulis imitantes, in eos porrigebant qui contemnebantur & deſpicabiles erãt, quod nũc facimus pollice medio eidẽ atq; indici inſerto. Nũc hodie quoq; uidemus inter puerorum crepundia, ſiue crepitacula contra faſcinum geſtari manum eburneam ſiue oſſeam digitis in hanc formam complicatis. In priapeia quoq; quicunq; tandem illius operis auctor fuerit, ex ea (ut opinor) cauſa faſcinũ pro uirili pene poſitum eſt, quod inter morbum & genitale ſymbolum aliquod ſit, uel potius antipathia, qua alterum ab altero arceatur. *Et luſtralibus ſaliuis.*] id eſt expiatorijs. nam luſtrare expiare ſignificat, & hominis ſaliuam faſcinationem prohibere Plinius quoq; teſtatur. *Tum manibus quatit.*] Id quoq; nutrices faciunt pueros motitantes, cum illis arrident. *Et uoto ſupplice.*] id eſt, uouens & ſupplicans pro puero. *Mittit ſpem.*] Subaudi illius pueri. nam pueri ex ſpe toti pendent. *Macram.*] Ironia eſt, ac ſi dicat perinde ac ſi id parum eſſet. *Nunc in campos Licini.*] Vt fiat illius hæres. Licinus hic libertus Cæſaris fuiſſe dicitur, qui ad maximas diuitias peruenit. de quo Iuuenalis. Ego poſſideo plus Pallante & Licinis. & Martialis. Attaq; cum Licini marmora puluis erunt. *Nunc in ædes Craſsi.*] Eius qui eſt diues cognominatus, in cuius domum Cicero ſucceſſit. *Hunc optent.*] Aliud uotum ſatis ineptum, atq; ſuperiori impu

C denuus, ut rex ſcilicet & regina optent ſibi hunc generum, & puellæ rapiant illum ad ſui ſtuprum, & quacunq; inceſſerit ſubnaſcantur roſæ. *Aſt ego.*] dicit Perſius. *Non mando uota nutrici.*] id eſt, nolo pro me nutrix uota concipiat, atq; mihi nugas illas precetur. *O Iuppiter negato illi hæc.*] id eſt, non concedas quæ mihi à te petit, quia nihil honeſti habent. *Quamuis albata rogarit te.*] id eſt, ueſtibus albis induta, qui color animi candorem & innocẽtiam ſignificat. Seneca in Epiſtolis. ſurdum te amantiſſimis tuis præſta: bono animo male precãtur: & ſi eſſe uis felix, deos ora ne quid tibi ex ijs quæ optantur eueniat. optauerunt tibi & alia parentes tui, ſed ego contra tibi omniũ eorum contemptum opto quorum illi copiam.

ECPHRASIS MVRMELLII.

Ecce uel auia, uel matertera metuens deorum exemit infantulum cunis, & expiat ante impudico digito, ac ſaliuis expiatorijs frontem eius, atq; uda labella, perita remedijs occurrere faſcinatorijs oculis. Deinde quatit manibus ſuis eundem infantem, & mittit ſupplice uoto ſpem tenuẽ, nũc in campos Licini, nunc in ædes Craſſi, optans, ut puer eorum fiat hæres. Vtinam rex & regina optent ſibi hunc generum, utinam puellæ rapiant hũc, utinam quicquid hic calcauerit, fiat roſa. Sed ego nõ mando huiuſmodi uota nutrici. O Iuppiter ne concedito illi hæc, quamuis albis ueſtibus induta te rogauerit.

SCHOLIA.

D Irridet uanas muliercularum ſuperſtitiones, & uota cum primis inania. *Infami digito.*] Infamem digitum uocat mediũ, qui Martiali dicitur impudicus. Oſtẽdit digitũ ſed impudicũ. Quinq; digiti manus ſunt, quorum craſſiſſimus, à cęteriſq; ſeiũctus, ſeq; obuiũ reliquis cum uult prębẽs, tanq̃ rector omniũ ac moderator, Pollex nomen accepit, quoniã ui & poteſtate inter cæteros polleat. Secũdus & ſalutaris, & index dicitur, quòd eo tum ſalutamus, tum indicamus. Medius digitus impudicus atq; infamis iure cognominatur. Cũ enim lõgitudine, pulchritudineq; cæteris antecellat, aliorũ tamen egẽs auxilio, parũ ualet. Qua ſimilitudine ueteres ducti, eũ hominẽ, qui cæteris famoſior eſſet, hoc digito ignominiæ cauſa demõſtrabãt. Hũc ſequitur annularis, ſic dictus, quòd in eo annulus geritur. Idẽ & medicus dicitur, quòd eo trita collyria à medicis colligãtur. Quintus minimus appellatur, & auricularis, quod eo aurẽ ſcalpimus. *Saliua.*] Saliua à ſaliendo dicta eſt, quoniam in ore ſaliat atq; creſcat. *Vrentes.*] Faſcinatorios. *Spem macram.*] Non quia ſpes petẽtis fœminæ macra ſit, ſed quia uel uoto poſtea nõ fruatur, uel quia futura omnia incerta ſint. Nihil autẽ infantis expectatione incertius. Licinius & Craſſus prædiuites fuerunt, quorũ opes erant cũ primis famigeratæ. *Aſt ego nutrici.*] Irridet ſtultiſſima uota muliercularum, quę ſapiens omnino nollet effectum conſequi, cum magis ſint obfutura, ſi exaudiantur, q̃ profutura.

ASCENSIVS. A

Poſcis opem neruis, &c.] Damnat temeraria uota eorum qui ſibi ſuiſq; uotis obſtant, & primo qui ſanitatem optant & crapula ſe enecant, deinde qui diuitias poſcunt & ſacrificijs captioſis quæ dijs grata non ſunt paupertatem incurrunt, poſtremo loco in hac lectione aurum execratur. Omnia facilia fient Britannicum & Plautium lecturis, imbecilliores autem hunc ordinem ſequantur.

Poſcis opem neruis, corpuſq; fidele ſenectæ.
Eſto age, ſed grandes patinæ, tucetaq; craſſa
Annuere his ſuperos uetuere, Iouemq; morantur.
Rem ſtruere exoptas cæſo boue, Mercuriumq;
Acceriſis fibra: da fortunare penates;
Da pecus, & gregibus fœtum. quo peſſime pacto
Tot tibi cum in flammas iunicum omēta liqueſcāt?
Attamen hic extis, & opimo uincere ferto
Intendit: iam creſcit ager, iam creſcit ouile,
Iam dabitur, iamiam, donec deceptus, & expes
Nequicquam fundo ſuſpiret nummus in imo.
Si tibi crateras argenti incuſaq; pingui
Auro dona feram, ſudes & pectore læuo
Excutias guttas, lætetur pertrepidum cor:
Hinc illud ſubijt, auro ſacras quod ouato
Perducis facies. nam fratres inter ahenos
Somnia pituita qui purgatiſſima mittunt
Præcipui ſunto, ſitq; illis aurea barba.
Aurum uaſa Numæ, Saturniaq; impulit æra:
Veſtaleſq; urnas & Thuſcum fictile mutat.

Tu gulæ deditus, poſcis, id eſt, requiris à deo, neruis, id eſt, robori & uiribus tuis quę in neruis potiſſimum conſiſtunt: opem, id eſt potentiam, & poſcis corpus, id eſt, diſpoſitionem corporis, fidele, id eſt conuenientem & non deceptoriam. ea autem corporis indiſpoſitio infidelis eſt, quæ tunc hominem deficit, quum ea maxime opus habet, id autem eſt in ſenecta. unde dicit corpuſq; fidele ſenectę. B Eſto, uox eſt poetæ: permittentis ut hoc poſcat, quia ſanitas corporis ſaltem ut deo melius inſeruiamus, à deo petenda eſt. unde Iuuenalis. Optandum eſt ut ſit mens ſana in corpore ſano. ſenſus ergo eſt. Eſto id permitto ut ita ſit, age hoc eſt perge pete audacter. Vel ſunt uerba Dei quod non placet mihi quidem, eo quod ſequentia poetæ ſunt, ſed licet id recte poſeas, patinæ, id eſt lances patentes grandes, id eſt, multorum ciborum capaces. Sunt qui legant, pingues, ſed nihil mutem, nam & quantitatem taxat, dicendo grandes, & qualitatem addendo tucetaq; craſſa, & tuceta, id eſt, illa farſumina craſſa, id eſt pinguia, uetuere, id eſt, prohibuerunt ſuperos, id eſt, deos cæleſtes, annuere, id eſt, aſſentiri his ſcilicet uotis tuis & morantur, id eſt, diſtinent & impediunt Iouem ne ſubueniat tibi. C Quia crapula eneruat uires corporis deuſq; neminem repugnantem ſeruare debet, tu autem tali ingurgitatione ſanitati repugnas. unde non eſt mirandum ſi eam non impetras. & hæc de prima parte. Tu autem qui auarus es optas ſtruere, id eſt, conſtruere & accumulare, rem id eſt diuitias, & accerſis, id eſt, in auxilium tuum uocas Mercurium, id eſt, deum mercium & mercatorum, boue cæſo, id eſt, mactato in ſacrificium eius, & fibra, id eſt, extis forte ouium, & dicis. o ſup. mercuri da, id eſt, concede penates, id eſt, deos familiares, fortunare, id eſt, proſperitatem dare. uel ſi deos pro rebus quibus præſunt accepit, ſicut uero ſimile eſt, conſtruitur ſic. o Mercuri da, id eſt, concede fortunare, id eſt, augere cum proſperitate & bona fortuna, penates, id eſt, res meas familiares, ut ſigna ac imagines deorum ex auro & argento. Da pecus, da gregibus, fœtum, id eſt, fertilem propagationem. Reſpondet deus aut potius poeta, o peſſime, id eſt, o nequiſſime, quo pacto, id eſt, quo modo uis habere fœturam gregis cum tot omenta, id eſt, membranę inteſtina cingentes iunicum, id eſt, boum iuniorum qui aratro ac iugo apti ſunt, liqueſcant, id eſt, reſoluantur ubi, id eſt, in detrimentum tuum uel per te, in flammas: dum ſcilicet holocauſtomata in quibus totum incenditur dijs facis: quaſi diceret ſtulte id agis. Nam qui deo ſacrificiū iniquo uoto & praua, ut dicitur, intentione facit, & rem & operam perdit (ſcimus enim quia deus peccatores non exaudit, potiſſimum dum iniqua intentione precantur, ſicut ad habendas diuitias, quas non ordinate ſed auare cupiunt) & inſuper mali animi pœnas dabit. D Temerarium ergo eſt, attamē hic, id eſt, unus ex illis (inquit poeta) quiſquis ille eſt intendit uincere, id eſt, uoti ac deſiderij ſui cōpos fieri, extis, id eſt, inteſtinis maioribus & extantibus quæ dijs offert, & ferto, id eſt, tali libo ſeu libamine, ad ſacra crebro ferri ſolito, opimo, id eſt, pingui. Dicit enim in animo ſuo, ager, id eſt, ſatū in agro creſcit iam, id eſt, poſt oblationem factam, & ouile, id eſt, pecus in ouili creſcit iam (& ita accipiatur locus pro locato & id melius, quàm dicendo ager creſcit, id eſt, fit maior per emptionem, hoc enim non poſſet ſperare qui non emerit) iam, id eſt, mox dabitur ſup. diuitiarum copia, & ſup. dicit ſemper iamiam. ſupple dabitur. donec nummus, ſcilicet ultimus deſpectus ſcilicet à dijs propter iniquitatem domini aut potius ut legit Plautius, deceptus. ſ. quantum ad uotum domini, qui ſperabat eos ſacrificijs ſic captare ut ultimo nummo multos adderent ſocios. Nebriſſen. multo aliter intelligit, ut deceptus & expes referantur ad auarum ſimiliter ſuſpiret, & ſubaudiatur eſt, ut ſit, & nummus nequicquam eſt in imo fundo, ſed ea inculcatio uerborum non placet, & expes. i. non habens amplius ſpem recuperandæ ſocietatis aliorum nummorum, ſuſpiret. i. ingemiſcat, quia ſolus eſt, nequicquam. i. fruſtra in imo fundo. ſ. arcæ ubi ſolus eſt. Et hoc per phantaſiam quandam

A fictum eſt, quaſi nummus affectionem ſocietatis habeat, aut deſiderium aliorum nummorum qui cum eo aliquando in eadē arca fuerant, ſicut bos aut equus ſodaliū ſuorū. Poteſt tamen ordo eſſe donec ipſe auarus taliter ſacrificans deſpectus .i. contemptus aut deceptus ſup. ſit à dijs & hominibus propter paupertatem quam uitioſe incurrit & impatiēter fert, & donec ipſe ſit expes & donec nummus ſuſpiret nequicquam in imo fundo. Cōſequenter docet ſuperſtitionem & falſam opinionem eorum qui quod caſu ab amico donatur, opinantur à deo dari ob ſacra illa iniquo animo facta. quod notanter addo, quia certum eſt quod etiam temporalia bona à deo accipimus, nō tamē miraculoſo ſemper dei auxilio, ſicut aliquando à caſu uel à natura quis ſanatur, qui ſe ſanitatē ſuā per ſuperſtitionem impetraſſe credit. Crateras hic producitur in ultima ſyllaba & ita eſt accuſatiuus primæ declinationis à nominatiuo cratera. Sæpe enim ab accuſatiuo tertiæ declinatiōis fit nominatiuus primæ, & à genitiuo tertiæ nominatiuus ſecundæ ut cratera, ſtatera, panthera, caſſida, &c. Delphinus, elephantus, &c. Incuſaq; pingui auro. Ab incudo incudi uel ab olim incuſi, incuſum, fit participium incuſus. Lætari ſup. incipit. Subijt propter ſyncopam ultimam hic producit. Ouatum aurum potius dicerem ex ouatione aut ab ouante collectum, quàm ouo ſuperductū ſeu ſuperpoſitum, eo quod ouum primam longam habet, & bona eſt ſententia deducendo ab ouando. Nam ſicut triumphans ex opimis ſpolijs Ioui .i. ſummo deorum aliquod inſigne cōferebat, ita B ouans .i. in minori uictoria ouem oblaturus ouans ciuitatem ingrediens, minoribus dijs ex auro quod ex præda eius uictoriæ conſecutus erat facies inaurauit: & ita ouatum appellat Perſius taxās auaros qui raro ad triumphum iuſtum perueniunt. Somnia pituita, &c. ita omnes fere legunt, & duas ſyllabas à conſueta quantitate amouent. Solet enim pituita duas primas corripere & tertiam producere, ſicut apud Horatium in primo Sermonum ſatyra xij. Lenta fere pituita, uides ut pallidus omnis, &c. Et epiſtola prima, niſi cum pituita moleſta eſt. & Macer De uiribus herbarū. Cum mulſo bibitum pituitæ noxia ſoluit. Catullus tamen in hendecaſſyllabo ad Furium primam producit, dicens. A te ſudor abeſt, abeſt ſaliua, Mucuſq; & mala pituita naſi, &c. Sed hic licet durior eſſet uerſus poſſet legi. Somnia qui pituita purgatiſſima mittunt, tu legito ut placet. Hæc quia ante annos xxx. ſcripſi, excādeſcit Murmellius: quaſi uero non liceret & mihi quod ſecus ac alij ſentirē dicere: nam duriorem eum uerſum non abnego, ſed dubitem an ex induſtria duriorem fecerit ut ſatyram ſe ſcribere meminerit Horatiū ut in cæteris imitatus. Idem dicit pituitæ aptius legi, quod mihi nō placet, dicitq; medias in unam contrahi quod & Deſpauterio placet, alijs non placet, qui primam communem cenſent tertio perpetuo longam, ſecundum quos aut anapæſtus hic ſit aut quod negant mediæ in unum contrahantur. Ego ut ultimum uerſum proœmij ita hunc reponere auderem, Sed ad ordinem redeo qui talis eſt. Si ego feram .i. offeram & dono dem tibi crateras .i. C magna uaſa potoria, argenti .i. ex argento facta, & dona .i. alia munera ut uaſcula. incuſa .i. cudēdo cooperta pingui, id eſt denſo auro, tu ſudes .i. illico præ lætitia ſudorem emittas, & excutias .i. largiter emittas, læuo .i. ſiniſtro pectore, id eſt ex corde quod in ſiniſtra parte pectoris homini eſt, guttas .ſ. ſudoris, & cor tuum pertrepidum .i. ualde trepidum ſup. incipiat lætari, & ſecundum iudiciū tuum illud ſupple donum: ſubijt, id eſt ſubſecutum eſt, & ſubuenit tibi, hinc .i. ex hac ratione, quod id eſt quia tu perducis, id eſt, inauras facies ſacras deorum .ſ. auro ouato .i. ex ouatione .i. minori uictoria ex præda obtento, uel perducis facies ſacras auro ouato, id eſt, ouo illito, correpta cōtra naturam prima ſyllaba quod non placet. Plautius legit lætatur, quod non magnopere repellam, legi tamen poſſit lætetur, ut congruat cum uerbo excutias, niſi ſeorſum cōſtruatur ſic, & ſup. mox cor tuum pertrepidum lætatur .i. immodice gaudet. Idem quod ſequitur ſic accipit. Illud quod ſequitur ſubijt hinc .i. ex hac exiſtimatione tua, qua exiſtimas deos capi muneribus: ſubijt .i. ſubſecutum eſt, aut in animum tuum uenit, ſcilicet quod perducis facies ſacras .ſ. deorū auro ouato .i. ex tui ouātis manubijs recepto. Nam pro quia, illi ſup. ſunto .i. ſint præcipui .i. præcipue decorati, & in præcipua ueneratione, inter fratres ahenos .i. æneos. hoc eſt inter deos penates in familia ueneratos, ob quod eos fratres uocat, & ahenos quia ſigna & ſimulachra fere ex ære corinthio fiebant. A nominatiuo autem æs æris, quia per æ ſcribitur, reperimus æreum, æneum & diuidendo diphthon- D gum ahenum, & inde aheneum. illi inquis ſunto pręcipui, qui mittunt ſomnia purgatiſſima .i. minime peccantia & falſa, pituita .i. propter noxium humorem, hoc eſt per quos auari uera ſomnia de pecunia impetranda ſe credunt habere. Vana autem ſomnia ſunt ægrotantium & noxiū humorem habentium, neq; ea per reuelationem, ſed per naturam fiunt ita debilitatam, quod phantaſmata quieſcere uolenti occurrant, ſunto ergo præcipui, & barba aurea ſit illis. Si quis autē dicat, quare aurea? an dij quoque auro delectentur? ſubiungit poeta damnans ſuperſtitionem mortalium qui quod ſibi placet dijs placere arbitrantes, aurea fecerunt quę lignea aut fictilia decentius eſſent, dicens. Aurum impulit .i. urgendo & impellendo ante ſe extruſit, uaſa Numæ, id eſt, fictilia ex terra ficta quibus Numa Pompilius ſecundus Romanorum rex, & uir religioſiſſimus, in ſacris uſus eſt, & æra Saturnia .i. quibus ſub Saturno uſi ſunt mortales: nam prima moneta ærea fuit, unde ęs pro pecunia & ærarium pro fiſco ſeu repoſitorio pecuniæ adhuc accipitur: & mutat, id eſt, commutat aut commutauit in ſe urnas ueſtales .i. quibus in templo Veſtæ uirgines utebantur, quæ etiam terreæ erant & fictile ſup. uas: Thuſcum .i. quo Thuſci uiri ſacris multum dediti etiam uſi ſunt, & quale in Thuſcia plurimum fieri conſueuit. Impellere, & quo Politianus, Budæus, alijq; docti utuntur etiam legum latores inducere, interdum ſignificant quaſi expellere, ſicut hic & ſupra, quem proximus hæres impello, ſumpta metaphora, aut à cæra in qua quæ ſcripta ſunt delētur dum impelluntur

aut

aut inducitur pars ſtili delctilis, aut à re plena ut ab utre aut ſacco, è quo dum impellitur aut indu- A
citur quicquam, quod inerat expellitur.

IOANNES BRITANNICVS.

* *Poſcis opem neruis.*] Eos irridet qui ſibi uires in corpore dari petunt, cum ad eas aſſequendas
nimius epularũ luxus omnino obſtet. *Eſto age.*] Cõcedit hoc turpe non eſſe uotum, ſed epulis &
crapula uires corporis impediri. *Tuceta.*] Genus eſt farciminis ex carnibus ſuillis minutim cõci
ſis. *Rem ſtruere exoptas cæſo boue.*] Inſurgit riſu ſatyrico in eorum inſcitiam qui quotidianis ſacri
ficijs & pecudum mactatione ſperant greges ſuos auctum iri, cum omnino aſſiduo ſacrificiorum
officio minuantur. *Struere.*] Congerere & coaceruare. Vnde ſtruem lignorũ dicimus, id eſt,
congeriem. *Cæſo boue.*] Hinc enim ut ſcribit Plinius uictimæ optimæ & laudatiſſima deorum
placatio. *Mercurium.*] Deum lucri. nam à mercibus dictus eſt, hunc enim negociorum omniũ
affirmabant eſſe deum, auctor eſt Feſtus. *Fibra.*] Sacrificio. Nam ut Var. ſcribit antiqui fibrum
dicebant extremum. unde in ſagis fimbriæ, & in iecore extremum, ut diximus ſupra, fibra dicitur.
* *Fortunare.*] Eodem uerbo uſus eſt Cicero in Epiſtolis. Tibi matrimonium dij fortunent. Hora-
tius. Tu quamcunq; deus tibi fortunauerit horam. *Penates*] Macrobio dicuntur quòd per eos
penitus ſpiremus. apud poetas ſæpenumero pro domo ponuntur. *Quo peſsime pacto.*] Subaudi B
à ſuperioribus dabitur, ut ſit quo pacto dabitur quod optas. Sicq; arguit eum dementiæ qui putet
gregem augeri, cum quotidie ſacrificijs minuatur. *Iunicum.*] Boues ſunt iuniores. *Omenta.*]
Omentum inteſtinum eſt, auctore Celſo ex interiori parte leue & ſtrictum, de ſuperiore mollius,
cui adeps quoq; innaſcitur, quæ ſenſu ſicut cerebrum quoq; & medulla caret. Plinius Omentum
membranam potius eſſe declarat, cum ait uentriculi atq; inteſtina pingui ac tenui omento inte-
guntur, præterquam oua gignentibus. *Extis.*] Dicta exta auctore Feſto, quòd ea dijs proſecen-
tur, quæ maxime extãt eminẽtq;. *Ferto.*] genus libi dictum teſte Feſto, quod crebrius ad ſacra fe
rebatur, nec ſine ſtrue altero genere libi, quæ qui afferebant ſtruferarij dicebantur. *Opimo.*] Pin
gui ab Ope quam terram uoluerunt ſignificare. eo quod omnes opes humano generi terra tri-
buat, unde & opulẽti terreſtribus rebus copioſi, & hoſtiæ opimæ præcipue pingues, & opima mag
nifica & ampla ſpolia. *Intendit.*] perſeuerat. *Iam creſcit ager, iam creſcit ouile.*] Sanis lepide naturã
hominis cupidi expreſſit, qui iam ob ſacrificia facta putat deorũ beneficio res ſuas augeri, cum ta-
men potius minuantur. *Iam.*] Irriſio eſt poetæ. *Donec nummus deceptus.*] Senſus. Tot quidem ſa
crificijs à dijs opes petijt, ut iam arca nummis exinanita ſit, & ne nummus quidem in ea uiuat, ſa-
tisq; philoſophice oſtendit poeta, ut dictum eſt, à dijs ſtulta uota non exaudiri. *Deceptus.*] Eo
quod nihil à dijs impetrauit. *Nequicquam.*] id eſt non. alibi Perſius. Nequicquam extrinſecus in- C
trat Quod neruos agitet. aliàs pro fruſtra ponitur. Virgilius. Arma diu ſenior deſueta tremẽtibus
æuo Circumdat nequicquam humeris. *Suſpiret.*] id eſt uiuat, ſumpta metaphora ab animanti-
bus. *Si tibi crateras argenti.*] Senſus eſt, tantæ quidem cæcitatis es, ut ſi qua ad te dona tulero ſta-
tim lætitia afficiaris, putesq; ea dijs ob ſacrificia facta tibi miſſa, & ideo deorum imagines & ſimula
cra inaures, ut diuini beneficij memor & gratus. *Incuſa.*] Ab eo uenit, quod eſt incudo ab ulti-
mo ſupino: Vnde incuſo & accuſo. Incuſa ergo ſculpta & ſignata. *Sudes.*] Nimia lætitia. *Pectore
læuo.*] Vbi ſedes eſt cordis. *Excutias.*] Emittas, effundas. *Hinc.*] Ex donis acceptis. *Auro o-
uato.*] Aut ideo dixit ouato, quòd imagines quæ inaurantur, ouo prius linũtur à pictoribus. Nec
illud tamen obſtabit quod ouum primam habet longam: nam multa inueniuntur in auctoribus,
quę primitiuorum naturam non ſequũtur. ut farina. nam etſi à farre deriuatur, prima tamen cor
ripitur. Aut ex pecunia prædacea. Nam ut ex A. Gellij Noctib. Atticis percipi licet ex pecunia quæ
ex præda uendita colligebatur, quas manubias appellabant, Duces ſimulacra & deorũ imagines
in templis erigebant. uerba ſunt A. Gellij. In faſtigijs fori Traiani ſimulacra ſunt ſita circum undiq;
inaurata equorum atq; ſignorum militariũ, ſubſcriptumq; eſt è manubijs. Huic teſtimonio eſt L.
Metellus Dalmaticus qui Aſconio auctore ædem Caſtoris de manubijs extruxit. Erant enim im-
peratorum manubiæ, ex quibus quid uellent facerent. Auro igitur ouato intellige ex pecunia præ D
dacea, ex qua ut dixi, ſæpe & templa & alia in honorem deorum extruebantur. *Ouatus.*] Eo-
dem modo dicitur ab ouare, ut triumphatus à triumphare. Ouantes ut ſcribit Feſtus dicti ſunt ab
oo clamore. quem faciunt milites redeuntes ex pugna, geminata oo litera. quod eſt lætitiæ. Ra-
tio ouandi & cauſa eſt, ut tradit Aulus Gellius, cum bella non rite neque cum iuſto hoſte geſta
ſunt, aut hoſtium nomen humile & non idoneum, ut ſeruorum, piratarum, aut deditio ſolito ci
tius facta, aut incruenta uictoria. Ingrediebantur urbem pedibus ſequentibus eos non militibus,
ſed uniuerſo ſenatu. *Perducis facies ſacras.*] Hoc inuidioſe in mores temporum ſuorum. Nam
auro & argento placatiores putabant futuros deos, cum fictilibus magis propitij ſupplicantibus
eſſent ita ſcribente Seneca. Exurge modo, & te quoque dignum finge deo. Finges autem non
auro nec argento. non poteſt in hac materia imago dei exprimi. Quin cogita illos, cum pro-
pitij fuiſſent fictiles fuiſſe. Perduci proprie dicuntur imagines ex gypſo & marmore. *Facies ſa-
cras.*] Simulacra & deorum imagines. *Nam fratres inter ahenos, ſomnia pituita qui purgatiſsima m.*]
Romæ ut quidam tradunt, in porticu quadam collis palatini fuerunt effigies filiarum Danai, &
contra eas ſub dio totidem equeſtres, filiorum Aegypti. Ex iis autem ſtatuis quædam dice-
bantur poſtulantibus per ſomnium dare reſponſa. De hac porticu Ouidius intelligere uidetur

A cum ait. Quæq; parare necem miſeris patruelibus auſæ Belides & ſtricto ſtat ferus enſe pater. & ite dem alibi. Heſterna uidi ſpatiantem luce puellam Illa, quæ Danai porticus agmen habet. Eſt igitur ſenſus inter imagines æreas quinquaginta fratrum eos in primis colendos aſſumas qui uera ſomnia hominibus dant. Et eſt ironia. *Pituita.*] Omnis eſt humor corpori oneroſus, dicta, ut ſcribit Aelius, quia petat uitam, cui Etymologiæ Quintilianus minime aſſentit. ea eſt maxime nariũ, oculorum & aurium. Cornelius Celſus ita ſcribit. Diſtillat autem humor ex capite interdum in nares, quod leue eſt, interdũ fauces, quod peius eſt. interdum etiam in pulmonẽ quod peſſimũ eſt. Si in nares diſtillat, tenuis per has pituita profluit. Idem alibi. Oculos interdum occupat inflãmatio ubi cum tumore in his dolor eſt. ſequitur pituitæ curſus. nonnunquam copioſior uel acrior, nunquam utraq; parte moderatior. Et paulo inferius. Sed fere tempore interpoſito pituitæ curſus acerrimus ſequitur, exulceratis uehementer oculis aciem quoq; ipſam corrumpit. Et alibi. Si pituitam acidam effudit, utiq; ſumere cibum, ſed aſſueto leuiorem. Plinius: contra aurium pituitas uermiculoſq; ſi decoquatur ad dimidias partes cum porro nouo capitato & ſectili. Nec corporis tantum humani eſt pituita, ſed & arborum. Pli. Fungorum leuior natura & numeroſa genera & origo non niſi ex pituita arborum. *Purgatiſſima.*] Quæ ueriora habentur purgato per noctẽ pectore.

Aurum uaſa Numæ Saturniaq; impulit æra.] Notat ut diximus tempora ſua quibus luxũ remoto è tem-
B plis ære & fictilibus in uſum cultus diuini uſurpatũ eſt aurum. quo deos magis placari credebãt, quod nunc poeta deridet, ignorantiam hominum arguens, qui deos muneribus & auro delectari putant. in cuius rei inuidiam ita ſcribit Plin. Antiquior fuit plaſtice, quàm fundendi æris ars. ex ea enim dij fiebant & domus ciuium ornabantur & dij fictiles erant. eæ enim tunc deorum effigies erant laudatiſſimæ. Cicero in legibus, aurum & argentum in urbibus & priuatum in phanis inuidioſa res eſt. *Vaſa Numæ.*] Fictilia. ſ. quibus Numa Pompilius ſecundus poſt Romulũ Rom. rex in ſacris utebatur. Is Curibus ſabinis agẽs ultro Romam uocatus ob inclytam uiri religionem, ſacra plurima inſtituit, Aedem Veſtæ confecit, uirgines ueſtales legit. Flamines tres Dialem Martialem Quirinalem: Salios Martis ſacerdotes, Pontificem maximum creauit. Et ut ſcribit Plinius ſeptimum collegium figulorũ inſtituit. *Saturnia æra.*] Quæ Saturni tempore, id eſt, rudi illa ætate in ſacrorum celebratione erant in uſu. *Impulit.*] Remouit, ex templis ſcilicet. *Vrnæ.*] Vrna proprie uas aquarium. dicta quaſi urina ab urinando, id eſt, ſub aqua nando. auctor eſt Varro.

Thuſcum fictile.] Quo in ſacris prolibabatur, Plinius in ſacris quidem etiam inter has opes nõ myrrhinis, cryſtallinis, ſed fictilibus prolibatur ſimpulis innocentius, templorum quoque faſtigia fictilibus ornabantur. *Thuſcum.*] Etruria auctore Plinio maxime plaſticem excoluit. Vnde Tarquinius Priſcus Tauriano à Fregellis accito, Iouis effigiem fictilem in capitolio dicandam locauit.
C Martialis. Lautus erat Thuſcis Porſena fictilibus.

IOANNES BAPTISTA.

Poſcis opem.] Vires corpori, & neruis robur firmiſſimum exoptantes deridet, atq; caſtigat, qui uoti ſui compotes fieri non poterant, cum edulijs & obſonijs ganeatis ingluuie profundiſſima indulgerent. nam (ut ait Hieronymus) Epularum largitas & corpus frangit, & animum. Hinc legimus in Decretis canoni. diſt. ultima de conſecratione, quoſdam morbo articulari & podagra laborantes ad ſimplicem menſam & pauperes cibos redactos conualuiſſe. Perſio noſtro ſuccinit elegans & luculenta de iuuene Aſſyrio aqua intercute laboranti hiſtoria, quam pluribus uerbis narrat in primo de uita Apollonij Philoſtratus. *Neruis.*] In quib. peculiariter robur & fortitudo exiſtit, inde rem ſine neruis dicimus, quam debilem & imbecillam uolumus ſignificare. Oratius ſine neruis altera quicquid Cõpoſui pars eſſe putat. hinc apud M. Varronẽ, Ariſtarchei ſuos contendunt neruos. pro eo quod eſt uires omnes intendunt, quo genere elocutionis M. T. Teren. cæteri uſi ſunt. qui laborant neruis neruici appellantur. Victruuius in quarto. Aquæ neruicos & podagricos efficiunt. Sulphuroſi fontes neruorum labores reficiunt. Iuuamentum neruorum eſt ſicuti Galenus, Auicenna & cæteri tradunt, ut caro corroboretur, & corpus fortius fiat. Legimus, quòd ſcitu dignum eſt, apud Iulium Capitolinum, Marium Roman. imperatorem tanta ma-
D nuum fortitudine præditum fuiſſe, ut in digitis neruos non uenas habuiſſe uideretur. *Fidele corpus ſenectæ.*] Senectus morbus ipſa eſt ait comicus, & ante comicum Apollodorus his uerbis. τὸ γῆρας ἐστὶν αὐτὸ νόσημα. A Seneca dicitur morbus inſanabilis. Ariſtoteles libro quinto, De generatione animalium. Recte inquit dixeris ſenectutem eſſe morbum naturalem. A ueteribus ætas mala dicitur ſenectus, quam circumſilit agmine facto morborum omne genus, ut inquit Satyr. hanc ut Hippo. & Cornelius Celſus ſcribit inter cætera genera morborum maxime infeſtant coryza, id eſt, grauedo, & pituita, nephritis, & paralyſis, id eſt, renum dolor, & neruorum reſolutio, diſpnœa, & ſtranguria, id eſt ſpiritus, & urinæ difficultas, quibus adde lyenteriam, id eſt, inteſtinorum lenitatem. Cacexiam, id eſt, malum corporis habitum. Præterea in ſenecta hebeſcunt ſenſus, præmoritur uiſus, auditus, inceſſus, dentes etiam ac ciborum inſtrumẽta, ut inquit Plinius. Cui non diſſentaneus eſt Xenocrates in libro De morte. Vnde non immerito iſte ut corpus fidele, id eſt robuſtũ, firmum, & ab omnibus iſtis uitijs alienum dij tribuant precatur: nam ut muſæ Græcæ cantant, οὐκ ἔστιν ὑγιείας κρεῖττον οὐδὲν ἐν βίῳ, ὑγίεια, καὶ νοῦς ἐσθλὰ τῷ βίῳ δύω· nihil eſt in uita melius ſanitate, ſanitas & mens duo uitæ bona. unde qui epigramma in Apollinis propylæo inſcripſerat illud inſeruit λῷστον δὲ ὑγιαίνειν, id eſt, optimum eſt ſanum eſſe. *Eſto a.*] Iſtud non eſſe uotorum turpe concedit, oſtendens deinde non poſſe impetrari, cum à cibarijs lautioribus, quibus ſe ingurgitant, impedian-

pediantur. nam ut auctor eſt Seneca multos morbos multa fercula fecerunt, & uolentibus ſanita- A
tem duntaxat tribuere ſolet deus. *Grandes patinæ.*] Patina uaſis genus eſt, quo dapes elixæ, &
iurulentæ in menſam feruntur. Terentius. Iamdudum animus eſt in patinis. hinc piſcia patinarius
Plauto in patina conditus. Vitellij celebratur à ſcriptoribus patina illa capaciſſima, & luxurioſiſ-
ſima, quam ipſe ἀσπίδα πολιούχου, id eſt, clypeum Mineruæ dictitabat. (ſic enim legēdum eſt apud Sue
tonium, non autem ut habent codices inuulgati ordine præpoſtero) huius meminit Plinius, in
xxxv. λεκάνη Græce dicitur patina, quidam codices habent pingues. *Tuceta.*] Cibos regios tu-
ceta interpretatur Fulgentius. Callimachus in Piſeis: Ambroſio redolent tuceta ſapore. Tucce-
tum perquam ſapidiſſimum dixit Apuleius in ſecundo. *Morantur.*] Retardant, impediunt ne te
reddat robuſtum. *Rem ſtruere exoptas.*] Inſcitia, & erroris caligine obnubilari non ſine deriſio-
ne oſtendit illos, qui ditari cupientes, & greges ſuos reddere numeroſiores quotidie ſacra deo di-
uitiarum celebrabant, quo frequenti ſacrificio, & multiiuga pecudum immolatione minueban-
tur. *Rem.*] Diuitias. Iuuenalis. Si res ampla domi ſimiliſq; affectibus eſſet. *Struere.*] Accu-
mulare, coaceruare, augere, unde induſtria. Struices dicebantur omnium rerum inſtructiones. au
ctor Pompeius. Plautus. Struices concinnat patinarias. hoc autem fit (ut melius intelligas) quādo
lanx ſuperponitur lanci alteri, & ita conſtruitur & exædificatur aceruus. *Boue cæſo.*] Hinc e-
nim (ut ait Plinius libro octauo) uictimæ opimæ, & laudatiſſima deorum placatio. hoc autem inui
dioſe dictum eſt in bouis laboris agriq; culturæ ſocij, ut diteſceret, interfectorem: qui tantæ apud B
priores curæ fuit, ut ſit inter exempla damnatus à populo Romano die dicta qui concubinæ pro-
caci rure omaſum ediſſe ſe neganti occiderit bouem, actusq; in exilium tanquam colono ſuo inter
empto. Illud memoratu dignum eſt, quod tradit Hiero. Valentem imperatorem Romanorum le-
gem per orientem dediſſe, ne quis uitulorum carnibus ueſceretur, utilitati agriculturæ prouiden-
tem, & peſſimam iudaizantis uulgi emendantem conſuetudinem, pro altilibus & lactentibus uitu
los conſumentis. *Mercurium.*] Quia (ut refert Diodorus) mercaturæ quæſtum reperiſſe affir-
mant, occulteq; inuicem peculandi, & negocijs præfuiſſe (ut ſcribit Fulgentius) unde nomen Mer-
curij, quaſi mercium cura. *Penates.*] Domos. ſunt enim penates omnes dij, qui domi coluntur
(ut inquit Seruius) quod Tullius in oratione pro Sylla his uerbis oſtēdere uidetur. Quamobrem
uos dij penates, qui huic urbi atq; huic imperio præſidetis. Dicti à penu, ſiue ab eo quod penitus in
ſident, ex quo etiam penetrales à poetis uocantur. Auctor idem libro ſecūdo De natura deorum,
ſed plura Macrobius. *Fortunare.*] Fortunatos, fauſtos, & felices reddere. A fortuna, cuius ſimu
lacrum teſte Lactantio, finxerunt cum copia & gubernaculo, tanquam & hæc opes tribuat, & hu-
manarum rerum regimen obtineat. Vnde illam Maro appellat Omnipotētem. Hiſtoricus. Fortu-
na in omni re dominatur. *Quo peſ. pa.*] indignabundus Perſius hominem imprudentiæ arguit, C
quotidie pecus ſuum immolantem, ut numerus gregis multiplicaretur. & eſt ſenſus. O ſtultiſſime,
& mori capitis homo, Hippocratis uinculis alligande, quo pacto diuitias augere, & multiiugū nu-
meroſumq; pecoris armentum reddere poteris? cum quotidie & rem & gregē imminuas ſacrifi-
ciorum frequentia? *Omenta.*] Omentum medio ab uentre dependet, quod non niſi pinguis
membrana eſt. auctor Ariſto. libro primo De animalibus, cui ſubſcribit Plinius his. Ventriculi, at
que inteſtina pingui, ac tenui omento integuntur præterquam oua gignentibus. ſcribit Celſus li-
bro quarto, omentum ex interiore parte leue, & ſtrictum eſſe, ex ſuperiore mollius cui adeps quo
que innaſcitur, quæ ſenſu ſicut cerebrum quoq;, & medulla caret. *Iunicum.*] Boum iuniorum,
à iuniori ætate. ſunt enim iunices uitulis grandiores, bobus uero iuniores. *Liqueſcant in flammas.*]
In ſacrificijs deorum exta aræ ſuperimpoſita flammis adolebant, ut ita fieret Holocauſtum, ſiue
Holocauſtoma quaſi ὁλοκαυτεῖν, id eſt, totum combuſtum, aut totum igne abſumptum, unde à Ver
gilio dictum. Et ſolida imponit taurorum uiſcera flammis, Pingue ſuperq; oleum fundens arden-
tibus extis. Quando tota uictima, quæ immolatur incenditur, id ſacrificium nomen holocauſto-
matis, habet inquit Ioſephus lib. iij. antiquitatis. *Exta.*] Scribit Plinius libro xxx. præcordia uo
cari uno nomine exta in homine. dicta quòd ea dijs proſecentur quæ maxime extāt & eminent, ut
ſcribit Pompeius. *Opimo ferto.*] Fertili, copioſo, opulento, & abundanti ſacrificio: eſt autem D
fertum (ut ſcribit Pompeius) genus libi, quod crebrius ad ſacra ferebatur, nec ſine ſtrue altero ge-
nere libi, quæ qui ferebant ſtruefertarij appellabantur, cuius Plau. & M. Cato meminerunt. apud
quos impreſſorum incuria codices extant maculoſi: nam pro ferto facto habent codices Plautini.
In Catone uero ferrum pro fertum impreſſerunt. *Iam creſcit ager.*] Auari uerba, qui ut res ſua
augeatur, & grex fiat numeroſior, cæteraq; fortunatiora efficiantur, large, opipare, & pollucibili-
ter facere non deſiſtit, donec ſe deceptum, & patrimonium diminutum eſſe recognoſcit, quia
dij talia petentibus fiunt ſurdiores, æque ac ſi in portu Toroneo eſſent collocati. Deus enim non
pecudum ſanguine, ſed hominis pietate placatur. auctor Lactantius. *Deſpectus.*] Lego dece-
ptus, fraudatus, falſus factus, quod nihil à dijs ſacrificio grandi & quotidiano ſollicitatis impe-
trauit. *Expers.*] Lego exſpes, id eſt, ſine ſpe. Sperabat enim ſe poſſe conſequi à dijs numeroſa, &
frequenti immolatione ut grex numeroſior fieret, & diuitiæ eius cum magna acceſſione multipli-
carentur, ſed illum ſpes, quæ & multos, decepit. nam frequentius accidunt quæ non ſperes
quàm quæ ſperes, ut inquit Plautus. apud quem inquit Trachelo: nam multa præter ſpem ſcio
multis eueniſſe. cui Ampeliſca. At ego etiam qui ſperauerint ſpem decepiſſe multos. Ad quod
facit lepidiſſimum illud diſtichon Græcum, *Ἐλπίδα καὶ ϲέ, τύχη, μέγα χαίρετε· τὸν λιμέν᾽ εὗρον·*

Ἐλπίς

A [illegible], id eſt, Spem uolucrem, & Nemeſin noſtras prope cernitis aras. Hæc ſpera-
re diu, nil ea habere iubet. *Nequicquam.*] Non. *Suſpiret.*] Viuat. ab amantibus ſumpta tranſ-
latio. Huic Perſiano conuenit illud Senecæ. Sera parſimonia in fundo eſt. *Si tibi crateras.*] In
eos inuehitur, qui Deos capi & delectari muneribus exiſtimant, & eſt ſenſus. Si aliqua dona ti-
bi afferuntur totus perfuſus gaudio, & lætitia delibutus geſtis, & exultas. quod dum deos face-
re credis illorum templa, ſtatuas, & ſimulacra inauras, ut dij tali honore tibi conciliati te diuitijs
reddant, & grege numeroſo opulentiſſimum. ſed falleris, dij enim muneribus non capiuntur.

Crateras argenti.] id eſt, uaſa argentea facta ex argento, in quo cælando claruere multi, cum in
auri cælatura nemo clarus fuerit, quod eſſe mirum dicit Plinius. Lances ex centenis libris argen-
ti ſuper quingentas numero fuiſſe conſtat. Lectos operuiſſe argento totos primus traditur Car-
bilius Pollio. in codicibus impreſſis Plinij perperam ſcriptum eſt follio. Vaſa coquinaria ex ar-
gento Caluus orator fieri uſui antiquitatis fuiſſe teſtatur & Apuleius. Eſt Græcum crater. Crate-
ra Latinum inquit Seruius ἀπὸ τοῦ κρατεῖν quod eſt tenere, capere. *Incuſa.*] Producta fabricata,
ab incudo, quod facit incudi, uel incuſi per ſimplex s, & incuſum, ut eſt apud Vergilium in Ge-
orgicis. Intelligit autem uaſa (ut autumo) Anaglypha, quæ in aſperitatem exciſa ſunt (ut Plinius
oſtendit in xxxiij.) unde nomen, ut triglypha cælaturis inæqualibus, eminentibuſque. de ana-
B glyphis Seruio interprete intellexit Vergilius illo uerſu Cymbiaque ex auro perfecta atque aſpe-
ra ſignis. Martialis. Menſis anaglypha de paternis. de his Iuuenalis. Vaſa aſpera tergeat alter. Ana-
glypticen artem ſculpendi uocant Græci ἀπὸ τοῦ ἀναγλύφειν, quod eſt excuſpere, unde & anaglyptes
ſculptor. *Pingui.*] Craſſo, ſolido. *Sudes.*] Nimio gaudio, & lætitia. quod quare accidat do-
cet Aphrodiſeus in problematis. *Excutias.*] Effundas, emittas. *Lætari.*] Corrige lætatur, &
attende Perſium uerbo uſum fuiſſe ſignificantiſſimo ad gaudimonium, & delectationem hominis
profuſiorem oſtendendam, quam ex muneribus concipiebat. qua merito ueniebat reprehenden-
dus. nam ut confidere decet, timere non decet, ſic quidem gaudere decet, lætari non decet (ut ſcri-
bit Cicero) Læuo pectore. quoniam in læuam partem cor homini propendet (ut Ariſtoteles & Al-
bertus magnus docent.) hinc Iuuenalem. Quod læua in parte Papillæ Nil ſalit arcadico iuueni.
Plinius libro undecimo Natura. hiſtoriæ. Cor animalibus cæteris in medio pectore eſt, homini tã-
tum infra læuam papillam turbinato mucrone in priora eminens. Primum naſci cor ipſum ſunt
qui cenſeant, oculos nonnulli. *Per trepidum.*] Saltuoſum, emicans, exiliens, pertremens, rem
ludicram faciens, ut accidit ijs, quibus ſubitarium quid aut lætitiæ, aut triſtitiei accidit. huiuſmo-
di cor ludioſum appellat Plautus in caſſina, & ſi codices impreſſi lyenoſum perperam (ut opinor)
retineant. *Hinc.*] Quia credis deos ut tu muneribus delectari. non dicas ex donis, ut quidam
C cæcutientes, ſenſus enim ille præpoſterus eſt, & à poetæ animo remotiſſimus. *Auro ouato.*] id eſt,
ex præda prædacea, ex qua templa, ſtatuas, & alia id genus compluria in deorum honorem erigi
lectitauimus, quod oſtendunt commodiſſime Gellij uerba ex xiij. capite uigeſimotertio quæ [illegible]
id eſt commemorare mihi collibuit. In faſtigijs fori Traiani ſimulacra ſunt ſita circum undiq;
inaurata equorum, atq; ſignorum militarium, ſubſcriptumq; eſt ex manubijs, cui rei teſtimonio
eſt L. Metellus Dalmaticus, qui ut auctor eſt Aſconius ædem Caſtoris de manubijs extruxit. Dici-
tur ouatus ab ouo ea forma, qua triumphatus à triumpho. Ouationis nomẽ tractum eſt teſte Ser-
uio ab oue, nam bos in triumpho immolabatur, in ouatione ouis (ut ſcribit Plutarchus in Marcel
lo) de cuius, & triumphi differẽtia, quædam memoratu digna tradit Dionyſius Halicarnaſeus ſcri
bens quemadmodum Poſthumius ouans urbem introiuit. non ignoro quæ à Sexto Pompeio & à
cæteris traduntur de nomine, & more ouationis. ſed tranſeo ad alia. uel dixit ouato Perſius ab o-
uo, quoniam oui albo antea illito æra, ac marmora auri, & argenti laminis decorantur, quod in-
nuere uidetur Plinius libro trigeſimoquinto, de marmoribus loquens his uerbis. Vt ouatus eſſet
Numidicus, ut purpura diſtingueretur Sinadicus. Nec obſtat quod ouum primam habeat inten
tam, cum multa inueniantur, quę primitiuorum naturam non ſequantur, ut humanus cuius pri
ma producitur, cum humus primam breuem habeat. Lucerna à luceo ut ſcribit Varro. Orat. Non
D quo fraudatis immundus Nacca lucernis. dicimus & à duco ducem, à dico dicacem, à uito uitiũ, &
alia id genus ſexcenta. *Facies ſacras.*] Imagines, deorum ſimulacra, ſtatuas. *Nam fratres inter ahe
nos.*] Quidam de filijs Aegypti, ex quibus in porticu palatini Apollinis, cuius Ouidius, Suet. Pro
per. cęteri meminerunt, collocatis, quidam per ſomnium poſtulantibus dare reſponſa dicebãtur,
intelligunt. Nonnulli de Caſtore & Polluce ego uero de omnibus dijs, quibus in templo ſtatuæ
erectę uiſebantur intelligẽdum eſſe arbitror, quos appellat fratres, quoniam Berecynthiam, id eſt,
Cybelem magnam matrem habent, ut Liuius, L. Florus, Sillius, Iuuenalis, Suetonius atteſtantur,
& Fulgentius his uerbis. Berecynthia enim mater deorum Atyn formoſiſſimum amaſſe dicitur.
hanc terram eſſe phyſiologi dictitarũt, quam deorum genitricem eſſe ſcripſit Heſiodus. apparet er
go deos eſſe fratres, quod cum cęteri commentatores non animaduertiſſent, mera nugamenta cę
cutientes & (ut cum Eupolide loquar) λαλεῖν ἄριστος, ἀδυνατώτατος λέγειν, id eſt, blaterare optimi, & dice
re ineptiſſimi effutiuerunt. ſed ad poetæ ſenſum reuertamur, qui talis eſt: ex omnibus deorum
ſtatuis ex ęre fabrefactis, illas in primis uenerare quę hominibus uera ſomnia tradere dicun-
tur, & eſt ironicos dictum. *Somnia.*] Quibus philoſophi tradunt non eſſe credendum, quod
prophetarum auctoritatibus docet Hieronymus contra Ruffinum. Coniectores dicuntur ij diui-
naculi, qui ſomnia reuelare conijcereue ſolent, cõiectura mentis inuolucrũ captãtes. eſt enim con-

ſectura

lectura auctore Philoſo. ſapienti umbram quandam ſcientiæ ſubminiſtrans. Somniatores etiam A dicuntur, unde in Deuteronomio ſcriptum eſt, ne audiamus uerba ſomniatoris, qui à Græcis dicitur ὀνειροπολούμενος, & ὀνειρωκτής. M. T. lib. ij De diuinatione ſomnia, ſomniorumq; ſignificationes illudit, faceturq; nihil à deo ſomnijs ſignificari, quod Vergilius & Tibullus atteſtantur: Homerus tamen dixit in primo Ili. καὶ γάρ τ' ὄναρ ἐκ Διός ἐστιν, id eſt, ex Ioue ſunt ſomnia, cui ſubſcribit Lactantius in libro de opificio. *Purgatiſsima.*] Et ob hoc uera: nam cum corporis humorum eſt quies, ut neque bilis in nobis, neq; atra bilis, non pituita, non ſanguis exuperet aut degrauet, neque rurſus aut crapula aut uino opprimamur, neq; rurſus cibo, potuue egeat natura, aut poſtremo nulla perturbatione prematur animus, nulla re angatur, nulla lætitia exultet, nihil timeat, nihil concupiſcat, tunc mens ipſa noſtra, quæ diuina eſt ab omni contagione corporis ſoluta, & per ſomnum libera in ſuam naturam conuerſa poteſt ex diuinitate ſua futura præuidere, & aperte præuidet, ut cum aperte aliquid aliquis loquens nobis uera prædicit, quod Oraculum appellatur. à uino uero, & à cibis proxima, atq; redormitione uana eſſe uiſa prope conuenit. auctor Plinius. *Pituita.*] Quod Græce phlegma dicitur, Latini pituitam uocant, à quo Pituitoſus, qui Græco uocabulo uſitatiſſimo phlegmaticus appellatur. Pituitæ domicilium eſt (ut inquit Auguſtinus) in capite, quam languorum omnium eſſe originem ſcribit Plato in Timęo. Græce dicitur Catarrhus (ut interpretatur Porphyrio.) de qua plura Celſus. meminit & Macer pituitæ, quam non ſine Quintiliani irriſione B quia petat uitam dici affirmat Aelius. *Aurum uaſa Numæ.*] Tempora ſua taxat hominum arguens ignorantiam, qui uaſis fictilibus ſublatis aurum in deorum cultu uſurpabant, auro, & muneribus ſicut homines deos fieri placatiores magisq; beniuolos exiſtimãtes, quod ſecus eſſe docet Seneca his uerbis. Exurge modo, & te quoq; dignum finge deo, finges autem non auro, nec argento. non poteſt in hac materia imago dei exprimi. Quin cogita illos cum propitij fuiſſent, fictiles fuiſſe. Cicero in Legibus. Aurum & argentum in urbibus, & priuatum in phanis inuidioſa res eſt. Plinius, quod & huic ſententię ſuffragatur, ſcribit libro trigeſimoquinto, capite undecimo Naturalis hiſt. quod Turanius à Fregellis accitus tempore Tarquinij priſci Iouis effigiem finxit in capitolio dedicandam, fictilemq; eam fuiſſe, ab hoc eodem factũ Herculem. hæ enim tunc effigies deûm erant laudatiſſimæ. Nec pœnitet nos illorum, qui tales coluere. aurum enim & argẽtum ne dijs quidem conficiebant. de Numa autem quem hydromanticum fuiſſe aſſerit Auguſti. Ῥωμαίων νομοθέτην, id eſt, Ro. legumlatorem Suidas, omnia inuulgata ſunt, cuius Liuius, Plutarchus, Ouidius, cæteri meminerunt. de capidibus autem ſacrificalibus, quibus Plutarcho auctore ignem ſeruabat Numa, intelligit Perſius. Capis autem ſiue capedo, & minores capulæ à capiendo nominantur, quòd anſatæ ſint, ut inquit Varro. poſſet quis, & à Græco id nomen tractum putare quod Calpin, & calpium digitatos, anſatosq; crateras Erythris fingi ſolitos Philemon & Pamphilus ſcripſere, quanquam noſtri & Calpar habent Vas. C *Impulit.*] Remouit, fugauit, expulit. *Aera Saturnia.*] Vaſa ænea, quibus ſimplex genus humanum in ſacris utebatur tempore Saturni, cuius habitum inter alia quæ ſcribit Hyſippum ita feciſſe ſcribit Poſidippus in Epigrãmans τίπτε δ' ἐπ' ἄκρα βέβηκας; ἀεὶ τροχάω. τί δὲ ταρσοὺς ποσσὶν ἔχεις διφυεῖς; ἵπταμ' ὑπηνέμιος. χειρὶ δὲ δεξιτερῇ τί φέρεις ξυρόν; & ſubdit ἡ δὲ κόμη, τί κατ' ὄψιν; ὑπαντιάσαντι λαβέσθαι. νὴ Δία. τὰ ξόπισθεν πρὸς τί φαλακρὰ πέλει; i. cur ad ſummum cõſcendiſti, ſemperq; curris? Quid geminis contines pedibus, uolas uentis ſublatus? Manu dextra cur fers nouaculam. De ære lege Plinium, Ariſtotelem, Macrobium, cæteros. *Veſtales urnas.*] De Veſtæ templo, & uirginibus, & igni inextinguibili nihil ſcribendum exiſtimo, cum res ſit memoratiſſima Plutar. Ouidij, Dionyſij, A. Gellij, Auguſtini, cæterorum monumentis. filia fuit Saturni, & domus medium coluiſſe dicta eſt. Orpheus. Ἑστία εὐδυνάτοιο Κρόνου θύγατερ βασίλεια, ἣ μέσον οἶκον ἔχεις πυρὸς ἀενάοιο μεγίστου, i. ueſta potentis Saturni filia regina quę mediam domum occupas igni æterno & magno. culta fuit in Pytho cũ Apolline (ut Homerus) Ἑστίη ἥτε ἄνακτος Ἀπόλλωνος ἑκάτοιο Πυθοῖ ἐν ἠγαθέῃ ἱερὸν δόμον ἀμφιπολεύεις id eſt, Veſta quæ cum Apolline in celebri Pytho ſacram ædem curas. ab ἑστάναι nomen à Græcis uidetur impoſitum (ut idem Homerus in hymno, qui ad Veſtam ſcriptus eſt) οὐ γὰρ ἄτερ σοῦ εἰλαπίναι θνητοῖσιν, ἵν' οὐ πρώτῃ, πυμάτῃ τε Ἑστίῃ ἀρχόμενος σπένδει μελιηδέα οἶνον, id eſt, neq; enim ſine te mortalibus ſunt conuiuia. Qui uenit, primæ poſtremęq; Veſtę dulce libet merum. Scribit Diodorus Veſtam domorum cõ D ſtructricem fuiſſe, proptereaq; inſtitutum, ut in omnibus domibus colatur. Plato uero in Phædro per ænigma ita loquitur. Magnus rex citans alatum currum incedit, exornans cuncta, ac diſponens, ac poſtremo demonſtrat quod cæteri dij currum ſequuntur, ſola autem Veſta domi manet, per quod intellige Veſtam terram eſſe, quæ eſt immobilis. Quid autem ſit urna omnes ſciunt, ex eo dicta quod urinat in aqua haurienda. eſt enim urinare mergi, unde urinatores, qui ſe in aquam mergunt, apud Varronem, & urinantes apud Plinium. ſcribit Caliſtratus iureconſultus ad legem Rhodiam de iactu urinatores merces extrahere ex undis, quas leuandæ nauis cauſa in illas nautæ miſerant. Quicunq; ſidere delphini oriente natus fuerit, erit urinator. *Et Thuſcum fictile.*] Quod in ſacris prolibabatur. Plinius libro trigeſimo capite undecimo. In ſacris quidem etiam inter has opes non murrinis cryſtallinis ue, ſed fictilibus prolibatur ſimpulis, qui mos & Græcorum fuerat, qui (ut Atheneus ait) non auro, nec argẽto nec gemmatis potorijs, ſed è terra coliade fictilibus operabantur. Thuſcum. quia referente Plin. lib. xxxv. tradit M. Var. plaſticen Italiæ elaboratam & maxime Ethruriæ. unde Iuue. Ponebant igitur Thuſco farrata catino. Mart. Lautus erat Thuſcis Porſena fictilibus. figulinas primas inuenit Chorebus Athenienſis.

Aelius

A AELIVS ANTONIVS NEBRISSENSIS.

Poſcis opem neruis.] Hæc uota paulo ſunt honeſtiora, quippe quæ naturæ bona ſint, ſed qui ta-
lia faciunt ridiculi ſunt, cum faciant contra id quod precantur. *Poſcis opem neruis.*] .i. à dijs im-
mortalibus uires atq; corporis incolumitatem petis. *Et corpus fidele ſenectæ.*] .i. integrũ & quod
ætate non fatiſcat deficiatq;. *Eſto age.*] .i. eia concedatur ubi hoc, quandoquidem honeſtũ aut
medium eſt, ut pote naturæ bonum. *Sed grandes patinæ.*] Scilicet cibis refertæ. *Et tuceta.*] .i. far
cimina ex carnibus ſuillis. *Vetuere ſuperos.*] .i. non permittunt deos. *Annuere bis.*] .i. ea conce-
dere quæ petis. *Et morantur Iouem.*] id eſt detinent illum ne te exaudiat, & eſt Diogenis ſententia,
quam nos in diſtichon redegimus in hunc modum. Iurgabat, plures quod pro ualitudine ſacrum
Cum faciant, contra uota ſaluus edunt. *Rem ſtruere.*] Votum hoc ex parte inhoneſtum eſt, quia
ut dicit Horatius, quid habet pulchri conſtructus aceruus, & tamen ſacrificando boues facimus
quoq; cõtra id quod petimus. *Exoptas ſtruere rem.*] id eſt, fundere patrimonium. *Cæſo boue.*]
id eſt immolato. *Et accerſis Mercurium.*] .i. inuocas deum lucri præſidem & auctorem. ſic infra:
Sum tibi Mercurius, uenio deus huc. *Fibra.*] .i. extorum immolatione. nam in extis præſertim
in iecore fibræ ſunt frequentes. *Da fortunare penates.*] .i. fortunatam redde domũ cui præſunt dij
penates. *Da pecus.*] .i. pecuarium. nam hoc pecus genere neutro multitudinem pecorum hoc
B eſt gregem ſignificat. *Et gregibus fœtum.*] .i. ut fœtura gregem non ſolum ſuppleat, ſed augeat.
Quo pacto peſsime.] Subaudi poteſt fieri quod optas. *Cum tot omenta.*] .i. exta uel potius pingue il-
lud quo inteſtina inuoluuntur. *Iunicum.*] .i. iuuencorum, & uidetur ab eo quod eſt iunices quod
nunquam legi. *Liqueſcant in flammas.*] .i. cum ſacrificas igni comburantur. *Attamen hic.*] Scili-
cet importunus precator. *Intendit uincere.*] id eſt deos corrumpere. *Extis.*] Quæ uel maxime
ex hoſtia immolabantur. *Et ferto opimo.*] id eſt pingui libo. Nam fertum genus libi dictum eſt au
ctore Feſto, ab eo quod ad ſacra ferebatur. *Iam creſcet ager.*] id eſt extendetur. & ſunt uerba aua-
ri ſacrificantis atq; ſpem ſuam fouentis. *Iam creſcet ouile.*] Per fœturam. *Iam dabitur.*] Subaudi
quod opto. poteſt tamen & hæc Perſij eſſe ſententia per modum irriſionis auarum alloquentis ge-
ſtu oris, quandoquidem quadrat cum ſubſequenti, iam dabitur. *Iam iam.*] Inſtanter optãtis eſt.
Donec deceptus & expes.] id eſt omni ſua ſpe fraudatus. *Suſpiret.*] id eſt ſuſpirans gemensq; dicat.

Nec quicquam nummus.] Subaudi eſt, & ponitur hoc in loco nec quicquam pro non, auctore Ser-
uio. alias nec quicquam pro fruſtra. *Imo fundo.*] Subaudi arcæ, in qua erant nummi repoſiti.
ſed ut ait Seneca in Epiſt. ſera parſimonia in fundo eſt. *Si tibi crateras.*] Senſus eſt. putant homi
nes deos poſſe muneribus corrumpi, metientes illos ex ingenio ſuo quod uidelicet & ipſi mu-
neribus corrumpantur, & hinc eſt quod faciunt illis imagines aureas & ſacrificia, ut illorum pa-
C trimonium fortunent. dicit igitur. *Si feram tibi.*] id eſt, offeram & muneri dem. *Crateras argen-
ti.*] Pocula ex argento. *Et dona incuſa auro pingui.*] id eſt, aurum pingue cælatum, quod tibi do-
nem. Et incuſum ab incudo incudis, ut ſit incuſum ad incudem fabricatum. *Sudes.*] Pro ſuda-
bis nimia lætitia, quæ non poteſt eſſe magna ſine titillatione atq; iactatione membrorum. *Et ex-
cutias guttas.*] id eſt, emittas ſudorem guttatim. *Pectore læuo.*] id eſt in læua corporis parte in quã
uergit cor. itaq; ſubdit. *Cor per trepidum.*] Cum trepidatione quadam palpitans. *Lætatur.*]
id eſt dilatatur, quia ut diximus, Lætitia eſt animi affectus ſiue perturbatio cum exultatione, dila-
tatione, iactationeq; membrorum. *Hinc.*] Ex eo quod acceptis donis cor tuum lætatur.
Subijt illud.] Occurrit & in mentem uenit. *Quod perducis.*] id eſt fabricas. Vergilius. Credo equi
dem uiuos ducent de marmore uultus. *Facies ſacras.*] Imagines deorum. *Auro ouato.*] id eſt,
deuictis hoſtibus ex prædæ manubijs accepto, ut ſit ouato quaſi triumphato: nam ouatio ſpecies
quædam triumphi eſt. Cum enim iuſta triumphi materia non erat, dux uictor pedibus urbem in-
grediebatur proſequente illum ſenatu. Alij quanquam ſyllabæ quantitas obſtet, auro ouato expo
nunt, id eſt, quod ſuperinducitur ſtatuis & imaginibus ouo prius illitis. *Nam inter fratres ahe-
nos.*] id eſt deos ex ære factos, aut quos facturus es. *Illi ſunto præcipui.*] id eſt alijs præferendi.

Qui mittunt ſomnia.] id eſt, uiſa in ſomno hoc eſt ut ſi dixerim theſauri reuelationem, aut tale quid
D dam. *Purgatiſsima pituita.*] Quæ quidem ſomnia non ſunt qualia ſolent prouenire cibi cruditate
onuſtis, aut ebrijs, aut ægrotis. de quibus infra. ægroti ueteris imitantes ſomnia. & Horat. in poeti-
ca. Velut ægri ſomnia uanæ Finguntur ſpecies, ſed illa ſomnia quæ proueniunt facta cõcoctione ci
borum poſſunt aliquid ſignificare, quippe quæ ſola deſiccato ſtomacho atq; pituita quæ Græce di
citur phlegma poſſunt aliquid portẽdere. *Sitq; illis aurea barba.*] Hoc ironice neq; ſine deriſu præ
cipitur à Perſio, ut cum fecerit ſimulacra ex ære, addat illis barbã auream. *Aurum uaſa Numæ.*] In
eo perſtat quod ſupra dixit, quod homines ex ingenio ſuo deos exiſtimant auro delectari, itaq; cũ
ipſi relictis fictilibus, poculis aureis uti cœpiſſent, templis quoq; uaſa aurea pro æreis & fictilibus
intulerunt. *Aurum.*] id eſt uaſa aurea. *Impulit.*] id eſt ex templis eiecit. *Vaſa Numæ.*] id eſt fi-
ctilia quibus ſacrificabat Numa Pompilius ſecundus Romanorum rex, qui primus religionem &
cærimonias inſtituit apud Romanos. Iuuena. aut quis ſimpuuium ridere Numæ nigrumue catinũ
Auſus erat. *Et æra Saturnia.*] .i. uaſa ærea, quorum fuit uſus rege Saturno hoc eſt in ætate aurea.
Et aurum mutat.] Pro mutauit. *Vrnas ueſtales.*] id eſt, uaſa quibus uirgines ueſtales in Veſtæ ſa-
cris ab eodem Numa inſtitutis utebantur. *Et tuſcum fictile.*] id eſt non à longinquis regionibus
puta Samo aut Sagunto aduectum, ſed in eadem Tuſcia factum, immo Romæ. Iuuenalis. Et uatica
no fragiles de monte patellas. nam uaticanus mons erat Romæ, ex cuius argilla uaſa faciebant.

Seneca

Seneca in Epiſtolis. Non poteſt ex auro & argento imago deo exprimi ſimilis. cogita illos cum **A** propitij eſſent, fictiles fuiſſe.

ECPHRASIS MVRMELLII.

Petis opem neruis, & corpus firmum, fideleq́ʒ ſenectuti. Eſto age, uerum immodicæ comeſſationes, & craſſa quibus ueſceris farcimina non ſinunt ſuperos uotis tuis annuere, moranturq́ʒ Iouem, ne tibi ſuccurrat. Cupis diuitias congruere boue mactato, & inuocas Mercurium ſacrificio. Da feliciter augere rem familiarem, da pecus, & da gregibus fœtum. O peſſime homo, quo modo dabitur tibi quod optas, cum tot tauri immolentur à te, & comburantur? Attamen hic auarus & ſuperſtitioſus perſeuerat ſacrificando uotorum compos euadere. Iam creſcit ager, ut ſperat, iam grex augetur, iam quod cupit dabitur ei à ſuperis iamiam ſine dilatiõe, donec nummus, qui è plurimis unus eſt reliquus, deceptus, & ſpe ſua deſtitutus, fruſtra ſuſpiret in infima parte arcę: quod ſolus ſit relictus, nec ad ſe ſocij cum fœnore reuertantur. Si tibi adferam argentea pocula, & dona bene deaurata, ſudes præ lætitia, & emittas guttas è ſiniſtra pectoris parte, ubi cordis ſedes eſt, & cor tuum apprime trepidum incipiat lætari. Vt enim tibi uidebitur, illud ſucceſſit ubi hac de cauſa, quod inauras deorum facies auro ex præda & ouatione parto. Nam qui inter deos ex ære fabricatos ueriſſima immittũt ſomnia, ij ſint præcipui, & ſumma ueneratione digni. ſitq́ʒ illis aurea barba. Aurum è templis expulit uaſa fictilia quibus Numa ſacrificabat, & ænea uaſcula, quibus utebantur in ſacris regnante Saturno, Aurum ueſtales urnas, & Tuſca fictilia mutauit. **B**

SCHOLIA.

Poſcis opem.] Eorum uota commemorat, qui bonam ualetudinem, atq́ʒ robur, longamq́ʒ uitam deos poſcunt, quæ nimijs epulis ipſi ſibi tollunt. *Tucceta.*] Tuccetum eſt genus farciminis ex carnibus ſuillis minutim conciſis. *Rem ſt.*] Irridet uota & ſuperſtitiones ditari cupientium. *Accerſis.*] Auctore Diomede hoc intereſt inter accerſo & arceſſo, quod accerſere euocare eſt, arceſſere uero aliquem accuſare ſignificat. & ab arceo naſcitur. Etenim alium accuſare, à maleficijs arcere eſt. In multis Perſij codicibus arceſſis legitur; quod defendi poteſt auctore Priſciano libro primo tradente antiquiſſimos frequenter ar pro ad poſuiſſe, unde oſtẽditur recte arceſſo dici pro arcio uerbo, quod nunc accio dicimus, quod eſt ex ad & cio compoſitum. Cui ſubſcribit Laurentius Valla, Elegantiarum libro primo his uerbis. Accerſo, uel arceſſo, utrunq́ʒ pro eo ad uocandũ, uel uoco. Terentius in Andria. Obſtetricem accerſo. *Iunicum.*] Iunix (ut quidam tradunt) eſt ætate uiridior uacca, quod ſi uerum eſt, fœminino genere declinatur, ut radix. Alij ſcribunt iunices eſſe tauros uitulis grandiores, bobuſq́ʒ iuniores, quorum iudicio eſt generis maſculini. *Omenta.*] Omentum eſt membrana tenuis inteſtina contegens. *Ferto.*] Fertum ſacrificij genus eſt, uel quod ad ſacra ferretur dictum, uel quod pluribus uarijsq́ʒ rebus fartũ eſſet. *Nequicquam*] **C** Fruſtra. tametſi quidam hic pro non accipiant, Scribendum autem eſt ſine c teſte Benedicto Philologo, quemadmodum nequaquam, nõ enim ſcribimus nequacquam. *Suſpiret nummus.*] Poetice ſenſum dat inanimæ rei, quaſi nummus à ſocijs deſtitutus ſuſpiret fruſtra, cum magis ſuperſtitioſus homo ipſe ſpe fruſtratus ſuſpiret, dolens ſe nũmos expendiſſe. *Crateras.*] Primę declinationis eſt à nominatiuo cratera. *Lætari.*] Subintellige incipiat. *Auro ouato.*] Ex ouatione comparato. Ouatus poeticum eſt participium ab ouo, ſicut triumphatus à triumpho. *Fratres inter ahenos.*] Deos dicit, quorum ſtatuæ ſunt in eodem templo poſitæ. *Pituitæ.*] Sic legitur in quodam antiquo codice manu ſcripto, & rectius meo quidem iudicio, quàm pituita. Purgatus enim elegantius cum genitiuo quàm ablatiuo conſtruitur, & carmen melius ſonat. Sciendum autẽ pituitæ nunc eſſe trium ſyllabarum, u cõſonante facta ex uocali, quod in compluribus alijs dictionibus apud poetas paſſim fieri notiſſimũ eſt, tametſi Frãciſcus Philelfus Epiſtolarũ libro xxxxvi. ſcribat pituita tã in prima, quàm in penultima ſyllaba libere poſſe, & produci, & corripi. Sane Catullus primam produxit illo uerſu. Mucuſq́ʒ, & mala pituita naſi. Non autem ſunt imitandi, ſed irridendi, qui deprauato uerſu, omniq́ʒ ſublata canoritate legunt Somnia qui pituita purgatiſſima mittunt. Pituita ſignificat corporis humorem, qui dicitur Græce phlegma. Medici docent pituita redundante, ſomnia minus uera mortalibus accidere, quod in ægrotis deprehendere licet, quorum ſomnia plerunq́ʒ ſunt uana. **D**

O curuæ in terras animæ & cæleſtium inanes:
Quid iuuat hoc, templis noſtros immittere mores,
Et bona dijs ex hac ſcelerata ducere pulpa?
Hæc ſibi corrupto caſſiam diſſoluit oliuo,
Hæc calabrum coxit uitiato murice uellus:
Hæc baccam conchæ raſiſſe, & ſtringere uenas
Feruentis maſſæ crudo de puluere iuſſit.
Peccat & hæc, peccat, uitio tamen utitur, at uos
Dicite pontifices, in ſacro quid facit aurum?
Nempe hoc quod Veneri donatæ à uirgine puppe.
Quin damus id ſuperis de magna quod dare lance

ASCENSIVS.

O curuæ in terras animæ, &c. Hæc eſt ſecunda pars principalis huius ſatyræ in qua inuehitur in pontifices qui ex auaritia induxerunt populum ad offerendum aurum & argentum dijs, cum tamen illis acceptior ſit uirtus animi, quę ſententia congruit cum Euangelica, & miris laudibus ab Lactantio effertur. Quidam legunt in terris, ſed melior eſt ſentẽtia & etiam Latinitas legendo in terras. ſenſus enim eſt

O quod

Non poſſit magni Meſſalę lippa propago,
Compoſitum ius faſq; animi ſanctoſq; receſſus
Mentis,& incoctum generoſo pectus honeſto.
Hæc cedo ut admoueam templis,& farre litabo.

A quod animæ ſunt curuæ.i.incuruatæ,in terras,id eſt ad terrena. cũ debeant eſſe erectæ ad cæleſtia, quia nõ habemus hic ciuitatem permanentem,&c.Pronaq; cum ſpectent animalia cætera terras,Os homini ſublime dedit,coelumq; uidere iuſſit,& erectos ad ſidera tollere uultus,ſupple deus & natura ut dicit Ouidius in primo Transformationum ſeu Metamorphoſeõ. Cæleſtium inanes. ſicut plenum genitiuo uel ablatiuo conſtruitur ita inane.Pulpa eſt carnoſa pars corporis oſſe uacans.unde pro carnali affectione hic accipitur.quia animalis homo non percipit ea quæ ſunt ſpiritus dei. Vitio tamẽ utitur,id eſt,licet auarorum cupiditas deteſtanda ſit,eo quod naturalia bona inuerrit, & uiſcera terræ rimatur,tamen habet utilitatem aliquam ex rerum congeſtione cum nulla ſit in deorum inauratione.Non enim dij talia quærunt,qui dexteriores & miſericordiores erant mortalibus,cũ fictiles eſſent. Conſtitui hic breuis eſſe, quia cæteri prolixi ſunt. hoc tamen ſcies etiam ex Fontio, quòd litare eſt proprie deos propitiare ac placare uotumq; impetrare. Plautus in Pęnulo. Si hercle iſtuc unquam factum eſt,tum me Iuppiter faciat ut ſemper ſacrificem neq; unquam litem. ORDO. B O animæ,id eſt,affectiones hominum,curuæ,id eſt incuruatæ,in terras,id eſt ad terrena, & inanes,id eſt expertes,cæleſtium,id eſt,ſupernorum bonorum,quid hoc quod ſequitur iuuat,ſcilicet immittere templis noſtros mores,id eſt,ſigna cupiditatis noſtræ erga deos oſtẽdere,& deprauare ſimulacra deorum,& ducere,id eſt iudicare bona,id eſt, quæ bona & conuenientia ſunt dijs. ex hac,id eſt noſtra ſcelerata pulpa,id eſt,carnali & terrena affectione. hoc eſt aurum & argentum dijs eſſe gratum & acceptum ſicut & nobis.hæc ſcilicet pulpa,id eſt terrena affectio,diſſoluit, id eſt, diluit & à propria uirtute diduxit, caſiam, id eſt, herbam illam odoriferam aut unguentum ex ea factum,oliuo corrupto,id eſt uitiato.Eſt enim ſecundum Seruium oliuum antequam miſceatur ad omnia bonum,ſed mixtum non niſi ad unum medicamenti aut unguẽti genus.hæc ſcilicet pulpa,coxit,id eſt,intingendo quaſi combuſſit,murice uitiato,id eſt,purpura etiam corrupta. uellus Calabrum,id eſt, lanam candidiſſimam ex Calabria unde purpureas ueſtes fecerant,quibus ſimiles uulgus carlatas uocat.hoc Virgilius ad finem ſecundi Georgicorum ſic dicit.Alba nec Aſſyrio fucatur lana ueneno:Nec caſia liquidi corrumpitur uſus oliui.Hæc pulpa iuſſit raſiſſe,id eſt,abraſiſſe baccam conchæ,id eſt margaritam ſeu unionem in conchis ex rore naſcentem,& iuſſit ſtringere,id eſt conſtringere,uenas maſſæ,id eſt, laminæ auri aut argenti uel alterius metalli, feruentis in fornace ſcilicet ubi purgatur.hæc ſupple pulpa, id eſt, carnoſa & terrena affectio peccat ſic faciendo,& id eſt etiam in mundanis ſcilicet rebus,peccat inquam & tamen utitur uitio,id eſt,habet C utilitatem ex uitio ſuo.rerum. ſ. congeſtarum uſum. at, id eſt ſed, uos pontifices qui ſcilicet perſuaſiſtis inducere aurum in templa:dicite quid facit aurum in ſacro,id eſt,in ſacrificijs? Reſpõdet poeta,nempe,id eſt,nonne certe hoc ſup.facit,quod ſup.faciunt puppæ, id eſt, imagunculæ laneæ quibus puellæ ludunt, donec maturæ uiro eas Veneri dicant, ſicut milites emeriti arma Herculi, & nautæ non amplius nauigaturi apluſtria Neptuno, & pueri bullas laribus & ita de conſimilibus, quæ dona nihil dijs proſunt,ſed dantibus,quia requiem aut meliorem conditionem uitæ ea donãtes conſequuntur.facit ergo aurum quod puppæ donatæ Veneri à uirgine quæ ſe nubilem declarat,& uirum pro puppa deſiderat.Et ita non Veneri, ſed ſibi prodeſſe cupit,quomodo ſacerdotes aurum ſibi non dijs intulerunt,quia dij non petunt aurum, ſed animi uirtutem,& quod propheta dicit, ſacrificium deo ſpiritus contribulatus,&c. dicit ergo quin, id eſt, cur non potius damus ſuperis.i.dijs cœleſtibus,id quod propago,id eſt progenies aut proles,lippa.i.male uidens & cæcutiẽs in animo,hoc eſt profuſus & iniuſtus filius aut nepos,magni Meſſalæ illius oratoris qui magnifice extruxit ædes & non fuit hoc uitio notandus, ſed interdum magnorum uirorum uecordes ſunt aut liberi aut nepotes ſeu poſteri.loquitur autem ut Plautus differit de Meſſalino Cotta. non poſſit dare de magna,id eſt ſumptuoſa & precioſa lance,uidelicet ius compoſitum, id eſt, legi D bus ſcriptis conſtitutum,& fas animi,id eſt æquitatem conſcientiæ quam deus in pectoribus noſtris inſcripſit,& ſecundum quam ante legem uixerunt,ſecundum ſcilicet legem naturæ:& ſanctos receſſus mentis,id eſt contemplationes diuinorum,in quibus contemplandis mens quodammodo à corpore terreno recedit & in deum rapitur,& pectus incoctum,id eſt in habitum & conſuetudinem ex frequenti uſu inductum & conſolidatum, honeſto generoſo,id eſt nobili quod ſui non alterius amore appetitur. Cedo,id eſt concede, da, permitte(non eſt tamẽ ſimplex huius compoſiti concedo,ſed uerbum defectiuum per ſe,habens primam breuem)ut ego admoueam, id eſt applicem apportem templis,hæc,id eſt has uirtutes.& ego litabo, id eſt, placabo deos & impetrabo quod uolem,&,id eſt etiam, farre.i. ſola mola ſalſa,ſine auro aut ſanguine.Sicut ergo ſaluator docuit de muliercula,quæ duo minuta in gazophylacium mittens pluſquam cæteri immiſiſſe à deo exiſtimata eſt: non ex magnitudine doni, ſed animi ſit deo gratum ſacrificium. Et hæc in ſecundam ſatyram.

YOANNES BRITANNICVS.

O curuæ in terras animæ] Acclamatio eſt cum riſu & indignatione in eos qui ex deſiderio ſuo deorum uoluntatem ducunt. Curuæ in terras. Ad terrena ita inclinatæ,ut quid à uobis deus exigat nõ conſideretis. Sicq; innuit,ut ſequentia docent,deum ad uota noſtra nõ moueri noſtris ſacrificijs,

munc-

muneribusue.ſed ut dictũ eſt mente ſancta & iuſto animo.Non ignoro à Lactantio Firmiano hoc A
carmen miris laudibus efferri. *Cæleſtium inanes.*] Quæ non cognoſcins quod cæleſtibus gratum
ſit,ac ſi diceret ſuperos non eiſdem moueri affectibus quibus mortales. *Noſtros immittere mores.*]
Credere eadem quæ nobis grata ſunt dijs pariter placere. *Et bona dijs ex hac ſcelerata ducere pulpa.*]
Idem dicit,poetæ eſt exaggeratio. *Ducere.*] Iudicare, colligere. *Ex ſcelerata pulpa.*] Voluptate
& deſiderio noſtro.Pulpa,inde fit pulpamentum.dictaq́ꝫ eſt auctore Donato,quod pulſetur & cõ
cidatur dum manducatur. *Hæc ſibi corrupto Caſiam.*] Oſtendit omnino deos non hominis mu-
nera,ſed puram mentem poſcere.Senſus eſt.ſi quando per ueſtium aliarumue rerum luxum pec-
camus,ex eo tamen aliquam capimus utilitatem.At aurum in templis nihil omnino dijs prodeſt,
cum muneribus more mortalium non moueantur. *Diſſoluit.*] Diluit.Tempora ſua notat, qui-
bus in tantum luxus in unguenta proceſſerant, ut lini iam non ſolum, ſed & perfundi unguentis
gauderent,etiam ueſtigia pedum tingerent,quidam etiam biberent,auctore Plin. *Caſid.*] Vnguẽ
tum,Caſia enim auctore Plinio frutex eſt in Aethiopia Troglodins connubio permixta iuxta Ci-
nami campos naſcens.Fabuloſa tamen antiquitas princepsq́ꝫ Herodotus narrauit Caſiã circa pa
ludes Arabiæ colligi propugnante unguibus diro ueſpertilionum genere,aligeriſq́ꝫ ſerpentibus,
his commentis augentes rerum precia. *Oliuo.*] Quo unguentorum odores optime ſeruan-
tur.Plinius.Vnguenta optime ſeruantur in alabaſtris;odores in oleo. *Corrupto.*] Quia in un- B
guẽtorum odorem tranſit.Nam unaquæq́ꝫ res alterius permixtione corrumpitur. Virgilius. Nec
caſia liquidi corrũpitur uſus oliui. *Coxit.*] Tinxit infecit. *Vellus.*] Lanam:à uellẽdo.Nam ante
tonſuram inuentam ex ouibus lanæ uellebantur,unde etiam lana ſiue lanitium à laniando. *Ca-
labrum.*] Lanæ calabræ nobiliſſimę habebantur. nam circa Tarentum oppidum Calabriæ Canu
ſiumq́ꝫ auctore Plinio ſummam nobilitatem habent. Vnde Var. ſcribit Tarentinas oues pellibus
integi ne lana inquinetur,quo minus infici recte poſſit uelius uel lauari ac parari. *Murice.*] id
eſt purpura. genus enim eſt conchilij, ex quo liquor elicitur tingendis expetitus ueſtibus pur-
puræ haudquaquam diſſimilis. Plinius:uidimus iam & bidentium uellera, purpura cocco con-
chilio ſeſquipedalibus libris infecta,uelut illa ſic naſci cogente luxuria. *Vitiato.*] Quia cum la-
nitium inficitur alienum colorem uitiat. Virgilius.Diſcet mentiri lana colores.Horatius Sed ma-
la tollat anum uinato melle cicuta. *Baccam.*] id eſt margaritam. Horatius. Nec ſit marita quę
rotundioribus Onuſta baccis ambulet.Baccas proprie dicimus fructus lauri,fructus oliuę, cor-
ni,loti quam fabam Syriacam uocant,myrti, lentiſci ſimiliumq́ꝫ. Acinos uero ſiue acina fructus
minutiores arborum fruticumue denſius naſcentes nominamus, cum baccę naſcantur diſperſi-
us & rarius.Inter Acinos igitur numerantur uuę grana,hederę grana, ſambuci grana, ebuli gra-
na,mali punici grana & morum,& quicquid his ſimile.Supra hęc autem poma dicuntur, dunta- C
xat quibus ueſcimur.Ceraſium & prunum & meſpilum poma,n c acini baccę nominantur.Glãs
in numerum iſtorum non uenit,ſylueſtris enim & paſtio pecorum eſt.Caſtanea in nuces refertur.
Vnde Virgilius.Caſtaneaſq́ꝫ nuces,ſicut pinus,corylus,ſiue à loco auellana, amigdalus, iuglans;
& ſi qua his ſimilia non poma dicuntur,ſed nuces. Nonnunquam tamen Acini & Baccæ indiffe-
renter ponuntur.ut Virgilius.Sanguineis ebuli baccis minioq́ꝫ rubentem. *Conchæ.*] id eſt, u-
nionum matris.Margaritiferæ enim conchæ origo atque genitura haud multum oſtreorum con-
chis differens. Has ubi genitalis anni ſtimulauerit hora, pandentes ſeſe quadam oſcitatione im-
pleri roſido conceptu tradunt, grauidas poſtea eniti,partumq́ꝫ concharum eſſe margaritas pro
qualitate roris accepti. Si purus influxerit candorem conſpici, ſi uero turbidus & fœtum ſor-
deſcere. Indicus maxime hos mittit oceanus. Laudantur præcipue circa Arabiam in Perſico ſi-
nu maris rubri. *Raſiſſe.*] Auelliſſe, ſic enim auctore Plinio conchis adhæreſcunt, ut ijs niſi li-
ma auelli non queant. *Stringere uenas feruentis maſſæ crudo de puluere iuſſit.*] Aurum ut ſcri-
bit Plinius tribus modis inuenitur,fluminum ramentis,nec ullum abſolutius aurum eſt, ut cur-
ſu ipſo tritúq́ꝫ perpolitum. Alio modo puteorum ſcrobibus effoditur, aut in ruina montium.
Quod puteis foditur,canalitium uocant. Quod effoſſum eſt tunditur, lauatur, uritur, molitur
in farinam,quæ deinde igni excocta in maſſas redigitur.Senſus eſt. Aurum quoque ex uenis ter- D
ræ petitum eſſe.Hocq́ꝫ inuidioſe in tempora ſua,quibus auri intantum luxuria adoleuit,ut aucto-
re Plinio fibulæ tribunitiæ ex auro geſtarentur, mulierum quoque pedibus ſubijceretur, atque
in omnibus obſcœnis deſiderijs uſurpatum fuerit. *Stringere.*] In unum conflare,unde aucto-
re Plinio ſtrigiles Hiſpania uocat auri paruulas maſſas,quod ſuper omnia ſolum in maſſa aura-
mento capitur. *Venas.*] id eſt aurum,quod per terræ ſiue marmoris uenas colligitur. *Fer-
uentis.*] Quæ dum tunditur ferueſcit. *De crudo puluere.*] Qui nondum excoctus eſt. *Dicite
pontifices in ſacris quid facit aurum.*] Oſtẽdit poeta ſuperuacuum eſſe aurea uaſa templis inferri,quod
non ſanctitatis,ſed auaritiæ,ſit inſtrumentum.unde infert ſatius eſſe deo, quem recte colas,infer-
rè pro munere Compoſitum ius faſq́ꝫ animi,ſanctoſq́ꝫ receſſus Mentis,& incoctum generoſo pe
ctus honeſto. *Pontifices.*] Varro ſcribit dictos eſſe à ponte ſublicio, quem ſupra tyberim pri-
mum fecerunt, & ſæpe reſtituerunt. Maximum autem dictum eſſe pontificem ſcribit Feſtus quod
maximus rerum quæ ad ſacra & religionem pertinent iudex ſit, uindexq́ꝫ contumaciæ priuato-
rum magiſtratuumq́ꝫ. *Donatæ à uirgine puppæ.*] Puellæ uirginitati renunciantes puppas in tem
plis Veneri dedicabant,quemadmodum pueri excedentes pueritia apud lares id eſt deos familia-
res bullam ſuſpendebant, unde alibi Perſius:Bullaq́ꝫ ſuccinctus laribus donata pependit. *Pup-*

A *pæ.*] Imagines puellares quæ in delicijs ſunt puellarum, nomen ductum à puppa, quam antiqui puellam & puppum puerum appellabant. Varro auctore Nonio. Mammã lactis ſugentem poſcere puppum. *Quin damus id ſuperis.*] Docet eorum mentem ut ſcribit Cicero pro A. Cluentio, pietate & religione & iuſtis precibus non contaminata ſuperſtitione neq; ad ſcelus perficiendum cæſis hoſtijs placandam eſſe. *Quin.*] Hæc particula increpantis eſt, ſemperq; indicatiuo coniungitur. Virgilius. Quin tu aliquid ſaltem potius quorum indiget uſus, Viminibus mollíq; paras detexere iuncor. *De magna q.d.l.*] Meſſalinum Cottam Meſſalæ oratoris filium more ſatyrico per tranſitum notat, qui in luxum gulæ ut ſcribit Plinius palmas pedum ex anſeribus torrere, atq; patinis cum gallinaceorum criſtis condire reperit. Senſus eſt. Superi ea re nobis placandi ſunt quam de ſe Meſſalinus præſtare non poteſt, hoc eſt non opimis uictimarum ſacrificijs quæ tantum Meſſalinus ut diues dare poteſt, ſed mente pura & corde ſyncero, cum non opimas hoſtias, ſed puram hominum mentem diuina maieſtas deſideret. *De magna lance.*] id eſt, diuite magni Meſſalæ oratoris qui magnificas habuit ædes, quæ cum domo Licini certabãt. Martialis. Et cum rupta ſitu Meſſalæ ſaxa iacebunt, Altaq; cum Licini marmora puluis erunt. *Lippa propago.*] Lippi proprie dicuntur quibus oculi ſtillant. ſed à poetis pro uitioſis ponuntur, id ad animum, quod corporis eſt transferendo. Horatius. Criſpini ſcrinia lippi. Perſius alibi. Patres infundere lippos Cum uideas.

B *Compoſitum ius faſq;.*] id eſt ita uiuas, ut nihil contra leges humanas diuinasq; committatur. Iuris enim præcepta ſunt hæc, honeſte uiuere, nemini iniuriam facere, quibuſcunq; ſi poſſumus prodeſſe. Fas uero dicimus quicquid dij permittunt, nec cum fit iraſcuntur. Ergo ius humanum, fas diuinum dicimus. Virgilius. Sæpe etiam feſtis quædam exercere diebus, Fas & iura ſinunt. *Compoſitum.*] Simul utrunq; poſitum. Sicq; monet non ſatis eſſe ad bene beateq; uiuendum, alterum ſine altero præſtari. C. Compoſitũ ius, ego æquum, & legitimũ interpretor, atq; etiã deſcriptũ, & ſanctum, quæ omnia iuris epitheta ſunt ab autoribus uſurpata. S. *Animi ſanctoſq; re. men.*] Nihil turpe in animis noſtris cogitemus, per quod oſtendit à nobis facile deos placari poſſe, ſi & opere & cogitatione recte uixerimus. *Sanctos receſſus.*] Puras & ſanctas ſedes mẽtis. *Pectus incoctũ.*] Perfectum. ſic enim uocabant antiqui, ut dictum eſt, aliquid longi temporis coctum quaſi perfectum, ut eſt illud Virgilianũ. Solidum nodis & robore cocto. ſumptum ab his rebus quæ igni excoctæ, quod in ſe habent cruditatis deponunt, & mites & perfectæ fiunt. *Generoſo honeſto.*] Naturali honeſtate. *Hæc cedo ut admoueam templis, & farre litabo.*] Senſus eſt, ſi hæc quæ dixi præſtiteris, ſola quidem mola dij placabuntur, id eſt facile tibi obſequentur & preces tuas exaudient. Cedo uerbum eſt defectiuum apud comicos celebre, id eſt da. Teren. Quin tu argentum cedo. *Farre.*] Mola, quæ ſale & farre toſto conſtabat.

C

IOANNES BAPTISTA.

O curuæ in terras.] Per acclamationem inſurgit contra Romanos, qui feruentiſſimi in terrenis, frigidiſſimi in cæleſtibus, immo relictis cæleſtibus ſola terrena cogitãtes ſuis muneribus deos placari exiſtimabant, cum potius dedignarẽtur: quod ex hoc facile cognoſcitur, quod cum numina erant fictilia tum reipub. tutandæ maiorem quàm aurea nunc impendebant curam, ſicut teſtatur Iuue. Propertius. Fictilibus creuere deis hæc maxima regna. Perſio ſubſcribit ille apud Philoſtratũ loquẽs de Apolline his uerbis. Putamus etiam nec aurum, nec tam præclara dona, quæ in templo conſpiciuntur illo uolente afferri, nec templi ſtructura gaudere, etiam ſi duplo maius ac præclarius ſtrueretur. *Curuæ.*] Ad terrena inclinatæ, adeo ut nihil de cæleſtibus conſideretis, ſed altas mẽtes ad deum cum ſuis corporibus erectas ad inferiora, tanquam pœniteat nõ quadrupedes eſſe natos, deprimatis, ſecus quod faciendum nos docuit ille artifex uerus deus: qui cum fingeret hominem, id eſt, animal intelligens, ac rationis capax, eum ex humo ſubleuatum ad contemplationem ſui artificis erexit, quod aperte Boetius in quinto, Ariſto. in xix. De animalibus tradiderunt, & ingenioſus poeta ſignauit. Pronaq; cum ſpectent animalia cætera terram: Os homini ſublime dedit, cælũq; uidere iuſſit, & erectos ad ſidera tollere uultus. hinc utiq; ἄνθρωπον Græci appellauerũt, quòd ſurſum ſpectaret. auctor Lactantius. Seneca Lucilium caſtigat, quod eum cœlo intereſſe uetaret. i. capite demiſſo uiuere iuberet, ut ipſe interpretatur. *Cæleſtium inanes.*] Vacuæ, & à cæleſtibus alienæ, quibus incognitum eſt deos ad hominum uota muneribus ſacrificijſue non moueri: nam illis, quæ in uſum tribuit homini deus ipſe non indiget ut inquit Lactantius. *Noſtros mores.*] Vt credamus deos aliqua munerum cupiditate ita capi, ſicut nos capimur, & ea illis eſſe iucunda quę nobis iucunda & grata ſunt. *Ducere.*] Colligere, exiſtimare. Apuleius. Ego ſic duco, mox me inter meos futurum. *Dij.*] Quid ſit deus inextricabilis eſt quæſtio. uerumq; illud Platonis ex Timęo θεὸν εὑρεῖν οὐ ῥᾴδιον, νοῆσαι δὲ ἀδύνατον deũ uero inuenire nõ facile eſt. intellexiſſe autẽ impoſſibile. ſcribit tamen Iulius Pollux. θεὸν δὲ εἶναι δοξάζουσιν Ἕλληνες ζῷον ἀθάνατον λογικόν, τέλειον, νοερὸν ἐν εὐδαιμονίᾳ, κακοῦ παντὸς ἀνεπίδεκτον, προνοητικὸν κόσμου καὶ τῶν ἐν κόσμῳ, καὶ τὰ λοιπά. i. Deum opinantur Græci eſſe animal immortale, ratione præditum, perfectum, in felicitate degens, mali omnis expers, prouidum, mundi ornamentum, & quę ſequuntur. dicitur autem uel à dando, quia dat hominibus quicquid commodum eſt: Iuue. Nam pro iucũdis aptiſſima quæq; dabunt dij. Seneca. quicquid nobis bono futurum erat, dominus & parens noſter in proximo poſuit, non expectauit inquiſitionem noſtrã, ſed ultro dedit, nocitura altiſſime preſſit. uel [illegible], unde Stati. Primus in orbe deos fecit timor. alij ἀπὸ τοῦ [illegible] Moſcopolus. [illegible]. Traduntur & alia, quæ lectorem curioſum non fugient. Ex hac ſcelerata

D

lerata pulpa.] Ex hac peruerſa, inhoneſta, & turpi libidine noſtra: Pulpa caro ſine oſſibus eſt dicta A
auctore Donato, quod pulſetur, & conſcindatur dum manducatur, inde pulpamentum. Terent.
Tute lepus es & pulpamentum quæris, quod adagium in eos dictum, qui ab alijs quærunt, quæ in
ſe habent, cuius prouerbij mentio fit à Suida docente daſipodem eſſe leporem contra Plinium Da
ſipodem à lepore diſcriminantem. Græci ſic. δασύπους κρεῶν ἐπιθυμεῖ, hoc eſt lepus carnem quærit. Pli-
nius, quod ſcitu dignum eſt, pulpam pro neruo illo accipit, quem Theophraſtus ἶνα uocauit. *Hæc
ſibi corrupto.*] Contra Stoicorum dogma apud quos æqualia ſunt peccata, grauiorem eſſe noxam
illorum qui auro implent delubra, quàm qui aliter delinquunt oſtendit. & eſt ſenſus. Si uir per lu-
xum unguentis delicatiſſimis ſe perfundat, & ueſtibus precioſis indutus ſe iactet, oſtentet, & quo-
dammodo glorietur, peccat quidem, ſed aliquam conſequitur utilitatem: at ex auro in templis col
locato quam utilitatem? quos fructus? quod denique emolumentum conſequimur? quaſi dicat nul
lum. *Diſſoluit.*] Diluit, diſtemperat. Tempora ſua notat quibus in tantum luxū unguenta pro
ceſſerant, ut lini iam non ſolum, ſed & perfundi unguentis gauderent, etiam ueſtigia pedum tinge
rent, quidam etiam biberent, auctor Plinius. *Caſiam oliuo corrupto.*] Vnguentum, quod fit com-
mixtione diuerſorum odorum addito oleo, aut aliquo pingui ad unguenda corpora deliciarum
& luxuriæ cauſa inuentum, quod qui conficit Vnguentarium, myropolam, & Seplaſiarium nun-
cupamus. unde Theodorus Gaza uir alioqui erudituſſimus inſcite apud Ariſtotelem myropolam B
pigmentarium uertit, cum unguentarium, aut ſeplaſiarium debuiſſet. eſt autem Caſia herba ſua-
uiſſimi odoris, ut ex Virgilio docet Seruius, quæ aquis indeſinentibus nutriri dicitur & coaleſcere
(ut ſcribit Hieronymus in canticis) alio nomine dicitur fiſtula (ut idem eſt auctor) cuius duo ſunt
genera. alia enim candida, alia nigra. Candida magis ſe humi ſpargit, odorataque eſt, nigra odore
caret. Ambæ florent poſt æquinoctium autumni, & multum denique temporis florent, Auct. Theo-
phraſtus. naſcitur iuxta Cinnami campos in Aethiopia Troglodytis connubio permixta; colligi-
turque circa paludes Arabiæ propugnante unguibus diro ueſpertilionum genere aligeriſque ſerpen
tibus (ut ſcribit Herodotus.) his commentis augentes rerum precia Auctore Plin. *Corrupta.*]
Quia ſuum odorem non ſeruat, ſed in caſiæ naturam tranſit, & eſt æmulatio Vergiliana. Nec caſia
liquidi corrumpitur uſus oliui. *Oliuo.*] Quo odores optime ſeruantur. Plinius libro triceſimo,
capite tertio. Vnguenta optime ſeruantur in alabaſtris, odores in oleo. *Coxit.*] Tinxit, infecit.
Veſtis bis tincta dicitur dibapha, qua Lentulum Spinterem cognominatum primum uſum fuiſſe
lectitaui. Cicero. Curtius noſter dibaphum cogitat. ſed eum infector moratur. ubi ſignificauit Cur
tium hominem minimi precij aſpirare ad magiſtratum. *Vitiato murice.*] Murices conchę ſunt
quales purpurę, ex quorum ſanguine tinguntur infectu precioſo ueſtes (ut Plinius eſt auctor) quę
ſic apud Epigrammatarium loquuntur. Sanguine de noſtro tinctas ingrate lacernas Induis, & nō C
eſt hoc ſatis, eſca ſumus. alias murex eſt ferreus triangulus per cuſpidem. hinc leges apud Plinium
Catonis ſententiam fuiſſe, muricibus ſternendum forum. Muricem Oratius poſuit pro purpura.
Vergilius pro ſaxi aſperitate. Muricem Mutianus ait eſſe latiorem purpura neque aſpero neque rotū-
do ore, neque in angulos prodeunte roſtro, ſed ſimplici concha utroque latere ſeſe colligente. quomo
do autem inuenta ſit purpura docet Iulius Pollux libro De uerbis idoneis ad Commodum pri-
mo referens fabulam lepidiſſimā, ſuper qua ſic Nonius poeta Græcus libro iiij. Dionyſiacon [illegible] ἀνάκτωρ. i. Et Tyrij coloris indutam ueſtem aſpice, teſta purpure-
as iacientem ſcintillas, marinum canem facile litoribus maris gaudentem, pulchra lanugine præ-
ditum: mirabilem piſcem, niueas genas purpuræ habentem, in ipſa teſta ſuccum quendam ignis
inſtar ſacri, quo ſolo ſplendidæ regum ueſtes olim tingebantur. *Calabrum.*] Hoc dixit, quia ibi
nobiliſſimæ lanæ ex ouibus habebantur: nam circa Tarentum oppidum Calabriæ Canuſiūque au
ctore Plinio, ſummam nobilitatem habent: Vnde Varro ſcribit Tarentinas oues pellibus integi ne
lana inquinetur, quo minus uel infici recte poſſit uellus, uel lauari ac parari. Martialis. Velleribus
primis Appulia, Parma ſecūdis Nobilis. Eſt autem Calabria Italiæ pars, in qua eſt Brūduſium Hy D
drus mons, tum Salētini campi, ut Mella ſcribit. Græci Meſapiam à duce appellauere, & ante Peu
cetiam à Peucetio Oenotri fratre. Auct. Plin. Scribitur per B. diſtinctionis gratia (ut notat Euſtathi
us) ut differat à Calauria inſula contra Trœzenem, quam Neptunus poſſedit pro Delo commuta
tione facta cum Latona, ſicut Tænarum pro Pythona, ut in prouerbium res abierit uel permutatio
nis, uel actiōis eius, quæ præſcriptis uerbis fit Do ut des [illegible], id eſt, æqualiter Delumque, Calauriamque diſtribuūt, ſic & Pythona diuinam, Tę
narumque uentoſam. *Vitiato.*] A quo lanitij color naturalis uitiatur, & corrumpitur. Sic Ora-
tius. Sed mala tollet anus uitiato melle cicuta. Alienum enim colorem uitiat, cum lana inficitur. un
de Vergilius: diſcet mentiri lana colores. *Baccam raſiſſe conchæ.*] Bacca fructus eſt lauri, myrthi,
oleæ, hederæ, & ſimilium. uerum à ſimilitudine rotundi corporis baccas appellant, & uniones,
quas Græci Margaritas nominant, unde Margaritarij dicti negociatores mangoneſque margarita
rum, quos facit luna defluens à uenere, ut inquit Firmicus. naſcuntur in mari Indico: fertiliſſima
eſt Taprobane inſula, & Perinula promontorium Indiæ. Naſcuntur & in Britannia ſed paruæ, de
colores, ſuffuſcæ & liuentes. auctores Plinius & Tacitus. Raſiſſe autem interpretare extraxiſſe, euul
ſiſſe, quoniam ſic adhæreſcunt conchis, ex quibus piſcibus generantur, ut uelli non queant niſi

A lima, auctor Plinius. *Et ſtringere uenas.*] Aurum, & argentum intelligit, quæ quomodo inueni-
antur docet Plinius noſter in xxxiij. dixit autem inuidioſe in tempora ſua, quibus auri in tantum
adoleuit luxuria, ut fibulæ tribunitiæ ex auro geſtarentur, mulierumq́ pedibus & mularum ſub-
ijceretur, atq in omnibus obſcœnis deſiderijs uſurpatum fuerit. Plinius aurum inquit etiamnum
pedibus induitur, atq inter ſtolam plebemq́ hunc medium fœminarum equeſtrem ordinem fa-
cit. Martialis. Ventris onus miſero (nec te pudet) excipis auro Baſſa bibis uitro, carius ergo cacas.
Vnde Iuuenalis. Si trulla inuerſo crepitum dedit aurea fundo. In quo carmine taxat poeta ſatyri-
cus Græculos illos aſſentatores, qui erant parati laudare dominum ſuum, & ſi in uaſis aureis, &
quod peius eſt ad eſum humanum fabrefactis egereret. Lampridius refert Heliogabalum onus uē-
tris auro excepiſſe, & in murrhinis minxiſſe. quid ſit uena proprie alibi docuimus. per metaphorā
autem uenæ in terra dicuntur ſubterranei meatus, per quos unda manat aut alius liquor, unde ue
nas argenti & auri dicimus ut hic Perſius, & frequentiſſime Plinius. per uenas enim terræ quæ-
runtur, unde metallum à μεταλλᾶν quod eſt ſcrutor & inquiro deriuatur. Homerus. Αὐτὰρ ταῦτα ἕκασ-
τα εἴρεο μὴ δὲ μετάλλα, id eſt, neq hæc diſquiras, neq perſcruteris. *Feruentis.*] Quia dum tunditur
ferueſcit. *Stringere.*] Colligere conflare, unde auctore Plinio, ſtrigiles Hiſpania uocat auri par
uulas maſſas quod ſuper omnia ſolum in maſſa auramento capitur. alias ſtringere deglabrare eſt
B (ut docet Paulus iuriſconſultus) *De puluere crudo.*] Non Cocto. nam (ut ait Plinius quod eſt ef-
foſſum tunditur, lauatur, uritur, molitur in farinam, ubi ſimplici l, molitur legendum eſt. idē pau
lo infra. Spurcitia in omni metallo uocatur ſcoria. hęc in auro coquitur iterum, & tunditur. κόνις
Gręce dicitur puluis, unde Coniſterium, quod eſt in ſtructuris palęſtrarum membrum, quo pale
ſtrię puluiſculo flaueſcentes luctam exercent, cuius meminit in quinto Victruuius. Aconiti uicie
prouerbio Græco dicitur, quoties quis ſine labore uicit, & ſudore. Pauſanias tradit athletam Dio-
reum uiciſſe aconiti, quod Plinius citra puluerem libro trigeſimoquinto interpretatus eſt. econ-
trario coniti uicit dicitur, quoties cum labore, & ſudore uictoria paratur. hoc annotaui, ut locus
Gellianus corrigeretur, apud quem in quinto ſic ſcriptum legitur. Ouandi cauſa eſt cū deditione
repente facta in puluere (ut dici ſolet) incruentaq́ uictoria obuenit. Tu ſcribe ſine puluere. *Peccat
et hæc peccat.*] Omnes ſacris nou initiati huiuſmodi luxuriæ ſeruientes peccant. *Vitio tamen uti-
tur.*] Aliquam utilitatem, aliquod emolumentum percipit & conſequitur. nam gēmis, auro, pur-
puraq́ utitur. & bene dixit utitur, non fruitur. nam (ut ſubtiliter penſitat Auguſtinus libro De do
ctrina Chriſtiana & libro undecimo, De ciuitate dei) frui eſt ea re uti, quæ nos nō ad aliud referēda
per ſeipſam delectat. Vti uero ea, quam propter aliud quærimus. unde temporalibus magis uten-
dum eſt quàm fruendum, ut frui mereamur æternis. *At uos dicite pontifices.*] Inſurgens per in-
C terrogationem in ſacerdotes, qui aurum dijs offerri debere perſuadebant, oſtendit nullam utilita
tem, nullum emolumentum redundare in aurum in templis deorum collocantes, eſſeq ſuperua-
cuum quod aurea uaſa templis inferantur, quod non ſanctitudinis, non religionis, non cærimo-
niarum, ſed auaritiæ ſit inſtrumentum, ut inquit Lactantius. Deum enim non auro templa fulgen
tia, altaria diſtincta delectant, ſed anima ornata uirtutibus (ut ſcribit Hieronymus) quod ſentire ui
detur & Lucanus ſcribens deorum delubra diuitijs uiolari. *Pontifices.*] Pontifices, quorū col-
legium primus Numa Romæ conſtituit (ut eſt apud Liuium) magnum apud Romanos (teſte Dio-
nyſio) ſacerdotium, & nomen habent, cum ſint rerum maximarum domini, multareq́ conſueue-
rint, quos uiderint iuſſis ſuis minime obſequentes. ipſi uero neq ſenatui, neq populo Romano ra
tionem ſacerdotij ſui reddere coguntur. Dionyſio quaſi ſubſcribunt Canonici ſcriptores, apud
quos in decretis Diſt. xxi. De ponuſice hæc traduntur. Poutifex princeps ſacerdotum eſt, ipſe ma-
ximus nuncupatur, ipſe omnes Eccleſiaſticos ordines diſponit. Pontifices Græci, Archiereas, Hie
rodidaſcalos, Hieronomos, Hierophantas, Hierophylacas, protomyſtas, quo uocabulo utitur Si
donius, Archimandritas, alijſq́ nominibus appellant. dicti autem à poſſe, & facere (ut inquit Ser-
uius) uel à ponte (ut arbitratur Varro) quoniam ab his ſublicius pons Romæ eſt factus primum
& ſæpe reſtitutus, cui Plutarchus aſtipulatur in Numa. *Nempe hoc quod ueneri.*] Suæ interroga-
D tioni reſpondet. Erat conſuetudo ut puellæ uirginitatem exuentes puppas Veneri, ut felix fauſtuq́
eſſet matrimonium, condonarent: ſicut pueri bullam laribus ſuſpendebant, cum ex ephebis ex-
ceſſiſſent: quibus milites emeriti etiam ſua arma dicabant, unde Ouidius. Miles ut emeritus non
eſt ſatis utilis armis, Ponit ad antiquos quæ tulit arma lares. Gladiatores donati rude poſt gladia-
torias palmas arma Herculi conſecrabant, Vnde Oratius dixit: Veianius armis Herculis ad po-
ſtem fixis latet abditus agro. ſunt autem puppæ, & per diminutiuum puppulæ imagunculæ puel-
lares in delicijs, oblectamentiſq́ uirguncularum. Antiqui puppos, & puppas dixerunt pueros, &
puellas. Auſo. Barbara ſed latias uincis alumna pupas. ubi aduerte Auſoniū corripere quod Per-
ſius produxit. *Quin damus id.*] Deos pietate, & pura mente ad uota hominum exaudienda mo
ueri, non autem donis, aut multiiuga uictimarum cæſarum ſerie oſtendit, quæ neq immortali-
bus grata eſſe poſſunt, quia fragilia, neque uſui expertibus corporum, quia hæc ad uſum corpo-
rum data ſunt. & eſt ſenſus. Cum aurum, argētum, contaminatam ſuperſtitionem, uictimarumq́
multitudinem à dijs non expeti uideamus, cur illis mentem puram, honeſtatem uitæ, morumque
ſanctitudinem, quæ uitioſi offerre nequeunt non exhibemus? Nam quod aut digitis fit, aut extra
hominem eſt, ſacrificium uerum non eſt, nec quod ex arca, ſed quod ex corde profertur, nō quod
manu, ſed quod mente libatur, hæc acceptabilis uictima eſt, quam de ſe ipſo animus immolat,
etſi

etſi Homerus dixerit. Exorabiles conuertibilesq́; & dij ſunt, & hos quidem ſacrificijs, uotis, libatio A
nibus & homines cum peccauerunt precibus uertunt. *Magna lance.*] De ſuis magnis diuitijs,
ſunt autem lances uaſa lata, & rotunda, quibus caro tam toſta, quàm elixa, cæteraq́; edulia condi-
untur, menſæq́; inferuntur. apud Martialem commendantur chryſendetæ ex auro cum fierent, ut
nunc etiam ex argento Argirendetæ. Inter lances habentur Ariſtophorum, Magidæ, Diſcus, Mazo
nomũ, quorum Plin. Feſtus, Acron, M. Varro, Horatius, Feneſtella, & cæteri meminerunt. Apule-
ius. Cœnarumq́; reliquijs diſcus ornatus. unde Diſcophorus dictus, qui in diſco in menſam pran
dium infert. Lenucula uaſis genus eſt à figura dictum (ut ait Plinius) & meminit Celſus, uideturq́;
eſſe id quod diſcos appellatur Dioſcoridi. *Lippa propago.*] Vitioſa progenies, quod eſt corpo-
ris ad animum, ut moris eius eſt, transfert. ſic Horatius, Criſpini ſcrinia lippi. *Magni Meſſalæ.*]
Diuitis, & potentis, & ita illum taxat. Familia autem Meſſalarum florentiſſima fuit Romæ denomi
nata hoc nomine à Valerio Coruino, qui Meſſanam in Sicilia uicit, à qua Meſſala cognominatus
eſt (ut Seneca docet ad Paulũ.) unde dixit Ouidius in Faſtis. Hunc Numidæ faciunt, illum Meſſana
ſuperbum. Meſſalam Coruinum inter oratores laudat Quin. in x. quem Tyberium in oratione La
tina ſecutum fuiſſe apud Suetonium lectitauimus. huius meminit & Euſebius in libro temporum:
qui ante biennium, quàm moreretur, ita memoriam ac ſenſum amiſit, ut uix pauca uerba coniun
geret: ad extremum hulcere illi circa ſacram ſpinã nato inedia ſe affecit anno lxx. ætatis. de hoc ne B
quaquam intelligemus, cum fuerit probiſſimus, ſed de Meſſalino Cotta, qui in luxum gulæ pal-
mas pedum ex anſeribus torrere, atq; patinis cum gallinaceorum criſtis condire reperit. auctor
Plinius. hic fuit ditiſſimus, & ut oſtendit Epigrammatiſta ædes habuit cum Licini domo decertan
tes. *Compoſitum ius faſq́;.*] Diuina, & humana iura ſimul collocata: nam ad bene beateq́; uiuen-
dum non ſufficit diuina ſine humanis, aut humana ſine diuinis obſeruare. Ius cuius præcepta re-
fert Iuſtin. in primo Inſt. ad homines, fas uero ad religionem pertinet. Auctor Ser. Ius eſt prætoriũ,
& coquinum, hinc amphibolon illud exit à M. T. Ego quoq; iure fauebo. M. Varro: ſic hoſce piſces
nemo coquus in ius uocare audet, decenter dixit in iij. De re ruſtica. *ζωμὸς* dicitur ius, unde *ζωμευτὴς*
dictus coquus. Lucianus *ζωμοὺς ἰχθῦς γάρῳ καὶ ἐλαίῳ κατακεχυμένους*, id eſt, iura piſces garo oleoq́; profu-
ſos. *Sanctosq́; receſſus.*] Caſtas, incorruptas, inuiolatas mentes, quæ (ut inquit Lactantius) dei ue-
rum eſt templum, & animi partes intimas & penetrales. M. T. in legibus (ut ſupra etiam relatũ eſt)
ita præcipit: ad diuos adeunto caſte, quæ lex iubet, ut caſtimoniam corporis ſimul & animi adhi-
beamus. In Euangelio cum ſcriptum ſit, Sunt Eunuchi qui ſeipſos caſtrarunt propter regna cœlo
lorum: Origenes ille magiſter Eccleſiæ incomparabilis ſeipſum caſtrauit, & in ſemetipſo re aggreſ-
ſus eſt implere, quod uox dominica non hiſtorico ſed myſtico intellectu precipiebat. *Et pectus*
incoctum.] Valde coctum, purum, ſyncerum, ab omni mala cogitatione ſequeſtratum, perfectum, C
defecatum. Nihil enim quietius, nihil purius, nihil deniq; pulchrius ea mente eſſe debet, quæ in
dei habitaculum præparanda eſt, inquit Hieronymus. alias non coctum. Plau. Quicquid eſt inco
ctum non exprimit. In enim aliquando auctiua, aliquando *στερητικὴ* particula eſt. unde illam priua-
toriam ſyllabam uocat Boetius in iiij. Topi. De qua alibi plura. *Generoſo honeſto.*] id eſt, natiua
& genuina honeſtate. *Hæc cedo ut admoueam.*] Senſus eſt. ſi ſupradicta, bonos ſcilicet mores, pro
bitatem, & mentem rectam ad templa deos oraturus attuleris, omnium uotorum compos efficie-
ris. dij enim non dona, non uictimas pingues, ſed adorantium mentes atq; animum purum; ho-
minisq́; innocentiã deſiderant: quam qui obtulerit deo ſatis pie religioſeq́; litauit, auctor Lactan-
tius. hinc uere cecinit Horatius in iij. Car. Immunis aram ſi tetigit manus Non ſumptuoſa blãdior
hoſtia, Mollibit auerſos penates Farre pio, & ſaliente mica. *Farre.*] Numa Pompilius inſtituit
deos fruge colere, & mola ſalſa ſupplicare, atq; far torrere, ſtatuitq́; non eſſe purum ad rem diui-
nam niſi toſtum. Auctor Plinius cui facit fidem id quod legimus apud Suetonium, quod Vitellius
inter altaria ibidem ſtatim uiſcus, & farra pene rapta è foco manderet. Intelligit autem molam ſal-
ſam, quæ aqua, farre, & ſale fiebat, auctores Valerius & Varro. Seruio fit ex horna fruge, & hor-
no ſale. *Litabo.*] Facto ſacrificio numen placabo. hoc enim ſignificat litare, ut ſcribunt Macro
bius, & Marcellus. D

AELIVS ANTONIVS NEBRISSENSIS.

O curuæ in terris animæ.] Nunc acrius exclamat in eos qui talia putant de dijs quales ipſi ſunt,
dicitque, o homines more pecudum terrena aſpicientes, & in terram proni. *Et inanes cæleſti-*
um.] id eſt, inſcij rerum diuinarum, & qui neſcitis quo ſacrificio deus placari poſſit. *Quid iuuat*
hoc?] id eſt, quæ libido uobis inceſſit. *Committere templis.*] id eſt, in templa deorum. *Noſtros*
mores.] Noſtra uitia, putantes deos delectari quibus nos gaudemus. *Et ducere bona dijs.*] Offerre
ſacrificia. *Ex hac pulpa.*] Ex hac uoluptatis noſtræ materia. nam pulpa & pulpamentum caro
eſt ſine oſſibus. unde pro mollitie libidinoſa accepit Terentianus ille Thraſo cum dixit. Tute lepus
es & pulpamentum quæris. *Scelerata.*] Quoniã aurum, thus, ador, æs & cætera quæ dijs offeri
mus multorum malorum cauſa ſunt cum ad homines referuntur. *Hæc.*] ſcilicet pulpa ſcelerata
& hominũ libido. *Diſſoluit ſibi.*] .i. in ſuos uſus diluit & miſcet. *Caſiam.*] Fruticẽ illũ odoratum
ex Aethiopia, à quo noſtra caſia hoc eſt el cantueſſo degenerat. *Corrupto o.*] In deteriorem for
mam mutato. Nam antequã oleũ miſceatur caſiæ, meliorem uſum præſtat in cibis atq; etiã unctio
nib. Verg. ij. Geor. Nec caſia liquidi corrũpitur uſus oliui. *Hæc.*] ſ. pulpa ſcelerata. *Coxit.*] .i. in
fecit in cortina. ſic enim uocatur infectorum ahenum caldariũ. *Vellus Calabrum.*] Lanam ex Apu

A lia, quæ omnium erat præcipua. Martia. Velleribus primis Appulia, Parma ſecundis. *Viliato murice.*] Purpura corrupta. nam ex corrupto papauere ſiue purpuræ flore ducitur color purpureus, qui ſi non eſt adulteratus uirulentum reddit odorem, idq; ſignum habent mercatores ſynceræ purpuræ. Martialis. Olidæq; ueſtes murice. & alibi. Tinctis murice ueſtib. quod omni Et nocte utitur & die Philenis, Delectatur odore non colore. *Hæc.*] Scilicet pulpa ſcelerata. *Iuſsit raſiſſe.*] Radere & eximere. *Baccam conchæ.*] Margaritam ſiue unionem qui ex oſtreis euellitur. Sunt autem baccæ minuſcula quarundam arborum poma, puta lauri, oliuæ: ſed per tranſlationem gemmæ quoq; dicuntur baccæ. Verg. Colloq; monile Baccatum. i. gemmis intextum. *Et iuſsit ſtringere uenas de crudo puluere.*] Per concoctionem puluerem crudum in auri maſſas contrahere. ſignanter autem dixit ſtringere. unde Verg. viij. Aeneid. dixit. Striduntq; cauernis Stricturæ Chalybũ, & auctore Plin. lib. xxxiij. Hiſpani uocant ſtrigiles auri paruulas maſſas, atq; ijdem balueam eodẽ auctore, quæ Iuſtiniano auctore Græce cryſamos dicitur. *Peccat & hæc.*] Sẽſus eſt. in uſu caſiæ, purpuræ, margaritarũ & auri homines peccant luxuria, tamen utuntur ipſo uitio. i. aliquos uſus inde percipiunt. *Hæc.*] ſ. Pulpa, hoc eſt materia uitiorũ. *Peccat & peccat.*] Geminauit uerbũ, quia de rebus omnibus confeſſa loquitur. *Tamen utitur u.*] .i. aliquam utilitatem ex illo uitio percipere uidetur. *Sed uos o pontifices.*] Qui rebus ſacris præſidetis. *Dicite.*] Reſpondete mihi. *Aurũ*]

B Quod templis dedicatur. *Quid facit in templo.*] Quos uſus habet, aut quam utilitatẽ dij ex eo percipiunt. *Nempe hoc.*] Subaudi reſponderent pontifices ſi uera fateri uellent, hoc aurũ facere in templis. *Quod puppæ.*] Imagunculæ, quas puellæ ludentes effingunt. Hiſpani uocant munnecas. Nam conſuetudo apud antiquos illa fuit, quæ etiam nunc durat, ut puellæ pupos & pupas effingerent, quas cum uiris nuptui tradendæ erant, Veneri, in cuius tutelam tranſibant, dedicarẽt. *Quin damus.*] Si aurum igitur dijs dandum non eſt, aliquid autẽ illis dare oportet, quid daturi ſumus? ad hoc reſpondet, offerendam eſſe animi puritatem & conſcientiam recte factorum. dicit igitur, *Quin damus?* id eſt, cur non damus. nam quin cum indicatiuo pro cur non accipitur interrogatiue. Quin uero cum ſubiunctiuo pro quo non. *Superis.*] Dijs cæleſtibus. *Id quod propago magni Meſſalæ.*] Aliqs de familia & poſteris Meſſalæ Coruini oratoris clariſſimi ſimul & ditiſſimi. *Lippa.*] Cæca. nam quod eſt uitium corporis ad animum transfertur ut in ſatyra ſuperiori, patres inſundere lippos. *Non poſsit dare de magna lance.*] De amplis diuitijs. nam quæ offerenda dijs erant lãci imponebantur. Verg. Lancibus & pandis fumantia reddimus exta. Et quid illud ſit, quod propago lippa magni Meſſalæ non poſſit dare, & nos dare oportet, ſubdit. *Ius & fas animi compoſitum.*] Vt uiuamus ſecundum leges humanas & diuinas. Verg. i. Geor. Sæpe etiã feſtis quędã exercere diebus, Fas & iura ſinunt. Nam ius eſt facere quod licet per leges humanas, Fas quod per religionẽ.

C *Sanctosq; receſſus mentis.*] Interioris conſcientiæ puras cogitationes. *Et pectus incoctum.*] Cor lõgo uirtutum & honeſtatis uſu perfectum. nam quæ igni excoquuntur, puriora purgatioraq; euadũt. *Generoſo.*] Nã ut ait Ariſtoteles, illa eſt integra & uera generoſitas quæ uirtuti coniuncta eſt. *Generoſo h.*] Naturali honeſtate. nam duo nomina adiectiua ſine ſubſtantiuo nõ poſſunt ſtare. *Hæc cedo.*] Da mihi quod dixi, ius & fas animi, &c. Hoc perq; ſimile eſt illi quod pſalmographus ſcribit. Sacrificiũ deo ſpiritus contribulatus, cor contritũ & humiliatũ deus non deſpicies. *Vt admoueã templis.*] Quaſi hoſtiã ſacrificaturus altari applicẽ. *Et litabo farre.*] Sola mola quod petiero impetrabo. Nam litare eſt quod uolumus ſacrificio impetrare. Itaq; nõ omnes qui ſacrificãt litãt. Litant uero boni uiri, atq; ut ad principiũ ſatyræ redeamus, qui à deo tantum honeſta petunt.

ECPHRASIS MVRMELLII.

O animæ curuæ in terras & uacuæ cæleſtium Quid hoc iuuat? immittere mores noſtros tẽplis & exiſtimare bona & grata dijs ex hoc noſtro corpore uitijs ſubiecto. Hoc diſſoluit ſibi caſiam oliuo corrupto, hoc tinxit calabram lanam murice uitiato. hoc iuſſit auellere conchis margaritas, & in unum conflare metalla feruentis maſſæ de puluere nondum excocto. Hoc peccat, & iterum iterumq; peccat, tamen utitur uitio. At uos pontifices dicite, quid aurum facit in templis? Nẽpe hoc, quod puellares imagunculæ donatæ Veneri à uirgine. Cur non potius offerimus id ſuperis, quod

D luxurioſus filius Meſſalæ non poſſit offerre de magna lance, puta ius & fas animi coniunctũ, ac pura mẽtis penetralia, pectusq; naturali honeſtate generoſum? Da, ut hoc templis admoueam, & uel minimo munuſculo deum placabo.

SCHOLIA.

O curuæ in t. a.] Lactãtius in lib. de Origine erroris cap. ij. Iuuat ergo uelut in aliqua ſublimi ſpecula conſtitutũ, unde uniuerſi exaudire poſſint, Perſianũ illud ꝓclamare. O curuæ in terras animę & cœleſtrũ inanes. Cœlũ potius intuemini, ad cuius ſpectaculũ uos excitauit ille artifex uerus deus Ille uobis ſublimẽ uultũ dedit, uos in terrã curuamini. uos altas mẽtes, & ad patrẽ ſuũ cũ corporibus ſuis erectas ad inferiora deprimitis, tanquam uos pœniteat non quadrupedes eſſe natos. *Pulpa.*] Eſt caro ſine oſſibus. Per hanc autem ſignificat corpus uoluptatibus deditum, quo animus deprimitur à cæleſtibus ad terrena. *Dicite pontifices.*] Lampridius in uita Alexandri Seueri. In templis ſane nunquam præter quatuor aut quinq; argenti libras, auri ne guttulam quidem, aut bracteolam poſuit, ſuſurrans uerſum Perſij. In ſanctis quid facit aurum? *Pupæ.*] Pupus, puer. Pupa puella dicitur. Martialis. Se pupam dicit Gellia, cum ſit anus. Pupa etiam eſt puellare ſimulacrum ex panniculis & tomento factum, quo puellæ luſitant. Virgines autem nupturæ Veneri ſuas pupas offerebant, ſperantes ſe breui ueros pupos pupaſue habituras, idque

Veneris

Veneris beneficio. *Et incoctum g.p.h.*] Lactantius in libro De uero cultu cap. ij. Merito ergo Perſi A
us huiuſcemodi ſuperſtitiones ſuo more deridet. Qua tu, inquit, mercede deorum Emeris auricu
las? pulmone & lactibus unctis? Sentiebat uidelicet non carne opus eſſe ad placandam cæleſtē ma
ieſtatem, ſed mente ſancta, & iuſto animo, & pectore (ut ipſe ait) quod naturali ſit honeſtate genero
ſum. Hæc eſt religio cæleſtis, nō quæ conſtat ex rebus corruptis, ſed quæ uirtutib. animi, qui oritur
è cœlo. Hic uerus cultus eſt, in quo mens colentis ſeipſam deo immaculatam uictimam ſiſtit.

Tertia deſidiam iuuenum, faſtusq́; laceſſit.

SATYRA III.

NEmpe hoc aſſidue? iam clarum mane feneſtras
Intrat, & anguſtas extendit lumine rimas.
Stertimus indomitum quod deſpumare falernum
Sufficiat, quinta dum linea tangitur umbra.
En quid agis? ſiccas inſana canicula meſſes
Iãdudũ coquit, & patula pecus omne ſub ulmo eſt,
Vnus ait comitum. uerumne? ita ne? ocius adſit
Huc aliquis. nemon? turgeſcit uitrea bilis.
Finditur, Arcadiæ pecuaria rudere credas.
Iam liber, & poſitis bicolor membrana capillis,
Inq́; manus chartæ, nodoſaq́; uenit harundo.
Tunc queritur craſſus calamo quòd pēdeat humor,
Nigra quòd infuſa uaneſcat ſepia lympha,
Dilutas queritur geminet quòd fiſtula guttas.

ASCENSIVS.

NEMPE *hoc aſſidue.*] In hac tertia Satyra reprehendit poeta prædiuites adoleſcentes qui cū nobiles & inſignes in primis haberi uelint ſunt tamē maxime ſegnes. i. ſeorſum & ſeparati ab igne. i. uehemētia animi, (eſt enī ignis maxime actiuus) ſuperbiunt de nobilitate generis & copia diuitiarum, quarum nihil ad eos pertinet. Introducit autem pædagogū ac familiarem admonitorem, adoleſcentem diuitē ad ſtudioſam operationem cohortantē, docetq́; qui talibus monitis non obtemperāt, ita in animo mori ut qui medicis nō parent in corpore. Eſt ergo mixtum genus poemans: nam & poeta loquitur & perſonę introductę, quæ ut diſcernantur ſcripſi in capite loquentiū nomina ſic. Mo. i. monitor: Per. i. Perſius. Iu. i. iuuenis. Nēpe hoc aſſidue? uerba ſunt monitoris. hoc eſt unius comitū ut dicet poeta ibi. unus ait comitum, qui puerum delicatum uſq; ad quintam horam diei decumbentē C
in lecto acrius increpat. Verumne? ita ne? uerba ſunt pueri fingentis ſe neſciſſe quod iam prouectior ſit dies, cuius mores graphice admodum exprimit poeta. Turgeſcit, &c. uerba ſunt poetę narrantis indignationem pueri. Rudere hic primam producit: apud Verg. lib. vij. ubi dicit, ſera ſub nocte rudentum, participium eius eandem corripit, eſt ergo anceps. Pecuarium eſt copia pecorū aut pecudum. pecus autem eſt omne quod humana caret effigie, hic autē pecuaria Arcadiæ aſini ſunt, qui plurimi & ſane magni in Arcadia naſcuntur. unde Iuuenalis Arcadicum iuuenem aſininū uocat. i. tardum ut eſt aſinus. Bicolor mēbrana, ouina uidelicet: nam uitellina utrinq; candeſcēs præcioſior eſt quàm ut in ea ſcribere diſcatur. omnis autem ea parte qua pili depoſiti ſunt ſubruffa eſt, in interiore aut candidior. Sepia notus piſcis eſt cuius caro inteſtinis minutim conciſis perſimilis eſt. eius autem ſanguine loco atramenti quandoque uſi ſunt. Sed ne ab alijs bene recitata repetam, ORDO ut incipiam à ſeptimo uerſu ſic eſt. Vnus comitū. i. familiariū aut pædagogorū ait, ad puerum diuitem & negligentem, atq; ad quintam horam poſt ſolis ortum adhuc decumbentem in lecto, Nempe. i. ut ſemel atq; iterum ueniam dederimus. Nempe. i. nonne certe, tu ſupple facies aſſidue. i. continuo. hoc eſt ſingulis diebus, hoc. i. cubabis quinq; horas poſt ſolis ortum, mane clarū. i. ſol matutinus, uel claritas diei iam intrat feneſtras & extendit. i. illuſtriores & apertiores ac maiores uidetur facere lumine. i. claritate ſua rimas. i. fiſſuras anguſtas. i. arctas. Nos ſtertimus, irriſio eſt D
qua quum de alijs manifeſte loquimur noſtram perſonam inſerimus. hoc eſt ergo, tu ſtertis. i. profunde dormis ſupple tantum quod ſufficiat. i. ſatis ſit, deſpumare. i. ſpumis & uaporibus aſcendentibus cerebrum purgare & euacuare. Falernum. i. uinum montis Falerni: indomitum. i. nullo modo dilutum, ſed merum & ita acre atq; penetratiuū cum ſit natura ſua fere indomabile, ut ſit indomitum dictum pro indomabili, ſicut illaudatum dixit Maro pro illaudabili. ſtertimus inquã: dū. i. donec, linea protracta. ſ. in ſolario. i. in circulo diuiſo per xij. aut xxiiij. lineas æqualiter diſtantes ac xxiiij. horas diei repræſentantes, quas quoties pinnæ aut ſtipitis in medio poſiti umbra contingit ex aduerſo ſolis, horam pertranſiſſe certum eſt: donec ergo linea tãgitur quinta umbra. i. dum linea quinta tangitur umbra: ſed uerſus melius ſtet dicendo quinta umbra, quàm quinta linea. Sēſus autem eſt. donec ſol pertranſierit quinq; horas diei, quod ægre ferendum eſt. præſertim quod quinta hora labori eſſet addicta, ut cecinit Martialis. unde ſubdit. En quid agis? canicula. i. ſtella illa ardens, quæ etiam ſyrius dicitur, inſana. i. rabioſa, & quemlibet æſtu ſuo mordens, coquit. i. maturat, aut hyperbolicos quaſi concoquit propter nimium æſtum, meſſes. i. ſegetes ſiccas. hoc eſt aridas. ſi enim ſiccæ ſunt iam non matureſcunt, ſed potius coquuntur. iamdudum. i. iam & paulo ante, puta hora uel duabus. & omne pecus eſt iamdudum ſub ulmo, patula, id eſt, ſemper patēte & ex

A tenſa.Reſpondet ille dormitator,uerum ne ſupple ais?ita ne ſupple eſt?aliquis adſit, id eſt, aduen niat,huc,id eſt ad me,ocyus id eſt cito.nemon,id eſt,nemo ne ſupple audit aut uenit.& hoc ſtomachoſe dicit perditus adoleſcens.unde de eo dicit poeta bilis uitrea, id eſt, cholera amara & fellina uitrino colore,turgeſcit,id eſt inflatur,& ipſe adoleſcens,finditur,id eſt,rumpitur indignatione & crepitu ac ſtomachatione,ita ſupple ut credas,id eſt,quilibet credere poſſit, pecuaria Arcadiæ, id eſt,aſinos qui in Arcadia plurimi gignuntur.rudere,id eſt,ſonitum aſini naturalem emittere.Iam, id eſt,paulopoſtquam ſurrexit,liber uenit in manus,id eſt,accepit librum in manum, & mẽbrana bicolor,id eſt,duorum colorum,albi & ſubruffi,ſcilicet capillis,id eſt,pilis membranæ, poſitis, id eſt,depoſitis,uel potius liber uenit in manus,membrana bicolor uenit in manus,& carthe, id eſt, quam uulgus papirum appellat,uenit.aut ſi ſcribatur Latine chartæ uenerunt in manum, & arundo nodoſa,id eſt,habens internodium,uenit in manus adoleſcentis, & hoc ut quidam interpretãtur,capillis eius poſitis,id eſt,diſpoſitis & pexis iam.i.paulo ante,ut uero Plautius & Nebriſſenſis, Ordo & ſenſus eſt.membrana bicolor.i.duorum colorum quia interior pars albior eſt quàm exterior,capillis.i.pilis,poſitis.i.depoſitis & eraſis à tergo,uenit in manus ut ſcribat.hic autem ordo plus placet,quia literæ concinnior.Et querimur, ſic enim quidam legũt,ut ſupra Stertimus,aut ſi legatur,queritur,ordo eſt,& ſup.adoleſcens ille tenellus,queritur.i.conqueritur:tum.i.tunc quod
B humor.ſ.atramenti,craſſus.i.fluens.pendeat.i.adhæreat,calamo.i.inſtrumẽto quo ſcribitur:nam in Italia calamis ſcribunt,ſicut in Francia pennis.& queritur.i.cõqueritur,quod.i.quia,ſepia.i.ſanguis ſepiæ piſcis,quo pro atramento utitur,uaneſcat.i.diffluat,lympha.i.aqua infuſa. hoc eſt de altero dicit quod eſt craſſius, de altero quod eſt nimis fluidum. & queritur quod fiſtula. i. calamus fiſtuloſus.i.concauus,geminet.id eſt duplicet,guttas ſcilicet ſepiæ aut atramenti,i.literas guttis illis ſcriptas,dilutas,id eſt,aqua mixtas.

IOANNES BRITANNICVS.

Nempe hoc aſsidue.] Iuuenturis temporum ſuorum deſidiam,& circa uirtutem negligentiam inſectatur,quæ maiorũ diuitijs auctoritateq́ꝫ cõtenta bonas artes nõ curat.Monetq́ꝫ uirtutibus & diſciplinis dum tenera eſt ætas uacandum eſſe.partes ſuas ad reprẽhendendum perſonæ dat introductę.Hoc aſſidue,legendum eſt cum indignatione & reprehenſione & geſtu adiuuandum eſt,ſubaudi facis,ut ſit,ſemper quidem ſtertis.Sequitur enim ſtertimus. *Aſsidue.*] Hinc erumpit fremitus poetæ quod hoc aſſidue faciat. *Clarum mane.*] Hoc loco mane quia nomini adiunctum eſt,nomen efficitur.Virgilius,Mane no[?]um.aliàs aduerbium eſt. *Deſpumare.*] Coquere,ſumptum à uino,quod per multam ſpumam coqui ſolet ad dulcedinem. Lucanus. Indomitũ Meroe cogens ſpumare falernum. *Indomitum.*] Durum,difficile,incoctum. *Falernum.*] Secundam no
C bilitatem falerno uino dedit Auguſtus cum Setinum uinum cũctis prætuliſſet, dictum ut tradit Silius Italicus à Falerno agricola qui primus eas uites coluiſſe dicitur.ut autem placet Plinio à Falerno agro Campaniæ,unde Martialis:Scelus eſt iugulare Falernum,Et dare Campano toxica ſæua mero.nam Falernus ager à ponte Campano læua petentibus urbanam Coloniam Syllanam Capuæ contributam,incipit nigri coloris eſſe.Martialis docet.Candida nigreſcant uetulo cryſtalla falerno.Idem alibi.Marmorea fundens nigra falerna manu. *Quinta dum linea tangitur umbra.*] Hic indignatur quod ea hora ſtertat qua in negocijs homines maxime exercebãtur.Martialis.In quintam uarios extendit Roma labores. *Vmbra quinta.*] Horarum obſeruatio auctore Plinio apud Romanos uaria fuit.duodecim enim tabulis ortus tantum & occaſus nominabãtur. Poſt aliquot annos adiectus eſt & meridies accenſo conſulum id pronunciante,ſed hoc ſerenis tantum diebus, uſq́ꝫ ad primum Punicum bellum. M.Var. Romanis ſolarium horologium primum ſtatutum in publico ſecundum roſtra in columna tradit bello Punico primo.M.Valerio Meſſala conſule,Catina capta in Sicilia,deportatum inde anno urbis quadringenteſimo ſeptimo:nec congruebant ad horas eius lineæ. Paruerunt tamen ei annis undecentum. Nubilo tamen tẽpore incertæ fuere horæ uſq́ꝫ ad Scipionẽ Naſicam,qui primus aqua diuiſit horas æque noctium ac dierum.Idq́ꝫ horologium clepſydra appellatum eſt.Vmbrarum rationem,quam uocant gnomonicẽ inuenit Anaxi
D menes Mileſius,Anaximandri & Thaletis diſcipulus.primus horologium quod appellatur Sciotericon Lacedæmone oſtendit. *En quid agis.*] Alia increpatio in deſidem. *Siccas meſſes.*] Ea hora eſt diei qua in agro ſegetes calore ſolis torrentur,& tu dormis,ſicq́ꝫ cum indignatione & reprehenſione legendum eſt. *Inſana Canicula.*] Caniculæ ut ſcribit Plinius exortu, ſolis uapores intenduntur,feruent maria, fluctuant in cellis uina, mouentur ſtagna, & canes auctore eodem toto eo ſpatio maxime in rabiem aguntur.unde inſanam dixit.i.non ſalutiferam. Caniculæ ſyderi frugibus,ut ſcribit Varro,inimico rufæ canes immolabantur,ut fruges flaueſcentes ad maturitatẽ perducerentur.Inter ſolſtitium & caniculam eodem auctore pleriq́ꝫ meſſem faciunt. *Coquit.*] Maturat. *Patula pecus omne ſub ulmo.*] Circiter enim meridianos ęſtus,paſtores oues dum deferueſcant ſub umbriferas rupes & arbores patulas ſubijciunt,quoad refrigerato aere ueſpertino,rurſus paſcant ad ſolis occaſum. *Vnus ait comitum.*] Hoc cum ſuperioribus cõiungitur,ut ſit ſenſus. Vnus comitum dixit quæ præceſſerunt deſidioſo. *Verumne.*] Verba deſidis,ſubaudi eſt, ut ſit,Verũne eſt ita diem eſſe? *Ocius adſit huc ali.*] Argute ſatisq́ꝫ lepide deſidis naturam expreſſit qui repẽnno impetu ferri uidetur cum eum ſtatim laboris tędeat. *Nemon.*] Aemulatio eſt Horatij. Nemon oletum fert ocius,& ea uoce legendum qua irati inclamant. *Turgeſcit uitrea bilis.*] Verba poetæ irridentis tam ſubitum ad uirtutem apparatum quem celerrime ſcit defecturũ.Vitrea an inflata & tumida,

mida, ut uitrum quod ab artifice fiſtula inflatur. ut ideo uitrea dixerit quia turgeſcit præceſſerit. A
An quod magis placet, lucida & clara quæ hominem omnia effundere & aperire cogit. unde Horatius dixit. Splendida bilis. unde bilioſus uomitus dicitur. *Finditur.*] Rumpitur præ nimia indignatione nullum ſibi adeſſe. *Arcadiæ pecuaria.*] Verba poetæ irridentis. *Arcadiæ pecuaria.*] Aſinos quos egregios progenerat Arcadia. Plinius de his ita ſcribit. Sed mularum maxime progeneratione patria etiam ſpectatur in his Arcadibus in Achaia, in Italia reannis. De iiſdem ſic Strabo ubi loquitur de Arcadia. Fertilia autem pecori paſcua præſertim equis atque aſinis equarum ſuppoſitoribus. Varro autem ſic ſcribit. Hoc enim nomine aſini Arcadici in Græcia nobilitati, in Italia Reatini. hinc eſt illud Iuuenalis. Nil ſalit Arcadico iuueni, id eſt aſinino. *Rudere*] Perſius primam producit. Alij uero auctores corripiunt. Virgilius. Grauiterq; rudentes. Et fera ſub nocte rudentum. Ouidius. Vt rudit à ſcabra turpis aſella mola. *Iam liber.*] Chartam Alexandri magni uictoria repertam fuiſſe, auctor eſt Marcus Varro, cõdita in Aegypto Alexandria, antea non fuiſſe chartarum uſum. Palmarum folijs primo ſcriptitatum: deinde quarundam arborum libris. unde libri nomen accepere. *Tunc queritur.*] Ecce quàm cito uirtutem faſtidiat deſidioſus. *Nigra ſepia.*] Piſcis eſt marinus, qui ubi ſenſit ſe apprehendi, effuſo atramento quod pro ſanguine huic eſt, infuſcata aqua abſconditur. De eo ita meminit Celſus. Mouent aluum ſalſamenta, oſtrea, pelorides, echini, muſculi, & omnes teneri piſces, ſepiarum atramentum. Huius ſanguis pro atramento in uſu erat. B *Vaneſcat.*] Queritur atramentum ita aqua dilutum eſſe, ut ex charta ſtatim abeat.

Fiſtula.] Calamus quem ſupradixit harundinem. *Guttas.*] Gutta auctore Palemone Vicentino dicitur cum ſtat, ſtilla cum cadit.

IOANNES BAPTISTA.

Nempe hoc aſsidue.] In hac ſatyra moralitatem quandam, & præcepta ſaluberrima præ ſe ferenti Perſius ſub alterius perſona contra deſides & circa bonas diſciplinas negligentes inuehitur, quid fugiendum, ſequendumue oſtendens, monetq; ab incunabulis, à tenera ætate literis & uirtutibus eſſe incumbendum. optimi enim ſunt ad inſtitutionem morum primi quiq; anni, habent enim in ſe lentum quiddam & molle, quod facile formari queat, atque ad arbitrium uolentis trahi, & in cunctis fere rebus citius aſſueſcitur omne quod tenerum. Ipſa quoq; literarum ſtudia teneris melius inſeruntur ingenijs, quoniam fruſtra magiſtrorum ſuppetias imploramus, cum ſumus in mala ætate, id eſt, in ſenectute collocati, quæ raro admittit diſciplinam, iuxta illud, Pſitacus ſenex non ſentit ferulam. Cui ſubſcribit Gregorius ſententialiter ſic proferens. Canis antiquus catenæ aſſuefieri non poteſt. *Hoc.*] Vt ita ſomno indulgeas, quem βραχὺν θάνατον, id eſt, breuem mortem definiuit Ariſto. Somnum uero laudari à philoſophis, qui genas occuparet, non autem mentẽ, cenſebat Apollonius. A Græcis dicitur ὕπνος ὑγιὴς σώματος σωτηρία, id eſt, ſomnus corporis ſalus exiſtit, C quod intelligitur ſi ſit intra modum: nam ſupra modum ſomnus malus eſt, ut his docet Hippo. ὕπνος ἀγρυπνίη ἀμφότερα τοῦ μετρίου μᾶλλον γενόμενα κακόν, id eſt, ſomnus & uigilia niſi modus retineatur, detrimentum afferunt. Homerus. ἀνίη καὶ πολὺς ὕπνος, id eſt, triſtitia etiam multus ſomnus. *Aſsidue.*] Frequenter, dum adhuc mobilis eſt ætas & animus duci facilis, exercenda boni conſuetudo, & iugi meditatione firmanda inquit Hieronymus. Hinc excandeſcit & magis indignatur poeta, quod hoc, cum peſſimum ſit, frequenter faciat, unde poſt reduci non poterit: nam (ut ait M. Tullius) conſuetudinis magna eſt uis, fit enim tanquam natura mos ſolitus, ut inquit Theophraſtus. Græci in prouerbijs ἡ χρῆσις δευτέρα φύσις conſuetudo altera natura. Ideoq; Ariſt. in vij. Ethic conſuetudinem, inquit, mutare difficile eſt, quod naturæ aſſimilatur, quod adeo uerum eſt, ut qui longo tempore in uinculis detenti fuerint ſi poſterius ſoluantur ob diuturnam uinculorum conſuetudinem ambulare nequeant (ut his docet Plutarchus) [illegible]. *Extendit.*] Quia interuentu radiorum rimæ feneſtrarum uidentur extendi: id eſt ampliari. *Anguſtas rimas.*] Strictas fiſſuras, exiguas tabularum diſtãtias. Rimam Helenæ pro genitalibus dixit Horatius: Plautus uero, & Ambroſius pro occaſiuncula poſuerunt. *Stertimus indomitum.*] Senſus eſt. Tantum eſt dormiendum quãtum ad cibi uiniq; concoctionem ſufficiat. nam cui ſtomachus ex indigeſtione crudum ructat, is quieſcere D in lectulo mane, atq; paululum redormire debet (ut monet Cornelius Celſus) & ſi concoquere ſomno corpulentiæ, quàm firmitati ſit utilius. Ideo athletas uolebant cibos ambulatione perficere.

Deſpumare.] Decoquere, digerere in ſtomacho. à uino quod per multam ſpumã coqui ſolet ad dulcedinem translatio. Hieronymus. Venter mero æſtuans cito deſpumatur in libidines. *Falernum indomitum.*] Non aqua mixtum, uel uix domabile propter eius uehementiam, aqua enim uix poteſt domari (ut ſcribit Seruius) Vergilius, Durum Bacchi indomitumq; falernum. Luca. Indomitum Meroe cogens ſpumare falernum. ideo Iuue. ad naturam eius retulit dicens. Cum pulmo falerno Arderet. Fumoſos falernos dixit Tibullus. de falerno uino Epigramm. Silius. Plinius, Varro, cæteri multa tradiderunt adeo ut nihil nouus. *Quinta dum linea tangitur, &c.*] Romani ſicut ex Martiale patet, horas & diei partes diſtributas habebant. Prima ſalutantes atq; altera continet hora, Exercet raucos tertia cauſidicos: In quintam uarios extendit Roma labores, &c. unde magis indignatur, & excandeſcit poeta, quod hora labori & negocijs deputata ocietur. per quintam enim lineam quintam horam intelligo. Apud antiquos enim erat concha hemicyclea lineis debita proportione diſtincta cui prælongus ex ære aut ligno baculus ſoli oppoſitus ſupereminebat, & eius umbra in lineas incidens horas oſtendebat. Id primum apud Lacedæmonios Anaximenes

A nes Mileſius excogitauit.dictumq́ eſt ab umbra Sciotericon,de quo Victr. σκιά enim dicitur umbra,unde ſciurus.Sciopodes uiri umbram teſte Philoſt.& Augu.pedibus ſibi facientes, ut ſciamachia umbratilis pugna apud Tul.i.Epiſto.quo uocabulo utitur Galenus medicus apud Græcos in libro ὑγιεινῶν his uerbis [illegible],id eſt,prætenire occaſionem abſq́ ulla ui & impulſu,curriculum hoc eſt , & umbratilis pugna. meminit & Euſtathius.M.Var. Satyrã unam ex illis ſuis Menippeis ſic inſcripſit , ut ſentit Politia. (ſed perperam) nam criomachia legẽdum eſt(ut habent codices Gelliani) Quod nos alibi copioſe docuimus.ſed ad rem etſi ſciam hæc diuerticula non minus eſſe iocunda, quàm frugifera. de horologio,& de horarum obſeruatione quædam Cenſorinus.Multa Plinius libro ij.& libro vij.Naturalis hiſtoriæ:leguntur & quædam apud Hebræos libro Regum iiij. quæ apud Martialem recitauimus. *Inſana canicula.*] Furens uehemens,& æſtuoſa,uel peſtifera,noxia,& exitialis canicula,ea enim oriente multi in ęgritudinem cadunt.hinc de ea loquens dixit Homerus.λαμπρότατος μὲν ὅ γ᾽ ἐστί, κακὸν δέ τε σῆμα τέτυκται καί τε φέρει πολλὸν πυρετὸν δειλοῖσι βροτοῖσιν,id eſt,ſplendidiſſimus autem hic eſt , malum autem ſignum factum eſt , & fert multam febrem miſeris mortalibus.Eius uim deſcribit Plin. libro ij.Ouidius libro iiij.Faſtorum.Græce dicitur procyon quòd antecedat canis ortum.Cic.Anticanis procyon Graio qui nomine fertur. locus eſt apud Plinium emaculandus in lib.xviij.capi-
B te xxviij.Nam proceron loco procyon paſſim legitur.Apparet auctore Col.vij.Calendas Auguſti. Sitiens dicitur ab Ouidio ob æſtum, Vergilio æſtifer. Orat. Caniculæ uitabis æſtus. Fuit autem canis(ut quidam ſentiunt)quæ cum dracone Europæ cuſtos data eſt.Alij mæram erigones eſſe autumãt.Homerus uero canem Orionis eſſe dicit illo uerſu,ὅν τε κύν᾽ Ὠρίωνος ἐπίκλησιν καλέουσι, id eſt , quem canem Orionis cognomine uocant. *Siccas meſses.*] Toſtas,exuſtas ob ſolem,qui in medio die uires ſuas extendere conſueuit. *Coquit.*] Maturat Plin.Aegreſcũt ſexagenis diebus ſiti maxime antequam fici coquantur autumno. *Patula ſub ulmo eſt.*] Hoc & à noſtris ſecũdum De re ruſtica ſcribentium præcepta,fieri obſeruauimus , qui cum calor intendit pecudes tantiſper ſub arboribus continent,donec ſol decedens creſcentes duplicet umbras,& aer exæſtuans refrigeretur,ut rurſus paſcant ad ſolis occaſum.Vergilius.Nunc etiam pecudes umbras & frigora captant.Idem teſtatur Calphurnius in Bucolicis. *Vnus ait comitum.*] Hucuſq́ tendit hyperbatõ hoc ordine.Vnus comitum ait nẽpe hoc aſſidue,ut ſit ſenſus , unus comes ſupradicta deſidioſo locutus eſt,& intelligo pædagogum,qui inter comites annumeratur,ut eſt apud iuriſconſultum. *Verumne.*] A deſide caſtigato,cui ſtudere torqueri eſt(ut inquit Seneca) interrogatiue hæc proferuntur , qui tam clarum eſſe mane indignatus quempiam ex ſeruis ſuis ad ſe uocat. *Nemon'.*] Cum ſtomacho,& indignatione legendum.Iraſcitur enim neminem ſibi ex ſeruis præſto accurriſſe , & eſt Horatij æmulatio,
C apud quem ſic legitur.Nemon' oleum fert ocius . Illud in primis notãdum deſidis naturã à Perſio ingenioſe ſimul & eleganter deſignari:ea enim magno impetu incipit,deinde deſinit ante tempus fatigata,auctor Seneca. *Turgeſcit uitrea bilis.*] Poetæ,uel admonentis uerba, qui illum indignari demonſtrat,& eius ad uirtutem diligentiam deridet,quam minime duraturam non ignorabat. *Bilis uitrea.*] Alba,ſplendida,lucida,coloris uitrei.iuxta illud Horatij,Splẽdida bilis. qui etiam uitreum pontum à ſplendore nominauit.alij exponunt tumidam,inflatam ut uitrum,quoniam pręceſſit turgeſcit,& uitrum aliud flatu,aliud torno teritur,aliud argenti modo cęlatur, ſed prior placet.Hyalon Græci uocãt:Gallienus imperator aſpernatus eſt calices uitreos dicens nil uitro communius.Hyalurgus dicitur uitrearius,qui uaſa format ex uitro . De bile & eius generibus ſcripſimus ſupra,& copioſe diſertant,Albertus magnus,Galenus,Plato,cæteri.Hæc ut memorat Plinius ex felle eſt,& magnum in hac parte uirus,hinc & in mores crimen bilis nomine cum ſe fundit in animum.Da uarietate,effectuq́ multiplici atræ bilis luculentum problema eſt apud Ariſtotelem. *Finditur Arcadiæ.*] Ex nimia indignatione,quod nemo ex ſeruis ſibi adſit diſrumpitur iracundia, ut clamore in ſeruos abſono & illiberali,aſinos Arcadicos imitetur. *Finditur.*] Rumpitur, diuiditur,ſcinditur. *Rudere.*] Aſinorum proprie rudere eſt , ſicut balare eſt ouium , mugire taurorum. Apuleius in aſinum transformatus de ſeipſo loquens in vij.dixit Rudiui fortiter. *Arcadiæ*
D *pecuaria.*] Aſinos.qui optimi & maximi naſcuntur in Arcadia (ut Var.& Plin.tradiderunt) Plaut. in Aſi.Meminiſtis aſinos Arcadicos mercatori Pellæo noſtrum uendere atriẽſem . Strabo ſcribit in Arcadia fuiſſe pecori paſcua præſertim equis atq́ aſinis ad equarũ ſuppoſitus . Arcadicũ aſinũ nuncupauit,& Colu.Aſinis ineſt frigidiſſimus ſanguis,& ob hoc parum ſenſus habere dicuntur. Plinius Animalium quibus fortior ac ſanguis craſſior ſapientiora,quibus tenuior timidiora , quibus nullus aut minimus hebetia unde dixit(ut quidam ſentiunt) Iuuenalis hominem, qui ad aſinos proxime accederet uolens annotare,Nil ſalit Arcadico iuueni, quem locum Nicolao, & Camillo de Aldrouanda inter patricias Bononiæ domos nobiliſſima iuuenibus moribus, & doctrina præſtantiſſimis,& mihi diſcipulis nulla aſinorum facta mentione,ut aliquid curioſius inueſtigando non protritum,nec ab alijs traditum ex literarum penetralibus eruerem , ita interpretatus ſum. Arcadico iuueni,id eſt pingui,obtuſo,& ignauo,quoniam Arcades illi proſelini, hoc eſt ante lunam procreati cum Phrygibus ſtulti habiti ſunt,& rudes,unde Ariſtoph.in Nephele beccefelinũ appellat antiquiſſimum , & per hoc ſtultiſſimum καὶ πῶς ὦ μῶρε σὺ καὶ κρονίων ὄζων καὶ βεκκεσέληνε. Et quo pacto tu ſtolide,& ſaturnia olẽs & beccefeline.Apollonius apud Philoſtratum libro iij.Rudes ſunt Arcades,& ſuibus ſimillimi,cum ob alia multa,tum quod arborum fructibus ut plurimum turgent.hoc noſtrum interpretamẽtum fulcit,& Fulgentius in primo Mythologicõ,qui ſenſus Arcadicos

diços dixit pro pinguibus, rudibus, & ſubruſticanis. Pecuaria autem ab eo uenit quod eſt pecuare, ut ſcribit Seruius. nam pecua, ut ait Cicero, à pecu uenit, ut à genu genua. A *Poſitis capillis.*] id eſt depoſitis pilis. Capillus enim non tam de homine dicitur, quàm de alijs animalibus. Apuleius lib. iij. Met. Capillos eorum humi iacentes, cùm de pilis utrium caprinorum intelligeret. Gellius. Nam ſi ouium lacte hœdi, aut caprarum agni alerentur, conſtat ferme in his lanam duriorem, in illis capillum gigni teneriorem. Catullus. Cinęde Thalle mollior cuniculi capillo. *Bicolor membrana.*] Duorum colorum, ſicut bicorpor duorum corporum. Conſueuerunt enim antiqui mẽbranas inficere diuerſis coloribus, ut purpureo, uiridi, quod Græci Euchariſticum uocant. Hic. Inficiuntur membranæ colore purpureo lutheo quoq;, unica tantum in parte crocari ſolebant. Tibullus. Luthea ſed niueum inuoluat membrana libellum. Iuuc. Croceæ membrana tabellę. Membranarum autem uſum Pergami repertum fuiſſe tradit M. Varro ſupprimente chartas Pto. unde pergamenę ſunt dictę (ut ſcribit Hieronymus) nota autem hic membranam poni non pro illa, in qua ſcribitur, ſed pro illa, qua liber inuoluitur. *Nodoſa harundo.*] Calamus, quo ſcribimus, qui harundinis habet ſimilitudinem. donax Gręce dicitur harundo, quędam eſt piſcatoria, quędam aucupatoria (ut ſcribit Plinius in xvi.) Calami aucupatorij Gręce dicuntur ixeutę. *Tunc queritur.*] Rebus omnibus ſtudẽti conuenientibus apparatis quia uirtutem faſtidit, atramẽtum quod ſit craſſum conqueritur deſidioſus, qui nullo labore uellet poſſe ad cacumina uirtutis aſpirare. *Humor craſſus.*] B Atramentum à Victru. librarium, à Cornelio Celſo. ſcriptorium nuncupatum, cuius cõpoſitionem docet Dioſcorides. eſt enim & atramentum ſutorium, quo pelles tingũt coriarij, ut docet Plinius in xxxiiij. cuius codex in xx. mendoſus eſt: nam pro atramento legitur ceramento. Atramentarium in Ezechiele ſignificat uaſculum, quo atramentum continetur. *Calamus.*] Qui ſcribit in charta, ut auctor eſt Hieronymus. Stylus uero in cęra, unde Mart. Capel. Stylos acuunt, cæraſq; componunt. at calama eſt frumenti haſta. Suid. [illegible] *Nigra quod infuſa.*] Ecce naturam deſidis peruerſam, à uirtute mirum in modũ abhorrentem, qui ne ſtuderet, ne uirtutibus incumberet, in omnib. rebus aliquid incommodi perſcrutabatur, & inueniebat. Prius enim atramentum ſcriptorium eſſe nimis craſſum cõqueſtus, eo diluto quod nimis fluat conqueritur. *Nigra ſepia.*] Piſcis è genere molliorum, qui ubi ſenſit ſe apprehendi effuſo atramento, quod pro ſanguine huic eſt, infuſcata aqua abſconditur, & inſectantes depellit, ut tradit Oppianus. [illegible] i. artes ſepię corpus defendere poſſunt. Humorẽ liquidũ retinent leuem tenuẽq;, C uirus habent ſubitum, quo ſe ipſæ à morte tuentur. Hac intentatæ, iaculantur corpore guttas nigras, eripiunt ſeſe ſubito, tenebriſq; obſcurant undas, circum caligine tectas. Non cernunt homines, illæ effugiuntq; pericla. unde pro atramento Perſio & opinatiſſimis ſcriptoribus poni conſueuit. hinc ſepioucum ſcripturarium dixit Fulgentius. Sepiæ meminit & Apitius in Thalaſſa, & Suidas his uerbis [illegible] alias ex auctoritate interpretis Apollonij Sepia promõtorium eſt in Iolco ſic appellatum, quod ſe in ſepiam commutauerit Thetis uim Pelei aufugiens, de qua Apollo. in primo Argo. [illegible] *Lympha.*] Aqua unde lymphati furibundi, commotamque mentem habentes, quales laruati, & ceriti, quos Græci [illegible] uocant. *Fiſtula.*] Harundo, calamus.

AELIVS ANTONIVS NEBRISSENSIS

Nempe hoc aſsidue.] Satyra tantum ſcripta eſt in deſides pigroſq; adoleſcentes, hortaturq; illos, ut cum ſint in ea ætate quæ potiſſimum ad mores pertinet, ſe totos ad ſtudia uirtutis cõferant. Nam quod ad huius ſatyræ enarrationem attinet, tres uitæ humanæ gradus conſiderandi ſunt. Primus eſt eorum qui per ætatem non poſſunt turpe ab honeſto diſcernere. qui quemadmodum non debent laudari niſi tantum de indole, hoc eſt de ſpe futuræ probitatis, ita e diuerſo neq; uituperari, ſi quid puerile fecerint. de quibus dicturus eſt, ſæpe oculos memini, &c. Alter eſt illorũ qui D eo ætatis peruenerunt, ut poſſint iam inter uirtutes & uitia diſtinguere, quo tempore actus illos edimus, quorum habitus ad ſequentem ætatem ſimiles ſubſequuntur. hi ſunt in quibus continentia & incontinentia locum habent. nam gaudent cum recte agunt. atq; econtrario dolent, ſi quid turpe commiſerint. qui tamen emendabiles ſunt, quod ratio in illis non ſemper obruitur, ſed aliquando emergit enatatq;. Tertius eſt eorum qui longo uſu habitum ſibi uirtutis aut uitij induerunt, ex quo difficulter poſſunt in alterutram partem immutari, ſed de uitio quod uirtuti opponitur infra dicturus eſt, non pudet ad morem, &c. In ſecundos igitur hoc eſt in eos qui incontinentia peccant, hæc tota fere ſatyra ſcribitur, & quia poſſunt ex uitijs inchoatis in uiam uirtutis redire atque reſipiſcere, modo inuehitur in illorum mores peruerſos, modo hortatur ad probitatẽ. Et quia ij plerunq; ſunt adoleſcentes, urget unum quempiam ex eis luxu deſidiaq; torpentem dicens. *Nempe.*] Certe. *Hoc.*] Subaudi quod ſum dicturus. *Aſsidue.*] Subintellige fit. nam ſemel atque iterum id feciſſe tolerabile eſt, cum una hirundo (ut eſt in prouerbio) non faciat uer. neq; enim una actio uitioſa facit hominem miſerum. ac humanum eſt errare, ſed diabolicũ perſeuerare quẽadmodum, nec recta, felicem. ex primo Ethicorum libro Ariſtotelis. & ſubdit quid illud eſt quod fit aſſidue. *Iam clarum mane.*] Sol tempore matutino ſplendens. Et poſuit mane aduerbium pro

A nomine,ut Vergilius mane nouum dixit. *Intrat fenestras.*] ſcilicet cubiculi. *Et extendit rimas*
anguſtas.] Quia rimæ feneſtrarum anguſtæ ſplendore ſolis maiores uidentur,atq; ut in optice.i.ar
te perſpectiua probatur,quo magis radij ſolares per rimas procedunt, eo magis magisq; in orbē
dilatantur. Alia lectio habet oſtendit pro extendit, & eſt ſenſus. *Stertimus.*] Profunde,hoc eſt cū
ſanna ronchisq; dormimus:nam de ſe quoq; dicit,ut de alijs poſſit impune dicere. *Quod ſufficiat*
deſpumare.] Quantum temporis ſufficiat concoquere.nam quæ coquuntur deſpumari ſolent. Sic
Terentianus ille Syrus in Adelphis. Edormiſcam hoc uilli dixit.pro dormiendo concoquam hoc
uinum quod bibi. *Falernum indomitum.*] Crudum & difficile concoqui. Vergilius. Durum bac-
chi indomitūq; falernum. Stertimus, inquam. *Dum.*] Pro donec. *Linea tangitur quinta umbra.*]
Ad quintam horam ab ortu ſolis in horologio ſcioterico. i. umbrali. in quo ex ratione gnomo-
nis ſtylus erectus iaciēs umbras ex ſolis aduerſo horas partesq; horarum per lineas diſtinguit. hu
ius horologij inuentionem tametſi Diogenes Laertius tribuit Anaximandro, Plinius uero illius
magiſtro Anaximeni Mileſio, ſacræ tamen literæ horologij ſolaris in ægrotatione Ezechiæ regis
meminerūt,quod tempus fuit annis fere ducentis ante Anaximenē. *En quid agis.*] Inducit quem
piam ex familiaribus qui adoleſcentem ſomno marcidum excitet. *Vnus comitum.*] Aſſectatorū,
ait nempe hoc facis ſupple aſſidue. ſemper, &c. nam quaſi per modum dialogi debet ordinari ac di
B ci. *En quid agis.*] id eſt eia cur tamdiu dormis? *Canicula.*] Stella in ſigno leonis, à qua dies cani
culares denominantur. *Inſana.*] Inſalubris uel potius feruore furens. *Iamdudum coquit.*] Iam
duæ aut tres horæ ſunt, id enim temporis ſpatium fere iam dudum ſignificat, ex quo exiccat & tor
ret. *Meſſes ſiccas.*] Sub meridie lentore noctis deſtitutas. ac ſi dicat iam meſſores eunt meridiatū.
Et omne pecus.] Scilicet ouium, caprarum & huiuſmodi. *Eſt ſub ulmo patula.*] Quia circa meridi
em petuot umbras arborum. patula autem, quod protentis brachijs & ramis cum frondibus um
bras facit. Sic Vergilius, Patulæ recubans ſub tegmini fagi, dixit. *Verum ne.*] Verba ſunt deſidis
reſpondentis ad excitatorem ſuum. Verū ne inquit eſt, quod meſſores & pecudes petunt umbras.
Ita ne, ſubaudi eſt. *Ocius adſit huc aliquis.*] .ſ. ex ſeruis & familiaribus quiſpiam accedat, qui mihi
ueſtes & calceos miniſtret. *Nemon?*] Pro nemo ne ſubaudi adeſt, ſed indignanter & cum clamo
re proferendum eſt. itaq; ſubdit. *Vitrea bilis.*] .i. Cholera in qua eſt iracundiæ ſedes, quam uitre-
am appellat. i. perſpicuam, quæ ita hominum mores oſtendit quemadmodum in ampulla uitrea
quæ ſunt incluſa perſpiciuntur. Sic Horatius ſecundo Sermonum dixit, quod ſplendida bilis.
Turgeſcit.] Inflatur per iram. *Finditur.*] Vſqueadeo ſuccenſet quod tam cito non adſit miniſter,
ut propemodum crepet. *Credas.*] Cum ſeruos inclamitat poſſis credere. *Pecuaria Arcadiæ.*]
Aſinorum greges qui in Arcadia abundant. *Rudere.*] Ruditus, hoc eſt uoces illas ſonoras aſino
C rum emittere. de aſinis uero Arcadicis, Strabo, Varro, Plinius, & in Aſinaria Plautus, meminerūt,
& Iuuenalis, Nil ſalit Arcadico iuueni, dixit pro aſinino. *Iam liber.*] Poſtea quàm adoleſcēs ſurre
xit, induit ſe ac calceauit, incipit dare operam litteris, ſeq; ad excerpendum aliquid ex optimis au-
ctoribus componit. Nam quia incontinens eſt, recte agendi propoſitum habet in uniuerſali: uinci
tur tamen à præſenti uoluptate, quæ illum à labore deterret, atq; ad dulcia pellicit. *Iam liber.*] Ex
quo aliquid excerpturus eſt. *Et membrana.*] Charta pergamena, ſic dicta quod ſub rege Pergami
Eumene primum eſt inuenta. *Bicolor poſitis capillis.*] Quod ex ea parte qua adhæret uiſceri can
didior eſt, ex ea uero unde pili deraduntur pallidior: nam capillis pro pilis poſuit. Et chartæ papy
raceæ, uel pannuceæ, ſiue ex alia materia. *Et arundo.*] Calamus ſcriptorius quo antiquiores, at-
que etiam ætate noſtra Iudæi, Græci, Pœni, atq; ex Latinis antiquitatum ſtudioſi ſcribere conſue-
uerunt. *Nodoſa.*] Quæ geniculis internodijsq; conſtat. Auſonius in ſcirpo ad Theonem gram-
maticū, Gnidiosq; nodos prodidit, pro nodoſam arundinem dixit. quanquam apud Auſonium
modos pro nodos legitur mēdoſe. Et repetendū eſt ubiq; uenit in manus pro aſſumitur. *Tūc.*]
Adoleſcens ut diximus fugiens laborē & ſequens comitē deſidiæ uoluptatē nectit cauſas, quęritq;
colores, nō laborandi. *Queritur quod humor craſſus.*] Atramentū ſpiſſum atq; concretū. *Pendeat*
calamo.] Non fluat. *Et queritur quod ſepia u.*] Piſcis ſic nominatus ex genere mollium, ex cuius flo
D re ſiue papauere antiqui faciebant atramentum ſcriptorium. Auſonius in eodem Scirpo ad Theo
nē, notas furuæ ſepiæ dixit, pro literas ex nigro ſepiæ atramento. Et Martianus Capella, Nigello
inquit puluere, qui ex fauilla confectus uel ſepia putaretur. *Vaneſcat lympha infuſa.*] Eo quod cū
aqua infunditur atramēto color fit euanidus atq; dilutior. *Et queritur quod fiſtula.*] Calamus ſiue
arundo. *Geminet guttas.*] Aut quod fiſſo calamo atq; hiante literarum ductus geminentur, aut
quod literas non bene ſignatas reſcribere ſit neceſſarium. *Dilutas.*] id eſt aqua mixtas. ſic enim
uinum dilutum dicimus quod aqua eſt mixtum.

ECPHRASIS MVRMELLII.

Vnus comitum ait ad iuuenem prædiuitem & deſidioſum. Nempe hoc aſſidue facis, ut in mul
tam lucem dormias. Iam clara lux matutina intrat feneſtras, & extendit lumine anguſtas rimas.
Stertimus quod ſufficiat in ſtomacho concoquere uinum aqua non dilutum, dum ab ortu ſolis
quinta hora præterit. En quid agis? Inſana canicula coquit iamdudum ſiccas meſſes, & omne pe-
cus eſt ſub patula ulmo. Reſpondet iuuenis. Verum ne eſt hoc quod ex te audio? Ita ne eſt? Ali-
quis adueniat celeriter huc. An nemo adeſt? Perſpicua bilis turgeſcit, & iuuenis tanta ira dirumpi-
tur, & ita in ſeruos ad ſe non accurrentes exclamat, ut audita eius uociferatione, Arcadios aſinos
rudere exiſtimes. Iam capillis compoſitus ac pexis, accepit in manus librum lutea membrana inuo
lutum

ſutum,& chartas,& nodoſum calamum. Tunc queritur, quòd craſſum atramentum pendeat in A calamo, quod ita ſit aqua dilutum, ut continuo è charta euaneſcat, queritur quod calamus gemi net guttas dilutas.

SCHOLIA.

Nobilium & diuitum iuuenum deſidiam inertiamq́; hac inſectatur ſatyra, quid fugiendum ſe quendumq́; ſit docens. Inducit autem quendam familiarium adoleſcentis inertiam, circa liberali um diſciplinarum ſtudia reprehendentem. *Quinta d.l.t.u.*] Antiqui per umbram gnomonis, orto ſole horas in ſemicirculo ſpectabant, in quo duodecim lineæ æquis diuiſæ ſpatijs à gnomone diſcurrebant. Prima uero linea ab occidente ſole orto in primis adumbrabatur. deinde cæteræ ſingulatim. Verum cum ad ſextam lineam umbra uenerat, meridies erat. Quinta igitur linea iã prope diem medium declarabat, quo tẽpore canicularibus diebus pecudes umbras & frigora captãt. *Quinta umbra.*] .i. ipſam quintã lineam adumbranti, ſeu tangenti. *Bicolor membrana.*] Lutea, hoc eſt ex altera parte croceo colore infecta, cum candida ſit ex altera. *Sepia.*] Piſcis genus, cuius ſanguis eſt pro atramento. *Fiſtula.*] Calamum ſcriptorium per ſimilitudinem ſignificat.

O miſer, inq́; dies ultra miſer, huccine rerum
Venimus? at cur non potius teneroq́; palumbo
Et ſimilis regum pueris, papare minutum
Poſcis, & iratus mammæ lallare recuſas?
An tali ſtudeam calamo? cui uerba? quid iſtas
Succinis ambages? tibi luditur, effluis amens,
Contemnere. ſonat uitium, percuſſa maligne
Reſpondet uiridi percuſſa fidelia limo.
Vdum & molle lutũ es, nũc nũc properãdus & acri
Fingendus ſine fine rota. ſed rure paterno
Eſt tibi far modicum, purum & ſine labe ſalinum,
Quid metuas? cultrixq́; foci ſecura patella,
Hoc ſatis? an deceat pulmonem rumpere uentis
Stemmate quod Thuſco ramum milleſime ducis:
Cenſoremq́; tuum uel quod trabeate ſalutas?
Ad populum phaleras, ego te intus & in cute noui.
Non pudet ad morem diſcincti uiuere Nacceæ?
Sed ſtupet hic uitio, & fibris increuit opimum
Pingue: caret culpa, neſcit quid perdat, & alto
Demerſus ſumma rurſus non bullit in unda.

ASCENSIVS.

O *miſer, &c.*] Conſequenter ponuntur uerba monitoris pædago- B gi. ſ. quanquam poſſunt poetæ attribui eo quod mere philoſophica ſunt. ORDO. O miſer ſup. adoleſcens, & miſer ſup. futurus ultra, id eſt, conſequenter. in dies. ſ. perpetuos. huccine. i. nonne uenimus .i. peruenimus huc rerum. i. ad huiuſmodi ſtatũ & mollitiẽ animi. i. nonne ad ipſam ignauiam peruenisti? At. i. ſed ſi ſup. tã tener ac delicatus eſſe uis cur non poſcis. i. exigis potius quàm ſic ſup. querulari, papare. i. papam, hoc eſt patrẽ, ut Flãdrici dicunt, pultem appellare quoties quid obeſt, minutũ. i. imperfecte prolatum more infan- C tuli, ens ſup. ſimilis, palũbo. i. pullo palumbino tenero qui ſine ulla reſiſtentia dum implumis capitur matrem cum gemitu inclamat, & ſimilis pueris regum, id eſt, ditiſſimorum qui ſibi pro libito omnia ſuccedere uolunt. & cur nõ potius recuſas. i. renuis præ moroſitate & petulantia ac faſtu puerili cum ſis ita delicatus, lallare. i. lente lac trahere aut blande loqui more delicatorum puerorum à nutricibus ſic inſtitutorũ ens iratus mãmæ. i. nutrici porrecturæ mammas. Pueri enim in Gallia ſub nutricibus lac uocant lolo, & nutrices dum pueris ſomnum concitant la, la, concinũt, quod pueri dormitantes interdum imitantur. unde utrunq; ſignificare poteſt, ſed quia dicit iratus mammæ potius ſugere interpreter. Reſpõdet iuuenis ſiue adoleſcens cum indignatione, ægre ferens. ſ. quod reprehẽdatur à tali & dicit. An. i. nũquid ego ſtudeam. i. ſtudere poſſim tali calamo. q. d. nequaquã. Ad quod monitor. Cui uerba ſup. facis aut das, & quid. i. ad quid ſuccinis. i. clam aut implicite canis, iſtas ambages. i. iſta uilia uerborum inuolucra. Luditur. i. agitur modo tibi. ad commoditatem aut perniciem tuam. & eſt transla- D tio ab his qui aſtant ludentibus & rident ſiue hic ſiue ille perdiderit, dummodo caſus nouus cõtingat, & nihil ad ſe pertinere noſcant. at ſi cum altero ludentium pecuniã depoſuerint, non utiq; riderent, quia ipſis tunc luderetur. Luditur ergo tibi id eſt res tua agitur nõ mea. debeo te cohortari ad uirtutẽ, quo facto fecero partes meas, & ſi monentẽ aſpernaberis, tuum incõmodum feceris. quia ergo monitis meis obſtas, monentem iniquo animo fers: tu amens. ſine mente, effluis, futilis es & nihil uirtutis & conſtantiæ in te tenens, ſicut lagena male compacta dum effluit nihil boni humoris tenet. & ergo tu contẽnere. i. contẽneris, penultima longa. eſt enim futuri tẽporis. hoc eſt aſpernaberis tanquã homo leuis & futilis. Fidelia. uas terreum, hoc eſt tu qui ex terra es percuſſa. dũ percuntur, iũcturis digitorũ ab emere uolẽtibus, ſonat ſono indicat, uitiũ rupturã aut malã coctionẽ, & ſup. ipſa fidelia, percuſſa. dũ percuntur, reſpondet maligne. i. diſſone, uiridi limo, adhuc minus cocto & crudo, hoc eſt tu dum modica caſtigatione pulſaris, turgeſcis, & inflaris & maligne reſpõdes. per quod oſtẽdis imperfectionẽ tuam. quia adhuc crudus & indigeſtus es. unde ſubdit, tu es lutum udum, humore externo madens, & molle, nondũ coctũ, hoc eſt, tu nondũ es bonis doctrinis aut experientia eruditus, ſed ne formatus quidẽ quia tu es, properandus, feſtinanter formandus, nunc nunc. i. in adoleſcentia aut pueritia dũ adhuc flexibilis & mollis es, & fingendus, cõpo

A nendus & formandus acri rota qua figuli utuntur,ſine fine,ſine intermiſſione,hoc eſt iam nũc eru
diendus & reformandus es in moribus & inſtitutis uiuendi.Sed rure paterno.Ponit monitor qua
ſi per modum obiectionis ea de quibus adoleſcentes fere ſuperbire ſolent,uidelicet ſatis amplũ pa
trimonium, quo freti nihil boni operari uolunt,quaſi uero uirtutes & ſcientiæ ad ſolas diuitias ac
cumulandas ualeant,cum ueri uirtutũ ſcientiarũq; amatores diuitias aſpernentur. Errãt ergo mi
ſeri parentes qui tantopere laborant filios ſuos diuites efficere cũ eos ſic perdant, minimeq; diui-
tes reddant.quia plures uidemus diuites fieri q̃ permanere. Videtur aũt loqui monitor quaſi per
ſuaſum ſit Romanis illud à deo petendũ quod Sapiens Prouerbi.xxx.ſic precatur. Mendicitatẽ &
diuitias ne dederis mihi,tribue tantum uictui meo neceſſaria, ne forte ſatiatus illiciar ad negandũ,
& dicam quis eſt dominus,aut egeſtate cõpulſus furer & peierem nomen dei mei,&c.Nõ enim di-
cit eum confidere in multis diuitijs,ſed quaſi ſecurũ eſſe & negligentem propter cõpetentes & ſuffi
cientes.& ita intelligo hunc locum utcunq; alij intelligãt.Ordo igitur eſt.Sed ſupple forte dices mi
hi,quod far.i.genus illud frumenti quo diu Romani ueſci ſoliti ſunt facientes ex eo pultem,modi-
cum.i.quod non reddat te ſollicitũ ad cuſtodiendũ, & quod à frugi & bono patre tibi derelictum
eſt.unde addit.Eſt tibi rure paterno,nõ cõducticio, & ſalinũ.i.ſalis repoſitorium quod propter ſa
crificia quæ non ſine mola ſalſa fiebant religioſe cuſtodiebant,purum & ſine labe eſt tibi, quid me
B tuas,q.d.nihil.quia far & ſal homini frugi & parco pro cibo ſatis eſſe poſſũt,& aqua pro potu.præ
terea patella uas patens,ſecura non fictilis aut cito frãgibilis,ſed ex ære aut ferro fuſili,ut ſecura ſit,
ſecuros,hoc eſt ſine cura faciat,cultrix,ornatrix foci,culinæ capiendo à parte totum.quaſi dicat e-
tiam eſt tibi ſupellectilis ſatis ut ſecurus ſis.hoc ſatis,nunquid hoc ſatis eſt ut intumeſcas?quaſi di-
cat non.quia ea non ſunt propria bona,ſed parentibus debentur,præterea quia modica ſunt,non
præbent ſuperbiẽdi efficaciam. Verum id genus hominis qui à claris maioribus orti ſunt,ſi de opi
bus ſuperbire non poſſunt,de generis nobilitate ſuperbiunt. Vnde ſubdit. An deceat rumpere pul
monem uẽtis.i.inflari tumore ſuperbiæ,quod.i.quia.o tu milleſime.i.poſt mille claros uiros edi-
te,ducis.i.producis,ramum.i.propaginẽ,ſtemmate.i.in ſtemmate.hoc eſt arbore conſanguinita
tis:Thuſco.i.nobilium Thuſciæ ſiue Ethruriæ.q.d.ob id ſuperbire non debes, quia hæc nobilitas
maiorum eſt non tua,cum nihil præclari egeris.Sed priuſquam pergam pauca prenotabo.Primo
quod ſecundum cõmentarios auctor dixit milleſime pro milleſimus aut milleſimũ, ut ſit quod tu
ens milleſimus in ordine progenitorũ ducis ramũ,uel quod tu ducis ramum milleſimum. Secun
do quod non dicit eum milleſimũ ad uituperationẽ,ſed ad materiam & occaſionẽ gloriandi. quã
to enim plures clari uiri nos præceſſerunt,tanto generoſiores ſumus. unde in contumeliã generis
qui primi magiſtratũ in domo ſua adepti erant noui homines dicebantur. Clarum ergo & glorio
C ſum eſt milleſimũ eſſe in ſtemmate Thuſco, quia ex Thuſcia omnes fere nobiles Romani orti erãt.
ibi enim erant duodecim Lucumones qui ſinguli lictores ſingulos preſtabant principi.unde licto
res conſulum Romæ quoq; duodecim erant.quinetiam inſignia Romanorũ ab Ethruſcis accepta
ſunt.Lucumones aũt illi erant reguli,ſicut quos in Francia duodecim pares appellant.Ex illis autẽ
ortus eſt Mecœnas.unde ab antiquitate generis laudat eum Horatius in principio Carminum di
cens,Mecœnas atauis edite regibus.Et libro i.Sermonum,ſermone ſexto dicit ſic. Nõ quia Mecœ
nas Lydorũ quicquid Ethruſcos Incoluit fines nemo generoſior eſt te.Iactant autem Tuſci ſe à Tu
ſco rege filio Herculis denominatos,quod & Feſtus approbat,& ſic ſine h ſcriberetur.Plin. uero li
bro iij.docet quod à ſacrifico ritu lingua Græcorum Thuſci ſunt dicti.thyo enim, ſacrifico ſignifi
cat.De Thuſcia autẽ late Strabo lib.v.loquitur. Quia ergo pulchrum eſt multos habere claros ui-
ros,ideo uocat eum milleſimũ,ſed in ita ſuperbientes dicit ſic Iuuenalis. Stemmata quid faciunt,
quid prodeſt Põtice longo Sanguine cenſeri.Et paulo poſt. Si coram Lepidis male uiuitur.q.d.ni
hil.Stemma ergo quod à Britannico bene deſcribitur fiebat non omnino diſſimiliter arbori Ieſſe
aut conſimili in qua per ramos quotus quiſq; ſit cognoſcitur. Addã & illud, quia ſatyra ut in pro-
œmium dixi,à comœdia priſca eſt traducta,plurima eſt in ea comœdiæ ſimilis locutio. in comœ-
dijs aũt ſicut in antiquis poematis s in fine ſic abſumitur ſæpe ut licet ſequatur conſonans ſyllaba
D ſit breuis,ut Enn.hocce locutus uocat. & Lucr. decidere falcibus ramos,quocirca hic uerã lectio-
nem, ſed à grammaticis inuerſam putem, milleſimus & trabeatus. Ordo eſt. An deceat rumpere
pulmonẽ uentis,quod.i.quia o milleſime.i.tu qui milleſimus in progenie clarorũ uirorũ es,ducis
ramũ in ſtẽmate Thuſco.i.nobiliũ utpote Thuſcorũ regũ,uel quod o trabeate.i.ornate inſigni au-
gurũ regũ qui de eorũ collegio propter nobilitatẽ generis eſſe potes,ſalutas cenſorẽ tuũ.i. de gene
re tuo,aut quod tu ducis milleſimus & ſalutas trabeatus,&c. Verba Taciti de Nerone nihil ad hũc
locũ faciunt,quia nõ trabeatus,ſed nomine ſuo in conteptũ ſalutabatur. Vbi enim dignitas ampla
eſt,indignũ eſt proprio nomine ſalutari. contra ubi officiũ uile. Ad populũ phaleras.pulchra E-
clipſis ſumpta ex conſuetudine loquentiũ.Nam qui quid alio ablegant, non omnia uerba expri-
munt præſertim ſi ſtomachantur.Senſus ergo & ordo eſt.Traduc & defer ſup.ad populũ phaleras
.i.ornamenta generis tui.unde inaniter ſuperbis,ſicut equus ex phaleris.i.ornamentis ſuis,quæ ta
men ipſi propria non ſunt,nec ſi bene iudicemus honorem,ſed ſeruitutis notam inferũt.Neq; ue-
ro abſurdum fuerit ſi dixero reſpexiſſe ad fabulam Aeſopi quam Flaccus libro primo Epiſtolarũ
ad Fuſcũ Ariſtiũ ſic ponit.Ceruus equum pugna melior communibus herbis Pellebat,donec mi-
nor in certamine longo Implorauit opes hominis,frænumq; recepit.Sed poſtquam uictor uiolẽs
diſceſſit ab hoſte,Non equitem dorſo,non frænum depulit ore.Ceruus,inquit,fortior in bello pel
lebat

lebat cornibus ſuis equum ex cõmunibus herbis,equus autem implorauit opem ab homine & ac A
cepit fræna & phaleras,& ſic inſedente homine expulit quidem ceruum,ſed in perpetua manſit ſer
uitute.Dignitatem autem ſtatus & officij eſſe magno oneri & multam libertatem auferre oſtendit
idem Flaccus ſaty.vi.libri primi Sermonũ.Magna autem neceſſitas honeſte uiuendi oritur ex no-
bilitate.Nam ut dicit Iuue.Omne animi uitium tanto in conſpectus in ſe Crimen habet,quãto qui
peccat maior habetur.Bene ergo dicit monitor,transfer ſup.phaleras.i.ornamenta generis tui ad
populum,qui ſtupet in titulis & imaginibus,non autẽ ad me.quia ego noui te intus.i. intrinſecus,
& in cute.i.intra cutem,aut & in cute.i.foris.i.tam in internis quàm in externis ornamentis tuis, &
non ſolum in ſuperficie,quia ſcio quod non pudet te uiuere ad morem nattæ ſeu nactæ ut dicit Ne
briſſenſis proprium eſſe uolens illius hominis nequam & diſcincti.i.diſſoluti & incõpoſiti in mori
bus,qui uerſus poteſt legi etiam interrogatiue.Plautius autem legit naccæ.i.fullonis ut ſit appella-
tiuum opificij uilis & immundi.Et quo ſcias te grauius peccare,hic.ſ.nacca,ſtupet.i.ſtupidus effe-
ctus eſt uitio.i.ex conſuetudine peccandi,ſicut dentes ſtupeſcunt ex cibo crudo & acetoſo, & pin-
gue opimum.i.obeſitas & ignauia craſſa increuit.i.conſolidata eſt fibris.i. inteſtinis ac præcordijs
eius.ipſe caret culpa.i.non prauitate,ſed conſuetudine peccat,quæ tamen non excuſat, & ipſe ne-
ſcit quid perdat,quia de honore non amplius ſollicitus eſt & ex ueterata conſuetudine non perci-
pit dedecus ſuum,& ipſe demerſus,alto.i.in profunda uitiorum uoragine,non bullit. i. non emer B
git per modum aquæ bullientis quæ quod in fundo eſt ſæpe ad ſumma reducit, rurſus in ſumma,
id eſt,in ſuprema unda.i.inundatione aut parte aquarum,hoc eſt ſic eſt immerſus uitijs quod non
curat amplius emergere,& ex eis ſe liberare ac tergere,atq; ſi ad ſanctas literas reſpicere uolumus,
frigidus totus eſt,tu uero tepidus,qui tibi places,ac ſuperbis de uirtute & generoſitate parentum.
De tali autem uide Apo.iij.Sane Nebriſſen.hic legit bullat,ut ſit in more bullæ ſupernatat,nõ quia
dum uiuit reſurgere à uitijs nequeat,ſed quia non curat.

IOANNES BRITANNICVS.

O miſer inq; dies miſer.] Satyrica exclamatio in deſidioſi excuſationes. *Huccine rerum ueni-
mus?*] Tanta ne & animi & corporis mollitie ſumus,ut uirtutem nullo labore partam uelimus.
At cur non potius.] Inſultat per irriſionẽ nimię mollitiei. *Similis regũ pueris.*] qui delicato uictu alũ
tur.Papare uerbum tractum à uoce puerorũ qui cibũ petentes ita dicere ſolẽt.Cato de liberis edu-
candis.Cũ cibũ ac potionẽ,papas atq; buas uocẽt & matrẽ mammã & patrẽ tathã.Papare hoc lo-
co uerbũ pro nomine poſitũ eſt,ut alibi.Et noſtrũ iſtud uiuere triſte,ut ſit papare minutũ.i.cibum
minutũ,& confractũ,qualẽ pueri poſcunt appellãtes ut diximus cibũ papas & potionẽ buas. Nec
illis aſſentio qui minutal hoc loco pro minutũ legunt.Nam is cibus infantibus haud quaquã con
uenit. *Iratus mammæ.*] Mãmæ poteſt eſſe datiui caſus,ut ſit iratus mammæ.poteſt eſſe & genitiui, C
ut ſic dicas,recuſas lallare mammæ.i.blanditias matris,quã mammã,ut dictũ eſt,appellabant anti
qui.Mart.Mãmas atq; thatas habet Afra,ſed ipſa thatarũ Dici & mãmarũ maxima mãma poteſt.
Lallare.] Blandimentũ matris,quæ flẽtibus liberis ſic blãdiri ſolet. *An tali ſtudeã calamo.*] Verba
deſidioſi excuſantis.Hora.Culpantur fruſtra calami. *Cui uerba.*] Verba poetæ irridẽtis.q.d.te ip
ſum,nõ me décipis.Sicq; ſubaudi das ut ſit, cui uerba das. *Succinis.*] Cõpoſitũ à ſub & cano. *Ti
bi l.*] .i.tua res agitur.ſumptũ eſt à ludo in quo agitur pro eo qui pecuniã expoſuit. *Effluis amẽs*]
Apte fictili non cocto deſidioſum & mollem cõparat. *Contẽnere.*] Hora.Cõtemnere miſer,uitãda
eſt improba Sirẽ deſidia. *Sonat uitiũ percuſſa.*] Perſtat in metaphora uaſis,per quã oſtẽdit,queãd
modũ fictilia male cocta emptori uitiũ indicant ſi percuſſa fuerint,ita & deſidioſos nullius uirtutis
inueniri. *Maligne reſpondet.*] Deeſt &. *Fidelia.*] uas fictile,dicta qđ fideliter recõdita ſeruet. *Vdum & mol.lu.es.*] A metaphora nõ diſcedit.i.rudis & ſine aliqua uirtutis cognitiõe, & ideo denuo
reformandus,quale eſt lutũ quod nondũ alicuius uaſis formã accepit,ſed rudis tantum eſt maſſa.
Nunc nunc prope.] Cum properandẽ formãdus. *Sed rure pa.eſt ti.f.m.*] Ironia eſt poetæ occurrẽtis
excuſationibus deſidis.q.d.nõ mirũ eſt ſi liberalibus ſtudijs & uirtutibus nõ incumbis,cũ maiorũ
diuitijs & auctoritate cõtentus eſſe poſſis. *Sed rure paterno.*] Ex agris paternis quę ad uictũ ſunt
ſatis colligis,ut iam neceſſariũ nõ ſit te uirtutẽ quærere. *Far.mo.*] Hinc erũpit indignatio, cũ nec D
locuples ſit.Po.Ro.farre tantũ trecẽtis annis uſum fuiſſe tradidit Verius auctore Pli. *Purũ et ſine la
beſa.*] q.d.per ironiam , iam maiorũ tuorũ gloria & auctoritate cõtentus eſſe debes,cũ tibi ſalinũ
& patella maiorũ tuorũ quibus quondã in ſacris utebãtur,relicta ſint.nam ſalino & patella utebã
tur ad ſacra,unde C.Fabritium ſcribit Valerius patellam deorũ,& ſalinum habuiſſe. Aemiliũ quo
que Papum addit cum hæreditatis nomine ea accepiſſet,religionis cauſa à ſe abalienanda non pu
taſſe. *Purum.*] Defecatũ . nam ſalinũ argenteum erat. hinc irridet hominis elationem & ſuperbi-
am. *Quid metuas.*] Ironicos.i.non tibi metuendum eſt etiam relicta uirtute , cum & diues & nobi
lis ſis. *Patellaſe.*] Ironice.q.d.ad quã parandam nullam curã & laborẽ ſuſtinuiſti,cũ camq; à maio
ribus tuis partam acceperis.Patella à patina,quam à patulo dixerunt,teſte Var.Hoc ſatis putas nẽ
inde pendere nobilitatẽ hominis per quod monet non in aliena gloria,nec in diuitijs, ſed in pro-
pria ueracq; animi uirtute nobilitatem conſiſtere. *Pulmonem rumpere uen.*] id eſt in ſuperbiã effer-
ri quod ortus ſis ex ſplendida & nobili familia.Sicq; docet,ut dictum eſt,nobilitatem homini pa-
rari,non diuitijs,neq; maiorum gloria,ſed ſola & propria animi uirtute.Iuxta illud Iuue. Nobili-
tas ſola eſt atq; unica uirtus. *Stemmate quod Thuſco ramum milleſime ducis.*] Nam multi gradus & ue
luti rami ſunt propinquitatis in affinitate & cognatione diſpoſiti. *Stemmate Thuſco.*] A nobili-

 tate

A tate Thuſca. nam Thuſci à Thuſco rege filio Herculis ſunt dicti, auctore Feſto, nobiliſſimi propter originem habiti. nam & Lucumones reges habebant, & maximam olim Italiæ ſuperauerant partem. hinc Porſena rex & Mecœnas Auguſti temporibus. de quo Horatius. Nō quia Mecœnas Lydorum quicquid Hetruſcos incoluit fines, nemo generoſior eſt te. & alibi. Mecœnas atauis edite regibus. *Stemmate.*] Stemma Græce, Latine corona dicitur, à στέφω quod eſt corono. unde à Latinis id uerbum uſurpatum eſt pro ſtatuis maiorum, quæ in atrijs expreſſis, ut ſcribit Plinius, cæra uultibus diſponebantur ſingulis armarijs quæ comitarentur gentilitia funera. Semperque defuncto aliquo totus aderat familiæ eius qui unquam fuerat populus. Stemmata uero lineis diſcurrebant ad imagines pictas. De hoc ita meminit Suetonius in Nerone. Caſſio Longino iuriſconſulto ac luminibus orbato, quod in uetere gentili ſtemmate Caij Caſſij percuſſoris Cæſaris imaginē retinuiſſet. Idem in Galba. Imperator uero etiam ſtemma in atrio propoſuerit quo paternam originem ad Iouem, maternam ad Paſiphaen Minois uxorem referret. *Cenſoremq; tuum.*] Cenſura auctore Plutarcho maximæ omnium magiſtratuum reuerentiæ eſt, plurimæq; poteſtatis cum in alijs rebus, tum maxime ad morum emendationem. nam è ſenatu remouere poteſt, equitibus auferre equos, notare infamia, cenſum agere unde nomen, luſtrum concedere. In quinquennium ea retinebatur. Altero ex cenſoribus mortuo alterum magiſtratu ſe abdicare oportebat.

B *Trabeate.*] Neronem notat, ſed latenter. Nam ei conſtat, ut ſcribit Tacitus, & à nobis latius in ſatyra ſequenti recitabitur, togam uirilem ante tempus decreto ſenatus maturatam, quo capeſſendæ reipublicę habilis uideretur: decretum inſuper, Claudio libenter adulationibus ſenatus cedēte, ut uigeſimo ætatis anno conſulatum Nero iniret, atq; interim deſignatus proconſulare imperium extra urbem haberet, ac princeps iuuentutis appellaretur. additum nomine eius donatiuum militi, congiarium plebei: & ludicro circenſium, quod acquirendis uulgi ſtudijs edebatur, Britannicus in prætexta, Nero triumphalium ueſte tranſuecti ſunt, ut ſpectaret populus hunc decore imperatorio, illum pueri habitu. Hinc ergo excandeſcit poeta, hinc fremit oſtendens animi generoſitate, non autem imperatorijs ornamentis nobilitatem hominis cenſeri, quibus rebus Nero populo ſe oſtendebat. *Trabeate*] Vocatiuū poſuit pro nominatiuo, ut ſit trabeatus ſalutas. Trabeam ſatyrica aſtutia appellat ueſtem triūphalē, ne in principē tam aperte inuehi uideatur. Trabeis accipio, inquit Plinius, uſos fuiſſe reges. ſed augurum fuiſſe interprete Seruio docet Virgilius. Ipſe quirinali lituo paruaq; ſedebat Succinctus trabea. Augures ex primoribus præſtantioribusq; urbis eligi conſueuerunt. Vnde Cicero gloriatur in Bruto ſe à Q. Hortenſio uiro clariſſimo in collegium augurum fuiſſe cooptatum. Q. quoq; Mutium Sceuolam augurem fuiſſe conſtat, quem in templo Veſtæ aram ipſam amplexantem Syllani interfecerunt. Augur licet maximorum criminum conuictus

C ſacerdotio nunquam mulctatur. quia non honoris nec magiſtratus, ſed ſcientiæ atq; artis cuiuſdam potius nomen eſt augur, quę non poteſt auferri, ſicut nec medico medicina, nec muſico cātandi peritia. *Salutas.*] Ad id non ſine indignatione reſpexit, quod ludicro circenſium Nero obuius Britannico ueſtem triumphalem indutus eum nomine ſalutauit, cum & ipſe à Britannico nomine ſalutaretur. *Ad populum phaleras.*] Senſus ergo eſt. Hos tuos faſtus & ueſtes tuas, id eſt, inſignia imperatoria quibus te oſtentas, ad populum defer. qui ut ait Horatius, famæ ſeruit ineptus, qui ſtupet in titulis & imaginibus. *Ego enim te penitus noui.*] Quaſi diceret ex hac ambitione nobilitatem hominis non pendere. *Phaleras.*] Nobilitatis oſtentationem. ſumptū ab equis qui huiuſmodi ornamentis gaudent. Iuue. Magnorū artificū frangebat pocula miles. Vt phaleris gauderet equus. nam phaleræ proprie ornamenta ſunt equorum. Virg. Primus equum phaleris inſignē uictor habeto. *Non pudet.*] mirus eſt ardor poetæ. Non putas tibi turpe eſſe more Nattæ inſani hominis uiuere, id eſt, nullam uirtutis prorſus curam habere, ſed ſola maiorum tuorū gloria efferri. Natta nomen eſt uiliſſimi hominis. de quo Horat. Vngor oliuo, non quo fraudatis immūdus Natta lucernis. *Diſcincti.*] Diſſoluti & intemperantis. Perſius alibi. Cū bene diſcincto cantauerit ocyma uernæ. *Sed ſtupet hic uitio.*] dū Nattā excuſat qui uitio naturæ peccat, oſtendit eorū excuſationem accipiendam non eſſe, qui optima mentis ualetudine uirtutem negligunt. *Stupet.*] Attonitus

D eſt. attonitos enim appellat Cornelius Celſus, quorum & corpus & mēs ſtupet. fit interdū ictu fulminis, interdū morbo. *Vitio.*] Subaudi naturę. *Fibris increuit opimum pingue.*] Nā minus ſolertes habentur, quibus ut ſcribit Plin. uenter eſt obeſus. *Summa rurſus non bullit in unda.*] Metaphora ſumpta ab his, qui ſemel aqua immerſi, non facile emergunt: per quod docet eos, qui uitio naturæ laborent non poſſe ad ſanam mentem reuerti.

IOANNES BAPTISTA.

O miſer inq; dies.] In excuſationes fatuas deſidis, quem quotidie deteriorem futurum cernebat, ſatyrica exclamatio maximam indignationem ſignificans. *Huccine rerum uenimus?*] Senſus eſt. ſumus ne tam molles & effœminati ut uirtutem ſine labore acquiri poſſe exiſtimemus? ad quā profecto qui aſpirant multos labores ſubire atq; exantlare neceſſe eſt. domicilium enim uirtutis (ut inquit Silius) in arduo colle & edito ſitum eſt, ad quam ardua eſt uia, ut his uerſibus canit Heſiodus, τῆς δ' ἀρετῆς ἱδρῶτα θεοὶ προπάροιθεν ἔθηκαν ἀθάνατοι, μακρὸς δὲ καὶ ὄρθιος οἶμος ἐπ' αὐτὴν καὶ τρηχὺς τὸ πρῶτον, ἐπὴν δ' εἰς ἄκρον ἵκηται, ῥηιδίη δ' ἤπειτα πέλει χαλεπή περ ἐοῦσα, id eſt, uirtutem ſudore parandam, dij propoſuerūt immortales. Longum quidem iter atq; arduum ad eam, durum primo, at ubi ad cacumen cōſcenſum eſt, iucundū, quod ante moleſtum fuerat. ſiquidē ex auctoritate Platonica & dulcitas, & amaritas ex eodem fonte defluunt. Literæ, inquit Hie. non marſupium ſequuntur, ſudoris comites ſunt,

&

& laboris. unde optime Ariſtoteles interrogatus ubinam habitarent muſæ, reſpōdit ἐν ταῖς τῶν φι- A
λοπόνων ψυχαῖς. i. in laborum ſtudioſis animis. O adoleſcens, inquit ſapientia Apollonio, ego triſtis
& laborum plena ſum. Au. Philo. *At cur non potius.*] Nimiæ eius mollitiei, & effœminatæ naturæ
per irriſionem inſultat. *Tenero palumbo.*] Laſciuo, delicato, molli. ſunt palumbi columbi ſylue-
ſtres, qui in arboribus ſepibusuè nidificant, quos ad trigeſimum annum uiuere Ariſtoteles & Pli
nius auctores ſunt. horum caro in cibatu coercet uenerem, & inguina hebetat. Martialis. Inguina
torquati tardant, hebetantq; palumbi: Non edat hanc uolucrem, qui cupit eſſe ſalax. hinc Alber-
tus magnus putat palumbum ex eo dici quod parcat lumbis propter ueneris refrigeratiorē. Co
lumbum uero quod colat lumbos. *Pueris regum.*] Qui cibo teneriuſculo & delicatiſſimo nutriū
tur. *Pappare minutum.*] Pappare uox infantilis eſt, cum teneris uerba eluctantia labris efferunt
pueri, ab aui nomine pappam, minutum maſticatum uocantes. Pappas, ait Suidas, non is eſt, qui
puerum alit, licet plerunq; pro eo capiatur, ut apud Iuuenalem, Timidus prægustet pocula pap-
pas, ſed ad altorem proclamatio, & nonnunquam ad patrem, unde παππάζω Homerus confinxit
uerbum. Inde pappare quod pro comeſſe Latini ponūt. Plautus. Nouo liberto opus eſt quod pap
pet. Pappus Feſto Pompe. eſt auus in quo ſignificatu dixit Auſon. ad nepotem ſuum. Pappos a-
uiasq; trementes Ante ferunt patribus ſeri noua cura nepotes. at pappam (ut nihil relinquamus)
eſt enim cōſummata breuitas quæ nihil relinquit, Albertus Magnus id in auibus appellat, quod B
Plinius dicit ſinum, & in onocrotalis uterum. pappos flores carduorum antiqui uocant. unde di-
xit Lucretius Pappos uolantes. apud Theophraſtum uerbum eſt papulto, & expapulto. Quid ſit
minutal omnes ſciunt, & docet Apitius, qui cibus cum pueris non conueniat minutum legēdum
eſſe cōtenderim, ut ſit pappare minutum cibum tenerum minutatim inciſum, & confractum, quē
nutrices ingerunt infantibus, à Catone eleganti uocabulo turundam uocatum, à Græcis ψωμὸν.
Iratus.] Ira more puerorum correptus, quorum iræ (ut inquit Seneca) acres magis ſunt quàm gra
ues. *Lallare mammæ.*] id eſt, blandimentum, blanditias, quibus flentibus liberis ſic blādiri ma
ter ſolet, quam mammam antiqui uocabant, & nos uulgo. Cato de liberis educandis. Et matrē mā
mam, patrem tatam. Mart. Mammas atq; tatas habet Afra, ſed ipſa tatarū Dici & mammarum ma-
xima mamma poteſt. obiter caſtiga codicem Marcelli, qui partem pro patrem habet. hoc pacto lal
lare, eſt uerbum pro nomine poſitum. ſi uis dicere iratus mammæ, mammæ erit caſus datiui, & lal
lare erit blandiuſculis uocibus loqui infantium more, cuius contrarium eſt apud Auguſtinū Ap-
puellari, quod eſt more nutricum puellis blandiri, & adlubeſcere. Nec eſt abſurdum hic mammā
accipere pro papilla, & ubere, quam Græci τιτθὸν uocant: nam & id ſignificat: hinc Mamillare apud
Epigrammatariū eſt indumentum pelliceum ad mamillas compeſcendas. *An tali ſtudeam cala-
mo.*] Excuſat ſe deſidioſus quod tali calamo ſcribere nequeat, ſed ut Horatius inquit, Culpantur C
fruſtra calami. eſt etiam calamus unum ex generibus æris ex thaphiuſo naſcens, ut teſtatur Plini-
us in xxxvi. de quo mentio fit à iuriſconſul. lib. Digeſt. xxxvij. ij. Tit. De publicanis, & ſi codices Ca
lamus ſcriptum retineant. poſſumus tamen & callais legere, qui inter lapides precioſos à Plinio
connumeratur. *Cui uerba?*] Scilicet das inquit comes, id eſt, quem decipis, defraudas, os ſubli-
nis. nam dare uerba eſt decipere eum (ut inquit Donatus) qui cum rem expectet, nihil inuenit præ
ter uerba. *Tibi luditur.*] Iam tua res agitur, inquit Tibullus, & eſt ſenſus. dum per deſidiam, &
animi corporisq; mollitiem ſinis irreuocabile tempus elabi & præterfluere, neminem alium offen
dis, ſed te tuomet gladio percutis, aſciam tuis tibi cruribus illidis, tibiq; ipſi paras exitium, quod
qui faciunt in eos eſt Græcum prouerbium πυραύστου μόρος, id eſt, Pyrauſtæ interitus. eſt enim Pyrau
ſta beſtiola uolucris, quæ lucernis ultro aduolat, igniq; crematur, unde dixit ſcite Aeſchylus μωρὸν
πυραύστου μόρον, id eſt, ſtultam pyrauſtæ mortem, quæ ſcilicet ultronea ſe cremat. huic ſimile eſt illud
Plauti ex Milite. Temere hanc dedolas tabulam tuis nunc cruribus. Tibullus. Meſſes uris acerba
tuas. *Contemnere.*] Omnibus eris deſpicatui. Horatius. Contemnere miſer, uitanda eſt impro
ba ſiren Deſidia. dicit autem hoc quia nihil peius eſt quàm derideri ut inquit Qu. Cicero.
Sonat.] Fictilibus non bene coctis deſidioſum comparat, oſtendens ita deſides uirtute uiduos,
& priuatos inueniri, quemadmodum uas non bene coctum ſi fuerit percuſſum ſono rauco, & a- D
ſpernabili emptori uitium latens aperit, & demonſtrat, & eſt elegans comparatio cum ſubiungat
uerba in totum accommodata ſimilitudini. *Reſpondet maligne.*] id eſt, non recte. ſonum enim
raucum inſuauēq; reddit, quo uitia eius dignoſcuntur. Metaphora eſt in hunc ſenſum. Iam exhi-
bes manifeſtaria indicia te flagitioſum futurum. *Percuſſa fidelia non cocta.*] Eſt autem fidelia uas
ſamium ad uſus plurimos, ut ſcribit Marcellus. Plautus: Totam effundet fideliam. *Vdum & mol-
le lutum es.*] Es talis, qualis eſt luti maſſa, quam figuli nondum in aliquam formam effinxerunt.
id eſt, es rudis, omni uirtutis cognitione priuatus, quē reformari, erudiri, & inſtitui oportet, dum
es in tenera & multicupida iuuenili ætate collocatus, & in quamcunque partem modico labore,
& facili conatu flecti potes. furtim autem oſtendit hominum originem, qui omnes (ut inquit Hie-
ronymus) facti ſumus ex eodē luto. *Lutum es.*] Lutū terra eſt humore ſoluta, & ob hoc mollis &
tenera. unde innuit hunc iuuenem poſſe ad bonos mores, & uirtutis ueſtigia capeſſenda faci-
le deduci, quoniam eſt mollis, tener, & ob ætatem flexibilis, in qua facilius ſanctæ conuerſatio-
nis uſus inualeſcit, ut patet in arbuſculis, quæ in quālibet partem trahi & flecti poſſunt, & teneră
adhuc, & primæ ætatis animalia ſine labore domari ſolent. auctor Hieronymus. *Nunc nunc pro-
perandus.*] i. feſtinandus dum es tener, & faciliter potes flecti in quamcunq; partē, quoniā nondū

A in malis conſuetudinẽ contraxiſti:quanto enim citius à uagandi libertate diſſueta ſunt animalia,
tanto facilius uel colla iugo,uel frenis ora inſueſcunt. *Fingendus ſine fine.*] Sine interuallo,& tem-
poris intercapedine,donec finis & extrema manus tibi imponatur,id eſt,bonis artibus, & mori-
bus inſtituaris,antequam ætas duriuſcula obrepat, & te reddat duræ ceruicis,& indomabilem.
Sen.Reſpice ætatem eius rem duram & intractabilem,non poteſt reformari,tenera finguntur.Ho
ratius.Argilla quiduis imitabitur uda. *Acri rota.*] id eſt,uehementi magiſterio, & polita erudi-
tione.Rota eſt inſtrumentum figulorum,cuius circuitu uaſa formantur. hanc Anacharſim inue-
niſſe tradit Plinius:alias Rota inter tormenta,& ſæuos cruciatus annumeratur,cuius Apuleius me
minit,& Plutar.hanc ſub nomine trocleæ ſignificat Euſeb.his lib.viij.Hiſto.Eccle. Poſt tergum alij
iunctis manibus appendebantur, & trocleis diſtenti membratim diuellebantur. *Sed rure pater*
no.] Occurrit reſponſioni,quæ à deſidioſo acerrime,& ardenter caſtigato potuiſſet fieri,cũ ideo li
teris,& uirtutibus non incũbere,quoniam ad uitæ ſuæ ſuſtentationẽ donec in peculio Proſerpinæ
numeretur,ſatis diuitiarum habeat. *Far modicum.*] Ad modũ,& mẽſurã, & quantũ ſatis ſit ad
uictum.Farre populus Romanus uſus eſt annis.ccc.cum in latio primus antiquioribus cibus fue
rit. *Salinum.*] Vas domeſticũ,quo ſal,tum ad menſæ uſum, tum ad ſacrificia paratũ imponitur.
In eo enim cum ſale dijs primitiæ offerebantur.Salina uero eſt locus Plin.ubi fit ſal.Salinę eſt urbs
B Siciliæ.Quid metuas,cum nobilitate tuorũ maiorum inſignitus & decoratus ſis, affatimq́; habe-
as diuitiarum,& eſt ironia.nam,ut uere inquit Pelagius, corporalis nobilitas atq; opulentia tuo-
rum intelliguntur non tua. *Patella ſecura.*] Ab effectu quæ te facit ſecurum. Quid ſit patella om-
nes ſciunt,& docet Pompeius his:patellæ uaſa picata parua ſacrificijs apta,unde apud Liuium legi
tur patres ſacrorum cauſa patellam reuniuiſſe.à πλάττω fingo,uel πατάνη,quæ eſt lautudo. uel eſt di-
minutiuum à patina. *Hoc ſatis.*] Exiſtimas ne hoc eſſe ſatis habere ſcilicet tantum diuitiarũ,quã-
tum ad uictum,& ueſtitum ſufficiat,quæ ſunt ſub fortunæ imperio collocatæ temere omnia facien
tis,ut inquit Cebes. hinc oſtendit ſtultum eſſe diuitijs gloriari niſi quantum ſcias uti,quod credẽs
Socrat.cum uideret hominem diuitijs affluentem,eaq; de cauſa & faſtidio quodam gloriabũdum
uadere,non prius,inquit te admirabor quàm notum mihi fuerit quo pacto ſcias uti fortunis tuis.
auctor Baſilius. *An deceat pulmonem.*] Sicut ob diuitias ita ob maiorum nobilitatem neminem
ſe debere inſolentem & ſuperbum reddere docet Perſius.cui ſuffragatur Epictetus philoſophus il
le memoratiſſimus, cuius uitæ tanta admiratio extitit, ut Lucianus Syrus eius lucernam fictilem
tribus drachmarum milibus ob eius auctoritatem uæniſſe tradat,ſuffragatur inquam his,Ob nul
lam alienam excellentiam te efferas:Nam genus & proauos,& quæ non fecimus ipſi Vix ea noſtra
puto,inquit Vlyſſes apud Ouidium.qui genus ſuum laudat, aliena laudat.hinc M.T.contra Sallu
C ſtium.Satius eſt meis geſtis florere,quàm maiorum opinione niti,& ita uiuere,ut ego ſim poſteris
meis nobilitatis initium,& uirtutis exemplum.Seneca Epiſt.xliiij.Non facit nobilem atrium ple-
num imaginibus.nemo in noſtram gloriam uixit,neq; quod ante nos fuit noſtrum eſt. animus fa
cit nobilem.Quid eſt generoſum?ad uirtutem bene à natura compoſitum.diuitiarum autem poſ-
ſeſſionem noſtram non eſſe docent Cebes & Epictetus.Virtutem ergo excolamus,& ad eam acqui
rendam inſudemus, nam ut ait Ariſtoteles in iiij. Polit.Ingenuitas,& nobilitas eſt uirtus, & diui-
tiæ antiquæ.Iuue.Nobilitas ſola eſt atq; unica uirtus.qua iure laudamur,& in qua iure gloriamur
ut teſtis eſt Tullius. *Pulmonem rumpere.*] id eſt inflari,faſtoſus,turgidus, & ſuperbus fieri ob nata
les tuos nobilem originem habentes. *Ramum.*] Quoniã (ut inquit Donatus) multi gradus ſunt
& uelut rami propinquitatis in affinitate,& cognatione. *Stemmate Thuſco.*] Stemma ſignificat co
ronam apud Ariſtophanem in Pluto,& Home.cæteroſq;,ut eſt illud στέμματ' ἔχων ἐν χερσὶν,id eſt,coro
nas in manibus habens.fitq; à uerbo στέφω,quod eſt corono,in quo ſignificatu inuenitur apud Iu-
lium Firmicum in iij.Mathem.ſic ſcribentem.Magnos uiros faciet Mercurius qui ſacris & glorio-
ſis ſtemmatibus coronentur.Sed hac in parte gradus generis, & ordines deſcendentes ſignificat,
qui ramis quibuſdam,& uelut intercurrentibus lineis diſtinguebãtur. hinc illud à Plinio elegãter
dictum in xxxv.Stemmata uero lineis diſcurrebant ad imagines pictas.at Stymma ſpiſſamentum
D & domitura unguenti,ut inquit Dioſcorides. apud Plin.lib.xiij. falſo ſtagmata legitur cum ſtym-
mata legendum ſit.Thuſco autem dixit ut nobilitatẽ generoſiſſimã ſignificaret. Thuſci enim nobi
liſſimi habiti ſunt propter originem:nam & Lucumones reges habebant,& maximam olim Italiæ
partem ſuperauerunt.hinc Porſena rex, & Mœcenas notiſſimi, dicti à Thuſco rege Herculis filio,
ut auctor eſt Pompeius,uel à θύειν, quod eſt ſacrificare, uel à thure quo maxime in ſacrificijs uti-
mur. *Cenſoremq́; tuum.*] Senſus eſt.uel hac de cauſa quod trabea ueſte indutus,& pulcherrime or
natus ex tua proſapia hominem cenſorem potes ſalutare,debes ſuperbia inflari, quaſi diceret nõ.
Nam (ut inquit Claudius) uirtute decet non ſanguine niti.Reſpiciẽdum eſt in primis qualis quiſ-
que ſit,non unde ſatus. non ut prognatus, ſed ut moratus quiſq; eſt ſpectandus,inquit Apuleius.
Cenſores (ut inquit Aſconius) quinto quoq; anno creari ſolebant regẽdis moribus ciuitatis, qui
ciues ſic notabant,ut qui ſenator eſſet ſenatu eijceretur,qui eques Roman.equum publicũ perde-
ret,qui plebeius fieret ærarius. τιμηταὶ Græci uocant cenſores.τιμητείαν cenſuram, penes quam mo
rum,diſciplinæq; Romanæ regimen erat.de cenſoribus Plutar.in uita Pauli Aemilij, & in uita Ca-
tonis ſenioris,Cicero lib. iij.De legibus,Liuius,cæteriq; multa tradiderunt. *Trabeate.*] id eſt,tra
beatus,uocatiuus pro nominatiuo,id eſt,ueſte trabea indutus.Suet.in lib.De genere ueſtiũ (ut re-
fert Ser.) dicit tria eſſe genera trabearũ,unũ dijs cõſecratũ,quod eſt tantũ de purpura. Aliud regũ
quod

quod eſt purpureũ,& habet tamẽ albũ aliquid. Tertiũ augurale de purpura & cocco mixtũ. Apud A
Ro. trabea primus eſt uſus Romulus: hinc Oui. Trabeati cura Quirini. Plin. aũt ſcribit prętextas a-
pud Hetruſcos originẽ inueniſſe & trabeis uſos fuiſſe reges. Liui. Ser. cum trabea, & lictoribus pro
diit. Eam ſcribit Diony. libro ij. circum diſtinctam fuiſſe purpura ſub tegmine puniceo, ueſtemq́ fu
iſſe genulem Romanis honorificam, peculiaremq́ & conſulum & ducum amictum. quod ſentit &
Papin. in iiij. Syluarum. *Ad populum phaleras.*] Hæc tua ornamenta, & generoſam natalium tuo-
rum claritudinem, ueſteſq́ has luculentitate mirifica ſplendicantes oſtenta populo inepto, ratio-
ne, diligentia, & conſilijs uiduo, qui huiuſcemodi rebus oblectari conſueuit, hominẽq́ laute, ſplen
dide, & magnifice ueſtitum nobilem, & uirtutibus præditum exiſtimare, nõ autem mihi, qui te ui-
tijs eſſe intrinſecus refertiſſimũ non ignoro, & uiros claros, bonoſq́ à ueſtium magnificentia non
iudico, quod Seneca ſe factitaſſe profitetur. nã ueſtes & diuitiæ non faciunt inſignes, niſi quos poſ-
ſunt bonis operibus facere clariores. Auctor Lactantius. *Phaleras.*] Hæc ornamenta, & claritudi
nis tuæ oſtentationẽ. ab equis ſumpta tranſlatio. Hiero. Noli reſpicere ad phaleras. Sunt enim pha
leræ, teſte Seruio, equorum ornamenta ἀπὸ τοῦ φάειν, uel à uerbo φαλαρῶ, quod illuſtrare ſignificat.
Verg. Primus equũ phaleris inſignem uictor habeto. Seruio non diſſentiunt uerba Suidæ ſcribẽ-
tis uocare Græcos φάλαρα τὰς προμετωπίδας καὶ τὴν κόσμησιν τὴν κατὰ τὸ μέτωπον τῶν ἵππων. i. frontalia & equo-
rum in frontibus ornamenta. Plinius inter dona militaria phaleras numerat, qui ſcribit Sicinium B
Dẽtatum donatum eſſe phaleris xxv. idem in xxxiij. refert olim equeſtrem ordinem indignatione
exardeſcentem phaleras abieciſſe. Tradit Liuius in vij. Comitia Flauij ædilitia tantum habuiſſe in
dignitatis, ut pleriq́ nobilium annulos aureos, & phaleras deponerent. phaleratus equus dicitur
Suetonio. Verba phalerata dicuntur honeſta, & ornata, ut exponit Donatus apud Terentium.
Non pudet ad.] Es ne frontis tam perfricatæ, ut nullo afficiaris pudore, qui uirtutis eſt color (ut di-
xit Diogenes) hominis inſaniſſimi, abiecti, & nullius precij incurua ueſtigia, & mores peruerſos i-
mitari, id eſt, maiorum tuorum tantum gloria efferri, & nullam prorſus uirtutis curam habere.

Nactæ diſcincti.] Lego hæc apud Pompeium. Naccæ appellantur fullones quod nauci ſint, id eſt,
nullius precij. Omnia enim fere opera ex lana nata νάκη dicuntur à Græcis. quibus uerbis in hanc
uenio ſententiam, ut Apuleium, Catonem, Horatium, & Perſium corrigendos eſſe exiſtimẽ, apud
quos nactam ſemper legimus, cum melior, probior, & magis propria ſit lectio ſi naccam lectitabi
mus quod ut magis credatur (nã ueritas magis oculata fidem quàm per aures, ut inquit Iuſtinia-
nus, animis hominũ infigitur, uerba Apulei ſubſcribemus ex nono Met. quę ſunt. Nã & opportu-
ne maritus apud naccã proximũ cœnitabat. Luciũ aũt de fullone intelligere nõ poſſumus inficia-
ri, cum inferius ſubiungat, Contubernalis mei fullonis uxor. Periculo ergo meo ſcribe naccã. nec
minus apud Catonem in oratione quæ inuenitur poſt Salluſt. ubi refert Catilinam nactas fouiſſe, C
tu ſcribe naccas. Horatianum carmen tale eſt in primo Sermo. Vngor oliuo, Nõ quo fraudans im
mundus nacca lucernis. ubi interpretare hominem uiliſſimũ abiectum, & ignobilem, quales ſunt
fullones: quam expoſitionem, qui Perſio noſtro congruam putabunt, inter doctos annumerabũ-
tur. *Diſcincti.*] Ignaui. diſcincti enim (ut interpretatur Seruius) inhabiles ſunt militiæ. Omnes e-
nim qui militãt cincti ſunt, unde diſcincti inefficaces, & ignaui dicũtur, ſicut ecõtrario, Præcinctos
ſtrenuos uocamus. Auguſtus (ut docet Suet.) iuſſit milites delinquentes pedibus ſtare diſcinctis
quod erat ignominioſum. Cingulũ ad cõuiuiũ euntes deponebant, unde Iulius Capi. in Salonino
Galieno. A diſcinctis cũ imperatore cœnatur inquit, hũc morẽ ſignificans. *Sed ſtupet.*] Naccã ho
minẽ uiliſſimũ, imprudentẽ, & ingenti uitiorũ barathro ſummerſum, qui tã attonitus, & inſipidus
erat, ut à uitio uirtutẽ diſcernere neſciret, excuſat, ut hic adoleſcens mentis ſuę compos & in tali ſta
tu collocatus, ut de eius ſalute non ſit nmendũ, dũmodo labores exantlare, & uirtutem per ſudo-
res amplecti uelit, maiori pœna, ſupplicio, & cruciatu dignus eſſe uideatur. Ignoratio enim excu-
ſat peccatũ. hinc apud Apuleium Venus Mercurio pręcipit Pſychen quærenti, ut mandatũ ſuũ ma
turet, & indicia, quibus poſſit cognoſci, deſignet, ne ſi quis occultationis illicitæ crimen ſubiret, ig
norantiæ ſe poſſit excuſatione defendere. Ariſt. tamen commiſſa per ignorantiã punienda eſſe cen
ſet, ſi ipſe committens cauſa ignorantiæ fuiſſe uideatur. in lege Moſis damnatur ignorantia, ſuper D
qua re ſcribit copioſe & diligenter Hiero. *Stupet.*] Stupefactus, conſternatus, & attonitus eſt. At
tonitos enim dicimus illos, quorum & corpus, & mens ſtupet. quod genus morbi ſit interdũ ictu
fulminis, interdum tonitruum ſonitu, aliquãdo morbo. auctores Sene. Seruius & Cornelius Cel-
ſus. hunc apoplexian Græci uocant (ut docet Aphrodi.) & apoplectici ἐμβρόντητοι q́ tali morbo la-
borantes. *Pingue opimum.*] Pinguedo: Craſſities quædam cor eius & præcordia occupauit, quo
ingenium eius impeditur, & obtenebratur. minus enim ſolertes habentur, quibus uenter eſt obe-
ſus. Plutarchus. Graciles enim & macilenti habitus animum agilitati parent. habitiores uero, & car
noſi onere ſuo reluctantur: nam pingues (ut plurimum) ſunt, quorum ſanguis plurimum habet pi
tuitæ. hi tardo ſunt ingenio (ut oſtendit Albertus Magnus) quia frigus non mouet ſpiritus, nec ad
ducit, ſed abſcindit. *Neſcit quid perdat.*] Ideo eum carere culpa & dignum uenia iudicamus. te
uero, qui ingenio polles, & te errare cognoſcis, nequaquam. Baſilius. Nam qui non ex uolunta
te delinquit, is forte aliqua dignabitur uenia. Qui autem ex propoſito peiora eligit, nullam habet
excuſationem, quin multiplici pœna afficiatur. Hi enim potius ſcelerati ſunt habendi qui cum ſint
liberalium diſciplinarum ſtudijs expoliti, ab humanitate deſciſcũt, quàm qui rudes, & imperiti ad
mala facinora bonorum ignoratione labuntur. auctor Lactant. *Demerſus ſumma.*] Qui magna, et

innu-

A innumeroſa uitiorum caterua,& ſcelerũ ingenti gurgite ſummerſus eſt,haud facile poteſt ſubleua-
ri,& ad ſanam mentem reuerti.Translatio ſumpta ab his qui ſemel aqua immerſi difficile ad ſupe-
riora reuertuntur.oſtendit autem eos,qui à natura ad uitia propenſi ſunt,non poſſe ad uirtutis ui-
am,& morum culturam reuocari.nam ſi difficulter reciduntur uitia,quæ nobiſcũ creuerunt,quã-
to magis quæ nobiſcum nata ſunt?Seneca.Nulla ſapientia naturalia corporis,aut animi uitia po-
nuntur,quicquid infixum & ingenitum eſt,lenitur arte non uincitur.Citius frangas,quàm corri-
gas quæ nobiſcum indurverunt,inquit Quintilianus.

AELIVS ANTONIVS NEBRISSENSIS.

O miſer.] In hominis delicias atq; mollitiem inſurgit poeta acrius exclamans.O miſer,qui tan-
ta animi deſidia laboras,ut in uitia paulatim delabaris,quæ te miſerum faciant.Et ultra in dies mi-
ſer,id eſt,qui poſthac futurus es miſerior,quia uitium ſemel inchoatum ſtare neſcit. *Hucceine re-
rum uenimus.*] id eſt,ad has ne res,atq; ad hunc ne rerum ueniſti ſtatum , in quo per deſidiam recte
agere omittas?Et eo modo dicit uenimus pro ueniſti,quo ſupra dixerat,ſtertimus pro ſtertis.
Aut cur non potius.] Ac ſi dicat.Quandoquidem ita mollis & delicatus es,& cum ſis palumbo tene-
ro ſimilis,cuius ori mater cibos roſtro inſerit. *Et cum ſis ſimilis regum pueris.*] id eſt , diuitum filijs
qui in delicijs nutriuntur. *Et cur non poſcis papare minutum.*] Infantium more poſcis minutas pa-
B pas.ſic enim pueri uocant cibos ſicut potum buas,Catone & Marcello auctoribus. *Et cur non ira-
tus mammæ.*] id eſt matri,quæ ita ab infantibus appellatur eiſdem auctoribus quemadmodum pa-
ter tata.Martialis.Mammas atq; tatas habet Aphra,ſed ipſa tatarum Dici & mammarum maxima
mamma poteſt. *Recuſas lalare.*] id eſt lac ſugere,quod uerbum quantum ego ſuſpicari poſſum,
eo modo puerorum eſt quo papa,bua,mamma,tata,aut quemadmodum incognitus Perſij inter-
pres exponit lalare.i.dormire,quod nutrices,cum pueros mulcent ut dormiant,ſæpe dicere ſolẽt,
la,la,la,la.i.dormi.ſicut nunc dicere ſolent,lu, lu, lu. *An tali ſtudeam calamo.*] Verba ſunt delicati
adoleſcentis excuſantis ſe,quod non poſſit tam inepto tamq; male temperato calamo ſcribere.Ho-
ra.ij.Ser.Culpantur fruſtra calami.Quem poeta urget dicens. *Cui uerba.*] Subaudi putas te da-
re.q.d.me ne putas te poſſe decipere,qui te optime noui. *Quid ſuccinis.*] .i.quaſi in aurem garris
& narras mihi.& eſt uerbum compoſitum ex ſub & cano.is. *Iſtas ambages.*] .i.circuitus & tergi-
uerſationes ſiue excuſationes. *Tibi luditur.*] .i.cum talia facis , de tuo periculo nõ de meo agitur.
Effluis,amens.] Vaſi fictili terebrato & rimoſo ac non bene cocto comparat incontinentẽ dicens.
O amens effluis.] .i.perinde ac uas rimoſum perfluis,cur non poſſis teipſum intra te cõtinere, ſed
tanquam Terentianus ille Parmeno plenus rimarũ hac illa perfluis. *Contemnere.*] .i.quaſi uas
inutile nihili æſtimaberis.ſic Horat.ij.Ser.Contẽnere miſer.uitanda eſt improba ſiren Deſidia. *So-
C nat uitium.*] Perſtat in translatione ſumpta ex uaſe fictili. Nam quemadmodũ emptores fictiliũ ta-
ctu digiti explorant an ſint bene cocta & non rimoſa,ſic adoleſcentes ex ijs quæ loquũtur & faciũt,
experiri poſſumus uirtutis ne an uitij uiam inſiſtant.Dicit itaq;. *Fidelia.*] .i.tu qui es tanquã fide-
lia hoc eſt uas fictile.Percuſſa.i.digito pulſata.Sonat uitium.i.uitioſum ſonum reddit , ſic Vergil.i.
Aeneid.Nec uox hominem ſonat.i.uocem humanã refert. *Et fidelia non cocta.*] Atq; ex conſequẽ-
ti fragilis & mollis. *Viridi limo.*] .i.argilla recenti.atq; in fornace penitus non excocto humore.
Reſpondet maligne.] .i.ſurdũ neſcio quem & obſcurum crepitũ reddit.Nam malignũ aliquãdo par-
uum & anguſtum ſignificat,ut apud Verg.vi.Aeneid . Sub luce maligna. *Vdũ & molle lutum es.*]
In translatione & metaphora eadem adhuc perſtat.Ac ſi dicat quia nondum habes incoctũ gene-
roſo pectus honeſto,ſed es tanquam lutum.i. argilla figularis. *Vdum et molle.*] Quia humidum
ex conſequenti tenerũ atq; ad introducendũ quamuis formam aptum. *Nunc nunc.*] incunctãter
& ſine ulla temporis dilatione. *Properandus.*] Subaudi es.i.properanter informandus. *Et fin-
gendus.*] .i.figurandus.& eſt uerbũ artis figulinæ propriũ, unde & figuli ſunt dicti. *Sine fine.*] .i.
inceſſanter & ſine intermiſſione. *Rota.*] .i.orbe illo figulari in quo uaſa formantur. *Acri.*] .i.in-
genioſa.hoc eſt ſtudijs & inſtitutis philoſophiæ. *Sed rure paterno.*] Anthypophora eſt.poſſet nãq;
adoleſcens in excuſationẽ ſui dicere ſe nolle literarũ ſtudio operã dare,quod tantæ facultates à ma-
D ioribus ſuis hæreditate obtigerint, quę ſufficiãt ad uitã peragendã,tantũq; nobilitatis ab illis acce-
perit,quod ad illũ illuſtrandũ ſatis ſit.ſed in hunc poeta inuehitur dicens id non ſufficere,ſi intror-
ſus uitijs animi laborat. *Sed rure paterno.*] .i.non tuo labore partum,ſed à maioribus tuis hęredi-
tate acceptum. *Eſt tibi far modicum.*] .i.quantum frumenu ſufficiat alendæ familiæ. *Purum et ſine
labe ſalinum*] Repete à ſuperiori.eſt tibi.per ſalinũ aũt in quo ſal miniſterio menſæ apponitur,uictũ
tenuem ſed ſufficientem poetæ intelligunt.ſic Hora.ij.car.Splendet in menſa tenui ſalinum. *Quid
metuas?*] Ac ſi dicat , ita conſtitutum habes patrimonium , ut in paupertatem te deuenturũ poſſis
non timere. *Et patella ſecura.*] .i.Certa & quæ te ſecurũ faciat,unde dijs laribus & penatibus ſacra
miniſtres. *Cultrix foci.*] .i.qua poſſis focum.i.deos domeſticos, hoc eſt penates & lares familia-
res colere in focis penetralibus. *Hoc ſatis.*] Subaudi eſt.ſed quia id non eſt ſatis,per ironiã intelli-
gendum eſt à poeta eſſe dictum. *An deceat?*] q.d.non decet,neq; fas eſt. *Rumpere pulmonem uen-
tis.*] id eſt,inflari & intumeſcere.nam ſpirabilis aura pulmone attrahitur. *Quod milleſime.*] id eſt,
tu in ordine milleſimus,ut ſit uocatiuus pro nominandi caſu. *Ducis ramum.*] Quaſi in arbore
conſanguinitatis,ut iuriſconſulti dicunt. *Stemmate Thuſco.*] id eſt,ex aliquo principe qui rexe-
rit ethruriam,aut quod omnis nobilitas Italiæ ante Aeneæ aduentum ex Thuſcia fuit.Eſt autem
ſtemma ſeries maiorum ab aliquo uiro illuſtri ducta,quod Iuuenalis expreſſit dicens . Stemmata
quid

quid faciunt,quid prodeſt Pontice longo Sanguine cenſeri. *Et quod tu trabeate.*] id eſt trabeatus: A
hoc eſt trabea ueſte quæ regum propria eſt,indutus. *Salutas tuum cenſorem.*] id eſt,ſtatuam cenſo
ris,à quo ducis originem.Nam imagines maiorum ſuorum quas in atrijs ex cæra factas habebãt,
euntes domo aut redeuntes ſalutabant,uenerabanturq́. *Ad populum phaleras.*] id eſt, hæc nobili
tatis inſignia oſtenta populo.Nam phaleræ ornamenta equorum ſunt , quibus plerunq; empto-
res illorum decipiuntur,quaſi dicat.his fortunæ ornamentis,hoc eſt diuitijs & nobilitate populus
decipi ſolet,qui ſola hæc putat bona.me autem decipere non potes , qui bona tantum animi uera
bona eſſe iudico.Ideo ſubdit. *Ego noui te intus & in cute.*] id eſt, intra cutem , id eſt , quàm ſis ui-
tioſus introrſus non ignoro. *Non pudet.*] Quod in principio ſatyræ diximus,hoc in loco repe-
tendum eſt.Hanc ſatyram in eos maxime ſcriptam eſſe,qui nondum habitum uitioſum ingenera
runt,& qui poſſunt rurſus in uiam uirtutis redire.Nam qui uitiorum longo uſu quaſi profundiſ-
ſimo quodam ſomno ſepulti ſunt,qualis eſt Nacta homo perditæ luxuriæ , ij nullis exhortationi-
bus excitari poſſunt.Dicit itaque poeta in adoleſcentem uitio incontinentiæ laborantem , & qui
poſſit in meliorem uiam pedem referre. *Non pudet.*] Te ſubaudi o adoleſcens. *Viuere ad mo-
rem.*] id eſt,ad ſimilitudinem Nactæ.nomen proprium uiri celebratum infamia apud Horatium
& Iuuenalem. *Diſcincti.*] Deſidis & negligentis.nam male cinctos ſic appellare ſolemus ut in-
fra.Cum bene diſcincto cantauerit ocyma uernæ.Et Vergilius octauo Aeneid . Hic Numadum ge B
nus,& diſcinctos Mulciber aphros.ſic e diuerſo diligentes & expeditos præcinctos & accinctos ap
pellamus. *Sed ſtupet hic uitio.*] Senſus eſt,hic,Nacta homo uitioſus,& qui habitum delinquen-
di male uiuendo ſibi acquiſiuit,cum ne minimam quidem rationis ſcintillam habeat, non intelli-
git ſe peccare,atq; ex eo incurabilis eſt.tu uero cum per ætatem non uitio ſed incontinentia labo-
res,facile potes ad animi ſanitatem redire. *Sed hic.*] Scilicet Nacta. *Stupet.*] id eſt,attonitus
eſt caretq́ motu & ſenſu. *Vitio.*] Quod non poteſt niſi longa conſuetudine multisq; actioni-
bus uitioſis generari. *Fibrisq; increuit opimum pingue.*] id eſt,pinguedo quædam craſſa occupa-
uit illius præcordia.Fibræ autem proprie iecoris ſunt,pingues uero Plinio Gellioq; auctoribus in
genio ſunt tardi. *Caret culpa.*] Quia ſi , quemadmodum Ariſtoteles ait libro Ethicorum ter-
tio,ignorat omnis flagitioſus quæ facere & à quibus abſtinere oportet, & qui per ignorantiam pec
cat,culpa carere uidetur.Sed reuera non caret,quia ipſe fuit cauſa ſuæ ignorantiæ: ſicut is qui per
ebrietatem quempiam occidit, ideo culpa non caret quia ipſe fuit cauſa ſuæ ebrietatis , ex lege Pit
taci pœna duplici in eum conſtituta. *Neſcit quid perdat.*] Perdit enim honeſtatem , cum per ig-
norantiam turpe aliquid committit. *Et demerſus alto.*] id eſt, quaſi profundo mari obrutus.
Non bullat in ſumma unda.] id eſt non facit bullas in ſummitate aquæ,quod ſignum eſt illum eſſe ex
tinctum,quia non ſpirat. C

ECPHRASIS MVRMELLII.

O miſer,& in dies miſerior,uenimus ne ad hanc rerum conditionem? At quare non potius ſi-
milis & tenero palumbo,& pueris regum,petis ueſci minuto cibo,& iratus nutrici recuſas lallare,
& lac ſugere? Loquitur adoleſcens An ſtudeam tali calamo? Reſpondet admonitor . Cui uerba
das? quid ſuccinis iſtas ambages? Tua res agitur . Si tu amens , ut uaſculum male coctum , efflu-
is , & infuſum tibi liquorem tranſmittis , eris contemptui . Fidelia ex uiridi limo , non ſatis cocta
cum percutitur , ſonitu uitium prodit . & reſpondet male , ac iniquum & ſtridulum ſonum red-
dit.Tu es,tanquam udum & molle lutum,continuo,& ſine mora propere bonis artibus inſtituen
dus,& informandus ueloci ac diligenti exercitatione ſine fine . Sed modicum frumentum eſt tibi
in paterno rure , & purum ac ſine labe ſalinum.Cur ſis ſollicitus ? & patella ac ſupellex ſecura cul-
trix foci eſt tibi.Hoc ſatis eſt? An deceat in ſuperbiam efferri , quod milleſimus ducis ramum ex
tuſco ſtemmate , quodque ortus es ex antiquiſſima Hetruſcorum nobilitate, uel quod ſalutas cen
ſorem tuum , hoc eſt tibi ſanguine , uel affinitate coniunctum,uel quod tu trabeatus ſalutas quem
piam? Defer externa iſta , quibus te gloriabundus oſtentas,ornamenta ad populum,ego te intus
& in cute noui.Non pudet te uiuere ad morem abiectiſſimi cuiuslibet hominis,& plane deſidioſi?
Sed hic ſtupidus & inſanus in uitijs factus eſt,& craſſa pinguitudo præcordia eius occupauit.Ca- D
ret culpa,quãdoquidem ingenij uitio peccat,neſcit quid perdat,& demerſus in ſtultitiæ fundo ne-
quit rurſus emergere,& reſipiſcendo ad ſanam mentem reuerti.

SCHOLIA.

Pappare.] Veſci ſignificat.Epidicus apud Plautũ in Epidico.Nouo liberto opus eſt,quod pap
pet.Cui reſpondens Periphanes ſenex,Dabitur inquit, præbebo cibum . Pappare non fit hic no-
men,ut quidam tradunt , ſed manet infiniti modi uerbum . Nam & alibi Perſius poſco conſtruit
cum uerbo infiniti modi.Et luſco qui poſcit dicere luſce. *Mammæ.*] Mammam infantes appel-
lant matrem uel nutricem. *Lallare.*] Lac ſugere,dictum mihi uidetur aliorum pace , quaſi lac
fellare.Pueri nonnunquam prædiuitum,qui nimis molliter educãtur,lac ſugunt , & in cunabulis
cubant ad quintum uel ſextum ætatis annum,dum iam fari queant , & lallare recuſantes,minutio
rem cibum petant. *An tali ſtudeam.*] Verba deſidioſi culpam in calamum transferentis. *Tibi
luditur.*] Sumptum eſt ab alea , in qua res eius agitur,qui pecuniam depoſuit in medium . Simile
eſt illud Plauti in Epidico.Mihi iſtic nec ſeritur,nec metitur. *Effluis amens.*] Aptiſſime fictili pa-
rum cocto rudem ac deſidioſum comparat,& in hac collatione diligentiſſime uerbis utitur ad ſi-
militudinem accommodatis. *Sonat u.p.*] Ita & tu uerbis admonitus , reſpondendo ignauiam

A prodis tuam, licet in calamum culpam reſſcere coneris. *Fidelia.*] Vas fictile, ab eo quod fideliter potum contineat. *Fidelia uiridi limo.*] .i. uiridis & crudi limi, ſeu e uiridi limo ficta. *Nunc nunc properandus.*] Optime quidam præcepit: Dum tener eſt natus, generoſos inſtrue mores. *Secura patella.*] Quæ te ſecurum faciat. Salinum autem & patellam poſuit pro quacunque ſupellectile. *Milleſime & trabeate.*] Vocatiui poſiti pro nominatiuis auctore Priſciano. *Intus et incute.*] id eſt, omnibus modis mihi notus eſt. Alijs fucum facito, mihi penitus es perſpectus, neque me fallere potes.

Naca.] Naca dicitur homo uilis & abiectus, quod nauci non ſit. Nacæ dicuntur, qui opera ex lana faciunt, & peculiariter fullones. Omnia fere opera ex lana *νάκη* dicuntur à Græcis. Significat autem *νάκος* pellem ouium, uel pellem caprinam. Horatius in ſermonibus. Vngor oliuo, Nō quo fraudatis immundus Naca lucernis.

Magne pater diuûm, ſæuos punire tyrannos
Haud alia ratione uelis, cum dira libido
Mouerit ingenium, feruenti tincta ueneno,
Virtutem ut uideant, intabeſcantque relicta.
An ne magis Siculi gemuerunt æra iuuenci,
Et magis auratis pendens laquearibus enſis
Purpureas ſubter ceruices terruit: imus
Imus præcipites quàm ſi ſibi dicat, & intus
Palleat infelix, quod proxima neſciat uxor?

ASCENSIVS.

Magne pater diuûm, etc.] Verba ſunt poetæ quibus innuit tantam eſſe uirtutis pulchritudinem ut ſi eam ſcelerati conſpicerēt, grauiſſi-
B mo torquerentur dolore, quod eā deſeruerint. quemadmodum primo Officiorum Cicero. Facies inquit honeſti ſi oculis cerneretur, mirabiles amores citaret ſapiētiæ. Eſt autem ſapientia plane admiranda ac ueneratione digna: nam mirum in modum ad uirtutem cohortatur, ut quam tam pulchram dicit, ut eius uiſus carentia omni tormento peius cruciet. & admirabilem ſui pectoris candorem ſignificat poeta, qui non uult peccatoribus aliud malum imprecari, niſi quo ad uirtutem reducantur, quod ſimpliciter malum non eſt. Quo autem id ſanctius poſcat, uocat Iouem ſummum deorum, magnum patrem diuûm: quia enim magnus eſt ſignificat eum poſſe: quia pater, uelle: quia diuûm pater, ſcire. nam dij omnia ſciunt. præterea maxime debet uelle punire tyrānos, & eos potiſſimum qui ſæui ſunt. Nihil hic non artificioſe dictum, ſed & reliqui commentarij explanabunt omnia, & ingenioſus lector multa excogitabit. Tardiuſculus autem ſic explanet. o magne pater diuûm, id eſt, diuorum ſeu deorum ſcilicet Iuppiter, uelis punire tyrannos ſæuos, id eſt, crudeliſſimos & immaniſſimos peccatores.
C haud, id eſt, non alia ratione, id eſt uia, cum .i. quando dira & execrabilis libido .i. peccandi uoluntas, tincta, id eſt, imbuta feruenti ueneno, id eſt, feruida concupiſcentia quæ tanquam uenenū per uenas diffunditur, mouerit .i. excitauerit, titillauerit, affecerit igenium .i. inclinationem nobis ingenitam, non alia dico ratione, quàm ſupple ut uideant uirtutem .i. decorem eius. Sunt qui non ſubaudiendum putent quàm particulam, ſed pro ea ac ſcribant, alij illic, ueneno ac, alij illic, uirtutem ac uideāt. facilius enim ſubintelligitur ut quàm, quàm: & reuera putem ſic ſcriptum ab authore que pro & intabeſcant, id eſt, quaſi tabe quadam præ triſtitia conſumātur, relicta ſupple uirtute, id eſt, quia uirtutem reliquerūt. Eſt autem ablatiuus in deſignatione ſequelæ poſitus. Viderturque de eiuſmodi ſententia obſtupuiſſe auditor. quaſi parum ſit uidiſſe uirtutem à ſe derelictam. unde infert poeta, quaſi prius dixerit. Quid miraris? an ne æra iuuenci .i. bouis Siculi .i. in Sicilia facti ad torquendos homines, factus enim erat bos ex ære ut torquendus in eo incluſus uocem bouis non hominis ederet, ne forte humana uox ad miſericordiam concitaret tyrannum: cuius rei inuentor primus periculum fecerat ut narrat Britannicus. An ne igitur æra iuuenci ſiculi gemuerunt magis, id eſt uehementius. hoc eſt an homines incluſi in tali boue æreo igni ſuppoſito gemuerunt magis, quàm ſi ſup. tyrannus aut quiuis ſibi male conſcius dicat ſibi, id eſt intra ſe, imus imus præcipites, id eſt, in præcipitium & ruinam, & ut catholicus dicere poſſet in æternam damnationem. Et an ſup. enſis
D .i. mucro euaginatus, pendens de ſeta equina ſeu pilo tenui, in laquearibus, id eſt, contignationibus trabium auratis, id eſt, auro tectis ut in domo regia, terruit magis ceruices purpureas, id eſt, purpuratas Damoclis familiaris Dionyſij tyrāni ſubter, id eſt, ſubtus poſitas (Bene more antiquo pluraliter dixit ceruices) quàm ſi ſceleſtus dicat ſibi, imus, imus præcipites, id eſt, in præcipitiū ſceleratorum, & quàm ſi ipſe infelix, palleat, id eſt, pallore concutiatur ex timore, intus, id eſt, in conſcientia ſua, ſic ſupple quod uxor proxima, id eſt, in eodem lecto recubans neſciat. quaſi dicat minime. quia cruciatus interior eſt omni exteriore grauior.

IOANNES BRITANNICVS.

Magne pater diuûm ſæuos.] Exclamatio eſt poetæ in eos qui nulla uirtutis uia incedunt. totus tamē fremitus in Neronē fertur, qui omni libidinis genere ætatē ſuā exercuit, ut auctore Trāquillo, petulantia, libidine, luxuria, auaritia, crudelitate flagraret. ſed ne in principē inuehi uideatur, generaliter omnium principum ſæuitiam inſectatur. Precatur igitur deos ut uirtutum contemptores nulla alia pœna afficiant, quàm ut uirtutem contemptam cognoſcant, & ſic dolore neglectę uirtutis angantur, quæ homines ex Stoicorum ſententia beatos & felices efficit. *Libido.*] Omnis immoderata cupiditas dicitur. Cui ut Cicero in Thuſculanis ſcribit, ſubiecta ſunt, ira, excandeſcētia, odium, inimicitiæ, diſcordia, indigentia, & cætera huiuſmodi. *Mouerit ingenium.*] id eſt, cum dira

omnia

omnia libidinum genera exercuerit. *Virtutem ut uideant.*] Subaudi quàm. *An ne magis.*] Tacitæ cuidam occurrit obiectioni, oſtendens eos qui uirtute contempta turpiter uixerunt, grauiori quidem pœna affici conſcientia uitæ turpiter actę, quàm quos Phalaris & Dionyſius cruciarunt. A

An ne magis.] id eſt, non magis quidem. Ordo eſt. æra ſiculi iuuenci gemuerunt magis; & enſis pendẽs laquearibus auratis terruit magis purpureas ceruices, quàm ſi ſibi dicat imus præcipites. *Aera ſiculi iuuenci.*] id eſt, hi qui per æneum taurum à Phalaride Agrigentinorum tyranno ſæuiſſime cruciabantur. Huic quum crudelitate & omni ſæuitia flagraret, Perillus optimus opifex ſceleſto cupiens placere tyranno æneum taurum conſtruxit, ut incluſus reus ſubiecto igne torqueretur, & uox hominis grauiter exclamantis mugitum bouis imitaretur. Cæterum Phalaris Perillum tanti muneris artificem incluſum ipſo tauro primum graui ſupplicio mortis affecit. Eius ſic meminit Ouid. Vt munus munere penſes, Da precor ingenio munera digna meo. Dixerat, & Phalaris pœnæ mirande repertor Ipſe tuum præſens imbue dixit opus. *Pendens laquearibus enſis.*] Hic cruciatum tangit Damoclis aſſentatoris Dionyſij ſyracuſani, qui cum in ſermone commemoraret copias eius, opes, maieſtatem, dominatus, rerum abundantiam, magnificentiam ædium regiarum, negaret unquam beatiorem quenquam fuiſſe: Viſne igitur inquit tyrãnus o Damocles, quoniam te hæc uita delectat, ipſe eandem deguſtare, & fortunam experiri meã? Cum ſe ille cupere dixiſſet, collocari iuſſit hominem in aureo lecto, ſtrato pulcherrimo, textili ſtragulo magnificis operibus picto. abacoſq; complures ornauit argento auroq; cęlato, tum ad menſam eximia forma pueros delectos iuſſit conſiſtere, eoſq; ad nutum illius intuentis diligenter miniſtrare. aderant unguenta, coronæ, incendebantur odores, menſæ conquiſitiſſimis epulis extruebãtur. fortunatus ſibi Damocles uidebatur. in hoc medio apparatu fulgentem gladiũ è lacunari ſeta equina appenſum demitti iuſſit, ut impenderet illius beati ceruicibus. Itaq; nec pulchros illos adminiſtratores aſpiciebat, nec plenum artis argentum, nec manum porrigebat in menſam. Iam ipſæ defluebant coronæ, deniq; exorauit tyrannum ut abire liceret, quòd iam beatus nollet eſſe. *Ceruices purpureas.*] id eſt, Damoclis cultu regio ornati. *Imus imus præcipites quàm ſibi dicat.*] Nunc oſtendit cruciatum animi quo affliguntur ex uirtute neglecta. Ita enim dicere ſolent dolentes. Imus imus præcipites, id eſt, omni prorſus ſpe ſalutis deſtituti ferimur: Sicq; docet lõgé grauiora eſſe mentis uulnera quàm corporis. Vnde illud Ouidij. Mens eſt quæ ſentiat ictus. *Quod proxima neſciat uxor.*] Tanto dolore conficitur & pudore impeditur ob amiſſam uirtutem, ut iam cum uxore communicare non audeat, ſed intus tantum rumpatur. B

IOANNES BAPTISTA.

Magne pater diuûm.] In uirtutis contemptores magna indignatione, & fremitu inuehitur, rogans Iouem, ut homines prauos, & uirtutem negligentes nulla alia pœna afficiat, quàm ut uirtutis neglectæ ſplendorem, dulcedinem, & amœnam pulchritudinem intuentes, ſe illa carere & eſſe priuatos ſua culpa conſpiciant, quod profecto ingens & atrox tormentum eſt, cum Cicer. teſte, uirtute nihil ſit formoſius, nihil pulchrius, nihil amabilius, quam qui habet perfectam, æqualis deo eſt, ut ait Seneca. Virtus omnibus rebus anteit profecto inquit comicus. *Pater diuûm.*] Iouem intelligit, qui deûm pater atq; hominum eſt (ut docet Apollonius apud Philoſt. Iuno apud Vergilium & Vale. Soranus) quod teſtatur & Homerus, apud quem dicitur Iuppiter [illegible]. pater hominumq; deûmq;, & o pater noſter ſaturnie ſumme imperantium. eundem Heſiod. uocat [illegible], id eſt, deorum patrem atq; hominum. C

Sæuos tyrannos.] Qui uirtutem negligunt, & contra ius, & leges æquitatẽ peruertunt (ut docet Heſiodus) unde ſæui (ut autumo) proprio, eleganti, & perpetuo epitheto nuncupantur. Carmina Heſiodi hæc ſunt [illegible], id eſt, qui hanc controuerſiam iudicare uolunt, ſtulti ſunt, nec ſciunt quantum dimidium præſtet toto. utitur autem numero plurali, ne Neronem taxare principaliter uideatur, qui omni libidinis genere ætatem ſuam exercuit, ut petulantia, libidine, luxuria, crudelitate flagraret. auctor Tranquillus. de tyranni ſignificatu uide Seruium, Trogum, cæteros. Tyrannorum interfectores Cicero Græco uocabulo Tyrannoctonos, Latini tyrannicidas appellant. *Dira libido.*] Crudelis uoluntas, cupiditas, malignitas. cupiditatem effrenatam interpretatur M. T. quæ in omnibus ſtultis eſt. *Mouerit ingenium.*] id eſt, cum exercuerit omnia libidinum genera. uno ingenij nomine, ut inquit Tullius, appellatur docilitas, & memoria, eaſq; uirtutes qui habent ingenioſi uocantur. *Tincta.*] Maculata, infecta. *Virtutem ut uideant.*] Subintellige quàm, ut ſit non alia ratione, quàm ut uideant uirtutem, quæ ſi oculis cerneretur, mirabiles amores (ut ait Plato in Phædro) citaret ſapientiæ. Maiorem enim (ut inquit Plut.) eſſe cenſebant miſeriam à cognoſcente quàm ab ignaro uirtutes, & bonas artes negligi. Tali fere imprecatione utitur philoſophia apud Boetium. *Intabeſcantq; relicta.*] Conſumãtur tabe, angãtur, crucientur, ꝙ eã quæ ſecundũ Stoicos homines beatos, & felices efficit, nõ ſint aſſecuti. Oratius. Virtutem incolumem odimus, Sublatam ex oculis quærimus inuidi. Tabes autem eſt morbus, qui male habet quos inuaſit, cuius tres ſunt ſpecies. una qua corpus non alitur, & ita ſumma macies oritur, & niſi occurratur tollit. Atrophiam hanc Græci uocant. hinc atrophi apud Pliniũ libro xxvi. qui atrophia laborant. Alia eſt, quam Græci cacexian appellant, ubi malus corporis habitus eſt. Ideoq; omnia alimenta corrumpuntur, quod fit cum longo morbo fatigata corpora refectionem non accipiũt. hac ſeniores infeſtantur (ut ait Hippo. in Aphoriſmis) Tertia ſpecies eſt longe periculoſiſſima, quam Græci phthiſin nominauerũt [illegible], quod eſt D

A conſumi,& tabeſcere.oritur fere à capite,inde in pulmonem deſtillat,hinc exulceratio accedit, fre
quens tuſſis eſt,pus excreatur.ſunt qui phthiſin Græce phthoen quoq; appellant,ſed illud genus
maxime quo ſanguis reijcitur,quali morbo laboraſſe Theopompum,& ab Aſclepio curatum tra
dunt ex Suida. *An ne magis.*] Tacitæ occurrit obiectioni, demonſtrans illos minori cruciatu &
tormento affectos fuiſſe,quos tyrannorũ crudeliſſimi Phalaris & Dionyſius excruciarunt, quàm
qui propter male actæ uitæ recordationem , & uirtutem relictam, ſtimulis & occulto conſcientiæ
flagello continenter iancinantur,iugiter fodicantur,& perenniter diuelluntur. Conſcientia enim
(ut inquit Pacatus panegyriſta) habet occultos carnifices,qui magis torquent uitalia, quàm uer-
bera,quàm tormenta.Græci dicunt *εἰκὰν συνείδησις τινι δεινὰ πληγὴν τῇ ψυχῇ*,id eſt,ſua cuiq; conſcien-
tia quodam quaſi iaculo percutit animam. *Aera iuuenci ſiculi.*] Qui in tauro æneo cruciabatur
à Phalaride Agrigẽtinorum tyranno,de quo ſcribit Paulus Oroſius. Ea tempeſtate Phalaris ſicu
lus Agrigentinos arrepta tyrannide depopulabatur, qui crudelis mẽte,commentis crudelior o-
mnia nefarie in innocentes agens,inuenit aliquando quem iuſte puniret iniuſtus. nã Perillus qui
dam æris opifex affectans tyranni amicitiam,aptum munus crudelitati illius ratus , taurum fecit
æneum , cui fabre ianuam è latere compoſuit,quæ ad concludendos damnatos receptui foret,ut
concluſi ibidem ſubiectis ignibus torrerentur , ſonum uocis extortæ capacitas concaui æris au-
B geret,pulſuq; ferali competens imagini murmur emitteret,nefarioq; ſpectaculo mugitus pecudis
nõ hominis redderetur. Sed Phalaris factum amplexus,auctorem execratus,& ultioni materiam
præbuit,& crudelitati . nam ipſum opificem ſua inuentione puniuit , quod teſtatur Sillius libro
decimoquarto.Plinius.Perillum nemo laudat ſæuiorem Phalaride tyranno , cui taurum fecit mu
gitus hominis pollicitus igne ſubdito,& primo eum expertus eſt cruciatum iuſtiore ſæuitia. Pro-
pertius etiam meminit,ſed plura Ouidius libro tertio Triſtium,& libro primo De arte.& Phalaris
in ſuis Epiſt. *Et magis auratis*] Dionyſius auctore Macrobio aulæ ſiculæ inclementiſſimus incu
bator familiari quodam ſuo ſolam exiſtimanti uitam tyranni beatam , uolens quàm perpe-
tuo metu miſera eſſet oſtendere,collocari iuſſit hominem in aureo lecto,ſtrato pulcherrimo,tex-
tili ſtragulo,magnificis operibus picto , abacoſq; complures ornauit. Tum ad menſam eximia
forma pueros delectos iuſſit conſiſtere,eoſq; ad nutum illius intuẽtes diligenter miniſtrare. tum
beatus ſibi Damocles uidebatur. in hoc medio apparatu fulgentem gladium è lacunari ſeta equi
na appenſum demitti iuſſit,ut impenderet illius beati ceruicibus.Itaq; nec pulchros illos admini
ſtratores aſpiciebat,nec plenum artis argentum,nec manum porrigebat in menſam.Iam ipſæ de-
fluebant coronæ.deniq; exorauit tyrannum ut abire liceret,quòd iam beatus nollet eſſe. Pendẽs
de filo tenui in caput Damoclis tyranni familiaris , qui illum felicem magno errore exiſtimabat.
C *θνητῶν γὰρ οὐδείς ἐστιν εὐδαίμων*,id eſt,mortalium nemo eſt beatus , inquit Euripides. Auratis laqueari-
bus. Plinius,laquearia nunc & in priuatis domibus auro tegũtur. poſt Cartha. euerſam primo in
aurata ſunt in capit. cenſura L. Mummij:inde tranſiere in cameras,in parietes quoq;.Luca. Craſ-
ſumq; trabes abſconderat aurum.Laquearium autem ſiue lacunar à lacu trabe in ædificijs plana,
triclinij cubiculiue partem ſuperiorem ſignificat,quod pingere primus Pamphilus Brietis filius,
Apellis præceptor inſtituit.hoc à Græcis dicitur *ὄροφος*. *Imus imus præcipites.*] Hæc eſt omnium
miſerorum peculiaris locutio,ut dicant imus imus præcipites,id eſt, nullam ſpem ſalutis haben-
tes præcipites in miſeriarum uoraginem detrudimur. quibus uerbis oſtendit animi cruciatus ex
uirtute neglecta cuncta corporis tormenta ſuperare,longeq; eſſe grauiora , unde eſt illud Ouidi-
anũ. Mens eſt quæ ſentiat ictus. *Intus palleat.*] Propter conſcientiã,quæ intus circa uitalia graſ-
ſatur,qua nemo nocens abſoluitur. M. T. pro Roſcio,& contra Piſonem docet ſuam cuiq; ſcelera-
to domeſticam furiam eſſe conſcientiam.Non mirum ergo ſi pallet hic omnium bipedũ uequiſſi
mus propter uirtutem neglectam iudicandus. *Neſciat uxor.*] Tantus enim dolor,& uerecũdia
amiſſa uirtute hominem afficiunt , ut potius uelit intus rumpi , quàm facinus hoc tam ingens cũ
uxore communicare,quod grauius tormentum eſt , quàm ſi loqueretur , & dolorem cum uxore
exprompteret.nam (ut canit Ouidius.) Strangulat incluſus dolor atq; cor æſtuat intus:Lenitur la-
D chrymis,egeriturq; dolor.Notum eſt illud.Eſt aliquid fatale malum per uerba leuare.

AELIVS ANTONIVS NEBRISSENSIS.

Magne pater diuûm.] In eos qui relicta uirtutis uia ſectantur uitia , poeta incandeſcit oſtendens quanto in tormento uiuant,quantumq; ſibiipſis diſpliceant,ut non ſit illis neceſſe pœnas futuras expectare , cum impræſentiarum ſatis ſuperque torqueantur. *Magne pater diuûm.*] Pro diuorum , id eſt , optime atque maxime Iupiter. *Haud uelis.*] id eſt , noli. *Punire ſæuos tyrannos.*] Nam per ſe tyrannus apud antiquos honeſtum eſt nomen. ideo addit ſæuos. *Alia ratione.*] id eſt, alio modo ſubaudi quàm. *Vt uideant uirtutem.*] ſcilicet in alijs florentem. *Et intabeſcant.*] id eſt , inuidia & dolore rumpantur. *Relicta.*] ſcilicet illa uirtute , id eſt , ſine illa. Horatius ſecundo Sermonum. Inuidiam placare paras uirtute relicta. Et per parentheſim interpoſuit. *Cum dira libido.*] Per quam ad peccandum incitantur. *Tincta feruenti ueneno.*] id eſt, per iræ feruorem incitata. nam ut Apuleius in libro de philoſophia inquit. Ira & libido uitiorum doctrices ſunt omnium. *Mouerit.*] Perturbauerit illorum ingenium. Nam omnia uitia quemadmodum & uirtutes morales in iraſcibili & concupiſcibili ſunt , quæ partes ſunt appetitus. *An ne magis ſiculi.*] Senſus eſt. nullus corporis cruciatus ita torquet male agentes, ut conſcientia uitę crudeliter & per

aliorum

aliorum iniurias actæ, atque cum intelligunt ſe ire præcipites in uitia ſine ulla redeundi ſpe. Nam A
etſi ſupra dixerat eos nihil tale ſentire atq; neſcire quid perdunt, non deeſt tamen illis uermis ille ex Euangelio atque remorſus quidam, ut aiunt, conſcientiæ. quod exemplo Phalaridis & Dionyſij ſiue Damoclis ſub Dionyſio oſtendit dicens. *Anne.*] id eſt, nunquid. *Aera iuuenci ſiculi.*] id eſt, iuuencus ille æreus, quem Perillus ſiue Perilaus Athenienſis dedit Phalaridi Agrigentinorum in Sicilia tyranno, in quo ſubiectis flammis incluſi mugitus boum clamantes imitari cogebantur: quod tormenti genus in ſuum auctorem tyrannus primum expertus eſt. *Magis gemuerunt.*] id eſt, magis torti ſunt in illo iuuenco incluſi. quaſi dicat: non tantopere illi torquebantur, quàm mali conſcientia ſua torquentur. *Et enſis pendēs ex laquearibus aureis.*] Pro Auratis.

Magis terruit ceruices ſubter.] Subaudi poſitas, quaſi dicat non magis terruit. hoc ſub Dionyſio tyranno Syracuſanorū factum eſt. Nam cū Damocles aſſentans Dionyſio diceret illum ſui temporis omnium mortalium fortunatiſſimum, uis inquit ille tu quoq; iſto modo fieri fortunatus? Cumque Damocles annuiſſet, hominem in menſa magno cum rerum apparatu collocauit, & enſem ex ſeta equina illius capiti impendere fecit, hortabaturque ut epulis ueſceretur. cætera nota ſunt. *Imus imus præcipites.*] Senſus eſt pendens ex ſuperioribus, non magis gemuerunt æreo iuuenco incluſi ſub Phalaride: nec Damocles ille adulator ita anxius fuit ſub Dionyſio enſe impendente. *Quàm ſi tyrannus dicat ſibi.*] id eſt, intra ſe cogitet dicatque. *Imus imus præcipites.*] id B
eſt, gradu irreuocabili præcipitamur. *Et intus palleat.*] id eſt, intra ſe conſcius torqueatur propter flagitium. *Quod uxor proxima neſciat.*] Quia tyrannus etiam propriæ uxori nō fidit, quod in eodem Dionyſio exploratum eſt.

ECPHRASIS MVRMELLII.

Magne pater deorum uelis punire crudeles tyrannos haud alia ratione, quàm ut uideant uirtutis ſplendorem & maieſtatem, ac intabeſcant, quòd eam reliquerint, quando dira libido infecta feruenti ueneno mutauerit ingenium, quod ſuapte natura fertur ad uirtutem. Anne incluſi in æneo Phalaridis Siciliæ tyranni tauro magis gemuerunt, uel gladius ab auratis laquearibus dependens magis exterruit ceruicem aſſentatoris purpurati, ſubter opiparæ menſæ accumbentis, quàm ſi infelix peccator ad ſeipſum intra ſe loquatur: Imus, imus pręcipites nulla ſalutis ſpe, & palleat intus eorum ſcelerum conſcientia, quæ fidiſſimæ uxori narrare non audeat?

SCHOLIA.

Magne pater.] Deum rogat, ut non alia pœna prauos afficiat, quàm ut uirtutis claritatem uidentes, illaq; ſe ſuo uitio carere cognoſcentes, animi dolore contabeſcant. *Dira libido.*] Impia, C
& dei ira digna cupiditas. *Libido.*] Eſt generale uocabulum omnis cupiditatis, teſte Auguſtino libro De ciuitate Dei decimoquarto. *Feruenti tincta ueneno.*] Metaphora eſt à lana ſumpta, quæ cum natura ſit candida, colorem quo ſemel infecta eſt, non amittit, dicente Quintiliano: Nec lanarum colores, quibus ſimplex ille candor mutatus eſt, elui poſſunt: ita ingeniū quod natura duce nititur ad bona, peruerſis opinionibus & malis moribus adeo deprauatur, ut nihil rectum uelit. *Dira igitur libido.*] id eſt, cupiditas prauis opinionibus corrupta, tincta, hoc eſt infecta, feruenti ueneno, id eſt, frequenti actione, unde mos inoleuit, qui quemadmodum color à lana imbibitus, haud facile dimouetur. Venenum pro colore accipi, teſtis eſt Maro. Alba nec Aſſyrio fucatur lana ueneno. *An ne magis.*] Cruciatus corporis minores eſſe tormentis animi per comparationem oſtendit. Perillus autem Athenienſis æreum taurum tanta arte fabrefecit, ut igne ſubdito, qui eius in aluo includebatur, eiulans mugire putaretur. Hunc cum in Siciliam ad Phalaridem Agrigentinorum tyrannū detuliſſet, tali munere Phalaris ob inſitam opinionem crudelitatis ſuæ turbatus eſt. Itaque ipſum artificem in taurum conijci iuſſit, ut primus artis ſuæ periculum faceret. *Et magis auratis.*] Democles aſſentator Dionyſij Syracuſarum tyranni opes ac potentiam cum extolleret, beatamque eius uitam in tanta opulentia rerum aſſereret, eum ad cœnam Dionyſius inuitauit, gladiumq; ſeta alligatum ſupra eius caput appendi iuſſit: quo ille inter cœ- D
nandum conſpecto, præ nimio imminentis periculi metu regalibus menſis abſtinuit, quod animaduertens Dionyſius, illi tyrannos itidem uiuere, atque inter magnificos apparatus imminentibus periculis cruciari affirmauit. Horatius. Diſtrictus enſis cui ſuper impia Ceruice pendet, non ſiculæ dapes Dulcem elaborabunt ſaporem: Non auium, citharęq; cantus Somnum reducent.

Subter.] Nunc aduerbium eſt, ſic apud Plautum. Hinc atq; hinc, ſuper ſubterq; premor anguſtijs. *Intus palleat.*] Pacatus: Ipſa ſibi carnifex conſcientia eſt. Diuus Ambroſius in Epiſtolis: Sibi ipſum unuſquiſq; animum ſuum ſeuerum ſui iudicem, ultorem ſceleris, & uindicem criminis habet. Idem. Nullus enim maior eſt dolor, quàm is, qui peccati mucrone uulnerat conſcientiam, neq; ullum grauius eſt onus, quàm peccatorum ſarcina, & pondus flagitiorum deprimit animā, curuat uſq; ad terram, ne ſe erigere poſſit. Grauia fili, grauia nimis delictorum pondera.

Sæpe oculos, memini, tingebam paruus oliuo,
Grandia ſi nollem morituri uerba Catonis
Diſcere, ab inſano multum laudanda magiſtro:

ASCENSIVS.

Sæpe oculos, &c.] Fortaſſe non abſurdum eſſet totam fere ſatyram comiti aut adoleſcēti aſſignare, ſed pro-

Quæ pater adductis ſudans audiret amicis.
Iure, etenim id ſummum quid dexter ſenio ferret,
Scire erat in uoto, damnoſa canicula quantum
Raderet, anguſtæ collo non fallier orcæ:
Neu quis callidior buxum torquere flagello.
Haud tibi inexpertum eſt curuos deprẽdere mores
Quæꝗ; docet ſapiens braccatis illita Medis
Porticus, inſomnis quibus indetonſa iuuentus
Inuigilat, ſiliquis & grandi paſta polenta.
Et tibi quæ ſamios diduxit littera ramos
Surgentem dextro monſtrauit limite callem.
Stertis adhuc, laxumꝗ; caput compage ſoluta
Oſcitat heſternum, diſſutis undiꝗ; malis.

A propter grauitatem ſententiarum ſequor eos qui poetam hic loqui ex propria perſona dicunt, quanquam ſtatim ſequetur Stertis adhuc, &c. quod monitoris uidetur eſſe, niſi fingamus poetam ſignificare ſe præſentem fuiſſe dum ille à comite excitaretur, & illic interlocutum poſt comitis illiusꝗ; altercationem. Dicit ergo poeta ferè idẽ quod diuus Paulus primo Corinthiorũ decimotertio. Cum eſſem (inquit) paruulus loquebar ut paruulus, ſapiebam ut paruulus cogitabam ut paruulus. Quando autem factus ſum uir, euacuaui quæ erant paruuli. Quæ uerba & ſimi-
B lia non ideo cito, quaſi putem poetam ea uidiſſe, ſed ut oſtendam ſæpe eadem quæ ſunt in ſanctis literis, apud gentiles legi, nec ab re ad principium huius ſatyræ Nebriſſenſis, deſcripſit tris hominum ſtatus, ſignificans aliud alij ætati permitti. Quia uero cæteri commentarij exponent ſi qua occurrent dubitanda, habeat imperitior hanc familiarem interpretationem noſtram. Ego (inquit poeta aut monitor) memini, id eſt, memor ſum quod paruus, id eſt, cum eſſem paruulus tingebã, id eſt, illinebam ſæpe oculos meos, oliuo, id eſt, medicamento contra debilitatem uiſus, quaſi diceret ſignificans me ſtudere non poſſe propter uiſus imbecillitatem, aut oliuo uiridiori faciente oculos fluere, ſi, id eſt, quia nollem diſcere per declamationem inde factam, grandia, id eſt, multum grauia uerba: Catonis ſcilicet Vticẽſis. morituri, id eſt, certi ſeipſum occidere ne ueniret in manus C. Cæſaris tyrannice rempublicã occupantis. uerba dico Catonis: Laudãda ab inſano, id eſt, quaſi diuino furore rapto, & multum docto magiſtro, hoc eſt rhetore. uel inſano, id eſt, non ſano, non quia iraſcatur, non enim tunc talia uerba laudaret, ſed quia maliuolos modica ſtipe doceret, & etiam ineptos laudaret, uult autem dicere quod dum puer rhetoricam diſceret, & haberet pro themate, an Catoni eſſet potius moriendum propria manu, quàm in Cæſaris poteſtatem ueniendũ, pro cuius parte affirmatiua probanda, conueniebat habere uerba quibus Cato lecto libro Plato-
C nis de immortalitate animæ uſus dicitur. Inſanum etiam dicere potuit quia plagoſi ferè ſunt puerorum magiſtri, & quæ pater ſudans præ timore ne filius titubaret, audiret amicis adductis. Hoc etenim faciebant, ut declamantes in grandiuſculo cœtu acquirerent audaciam in ueris poſtmodum cauſis dicendi. Sudans dico, iure, id eſt, merito præ timore, non præ lætitia, nec in thermis ut Nebriſſenſi uiſum, quia cauſam addit dicens, etenim, quia certe, id erat in uoto, id eſt, in deſiderio meo ſummum, uidelicet ſcire quid ſenio, id eſt, facies teſſeræ à ſenis punctis dicta, dexter id eſt lucroſa, ferret, id eſt, afferret ſup. commodi, & ſcire quantum canicula, id eſt, facies teſſeræ in qua ſecundum quoſdam unum erat punctum, damnoſa, raderet, id eſt, auferret de rebus meis, hoc eſt ſummopere ſtudui ſcire ludum taxillorum, alearum ac teſſerarum, & non fallier, id eſt, non falli, collo, id eſt, ſtrictitudine & lõgitudine colli, orcæ, id eſt, ollæ: anguſtæ, id eſt paruum os habentis, in quod os aut quam orcam pueri proijciunt nuces, & qui plures aut numero pari inijciunt lucrãtur. Hæc mihi potior uiſa expoſitio quàm quæ Plautio de pyrgo. non enim fallebantur mittendo in pyrgum talos aut aleam ſed immittendo, & inijciendo in orcam nuces, quam peritiam plurimi faciunt pueri cum minimi ſit facienda, quanti Alexander magnus fecit, quia modio milij donauit militem callentem ipſum in acus foramen traijcere. Et in uoto, id eſt, deſiderio meo erat, neu, id eſt neue quis ſup. eſſet, callidior, id eſt, peritior & exercitatior, torquere, id eſt impellere, flagello, id eſt
D ſcutica, buxum, id eſt, trochum ex buxo factum. Hæc inquit poeta, aut ſi mauis monitor ego, paruus feci, ſed ſup. haud, id eſt, non inexpertum, immo expertum & exploratum eſt tibi ſic dormitanti, deprendere, id eſt, internoſcere mores curuos, id eſt prauos, ꝗ; pro & ea ſup. quæ porticus ſapiens, id eſt, ſapientum Stoicorum, illita, id eſt depicta, Medis braccatis, id eſt, in qua porticu erant depicti Medi & Parthi qui braccas, id eſt, ueſtes patriæ ſuæ induti erant. quibus, id eſt, inter quos Medos illic depictos, iuuentus, id eſt, multitudo iuuenum, inſomnis, id eſt, uigil & indetõſa, id eſt, præ ſtudio philoſophiæ, cultum corporis negligens, inuigilat, id eſt, excubias agit, paſta, id eſt nutrita ſiliquis, id eſt, tunicis leguminum aut rudi & agreſti cibo, & polenta, id eſt, eo genere pultis, grandi, id eſt, rudi & non delicato. Et litera ſcilicet ypſilon, quæ diduxit, id eſt, in diuerſas partes duxit. ſ. in dextram & in ſiniſtram, ramos ſamios. i. pythagoricos, à Pythagora in Samo nato excogitatos, monſtrauit tibi, callem, id eſt, uiam arduam, ſurgentẽ limite dextro. de qua litera Pythagorica ſic ſcri. Vir. Littera Pythagorę diſcrimine ſecta bicorni, Humanę uitę ſpeciẽ præferre uidetur. Nã uia uirtutis dextrũ petit ardua callẽ, &c. Et tamẽ ſup. tu ſtertis adhuc, & caput tuũ, laxũ. i. diſſolutũ ex nimia ſoporatione, & hoc cõpage ſoluta, oſcitat. i. hiat, heſternũ. i. propter heſternã potationem, & hoc malis. i. maxillis & mãdibulis, diſſutis. i. diſſolutis undiꝗ;. i. ex omni parte. Quaſi dicat poeta, id tibi in iſta ætate adulta, poſt tantam præſertim eruditionem ignoſcendum non eſt.

Ioannes

Sæpe oculos.] Occurrit excuſationi deſidioſi, probans illum per ætatem nõ peccare, quód uir
tutibus non inuigilet, ſed per deſidiam potius & negligentiam, quod dicit ſibi eueniſſe, dum puer
eſſet. Senſus ergo eſt. Ne ſe ad rhetores conferret ſæpe conſueuiſſe oculos oleo linire, ut uitio oculo
rum laborare uideretur. *Tingebam.*] Vngebam. *Grandia ſi nollem.*] .i. ſi rhetoricen diſcere nol
lem, ex cuius præceptione diſcebam declamare. Nam in ſcholis rhetorum talis declamatio propo
nebatur. Catoni longe melius fuiſſe mortem ſibi conſciſcere, quàm in manus Cæſaris peruenire.
Nam cum in Africa duce Scipione partes Pompeianæ à Cæſare ſuperatę deletęq́ eſſent, Cato qui
tunc Vticæ cum parte exercitus ſe continebat accepto cladis nuncio, omnibus rebus diligentiſſi-
me conſtitutis, liberis ſuis L. Cæſari, qui tunc ei pro quęſtore fuerat, cõmendatis, & ſine ſuſpitio-
ne, uultu atq; ſermone, quo ſuperiore tempore uſus fuerat, cum dormitum iſſet, ferrũ intro clam
in cubiculum tulit, atq; ita ſe traiecit. Quem poſtea Vticenſes ſepulchro ſplendide mandauerunt,
unde ſibi poſt mortem Vticẽſis cognomen adinuenit. de hoc multa Plutarchus, Cæſar, ſiue alius
proſeo in Commentarijs, Apianus & Lucanus. *Grandia uerba.*] Quæ erant de nece Catonis uiri
tam grauis & ſeueri. quod autem hoc ad librum Platonis referas, quem ante necem, ut ſcribit Apia
nus, legit, non placet. Quid enim ad puerorum exercitationem ea conſerebant, ſed ad declamatio
nes, quibus ingenia adoleſcentuum exercebantur. *Catonis morituri.*] Quem ſuadebant mori de- B
bere. Hæc enim erat ratio ſuaſionis in declamatione. *Diſcere ab inſano multum laudanda magiſtro.*]
Ordo eſt. Si nollem diſcere uerba grandia morituri Catonis multum laudanda ab inſano magi-
ſtro. *Laudanda.*] Magiſtri enim diſcipulorum declamationes laudabant ut eorum ingenia ex-
citarentur. *Inſano.*] Valde docto: nam in particula modo auctiua eſt. *Quæ pater adductis.*]
Nam patres gaudio affecti amicos domum ducebant, ut filios declamantes audirent. Iuuenalis.
Quantum uis ſtipulare, & protinus accipe quod do, Vt totiens illum pater audiat. *Sudaui.*] Præ
lætitia. *Iure & enim ſummum.*] id præcipuum & potiſſimum erat in uoto & deſiderio meo. *Iure.*]
Quaſi diceret legitima quidem ratione ludos ſectabar puerorum cum puer eſſem, ut nõ ſim accu
ſandus, cum ætati imbecilli obſequerer. *Dexter ſenio.*] Apud antiquos ludus erat talorũ & teſ-
ſerarum. Teſſera quatuor laterum erat. Talus ſex, in quibus puncta erant denominata, alia à dijs
alia ab heroibus, alia à claris hominibus aut à meretricibus, nonnulla uero à quibuſdam nunc in
laudem, nunc in uituperationem accidentibus nomen accipiebant. & ut Pollux ſcribit, Punctum
fuit, quod octo ſignificabat, idq́ Steſichorium dicebatur, quoniam Steſichori ſepulcrum, quod
erat in Himera urbe Siciliæ, octo angulorum fuit. Erat & aliud punctum, quod Euripidium di-
xerunt, quod quadraginta ſignificaret, quoniam uidetur Euripides unus fuiſſe quadraginta
præfectorum poſt triginta tyrannos Athenis eiectos. Teſſeras præterea cubos dici Græce ſcri- C
bunt, & Gellius ex Varronis ſententia, & Macrobius quod Feſtus quoque affirmat. Aſtraga-
los uero, Latine talos uocari. Iulius tamen Pollux diligentiſſimus apud Græcos, oſtendit aſtra-
galum teſſeram eſſe, cum ait duo latera deeſſe in aſtragalo, hoc eſt duo puncta & quinq;, quæ in
hoc ut ſcribit non ſunt ut in cubis. Teſſeram autem talo inferiorem eſſe declarat Martialis. Non
mea magnanimo depugnat teſſera talo. Et alibi. Non ſum talorum numero par teſſera. ut omni-
no aſtragalus teſſera Latine dici debeat, non talus. *Dexter ſenio.*] Propitius & utilis. Nam in
talis ſenio & uenus lucrum afferebant. Canis uero damnum & iacturam. unde Tranquillus in
Auguſto. talis iactatis ut quiſque canem aut ſenionem miſerat in ſingulos talos ſingulos denari-
os conferebat in mediũ. quos tollebat uniuerſos qui Venerem iecerat. Horatius. Quem damno-
ſa Venus, quem præceps alea nudat. C. *Senio.*] ἑξίτης dicitur à Græcis, ab Ariſtotele Cous, libro
ſecundo de Cœlo. ubi male legitur chios. S. *Damnoſa canicula.*] Quæ iacturã afferebat. Proper-
tius. Semper damnoſi ſubſiluere canes. C. *Canicula.*] κύων Græce dicitur, & monadia, quod u-
no notaretur puncto. S. *Raderet.*] Auferret. *Anguſtæ orcæ*] In quam humi defixam pueri nu
ces iaciebant. Orca genus uaſis terrei. *Buxum.*] Hoc eſt turbinem ex buxo, quo ludo pueri exer
centur. Tibullus. Nanq; agor ut per plana citus ſola uerbere turbo, Quem celer aſſueta uerſat ab
arte puer. Virgilius. Ceu quondam torto uolitans ſub uerbere turbo, Quem pueri magno in gy- D
ro uacua atria circum Intenti ludo exercent. Eſt enim turbo in modum pilæ ligneæ, qui ab angu-
ſto incipiens ſurſum uerſus in latitudinem migrat, unde forma turbinata nominatur. Dicitur au
tem & hæc buxus & hoc buxum. Virg. Tympana uos buxusq́ uocant Berecynthia matris Ideæ. &
alibi. Et torno raſile buxum. *Flagello.*] Crebra enim ſcuticæ percuſſione in gyrum uertitur.

Haud tibi inexpertum.] Indignatur in deſidem, dicens illum excuſari non poſſe quãdo iam ea ſit ę-
tate ut cognoſcat quæ mala ſint, & ea omnia quæ à philoſophis diſputentur. *Inexpertum.*] Incog
nitum. *Deprendere.*] Cognoſcere. *Curuos mores.*] Vitia. Perſius alibi: Appoſita intortos extẽdit
regula mores. Econtrario rectos mores dicimus. i. uirtutem. *Quæq́ docet ſapiens porticus.*] .i. phi-
loſophi Stoici, qui à Stoa. i. porticu ſunt appellati. Nam Athenis porticus erat, quæ piſianactia uo
cabatur, referta uaria & multæ ſcientiæ pictura Polygnoti Thaſij, in qua cum diuerſis tẽporibus
iam mille quadringenti triginta ciues interfecti fuiſſent, uoluit Zeno locum illum ſtabilem atq; in
uiolabilem reddere. Quare cœpit in illa docere, ad quem eo audiendum diſcipuli cõfluentes qui
antea zenonij dicebantur, poſtea ab ipſa porticu Stoici ſunt uocati. Hæc Laertius. *Braccatis.*]
Braccas ſcribit Diodorus ueſtes eſſe, quas Galli ad terrorem intonſas & uarij coloris ferunt, eaſ-
dem Græci eodem auctore Anaxiridas uocant. Diodoro adſtipulatur Cornelius Tacitus ita ſcri-

A bens.At Cecinna uelut relicta poſt alpes ſæuitia ac licētia modeſto agmine per Italiam inceſſit. Or
natum ipſius municipia & coloniæ in ſuperbiam trahebāt, quòd uerſicolori ſagulo,braccas,bar
barum tegmen indutus togatos alloqueretur. Braccas item ueſtes eſſe docet Suetonius in Cæſa-
re cum ait, Gallos Cæſar in triumphum ducit,ijdem in curia Galli braccas depoſuerunt, latum
clauum ſumpſerunt. *Illita.*] Picta. nam in ea porticu picta erat pugna Athenienſium quam
commiſerant duce Xerxe cum Perſis dicente Plinio.Pinxit Polygnotus & Athenis porticum,quæ
pœcile uocatur,gratuito,cum pater eius Mycon mercede pingeret.Paneus quoꝗ frater Phidię e-
tiam prælium Athenienſium aduerſus Perſas apud Marathonem factum pinxit. Adeo iam colo-
rum uſus increbuerat,adeo ars perfecta erat,ut in eo prælio iconicos duces pinxiſſe tradatur, A-
thenienſium,Milciadem,Callimachum,Cynegyrum:Barbarorum, Darium,Thyſſaphernem.
Medis.] Medorum talis eſt ſitus. nam habent Parthos & Caſpos ab ortu, à meridie Sittacenem
& Suſianem ac Perſida,ab occaſu Adiabenen,à ſeptentrione Armeniam. Dicti autem Medi à Me-
do filio Medeæ,qui ut ſcribit Diodorus ibi regnauit. *Indetonſa.*] id eſt,non tonſa more ueterũ.
Virgilius.Ora puer prima ſignans intonſa iuuenta. *Siliquis.*] Siliqua ſpecies eſt arboris quæ
ut ſcribit Plinius naſcitur in Syria,Ioniaꝗ & circa Gnidum,atꝗ in Rhodo ſemper comantibus fo
lijs,flore candido,cum uehementia odoris.ea à Ionibus ceraunia uocatur, trunco ferulis, ſed po
B mo ſiliquæ.Ob id quidam Aegyptiam ficum dixerunt errore manifeſto cum in Aegypto auctore
Plinio non naſcatur.Hic uero poeta ſiliquas poſuit pro leguminibus.Hæ enim generaliter ſignifi
cant tegumenta & folliculos leguminum & cæterarum frugum. Vnde Plinius piperis ſiliquas ap-
pellat. Virgilius in geor. Grandior ut fœtus ſiliquis fallacibus eſſet. Et quamuis igni exiguo prope
rata maderent. Hoc autem dicit ex Pythagorę ſententia,qui cum ſentiret animos hominum poſt
mortem migrare in noua corpora uel hominum uel brutorum,à carnibus abſtinendum eſſe ſua-
ſit, ne ſcilicet edendo in animos humanos ſæuirent: ſed hortenſibus tantum ueſcendũ dicebat. un
de Iuuenalis. Vitæ bidentis amans, & culti uillicus horti: Vnde epulum poſſis centum dare pytha
goręis. & inde alibi. Vel quo non fugeret, ſi nunc hæc monſtra uideret Pythagoras,cunctis anima
libus abſtinuit qui Tanquam homine, & uentri induſſit non omne legumen. *Grandi.*] Abundā
ti. *Polenta.*] Pluribus modis fieri polentam docet ſic Plinius. Græci perfuſum aqua hordeũ ſic-
cant nocte una ac poſtero die frigunt. dein de molis frangunt. Sunt qui uehementius toſtum rur-
ſus exigua aqua aſpergant,ſiccentꝙ prius quàm molant. alij uero uirentibus ſpicis decuſſum hor
deum recens purgant, madidumꝙ in pila tundunt,& in corbibus eluunt,ac ſiccatum ſole rurſus
tundunt & purgatum molunt. Quocunꝗ autem genere præparato uicenis ordei libris ternas ſe-
minis lini & coriādri ſelibras,ſaliſꝙ acetabulo torrētes ante omnia miſcent in mola. Qui diutius
C uolunt ſeruare cum polline ac furfuribus ſuis condunt nouis fictilibus. Italia ſine perfuſione to-
ſtum in ſubtilem farinam molit, iiſdem additis et milio. *Et tibi quæ ſamios diduxit littera ramos.*]
Pythagoras per y literam quæ in duas partes dimiditur ſignificauit nobis duas eſſe propoſitas ui
as, quarum dextra ardua & anguſta nos ad uirtutem inuitaret: ſiniſtra uero lata & ampla uitijs
pateret. Nam biuium y literæ ab anguſto incipiens iuuentutis ſpeciem præfert, quo tempore ho-
mines incerti ſunt uitia ne, id eſt, partem ſiniſtram, an uirtutem, id eſt, dextram ſequantur. De qua
litera Virgilius ſic, Littera Pythagoræ diſcrimine ſecta bicorni. Humanę uitæ ſpeciē præferre uide
tur. Nam uia uirtutis dextrum petit ardua callem, Difficilemꝙ aditum primum ſpectantibus of-
fert. Eam literam aliqui Philoſtrati auctoritate nixi Palamedem inueniſſe crediderunt, quod cum
olim in concione Achiui ut Philoſtratus ſcribit, forent, atꝗ ex conſueto grues uolarēt, Vlyſſes Pa
lamedem reſpiciens ait. Grues Achiuis teſtibus inuentionem ſibi literæ uindicant. Cui Palamedes
ego ſane inquit literas non inueni, ſed ab auibus inuentas fateor. Nam is (ut tradit Cornelius Ta-
citus) temporibus Troianis ſexdecim literarum formas inuenit. Ad quod Martialis reſpexit de
gruibus loquens. Turbabis uerſus, nec littera tota uolabit, Vnam perdideris ſi Palamedis a-
uem. & Lucanus. Et turbata perit diſperſis littera pennis. Sed y literam Palamedem à gruibus in
ueniſſe nec Philoſtratus nec Cornelius tradunt. Ego uero à Simonide melico y literam inuen-
D tam credidero: nam ut Plinius ſcribit literas inuenit Simonides, ypſilon, zita, cappa, O mega, id
quod tradit Cornelius, præcipuum Simonidem poſt Palamedem cæteras reperiſſe. *Et tibi quæ
Samios diduxit littera ramos.*] Ordo eſt & litera quæ diduxit ſamios ramos mōſtrauit tibi callem ſur
gentem dextro limite. *Samios.*] id eſt, Pythagoræ, qui auctore Trogo Pompeio Sami Demara
to locuplete negociatore patre natus eſt uir omni doctrinarum genere excellentiſſimus. mortuus
eſt Metaponti, quod oppidum eſt quo tertia Italiæ regio finitur, tāta omnium admiratione, ut ex
domo eius templum facerent, cumꝙ pro deo colerent. obijt autem eo anno, ut ſcribit Euſeb. quo
Volſci Coriolum perdiderunt. *Stertis adhuc.*] Cũ ætate tam grandi ſis, nondum ad uirtutē exci
taris. *Laxumꝙ caput.*] Diſſolutum. *Compage ſoluta.*] Bene deſidioſi hominis mores expreſſit. di
cimus compagem & compaginem à compingendo. *Oſcitat.*] Quod heri bibit & comedit, cum
animi ſecuritate ut negligens concoquit. Oſcitatio enim ex animi ocio & ſecuritate prouenit. oſci
tantes igitur ſecuri & nihil prouidentes. Terentius. Amoto metu inter oſcitantes opprimi.

IOANNES BAPTISTA.

Sæpe oculos memini.] Dum erat in puerili, & tenella ætate collocatus, ſe etiam uirtutes ſpreuiſ-
ſe, & uoluptuaria utilibus ſpretis ſecutum fuiſſe ſcribens, hunc qui per deſidiam uirtutibus nō in-
uigilet,

uigilet, cum ſæpiſſime caſtigatus fuerit, & tantam rerum cognitionem habeat, ut uirtutem à uitijs A
& ſceleribus diſcernere poſſit, uenia non eſſe dignum demonſtrat: ſe uero illam facile impetraturum, cum uitio ætatis, quæ nondum nouit rerum diſcrimina, & ignorantia peccauerit, quæ peccantes (ut dictum eſt) excuſare conſueuit. Puer eſt, ætati donetur, neſcit an peccet inquit Seneca in ſecundo de Ira. Apud Oratores in partibus purgationis eſt imprudentia, per quam is qui arguitur aliquid ſciuiſſe negatur, & ignorantiæ excuſatione defenditur. At qui poteſt cum Medea dicere καὶ μανθάνω μὲν οἷα δρᾶν μέλλω κακὰ, θυμὸς δὲ κρείσσων τῶν ἐμῶν βουλευμάτων, quę uerba ita tranſtulit Ouidius, Video meliora proboque, Deteriora ſequor, dignus uenia minime eſt exiſtimandus. *Tingebam oliuo.*] Vngebam oleo, ut laborare quadam lippitudine, & morbo oculari uiderentur, quo parentes oculis uitam (teſte Plinio) à morte diſtinguentibus timentes à lectione me remouerent. *Grandia ſi nollem.*] id eſt, ſi nollem rhetorices diſciplinę incumbere, & declamationibus operam dare, id eſt, domeſticę eloquentię exercitationi, quam Quintilianus in ſecundo multo utiliſſimam eſſe demonſtrat. uerſatur in materijs fictis, quæ tamen ſimillimæ ſint ueritati. Grādia autem quoniam de Catone graui & ſeuero dicebantur. *Morituri Catonis.*] Plures fuerunt Catones, ſed duo celebrati, Cato cenſorius, & de quo hic intelligit, Cato Vticenſis, quem docti uiuam uirtutum imaginem & exemplar appellant, cuius interitum tanquam conſtantiſſimi hominis miro pręconio extollit Seneca. Auguſtinus uero, & Lactantius cum accuſant tanquā ſui homicidam. & Ioſippus ait non eſſe uiri fortiſſimi ſe occidere ſed ignauiſſimi. Egeſippus libro tertio, B
ingrati eſt inquit & citius diſcedere quàm uelit, & diutius uiuere quàm uoluerit ipſe qui uitam donauerit. hinc apud Iudæos, qui ſe occidebant, inſepultos eos abijci decretum erat. apud alios autem dextrę abſcindebantur eiuſmodi mortuorum, quę in ipſos armatę fuiſſent. apud Platonem in Phędone ait Socrates, non prius decere hominem ſe ipſum interficere, quàm deus aliquam neceſſitatem impoſuerit, qualem nobis inquit impoſuit in pręſentia. Sed his poſthabitis Catonis hiſtoriam pronunciemus. Cato ſecutus partes Pompeianas cum accepiſſet nuncium, iterum in Africa duce Scipione Pompeianos eſſe ſuperatos, omnibus rebus bene cōſtitutis, liberis ſuis L. Cæſari, qui tunc ei proquæſtor fuerat commendatis, & ſine ſuſpicione uultu, atq; ſermone, quo ſuperiore tempore uſus fuerat, cum dormitum iuiſſet ferro, quod ſecum portauerat, ſe traiecit, ne in manus Cæſaris deueniret. unde in ſcholis rhetorum talis declamatio proponebatur. Catoni longe melius fuiſſe mortem ſibi conſciſcere quàm in manus Cæſaris peruenire. dicitur autem Cato quaſi ſapiens, & cautus. catum enim Sabini acutum dicunt. Et cata dicta accipienda ſunt acute dicta, ut auctor eſt Varro. Porphyrio tamen catum exponit pro experto, & docto. & Plinius Catos à ſapientia dictos intelligi uult ſicut corculos. κάτω uerò apud Græcos ſignificat infra, unde Catonium dicimus pro inferno. Laberius. Tollet bona fide uos orcus nudas in Catonium. ad quem in- C
tellectum referendus eſt Cicer. ex Epiſtolis locus mendoſus, tenebricoſusq;, qui duce Philippo illo Beroaldo præceptore noſtro undecunq; doctiſſimo & ad monſtra, quæ in libris linguæ Latinę inueniuntur domanda ueluti altero Hercule, ita emendari & illuſtrari poteſt. in Epiſtola ad Fabium Gallum ſic ſcriptum legitur: Vereorne in Catonem Catoninos mi Galle, tu emenda ſic: Vereor ne in catoniū Cato nos mi Galle. hoc intellectu. Timeo ne nos Cato trudat in catoniū & quaſi præcipitet ad orcum, ſitq; cauſa calamitatis. aſpergitur autem ſal facetoſus ex nominis ſimilitudine, tanquam à Catone ſit Catonium. quæ blatterant commentatores portenta ſunt, & meræ nugæ, hic enim ſolus ſapit Beroaldus, & qui cum eo ſentiunt. *Laudanda.*] A magiſtro tanquam optime ſe geſſerit in declamationibus, quas magiſtri laudabant, ut puerorum ingenia excitarētur. Virtus enim laudata creſcit. hoc faciendum præcipit Quin. *Sudans.*] Ob lætitiam, & gaudium, quod concipit filio ſuo ſtrenue & eleganter declamante. Lætitia enim ſudant homines ubiq; fere, ſed impenſius in axillis ut docet Alexander in Proble. *Inſano magiſtro.*] Valde ſano, docto, prudēti, & in literis apprime erudito. In enim hoc in loco auget. Sanus aūt dicitur qui eſt ſani cōſilij, & mentem habet integram, ut apud Plau. in Amphit. Hæc ſola ſana reſtat mea familiarium. ſic enim nos primi (abſit inuidia uerbo) correximus cum prius ſarcam geſtat ubiq; librorum legeretur, & nunc legatur. cui noſtræ opinioni applaudet quicunq; aurem muſicam habebit, & improculcatā. D
alij inſanum pro concitato, & aſpero poſitum eſſe interpretantur, hoc enim & inſanus ſignificat. Ouid. Inſana quid æquora poſſunt. *Quæ pater adducta.*] Adducebant enim & conuocabant parentes amicos ſuos quando eorū filij aliquid erāt recitaturi, ut nomē & fama illis pararetur, ibātq; ad magiſtros, qui certis diebus diſcipulos declamantes audiebant (ut docet Quintil.) unde dixit Iuue. Occidit miſeros crambe repetita magiſtros, quo uerſu titubat Domitius. Expreſſit enim Iuue. illud Græcum adagium δὶς κράμβη θάνατος quo ſignificatur quod bis poſita crambe mors, cuius meminit Suidas. quid ſit crambe docet Plinius libro xx. *Iure.*] Propter ætatem puerilem, quæ ludicra ſibi uendicat. *Id ſummum.*] Hoc præcipuum, potiſſimum, & principale uotum. *Dexter ſenio.*] Senio punctus eſt in talis ſemper lucroſus, nec obſtat Sueto. in Auguſto, quandoquidem ex ueruſtis exemplaribus illius uerba deprauata eſſe & luxata appareant. nam ſic legēdum eſt. Talis iactatis ut quiſq; canem miſerat in ſingulos talos ſingulos denarios conferebat in mediū, quos tollebat uniuerſos, qui uenerem iecerat, aut ſenionem. cui lectioni ſuffragātur omnes, apud quos ſenionis mentio reperitur, ſemper enim dexter, & felix dicitur. Videtur autem ſenio dici à numero ſenario. exiſtimāt nonnulli ſenionem ſignificare quaternariū, quod ſcilicet qui iecerat duos ſeniones ille quatuor nūmos lucrabatur. Cous iactus idē eſt qui ſenio, & chius idē, q & canis. Alij tamē

A pauci (ut auctor eſt Iulius Pollux) canem pro monade accipiunt. Chiũ uero pro chiliade, qui nu
numerus cani ſit aduerſus. *Ferret.*] Tribueret, apportaret. *Damnoſa canicu.*] Damnum, & di-
ſpendium afferens. Propert. Semper damnoſi ſubſiluerē canes. Ouidius. Damnoſi facito ſtēt ubi
ſæpe canes. De uenere, & cane, qui ſunt in talis, hæc ſcribit digna annotatu Ariſto. in ij. De animali
bus. Quæ ueneres uocantur intus aduerſæ ſibi poſitæ ſunt, quæ canes foris, quæ antenæ ſupra ha-
bentur. ſitus talorum omnium talis eſt. Idem lib. ij. De cœlo & mundo. Myrias inquit Aſtragalos,
coos iacere difficile eſt, ſed unum, aut duo facile. *Raderet.*] Diminueret. *Non falleret.*] Non fal-
li non decipi ab alijs acutioribus & ſolertioribus pueris, quorum peculiaris mos eſt talis decipe-
re, ut dicebat Lyſander. Plutarchus de Lyſandro loquens ἔλεγε τοὺς μὲν παῖδας τοῖς ἀστραγάλοις δεῖν ἐξαπα-
τᾶν, τοὺς δὲ ἄνδρας ὅρκοις, id eſt, dicebat pueros teſſeris fallendos, uiros autem iureiurando, oportere.
Anguſta orcæ.] Orca aleatorium uaſculum, quo coniecti agitatiq; tali emittuntur in tabulam a-
leatoriam ad euitandas aleatorum impoſturas, de qua ait eleganter Pomponius. Iterũ dum con-
templor orcam taxillos perdidi. hanc Græco uocabulo, & Latinis uſitatiſſimo πύργον appellat. Ho
ratius. Mitteret in pyrgum talos. Sidonius. Quo uelut claſſico ad Pyrgum uocabat aleatores. Ab
Epigrãmatario dicitur turricula ex Græcæ dictionis imitatione, in quo ſignificatu, dicãt alij quic
quid uelint, hoc Perſianum accipimus. Poſſumus & per orcam, ludum nucum interpretari, quo
B maxima pueri delectatione capiuntur: nam in terram uaſculum quoddam defigebant, in quod
mediocri diſtantes interuallo pueri nuces iaciebant, unde Ouidius de nuce. Vas quo ſæpe cauum
ſpatio diſtante locatur, In quod miſſa leui nux cadit una manu. *Callidior.*] Aſtutior. & bene di
xit callidior: nam calliditas eſt quædam prudentiæ pars, quæ ita uerſatur in paruis, ut prudẽtia in
magnis. auctor Ariſtoteles. *Torquere buxum.*] Buxus arbor in topiario opere commendabi-
lis: frequens in Cythoro monte Paphlagoniæ, ut Plinius & Solinus ſcribunt, hinc buxiferum eum
Catullus appellauit. Plinius. Buxus Pyreneis ac Cythoro monte plurima. Idem oſtendit Vergi-
lius. Buxi eſt & magna copia in Corſica auctore Diodoro, ex hoc fiebant tibiæ multiforatiles, &
pectines dente multifido ad capillos explicandos. unde cithoriacus pecten dicitur Ouidio, qua-
ſi buxeus illo uerſu. Sæpe cythoriaco deducit pectine crines. ubi cæteri cytheriaco legunt, & pro
uenerio interpretantur, ſed noſtra lectio lepidior eſt, & magis uera. Fiebat & ex buxo quædam ma
china, quam Græci βέμβικα appellant, quo uocabulo utitur Apollinaris, Latini turbinem, quem pue
ri ludentes in orbem agitare conſueuerunt. Tibullus libro primo. Nanq; agor ut per plana citus
ſola uerbere turbo, Quem celer aſſueta uerſat ab arte puer. Plautus in Pſeud. Turbo non æque ci-
tus eſt. Huius turbinis imaginem repręſentat Maro his. Ceu quondam torto uolitans ſub uerbere
turbo, Quem pueri magno in gyro uacua atria circum Intenti ludo exercẽt, ille actus habena Cur
C uatis fertur ſpatijs, ſtupet inſcia turba, Impubeſq; manus mirata uolubile buxum: Dant animos
plagæ. In alia ſignificatione Iulius Pollux. Buxum hoc eſt pyxion tabellam eſſe ait, qua utuntur
grammatici, cuius uocis apud Ariſtophanem fit mentio: & Herodotus deltion appellat, idipſum
Aelianus, & Euſtathius, qui tabellas uocari pyxia hoc eſt buxulos tradit, quoniam ueteres inquit
elementa in buxo deformabant. Buxi autem quanta ſit firmitas, Theophraſtus & Plinius docent.
Haud tibi inexpertum.] Nulla excuſatione dignum demonſtrat deſidem, cum tanti ſit ingenij, ut
rectos à curuis moribus diſtinguere non ignoret, & ea optime teneat, quæ in ſcholis philoſopho-
rum diſputari conſueuerunt. *Inexpertum.*] Incognitum. *Deprehendere.*] Cognoſcere.
Curuos mores.] Malos, & peruerſos, id eſt uitia. adiecit curuos, quoniam mos eſt medium uocabu
lum, unde boni, & mali mores dicuntur. Plautus in Trin. Morbus bonos inuaſit mores, qui dum
ægrotant intermortui mores mali quaſi herba irrigua ſuccreuerunt. *Sapiens porticus.*] Sapien
tes & Stoici philoſophi, qui in porticu habitabant. *Illita.*] Depicta. fuit Athenis porticus no-
minata pœcile ex uarietate picturæ, quæ illic uiſebatur, Græci enim ποικίλον uarium dicunt, & ποικι-
λίαν uarietatem. hinc pyropœcilon uocarunt lapidem punctis ignei coloris uariegatum, & ſidero
pœcilon gemmam, quæ ferro ſimilis, & guttis uariantibus. In hac autem porticu Zeno philoſo-
phus diſcipulos docebat, unde & ſecta Stoica nomen accepit, & philoſophi Stoici nuncupati, qui
D antea Zenonij ab ipſo doctore appellabantur. στοὰ enim Græce dicitur porticus. Suida. στοὰ ἡ ἐν Ἀθή-
ναις διαφέρει διὰ τοῦ ο μικροῦ, στωικοὶ δὲ οἱ ἀπ' αὐτῆς διὰ τοῦ ω μεγάλου· ἔστι [illegible]
[illegible], id eſt, Stoa Athenis per omicron ſcribeba-
tur: Stoici uero qui ab eo nominati ſunt, omega notabantur. Antea uerò Piſianactios appellaba-
tur, ſed cum picta eſſet, ποικίλη dicta fuit. hæc eſt illa porticus Stoicorũ memorabiliſſima, quam Chry
ſippus dictus eſt fulcire, quam pinxit Polignotus gratuito, cum partem eius Mycon mercede pin
geret, unde maior fuit Polignoti auctoritas: Siquidem Amphictyones, quod eſt publicum Græ-
ciæ concilium (ut Cicero & Plinius ſcribunt) hoſpitia ei gratuita ſtatuere. de hac porticu cuius fit
mentio apud Plinium libro xxxv. intelligit Perſius. Illic enim erat depicta pugna marathonia, quę
duce Milciade pugnata eſt aduerſus Xerxen Perſarum & Medorum regem, cuius ſic meminit Ae
milius Probus. Milciadi talis honos tributus eſt in porticu, quæ pœcile uocatur, cũ pugna depin-
geretur marathonia, ut in decem prætorum numero prima eius imago poneretur. Illud ſcitu dig
num, per periclitatos in Marathone Græcos iurare, quo utitur Demoſthenes in oratione περὶ τοῦ στε-
φάνου· οὐ μὰ τοὺς ἐν Μαραθῶνι προκινδυνεύσαντας, quod citat Quintil. in ix. & in duodecimo. apud Lactan-
tium Thebaidos interpretem inueniuntur & hæc uerba ſed corrupta. *Braccatis Medis.*] Medi
populi ſunt in Aſia, à Medo Medeæ filio, ut ſcribit Iuſtinus in quadrageſimo, quorum lingua
impu-

impura eſt & corrupta, unde quotieſcunque quis perperam loquitur in aliqua lingua Græci μηδίζειν dicunt. Media teſte Plinio includit regna Parthorum, cuius regionis metropolis ſunt Ecbatana, & Media regni caput, qua regia Parthi utuntur, ibique æſtatem agunt, ut Strabo & Xenophon tradiderunt. Braccatos autem appellat, quia Braccis utebantur. hinc auctor carminis obſcœni. Medis laxior Indicis ue braccis. quid autem ſint braccæ docet Diodorus in ſeptimo ſcribens Galatas anaxaridas braccas uocare his uerbis ἐσθῆσι δὲ χρῶνται καταπληκτικαῖς· χιτῶσι μὲν βαπτοῖς χρώμασι παντοδαποῖς διηνθισμένοις καὶ ἀναξυρίδας ἃς ἐκεῖνοι βράκας προσαγορεύουσιν, id eſt, ueſtibus autem utuntur mirabilibus, tunicas quidem tingunt coloribus uarijs floridas, & anaxaridas illi braccas appellant. uſi ſunt & alij populi braccis, ut Ouidius, Hyginus, & Mella, cæterique oſtendunt. Hieronymus autem ad Fabiolam de ueſte ſacerdotali, & Ambroſius in primo de Officijs, Braccas appellant fœminalia quibus pudibunda uelantur. Græce περίζωμα uocatur, Hebraice Maſchinaſſe; quamuis Horatius pro ornatu fœmineo acceperit periſcelida illo uerſu. Sæpe periſcelidam raptam ſibi flentis. ubi dicit Porphyrio ornamenta eſſe pedum circa crura. περὶ enim circum τὸ σκέλος crus: ex quo error interpretis inſtrumenti ueteris apparet, qui periſcelidas pro ornamentis brachiorum ſiue manuum interpretatus eſt. *Inſomnis.*] Vigilans. Nam hoſtes diſciplinarum (ut dictum eſt à Platone, & à Plutarcho repetitum) ſunt ſomni, & labores. *Indetonſa.*] More antiquorum Romanorum qui capillos nutriebant, ut innuunt Horatius, Vergilius, Ouidius, & Iuuenalis. Catonem intonſum, intonſam iuuentam, auos intonſos, & capillatum conſulem appellantes. Varro in re Ruſtica. Olim tonſores non fuiſſe ſignificant antiquorum ſtatuæ, quod pleræque habent capillum, & barbam. *Siliquis, & grandi paſta.*] Victum philoſophicum, parcum, & tenuiculum deſcribit, quo utebantur philoſophicis diſciplinis incumbentes, & maxime Stoici, Pythagoricique, ut mentem ad ſublimiora indaganda haberent agiliorem. Copia enim ciborum & potuum, ut refert Seneca, ſubtilitas impeditur, & (ut ait Hieronymus) non eſt eiuſdem hominis uina deguſtare, ac prophetas intelligere. Legamus antiquorum libros Dicearchi, Xenophontis, Ioſephi, Euboli, reliquorumque omnium qui hiſtoriam ſcribunt, & nil aliud reperiemus quàm uilibus cibis, & his mediocriter ueteres illos ob ſtudium uictitaſſe, crapulam quoque atque delitias ueluti contemplationum impedimenta penitus euitaſſe. Ipſe enim deliciæ mentem humi deijciunt, atque eam corporeis nexibus retentam ne in apicem contemplationis eleuetur impediunt. Hinc Socrates temperatiſſimus extitit, & unica refectione ſerotina contentabatur, ſciens paucis minimiſque rebus naturam contentam, nihilque uiro congruentius arbitrans ſobrietate, qua corporis ac mentis proſperitas roboratur. Vnde ſalubriter præcipit Boetius ut pueris literis operam dantibus cibariorum mediocris ſit facultas. Potus autem ſit tenuis eiuſque parcitas. ſiliquis ergo expone leguminibus, & cibo uiliori. Iuuenalis. Sed laudem ſiliquas occultus ganeo. capitur enim ſiliqua pro folliculo leguminis. Vergilius, Siliqua quaſſante legumen. eſt & arbor, quam Iones cerauniam uocant, auctor Plinius in xiij. apud quem in xviij. ſiliquam pro ea herba accipio, quam Theophraſtus dolichon appellat; inter eas quæ arboribus, & ſpinis quoque circumuoluunt ſeſe. Verba Plinij hæc ſunt. Siliqua etiam dira hærendo. ſic enim legendum eſt non autem ferendis, ut habent codices fere omnes.

Grandi pol.] Polenta, qua Perſæ auctore Theophraſto ueſcebantur, cibus fuit antiquitus Græciæ peculiaris, & (ut ait Plinius decimooctauo) uidetur polenta tam ignota Italiæ fuiſſe quàm puls Græciæ. pluribus fit modis, ut idem docet. ἄλφιτα, & ἀλάφα dicitur à Græcis. Turpilium citat Marcellus in Athera. à polenta polentatum crepitum dixit Plautus, Ouidius genere neutro, polenta dixit illo uerſu. Dulce dedit teſta quod coxerat ante polenta. Polentatum uero genus eſt poculi apud Lampridium in Heliogabalo his. Maſticatum, & polentatum, & omnia hæc, quæ nunc luxuria retinet, primus inuenit. *Et tibi quæ.*] ſcilicet non ignoras uitiorum & uirtutis uiam, quas per ſimilitudinem y literæ Pythagoras demonſtrauit. dicunt enim humanæ uitæ curſum y literæ ſimilem, quod unuſquiſque hominum cum primum adoleſcentiæ limen attigerit, & in eum locum uenerit, ubi ſe uia ſcindit in ambas hæreat nutabundus, ac neſciat in quam partem potius inclinetur: ſi ducem nactus fuerit, qui dirigat ad meliora titubantem, hoc eſt ſi aut philoſophiam didicerit, aut eloquentiam, aut aliquid honeſtæ artis, quo euadat ad bonam frugem, quod fieri ſine labore maximo non poteſt, honeſtam ac copioſam uitam diſputant peracturum: ſi uero doctorem frugalitatis non inuenerit, ad ſiniſtram uiam, quæ meliorem ſpeciem mentiatur incedere. i. deſidiæ, luxuriæ, inertiæque ſe tradere, quæ ſuauia quidem uidentur ad tempus uera bona ignoranti, poſt autem amiſſa omni dignitate ac re familiari in omnib. miſerijs uicturum. auctor Lactantius lib. vi. De inſt. De hac litera intellexit Capella in primo his: literam quoque, quam biuium mortalitatis aſſerere prudens Samius exiſtimauit, in locum proximum ſumit. *Diduxit*] Separauit, aperuit, hiulcauit. Plinius in xi. Glandis diductam carnem nunquam coaleſcere ſcribit. Fulgent. in i. Et laborifera boum colla iugales in uaccinam molliciem diduxerant. *Callem.*] Eſt enim diducta & diuiſa bicorni diſcrimine, ut teſtatur & Verg. Eccleſiaſtici ſcriptores duas iſtas uias cœli & inferorum eſſe dixerunt, quod & copioſe refert Hieron. in Epiſt. ad Celant. *Samios ramos*] Pythagoreos. Pythagoras enim Samum patriam habuit, ut docet Apul. lib. iij. Flo. Vnde Samius ab Ouid. Cenſorino, cæteris nuncupatur. eſt autem Samos in Ionia teſte Mella, gratiſſima olim Iunonis pelaſgidos ſedes (ut ſcribit Dionyſius) quam M. Var. & Lactant. ſcribunt prius nominatam eſſe parthentam quod ibi παρθένος. i. uirgo Iuno adoleuerit, ibi educata ſit, ibi etiam Ioui nupſerit. dicta Samos ἀπὸ τῆς παρθενίας τὸ ὄνομα χρονικῶς μεταβαλοῦσα.

id

A id eſt, à uirginitate Samiæ mulieris nominata, auctor Tarreus. Non ualde uino (ut docet Strabo) fortunata eſt, in cæteris uero feraciſſima: unde laudantes non dubitant illud prouerbium accommodare, quod etiam fert gallinæ lac (ut inquit Menander) ibique poſſis lactis gallinacei hauſtum reperire, quod in procemio Naturalis hiſtoriæ Plinius uſurpat. Refert Plutarchus (quod ſcitu dignum eſt) adagium Græcis in hunc ferme modum inoleuiſſe, Samio populo nullus adæque literatus. ob hanc cauſam, quæ in Græcis prouerbijs utiq; reperitur. σάμιος ὁ δῆμος ὡς πολυγράμματος, ἀρχιφάνης ἐν βαβυλωνίοις ἀποσκώπτων τοὺς ἐστιγμένους, οἱ γὰρ σάμιοι καταστιχθέντες ὑπὸ τῶν τυράννων ἀπεστάλησαν ὡς ἀργυρώνητοι ἐν τῇ σαμίων πολιτείᾳ, id eſt, Samius populus literatus eſt, ait Ariſtophanes Babylonijs illudẽs quibus nota erat inuſta. Erant enim Samij à Tyrannis oppreſſi, inquit Ariſtoteles in Samiorum politia. Tradit quoque Plutarchus ab Athenienſibus redactos in ſeruitutem Samios cauterio qualeslibet inuſtos fuiſſe. Indeque literis Samiorum frontes cauteriatæ fuerunt. Increbuit adagium. Populo Samio nullus eſt literatior. de Pythagora Philoſtratus, Laertius, Aulus Gellius, cæteri ſatis multa. *Stertis adhuc.*] Cum ſis tam grandis, & in ætate ſapientiæ & philoſophorum præceptis accommoda collocatus adhuc ſomniculoſus es, & piger circa uirtutem, & bonas artes capeſſendas. *Laxum.*] Diſſolutum apertum, ſoluta, & diuiſa compagine, & capitis coniunctione. Compagines penitus nemo dicit inquit Seruius, quem errare Ouidius, Seneca, Manlius, Plinius, cæteriq;

B ſatis oſtendunt. apertũ autem dixit caput ſomno Perſius propter caluariæ ſuturas, quarum (ut Cornelius Celſus in octauo ſcribit) duæ à ſuperiori capitis parte diſcernunt: tertia ad aures per uerticem tendens occipitium à ſummo capite diducit. Quarta ab eodem uertice per medium caput ad frontem procedit. *Oſcitat heſternum.*] Securus, nihil metuens digerit concoquit uel uaporat quod heſterna luce in uentrem tuburcinabundus immiſerat. Oſcitatio enim languidi animi ſignum eſt & ſegnis & reſoluti, & nihil prouidentis. unde legimus apud Aulum Gellium, quendam notatum à cenſoribus, quòd intempeſtiue oſcitaretur. Epicurus oſcitabatur uoluptarijs rebus indulgens. Cicero in primo De natura Deorum. Vt conferam Epicureum noſtrum oſcitantem. ex quo obiter carmen in priapeis emacula, ubi ſic legitur. Vt credas Epicureos citari. tu fultus auctoritate Ciceronis ſcribe. Vt credas Epicurum oſcitari. *Diſſutis malis.*] Pandiculatis, & diſcapedinatis maxillis. aperitur enim totum os in oſcitatione, quæ cum fit toto corpore, pandiculatio uocitatur.

AELIVS ANTONIVS NEBRISSENSIS

Sæpe oculos.] Id quod in principio ſatyræ diximus puerilibus uitijs ignoſcendum eſt, cum per ætatem non poſſint inter turpe & honeſtum diſtinguere. ſed qui iam ad annos (ut aiunt) diſcretionis peruenit, nulla ratione excuſari poteſt. Dicit itaq;. *Cum eſſem paruus.*] Quæ ætas fugiens la-

C bores ueniam poteſt mereri. *Memini tingebam ſæpe oculos ulino.*] Vt perſuaderem parẽtibus primum, deinde magiſtris, laborare me oculorum lippitudine, ac proinde prohiberent me libros legere, quod lippientibus nocet. nam oleum oculis dolorem excitat. Idq; faciebam *Si nollem diſcere grandia uerba Catonis morituri.*] id eſt declamationem qua potuit uti Cato, cum deliberauit an ſibi mortẽ conſciſcat, ne perueniat in poteſtatẽ Cæſaris uictoris. Nam huiuſmodi argumenta proponebãt rhetores diſcipulis in duas claſſes diuiſis, quarũ altera ſuadebat aliquid fieri, altera diſſuadebat. Verba inquam *Multum laudanda magiſtro.*] id fieri Quintilianus præcipit ut magiſtri diſcipulos collaudent, atque in ſpem ad ſummum perueniendi oratorem erigant. *Inſano.*] Aut magno, ut Vergilius in Bucolicis. Inſanos feriant ſine littora fluctus. aut inſani, id eſt dementis, quippe qui diſcipuli parum docti uerba male compacta laudaret. *Quæ.*] ſcilicet uerba Catonis ingenio meo ad orationem in genere deliberatiuo accommodata. *Pater ſudans.*] Præ nimia lætitia, ut ſupra: ſudes & pectore læuo excurias guttas. aut ſudans dum balneo lauat. Nam huiuſmodi recitationes etiam in balneis fieri conſueuiſſe Iuuenalis teſtatur dicẽs, ut forte rogatus Dum petit aut thermas, aut Phoci balnea dicat Nutricem Anchiſæ, nomen patriamq; nouercæ Anchemoli, &c. *Adductis amicis.*] id eſt, ut intereſſent recitationi conuocatis. *Breuem id.*] ſcilicet diſcere & poſtea coram paternis amicis recitare. *Iure.*] id eſt, maxima quadam ratione.

D *Eſt ſummum.*] Res maxima. *Et erat mihi in uoto.*] Optabile. *Scire quid ſenio dexter.*] Lucroſus. *Ferret.*] Quid lucri in aleæ ludo apportaret. Nam in teſſera ſenio, id eſt ſex puncta, qui uenus quoq; dicitur, lucrum afferebat iacienti, quemadmodum econtrario unio, id eſt, unum punctum qui dicitur canis, afferebat damnum. unde ſubdit. *Damnoſa canicula quantum raderet.*] Quãtum auferret iacienti. *Et non falleer.*] Repete à ſuperioribus ſcire erat in uoto. *Collo orcæ anguſtæ.*] id eſt, uaſis ut ſupra diximus, anguſti colli ſiue oris, in quod nuces ieciſſe uictoria erat. Et erat in uoto ſcire. *Ne quis.*] Subaudi ex æqualibus eſſet. *Callidior.*] Aſtutior & magis aptus.

Torquere buxum.] Trochum ſiue turbinem ex buxo factum. nam metonymia eſt uſus quemadmodum Vergilius vij. Aeneid. Impubesq; manus mirata uolubile buxum. *Flagello.*] Cuius uerbere turbo à pueris uerſari ſolet. Vergilius ibidem. dant animos plagæ. *Haud tibi inexpertum eſt.*] Senſus ex ſuperioribus pendet. Dixerat enim, pueris poſſe ignoſci ſi labores ſtudendi fugerent, atque ediuerſo ludis operam darent, quòd ætas illos excuſare poteſt, ſed tu o adoleſcens qui iam in ea ætate es quæ ad mores maxime pertinet, & qui iam philoſophis operam dare cœpiſti, quam excuſationem potes afferre? dicit igitur. Haud inexpertum eſt tibi: pulchre expertus es & bene noſti. *Deprendere mores curuos.*] Vitioſos & à recta ratione detortos. Idem infra. Appoſita intortos oſtẽdit regula mores: eo nanque diſtat uirtus à uitio, quo rectum ab obliquo, ex Ariſtotele ſecũdo

Ethi-

Ethicorum. *Quæ docet.*] Repete ex ſuperioribus.haud inexpertum eſt tibi deprendere illa præ A
cepta. *Quæ porticus ſapiens docet.*] id eſt, Stoa porticus Athenis ubi Zenonis diſcipuli ſoliti erant
diſputare,& à qua Stoici ſunt cognominati,quemadmodũ Plato in Academia,Carneades in Ly-
cio,Ariſtoteles in Nymphæo. *Illita Medis braccatis.*] ſcilicet porticus depicta & peruncta colori
bus, in qua pictura erat, quo pacto rex Perſarum & Medorum Xerxes cum ingenti exercitu in
Græciã penetrauit, & ad Salamina ſuperatus turpiter aufugit. Braccatos autem appellat Medos;
quoniam braccis,id eſt,ueſtibus quibuſdam breuibus utebantur.neque ſunt omnino femoralia;
ſed ſimiles femoralibus nauticis at paulo longiores, quoniam Herodotus de Perſis inquit:bre-
ues arcus ac breuia ſpicula,longas braccas,gerentes in pugnam eunt. *Quibus.*] Subaudi præ-
ceptis Stoicorum. *Iuuentus indetonſa.*] id eſt,iuuenes intonſi more Græcorum, eorum præſer-
tim qui philoſophiæ dant operam. *Inſomnis inuigilat.*] id eſt,lucubrationes ſuas illis dedicat.Iu
uentus inquam *Paſta ſiliquis.*] id eſt, tenui uictu. nam ſiliquæ leguminum ſunt folliculi. Sunt
etiam quas Hiſpane dicimus garronas. *Et grandi polenta.*] id eſt pultibus. Iuuenalis. Et gran-
des fumabant pultibus ollæ. Plinius libro decimooctauo Naturalis hiſtoriæ. Polenta inquit plu-
ribus fit modis.& ſubdit:uidetur tam puls ignota Græciæ fuiſſe,quàm polenta Italiæ. ex quo uide
tur inter polentam & pultem non nihil diſtare. *Et tibi quæ ſamios.*] Senſus eſt.cum ſis in ea æta-
te in qua ex litera Pythagoræ hoc eſt y pſilo ſiue Græco poſſis eligere dextram uirtutis, cum ſini- B
ſtra pertineat ad uitia, quemadmodum graphice deſcribi poſſit, ex carmine Vergiliano quod de
litera Pythagoræ ſcripſit facile intelliges. Nec illud y ob hoc Pythagoræ dicitur, quod ſit à Pytha-
gora inuẽtum,quemadmodum incognitus Perſij interpres,& auctor etymologiarum dicit, cum
optimis auctoribus ſatis conſtet ſub belli Troiani tempora fuiſſe à Palamede inuentum,ſed quod
Pythagoras uitam humanam illi aſſimilauerit.Ordo eſt. *Et litera.*] id eſt y pſilon. *Quæ didu
xit.*] id eſt diuiſit. *Ramos ſamios.*] id eſt,Pythagoręos, quia Pythagoras ex Samo inſula Ioniæ
fuit. *Monſtrauit tibi callem.*] id eſt,uiam anguſtam,quia arcta eſt uia quæ ducit ad uitam, ut ſal-
uator noſter in Euangelio dicit, ſicut contrà uitiorum uia lata eſt. *Surgentem.*] id eſt, in ſubli-
me tendentem. *Dextro limite.*] Scilicet uirtutis,quia uitiorum in ſiniſtram tendit. *Stertis ad
huc.*] Pendet ex ſuperioribus, ac ſi dicat, cum ſis in ea ætate in qua poſſis dextrum à ſiniſtro, &
curuum à recto diſtinguere. *Stertis adhuc.*] id eſt,profunde dormis & deſidia marceſc *La-
xumque caput.*] id eſt,ſolutum per oſcitationem, in qua os aperitur uſq; ad diſſuturam malarum.
unde *Soluta compage*] id eſt, uertebra malarum. *Malis undique diſſutis.*] id eſt, ab utraq; par-
te laxatis. *Oſcitat heſteraum.*] id eſt,quod heſterna die comedit & bibit,oſcitando mõſtrat.oſci-
tatio autem ocioſis & ſomnolentis maxime contingit. oſcedo autem ſonora quædam & moroſa
eſt oſcitatio.poteſt autem hæc clauſula interrogatiue legi,idq; ardentius concitatiusq; eſt. C

ECPHRASIS MVRMELLII.

Vt memini,cum eram paruulus,corrumpebam ſæpe oculos oleo, quia nollem diſcere decla
mationem grandibus uerbis compoſitam de nece Catonis Vticenſis, & laudandam multum ab
inſano magiſtro,quam pater ſudans audiret,amicis conuocatis. Iure autem id faciebam, etenim
id præcipuum & potiſſimum erat in uoto & deſiderio meo, ſcire quid lucri in ludo talario fau-
ſtus & utilis ſenio adferret.quantum uero damnoſa canicula raderet & auferret, & non falli col-
lo anguſtæ turriculæ, in quam taxilli conijciuntur ab aleatoribus. neue quiſquam eſſet peritior
impellere flagello turbinem.Tu uero peritus es prauos mores à rectis diſcernere,& iam doctus es
ea,quæ ſapiens Stoicorum ſchola,in qua braccati Medi depicti ſunt,docet,quibus præcepus iuue
nes uigiles,& intonſi,& nutriti leguminibus ac grandi polenta dant operam.Et litera, quæ diuiſit
ramos à Pythagora Samio duabus humanæ uitæ uijs applicatos, monſtrauit tibi uirtutis callẽ dè
xtro limite ſurgentem.An ſtertis adhuc,& caput tuum apertum,compage diſſoluta, oſcitando e-
uaporat,quod heri nimium cumediſti & potaſti,malis tuis undiq; quaſi diſſutus & reſolutis.

SCHOLIA.

D
Sæpe oculos.] Se quoq; dum puer erat,utilibus ſalubribusq; contemptis, delectabilia & uolu
ptuoſa quæſiſſe ſcribit.Verum latenter innuit,ſe tunc uenia dignum fuiſſe, ut qui rerum ignora-
tione, uitio puerilis ætatis peccauerit. Sed cum quis iam prouectioris ætatis iam frequenter ſit
admonitus, ad eamque rerum cognitionem peruenerit, ut optime uitium poſſit à uirtute diſcer
nere, cum uenia indignum eſſe ſignificat. *Tangebam.*] Corrũpebam,Britãnicus legit tingebã.i.
ungebam. *Oliuo.*] Oleum oculis infuſum quandam lippitudinẽ repręſentat, quam in filijs dũ
parentes metuunt,eos à lectione auertunt. *Inſano.*] Nimis concitato & agitato ad diſcipuli curã
& inſtitutionem.Sunt qui legendum cenſeant incano.i.ualde cano. *Sudans.*] Vel præ timore,ne
filius male recitet,uel præ lætitia,uel ob laborẽ in amicis conuocandis. *Senio.*] Puncta ſex in ta
lo,uel teſſera. *Canicula.*] Seu canis in talo unicũ punctum continet,eiusq; iactus damnoſus eſt.
Prop.Semper ſubſiluere canes. *Orcæ.*] Orca uas ficariũ teres atq; uniformi ſpecie,dicta à ſimi-
litudine orcæ marinæ beluæ. M.Varro capit orcam pro uaſe uinario. Apud Perſium infra pro
uaſe ſalſamentorum ponitur.Nunc ſignificat uaſculum aleatorium,quo cõiectæ agitatæq; teſſeræ
& tali mittuntur in aleam ad euitandas aleatorũ impoſturas.A Martiale dicitur turricula,ab Ho-
ratio pyrgus. Vt quidam tradunt,orca uas eſt fictile lato aluo,anguſto ore ac fundo,longiori col-

A lo, in quam inter ludentes pueros qui nucem inieciſſet, uictor erat. *Braccatis.*] Bracca ueſtis eſt fluxa, intonſaq; ac uarij coloris, qua utuntur frigidioris plagæ gentes. Ouidius. Pellibus & laxis arcent mala frigora braccis. Hinc braccatus bracca ueſtitus. Pomponius Mela. Braccati ſunt in totum corpus Sarmatæ, & niſi qua uident, etiam ora ueſtiti. *Porticus.*] Stoicorum ſectam ſignificat, qui à porticu nomen ſortiti ſunt. *Inſomnis.*] Tria ponit obiter bonarum artium ſtudioſis maxime neceſſaria, quorum primum eſt uigilantia. Vnde eſt illud in ſatyra quinta. At te nocturnis iuuat impalleſcere chartis. Seneca in epiſtola octaua. Nullus mihi per ocium dies exit, partem noctium ſtudijs uendico, non uaco ſomno, ſed ſuccumbo. & oculos uigilia fatigatos, cadentesq; in opere detineo. Secundum, nimij corporis cultus euitatio. Philoſophiæ enim ſtudioſi curam tondendi capilli, & expoliendæ cutis non habent. Idem in eadem epiſtola. Hanc ergo ſanam & ſalubrem formam uitæ tene, ut corpori tantum indulgeas, quantum bonæ ualetudini ſatis eſt. Durius tractandum eſt, ne animo male pareat. Et epiſtola decimatertia. Honeſtum ei uile eſt, cui corpus nimis charum eſt. Tertium, uictus frugalitas. Nam ut diuus ad Nepotianum refert Hieronymus, pinguis uenter non gignit ſenſum tenuem. Et Seneca Epiſtola decimaquinta. Copia ciborum ſubtilitas impeditur. Horatius in Epiſtolarum libro ſecundo de Vate. Viuit ſiliquis, & pane ſecundo. *Et tibi quæ ſamios.*] Pythagoras per y literam quæ in duas partes diducitur,
B ſignificauit nobis duas eſſe propoſitas uias, quarum dextra ardua & anguſta nos ad uirtutem inuitaret, ſiniſtra uero lata & ampla uitijs pateret. Qua de re carmen extat Vergilij Maronis elegantiſſimum.

Eſt aliquid quo tendis, & in quo dirigis arcum?
An paſſim ſequeris coruos, teſtaq; lutoq;
Securus quo pes ferat, atq; ex tempore uiuis?
Elleborum fruſtra, quum iam cutis ægra tumebit,
Poſcentes uideas, uenienti occurrite morbo,
Ecquid opus Cratero magnos promittere montes?
Diſciteq; o miſeri, & cauſas cognoſcite rerum.
Quid ſumus, & quidnam uicturi gignimur, ordo
Quis datus, aut metæ quàm mollis flexus, & undæ.
Quis modus argento, quid fas optare, quid aſper
Vtile nummus habet, patriæ chariſq; propinquis
Quantum elargiri deceat, quem te deus eſſe
Iuſſit, & humana qua parte locatus es in re
Diſce, neq; inuideas, quod multa fidelia putet
In locuplete penu, defenſis pinguibus Vmbris
Et piper, & pernæ Marſi monumenta clientis
Mænaq; quod prima nondum defecerit orca.

ASCENSIVS.

Eſt aliquid quo tendis.] Monet quod Cicero in primo Officiorũ, ſcilicet conſtituendum eſſe genus uitæ qui & quales eſſe uelimus. Interrogat ergo poeta iuuenẽ an aliquid ſit quo tendat & uitam ſuam dirigat, quaſi diceret, ſi ad aliquem gradum honeſtum peruenire conſtituerit non tam negligenter uiueret. Primus autem uerſus iudicio meo legendus eſt ſic. Eſt aliquid
C quo tendis, & in quod. uel ſic, & eſt quo dirigis arcum. Non enim uidetur conſtare Latinitas legendo, & in quo dirigis arcum, niſi ut Nebriſſen. Murmellius & quidam exponunt, non tam de fine loquatur quàm de medio ad finem: nam ſi de fine loquatur ut Britannicus intelligit, aptius dixerit, & eſt quo aut & in quod, quàm in quo: Sin de medio, ut Horatius in arte. Si uelut merulis intentus decidit auceps In puteum, foueamue. Et in ſecundo Sermonum ubi enarrans duo ſtultitiæ genera dicit de ſecundo, Alterum & huic uarium, & nihilo ſapientius, ignes Per medios fluuioſq; ruentis, &c. ſenſus eſt, eſt aliquid quo, id eſt, per quod & per cuius medium, & in quo tanquam inſtrumento: nam ſolent periti ſagittarij preſertim quos Galli arcubaliſtarios uocant, habere & quo tendant & quo dirigãt arcum, ſubtiliter uidelicet perforatum quiddam, ſuper nucem poſitum. ſequeris coruos. A pueris eſt translatio qui uidentes coruos in loco etiam immundo (illic enim uictum fere quæritant) humi ſtantes intentis oculis in eos currunt per teſtas &
D lutum non deliberãtes de medio. Securus dicitur, ſeorſum à cura, & poteſt quis eſſe ſecurus in maximo periculo, ſicut tutus in ſumma anxietate. Diſciteq; o miſeri. uerba ſunt notatu digniſſima, & à diuo Auguſtino citata. ORDO. O perdite adoleſcens, eſt ne aliquid quo tendis arcum, id eſt, num habes certum medium quo dirigas uitam tuam, & eſt tibi aliquid in quo, id eſt, in cuius medio & directorio, dirigis arcum, id eſt, propoſitum uitæ: An ſequeris more infantium aut canum, coruos, paſſim. i. indifferenter, & teſta. i. per teſtas, hoc eſt fragmenta fictilium uaſorum cum ſordibus eiecta, & luto. i. per lutum. ens ſecurus. i. minime ſollicitus, quo. i. ad quem locum pes ferat te, hoc aũt uerbũ me induxit ut legerẽ & eſt quo, uel & in quod. atq; an ſup. uiuis ex tẽpore. i. in diem. hoc eſt ſecundũ tẽpus præſens nihil curans de futuro. q. d. Si hoc facis, non recte uiuis, quia tu uideas. i. quilibet uidere poſſit; homines ſup. poſcentes fruſtra. i. ſine utilitate aut commodo, Helleborũ. i. herbã illam ac radicem purgatiuã noxiorum humorũ, cum. i. quando cutis ægra. i. hydropiſi tacta, tumebit. i. inflabitur. & ergo occurrite quicunq; eſtis, morbo uenienti. hoc eſt quod dicit Ouid. Principijs obſta, ſero medicina paratur, Quũ mala per longas conualuere moras. Et ita ſancte monet adoleſcentes ut à teneris annis ad uirtutem aſſueſcant. ut enim dicunt uerſiculi plebei. Qui non aſſueſcit uirtuti dum iuueneſcit. A uitijs neſcit diſcedere quando ſeneſcit. Bonũ aũt eſt uiro, ut dicit Hieremias, cum portauerit iugum domini, ab adoleſcentia ſua. Quia quod dicit Horatius

tius in Epiſtolis, Quo ſemel eſt imbuta recens ſeruabit odorem Teſta diu. Addit ergo poeta. Et A
quid opus Cratero. docens melius eſſe effugere morbum quàm paratum habere medicum, & me-
liorem eſſe fugam mali quàm curatiónem. Ordo eſt. Ecquid, id eſt, en in quo opus, id eſt, expedi-
ens eſt, promittere Cratero, id eſt, medico illi peritiſſimo, magnos montes ut Terentius dicit aure-
os, hoc eſt multa polliceri ut præſto ſit ad ſanandum, cum ægritudinẽ effugere poſſimus quaſi di-
ceret, ad nihil prodeſt. Et à conſimili, melius eſſe effugere & euitare morbos animorum, id eſt, ui-
tia, quàm purgare, quamuis & hoc bonum eſt. ut autem commode uitemus uitia, opus eſt ſapien-
tia, quia ut dicit Horatius, Dum uitant ſtulti uitia, in contraria currunt. Et alibi. In uitiũ ducit cul-
pæ fuga, ſi caret arte. Et ideo cohortatur nos auctor noſter ad philoſophiam dicens. O miſeri ſup.
mortales ad multa uitia proni. q. i. &: hoc eſt ſimul diſcite & cognoſcite cauſas rerum, id eſt, philo-
ſophiam naturalem & moralem, naturalem diſcendo quid ſumus, ſed & hoc ad moralem ſpectat.
Quia inter aurea Chilonis præcepta eſt noſſe ſe quenque. qui enim conſiderauerit quàm humi-
lis & abiectus de ſe ſit, non ſuperbierit, & quàm dignus per gratiam, dedignetur peccare. Nihil e-
nim in homine indignius eſt peccato. & diſcite quidnam uicturi. i. uiuendo acturi nos gignimur,
quaſi dicat nõ ad ſocordiam aut ignauiam, aut turpem operationem ſed ad honeſtam, quia finis
cuiuſq; rei eſt optima eius operatio. Et ut Iob dicit homo natus ad laborẽ, quia militia eſt uita ho-
minis ſuper terrã. Sed ut Cicero Officiorũ primo dicit, Nõ nobis ſolũ nati ſumus, ortusq; noſtri B
partem patria uendicat, partem amici. unde hic ſequitur. Quis ordo datus ſup. ſit, quia naturali-
ter quidam ad imperium, quidam ad ſubiectionem naſcuntur. ueruntamen ut in eodem dicit Ci-
cero. Animus hominis bene informatus nulli parere uult niſi docenti, aut utilitatis cauſa imperã-
ti. Et diſcite quàm, id eſt, in quantum mollis eſt flexus, id eſt, inclinatio metæ, id eſt, termini uitæ no-
ſtræ, hoc eſt quàm fragilis eſt uita noſtra, & unde ſup. proueniat. uel ſic. diſcite quàm mollis eſt fle-
xus metæ, id eſt, termini deuitabilis, ut ſit metaphora ſumpta à curuli certamine de quo Horatius
ode prima primi. Sunt quos curriculo puluerem olympicum Collegiſſe iuuat, metaq; feruidis E-
uitata rotis. Quia ergo poſitæ ſunt in hoc curriculo uitæ metæ nobis uitandæ, quia ut in primo ſer-
mone dicit idem Horatius: Eſt modus in rebus ſunt certi deniq; fines, Quos ultra citraque nequit
conſiſtere rectum: & eæ ſunt faciles uitatu ſi operam dederimus, dicit metæ quàm mollis flexus, &
unde ſup. flectendum eſt. Nebriſſenſis legit qua, quæ lectio etiam mihi placet, eo quod additur un-
de, ſed exponam ſic, qua ſcilicet uia aut ratione, flexus metæ, id eſt termini conſtituti ne tranſgre-
diamur ſit mollis, id eſt facilis, & unde ſcilicet ſit flectendum & declinandum, quia ut dicit propbe-
ta à malo. Murmellius uult undæ eſſe nomen, ut ſit quàm mollis flexus metæ & undæ, id eſt, undã-
tis & fluctuantis uitæ: mihi argutius ſentire uidentur qui legunt unde, id eſt, à quo principio, &c.
Quis modus, id eſt, quæ menſura ſit argento, quaſi diceret ſatis eſt minima, quia ut dicit Cicero in C
primo de Officijs. Nihil eſt tam anguſti paruiq; animi quàm amare pecunias. quid fas ſup. ſit optare
quod Iuue. definit dicens. Optandum eſt ut ſit mens ſana in corpore ſano. & quid utile, id eſt, quã
utilitatem habet nummus aſper, id eſt ſignatus. uel cum labore multo uix acquiſibilis & cum an-
xietate multa uix cuſtodibilis. Quantum deceat elargiri, id eſt, impendere, patriæ, id eſt, terræ in
qua nati ſumus, quæ authore Cicerone in ſe omnes omniũ complectitur charitates. q; pro & cha-
ris, id eſt, amicis & propinquis, neceſſarijs, hoc eſt cõſanguineis & affinibus. Et diſce quem, id eſt,
qualem deus iuſſit te eſſe, id eſt, in qua uocatiõe à deo uocatus es: & in qua parte locatus es in re hu-
mana. i. an ad imperandum uel obtemperãdum natus es. Diſce inquam, neq; inuideas, id eſt, mo-
leſtus & moroſus ac ex eo ſuperbus ſis, quod. i. quia multa fidelia. i. uas terreum ſalſamentis plenũ
putet, id eſt, foetet & putreſcit tibi in penu locuplete, id eſt opulento, & obſonijs uarijs referto pena-
rio, & hoc Vmbris, illis populis Italiæ. pinguibus, id eſt, uberem ac opimam terram habẽtibus, in
qua apri plurimi & pingues ſunt, defenſis ſup. per te in iudicio. quamobrem ipſi pro patrocinio
tibi apros urſos atq; alias id genus feras attulerunt tam abundanter, ut marceſcant in penu tuo.
Poſſet forte dici, defenſis ab hoſtibus, ſed minus placet. Et quod ſup. piper & pernæ, id eſt, clunes
ſuum cum parte ſuperiore crurum, ſup. ſint tibi in locuplete penu. appoſitoríe, monumẽta, id eſt,
dona ad memoriam donantis data, clientis, id eſt, tuæ defenſioni ac protectioni commiſſi: Marſi; D
id eſt de gente Marſorum. & quod mena, id eſt, piſcis ille marinus ac conſimilis, nondum defece-
rit, id eſt nondum exhauſtus ſit, in prima orca, id eſt in primo uaſe terreo in quo ſeruatur talis pi-
ſcis ſalſus, id eſt, ne ſis ideo inuidus ac ſuperbus quod penum. i. ut dicunt prouiſionem abundan-
tem habes, quia eiuſmodi bona fortunæ ſunt, non tua.

IOANNES BRITANNICVS.

Eſt aliquid quo tendis.] Per ironiam interrogat an aliquem ſpectet finem quo uita ſua ſit dire-
cta. nam cum in rebus humanis plures ſint fines, is omnium ſecundum philoſophos potiſſimus
habetur, ad quem reliqui tendunt. Quicquid enim faciunt homines ſeu nauigent ſeu ædificent, ſi-
ue alia quæuis gerant, ob id faciunt ut ad ultimum finem perueniant, ad uitam. ſ. beatã. Dicit ergo
poeta. eſt ne tibi finis quiſquã propoſitus. q. d. Ex nulla quidẽ ratione uita tua depẽdet. *In quo di-
rigis arcum.*] . i. mentem tuam. metaphora eſt ſumpta à ſagittarijs. *An paſsim ſequeris coruos.*] Tan-
quam nihil prouidens, & nihil de futuro cogitans. ſumptum à pueris, qui ſine ulla præmeditatio-
ne aues plerunq; ita ſtulte inſequuntur, ut in foueas ferantur præcipites. per quod oſtẽdit eos quo-
rum uita nulla ratione & conſilio regitur in magnas miſerias deuenire. *Securus.*] Quia nihil cõ-
ſideret. Horat. Si ueluti merulis intentus decidit auceps In puteũ foueãq;. *Ex tempore uiuis.*] . i. ut

A ſeſe dant tēpora.nihil omnino penſi habens quid futurū ſit. *Helleborum fruſtra.*] Monet homines
ætate iuuenili ſummo ſtudio bonis artibus & diſciplinis inuigilandum eſſe, cauendumq; ne uitia
in nobis inueteraſcant,quæ ut in corporibus inueterati morbi ægrius depelluntur. Helleborum
herba eſt,quæ ueratrum Latinis uocatur,qua cerebrum & bilis purgantur, & ut diximus homi-
nis inſania emendatur. *Cutis ægra tumebit.*] In hydropiſim incideris, quo morbo cutis inflatur.
Et quid opus Cratero.] Craterus nobilis medicus. de quo Horatius. Non eſt cardiacus,Craterū
dixiſſe putato,Hic æger.Eiuſdem nominis fuit & magni Alexandri dux. *Magnos montes.*] id eſt,
magnos theſauros.hoc de prouerbio tractum eſt.Terētius.Modo non auri montes pollicens.hic
ſenſus eſt. Si in adoleſcentia & in annis florentibus non didiceris, non eſt ut ſperes multa polli-
cendo magiſtris & philoſophis qui diſcentium medici dici poſſunt,erudiri poſſe ſuperueniente ſe-
nectute. *Diſcite miſeri.*] Satyrica eſt exclamatio miſerationis plena, per quam hortatur homi-
nes ad philoſophiam,& cætera bonarum artium ſtudia.relinquantq; alijs opes & diuitias.quan-
do melius nihil ſit quàm ingenij uiribus gloriam quærere. *Cauſas cognoſcite rerum.*] Hoc eſt phi-
loſophiam naturalem, quæ circa rerum cognitionem uerſatur. *Quid ſumus?*] Hoc pertinet ad
philoſophiam moralem,quaſi diceret, nos omnes diſciplinas & ſtudia ſequi debere. Aliqui ita in-
terpretantur,quàm fragiles ſumus.ac ſi dicat.cum uita ipſa qua fruimur breuis ſit,debere nos iu-
B xta illud Salluſtij quàm maxime longam efficere uirtutis ſplendore: quæ cum omnia breui ela-
bantur ipſa clara æternaq; habetur. Virgilius.Breue & irreparabile tempus Omnibus eſt uitę,ſed
famam extendere factis,Hoc uirtutis opus.alius eſt ſenſus & melior.nos reminiſci debere nos na-
tos eſſe homines ratiōis capaces,& à brutis ratione diſcerni quā ſequi nos deceat. Ergo diſcite qd
ſumus,id eſt,ſcitote nobis à natura datam eſſe rationem ex qua uita noſtra pendeat: & ita cum ſu-
perioribus coniungatur,ut intelligamus ideo deſidioſos uirtutis curam non habere,quia eorum
uita ratione non gubernetur. *Aut quid nam uicturi gignimur.*] Vt boneſta & recta ſequamur natì
ſumus. *Ordo quis datus.*] Quo ordine excolenda ſit uita noſtra.qui quidem talis nobis præſcri-
bitur,ut nemini iniuriam faciamus. Vnicuiq; quod ſuum eſt reddamus.De omnibus bene merea-
mur.Hic ordo eſt & regula qua nobis uiuendum eſt. *Aut metæ quàm mollis flexus.*] Quàm cito &
molliter,id eſt,ſine ſtrepitu hæc ætas noſtra decidat,quæ ex floreſcente in ſenectutem quàm mox
declinat.unde Iuue.Obrepit non intellecta ſenectus.& ita monet,quando ut diximus uita noſtra
breuis eam nos quàm maxime uirtute longam efficere debere.Sumpta eſt translatio ab equis qui
circa metas in circo currebant. *Metæ.*] id eſt,finis & termini uitæ. Virgilius.Metaſq; dati perue-
nit ad æui. *Et unde.*] Subauditur incipit,ut ſit ſenſus,ſcire noſtram originē ductā à mortalibus,&
ideo nos eſſe mortales,ut omnino nobis recte uiuendum ſit. *Quis modus argento.*] Ac ſi dicat aua-
C ritiam fugiendam eſſe, & ea tantum quæ ſatis ſint ad uictum comparanda. quæ omnia ex philo-
ſophia morali habentur. *Quid fas optare.*] Quid optādum ſit.ut intelligamus nihil à dijs peti de-
bere niſi ut aiebat Socrates,tribuant bona.unde emergit illud Iuue. Nil ergo optabunt homines?
ſi conſilium uis,Permittes ipſis expendere numinibus, quid Cōueniat nobis, rebuſq; ſit utile no-
ſtris.Hoc ideo dicit poeta quia ſtulti contraria optant,& pauci ſunt qui quid optādum ſit cogno-
ſcant.unde Iuue.Quid enim ratione timemus Aut cupimus?quid tam dextro pede concipis,ut te
Conatus non pœniteat uotiq; peracti? *Quid aſper Vtile nummus habet.*] Pecunia ob id inuenta eſt,
ut non iam in terram defodiatur,ſed ut egentibus ſubueniamus.ad eam igitur utilitatem parari
debet,ut partim nobis,partim alijs prodeſſe poſſimus. *Aſper.*] Propter ſculpturam, quod Pli-
nius oſtendit loquens de poculis,ea erant exciſa in aſperitatem. Virgilius. Cymbiaq; argento per-
fecta atq; aſpera ſignis. *Patriæ chariſq; propinquis.*] Patriæ enim charitati nihil denegandum eſt,
& propinqui eadem ratione adiuuandi. *Quem te deus eſſe.*] Fac,inquit,memineris deum uelle te
bonum eſſe & iuſtū. *Humana qua parte locatus es in re.*] Quaſi diceret,cum in rebus humanis uaria
ſint animalium genera,te hominem eſſe ſcito, cui ſoli rerum adminiſtrandarum ratio cōceſſa eſt:
& ideo non feritatem,ſed humanitatem exercendā eſſe. *Nec inuideas quod multa fidelia putet.*] Hinc
docet auaris diuitias eſſe relinquēdas,& præ uirtute omnia paruifaciēda eſſe. Hoc eſt quod præci-
D pit philoſophia moralis. *Fidelia.*] Genus uaſis in quo optime ſeruantur ſalſamenta. *Penu.*]
Appellatione penus intelligimus auctore Gellio,omnia eſculenta & poculenta in uſum totius an-
ni. Terentius.Cum in cellulam patris omne penum congerebam. Horatius:portet frumenta pe-
nuſq;.hic autem poſuit penum pro reconditorio rerum. *Locuplete.*] Locupletem A.Gellius di-
ci putat quaſi loca pleraq; tenentē. *Vmbris.*] Vmbrorū gens antiquiſſima Italię exiſtimatur,ut
quos Vmbrios à Græcis putent dictos quod inundatione terrarum imbribus ſuperfuiſſent. Ter-
centa eorum oppida Thuſci debellaſſe reperiuntur. *Pinguibus.*] Ob generoſum oleæ liquorem.
Nā auctore Plinio,hoc certamē humanæ uoluptatis tenuere. *Piper.*] Apud Indos,pręcipueq; in
frōte Caucaſi ſolibus oppoſita gignitur.arbor autē quæ piper gignit iuniperis noſtris ſimilis eſt,
piper quod candidū dicitur in precio eſt,idq; cibarijs addebatur.Horatius.Primus & inueni pi-
per album cum ſale nigro. *Perna.*] Eam partem in ſue acceperunt antiqui,quæ cruribus cōiun-
cta eſſet.ita enim ſcribit Cato. Cum pernas emeris ungulas earum præcidito. Plinius tamen pro
cruribus accepit,cum ait.Caſtrantur fœminæ ſuſpenſæ pernis prioribus. *Marſi.*] Populi Apu-
liæ,Abellinates antea appellati. *Clientes.*] Clientes dicuntur qui magnos uiros ſequuntur qua-
ſi colētes.Nam Romulus auctore Feſto cum plebem tutam eſſe uellet, eam inter patres diſtribuit,
ut eorum opibus defenderetur,unde tunc primum & patrocinia & clientelæ inſtituta ſunt.Monu-
menta

menta dicuntur, quæcunq; relinquuntur ad memoriam. Cliētes ergo, ut beneficij accepti memo- A
res eſſe uideantur aliquid donant, quod ſui ſit memoriam conſeruaturū. *Menaſ.*] Piſcis eſt ma
rinus, qui colorem, ut ſcribit Plinius, mutat: nam hyeme candidus, æſtate fit nigrior.

IOANNES BAPTISTA.

Eſt aliquid.] Finis ſecundum philoſophos (cum quibus nunc loquor) duplex eſt, finis quo;
& finis gratia cuius omnia fiunt. Ille enim eſt unus ſicut deus, uel beatitudo, qui appetitur ab om-
nibus ſub una ratione in quantum eſt bonum, quo quis adepto nihil ulterius deſiderare queat. Fi
nis uero quo eſt operatio, qua homines nituntur adipiſci finem gratia cuius, ut ipſi appellant. ta-
lis autem finis non eſt unus, ſicut non eſt una operatio. nam (ut inquit Boetius) omnis mortaliū
cura, quam multiplicium ſtudiorum labor exercet, diuerſo quidem calle procedit, ſed ad unū ta-
men beatitudinis finem nititur peruenire. unde dicit Perſius deſidioſo. Elegiſti ne adhuc homo ni
hili aliquem finem, aliquod genus uitæ, quo ſis uicturus ut ad ultimum finem peruenias? an ua-
gus & fluctuans ſine ratione uiuis, & illud ratum habes, quod ſola animi tui libido perſuaſerit. Cō
ſtituendum enim eſt quidnam eſſe uelimus, & in eo perſeuerandum, ut inquit Seneca. *Dirigis ar
cum.*] Animum, mentem tuam, à ſagittarijs ſumpta translatio, qui ſignum quod Græci σκοπὸν no-
minant, ad quod iacula dirigant, ſibi conſtituunt, quod memorat & Hieronymus libro primo cō
tra Pelagium, & præcipit Seneca. Apud Oratores, quo omnis ductus oratorius tendit ſcopus nū B
cupatur, ut docet Fortunananus. De ſcopo ſagittariorū meminit Vege. in ij. eſt & arcus in cœlo p
quo antiqui dicebant arquus, ut docet Priſcus, hinc apparet ridiculam eſſe Nonij inter arcū & ar-
quum differentiam. *An paſſim ſequeris cor.*] In magnas miſerias, & calamitates deuenire illos o-
ſtendit, qui nihil prouidentes, & nihil de futuro cogitantes uitam ſuam nulla ratione cōſilioq; mo
derantur. Per coruos autem aues uagas, inſtabiles, & erraticas, ſimiles uiros intellige, qui modo
huc, modo illuc nullo habito rationis reſpectu decurrunt, nec quid uelint ſibi proponunt, nec ſi
propoſuerint, perſeuerant, nec tantum mutant, ſed redeunt in diem ad id quod damnauerant, &
in ea, quæ deſeruerant, ac damnauerant, reuoluuntur. Pro malis coruos poni notiſſimum eſt il-
lud, Dat ueniam coruis, uexat cenſura columbas. cum quibus conſuetudinem non eſſe habēdam
docet Pythagoricum inuolucrū, à Plutarcho his uerbis declaratum μὴ γεύεσθαι τῶν μελανούρων, τοῦτ᾽ ἔστι
μὴ συνδιατρίβειν μέλασιν ἀνθρώποις διὰ κακοήθειαν, id eſt, ne guſtetis ea quibus eſt nigra cauda, id eſt, ne uerſe
mini cum hominibus nigris propter malos mores. *Teſta.*] Lapillo, quem Græci modo cera-
mon, modo oſtracon appellant. Vnde oſtraciſmus quod teſtularum exilium interpretamur. Te-
ſtarum ſuffragijs mulctari fuiſſe produntur Themiſt. & Cimon. hoc ſignificans collabefactari te-
ſtula dixit Aemilius Probus, quod eijci urbe per ſigna teſtarum dixit Hiero. in Euſebij Chronicis
de Theſeo. Simile huic genus ab uſu non teſtarum ſed frondium Petaliſmus in Sicilia uocabatur C
auctore Diodo. quod Iul. Pollux etiam φυλλοφορίαν appellat. dicuntur autem hęc allegoricos, & no
tat morem puerorum, qui ſine ulla præmeditatione aues plerunque lapillis & luto ita ſtulte inſe-
quuntur, ut in foueas cadant. Horatius. Si ueluti merulis intentus decidit auceps In puteum, fo-
ueamq;. *Ex tempore uiuis.*] Sapiens debet præteritorum reminiſci, præſentia diſponere, & futura
præuidere, ne illud dicat non putaram. hic uero utpote deſidioſus, piger, & uecors quid eſſet futu
rum nulla cura premebatur, ſed ex tempore uiuebat, id eſt, ut tempora ſe illi offerebant. hi etiam
in diē uiuere dicuntur, quod eſt barbarorū, ut inquit Tul. ij. De orat. & nihil aliud ſignificat quàm
nihil cogitare de craſtino, & (ut inquit Horat.) quid ſit futurum cras noli inquirere, ſicut olim Iu-
dæi dictitabant, Edamus & bibamus, cras enim moriemur. Hiero. Deus uēter eſt, & de die in diem
uiuitur, qua elocutione utitur & Tul. in Phili. *Helleborum fruſtra.*] Admonet poeta bonis artibus
eſſe incumbendum, uitijſq; pullulaſcentibus, & radices iacere & emittere incipientibus eſſe reſiſtē
dum, antequam uetuſtate mentibus noſtris inhæreſcentia uires adeo ualidiores ſumant, ut poſtea
diuelli non poſſint, ſicut morbi in corporibus inueterati, uenenis boniſq; medicaminibus ægre
& difficulter depelluntur. Nam (ut inquit Seneca) facile eſt teneros adhuc animos cōponere, diffi-
culter reciduntur uitia, quæ nobiſcum creuerūt. In quam ſententiam eſt illud ab Ouidio dictum.
Principijs obſta, ſero medicina paratur Dum mala per longas conualuere moras. Cice. in Philip. D
Malum naſcens facile opprimitur, inueteratū fit plerunq; uetuſtius. *Helleborum.*] Cuius potio
apud priſcos principalis habebatur, & ſacra, quæ trahit aluū, & bilem pituitaſq;, medetur melan-
cholicis, inſanientibus, lymphaticis. Item ſi exulcerata ſint præcordia, uel tumeāt, alijſq; prope in
numeris morbis. Clarum eſt Erophili præconio, qui belleborū fortiſſimi ducis fortitudini ęqua-
bat. concitatis enim intus omnibus ipſum in primis exit. duo eius ſunt genera. Nigrū quod pur-
gat per inferna, Candidum quod uomitione cauſas morborū extrahit. Latine dicitur ueratrum,
de quibus plura Gellius, & Plinius libro xxv. ubi tradit helleborum naſci in Oeta mōte, & optimū
in eo eius loco circa pyram. ſic enim legendum eſt; non autem Epirum ut ſentit Domit. ignorans
Plin. hęc ex Theophraſto mutuatum eſſe, & pyram appellatum eſſe locum Oetę. quod ibi mortale
corpus eius dei ſit crematum. ut refert Liuius lib. vi. De bel. Maced. *Aegrâ cu. tum.*] id eſt, cum hy
dropiſis morbo grauiſſimo laborabis, cuius tres ſunt ſpecies (ut prodidit Celſ. lib. iij. De medici-
na) quod ab Auicenna quoq; traditum eſt. nam modo uentre uehementer intento creber intus ex
motu ſpiritus ſonus. Modo corpus inæquale eſt tumoribus aliter aliterq; per totū id orientibus.
Modo intus in unum aqua contrahitur, & moto corpore ita mouetur, ut impetus eius conſpici
poſſit. Primum tympanitem, ſecundum leucophlegmaticon uel hypoſarca, tertium aſciten Græ-

A ci uocant. Communis omnium eſt humoris nimia abundantia. facilius in ſeruis quàm in liberis tollitur, quia cum deſideret famem, ſitim, milic talia tædia, longamq; patientiam, prōptius ijs ſuccurritur, qui facile cogūtur, quàm quibus inutilis libertas eſt. Sed ne ij quidem, qui ſub alio ſunt, ſi ex toto temperare non poſſunt ad ſalutem perducuntur. Ideoq; non ignobilis medicus Chryſippi diſcipulus apud Antigonum regem amicum quendam eius notæ intemperantiæ mediocriter eo morbo implicitum negauit poſſe ſanari. Cumq; hoc alter medicus Epirotes Philippus ſe ſanaturum polliceretur, reſpondit illum ad morbum ægri reſpicere, ſe ad animum. *Et quid opus Cratero.*] Senſus eſt. Quando morbi erunt inueterati, quid opus erit tunc medico maxima præmia polliceri, ut in priſtinam ualetudinem te reſtituat, quaſi diceret, nil proderit. nam inueterata (ut inquit Seneca) difficilius curantur. hinc ſalubriter & uere dixit Phocilides. ἀρχόμενον τὸ κακὸν κόπτειν, ἕλκος τ' ἀκέσασθαι, id eſt, incipiens malum abſcinde, ulcusq; ſana. & Ouidius: Principijs obſta, ſero medicina paratur, Cum mala per longas conualuere moras. *Cratero.*] Nomen medici, qui Auguſto imperij Romani habenas gubernante floruit. de quo ſic Horatius. Non eſt cardiacus, Craterum dixiſſe putato. fuit & alius Craterus Macedo, cuius meminit Plutarchus in Apopht. & pluribus uerbis Suidas. *Magnos montes.*] Prouerbialis locutio, qua uſus eſt Salluſtius in Cat. his. Cui cum minus gratus eſſet, quia inopia minus largiri poterat, repente glorians ex coniuratione ma-
B ria, monteſq; polliceri cœpit. Terentius. Pellexit modo non auri montes pollicens. Quod ægroti magna medicis promittant docet Hieron. in Epiſtola ad Cteſiphontem urbicum, quæ inſcribitur de obedientia. nil autem aliud curat Perſius, quàm ut admoneat per quandam decoram ſimilitudinem ſenectutem non eſſe expectandam illis, qui diſciplinis & bonis artibus uoluerint incūbere, ſed dum iuuenes ſunt diſcendum, quod tempus idoneum eſt laboribus, idoneum agitandis per ſtudia ingenijs, & exercendis per opera corporibus: quod ſupereſt ſegnius, & languidius eſt, & propius ad finem, Auctor Seneca. *Diſcite, & o miſeri.*] Videns poeta omnia eſſe præter uirtutem momentanea, quæ clara æternaq; habetur (ut inquit Salluſtius) relictis diuitijs, quarum gloria fluxa & fragilis, homines, in ſatyricam exclamationem prorumpens, ad philoſophiam naturalem, & moralem, quam uitæ ducem, uirtutis indagatricem, expultricemq; uitiorum nuncupauit M. Tullius, cæteraſq; bonas artes excolendas hortatur, quoniam rectius, & magis glorioſum eſt ingenij, quàm diuitiarum opibus gloriā quærere. quod ſentiens Alexander ille magnus Macedoniæ rex dicere ſolebat. Malle ſe diſciplinis antecellere q̃ opulentijs. *Cauſas rerum.*] Quas qui potuit cognoſcere felix exiſtimatur. Intelligit autem philoſophiam φυσικὴν. i. naturalē. *Quid ſumus.*] id eſt, quod ſumus rationis capaces, & quod (ut Senecæ uerbis utar) dociles natura nos edidit, & rationem dedit imperfectā, ſed quæ perfici poſſit, & quod habemus magnæ cæleſtia ſemina mētis
C munere deûm. Vel quid ſumus. i. quàm breuis ætatis, quàm fragilis uitę, ac ſi uellet dicere cū curat mortalibus æuum, nec naſci bis poſſe detur, fugiat hora, uirtute nos debere, famā & immortalitatē cōparare. Verg. Breue & irreparabile tēpus Omnibus eſt uitæ, ſed famam extendere factis, Hoc uirtutis opus. *Aut quid uicturi gignimur.*] Naſcuntur homines, ut deum agnoſcant, ac colāt, ut inquit Lactantius. Qui etiā tradit hominē religionis ac iuſtitiæ cauſa eſſe figuratum, cuius ſcitè teſtis eſt M. Tullius in libris de legib. Auguſtinus. Creauit uel fecit deus, inquit, rationalē creaturā, ut ſummum bonum intelligeret, intelligendo amaret, amando poſſideret, poſſidendo uteretur. Anaxagoras uero dicebat ſe ſolis, & lunæ, ac cæli uidendi cauſa natum eſſe. *Quis ordo.*] Ordo uiuendi nobis præſcribitur ab Imperat. in inſti. Tit. de iuſt. & iu. his uerbis. Iuris præcepta ſunt hæc, honeſte uiuere, neminē lædere, unicuiq; quod ſuū eſt reddere. *Aut quàm mollis flexus*] Is demū, inquit Plinius, profecto uitam æqua lance penſitabit, qui ſemper fragilitatis humanæ memor fuerit. Vnde hortatur Perſius, ut diſcamus quàm citato, molli, & feſtino curſu ætas noſtra iuuenilis uergat ad occaſum, cuius typus & imago eſt flos, qui mane uireſcens ante ueſperam areſcit, qui cum ſit ſpecioſiſſimus citiſſime intermoritur magna (ut inquit Plin.) hominum admonitione, quæ ſpectantiſſime floreāt celerrime marceſcere. hinc propheta exclamat, Omnis caro fœnū, & omnis gloria eius quaſi flos fœni, cui ſubſcribere uidetur illud Homericum οἵη περ φύλλων γενεὴ, τοίη δὲ καὶ ἀνδρῶν,
D id eſt, mortalium uitam ut folia cadere. hinc Seneca. Nemo noſtrum, inquit, eſt in ſenectute, quã fuit iuuenis. nemo eſt mane, qui fuit pridie. corpora noſtra rapiuntur fluminum more. Idem aſſerit & Pythagoras. quotidie enim demitur aliqua pars uitæ, & dum creſcit, uita decreſcit, quotidie homo moritur, unde Seneca. Nemo tam diuos habuit fauentes, craſtinum ut poſſit ſibi polliceri. Euripides οὐκ ἔστι θνητῶν ὅστις ἐξεπίσταται, τὴν αὔριον μέλλουσαν εἰ βιώσεται, id eſt, non eſt mortalis, qui ſciat die craſtino ſe uicturum. hinc merito Theophraſtus moriens accuſaſſe naturam dicitur, quod ceruis, & cornicibus uitam diuturnam quorum id nihil intereſſet, hominibus uero quorum maxime interfuiſſet tam exiguam uitam dediſſet, quorum ſi ætas potuiſſet eſſe longinquior futurum fuiſſe, ut omnibus perfectis ætatibus omnium doctrinarum hominum uita erudiretur. Tranſlatio autem eſt ab equis ſumpta, in circo circa metas currentibus. *Metæ.*] Termini, & finis uitæ noſtræ. Meta eſt terminus ad quem curritur, & cum illic peruentū ſit, neceſſe eſt ut circa ipſam flectatur. hinc Statius. Flectere ſi poſſit circum compendia metæ. ponitur tamen pro omni termino, & eſt ſic dicta, uel quia ſit poſita in dimenſo ſpatio, uel quod illum metiantur quadrigæ. *Vnde.*] Scilicet incipit genus, & origo noſtra, quod ſcilicet ſumus ex limo terræ figurati, unde homo nuncupatus eſt, quod ſit factus ex humo, ut ſcribit Lactantius. uel quod deus rerum omnium machinator nos fecerit, quod Cicero quamuis expers cæleſtium literarum, uidit tamen, ut ex lib. *I. De le*

gibus

bus collegimus. Sibylla. ἐν μόνος ἐστὶ θεὸς κτίστης ἀκράτητος ὑπάρχων· αὐτὸς δ' ἐστήριξε τύπον μορφῆς μερόπων, αὐτὸς ἔμιξε φύσιν πάντων γενέτης βιότοιο, id eſt, qui ſolus eſt deus creator inuictus, liber, ipſe autem ſtatuit figuram formæ hominum, ipſe miſcuit naturam omnium in generatione uitæ. *Quis modus argento.*] Quam menſuram adhibere debeamus circa diuitias parandas, id eſt, omnino fugiendam eſſe auaritiam, quæ ſordidiſſimum & pernicioſum uitium eſt, ut quæ crudelitatem, deos negligere, omnia uænalia habere docuerit, ut ſcribit Salluſtius. In auaritiam facit illud adagium φιλοχρηματία Σπάρταν ὀλεῖ, ἄλλο δὲ οὐδέν, hoc eſt, auaritia Spartam expugnarit, & nil præterea. quod in hos dicitur, qui per omnia luctari cupiunt. hoc acceperunt Lacedæmonij ab oraculo, quo reſpondit deus fore ut perderentur, cum argentum amabunt. Auctor Ariſt. in Politia Lacedæm. *Quid fas optare.*] Quid ſit optandum docet Iuue. & Socra. ut eſt apud Valerium, & nos ſupra. *Aſper nummus.*] Aſper eleganter dici uidetur ab eo, quod in aſperitatem cuſus, ſignatusque ſit. Suet. Exegitque ingenti faſtidio, & acerbitate nummum aſperum, argentum puſtulatum. νόμισμα Græci dicunt nummum ἀπὸ τοῦ νόμου quod eſt lex, quia cum permutatione uti homines ſolerent, lege nummi uſus introductus eſt. *Quid utile ha.*] Ariſt. lib. x. Ethi. Denarius eſt omnibus rebus melior, quia eſt fideiuſſor nobis in omni neceſſitate pro quauis re, qua indigemus. animam pecuniam appellat Plautus, quia eſt rerum omnium anima, & negociorum agendorum neruus. Quiſquis habet nummos (inquit Petronius) ſecura nauiget aura, Fortunamque ſuo temperet arbitrio. Multa loquor. quiduis nummis præſentibus opta, Eueniet, clauſum continet area Iouem. B *Et humana qua parte lo. es in re.*] Cognoſce te eſſe non animal brutum, ſed hominem, cui crudelitatem exercere nequaquam conceſſum eſt, ſed clementiam, humanitatem, iuſtitiam, de qua dixit philoſophus οὔθ' ἕσπερος οὔθ' ἑῷος οὕτω θαυμαστός, id eſt, neque heſperus, neque lucifer perinde atque iuſtitia admirabilis eſt. Vel diſce quas facultates tibi conceſſerint numina, & in quo gradu, & conditione te locauerint, quam non debeas operibus tuis præterire. *Quantum elargiri deceat.*] Quanta liberalitate, & munificentia patriam, & cognatos proſequi debeas. patriæ enim nihil denegandum, periclitantibus cognatis ſubuenire, & ſubſidium afferre debemus liberalitatem exercendo, quod Euangelica præcipit oratio, quæ ait. Facite uobis amicos de mammona iniquitatis, id eſt de pecunia, uel de diuitijs quæ de iniquitate proueniunt. Diues enim (ut inquit Hiero.) aut iniquus, aut iniqui hæres. *Neque inuideas.*] Nec inuidia afficiaris, quod aliquem te uideas locupletiorem multa in penario recondita habentem, quæ ſit clientum ſuorum liberalitate, ac munificentia conſecutus. Viue ſine inuidia, inquit Ouidius, quo præcepto nil melius, nil magis ſalubre: quandoquidem nullum inuidia pernicioſius crimen humanis ſit ingenitum mentibus: quod licet inuidioſo nullam afferat moleſtiam, præcipuum tamen & inteſtinum eſt inuidi malum, ut latiſſime ſcribit Baſilius in oratione de inuidia, ubi eam diffiniens inquit. Inuidia eſt dolor ex proximi commodo proueniens, quæ ſicut rubigo ferrum, ita animum hominis ubi inſita eſt, conſumit. Cui ſuffragatur illud Horat. Inuidus alterius macreſcit rebus opimis, & (ut inquit Alexander magnus) inuidi ſunt ſua ipſorum tormenta. Ouid. Intabeſcitque uidendo Succeſſus hominum, carpitque, & carpitur una. Scite dixit Agis Lacedæmonius, inuidos duplici dolore torqueri. nam dolent, inquit, & ex ſuis malis, & ex alienis bonis. Sed plura Plut. *Fidelia.*] Vas Samium ad uſus plurimos. Auctor Marcellus. Plautus: Mulſi congialem tibi faciam fideliam. *Putet.*] Situm, graueolentiam, & fœtutini odoris aſpernabilem redolet putorem ex diurina conſeruatione. *In locuplete penu.*] In copioſo, diuiti, & abundantiſſimo penario. Penus proprie dicitur quicquid uictus gratia, ſiue eſculentum ſit, ſiue poculentum, conditur, ac ſeruatur ut ſcribunt Scæuola, Sabinus, M. Tul. Vlpi. Donat. & A. Gellius, qui lib. iiij. etiam tradit Seruium Sulpi. in reprehenſis Sceuolæ capitibus ſcripſiſſe Sacco Helio placuiſſe non quæ eſui tantum & potui forent: ſed tus quoque & cereos in penu eſſe, quod eſſet ferme eius cauſa comparatum. Feſtus ſcribit penora dici res neceſſarias ad uictum quotidianum, unde autem penoris nomen deducatur docet Phauorinus apud Gellium. qui geſtant penus dicuntur penatores M. Catoni. cæterum Perſio hic pro penario, id eſt, rerum conditorio ponitur. *Defenſis pinguibus Vmbris*] id eſt, diuitibus, & opulentiſſimis Vmbriæ populis. uel pinguibus ob generoſum oleæ liquorem. nam (ut ſcribit Plinius) hoc certamen humanæ uoluptatis tenuere. Vmbriam in vi. Italiæ regione collocat Plinius, cuius gens omnium populorum Italiæ antiquiſſima exiſtimatur, ut quos Vmbros à Græcis putent dictos ἀπὸ τοῦ ὄμβρου, id eſt, ab hymbre, quòd inundatione terrarum hymbribus ſuperfuiſſent. D *Perna.*] Perna, quæ à pede nomen mutuatur, uel à Græco πτέρνα, dicuntur tam priores quàm poſteriores coxæ porcinæ ſalitæ cum toto pede, quem antiqui pernam dicebant. Plinius. Caſtrantur ſues poſt bidui inediam ſuſpenſæ pernis prioribus. hinc pernæ è concharum genere piſces, quod ſtant ueluti ſuillo crure longo defixi. Horatius. Quicquam præter holus fumoſo cum pede pernæ. ubi epitheton adiunxit iuxta ſalſuram M. Catonis, qui in libris Rerum ruſticarum, pernas ſalitas in fumo biduum ſuſpendere præcipit. *Monumenta Marſi clientis.*] Quæ omnia Marſi clientes patrono ſuo condonarunt, ut ex eius memoria non deciderent, nec beneficiorum immemores eſſe uiderentur. Mos fuit apud ueteres, ut quilibet populus ac natio Romæ ſuum patronum haberent, Ita Syracuſanos in clientela Marcellorum fuiſſe legimus. Ita Lacedæmonios in clientela Claudiorum. Ita Bononienſes in clientela familiæ Antoniorum. Allobrogas in clientela Fabij Sangæ. Antonius inuectus in Sidicinos, uexauit Puteolanos quod C. Caſſium, quod Brutos patronos adoptaſſent, inquit Tullius in Philip. Quis fuerit Marſorum patronus nondum legimus, ſed aliquem habuiſſe credendum eſt. Marſi autem populi fuere in Italia Albæ finitimi prope Fucinum lacum, ut docet Strabo, dicti (ut uoluit Silius) à Marſia Phrygio, uel Circes filio Marſo, ut ſcribit Pli

A nius:cui aſtipulatur Solinus in Collectaneis.Hos quorum meminit Galenus in xi. ſimplicium in
genitum aduerſus ſerpentes remediũ habuiſſe tam Plinius in Naturali hiſtoria,quàm Aulus Gel-
lius in Noctibus Atticis illis luculenus,& diuus Auguſt.ſcripſerunt. *Mænæ*] Piſcis ſalgamarius,
qui mutat colorem,cãdidus hyeme,æſtate fit nigrior.auctor Plinius.huius meminit Plaut.in Pœ-
nu.Ariſto.in viij. animal.Mart.Et caudam cibij breuesq; mænas.M.Tul.De finibus.Qui enim uo
luptates contemnunt,eis licet dicere ſe acipenſerem mænę anteponere.fuit & dea apud Rom. quę
menſtruis floribus præeſſe putabatur Męna nuncupata.Alia Mena eſt ciuitas, cuius meminit Tul
lius in Ver.& ſi Ciceroniani codices perperam Numam retineant. *Orca prima.*] Orca genus eſt
marinæ belluę maximum(ut Feſtus ſiue Seſtus ait)ad cuius ſimilitudinem uas ficarium teres atq;
uniformi ſpecie dicitur.Probus non uniformi,ſed amphorę ſpecie,ut in alterutro ſit error. Plini-
us lib.xv.ubi copia ficorum abundat implẽtur orcæ.In quo ſignificatu eſt & apud Columellã,hic
uero capitur pro uaſe ſalſamentario.Apud Varronem pro uaſe uinario.Flauius Vopiſcus in Au-
rel.de Phagone.bibebat, inquit, infundibulo appoſito plus orca.Orcus uero (ut te hoc ueluti ſu-
perpondio onuſtiorem reddam) dicitur Pluto.hinc pro lecto funebri dixit ſpondam Orcinianã
Epigram.non autem ab ἕρκος quod eſt ſeptum,ut ſentit Domitius,& Seruius.Orcinus libertus di
citur à iureconſulto Tit.de Comiſ.libert.& libro ſecundo Inſt.qui ſit ipſius teſtatoris mortui, & in
B orci familiam aſcripti.Aliter ſentit Accurſius.ſed male,ut opinor.

AELIVS ANTONIVS NEBRISSENSIS

Eſt aliquid quo tendis.] Cum primum pueri ad annos diſcretionis boni ac mali peruenerint,de
bent genus uitæ ſibi proponere,atq; ad id conſequẽdum omnes actiones accommodare, ideo di
cit. *Eſt aliquid quo tendis.*] .i.Habes ne certum aliquem uiuendi finem propoſitum . uel illud po-
tius reſpicit,quod omnium actuum humanorum aliquis eſt finis ſupremus , in quo felicitas ho-
minis conſiſtit,cuius cognitio neceſſaria eſt ut ad illum peruenire poſſimus. *Et in quo dirigis ar-
cum.*] .i.Quod tanquam ſignum more ſagittariorum habes.Ariſtoteles i.Ethic.Si agibilium finis
quiſpiam eſt,quem propter ſcipſum uelimus,& alia propter illum,huius nimirum cognitio ad ui-
tam noſtram multum confert,ac ueluti ſagittarij ſignum habentes facilius quod oportet aſſeque-
mur. *An paſſim ſequeris coruos.*] .i.Sine electione & ſine ullo propoſito coruos more puerorũ in-
ſequeris. *Teſta & luto.*] .i.Lapidibus & glebis. *Securus quo pes ferat.*] .i. Non curans an in pute-
um aliquem foueam ue incidas.Horatius in Poetria.Sic ueluti merulis intentus decidit auceps.
Atque ex tempore uiuis.] id eſt,nihil prouidens , ſed ex eo quod ſe tibi offert. *Helleborum fruſtra.*]
Diximus ſæpe hunc in quem ſatyra ſcribitur,eſſe in ea ętate qua gignuntur habitus uirtutis aut ui
tij:nunc dicit quod ſi ſemel in uitijs inſenuerit,non facile poterit ad uirtutis uiam redire . idq; per
C ſimilitudinem eorum qui ex incontinentia cibi,potus, aut coitus in morbum inciderunt , oſten-
dit dicens. *Cum iam cutis ægra tumebit.*] id eſt,cum quiſpiam ueterno aut hydrope laborauerit.
Videas poſcentem belleborum.] Quo purgatur humor ille redundans . quanquam peculiariter ea
herba bilis atra purgatur. *Sed fruſtra.*] Quia concepto atque radices agente morbo non eſſet
efficax. *Occurrite morbo uenienti.*] id eſt,uos qui ægrotare timetis, utimini quibuſdam antido-
tis. *Et quid opus Cratero promittere.*] id eſt,concepto morbo quid prodeſt polliceri medico . fuit
autem Craterus Auguſti Cęſaris tempore nobilis medicus.Horatius ſecundo Sermone. Non eſt
cardiacus,Craterum dixiſſe putato. *Magnos montes*] Scilicet auri.Et Terentius in Phormione,
Senem,inquit,per epiſtolam pellexit modo non montes auri pollicens. *Diſcite et o miſeri.*] Oc
caſione eorum quę dicta ſunt hortatur mortales ad uirtutis ſtudium,& quod fortunę bonis utan
tur quaſi inſtrumento quodam non quaſi fine rerum humanarum. *O miſeri.*] Qui hoc quod di
cturus ſum non intelligentes miſeri eſtis,id eſt,non felices. *Diſcite*] Quod ignoratis. *Et cogno-
ſcite cauſas rerum.*] Quia ſi quemadmodum Vergilius.ij.Geor.ait.Felix qui potuit cauſas cognoſce
re rerum.ergo miſer eſt qui non potuit.nam miſeria felicitati opponitur. *Quid ſumus.*] Quia ſu-
mus animalia rationalia mortalia,quo differimus à reliquis animantibus. *Quidnam uicturi gigni-
mur.*] Quia genin ſumus ut ſecundum uirtutem optimam uiuamus , quod eſt officiũ & operatio
D propria hominis inquantum homo , ut Ariſtoteles primo Ethicorum libro pulcherrime dedu-
cit. *Ordo quis datus.*] Ordo autem eſt,ut præferamus animi bona bonis fortunæ atq; naturæ, ut
paciſcamur uitam pro laude,& commutemus honorem uirtute. *Aut metæ qua mollis flexus et un-
de.*] Ex curuli certamine ſumptum eſt,in quo curſus equorũ incipitur à ſpectatoribus, deinde cir
cuitur meta,in quo totus labor & ars conſiſtit: quod in uita nobis faciendum eſt ut incipiamus à
medijs,tendamusq; in finem.uel potius ad illud Horatij.iij. Carminum referẽdum eſt,hinc omne
principiũ,huc refer exitum,hinc, id eſt,à deo,& huc,id eſt,in deum. Ordo eſt. *Qua.*] Subaudi
parte. *Flexus metæ eſt mollis.*] .i.Facilis. *Et unde.*] .ſ.eſt incipiendum,aut redeũdum. *Quis mo-
dus*] .i.Finis eſt argento, quia finis illius eſt uſus,neq; debet augeri in infinitũ . Creſcit enim amor
nummi quantum ipſa pecunia creſcit,ut ait Iuuenalis. *Quid fas optare.*] .i.à dijs immortalibus pe
tere,quia non omnia ſed tantũ honeſta, ut in ſatyra præcedenti dixit. *Aſper nũmus.*] .i.literis & i-
maginibus imperatorũ ſignatus. *Quid habet utile.*] Quia nullam aliam habet utilitatem niſi ut di
ſtribuatur cum opus eſt.Quantum deceat elargiri patriæ & propinquis charis,quia patriæ ac rei-
pub.amor præferendus eſt.de ordine charitatis in patriam,patrem,filios,uxorem, amicos, uici-
nos,& alieniores,Cicero in primo Officiorum libro. *Quem.*] .i. qualem. *Deus iuſſit eſſe.*] Quia
iuſſit te eſſe bonum & ſapientem,hoc eſt uirtutibus moralibus & intellectiuis ornatũ. *Et qua par-
te lo-*

te locatus es in re humana.] id eſt, quo officio inter homines fungeris, & quem gradum inter ciues ob- A
unes: nam ad eum debes omnes actus accommodare. *Diſce.*] Inquam omnia ſuperiora quę di
xi. *Neque inuideas.*] Quia in diuitijs atq; rerum affluentia hominis beatitudo non conſiſtit, qua-
re neq; eſt inuidendum iis qui illa poſſident. *Quod multa fidelia.*] .i. Multa fictilia ſalgamis, condi
taneis, atq; ſalitis piſcibus plena. *Putet.*] .i. Fœtet, quia huiuſmodi res diutius ſeruatę ranceſcũt
& corrumpuntur plerunq;. *In locuplete penu*] .i. in penario locupletum, ut ſit contentum pro cõ
tinente. nam penus eſt res quæ ſeruatur. penarium locus ubi ſeruatur. *Vmbris pinguibus defenſis.*]
.i. Quæ penoris eſculenta Vmbri Italiæ populi dederunt locupleti, quos ille defendit, & quorũ cau
ſæ patronus fuit. Vmbros autem pingues appellat, aut quia diuites, aut quia ingenio tardi erant.
Et piper.] Non eſt ſubaudiendum putet, cum piper uetuſtate non puteat, niſi ad diuitis faſtidiũ
& piper & penus referantur, & quod ſequitur Pernæ & mæna. *Et pernæ*] Pedes porcorum cum
coxis, dictæ à pendendo. Piper, & pernæ dico, appoſitiue, *Monumenta clientis Marſi.*] .i. Quæ res
memoriam reſtituat clientis Marſi, cuius cauſam defendit: ham cliens eſt cuius cauſam patronus
agit. *Mænaq;.*] Repete à ſuperioribus, neq; inuideas quod mæna piſcis marinus qui ut noſtro tẽ
pore thynni in fruſta conciſus ſalſusq; afferebatur, *Nondum defecerit in prima orca.*] Nam cũ mul-
tæ ſint orcæ in penario locupletis, prima nondum eſt exhauſta. diximus autem orcam uas eſſe an
guſti oris, cuiuſmodi etiam nunc ſeruandis thynnis utimur. B

ECPHRASIS MVRMELLII.

Eſt ne aliquid quo tendis arcum tuum, & in quo dirigis eũ? An ſequeris paſſim coruos, & per
teſtam, & per lutum, nihil curans quo pedes te ferant, atq; ſine prouidentia uiuis? Videre liceat ho
mines fruſtra remedium quærentes, cum iam cutis eorum ægrota intumeſcit. Si ſapitis mortales,
occurrite morbo uenienti. Nunquid opus eſt medico promittere grandes pecuniarum aceruos?
O miſeri, & diſcite, & cognoſcite cauſas rerũ. Quid ſumus, & propter quid gignimur uicturi. quis
ordo datus ſit nobis à deo, aut quàm mollis & facilis ſit flexus metæ & undæ, niſi deſit ars & indu-
ſtria. Diſce, quis modus ſit argento, quid fas optare, quid utile aſper nummus habet, quantum de
ceat elargiri patriæ, & charis propinquis, qualem te eſſe deus iuſſit, ac quo in gradu rerum huma-
narum locatus ſis, & quam facultatem rerum obtineas, ne plus minuſue facias, quàm cõditio tua
ferat. Nec afficiaris inuidia, quod aliquem ditiorem te cernas, & qui penarium multis rebus refer
tum habeat, quas Vmbri, Marſiq; clientes ei donauerint.

SHCOLIA.

Eſt aliquid quo tendis.] Senſus eſt, Vteris ne ratione & prudentia, qua diſponis, & in cuius mo-
deramine temperas animi tui impetum ad honeſtas actiones tempeſtiue recteq; peragendas: an
ſine delectu rerum uagabundus erras, & nulla adhibita prudentia, temere proruis, quocunq; fert C
inordinatus appetitus? *Tendis.*] Sunt qui abſolute accipiunt, ut ſit ſenſus. Propoſuiſti ne aliquẽ
finem, ad quem pergas? Sed mihi magis placet cõiungere, Tendis arcum, ut apud Maronem. Aue
acreis tendunt arcus. Stulte autem quidam deprauatores pro in quo, legunt in quod, cum ſit om
nino legendum in quo. ſic habent fere exemplaria: nec eſt oratio parum congrua, ſed illis parum
intellecta, in quo dirigis arcum. Nõ enim ſignificat in quod mittis ſagittas, ſed eſt ne aliquid quo-
tendis arcũ. ubi quo, nõ eſt aduerbium, ſed caſus inſtrumenti, & in quo, hoc eſt, in cuius modera-
mine dirigis arcũ. i. animi tui impetum. Eſtq; pulcherrima metaphora à ſagittarijs ſumpta quippẽ
am habentibus quo arcum tendunt, & aliquid in quo eum dirigunt, ut certior ictus fiat. Per arcũ
autem nũc accipio impetum, de quo Seneca Epiſtola lxxxix. Ergo cum tripartita ſit philoſophia;
moralem eius partem primũ incipiamus diſponere. Quam in tria rurſus diuidi placuit, ut prima
eſſet inſpectio ſuũ cuiq; diſtribuẽs, & æſtimans quanto quidq; dignum ſit, maxime utilis. Quid e-
nim tam neceſſariũ, q̃ precia rebus imponere? Secunda de actionibus. Tertia de impetu. Primum
enim eſt, ut quantũ quidq; ſit, iudices. Secundũ, ut impetũ ad illa capias ordinatũ, tẽperatũq;. Ter
tiũ, ut inter impetum tuum, actionemq; conueniat, ut in omnibus iſtis tibi ipſi conſentias. Quic-
quid ex his trib. defuerit, turbat & cætera. Quid enim prodeſt, intus æſtimata habere omnia, ſi ſis
impetu nimius? Quid prodeſt impetus repreſſiſſe, & habere cupiditates in tua poteſtate, ſi in ipſa D
rerum actione tempora ignores, nec ſcias, quando quidq;, & ubi, & quemadmodum agi debeat?
Aliud eſt enim dignitates, & precia rerũ noſſe, aliud articulos, aliud impetus refrenare, & ad agen
da ire, non ruere. Tunc ergo uita ſibi concors eſt, ubi actio non deſtituit impetum, impetus ex dig
nitate rei cuiuſq; concipitur, proinde remiſſus acriorq;, prout illa digna eſt peti. Hactenus Seneca.
An paſsim ſeque. cor.] An nec loci nec temporis habita ratione ruis ad agenda quocunq; te corui
præcedunt? per quos aptiſſime ſignificatur iuuenilis appetitus ætatis calore nimis efferueſcens ad
intemperantiam, & ad uitia, quæ denigrant animum, niſi ratione cohibeatur, pręter modũ propẽ
ſus. Adagium eſt Græcorum [illegible], Aues quęris, id eſt, rem uagam, & captu difficilem ſequeris:
Pertinet huc & illud prouerbium, Abſq; ſcopo iaculari: quod de eis dicitur, qui nihil certi propo-
ſitum habẽt, quod ſequãtur, & ad quod inſtituti cõſilijq; ſui rationes referãt. Lucianus in Toxari-
de. Quoniam in præſentia nullo propoſito ſcopo iaculati ſumus, denuo aſcito arbitro, alia amico
rũ paria apud illũ referamus. *Securus quo pes ferat.*] Prouerbium eſt, quocunq; pedes ferant, pro
eo, quod eſt, quolibet. Cõuenict ubi nihil certi ſpectatur, ad quod noſtri dirigantur conatus. Lu-
cianus in Hermotimo. Neq; iuxta prouerbium, quocunq; nos pedes tulerint, illuc ibimus. Hora-
tius in odis. Ire pedes quocunq; ferũt, quocũq; per undas Notus uocabit, aut proteruus Africus.

A *Extempore uinis.*] id eſt,ſine præmeditatione, & prouidentia. *Venienti occurrite morbo.*] Prouer-
bium eſt,Sanius eſt initijs mederi,quàm fini.Theognis:Pharmaca naſcenti ſunt adhibenda malo.
Ouidius.Opprime,dum noua ſunt,ſubiti mala ſemina morbi.Idem.Principijs obſta,ſero medici
na paratur:Cum mala per longas conualuere moras.Et rurſus.Vidi ego,quod fuerat primo ſana
bile uulnus,Dilatum longæ damna tuliſſe moræ. *Cratero.*] Craterus illuſtris medicus fuit, de
quo Horatius.Non eſt cardiacus,Craterum dixiſſe putato. *Magnos promittere montes.*] Prouer-
bialis hyperbole de ijs,qui immenſa promittunt.Salluſtius in Catilinario.Maria, monteſq; polli
ceri cœpit.Dicitur & aureos montes polliceri.Teren.in Phormione.Is ſenẽ per epiſtolam pellexit,
modo non montes auri pollicens.Diuus Hieronymus in Rufinum. Vt cum montes auri pollici-
tus fueris,nec ſcorteum quidem nummum de theſauris tuis proferas. *Diſcite o miſeri.*] Hi uerſus
ab Auguſtino citantur libro De ciuitate Dei ſecundo cap.vi. *Cauſas cognoſcite rerum*] Exhortatur
ad ſapientiæ ſtudium quę eſt noſſe diuina & humana,& horum cauſas.Vergilius.Felix qui potuit
rerum cognoſcere cauſas. *Quid ſumus.*] Pulcherrimum apud Gręcos adagium eſt,γνῶθι σεαυτόν,id
eſt noſce teipſum,quo admonetur homo,ut naturam ſuam cognoſcat.cũ enim ſit animal ex mor
tali corpore,& immortali rationaliq; anima compoſitum,contempto corporis cultu,ſcientijs uir
tutibuſq; animum ſuum ſtudeat excolere,& uiam ad beatitudinem præparare. *Aut quidnam uictu*
B *ri g.*] Non enim ad hoc nati ſumus,ut uentri atq; ſomno dediti,corporis uoluptates more pecu-
dum ſectemur,neq; rurſus,ut dies & noctes ſolliciti,magnam pecuniæ uim cõgeramus, ſed ut pie
iuſteq; uiuendo,ueram beatitudinem conſequamur. *Ordo quis datus.*] Deus omnium rerũ con
ditor optimus maximus,inter animalia dedit nobis ordinem honeſtiſſimum, quem ut tueamur,
ne uitijs infra pecudes redacti iaceamus,omni ſtudio elaborandum. Diuus Ambroſius in operis
ſex dierũ libro vi.Caue o homo pecudũ more curuari. Caue,ne in aluũ te nõ tam corpore,q̃ cupi
ditate deflectas.Reſpice corporis tui formam, & ſpeciem congruentẽ celſi uigoris aſſume. Si ſola
animalia prona paſcantur,cur te in edendo ſternis ipſe,quem natura non ſtrauit? Cur eo delecta-
ris,in quo naturæ iniuria eſt? Cur noctes & dies cibo intentus,pecorum more terrena depaſceris?
Cur illecebris corporalibus deditus,ipſum te inhonoras,dum uentri atq; eius paſſionibus deſer-
uis? Cur intellectum tibi adimis,quem tibi creator attribuit? Cur te iumentis comparas, à quibus
te uoluit deus ſegregari dicens,Nolite fieri ſicut equus & mulus,quibus non eſt intellectus? Aut ſi
te edacitas equi,intemperantiaq; delectat,& adhinnire ad fœminas uoluptati eſt, delectet in freno
maxillas tuas conſtringi.Si crudelitate paſceris,ferarum hæc rabies eſt,quæ propter ſæuitiam tru
cidantur.Vide,ne in te quoq; crudelitatis tuæ uertatur immanitas.Hæc Ambroſius. Sunt & inter
homines diuerſi ordines,decet autem ſuo unumquemq; ordine,quem deus aſſignauit,contẽtum
C uiuere,& rectis officijs ducem ſequi, eiuſq; præceptis diligenter obtemperare. *Aut metæ quàm*
mollis flexus,& undæ.] Diſcite,ſi deum optimum ducem ſequentes,ſapientia,& induſtria utamini,
quàm facile per undas huius ſeculi nauigando,poſſitis ad metam peruenire, & longos curſus (ut
ait poeta) circumflectere,ac pulcherrimorum certaminum egregia pręmia feliciter adipiſci.Quod
ſane difficillimum fuerit,ſi uos inertiæ ſubmiſeritis,ac ignauiæ.Meta terminus eſt ipſius curſus,ad
quam non ſatis eſt perueniſſe,niſi etiam circumeatur,in quo induſtria,laborq; requiritur. Eſt e-
nim difficultas circa flexum metæ.Nam ſi quis nimis adhæret,periculum eſt, ne currus aut nauis
in eam illidatur,& rotas uel remos amittat.Sin autem nimis longo illam ſpatio euitet, poteſt qui
ſe ſequitur,inter metam & illum breuiori uia delatus,ex ſecundo prior effici.Artificio igitur opus
eſt,quod oſtendit Papinius dicens.Flectere ſi poſſet circum compendia metæ. A metiendo autem
meta dicta eſt,uel quod in dimenſo ſpatio poſita ſit,uel quia illam metiãtur quadrigæ, naueſue cir
cumcurrẽtes.Ponitur per tranſlationem pro quolibet termino.Ouidius in Triſtibus.Detur inof
fenſæ uitæ ubi tangere metam.Per metam hic quoq; terminum uitæ,& mortem accipe:quam ſapi
ens non omnino uitat,cum uelit aſſequi beatitudinem,quæ in hac uita non poteſt haberi: nec tan
to impetu incurrit,ut frãgatur,& remis amiſſis aut gubernaculo,periclitetur,ęterneq; morti ſubij
ciatur:ſed circumflectit, & corporis morte uitam animo comparat ſempiternam. *Flexus metæ.*].
D Qui fit circa metam. *Flexus undæ.*] Qui fit per undam, ut apud Vergilium. Effugit ante alios,
primuſq; elabitur undis Turbam inter fremitumq; Gyas. Miror quoſdam non ineruditos unde
pro aduerbio hic accipere,cum ſit nomen, quod etiam teſtantur antiqui codices, in quibus per
diphthongon ſcriptum eſt.Non enim Perſius ad quamlibet alludere metam uidetur, ſed ad eam,
quæ eſt apud Maronem in v.Aeneid.Hic uiridem Aeneas frondenti ex ilice metam, Conſtituit ſig
num nauitis pater.Et ſane quàm apte hanc uitam undoſo freto comparat,in qua per tot fluctus, &
tanta rerum pericula cupimus ad felicitatis metam peruenire. *Quis modus argento.*] Quæ menſu
ra pecuniæ conquirendæ ſit ſtatuenda,docet optime Iuuenalis.Menſura tamen quæ Sufficiat cen
ſus,ſi quis me conſulat, edam.In quantum ſitis atq; fames,& frigora poſcunt. *Quid fas optare.*]
Socrates nihil ultra petendum à deo arbitrabatur,quàm ut bona tribueret, quia is ſciret optime,
quid unicuiq; foret utile.Iuuenalis.Orandum eſt,ut ſit mens ſana in corpore ſano. Fortem poſce
animum,mortis terrore carentem,& reliqua. *Nummus aſper.*] Nummi ſigno notati contrectan
do digitis aſperi ſunt,contra aurum uel argentum non habens monetam,læue eſt. *Diſce, neque*
inuideas.] Quia ſapientiæ nullus theſaurus præſtat. *Mæna.*] Piſcis colorem mutans,candidus
hyeme,nigrior æſtate,qui & halec dicitur,Græce μαινίδα.

Aſcend

Hic aliquis de gente hircoſa centurionum
Dicat, quod ſatis eſt ſapio mihi, non ego curo
Eſſe quod Arceſilas, ærumnoſiq; Solones
Obſtipo capite, & figentes lumine terram.
Murmura cum ſecum, & rabioſa ſilentia rodunt
Atq; exporrecto trutinantur uerba labello
Aegroti ueteris meditantes ſomnia, gigni
De nihilo nihil, in nihilum nil poſſe reuerti.
Hoc eſt, cur palles, cur quis non prandeat, hoc eſt.
Hos populus ridet, multumq; toroſa iuuentus
Ingeminat tremulos naſo criſpante cachinnos.

ASCENSIVS. A

Hic aliquis, &c.] Ponit inanes obiectiones philoſophiam aſpernantium, & ob id morbos animorum euitare contemnentiũ, & præcepta philoſophorum uilipendentium. quapropter in anima ſic moriuntur, ut in corpore qui contra medicorum conſilia gulæ indulgent, ut in ſequẽti lectione patebit. Ordo hic eſt. Aliquis centurionũ. i. eorum qui centum præſunt militibus, de gẽte hircoſa. i. propter arma continuata & grandes alas hircinum foetorem habente, hoc eſt durus ac bellicus dicat. i. ad hæc quæ dixi diſcenda eſſe, Ego ſapio ſup. hoc. quod ſatis eſt mihi, uel intantũ quod. id eſt quoad ſatis eſt mihi. ego nõ curo eſſe id quod Arceſilas philoſophus ille Crantoris diſcipulus ſup. fuit, & ſup. quod fuerunt: Solones. i. ſapientes B uiri Solonis ſimiles qui unus ex ſeptem ſapiẽtibus Græciæ fuit, ærumnoſi. i. ærumnarũ pleni, quia propter iuſtitiam & patriæ libertatis defenſionem in exilium abijt Solon, exiſtẽtes capite obſtipo. id eſt, obuerſo & in morem ſtipitis propter longam meditationem obdurato. Reſpexiſſe enim uidetur ad id quod de Socrate Phauorinus, ut in ſatyram ſequentem citabit Plautius, dixit, quod ſæpenumero de ſole ad ſolẽ erectior ſtipitibus arborum ſteterat, ſumpta metaphora à re diſiecta & obſtipata quæ non facile flectitur. & figentes terram lumine. i. ut oculos ſuos à uanitatibus auertant, & memoriam exerceant (tunc enim terram inſpicimus, ſicut noua inquirentes coelum) terram intuentes. quocirca multa quæ ad ciuilitatem & mundanos mores pertinent eos prætereunt qui nimium philoſophantur: Contra quos dicit Plato apud Aulum Gellium ſic. Philoſophia o Socrates, res eſt elegans, ſi modice quiſpiam per ætatem attigerit: at ſi ſupra modum tempus in ea contriuerit, hominum eſt corruptela. Nam ſi quis amoeno ſit acriq; ingenio, ultraq; ætatem philoſophetur, neceſſum eſt eum rerum omniũ eſſe imperitum quarum uſum callere oportet quiſquis honeſtus probusq; eſt futurus, &c. quia ergo multi philoſophantes duri atq; amuſi ſunt mereq; inciuiles neſcientes inter homines conuerſari, multi eos una cum philoſophia aſpernantur, & potiſſimũ qui in liberalibus ſcientijs immorantur, non qui in morali philoſophia. unde ſubdit, figentes dico lumine terram, quum, id eſt, quando ipſi rodunt ſecum murmura, id eſt, quum muſſant & qua C ſi obmurmurantes ſecum in animo diſputant, & ita rodunt ſilentia rabioſa, id eſt, quæ tãta rabie, tantoq; furore eos cogitabundos afficiunt, ut aliorum expreſſa iurgia. Atq; dum trutinantur, id eſt, quaſi ad pondus expendunt uerba ſua. labello exporrecto id eſt protenſo, & aliquantulum demiſſo, ut qui cum grauitate articulatim loqui uolunt meditantes, id eſt, exercitãtes ſomnia, id eſt, qualia ſolent eſſe ſomnia, ægroti ueteris uel longa & ueteri infirmitate, uel reuera ſenis & ob id deliri etiam ſi ægrotus non ſit. Somnia autem ſunt huiuſmodi, nihil gigni de nihilo, & nil poſſe reuerti in nihilum. Antiqui enim philoſophi negabant productionem ex nihilo, & reſolutionem in nihil fieri, quam tamen fides diuinæ potentiæ aſſerit. Eſt hoc ô philoſophe cur palles, nimio ſcilicet ſtudio, & eſt hoc cur quis non prandeat: quaſi dicat non uidetur mihi operæpretium. Vnde poeta. populus ridet his, id eſt, per huiuſmodi uerba philoſophos, & iuuentus toroſa. i. corpulenta & pulpoſa habens magnos toros quod ſignum roboris ingentis eſt, ingeminat, id eſt, multiplicat cachinnos tremulos, id eſt, uoce tremula ac gutture tremente prolatos, & hoc naſo criſpante, id eſt, corrugante, in ſignum riſus contumelioſi. Poſſunt etiam uerba eſſe centurionis dicentis, populus ridet his, id eſt, de huiuſmodi philoſophis, &c. Sane ex affectione Romanorum militum hæc dicta ſunt, quibus præ re militari & ſtudio Martio omnis profeſſio ingloria uiſa eſt, ut de Iapyge cecinit Maro Aeneid. xij. Ille ut depoſiti proferret fata parentis, Scire poteſtates herbarum, uſumq; medẽ D di Maluit, & mutas agitare inglorius artes.

IOANNES BRITANNICVS.

Hic aliquis de gente hircoſa centurionum.] Mira urbanitate, dum rationes aſpernantis recitat, eos percutit, qui & uirtutes & uiros uirtuoſos contemnunt. *Hic.*] Pro tunc. *Gente hircoſa.*] Hiſpida, hirſuta quæ tantũ laborib. & militiæ ſit apta: nã fruticãtibus pilis ſub alis hircoſi dicũtur à foetore hircino. ijq; ad militiã putabantur idonei. Iuue. Sed caput intactum buxo nareſq; piloſas Adnotet, & grandes miretur Lælius alas. *Centurionum.*] id eſt militum, ut alibi. Dixeris hæc inter uaricoſos centuriones. Centuriones dicti quòd centurijs præſint, quarum centenarius eſt numerus.

Quod ſatis eſt ſapio mihi.] Rationes cõtemnentis philoſophiã. *Arceſilas.*] Pitaneus fuit academię nihil affirmantis clariſſimus antiſtes, Crantoris diſcipulus, qui cum in dicendo grauiſſimus eſſet & in ſcribendo ſatis exercitatus, poeticę quoq; operam dedit. Et ille eſt qui, ut refert Plutarchus autore Gellio, cum uidiſſet quendã diuitẽ nimis delicatũ, qui incorruptus tamẽ & caſtus dicebatur: nihil, inquit, intereſt quibus membris cinædi ſitis: poſterioribus an prioribus. Hic ab alijs Arceſilaus dictus eſt. Obijt, teſte Hermippo, cum uinum immodice bibiſſet. *Aerumnoſiq; Solones.*] Se-

ptem

A ptem ſapientes Græciæ quorũ unus fuit Solon, Execeſtidæ filius patria Salaminius, qui regnan-
te Tarquinio Priſco Romæ Athenis claruit. Is teſte Ariſtotele, leges dedit Athenienſibus tanto cum
temperamento, ut parem gratiam, teſte Iuſtino à ſenatu & plebe contraheret, quanquam plebs &
ſenatus in ſumma prius eſſent diſſenſione. Quibus ſi Athenienſes perpetuo uti uoluiſſent, ſempi-
ternum, ut ait Valerius, habituri fuiſſent imperium. Idem oraculi iudicio ſapientiſſimus habitus
eſt. In Cypro cum Piſiſtrati tyrannidem fugiſſet, mortuus eſt anno ætatis octogeſimo. *Aerumno-
ſi.*] Qui ſemper in laboribus & miſerijs uerſantur: nam ærumna auctore Cicerone eſt ęgritudo la-
borioſa. *Obſtipo capite.*] Obliquo. Horatius. Stes capite obſtipo multum ſimilis metuenti. Colu-
mella loquens de ſuibus. Febricitantium, inquit, hæc ſigna ſunt, cum obſtipæ ſues tranſuerſa capi-
ta ferant. Tranquillus in Tybe. Incedebat ceruice rigida & obſtipa. *Rabioſa ſilentia.*] Tractũ à ca-
nibus qui in rabiem uerſi neſcio quid ſecũ frendunt. *Trutinantur.*] Penſitãt quaſi trutina. *Ae-
groti ueteris medit. ſo.*] Appellat aſpernator uirtutis quæ philoſophi diſputãt & diſſerunt tanquã ſo-
mnia ualetudinarij hominis. *Meditantes.*] Aemulatio eſt Hora. Neſcio quid meditãs nugarũ to-
tus in illis. *Gigni de nihilo nihil, in nihilum nil poſſe reuerti*] Fuit cõmunis opinio apud philoſophos,
quã inter cæteros auctore Laertio maxime probauere Epicurus, Diogenes Themidis filius, & De-
mocritus, cũ de mũdi & rerũ creatione loquerentur, nihil ex eo quod nõ ſit fieri, neq; in id quod
B haud quaquã ſit corrũpi. Quæ nũc ut ſubtilia & otioſa irridet aſpernator uirtutis cõtemnens phi-
loſophos, qui talia inueſtigẽt. *Hoc eſt cur palles.*] Verba irridẽs philoſophos quos per irriſionẽ
ex eo pallescere dicit, quod nimis ſtudeãt. *Cur quis non prandeat.*] Liberaliũ enim artiũ ſcriptores
parce uiuunt, unde Iuue. Tunc utile multis Pallere, & toto uinum neſcire decembri. *His populus ri-
det.*] Philoſophi à uulgo derideri ſolent, ut Perſius alibi docet. Nec qui abaco numeros & ſecto in
puluere metas Scit riſiſſe uafer multum gaudere paratus, Si cynico barbam petulans nonaria uel-
lat. *Toroſa.*] Carnoſa & pulpoſa, quo uocabulo utimur & in rebus inanimatis, ut ſæpe eſt apud
Plinium. *Cachinnos.*] Riſus immoderatos.

IOANNES BAPTISTA.

Hic aliquis.] Virtutibus incumbere nolentis rationes recenſet illos caſtigans, qui & uirtutes, &
philoſophos ſubſannãt, atq; derident. *De gente hircoſa.*] Piloſa, hiſpida, hirſuta, & ob hoc uirili.
Nam, ut inquit Iuue. Hiſpida membra quidẽ & duræ per brachia ſetæ Promittũt atrocẽ animum.
Polyphemus apud Ouid. Barba uiros, hirtæq; decẽt in pectore ſetæ: quibus fruticantibus ſub alis
hircinũ odorem olent uiri, quod ex ſudore, nimijſq; laboribus prouenire ſolet. Tales autẽ idonei
ad militiã exiſtimabantur, ut oſtendit Iuue. Vnde illud ita intelligendũ eſſe contenderim. Diſcit ab
hirſuta iaculum torquere capella. i. ab hirſuto centurione, qui ſetoſo corpore reprẹſentat hirſutias
C ſetarũ caprinarũ. Quod aũt hirſuti capellæ nominẽtur, teſtatur Ammianus Marcellinus ſcribens
Iulianum imperatorem cum eſſet hirſutus appellatum fuiſſe Capellam. Poſſumus & exponere hir-
coſam gentem fœtentem, & fœtutinam graue olentẽ, uiruſq; aſpernabile hircorũ redolentem. ut
illud Plaut. in Mer. Anima fœtida, hircoſus ſenex. Vel hircoſa. i. libidinoſa. Nam hirſuti homines &
equitantes ualde ſalaces, & luxurioſi ſunt. Plinius loquens de pilis. Daſipodi & in buccis intus, &
pedibus, quæ utraq; Trogus & in lepore tradit: hoc exemplo libidinoſiores hominum hirtos colli-
gens. Huius autem rei cauſa eſt, quoniam hirſuti multo humore & calore abundant, quod pili o-
ſtendunt, & pennæ in auibus. Res autem uenerea ex calido & humido prouenit. Equitantes agitã-
tur, & mouentur fere eo modo, quo in coitu, ex quo motu deſcendit humor ad inguina, unde fit,
ut equitantibus ſæpe mentula arrigatur. Quod autem hirci ſint libidinoſi (ut etiam ex hoc hircoſa
libidinoſa debeamus interpretari) ſatis aperte oſtendit Fulgentius libro iij. Myth. his uerbis. At ue-
ro capra, quæ in medio pingitur, perfectio libidinis eſt, illa uidelicet cauſa, quod huius generis a-
nimal ſit in libidinẽ ualde procliuum. Hinc arbitror Oratiũ meretrices olidas capras nuncupaſ-
ſe illo uerſu. Et nimis arcta premunt olidæ conuiuia capræ. Quicunq; habuerint horoſcopum in
decimaquarta parte tauri, exudabunt miſerum uirus hircini fœtoris. auctor Firmicus. Tragus uo-
cẽ Grẹca uocatur ab Epigrammatario. Ab Orat. Latine hircus. Problema eſt Ari. Cur alæ hominũ
D maxime hircum redoleant. *Centurionum.*] Militum, qui præerant centurijs, quarũ iuſtus nume-
rus centenarius erat. Vege. lib. ij. Centum enim pedites ab uno centurione ſub uexillo gubernan-
tur, dicitur & primipilus, ut docet Liuius. *Quod ſatis eſt.*] Verba & rationes, quibus contemptor
uirtutis ad excuſationem ſuam utebatur. nec mentitur Perſius. nam plæriq; ſunt, qui ſibimet per-
ſuadent ſufficienter ſe omnia iam audiuiſſe, neq; ſtudio prorſus ullo ulterius indigere. auctor Pla-
to. *Non curo.*] Tanquam incultus, rudis, luxurioſus, & centurio hæc pronunciat, quibus uirtus
eſt contemptibilis. etenim notum eſt (ut dicebat Heraclitus) ὄνους σύρματα ἀνελέσθαι μᾶλλον ἢ χρυσόν, ἥδιον
γὰρ χρυσοῦ τροφὴ ὄνοις, id eſt, aſinos malle fœnum quàm aurum, & aſino pabulum eſſe auro dulcius.
Arceſilas.] Plures fuere hoc nomine uocati. Vnus poeta priſcæ comœdiæ. Alius elegiæ itidem
poeta. Alius ſculptor. Alius unus ex quinq; ducibus Bœotiorum, qui ad Troiam cum quinqua-
ginta nauibus aduenerunt, ut oſtendit Homerus. Alius fuit philoſophus, de quo hic intelligi-
tur, ex Pytana Aeolicæ ciuitate, qui relicto genitali ſolo Sardis perrexit, mox Athenas profe-
ctus in Academiam ſe ad Crantorem contulit, quem Platonicam philoſophiam omnino com-
mutaſſe, nouamque quandam conſtituiſſe ferunt. Erat (ut inquit Euſebius) tanquam hydra ca-
pita ſua proprio enſe amputans, ἀκαταληψίαν, id eſt, incomprehenſibilitatem aſſeuerabat, & ex-
emplo colli columbini probabat. Videmus enim in eo colorem unum omnium colorum unifor

mitatem

mitatem præ ſe ferentem, neque tamen oculus indagare quit, quinam præcipue ſit ille color: un- A
de ſectæ contrariæ M.T. inquit ad Hortenſium, Neq; uero hoc loco expectandum ut de remo in-
flexo, aut de collo columbæ reſpondeam. Martianus. Arceſilas collum intuens columbinum du-
bitabat. In diſputando utebatur hoc uerbo, arbitror equidem. Nunquā idem bis dicebat, nec pu-
tabat ingenioſi uiri eſſe in eiſdem permanere. Cauillator uocabatur, & cum ipſe ſe ſcire affirmaret,
nec ſcire alios patiebatur omnes turbans ſophiſmatibus. Si quid primo turpe dixerat, repente cō
mutatus pluribus conabatur rationibus, quæ prius aſtruxerat, confutare. Homerum maxime a-
damabat, cuius adeo ſtudioſus erat, ut ſemper ante ſomnum aliquid Homericum legeret, mane
quoq; cum ſurgeret dicens ſe pergere ad amaſium. Obijt autem teſte Hermippo cum merum im-
modice hauſiſſet, ætatis ſuæ anno lxxv. Etenim uinum multum nocet ſi quis illud abundanter ce-
perit, neq; decenter biberit, quod cognouit Homerus ſic ſcribens οἶνός σε τρώει μελιηδὴς, ὅς τε καὶ ἄλλους βλά-
πτει ὃς ἄν μιν χανδὸν ἕλῃ μηδ' αἴσιμα πίνῃ, id eſt, uinum dulce tibi nocebit, quod & alijs officit, qui largius
& immoderatius biberint. *Aerumnoſiq; Solones.*] id eſt, ſeptem ſapientes Græciæ, qui ut ad ſapien
tiæ nomen aſpirarent multos labores, & graues ærumnas tolerauerunt, quorum nomina, ſenten
tiæ, & patria hoc eleganti continentur Epigrammate. ἑπτὰ σοφῶν ἐρέω κατ' ἔπος πόλιν, οὔνομα, φωνήν· μέτρον
μὲν Κλεόβουλος ὁ Λίνδιος εἶπεν ἄριστον· Χείλων δ' ἐν κοίλῃ Λακεδαίμονι γνῶθι σεαυτόν· ὃς δὲ Κόρινθον ἔναιε, χόλου κρατέειν Περίαν-
δρος· μηδὲν ἄγαν Πιττακὸς ὃς ἦν γένος ἐκ Μιτυλήνης· τέρμα δ' ὁρᾶν βιότου, Σόλων ἱεραῖς ἐν Ἀθήναις· τοὺς πλέονας κακίους δὲ B
Βίας ἀπέφηνε Πριηνεύς· ἐγγύην φεύγειν δὲ Θαλῆς Μιλήσιος αὔδα. Sic Latine. Verba loquor ſeptē ſapientū, nomē,
& urbem. Optima menſura eſt Cleobulus Lyndius inquit. Inq; caua Chilon temet Lacedæmone
noſce. Et Periander agens iræ moderare Corinthi. Nil nimis eſt genitus qui Pittacus ex Mitylene.
Cerne Solon uitæ finem ſacris in Athenis. Turba Prienēſis cecinit Bias ampla malorum. Mileto q;
Thales ortus uadimonia linque. In quam ſententiam carmen extat & Sidonij. De Solone autem,
qui fuit ἐλλόγιμος φιλόσοφος (ut inquit Suidas) multa Plutarchus, quædam Valerius, nonnulla Ariſto
teles, plura Laertius ſcripſerunt: meminit & Gellius. *Aerumnoſi.*] Quia cæteris rebus omiſſis ut
ſapientiam conſequerentur, multas ærumnas, & non paucos labores exantlauerunt. Acquiri-
tur enim uirtus non ſomno, non plumis Sardanapali, ſed uigilijs, & duro cubili, non ocioſitate,
ſed cura, nō uoluptatibus, ſed laboribus, ut ſupra ex Heſiodo etiam docuimus. *Obſtipo capite.*]
Curuo, flexo, & obliquo, quod cogitantis hominis, & philoſophicas diſciplinas perſcrutantis eſt
indiciū, ut docent Bœotius, Philoſtratus & Plato in Alcib. uel de uoto his uerbis. Triſtitiā quan-
dam præferre uideris, & oculos in terram figere tanquam aliquid tecū ipſe præmeditans. Orati-
us. Stes capite obſtipo, & figes lumine terram. Quem locum enarrans Porphirio expoſuit, tri-
ſti, ſeuero, & inclinato. Columella libro octauo. Febricitantium inquit ſigna ſunt cum obſtipæ ſu-
es tranſuerſa capita ferunt. Idem Plinius quod Columella tradens ait. Index ſuis inualidæ caput C
eſt obliquum in inceſſu. Ex quo apparet Plinium obliquum caput dicere, quod Columella obſti-
pum nominauit. Obſtipare eſt contorquere. Plautus in Mer. Circumfert ſe, obſtipat uerticem.

Murmura cum ſecum.] Cum quod inuenerint, cogitauerint ue murmurillo quodam inſuſurrāt, &
inter dentes loquuntur, ut rabidos canes fremitu quodāmodo imitari uideātur. *Trutinantur.*]
Penſitant, ponderant, examinant, à trutina. Hiero. Sint alij diſerti, laudent ut uolūt, & inflatis buc-
cis uerba ſpumantia trutinent. *Meditantes ſomnia.*] Quæ philoſophi ſecū diſſerūt, & diſputāt, tan
quam uana, futilia, & nullius precij à deſidioſo & uirtutis diſciplinas floccipendēte ſomnia nuncu
pantur. Iuxta illius antiqui poetę ſententiā. Quid unquā ægrotus ſomniauit quod aliquis philoſo
phorū non dixerit? Philoſt. auctor eſt Neronē dicere ſolitū, inanē ſibi uideri philoſophiam, quę di
uinandi ſcientiā adumbraret. Eſt autē Orat. æmulatio. Neſcio quid meditans nugarum totus in il
lis. *Gigni de nihilo.*] Omnes fere philoſophi quicquam ex eo quod nō ſit fieri, aut in nihilum id
quod aliquid eſt, corrumpi non poſſe tradiderunt, & in primis Epicurus, Dioge. Themidis filius,
& Demo. cū de natura mundi, & rerū creatione loquerentur. Contra quos ſtat Lactantius, & dog
ma Eccleſiaſticum aſſerens deum omnia ex nihilo confeciſſe. Lucretius. Nam ſi de nihilo fierēt ex
omnibus rebus Omne genus naſci poſſit, nil ſemine egeret. Itē poſtea. Nil igitur fieri de nihilo pu-
tandum eſt. Semine quando opus eſt rebus quo quæq; creatæ Aeris in teneras poſſint perferrier D
auras. Talia autem inueſtigantes ab hoc uirtutis ſpretore, & deſidioſo decachinnātur. *Hoc eſt cur
palles.*] Quia nimio ſtudio & ſollicitudinē incumbis talibus rebus, pallorem non minimū inquit
uirtutis aſpernator contraxiſti. & eſt irriſio. quod autem palleant philoſophi uidetur teſtari Ari-
ſtophanes, in fabula cui titulus eſt νεφέλαι philoſophos diſcalciatos inceſſens his uerbis ἀλαζόνας τοὺς
ὠχριῶντας τοὺς ἀνυποδήτους λέγεις, id eſt, glorioſos, pallentes, nudipedes dicis. *Non prandeat.*] Cum ni
mia ciborum ingurgitatio hominum mentes obtenebret, & offuſcatas reddat, ſtudijs literarum,
& philoſophicis diſciplinis uacantes uiri parce & moderata ciborum potusq; menſura, uitam ſu
am ſuſtinere conſueuerunt. Quod innuit Iuuenalis ſic ſcribens. Fuit utile multis Pallere, & uinum
toto neſcire decembri. *His populus.*] His uerbis omnes philoſophiam ſectantes ab omnibus
paſſim deridentur. *Toroſa iuuentus.*] Potens, fortis, & ualida. Toros enim appellamus pulpā car
nis muſculoſam, pulpoſam, & ſucculentam, cui ineſt robur, firmitudo, & ualentia, unde toroſus
deriuatur. Scribit Colu. parandos eſſe boues nouellos ceruice longa, & toroſa. Ouidius. Colla to
roſa boum. Hieron. diaconum taxat, cui taurina ceruix eſſet toris adipeis intumeſcens. In Hercule
poetæ laudant toros lacertorum. hinc apud Sophoclem gemebundus infit. O pectora. O terga.
O lacertorum tori. Tori quoque dicuntur in herbis eſſe per decoram tranſlationem, à Plin. inula

toroſior

A toroſior dicta,qui identidem toros nominat in plantis. apud Plautum torulus pro quodã quaſi
torque accipitur.Apud Victruuium accipi uidetur pro materie torta,& callo ligni in ſe conuolu-
to. *Tremulos cachinnos.*] Riſus ſolutos,immoderatos, & reprehenſibiles. γέλως enim ἄκαιρος ἐν βρο-
τοῖς δεινὸν κακόν,id eſt,Riſus intempeſtiuus in mortalibus graue malum.Cachinnus dicitur riſus
ſolutus,& immodicus,quo ut ait Catullus, inepto nulla res ineptior. Riſus, & lætitiæ affectus in
ſplene eſt ut medici dicunt,& memorat Lactantius. *Ingeminat.*] Natura enim comparatum eſt,
ut riſus aliquando coercitus mox obijcibus refractis liberrime erumpat,quod Cleophanto acci-
diſſe ſcribit Ariſtoteles,ut ſcilicet cum aliquantiſper riſum cohibuiſſet,mox in largiſſimum ſono-
rumq́ cachinnum effunderetur.

AELIVS ANTONIVS NEBRISSENSIS

Hic aliquis.] Quia in ſuperioribus dictum eſt adoleſcentibus dandam eſſe operã uirtuti,quod
ſe præſtaturam philoſophia pollicetur,poſſet dicere quiſpiam centurio ſiue miles; ſatis ſapio mi-
hi,&c. *Aliquis de gente hircoſa centurionum.*] ſcilicet aliquis centurio hirſutus ſiue ſqualidus & in-
cultus.aut ad hircinum odorem retulit, quo propter ſqualorem milites in caſtris laborant. *Di-
cat quod ſatis eſt ſapio mihi.*] id eſt,ſatis ſapiẽs ſum in rebus meis. *Et non curo ego eſſe quod Arceſilas.*]
Subaudi fuit.Arceſilas qui & Arceſitaus dictus eſt,philoſophus fuit Pytaneus diſputator egregi-
B us,atq; nihil affirmantis academiæ defenſor acerrimus. *Aerumnoſiq; Solones.*] id eſt,non curo eſ-
ſe quod fuerunt ſapientes, quorum ex numero fuit Solon Salaminius Athenienſium legiſlator.
Sed illos ærumnoſos,id eſt,laborioſos appellat,quia uirtus amica eſt laboris atq; econtrario ini-
mica uoluptatis.Aut ærumnoſos,id eſt,calamitoſos & miſeros appellat centurio, quòd ſibi tales
uidentur. *Obſtipo capite.*] id eſt, habentes caput obſtipum,id eſt,tranſuerſum ſiue inclinatum &
rigens.Horatius ſecundo Sermonum.Stes capite obſtipo multum ſimilis metuenti. *Et figentes
terram lumine.*] id eſt,oculos fixos in terram habentes,quod faciunt cogitabundi. *Cum rodunt ſe-
cum.*] id eſt intra ſe,uel potius inter dentes uerſant. *Murmura.*] Suſurros. *Et ſilentia rabioſa.*]
id eſt contentioſa.ex Vergilio ſumptum eſt,in eo opere quod inſcribitur,Eſt & non.Murmure cõ
cluſo rabioſa ſilentia rodunt. *Et trutinantur.*] id eſt,penſiculant & ponderant uerba. *Labello
exporrecto.*] id eſt extenſo,quod faciunt illi qui cogitabundi incedunt.porrigũt enim,diſtorquẽt,
& contrahunt labia. *Meditantes ſomnia ægroti ueteris.*] id eſt qualia ægrotantes ex longo morbo
per quietem uident.Horatius in poetria.Velut ægri ſomnia uanæ Fingentur ſpecies. & quid ſit il-
lud quod meditantur,ſubiungit dicens. *Ex nihilo gigni nihil.*] Cõcluſio nobilis in philoſophia.
Nam ut inquit Ariſtoteles,perterruit omnes philoſophantes ex nihilo aliquid fieri. *Et nil.*] id
eſt,nullam rem. *Poſſe reuerti in nihilum.*] id eſt corrumpi,niſi in ea quibus compoſita eſt. *Hoc
C eſt cur palles.*] .i.ut hæc inania diſcas uſqueadeo ſtudio philoſophiæ incumbis, ut maciem & cutis
pallorem contrahas. *Et hoc eſt cur quis non prandeat?*] Vt à cibo abſtineat.Iuuenalis.Tũc utile mul-
tis Pallere,& toto uinum neſcire decembri. *Populus.*] Imperita multitudo. *Ridet his.*] .ſ.uer-
bis eos qui ſtudent philoſophiæ.Et iuuentus multũ toroſa.i.robuſta.nam tori ſunt muſculi & ner-
ui in ſe collecti,quod uirium eſt propriũ.Verg.lib.Georg.iij.Luxuriatq; toris animoſum pectus.
Ingeminat cachinnos.] id eſt,riſus totum corpus quatientes multiplicat.Iuuenalis. Gẽtibus in no-
ſtris riſu quatiere. *Naſo criſpante.*] id eſt, trementi & concuſſo.Plinius libro ſecundo, de terræ
motu.Tutiſſimum eſt inquit,cum uibrat criſpante ædificiorum crepitu.

ECPHRASIS.

Hoc loco quiſpiam de piloſo & graue olenti militum genere dicat, Sapio quod ſatis eſt mihi.
Non ego curo eſſe id quod Arceſilas,& laborioſi miſeriq; philoſophi fuerunt, obſtipo & obliquo
capite,atq; oculos in terram defigentes,quando rodunt ſecum murmura,& rabioſa ſilentia, atq;
trutinantur uerba labris extenſis,meditantes ſomnia,qualia ſunt eorum qui diu ægrotarunt, ex
nihilo nihil gigni poſſe,nihil reſolui in nihilum.Hoc eſt, cur nimio ſtudio factus es pallidus, hoc
eſt,cur aliquis abſtineat à prandio.Hos philoſophos uulgus habet ludibrio, & apprime ualidi iu-
D uenes diſtortis naribus,tremulos cachiunos ingeminantes,hos ſubſannant.

SCHOLIA.

Hircoſa.] Hircus per metaphoram dicitur fœtor ille ex pilis ſubalaribus prodiens. Vnde hir-
coſus,qui nimis abundat hirco. *Arceſilas.*] Philoſophus hic Academicus fuit. *Solones.*]
Philoſophi.Solon Athenienſis unus ſeptem ſapientum Græciæ. *Obſtipo.*] Obliquo.Horatius.
Stes capite obſtipo multum ſimilis metuenti.Obſtipi dicuntur, quibus colla rigent, & in hume-
rum capita inclinata ſunt. *Figentes lumine terram.*] Ita oculum in terram dirigentes,ut ſagitta ſo-
let in ſcopum.Figentes dixit quaſi transfigentes & iaculantes.Maro. Et figere ceruos. Fixis oculis
intueri prouerbialiter dicitur,pro eo quod eſt attentius accuratiusq; conſiderare. *Rabioſa ſil. ro-
dunt.*] Sumptum eſt à canibus,qui in rabiem uerſi non latrant clare, ut ſolent, ſed ſilẽt & mordẽt.
Ita philoſophi diuerſas intra ſe opiniones & altercationes agitantes, quaſi rabioſa ſilentia rodere
uidentur. *Gigni de ni. nil.*] Secundum omnes philoſophantes ex nihilo nihil fit. Vnde Lucre-
tius libro primo.Nullam rem è nihilo gigni diuinitus unquam.Sed tenenda eſt nobis theologo-
rum ſententia dicentium deum ex nihilo mundum creaſſe.

Aſcen-

Inſpice,neſcio quid trepidat mihi pectus,& ægris
Faucibus exudat grauis halitus,inſpice ſodes:
Qui dicit medico iuſſus requieſcere,poſtquam
Tertia compoſitas uidit nox currere uenas,
De maiore domo,modice ſitiente lagœna,
Lenia loturo ſibi ſurrentina rogarit.
Heus bone,tu palles.nihil eſt.uideas tamen iſtud
Quicquid id eſt.ſurgit tacite tibi lutea pellis.
At tu deterius palles,ne ſis mihi tutor.
Iampridem hunc ſepeli.tu reſtas.perge, tacebo.
Turgidus hic epulis,atq; albo uentre lauatur,
Gutture ſulphureas lente exhalante mephites:
Sed tremor inter uina ſubit,calidumq; trientem
Excutit e manibus,dentes crepuere retecti:
Vncta cadunt laxis hinc pulmentaria labris.
Hinc tuba,candelæ,tandemq; beatulus alto
Compoſitus lecto,craſſisq; lutatus amomis,
In portam rigidos calces extendit.at illum
Heſterni capite induto ſubiere quirites.

ASCENSIVS.

A Inſpice,etc.] Hic oſtendit contemptorem medici corporis ſtatim mori,innuens ex cōſimili cōtemptores medici animorum,id eſt,philoſophi in anima quoq; emori,& ita continuatur ſuperioribus,ut ſit quaſi reſponſio ad obiecta cōtra philoſophū, quaſi diceret poeta. Poſſunt quidē tales aſpernari & irridere philoſophos, ſed uideant ne pereant ut qui medicis inobediētes ſunt, quorū graphice deſcribit unum,ut patet hoc ordine. ORDO. Si ſup. is qui iuſſus eſt à medico,ſcilicet requieſcere,id eſt,abſtinere à defatigatione corporis, poſtquam tertia nox uidit uenas, diceret arterias currere compoſitas,id eſt, ſatis tēperatas, ita ut tertianas febres effugerit,ſed ne in quartanas incidat,iuſſus requieſcere, dicit medico, o medice ſup.inſpice,neſcio quid,id eſt, propter quid,pectus trepidat mihi, & grauis halitus,id eſt,ut dicunt,flatus exudat,id eſt,euaporat,& emittitur mihi, ægris faucibus,ut ſit ab ex & ſudo,aut exundat, id eſt, undatim effluit. Nequaquam autem legam cum Nebriſſenſi exuberat; licet ſic cum Plautij commentarijs impreſſum ſit, quia huber & hubero primā producit. Inſpice inquit ſodes,id eſt,ſi audes,& uel ſi ocioſus es,ſi inquam qui hoc dicit medico,rogarit, id eſt, poſtulauerit ſibi loturo,id eſt ituro in balnea,ſurrentina ſup. uina lenia,id eſt,mitia,& non aſpera,& hoc ex lagœna ſitiente modice,id eſt, parū capaci,ſed de domo maiore,id eſt diuite.quod ſic intelligo,ut periphraſticos,id eſt,deſcriptiue ſignificet uinum delicatiſſimum,quale diuites ſibi recipiunt, quod item Gallice dicas, uin de bouche. C Id enim in modica lagœna conſeruabant,ne longo tractu euaporet.& ne quis dicat ullum pauperum etiam in modica lagœna eſſe,& ita intelligi illorum uinum,præmiſit de maiore domo, ut innuat non egeſtatis,ſed curioſitatis eſſe,quod de parua petierit lagœna. Poſſet etiam dici & fortaſſis aptius ſic,rogarit ſibi loturo ſurrētina lenia,de domo maiore,id eſt,potentiore & ditiore q̃ ipſius ſit,rogarit inquam lagœna ſitiēte modice & parum capaci, hoc eſt mittendo in domum ditioris modicam lagœnam,ut quod optimum haberet mittere non renueret. Sunt qui rogabit legāt, ſed parum refert. Ponamus ergo ſup.quod talis tale uinum rogarit,& ſup.medicus dixerit. Heus (quod uocandi aut reuocandi aduerbium eſt) bone:ſic enim alloquimur eos quibus bene uolumus,dum eorum nomina neſcimus,tu palles, id eſt, pallidus es ex latente morbo.diceret ſup.æger. Nihil eſt ſup.cur palleam,aut quod me pallere dicas. Medicus tamē, id eſt, tametſi meo iudicio nihil eſt,uideas iſtud quicquid id eſt,pellis lutea .i. lutei coloris, cuius eſt os merulæ auis, hoc eſt ſubruffa,& non ut Nebriſſen. dicit,pallida.ſurgit.i.inflatur tibi tacite.i.imperceptibiliter. Et ſi tunc reſponderit æger. At.i.ſed,o medice,tu palles deterius.i.uerſaris in maiore infirmitate quàm ego, & ideo moneo,ne ſis mihi tutor.i.procurator,& gubernator. Reſpōderet medicus. Ego ſepeli pro ſepelij,hoc eſt ſepeliui hunc.ſ.ægrum,hoc eſt tam certo ſcio ipſum mox ſepeliendum eſſe,ut dicam me ſepeliuiſſe ipſum,iampridem,id eſt,ab eo tempore quo primum contempſit conſilia mea. uel D ſic ut dicat medicus familiæ. Sepeli hunc ſup.hominem,iampridem,id eſt, iam nunc, ſed propter reſponſum ægroti malim priorem modum ſequi. Dicit enim,tu reſtas ſup.ſepeliendus ſi me ſepeliſti,hoc eſt adhuc peius tecum agitur,quia ita mortuus es ut ego, ſed nondum ſepultus. Si ergo ſic contempſerit medicum,medicus diceret. Perge.i.perſeuera in propoſito tuo,dic quod uis,ego tacebo.i.nihil amplius tibi dicā. Et ita diſcedit medicus iratus. Nebriſſenſis aliter exponit, & forſan non inepte,ut dicat ægrotus,ne ſis mihi tutor,quia ego ſepeli pro ſepeliui, iampridem hunc ſcilicet tutorē meū,tu reſtas,id eſt,reliquus mihi es & ſuperuenis nouus tutor,ad quod medicus, Perge,tacebo. Hæc ille,quæ non ſunt penitus refellēda.ſed quia ut in multis adnotare licet, Perſius eſt Horatij mirator & quaſi ſimius,credam reſpexiſſe ad illud Horatianum libro primo Sermonum, in quo cum garrulus de cognatis & amicis dixiſſet:Omnes compoſui,id eſt ſepeliui, reſpōdit Horatius. Felices,ſup.ſunt illi,nunc ego reſto. Confice,&c. Præterea de tutore nō dixiſſet Iampridem hunc ſepeli,ſed, Pridem illum ſepeli,quocirca permaneam in prima ſententia. Sed ut dicit Poeta. hic,id eſt,huiuſmodi contēptor medici,turgidus epulis & uētre albo,id eſt,ſic epulis diſtento & repleto quod albeſcat. (Cutis enim quantumuis fuſca,dum diſtenditur albeſcit) lauatur,id eſt intrat balneum ubi lauatur,& hoc gutture eius exhalante lente,quod ſignum debilitatis eſt. Mephites,id

A eſt nidorem ſeu uaporem fœtidum. ſulphureas, id eſt, ſulphurei odoris. Sed dum in balneis ſurrentina uina, quæ ſecum tulit bibere parat: Tremor ſubit. i. ſubſequitur, inter potandum, & excuut è manibus, trientem. i. poculum, quatuor unciarum capax, calidum, uel propter locum, uel propter attrectationem frequentem, uel propter uinum calefactum: & dentes retecti. i. denudati labris, crepuere. i. crepitum ac ſtridorem fecerunt. & pulmentaria. i. obſonia minutim cõciſa, uncta, id eſt pinguia, cadunt. i. excidunt, hinc, id eſt deinde, ex labris laxis. i. diſſolutis, & rictum facientibus, & candelæ. ſ. cæreæ, hoc eſt funalia, à quibus funus dictum eſt, hinc ſupple comparantur, aut ſubſequuntur, & ipſe beatulus. i. modicum beatus, quia dictum eſt: Tibi far modicum, &c. Aut potius ideo modicum beatus, quia talis pompa, ut dicit Auguſtinus, eſt ſolatium uiuorum non mortuorum, compoſitus tandem lecto in quo aut in lectica ad ſepulcrum feratur, & lutatus. i. quaſi luto illitus, aut ut Aldus legit litatus, amomis craſſis. i. denſe appoſitis dum inungitur cadauer, extẽdit. i. extenſos infert, calces. i. pedes rigidos, id eſt propterea quod mortui ſunt rigentes, in portam qua effertur, & domus & urbis, nam extra urbem ſepeliebantur. Graphice dictum eſt, ut omnes uidemus, credo. Nam omnes ſcimus hominem naturaliter capite anteriore mundum ingredi (qui enim aliter naſcuntur, ab ægro partu agrippæ dicũtur) ſed pedibus anterioribus efferri. Prætere corpus exangue rigidum eſſe, & prolixius quàm uiuum, ideo dicit, Extendit rigidos calces in por-
B tam. Calx pro parte pedis fere maſculinum reperitur, ſed etiam fœmininũ. Nam Nonius Marcellus. Calces inquit, à calcando dictæ ſunt. non dicit dicti. Vnde Verg. Cornipedemq́ citum ferrata calce fatigat. At, id eſt ſed, quirites heſterni. i. pridiani, hoc eſt liberti eius effecti quirites. i. ciues Romani (quod ſerui eſſe non poterant) pridie eius diei ſubiere. i. ſubierunt illum, hoc eſt humeris ſub cadauer eius iuerunt, & hoc capite induto. i. perſonato aut pileato. Vnde ſcies, quod diuites in teſtamento, aliquot ſeruos manumittebant, à quibus ad ſepulchrum honorifice efferrentur: illi autem raſo capite in ſignum libertatis adeptæ pileum accipiebant. Heſternos autem dicit, quia fere xxiiij. horis ſeruabantur inſepulti. Ex hac autem litera patet quod qui medicorum præcepta contemnunt mortem incurrunt, quod dictum eſt in eos qui philoſophos, id eſt morum præceptores aſpernantur, ut conſimiliter in animo mori ſignificentur.

IOANNES BRITANNICVS.

Inſpice, neſcio quid trepidat mihi pectus.] Inſurgit poeta in eos qui tanta ſunt intemperantia, ut quãuis ualetudinarij ſint, cupiditatum tamen uitia ſuperare non poſſint, ſed ijs ita inſeruiant, ut grauiori contracto morbo moriantur. Hos igitur poeta ridẽdo percutit, oſtendens quàm turpe, quãque miſerum ſit hominem cupiditati & corporis uoluptatibus ſuccumbere. *Inſpice.*] Verba ſunt ægrotantis. *Trepidat.*] Palpitat. *Grauis halitus.*] Difficilis & olens. *Faucibus*] Phyſicum
C eſt laborantem ſtomachi cruditate graueolentiam emittere. Fauces auctore Plin. uocantur ſummum gulæ, eæq́ numero tantum plurali. *Qui dicit medico.*] Ordo eſt. qui dicit medico quę ſupra dicta ſunt, iuſſus requieſcere, rogauit ſibi loturo ſurrẽtina lenia de maiore domo, poſtquàm tertia nox uidit uenas compoſitas currere. Venas compoſitas, pulſum arteriarum quietum. *De maiore domo.*] i. diuitis. *Lagena.*] Genus uaſis. *Modice ſit.*] Parũ capaci. *Surrentina.*] Auctore Plinio conualeſcentibus maxime probata erant propter tenuitatem, ſalubritatemq́. Tiberius tamen Cæſar dicebat conſenſiſſe medicos, ut nobilitatem ſurrentino darent, alioquin eſſe generoſum acetum. C. Cæſar qui ſucceſſit illi, dixit nobilem uappam. Surrentina dicta ſunt à ſurrentinis mõtibus Campaniæ. *Lenia.*] tenuia. Tria enim ſunt uini genera, auſterum, dulce, & lene. *Sibi loturo*] id eſt, qui balnea ingreſſurus eſt. *Heus bone, tu palles.*] Verba medici reuiſentis ægrũ. *Nihil eſt.*] Verba ægroti aſpernãtis monitiones medici. *Videas tamen iſtud*]. Verba medici bene cõſulentis. *Surgit tacite tibi lutea pellis.*] Subaudi nam. Lutea coloris croci, quod in infirmo peſſimũ eſt ſignum.

At tu deterius palles.] Tantum abeſt ut capiat conſilium medici, ut ultro etiam irrideat. *Ne ſis mihi tutor*] Curator qualis pupillis adhiberi ſolet. Hora. Siue ego praue, Seu recte hoc uolui, ne ſis patruus mihi. *Iampridem hunc ſepeli.*] q. d. eũ à quo regendus erat nõ ſeipſum bene rexiſſe, quandoquidẽ ante ſe mortuus ſit, quare infert, tu reſtas quem antea ſepeliam ꝙ moriar. Aemulatio eſt Ho-
D ratij. Omnes compoſui felices. nunc ego reſto, Confice. *Perge tacebo.*] Medici ſunt uerba irati & diſcedentis. *Atque albo uentre l.*] Nam ante cœnam Romani, auctore Celſo, exercebantur: poſt eã exercitationem balnea ingrediebantur. Quod & Appianus Alexandrinus indicat, loquens de Catone Vticenſi. Circa ueſperam à balneo ad cœnam tranſit. Idq́ etiam ab antiquis obſeruatũ oſtendit Verg. cum ait. Littore ahena locant alij flammasq́ miniſtrant. Tum uictu reuocant uires. Nam, auctore Seruio grammatico, ahena parata erant à Troianis, ut ſe ante lauarent ꝙ cœnarent, cũ heroicis temporibus carne elixa non ueſcerentur. *Albo uentre.*] Pallido. Horat. Vides ut pallidus omnis Cœna deſurgat dubia. *Mephites ſulphureas.*] Halitus graues & olentes. Mephitis aũt odor eſt naſcẽs ex terris ſulphuratis. Virg. Sæuãq́ exhalat opaca mephitim. *Sed tremor inter uina ſubit.*] Ex nimia repletione & cruditate ſtomachi in conuiuijs obrepunt tremores, & repente moriuntur. Iuue. Hinc ſubitæ mortes atq́ inteſtata ſenectus. Hinc erumpit indignatio poetæ. *Calidumq́ trientem.*] Genus eſt uaſis potorij. Mar. Cum potes amethiſtinos trientes, Et nigro madeas opimiano. Item genus nũmi. Iuue. Quem porrigat ore trientẽ. *Pulmentaria.*] Pulmentariorũ appellatione omnia ciborũ genera minutiſſima intelligamus, à pulte denominata, ut ſcribit Plin. Horat. Tu pulmentaria quære ſudando. Seruius quoq́ in Bucolicis dicit Theſtilem eſſe nomẽ mulieris ruſticæ, quæ meſſoribus æſtu fatigatis diuerſa genera herbarum contundens pulmentariũ ijs parat. *Hinc tuba.*]

tubæ.] Conſuetudo fuit maioris ætatis, ut funera ad tubam efferrentur. Verg. It cœlo clamorq́ ui- A
rûm, clangorq́ tubarum, minoris uero ad tibias. ut Statius de Archemoro. Tibia cui teneros ſoli
tum deducere manes. Id quoq́ ſeruatum fuiſſe in funere eius corui, qui Tiberium, deinde Germa
nicum, & Druſum Cæſares nominatim ſalutabat Plin. oſtendit cum ait. Conſtratum lectum ſuper
Aethiopũ duorũ humeros præcedente tibicine, & coronis omniũ generũ ad rogum uſq́. *Beati*
lus.] qui beatus exiſtimatur & diues. *Alto lecto.*] Nobili & diuiti. Inuidioſe hoc dicit. nã in lectis
funera deferebantur. Sueto. loquens de funere Cæſaris. Lectum pro roſtris in forũ magiſtratus &
honoribus functi detulerunt. *Lutatus:*] Perfuſus à luto deriuatũ. *Craſsis amomis.*] In inuidiam
temporũ ſuorum hoc dicit, quibus corpora mortuorũ aromatibus peruncta ſepeliebantur. Per-
ſius. Vrnæ Oſſa inodora dabit. Plin. loquens de unguentis ſic ait. Honosq́ is ad defunctos perti-
nere cœpit. *Amomis.*] Vnguentis ex amomo. Nam inter unguenta acutiora fiunt coſto, amomo,
quæ maxime nares feriant. Craſſiora myrrha, ſuauioraq́. Medicinæ autẽ utiliora croco, acerrima
per ſe amomo, hoc eſt qđ capitis dolores facit. Amomũ, genus fruticis palmi altitudine, cuius uua
in uſu eſt indica. Laudatur q̃ maxime punici mali folijs ſimile, nec rugoſis, colore ruffo. Naſcitur
in Armeniæ parte, quæ uocatur Ocene, & in Media, & in Ponto. *In portam rigidos calces extendit.*]
Funera enim pedibus præcedentibus efferuntur. *Heſterni quirites.*] Liberti, qui pridie per mortẽ
domini libertatẽ accepere. Quirites Romani. Cures enim urbs quondam fuit Sabinorũ inſignis, B
nunc autem (ut ſcribit Strabo) uiculus, ex qua acciti, T. Tatius, & Numa Põp. Romæ quãdoq́ reg
nantes. Hinc quirites appellare ſolent Romanos, qui orationẽ habent ad populũ. *Capite induto*]
Accepto pileo, quod raſo capite induebãtur cũ liberi fierent. Nam ſerui cũ manumittebãtur, in tẽ
plo Feroniæ, quæ libertorũ dea perhibebatur, raſo capite pileum accipiebãt. Cuius rei Plautus in
Amphitryone mentionẽ facit. Quod utinã ille faxit Iuppiter, & ego hodie raſo capite caluus capi-
am pileum. Plinius loquens de Cornelio Cinna, pileum libertatis eſſe ſignum indicauit dicens.
Vocatisq́ ad pileum ſeruis aduerſarios uicit.

IOANNES BAPTISTA.

Inſpice, neſcio quid.] Demonſtrans poeta quanta ſit turpitudo, & miſeria hominis illius, qui cor
poreis uoluptatibus cupiditatiq́ ſuccumbat, ſtylo ſatyrico inſurgit, & inuehitur in eos, qui tanta
ſunt incontinentia, libidine, & intẽperantia præditi, ut non ſolũ cõſuetudine, baineis & commeſſa
tionibus non abſtineant contra medici etiam uoluntatem, ſed omnibus ſuis cupiditatibus obe-
diant. unde tandem ſuccreſcente & conualeſcente morbo moriuntur, cum breui paucorumq́ die
rum abſtinentia priſtinam poſſent recuperare ualetudinem. *Inſpice.*] Medicũ alloquitur ægro-
tus. *Trepidat pectus.*] Nimio & grauiori ſpiritu agitatur, quod malæ ualetudinis eſt indicium, ut
refert Cornelius Celſus lib. ij. *Grauis halitus.*] Triſtis, teter, inſuauis, & aſpernabilis, quod crudi- C
tatis ſignum eſt. ut docet Ariſtoteles in Problematis Encyclicis. *Faucibus*] Fauces uocamus ſupe
riorem partem gulæ mento propinquam, ſed interiorem. Plinius. Summũ gulæ fauces uocantur,
poſtremum ſtomachus. *Qui dicit medico.*] Ordo eſt. Qui dicit medico ſupradicta, iuſſus requie-
ſcere rogauit ſibi loturo ſurrentina lenia de maiore domo, poſtquã tertia nox uidit uenas compo
ſitas currere. *Medico.*] Qui uitæ noſtræ, necisq́ imperator eſt, cui tantum hominẽ occidiſſe ſum
ma eſt impunitas, cum nulla ſit lex, quæ (ut cum Plin. loquar) puniat inſcitiam capitalẽ. quinimo
tranſit conuicium, & intemperantia culpatur, ultroq́ qui periere arguũtur. Sine medico uixit po
pulus Romanus ultra centeſimũ annum. auctor Plin. *Tertia nox.*] Non dictum hoc ſine medici
næ ſcientia. ubi enim auctore Celſo corpus ægrotare incipit, quamuis unã febris acceſſionem ſecu
ta integritas ſit, tamen quia tertiana timeri poteſt expectandus eſt dies tertius, & ubi acceſſionis tẽ
pus præterijt, cibus dandus eſt, ſed exiguus, quia quartana quoq́ timeri poteſt. Vnde hic in dete-
riorem & grauiorem morbũ decidit, cum tertia bene cõpoſitis uenis, & ſalutẽ promittentib. ad pri
ſtinum uictum, & conſuetudinẽ reuerſus fuiſſet. *Venas compoſitas.*] Bene diſpoſitas, & quietas. Ve
nas aũt illas intelligit, quæ ſpiritui accõmodatæ ſunt, quas recentiores medici pulſatiles appellant
à pulſu, qui eſt διαστολὴ καὶ συστολὴ ἀδιαίρετος ἀρτηρίας καὶ καρδίας. i. diſtentio & contractio indiuiſibilis ar
teriæ & cordis. uel παλμὸς ἢ ζέσις φλεβὸς ἀρτηρίας. i. ſubſultio & palpitatio, uel ebullitio uenæ & arteriæ, D
in quibus ſi ſanguis transfundebatur Eraſiſtratus putauit cauſam morbi eſſe originalem. *De ma*
iore domo.] Cuiuſdam diuitis, & opulenti. *Lagena.*] ποτήριον. i. poculum ſignificat, hoc eſt uas ui
narium. Apul. lib. ij. De aſino. Et lagœna iuxta orificio cæſim deaſcente pateſcens. quem locum e-
mendans ſic lego. Orificio ſenſim dehiſcente pateſcens. Hiero. Alius portans lagœnam uini. Fie-
bant opere figulino, ut oſtendit Eſaias cum ait. Et comminuuntur ſicut conteritur lagœna figuli
contritione præualida. Laguncula eius diminutiuo, utuntur Plin. in Epiſto. & Hierony. ſed quoni
am locum Apuleij emẽdauimus, non pigeat & hæc duo corruptiſſima ſubnotaſſe emẽdata. Apud
Apul. lib. iij. De aſino legitur. Saginer meum ipſa lupulis conſeruo theſſalis. ubi ſaginer dictionem
inuſitatam obelo fodiendam autumo, ut eius loco ſic agnum aſteriſco ſubſtituamus. Paulo infra
legitur Herculis Anethi, &c. corrupte, & perperam. Tu lege herbulis, & ſic diſtingue Apulei codicẽ.
quamq́ futilibus tanta res procuretur herbulis. Anethi modicum, &c. enumerat enim poſtea her
bulas quibus illa res procurabatur. & hęc eſt uera lectio, quam nemo ante nos recognouit, & ſi nõ
deſint, qui illam ſibi aſcribant. *Modice ſitiente.*] Parum capaci. *Lenia ſurrentina.*] Surrentina ui
na inter generoſa numerantur conualeſcentibus maxime comprobata propter tenuitatem, ſalu-
britatemq́. Tyberius Cæſar (ut ſcribit Plin.) dicebat conſenſiſſe medicos, ut ſurrentino uino darẽt

A nobilitatem, alioquin eſſe generoſum acetũ. hoc nobilem uappã appellabat C. Caligula, qui Tyberio ſucceſſit. Surrentũ autem ciuitas eſt Campaniæ cum promõtorio Mineruæ, Sirenum quondam ſedes, cuius meminit Sillius in quinto. Calices ſurrentinos celebrat Mart. illic enim opere ſigulino præcipui conficiebantur, ut iudicat Plin. in xxv. Lenia autem dicit propter tria uini genera, auſterum, dulce, & lene. *Sibi loturo.*] Balneas ingreſſuro more Romanorũ, qui ante cœnã au ctore Celſo exercebantur, poſt eam exercitationẽ balnea ingrediebantur. Appianus mentionẽ faciens de Catone ſic ait. Circa ueſperam è balneo ad cœnam tranſit. Apul. lib. x. Qui quum ſe refecturi clauſa cellula balneas petijſſent. Idem lib. viij. Diſpoſita cœnula balneas obeunt. Erat & mos Indorum, ut docet Philoſt. Illud notatu dignum, quod lotione Commodus imperator adeo oblectabatur, ut per diem ſepties, & octies in balneis lauaretur. Econtrario priſci (ut inquit Seneca) brachia tantum ac crura quotidie abluebant, quæ ſcilicet ſordes collegerant, cæterum totum nundinis lauabatur. Tempus autem lauandi erat poſtmeridianum, ut docet Victruuius. *Heus bone, tu palles.*] Cum medici præceptis & admonitionibus luxurioſus iſte morbo laborans non paruiſſet, pallorem contraxerat, unde medicus eum reuiſens in hæc uerba prorumpit. *Palles.*] Pallor ægroti eſt indicina. Verg. Continuo eſt ægris alius color, horrida uultum Deformat macies.

Nihil eſt.] Aegrotantis uerba, quibus ſe excuſare nititur. *Videas tamen.*] Loquitur medicus eũ

B admonens, ut nolit hoc quicquid ſit floccipendere, ſed potius maxima cura, ſtudio, & diligẽtia cauere, quoniam cutem eius intumeſcere, & luteam fieri intuitur. Notat autẽ morbum hydropiſis, qua qui laborant, luteum & cæruleum colorem ob aquam intercutem repręſentare uidentur. *Lutea ruſſa.*] Quod in ægroto letiferũ eſt ſignum, à luce. Habet primam productam ut patet hic, & apud Ouid. & cæteros. Vnde manifeſtarius & pene puerilis error eſt illorum, qui apud Iuue. ita legunt. Incude & luteo Vulcani ad rhetora miſit, cum luto pro luteo legẽdum ſit, ut apud Verg. Mutauit uellera luto. *At tu deterior palles.*] Non ſolum medico bene conſulenti, & de eius ſalute ſollicito obedire paratus non eſt, ſed illum deriſionibus & iurgijs inſectatur. nã aſperrime patitur ex malo peſſimus monitionẽ, at bonus moneri & corripi lęto animo gaudet & in cunctis. Seneca. Admoneri bonus gaudet, peſſimus quiſq; correctionẽ aſperrime patitur. Tales qui caſtigationẽ moleſte ferrent, apud Laconas erãt in magno obprobrio. auct. Plut. *Ne ſis mihi tutor*] Tutores, quorum alij legitimi, alij honorarij nuncupantur, ſunt (ut docet Paul. lib. xxvi. Digeſt.) qui uim ac poteſtatem babent tuendi eum, qui propter ætatem ſuam ſponte ſe defendere nequit, dicti quaſi tuitores ac defenſores, ut traditur in Inſt. de tutelis. Analogiſtos ſiue Analogos appellat tutores Iulianus iuriſcon. eos, qui non tenentur reddere rationem adminiſtratæ tutelæ. Ius dandi tutores datum eſt (ut inquit Vlpianus) omnibus magiſtratibus municipalibus. *Hunc ſepeli.*] Tutorẽ, quo

C niam mihi nimium moleſtus erat. unde infert ſe medicum interfecturũ, ſi moleſtia & tædio ipſum afficere perſeuerauerit. *Perge tacebo.*] Diſcedens medicus, quia ὄνου πόκας, i. aſini uellera quærebat. i. ſuis præceptis nihil proficiebat, cum indignatione hæc loquitur. *Turgidus hic epulis.*] Finito ex medici diſceſſione languentis & eius dialogo, eleganter & ſatyrice deſcribit poeta, quem finẽ & exitum conſecutus fuerit adoleſcens, qui cum ægrotaret, medici præcepta nihili faciens epulis ſe ingurgitabat, & balneis lauabatur, ignorans quod uentris ingluuies & ebrietas, tam animæ infirmitatis, quàm corporis cauſam & materiam tribuũt. Qui enim ægrotat, non aliter recipit ſanitatẽ niſi tenui & caſtigato uictu, qui λιτὴ δίαιτα, id eſt, tenuis diæta dicitur. Auctor Hiero. *Turgidus.*] Cibo repletus, & uſq; ad uomitum ingurgitatus, diſtentus, quod quidem iniquum eſt. nã (ut ſcribit Cice. in Catone) tantum cibi & potionis adhibendum eſt, ut reficiantur uires, non ut opprimãtur. nec uero corpori ſolum ſubueniendum eſt, ſed & menti atq; animo multo magis. Auicenna. Vehemẽs inquit repletio in qualibet diſpoſitione uitanda ſiue ex cibo, ſiue ex potu procedat, quæ crapulæ nomine ſignificatur. & (ut inquit Hieron.) morbi ex ſaturitate nimia concitantur. Græci ſic. οὐ πλησμονὴ οὐ λιμὸς οὐκ ἄλλο οὐδὲν ἀγαθόν. id eſt neq; repletio, neq; fames aliquo modo bonũ. hinc Ariſtot. ad Alexandrum. Qui tranſgreditur debitum modum in pleno, & in uacuo, non poterit euadere furorem ægritudinis, & moleſtias infirmitatum. *Lauatur.*] In balneis, ut concoquat. Inſti

D tuerunt medici quidam balneas ardentes teſte Plin. quibus perſuaſere cibos concoqui. multi uero ad ſepulchrum efferebantur, quod tetigit Iuue. cum ait. Crudum pauonem in balnea portas, Hinc ſubitæ mortes. Colu. Mox deinde ut apti ueniamus ad ganeas, quottidianam cruditatem laconicis excoquimus. Sunt autem laconica (ut obiter hoc annotemus) loca in balneis, in quibus ſudor elicitur ſicco ſudore. ut docet Cor. Celſus in ij. Victru. in quinto, Laconicum ſudationes cõiungi debere tepidario præcepit. ſic autem eſt appellatum, quoniam Lacedæmonij nudi unctiq; præ cunctis exercebantur. auctor Dion. *Ventre albo.*] Pallenti. Orat. Niſi cauſa morbi Fugerit uenis & aquoſus albo Corpore languor. *Exhalante.*] Emittente. *Sulphureas mephites.*] Verg. lib. viij. Sæuamq; exhalat opaca mephitim. ubi dicit Seruius, quod Mephitis proprie eſt terræ putor, qui de aquis ſulphuratis naſcitur, & eſt in nemoribus grauior ex denſitate ſyluarum. Alij mephitim deum uolunt Leucotoe connexum, ſicut eſt Veneri Adonis: Dianæ, Virbius. alij mephitim Iunonem uolunt, quam aerem eſſe conſtat. Nouimus enim putorem non niſi ex corruptione aeris naſci, ſicut etiam bonum odorem de aere incorrupto, ut ſit Mephitis dea odoris grauiſſimi, id eſt, graueolentis. Sulphureas ergo mephites expone odorem teterrimum ſulphur redolentem, quod naſcitur in inſulis Aeolijs inter Siciliam & Italiam, ſed nobiliſſimum in Melo, ut ſcribit Plinius in xxv.

Sed tremor.] Dum eſt circa calices exhauriendos occupatus, fit tremulus, quod ex nimia potus

cibiq;

cibiq́ repletione prouenit. Auctor Seneca. & eſt imitatio Orat. qui ſic in primo Epiſtolarum. Oc- A
cultam febrem ſub tempus edendi Diſſimules, donec manibus tremor incidat unctis. *Subit.*] Se
quitur. Verg. Pone ſubit coniunx. *Calidum trientem.*] Vas potorium, calicem à numero unciarũ,
quarum eſt capax. Eſt enim triens pars tertia aſſis. Marti. Crebros ergo bibas licet trientes. Proper
tius. Cum fuerit mulus exacta trientibus bora. aliàs eſt nummus. Calidũ autem dixit ut eius longã
potationem incontinentiamq́ ſignificaret, qui tamdiu calicẽ manibus potando ante tremorẽ aduẽ
tantis febris tenuerit, ut eum calidũ reddiderit. Vel reſpexit ad calidam potationẽ, de qua Iuue. in
quinta meminit. & Marti. in ultimo. *Vncta pulmentaria*] .i. pinguia, & lauta obſonia, à pulte, ut do
cet Pli. in xviij. & M. Varro. à qua pultariũ pro uaſculo pultis dicitur Cor. Celſo. Veteres dãnabant
pulmentaria, quæ egerent alio pulmentario. Pulupbagũ opificẽ appellauit Plaut. ignauũ & nundi
nalem, qui uiliori cibo ueſceretur .i. pulte. *Hinc tuba.*] Antiquorũ tangit conſuetudinẽ, qui cada-
uera ad tubę ſonitũ ſepeliebant, quod docet Lutatius Papinij interpres, ſcribens in dignioribus fune
ribus tuba cani, plebeis tibia. Sta. Tibia cui teneros ſolitum deducere manes. Oui. Tibia funeribus
conuenit iſta meis. Idem docet Plinius in funere eius corui, qui Tiberium, deinde Germanicum, &
Druſum Cæſares nominatim ſalutabat. Hinc graphice & ſignificanter à Lucio in floridis chorau-
læ monumentarij dicti ſunt tibicines, qui ad ſepulcra apud ſitos hoc eſt defunctos canebant, qua-
les ſiticinas auctore Gellio priſci uocant. *Candellæ.*] Candellas, & cæreos, & funalia adbiberi in B
defunctorum pompa apud antiquos ſat notum. unde & nomen funeris, ut quidam ſentiunt.
Beatulus.] Non qui eſſet, ſed qui uidebatur diues, felix, & fortunatus. *Compoſitus.*] Collocatus.
Alto lecto.] Magnifico, ſplendido. lecto enim efferebantur cadauera, quod & ſi unica Suetonij
auctoritate ſatis notum ſit, qui de funere Cæſaris loquens ſic inquit, Lectum pro roſtris in forum
magiſtratus & honoribus functi detulere, Valerij tamen uerba idem teſtantis ſubijciemus ex libro
quarto, De animi moderatione. Idem filios ſuos monuit ut funebri eius lecto humeros ſubijcerẽt.
Docet idem etiam hoc in capitulo de paupertate. *Lutatus craſsis amomis.*] Perfuſus, illinitus, de-
libutus unguentis precioſiſſimis. Antiquitus enim cadauera unguentis perfundebantur. ut ex
Vergilio, Valerio, Ennio, Iuuenale, Papinio, cæteris didicimus. Propertius. Cur nardo flammæ
non oluere meæ. Scribit Plinius luxuriam adhibuiſſe defunctis urendis unguenta & odoramen-
ta, quæ dijs colendis natura genuerat. Amomum autem genus herbæ eſt odoratiſſimæ, cuius fru-
tex ſimilis eſt botro (ut inquit Dioſco.) naſcitur teſte Plin. in Armenia, in Media, & in Ponto, ex
quo error eſt Seruij manifeſtatus, qui in Aſſyria tantum naſci arbitratus eſt amomum, de quo A-
ëtius Amelius inſignis medicus ita ſcribit ἄμωμον ἔοικε τὴν δύναμιν ἀκόρῳ, πλὴν ὅτι ξηρότερόν ἐστι τὸ ἄκορον, πε-
πτικώτερον δὲ τὸ ἄμωμον, id eſt, Amomum propè uim habet acori. Siccius tamen eſt acorum, amo-
mum uero facilius digeritur. *Extendit calces.*] Ritu naturæ (ut auctor eſt Plin.) capite hominem C
gigni eſt, pedibus efferri. Mart. lib. ix. Sed mea porrexit ſportula Paule pedes, id eſt, perijt cœna. in
cuius loci interpretatione hallucinatur Domitius. *In portam.*] Domus uel ciuitatis. nam lex xij
tabularum uetabat cadauera in urbibus ſepeliri, unde in agris ſepeliebantur. Diuus Adrianus pœ
nam ſtatuit quadraginta aureorum in eos qui in ciuitate ſepulcrum faciunt, cuius rei meminit Vl
pianus Tit. De ſepul. uiolato. Seruius uero in xi. Aeneidos commentario refert antiquam con-
ſuetudinem fuiſſe ut in ciuitate ſepelirentur, quod poſtea inquit Duillio conſule ſenatus prohibu-
it, & legauit ne quis in urbe ſepeliretur. *Heſterni quirites.*] Eius ſerui pridie quirites. i. Romani fa-
cti ob libertatem conſecutam. Titulus eſt apud iuriſc. quomodo fiant liberti ex teſtamentaria do-
natione. *Capite induto.*] Accepto pileo, quod in templo Feroniæ, quæ libertorum dea eſt, ſerui
qui manumittebantur, accipiebant. Plautus. Quod ille faciat Iuppiter, ut ego hodie raſo capite cal
uus capiam pileum. Pileum enim libertatis eſt ſignum. unde legimus apud Liuium, Sueton. cæte-
ros, ad pileum ſeruos fuiſſe uocatos, id eſt, ad libertatem, cuius inſigne eſt pileus. Plin. de Cor. Cin
na loquens. Vocauſq́ ad pileum ſeruis aduerſarios uicit. Scribit Dion Brutum pugiunculos, &
pileum geſtaſſe, ſignificare uolentem à ſe & Caſſio patriam liberatam. Liuius ſotera Aemilium re-
fert captiuos Hannibalis Romanos euectos in Italiam ex Græcia iuſſiſſe, quod eos à ſeruitute rede
merat, pileatos ſequi ſuum currum ὥσπερ ἔθος ἐστὶ τοῖς ἀπελευθερωθεῖσι, id eſt, ut eſt mos iis, qui liberi fa- D
cti fuerint, ut auctor eſt Plutarchus. Cur autem raderent caput me docuit Io. Baptiſta Pius facun-
diæ torrens & literarum theſaurus, cuius doctrina & eruditio tanta eſt ut iam ſit nota gregalibus,
nota principibus, notiſſima noſtri ſeculi regibus, & neminem omnium eruditorum iudicio hac
noſtra tempeſtate in literis habeat ſuperiorem. ſed iam ipſius uerba recitemus, quæ in Ampbit. co
mœdiæ commentarijs reperiuntur. Scito inquit id obſeruari uti capillitium radatur, quoniam ſci
licet omnis umbra ſeruitutis capite tanquam primario membro & arce, acropoliq́ hominis excu
tiebatur, renouabaturq́ ſeruus, qui ad libertatem ſpectabat, & quod non undiq́ ſecus corporis
fieri poterat, per digniorem, honorificentiorem, & ſacratiorem locum perficiebatur. hæc ille. Su-
mebant & pileum ij qui tempeſtatem maritimam effugerẽt, ſignificare uolentes ferociens & impe
tuoſum mare, ueluti agreſtem dominũ effugiſſe. Iuue. Gaudẽt ubi uertice raſo Garrula ſeruati nar
rare pericula nautæ. Legimus apud Sex. Aureliũ quod omnis Roma adeo interitu Neronis exul
tauit, ut plebs induta pileis manumiſſione tanquam ex ſæuo exempta domino triũpharent, quod
traditum eſt & à Tranquillo.

AELIVS ANTONIVS NEBRISSENSIS.

Inſpice, neſcio quid.] Quæ ſequuntur ad ſuperiora pertinent, ubi de incontinentia deſidis age-

A batur,qui cum incipit ſigna morbi aduentantis ſentire, conſulit medicum , ſed non perſtat , quia
uiucitur à præſenti uoluptate.Dicit itaq;. *Qui dicit medico inſpice ſodes.*] id eſt, o amice. *Inſpice.*]
id eſt palpa & attrecta. *Nam pectus trepidat mihi.*] id eſt,cor palpitat. *Neſcio quid.*] id eſt , ob quã
cauſam. *Et halitus.*] id eſt,oris fœtor & graueolentia. *Exuberat.*] Id eſt redundat,exhalat. *Et
faucibus ægris.*] Quod ipſum etiam ſignum eſt ægrotationis. *Iuſſus requieſcere.*] .i. ille qui timet
ægrotare à medico iuſſus ut abſtineat à labore,& in lecto iaceat atq; quieſcat. *Poſtquã tertia nox.*]
id eſt,ægrotans ipſe in tertia nocte. *Vidit uenas.*] .i.Arteriarũ pulſum. *Currere compoſitas*] .i.or
dinatas palpitare.hoc eſt quia non fuit febris tertiana quam timebat. *Rogabit ſibi loturo.*] Ad u/
ſus ſuos cum uult ire lauatum ad balnea. *De maiore domo.*] .i. locupletiori quæ melius habet ui/
num. *Surrentina lenia.*] .i.uina ex Surrento Campaniæ loco, quæ lenia ſunt:nam triplex eſt uini
ſapor,lenis,auſterus,dulcis. *Lagena modice ſitiente.*] .i.Vrna parum capaci,quod faciunt qui ab
amicis uina quaſi deguſtationis gratia petunt.Sitiente uero pro capaci ex eo dictum eſt,quod ſitis
uacuitas eſt humidi,quemadmodum fames ſicci.qui igitur ſitit,multũ uini poteſt capere. ſic Plau
tus de iena anu.Sitit inquit quadrantal , hoc eſt capere & bibere poteſt uini tantum quantũ capit
quadrantal. *Heus bone.*] Verba ſunt medici reuiſentis ægrotare timentem. *Heus bone.*] .i. o ami
ce.& eſt blandientis allocutio ſicut ſupra ſodes. *Tu palles.*] Quod eſt morbi ſignum. *Nihil eſt*]
B Verba ſunt incontinentis ad medicum. *Videas tamen iſtud.*] Verba ſunt medici cauti augentis ſu
ſpitionem,ut ægrotus caueat ſibi. *Quicquid id eſt.*] .i.quantumcunq; parum ſit. *Pellis lutea.*] .i.
Pallida. *Surgit tibi.*] .i.Intumeſcit,quod eſt ſignum morbi. *Tacite.*] .i.Ex cauſa incognita & la
tenti. *At tu deterius palles.*] Medici conſiliũ non ſolũ non admittit incontinens,ſed etiam contu/
melioſe appellans dicit illũ deterius eſſe affectũ.ſic enim ſolemus eludere illos qui nobis ultro con
ſuiunt,ubi nobis conſiliũ minime deſideramus. *Ne ſis mihi tutor.*] Ac ſi dicat in ea ætate ſum , cui
nõ debeat dari tutor,ſed neq; curator.ſic Hora.ij.Ser.Siue ego praue Seu recte hoc uolui,ne ſis pa
truus mihi. *Iam pridem hunc ſepeli.*] .i.Iam diu inquit eſt,quod tutorẽ meum ſepeliui, & ſum liber
à tutela. nunc uero *Tu reſtas*] .i.ſuperuenis qui ſis mihi tutor neq; iure neq; à prætore datus.q.d.
ego te non feram tutorem. *Perge,tacebo.*] Verba ſunt medici deſperãtis de ſalute huius. *Perge*]
Fac ut libet. *Tacebo.*] Quia uerbũ poſthac tibi non faciam. *Turgidus hic.*] Quid ex medici cõ
temptu ſequatur oſtendit. *Hic.*] .ſ.adoleſcens incontinens. *Turgidus epulis.*] .i.crudus & infla
tus. *Et uentre albo.*] .i.pallido,quod ipſum eſt ſignũ cruditatis ſtomachi. *Lauatur.*] ſ.in balne/
is.Iuue.Crudum pauonẽ in balnea portas.balneatio aũt crudis mortifera eſt. *Gutture exhalan/
te*] Spirãte.ſic ſupra, Faucibus exuberat grauis halitus. *Mephites ſulphureas.*] Vapores quales
ex uenis ſulphureis exhalantur.Vergilius vij.Aeneid.ſæuamq; exhalat opaca mephitin . ubi Serui
C us.mephius inquit eſt terræ putor,qui de aquis naſcitur ſulphuratis. *Sed tremor inter uina ſubit.*]
id eſt,ſubito in conuiuijs inter bibendum incipit tremere & exhorrere. *Et excutit.*] .i.ille tremor
cadere facit. *Trientem è manibus.*] .i.Calicem potorium qui uncias quatuor capit.nam uaſa poto
ria ab unciarũ numero appellabantur.Martia.cum potes amethyſtinos trientes.& aliubi idem.
Quincũces & ſemiſſes beſſemq; bibamus,Caius ut fiat,Iulius & Proculus. *Dentes reiecti.*] .i.aper
ti labris diductis. *Crepuere.*] .i.cum ſtridore ſonuerunt. *Et pulmentaria uncta.*] .i.Cibi pingues.
Cadunt hinc.] .i.Ex cauſa ſuperius dicta,hoc eſt incontinentia. *Laxis labris.*] .i. ſolutis quia nõ
poteſt ore cibũ conficere. Et quid ex hoc deinde ſequatur ſubdit. *Hinc tuba,c.*] Candelæ quæ in
funeribus parari ſolent.tuba autem uſui erat in funere adultorum,quemadmodum tibia infanti/
um. Verg.xi.Aeneid.in funere Pallãtis . It cœlo clamorq; uirum,clangorq; tubarũ.Et Papinius in
Thebaide in funere Archemori . Tibia cui teneros ſuetũ deducere manes.Et ſaluator noſter in E/
uangelio ſuſcitaturus puellam,tibicines auferri iubet. *Tandemq; beatulus.*] .i.diues,aut qui ſibi ui/
debatur beatus. *Compoſitus alto lecto.*] .i.Pheretro quo mortuorũ cadauera efferuntur. *Et luta/
tus.*] .i.Quaſi luto perunctus. *Amomis craſsis.*] .i.Vnguento pingui.Nam cadauera perungebã/
tur. Verg.vi.Aeneid.Corpuſq; lauant frigentis & ungunt. *In portam rigidos calces extendit.*] Quia
mortui anterioribus pedibus efferuntur,cuius cauſam Plutarchus in Problematis affert,quod ui
D delicet exitus uitæ contrarius eſt ortui.naſcimur enim plerunq; in caput.Nam in pedes naſci mon
ſtruoſum eſt.in portam autem dicit,quia cadauera extra urbem efferebantur. *Et quirites heſter/
ni.*] id eſt,ſerui morte domini ex teſtamento facti liberi ciueſq; Romani.ut infra.heu ſteriles ueri
quibus una quiritem Vertigo facit. *Subiere illum*] id eſt,poſitum in pheretro humeris ſuſtulerũt
in funus. *Capite induto.*] id eſt,cucullo more illorum qui mortuos lugent obtecto.aut induto,id
eſt pileato.nam ſerui facti liberi raſo capite pileum ſumebant,idq; erat inſigne libertatis.

ECPHRASIS MVRMELLII.

Is ægrotus qui dicit medico, Inſpice,pectus trepidat mihi , neſcio propter quid, & grauis hali
tus exudat ægris faucibus,ſodes inſpice,quid morbi ſit,iuſſus à medico requieſcere,poſtquam ui
dit tertia nocte febrim non reuertiſſe:rogabit lenia uina ſurrentina dari in modica lagena ex do/
mo ditioris amici,ſibi balneum ingreſſuro.Medicus autem reuiſens eum reuocat , ne balneum in
tret.Heus bone tu palles.Reſpõdit ægrotus.Nihil eſt.Medicus.Tamẽ uideas iſtud,quicquid id eſt.
cutis crocei coloris tibi latenter intumeſcit.Aegrotus . At tu palles deterius quàm ego.ne ſis tutor
mihi.Iampridem ſepeliui hunc tutorem,tu reſtas à me ſepeliendus.Medicus . Perge : Tacebo . Hic
ægrotus,contemptis medici monitis,turgidus epulis,& pallido uentre lauatur gutture exhalante
tarde graue olentes halitus.Sed tremor occupat hominem inter uina,& excutit è manibus eius ca
 lidum

lidum poculum, dentes denudati crepuerunt. Vncta pulmentaria excidunt tunc ore illius labris A apertis. Tunc tuba & candelæ ad funus efferendum præparantur, & tandem diues, quem uulgus exiſtimat beatum, compoſitus alto lecto, & perfuſus craſſis unguentis extendit calces iam morte rigidos in portam. at liberti, pridie mortem domini in libertate donati, accepto pileo, funus illius efferunt ad ſepulturam.

SCHOLIA.

Inſpice neſcio quid.] Quemadmodum ægrotus qui medici monita contemnit, non eũ, ſed ſeipſum fallit: ita iuuenis qui philoſophos irridet, non eis nocet, ſed ſuæ ipſius ſaluti aduerſatur. Eſt autem philoſophia animi medicina, ſicut medicina, corporis philoſophia. *Poſtquam tertia comp.*] Medicinæ Perſius non ignarus ea profecto ponit, quæ ueteres medici obſeruauerunt. Celſo enim auctore lib. iij. Vbi corpus ægrotare incipit, quamuis unam febris acceſſionẽ ſecuta integritas eſt, tamen quia tertiana timeri poteſt, expectandus eſt dies tertius, & ubi acceſſionis tẽpus præterijt, cibus dandus eſt, ſed exiguus, quia quartana quoq; timeri poteſt. Hic autem die tertia cũ uideret febrim non reuertiſſe, tanquã omni periculo liberatus ad priſtinũ uictũ, & incontinentiã redijt. *Modice ſitiente.*] Modicum capiente. *Surrentina.*] Hæc uina dicta ſunt à ſurrentinis montibus Cãpaniæ, & propter tenuitatẽ, ſalubritatemq; conualeſcentibus maxime probata erant. *Heus bo. t. p.*] Medici uerba ſunt, ne ſe lauet, neue largius uino utatur, quoniã palleat, admonentis. *Nihil eſt.*] B Valetudinem diſſimulat ægrotus, ut ad priſtinã luxuriã relabatur. *At tu deterius palles.*] Cõuitiatur medico, monens ne ſibi tanquam cuſtos & tutor ſit. *Ne ſis. m. t.*] Ne mihi præſcribas, atq; imperes. Horat. Siue ego praue, Seu recte hoc uolui, ne ſis patruus mihi. *Hunc.*] Tutorẽ. *Sepeli.*] Per apocopen pro ſepelij. *Tu reſtas*] Cupio & te, qui me uis regere, ſepelire, ſicut tutorem meũ ſepeliui. Horat. Omnes compoſui fœlices, nunc ego reſto, Confice. *Perge tacebo.*] Verba medici irati, & diſcedentis. *Mephites.*] Mephitis eſt terræ putor ex aquis maxime ſulphuratis, atq; corruptis proueniens. Maro. Sæuamq; exhalat opaca mephitim. *Tunc tuba*] Legitur & hinc, ſed tũc magis arridet. In funeribus dignioribus olim tuba canebatur, in plebeijs tibia. *Beatulus.*] Apte diminutiuo utitur ironicos loquens. & ſignificans minime beatum, tametſi uulgo uideatur.

Tange, miſer, uenas, & pone in pectore dextram.
Nil calet hic. ſummosq; pedes attinge, manusq;.
Non frigent. uiſa eſt ſi forte pecunia, ſiue
Candida uicini ſubriſit molle puella,
Cor tibi rite ſalit. poſitum eſt algente catino,
Durum holus, & populi cribro decuſſa farina.
Tentemus fauces, tenero latet hulcus in ore
Putre, quod haud deceat plebea radere beta.
Alges, cum excuſſit membris timor albus ariſtas:
Nunc face ſuppoſita ferueſcit ſanguis, & ira
Scintillant oculi, dicisq; facisq;, quod ipſe
Non ſani eſſe hominis, non ſanus iuret Oreſtes.

ASCENSIVS.

Tange miſer uenas, &c.] Hic ecõtrario taxantur teneri & indulgentes ſibi, qui ſe ægrotos dicunt cum ſani ſint. Ordo eſt. Miſer. i. quiſpiã miſeri & puſilli animi ſupple dixit C medico o medice, tange uenas (diceret arterias. quod in perſona iuuenis à literis auerſi facile purgatur, diceret etiã in pectus, quia motus & mutatio loci eſt) & pone dextram tuã in pectore meo. Reſpondet medicus poſtquã id fecit. Nil calet hic. i. in pectore ac in arterijs tuis. Attinge (inquit puſillanimus) & ſummos pedes & ſummas manus. i. extremitatẽ pedũ ac manuũ. Reſpondet medicus hoc facto. Nõ frigẽt. ſ. pedes ac manus tuæ. Sed ſup. cor ſalit. i. cõcitatur tibi rite. per ironiã hoc eſt debite, ſi forte pecunia eſt tibi uiſa quã concupiſcis. Aut ſi candida puella uicini tui ſubriſit tibi, molle. i. molliter & laſciuiuſcule. Poſſit etiã ſic legi ſi. i. tametſi, pecunia eſt forte uiſa tibi ſiue puella uicini candida ſubriſit tibi molle tamẽ, cor ſalit ubi rite. i. nõ afficeris uero morbo. ſed prior placet. & ſi ſup. holus durum eſt tibi poſitũ. i. appoſitum in catino. i. cacabo aut uaſe alio ad coquendum idoneo algente. i. frigente. potiſſimũ autẽ holus calidũ ſummi uult. inde Flandris pulmentarium calidum, etiam ſi frigidum ſit, uocatur. & ſi fa D rina decuſſa. i. purgata cribro populi. i. uulgari & groſſo. hoc eſt panis durus & groſſus, eſt ſupple appoſitus tibi. Tentemus. i. diſquiramus fauces tuas, hulcus putre latet in tenero ore tuo. i. cauſa infirmitatis tuæ eſt in gula ac lautitijs tuis. quod ſupple hulcus. haud id eſt non deceat, radere. i. uel molliter contingendo purgare. beta, plebea. i. herba illa qua plebei ueſcuntur. Cum. i. quando timor aut potius tremor albus. i. album hoc eſt pallidum faciens. & ſunt qui uolũt allegorice tremorem amorũ ſignificari. Nam & Galli febrem albam uocant. excuſſit membris tuis ariſtas. i. firmitatem & calorem, ſicut ariſtæ firmæ & rigidæ ſunt & calore arent, aut potius ariſtas capillos horrore inſurgentes, hoc eſt quando amore languens uiſa ſcilicet puella uicini, tunc alges. i. immodice & intemperanter palleſcis & tanquam horrore concuteris. nunc autẽ ſanguis ferueſcit tibi, & hoc face. i. materia iracũdiæ ſuppoſita. i. ſubminiſtrata ubi per me qui te reprehendo. & oculi ſcintillãt. i. tanquã radios ignitos & tremulos emittũt tibi ira. i. propter irã uehementẽ. & ſic neſcis mediũ tenere quin aut lãgueas aut excãdeſcas, & ita dicis & facis, quod ipſe Oreſtes nõ ſanus. i. demẽs iuret nõ eſſe ſani hominis. i. nõ ptinere ad ſanũ hominẽ. Poſſumus illud alges cũ excuſſit, &c. interpretari etiã de pilis ut reliqui cõmentarij, ſed ſub alio ſenſu ſic, Cũ. i. poſtquã timor albus. i. pallidum faciens excuſſit, pro excuſſerit membris tuis ariſtas. i. pilos maturos & albicantes ſcilicet in ſenio, tu

A alges.i.algebis,ut ſit à tertia coniugatione.Nam uerba ſecundæ deponendo e literam fiunt tertiæ,
ut à feruco feruo.à tergeo tergo.à caueo cauo,&c.hoc eſt nimium frigebis,& nunc in iuuenta,ſ.ſan
guis feruescit face ſuppoſita,&c.Et ita non tenes medium,ſed deliras inſanus.

IOANNES BRITANNICVS.

Tange miſer uenas.] Inuehitur in eos qui ocio & deſidiæ conſulentes languorem præ ſe ferũt, &
tamen ſuperantibus animi cupiditatibus ratione contineri non poſſunt quin ita ferantur ut ijs ni
hil inſanius habeatur. Tales igitur poeta deridet docens nihil homini miſerius quàm animi uitijs
laborare.itaq; inducit hominem ægrotum qui medicum de ualetudine conſulat. *Miſer.*] Nomi
natiuus eſt.i.ipſe æger miſer ſubaudi ait. *Nil calet hic.*] Pronunciatiue legendũ eſt.uerba ſunt me
dici negantis eum calere. *Non frigent.*] Verba medici oſtendentis nullum prorſus eſſe ſignum
ægritudinis. *Viſa pecunia.*] Hic oſtendit hominis auaritiã.i.ſi aliqua ſpes oſtẽtata fuerit pecuniæ
uel puellæ habendæ tibi qui infirmitate m fateris,ſtatim in eam prorumperes lætitiam,ut nõ æger,
ſed ſanus agnoſcare. *Subriſit molle.*] Pro molliter. tanquã tibi obſecutura. *Puella uicini.*] Hinc
ardorem libidinis demonſtrat.hæc dicuntur ex perſona poetæ ſubſannantis. *Cor tibi rite ſalit.*]
Scilicet præ nimia lætitia.uerba poetæ irridentis. *Poſitum eſt algente catino.*] Deeſt ſi,ut ſit ſenſus.ſi
huic qui iam morbo liberatus uidetur cibos populares appoſueris, rurſus morbo teneri ſe dicet.
B Per quod oſtenditur ꝙ turpe ſit hominẽ eſſe tantæ uecordiæ ut rationis imperiũ fugiat, & appeu-
tui obtemperet. *Durum holus.*] Holera dicuntur quæ in horto naſcuntur, ab holendo.inter hole
ra Celſus connumerat etiam rapas. *Catino.*] Vas eſt eſcariũ. *Cribro.*] Inſtrumentũ eſt quo far
ina decutitur & purgatur.ex ſetis equinis fieri conſueuit.id etiã apud nationes orientales ex ſerico
conficitur. *Populi.*] q.d.quo utuntur plebei & pauperes. *Tentemus f.*] Subaudi ſi medicus di-
cet. *Tenero latet ulcus in ore.*] Verba ægroti,poſſunt etiã eſſe poetę irridentis eius amentiã qui ita
animi affectibus obtẽperat,ut modo ſanitatẽ modo ualitudinem corporis præ ſe ferat. *Radere*]
Tangere. *Plebeia.*] Qua pauperes uescuntur. *Alges.*] Legendũ eſt in ſecũda perſona non in ter
tia quod indicant ſequentia.Dicisq; facisq;. *Alges.*] Febricitas quidẽ,ut ſit ſenſus.morbo quidẽ
acri uexaberis,ſed rationis oblitus ita in irã oblata leui occaſione effunderis,ut delirus eſſe uideã-
re. *Tremor albus.*] Febris,ab eo quod præcedit id quod ſequitur.Nã febrẽ ſequitur tremor. *Al
bus.*] Pallidus ut ſupra.atq; albo uẽtre lauatur. *Ariſtas*] Metaphoricos pilos.Nã ariſtæ propriè
ſunt aculei ſpicarũ dictæ ꝙ cito areſcãt. *Face ſup.*] Materia iracũdiæ. *Scintillãt oculi.*] Expreſſio
irati. *Dicisq; facisq; quod ipſe non ſani e.h.n.ſ.i.o.*] Ordo eſt.dicis & facis quod ipſe Oreſtes nõ ſanus
iuret eſſe hominis nõ ſani. *Ipſe*] Emphaſis.i.qui ratiõe prorſus caret.Oreſtes Agamẽnonis Myce
narũ regis filius fuit & Clytẽneſtræ,q cũ patrẽ à bello iliaco reuerſum,ab Aegiſto adultero & Clytẽ
C neſtra interfectũ cognouiſſet,ſeq; ab eiſdẽ in mortẽ uocari, capta opportunitate Aegiſtũ & matrẽ
necauit.Cuius parricidij Areopagitarũ iudiciũ ſubire coactus,uariatis (ut ſcribit Cicero in oratio
ne pro Milone) ſentẽtijs abſolutus fuit.Cęterũ cõſcientia geſtorũ exagitatus in inſaniã & furias uer
ſus uidere ſibi uidebatur matrẽ ſe ardẽtibus facib.& ſerpẽtibus atris inſequentẽ.unde Virgi. Arma
tam facibus matrẽ & ſerpentibus atris, Cũ fugit,ultricesq; ſedẽt in limine diræ.Pacuuius Oreſtem
inducit monitu Pyladis ut furias uitaret Apollinis templũ ingreſſum,& cũ inde exire uellet ei furi-
as occurriſſe.ad quod reſpexit Virg. Vltricesq; ſedent in limine diræ.nota eſt hiſtoria.

IOANNES BAPTISTA.

Tange miſer uenas.] Non pauciores animi,ꝙ corporis morbos eſſe, ſed occultiores tradiderũt
ſcriptores idonei,ex quo fit,ut nõ minus neceſſaria ſit animorũ medicina, ꝙ corporũ.unde Perſi
us corporis infirmitatẽ relinquens, qua ille adoleſcens ob incontinentiã & ingurgitationẽ mortẽ
ſibi comparauerat,medicum alterius adoleſcentis de ualetudine cõſulentis auaritiam,libidinem,
guloſitatẽ,& iracundiam eius,ob quas animi deprauationes ille adoleſcẽs corripiatur, ſatyrica in
dignatione reprehendentẽ introducit:ut eos caſtigans,qui ocio, & deſidiæ improbæ conſulentes
corpus inualidum & languore nutans præ ſe ferũt,& tamen ſi aut capiendæ pecuniæ ſpes fuerit,
aut puella molliter arriſerit,cæterisq; uoluptatibus occaſio fuerit monſtrata,ita in eas ſe dant præ
D cipites,ut non ita fatuus Melecides iudicetur,oſtendat homini ꝙ miſerũ,infelix, & infortunatum
ſit animi uitijs ægrotare. *Miſer.*] Adoleſcẽs ſupple ait. *Tange uenas.*] Peruulgate magis,quàm
in ſcite locutus eſt Perſius,qui uenas dixit pro arterijs,quas medici tãgere ſolent, quæ motu & pul
ſu,habitum & modum febrium demonſtrent, ut teſtatur & Plinius his uerbis. Arteriarum pul-
ſus in cacumine maxime membrorum euidens index fere morborum in modulos certos,legesq;
metricas per ætates ſtabilis,aut citatus,aut tardus. Cæterum cum Perſio multi non proletarij ſed
claſſici ſcriptores uenas pro arterijs dictitarunt,ut Suetonius,Seneca,cæteri.Cornelius Celſus: Ve
nis maxime credimus fallaciſſimę rei,quia ſæpe iſtæ leniores, celerioreſue ſunt & ætate,& ſexu, &
corporum natura. *Nil calet.*] Verba medici aſſeuerantis,& iudicantis hunc adoleſcentem fe
bre non laborare,cum non caleat.calor enim ſignum eſt,& indicina febricitantium.nam in febri-
bus eſt horripilatio,leuis motus,frigus,horror,calor feruidus,à quo Latine nomen accepit. nam
à feruore teſte Seruio febris dicitur. ſicut pyretus dictio eſt Græca ab incendio. hinc lexipyretos
medicamen finiens febres.Ariſtoteles in Problematis Encyclicis,Totius inquit corporis excedẽs
caliditas eſt febris. *Summos pedes.*] Extremas pedũ partes,quæ ſemper citius frigeſcere ſolẽt. Sũt
enim extrema tenuia,& neruoſa,& exigui admodũ ſanguinis,& ob hoc frigida.auctor Aphrodiſe
us. *Non frigent.*] Inquit medicus,de hoc febricitantium frigore meminit Cor. Celſus his.Frigus
uoco

uoco tibi extremæ partes membrorum inalgeſcunt. *Viſa eſt ſi.*] Verba medici hunc animo non A
corporis morbo laborare cognoſcentis.& eſt ſenſus. Tu qui nunc ægrotationem,& corporis uale-
tudinem ſimulas,cum animi morbo opprimaris,ſi aliquam pecunię ſpeculam,uel puellam bona
forma præſtantem tibi oſtenderimus,ſtatim lætabundus exilies, & gaudimonio ingenti perfuſus
lætaberis,ita ut nõ æger corpore,ſed ſanus eſſe & bona optabiliq; ualetudine frui uidearis.& ſic cũ
libidine eius caſtigat auaritiam,qua grauiter afficiebatur. *Pecunia.*] Veteres in pecoribus habẽ-
bant,quod habebant,ut inquit Auguſt.& teſte Col.adhuc apud quaſdam gentes hoc unum uſur-
patur diuitiarum gratia,propter quod nomina pecuniæ & peculij tracta uidentur à pecore. Do-
nat.in comm.Vergil.Pecuniam autumat ex corio bubulo priſcis temporibus fuiſſe, & inde dictã
pecuniam,quod ex pecore fieret.hinc nummi ſcortei & aſſes quos dedit Numa Pompilius in con-
giario.Hiero.de theſauris tuis ne ſcorteum quidem nummum proferre poſſis.Plu.uero exiſtimat
pecuniam à nota pecudis appellatam,qua Seruius rex nummum ſignauit.hinc Plut.in Publicola
aſſerit in uetuſtiſſimis nummis ſignum fuiſſe ouis,& ſuis,bouiſq; conſpectum.Pecuniæ autem no-
mine(ut inquit Hermogenianus) nõ modo nummi hoc eſt numerata pecunia ſed omnes res tam
ſolidæ quàm mobiles,& tam corpora quàm iura continentur. *Candida puella.*] .i.pulchra,& di-
uina formoſitate prædita,inſigniq; pulchritudine,quæ adeo fauorabilis eſt,ut cecinit Homerus *οὐ*
νέμεσις Τρῶας καὶ ἐϋκνήμιδας Ἀχαιοὺς τοιῇδ' ἀμφὶ γυναικὶ πολὺν χρόνον ἄλγεα πάσχειν· αἰνῶς ἀθανάτῃσι θεῇς εἰς ὦπα ἔοικεν· B
id eſt,non eſt indignum Troianos & bene armatos Græcos pro tali fœmina tot mala tanto tempo-
ris ſpatio ſuſtinere.& quare: quoniam æternis facies nimium eſt æquãda deabus. *Subriſit molle*]
Molliter,& dulciter tibi ſubriſit,tanquam omnibus tuis cupiditatibus obſecutura. Subriſit autẽ
temperate,& cum quadam modeſtia riſit.Verg.Olli ſubridens hominum ſator atq; deorum.hæc
enim particula Sub,ſignificat temperamentum,ut ſubtriſtis.i.aliquantulũ triſtis.ſubiratus paulu-
lum iratus.unde ſubbibere modice bibere,& cum temperamento.Suet.Si paulum ſubbibiſſet ali-
quid ſe ſufferti nniturũ Græ.ſermone promiſit. *Cor tibi rite.*] Ex lætitia,& gaudio,quod maxi-
mum ex puella tibi arridente concepiſti. *Poſitum eſt.*] Subintellige ſi, ut ſenſum talem elicias.ſi
huic,qui iã liberatus,& nulli morbo obnoxius eſſe uidebatur , appoſueris epulas uiles, & fercula
non opipara,non lauta,uilia;& ſaporis non ſcitiſſimi,ſtatim ſe dicet ægrotare , per quod rationis
imperium declinare,& libidini obtemperare turpiſſimum eſſe demonſtrat. *Algente catino.*] Fri-
gus recipiente. Catinus uaſis genus eſt à capiendo dictus. Oratius.Laganiq; catinum. Scribit M.
Varro Siculos uas,in quo ponebant eſculenta catinon appellare.utebantur & Ro.catino in ſacrifi-
cijs,ut ſcr.Apule.dicitur & catinum. Catina uero eſt urbs Siciliæ:Silius in xiiij.Tum Catine nimi-
um ardenti uicina Tiphœo.Strabo tamen Diodo.& Ptol.nõ Catinam,ſed Catanam ſcribũt,unde
Catanęus Charundas,qui leges Athenienſibus dedit *ἀπὸ τοῦ κάτω καὶ ἄνω* dicitur,quia cum ignes Aet- C
na erumpant ſuperiora ima fiant. *Durum olus.*] Quo excepto,& farina nihil aliud in cibo ſume-
re apud Perſas magos doctiſſimos,& eloquẽtiſſimos narrat Eubulus.Holeribus ueſcebatur & A-
pollonius,ut ſcribit Philoſt.eſt autem holus quæq; herba,qua ueſcimur. inde forum holitorium,
ubi holera ueneunt.Holitor qui & Gręcanica dictione cepuros,ipſe hortulanus,nam teſte Pho-
ca *κῆπος* eſt hortus. *Cribro populi.*] Non pollinario,ſed uiliori,& magis raro,quo utũtur plebei,
& pauperes,ut plus panis, & minus furfuris conficiatur. *κόσκινον* Græce dicitur cribrum, unde co-
ſcinomanna diuinatio quæ per cribrum fit.Plura ſunt cribrorum genera,eſt quod fit è pellibus ſu-
illis ut plurimum crebris pertuſum foraminibus ad frumenta purganda,à Græcis *λικμὸς* dictum.
λικμᾶν enim eſt uentilo,cribro.hinc adagium eſt aquam cribro haurire,in eos qui fruſtra operan-
tur mercedes in pertuſum mittentes ſacculum,quoniam aquam,& id genus cętera liquida,uel mi-
nuta tranſmittit.Plautus.Non pluris refert, quàm ſi hymbrem in cribrum geras. unde Demona-
ctes cum è duobus philoſophis imperitis uidiſſet alterum quædam abſurda percunctantem , altę-
rum nihil reſpondentem,ad amicos conuerſus,Nonne inquit uobis alter hircum mulgere , alter
cribrum ſupponere uidetur.Sunt & cribra ex ſetis equorum, quæ Galli inuenerunt. nam Aegy-
ptij ex papiro,atq; iunco,Hiſpani ex lino excuſſoria, & pollinaria.Auctor Plinius libro xviij.Polli-
narij cribri meminit Plautus in Pœnulo.Pollintorem Cato pollinario cribro ſecernentem appel- D
lat.Pollintio factura pollinis , Plinio dicitur . eſt autem pollin floſculus farinæ . de qua Cornelius
Celſus libro ij.infirmior eſt ex polline,infirmiſſimus panis ſecũdarius.farina autem dicitur à far-
re , quam medullam hominum dixit Hom . *καὶ ἄλφιτα μυελὸν ἀνδρῶν.* *Tentemus fauces.*] Si medi-
cus dicet ſubaudi. *Tenero latet hulcus in ore.*] Aegroti uerba in hunc ſenſum . O medice noli fau-
ces meas cibo tam inſipido,& illiberali tentare,cum male ſe habeant,& graui morbo lancinentur.
ex quo eius luxurioſa guloſitas arguitur,qui cibos omnis niſi lautos,& ſaliares faſtidiebat . At ſe-
cus Ptolemęus,qui rex olim per Aegypti deſerta non ſubſecutis comitibus pane cibario in caſu-
la oblato nihil illo pane iucundius unquam comediſſe ſe affirmauit. *Radere.*] Tangere. *Be-
ta plebeia.*] Cibo uili,ſordido,& fatuo,nulliuſq; ſaporis,ac precij , quo utuntur illi , qui pauperes
ſunt . eſt enim beta hortenſium herbarum leuiſſima , inſciti ſaporis & illiberalis, quam fabrorum
prandium appellat Mart . Plinius betaceum pedem uocat , apud quem plura de beta . degener
beta dicitur blitus , cuius Plautus , Plinius , Marcellus , cæteri meminerunt. Palladius libro iiij.
Hoc menſe blitus ſeritur ſolo qualicunq;,ſed culto. Ab hac herba(ut arbitror) Bononienſes fatu-
um , & helleboro indigentẽ bemuũ appellant. *Alges.*] Frigeſcis,quãdo pecuniarũ, uel libidinis
motus te corripuit. *Nunc face.*] Iracundũ illũ eſſe demonſtrat, quandoquidem leui oblata occa-
ſione

A ſione ita in iram præceps agatur, ut illum fatuũ eſſe delirus exiſtimet. Vnde facem pro iracũdię ma-
teria interpretare. *Albus timor.*] Ab effectu, quoniã albos, & pallidos reddat homines timentes,
quod natura noſtra, uisq; corporis improuiſa ueretur, ne quid extrinſecus patiatur, quemadmo
dum nos quoq; in domum profugimus, ita ipſa quoq; ualde fugit tuẽdi ſui gratia ad internũ cor-
pus. Contrahit autem ſecum ſanguinem, quo utitur nutrimento, atq; uehiculo, utpote ſolo ſibi u-
nit. Idq; erat quod roſeam, rubicundãq; cutem reddebat. Auctor Aphrodiſeus. *Excuſsit ariſtas*]
Excutiendo pilos corporis excitauit, quod ex hoc accidere idem tradit Aphrodiſeus, quod affe-
ctus iuxta frigiditatem habent, atqui frigiditas cutis ſpiramenta denſat, proinde capillus circum
aſtricta ſuperficie erigitur. Ariſta autem proprie aculeus ſpicæ eſt, dicta quod prima areſcat. hac ſe
muniunt fruges, ut tanquam uallo à morſu auium defendantur. Auctores Ser. Varro, & M. Tulli-
us. *Ira ſcintillant oculi.*] In oculis animi magna ſunt indicia, & (ut inquit ille apud Philoſt.) mores
hominum oculi pleroſq; indicant, qui moderationis, clementiæ, miſericordiæ, odij, amoris, triſti
tiæ, lętitiæ, indices ſunt. & (ut uerbis Plinij utar) contuitu quoq; multiformes, truces, torui, flagran
tes, graues, tranſuerſi, limi, ſummiſſi, blandi. profecto in oculis animus habitat, qui iræ ardore cor
repti flagrant (ut inquit Seneca) & flammantibus pupillis accenduntur, unde dixit Plautus in Me
nech. Vt oculi ſcintillant uide. cuius carmen paulo ſupra mẽdoſum eſt. nam ibi uiere legitur, cum
B uiuere ſcribendum ſit, & legendum. *Dicisq; facisq;.*] Ordo eſt. dicisq; facisq;, quod ipſe Oreſtes
non ſanus iuret non eſſe hominis ſani. eſt autem ſenſus. ſtulti nedum ſapientes, quę à te fiunt ad ho
minem mente captum pertinere iudicarẽt: & ita eum ob uina ſuperiora inſania animi morbo gra
uiſſimo correptum eſſe demonſtrat, cui mors ſola medetur, ut inquit Phalaris ſcribens ad Alcibo
num σώματος μὲν γὰρ ἀῤῥωστίαν ἰᾶται τέχνη, ψυχῆς δὲ νόσημα ἰσχυρὸν ἰᾶται θάνατος, id eſt, aduerſam enim corporis
ualetudinem ars ſanat, animi autem morbo ſola mors medetur. fuit autem Oreſtes filius Agamẽ-
nonis, & Clytemneſtræ, quam in ultionem necis paternæ cum occidiſſet confeſtim in furorem de
uenit, cum uideretur ſibi occiſæ matris imminentẽ imaginem facibus & ſerpentibus armatã, & ei
continuũ minitantem exitiũ uidere. unde Verg. lib. iiij. Aeneid. Aut Agamẽnonius ſcenis agitatus
Oreſtes, Armatam facibus matrem & ſerpentibus atris Quum fugit, ultricesq; ſedent in limine di
ræ. Huius furoris meminit Cor. Celſus lib. iij. in Taurica tandem ab Iphigenia ſorore liberatus eſt,
de quo Naſo lib. iij. De ponto. Memoriæ proditũ eſt Oreſtiadẽ oram ab Oreſte occupatã, nomina
tamq; fuiſſe cum cęſa matre exul profugeret, cũq; oppidũ condidiſſet, Argos oreſticũ de ſuo nomi
ne uocaſſe. Refert Lãprid. quod ſcitu dignũ eſt, Oreſtẽ purificaſſe ſe apud tria flumina circa Hebrũ,
& oreſtã urbẽ cõdidiſſe, quã ſępe cruẽtari hominũ ſanguine neceſſe eſſet, quã poſtea Hadrianus Ha
drianopolin nominauit. Probus uero ſcribit Oreſtẽ poſt matricidiũ ex reſpõſo didiciſſe, quod de
C poneret furorẽ ſi ablueretur flumine, quod ſeptẽ fluminibus cõfunderetur. Itaq; diu uexatus tan-
dẽ purgatus eſt matris nece in agro Rhegino apud flumẽ, cui ſeptẽ fluuij miſcentur, cuius rei memi
nit Varro lib. x. Rerũ humanarũ. dicitur Oreſtes quia τὸ ὄρος dicitur mõs. eius enim cadauer (ut
de homine ſcribit Solinus) inuentũ eſt cubitorũ ſeptẽ, & Herodotus homo teſte Gellio fabulator,
in primo Hiſt. tradidit. uel quia immanis fuit morib. ut ſentit Euſebius de pręparat. euãgelica.

AELIVS ANTONIVS NEBRISSENSIS

Tãge miſer u.] Adhuc alia uia in incontinentẽ inſurgit, qui cũ ſit ad uirtutis opera piger ad cõui
tia eſt promptus concitatusq;. *Miſer.*] Subaudi ægrotus ait. neq; enim decet ut medicũ quẽ ro-
gat miſerũ appellet. *Tange uenas.*] .i. pulſum arteriarũ. *Et pone dexteram in pectore.*] Vt ex cordis
palpitatu explores morbi genus. ſupra. neſcio quid trepidat mihi pectus. *Nil calet hic.*] .i. nulla
ſunt ſigna febris, dicit medicus. *Attinge ſummos pedes & m.*] Verba ſunt timẽtis ægrotare. i. ſummi
tates pedũ & manuũ, quæ partes incipiũt frigere, cũ febris inuadit. *Non frigent.*] Reſpondet me-
dicus. *Viſa eſt.*] Vide quo pacto animi morbo & nõ corporis laboret. nã cũ primũ ſpes nũmi re
fulſit, illico excitatur. *Siue puella candida.*] .i. pulchra. *Vicini.*] Quia ut diximus, incõnẽs à præ
ſenti uoluptate uincitur, & in uniuerſali recte iudicat. *Subriſit molle.*] .i. molliter quid riſu illi pro
miſit. Iuxta illud. Riſit & arguto quiddã promiſit ocello. *Cor tibi rite ſalit.*] .i. ordinate atq; ut ſa-
D nũ decet palpitat. aut præ nimia lætitia ut ſupra, lætatur per trepidũ cor. *Poſitum eſt algente catino*]
Adhuc alia uia incontinentẽ aggreditur. qui cum habet cibos tenues ſordidosq; præſentes, dicit ſe
os palatumq; male affectum habere, quod ſi ęgregium quendam cibum nactus eſſet, diceret ſe be-
ne ualere atq; eſurire. dicit igitur. *Si poſitũ eſt olus durum.*] .i. non bene coctũ aut difficile mandu-
catu. *In catino algente.*] Quod ipſum faſtidio eſſe poſſit. *Et farina.*] .i. panis ex farina confe-
ctus. nam metonymia eſt. *Decuſſa.*] .i. ſecreta & purgata. *Cribro populi.*] .i. uulgari, & quali ple
bei utũtur. hoc eſt ſetaceo & non ſericeo. *Tentemus fauces.*] Verba ſunt medici ad eum qui ex deli
tijs ægrotat. i. experiamur an cibus tibi ſapiat, uel experiamur an aliquod uitiũ ſit in ore. *Tenero
latet ulcus in ore.*] Poſſunt eſſe uerba medici per ironiam irridentis delicatum. aut ipſius qui putat
aut ſimulat ſe ægrotare, præſente uili cibo, dicit igitur. *Vlcus putre.*] id eſt, apoſtema ſiue abſceſ-
ſus reſolubilis & uirulentus. *Latet in ore tenero.*] .i. molli & delicato. *Quod non deceat radere.*] .i.
abſtergere ſiue tãgere. *Beta plebeia.*] Herba nota qua pauperes utũtur in cibis. Mar. Vt ſapiãt fa-
tuæ fabrorũ prãdia betæ. *Alges.*] Duas animi perturbatiões quæ ſunt de malo opinato pręſen-
tis altera & altera futuri tãgit, hoc eſt timorẽ & irã quib. incontinẽtes maxime ſolẽt pturbari. nã per
timorẽ bona facere omittimus & p irã, mala multa cõmittimus. *Cũ timor al.*] .i. pallidus ab effectu.
Excuſsit m.] .i. ſparſit p mẽbra. *Ariſtas*] .i. pilos horrẽtes in modũ ariſtarũ. *Alges*] id ſignũ eſt ti
moris

moris.nam timorē ſequitur frigus.ergo algēs dixit.i.ad uirtutis opera exequenda torpes. *Nunc ſanguis feruefcit.*] .i.Iraſceris,quia ui phyſici diffiniunt,ira eſt accēſio ſanguinis circa cor. *Face ſuppoſita.*] .i.igne ſubiecto. hoc eſt materia iraſcēdi. *Et oculi ſcintil.ira.*] .i.ignis ſcintillas emittere uidētur,qđ eſt iratorū.Et per irā, *Dicis & f.*] Tale quiddā. *Quod ipſe Oreſtes*] Qui poſtea q̃ Clytēneſtrā matrē occidit furijs exagitabatur. *Iuret eſſe h.nō ſ.*] q.d.etiā inſani iurabūt te eſſe inſanū. A

ECPHRASIS MVRMELLII.

Miſer quiſpiam iuuenis ait medico,Tange uenas meas,& pone dextram tuam in pectore meo. Reſpondet medicus,nullum in te febricitantis calorem deprehendo.Iuuenis.Et attinge extremitates pedum ac manuum mearum.Medicus,Non frigent,ſed alium in te morbum deprehendo. Cū enim corpore ſano ſis,mente non recte uales,nam & auaritia & libidine æſtuas.Si forte pecuniam uidiſti,ſiue formoſa uicini puella molliter tibi ſubriſit,cor recte ubi ſalit.At ſi durum olus appoſitum eſt frigido catino,& panis plebeius ac ſecundarius,tentemus fauces tuas,putre hulcus latet in ore tenero,quod haud deceat tangere uulgari olere.Alges quando timor palloreminducens excuſſit membris pilos,Interdum materia ſubiecta,ſanguis circa cor efferueſcit,& oculi ſcintillant ira.Et dicis,& facis id,quod ipſe Oreſtes non ſanus,iuret eſſe hominis non ſani.

SCHOLIA.

Tange miſer uenas.] Deridet eum,qui corpore ſe ſimulat ægrotum, cum uitijs animi laboret. B
Non frigent.] Nullum aduenienus febris indicium uideo,ſolet enim frigus febrim præcedere, ac tunc extremæ partes prius frigere incipiunt. *Viſa eſt ſi for.pecu.*] Auarus (ut in quodam ſermone diuus ait Ambro.)gratius aurum intuetur,quàm ſolem uidet. *Subriſit molle.*] Sic Propertius:Riſit,& arguto quiddam promiſit ocello. *Catino.*] Genus eſt uaſis eſcarij. *Timor albus.*] Ab effectu,facit enim pallidos.Cur metuentes palleſcant,non eſt in occulto.Natura enim cū quid de extrinſecus accidentibus metuit,in altum tota dirigitur,ſicut nos quoq; cū timemus, latebras & loca nos occulentia quærimus.Ergo tota deſcendens ut lateat,trahit ſecum ſanguinē quo uelut curru ſemper uehitur.Hoc demerſo,humor dilutior cuti remanet,& inde palleſcit. Ideo timētes & tremunt,quia uirtus animæ introrſum fugiens neruos relinquit,quibus tenebatur fortitudo membrorum,& inde ſaltu tremoris agitantur. *Ariſtas.*] Pilos qui in humano corpore uelut ariſtæ in ſpica ſunt.Ariſtæ proprie ſunt aculei ſpicarum,dictæ quòd cito areſcant. *Excuſſit.*] Excutiendo erexit. Verg.Obſtupui,ſteteruntq; comæ,& uox faucibus hæſit.Ariſt. Problematum ſectione viij. Quæſtione xviij. docet,quamobrem,quoties inhorreſcimus, pili eriguntur. *Feruefcit ſanguis.*] Ira enim eſt ebullitio ſanguinis circa cor. *Scintillant oculi.*] Ouidius.Ora tument ira,nigreſcunt ſanguine uenæ, Lumina gorgoneo ſæuius angue micant. *Oreſtes.*] Hunc ob matricidij conſcientiam furijs exagitatum fuiſſe notiſſimum eſt.Et igitur de inſania cuiuſpiam iuranti,ut qui ſit expertus ipſe,magis credendum uidetur. C

In quarta ſtultus rex,cenſoresq; notantur.

SATYRA IIII.

R Em populi tractas?(barbatum hoc crede magiſtrum
Dicere,ſorbitio tollit quē dira cicutæ.)
Quo fretus?dic hoc magni pupille Pericli.
Scilicet ingenium & rerum prudentia uelox
Ante pilos uenit,dicenda,tacendaq; calles.
Ergo ubi commota feruet plebecula bile,
Fert animus calidæ feciſſe ſilentia turbæ
Maieſtate manus.quid deinde loquere?quirites.
Hoc,puto,non iuſtum eſt, illud male, rectius iſtud.
Scis etenim iuſtum gemina ſuſpendere lance
Ancipitis libræ,uerum diſcernis,ubi inter
Curua ſubit,uel cum fallit pede regula uaro,
Et potis es nigrum uitio præfigere thita.
Quin tu igitur ſumma nequicquam pelle decorus,
Ante diem blando caudam iactare popello
Deſinis,Anticiras melior ſorbere meracas?
Quæ tibi ſumma boni eſt?uncta uixiſſe patella
Semper,& aſſiduo curata cuticula ſole?
Expecta,haud aliud reſpondeat hæc anus.i nunc.
Dinomaches ego ſum.ſuffla.ſum candidus.eſto.

ASCENSIVS.

R Em *populi tractas, &c.* Hanc ſatyram ſecundum Politianum capite quarto Miſcellaneorum(ſi mendoſus non eſt codex)quintam,ſed uulgato ordine quartam, ut idem Politianus uult, ad Platonici dialogi, qui primus Alcibiades uocatur, exemplar,poeta ueluti deliniatam effinxit. Nam & locos integros ex eo ſumpſit.Cuiuſmodi eſt.Dic hoc magni pupille Pericli. quoniam Socrates quoq; oſtendit omnium maximum uiſum Alcibiadi,quod ipſi relictus à patre tutor Xantippi filius Pericles eſſet.Et Dinomaches ego ſum. Et tecū habita. quia illic Plato intēdit præcipue admonere ut ſe quiſq; noſcat.Satis autem uëriſimile eſt Neronem in hac ſatyra carpi,ſed ita ſubtiliter, ita artificioſe ut in alium cōtorta dicas hæc ſpicula,nec deſint quæ in Neronē deſtines.Vnde ob id mixtim inuehitur in ineptos reipublicæ rectores, & in nimis auidos reprehenſores: ut ſi qs detulerit hæc ſcripta in Neronem,dicat poeta in quemcunq; D

ſcripta

Dum ne deterius ſapiat pannutia Baucis,
Cum benè diſcincto cantauerit ocyma uernæ.

A ſcripta ſint, ſe ea non pronuncia-
ſe ex perſona ſua, ſed populi ad re-
prehenſionem propenſioris, ſicut
illa. Quæſieris noſtin, & ſequentia omnia indicant. In prima autem parte quam nunc exponen-
dam ſuſcepimus, id præcipue agit quod dixi, ut uidelicet neſcias in quem loquatur. Nam princi-
pium, rem populi tractas, &c. manifeſte in Neronem torqueretur, qui uix pueritiam egreſſus (ut
recitat Britannicus) imperium occupauit, niſi ſubderet. barbatum hoc crede magiſtrũ dicere. qua
ſi dicat. non ego id, ſed Socrates dixit. & tamẽ ad Senecam quoq; referri poſſet qui uenenum ſum
pſit. ſed non eo nectus eſt. unde non dixit tulit, ſed tollit. Quod uero addit. dic hoc magni pupille
Pericli, nimis ingenioſè poſuit. Non enim dixit magni Periclis, ut potuit à nominatiuo Pericles,
ſed ſicut ab Achilles Achilli Maro, ſic à Pericles Pericli dixit, ut fœcundum ingenium in Neronẽ re
torqueret. qui fuit pupillus magni pericli per ſyncopam à nominatiuo periculũ, ut & Seneca præ-
ſagiuit & eius uita abunde docuit. Quirites hoc puto, &c. hoc aptiſſime in Neronem dici uide-
tur. Nam Alcibiades nõ ad Quirites, id eſt Romanos, ſed ad Athenienſes concionaretur. Veruntã
men poeta poſſet dicere, ſe more Romanorum principũ loqui, quibus ad Quirites ſermo eſt. Pre
terea illud nigrum ſcis figere theta, Athenienſium inſtituta notat, quia per theta, id eſt, th. hoc eſt t
B aſpiratum, illi thanaton. i. mortem ſeu mortis ſententiam inferebant. ſed illud Romani quoq; no-
uerãt. unde Martialis. Noſti mortiferum prætoris Caſtrice ſignum: Eſt operæprecium diſcere the
ta nouum. Quidam dicunt thita, ſicut & zeta, eo quod ita litera apud nos fere in è lõgam migrat,
ſed Græci proferunt non beta, ſed uita thita zita, &c. Fruſtra longior ſim ſequentibus tot commẽ-
tarijs. Multa tamen ne ab illis quidem dicta ad hunc locum adducere poſſem, ſed nolo, imo ſi ue-
lim, non poſſem bonis ingenijs præripere aliorum fortaſſe meliorum excogitandi facultatem. Ad
dam tamen illud, pro uerbo tollit uero ſimile eſſe retulit antique à poeta ſcriptum, aut ideo præſen
ti uſum quod licet factum ſit præteritum, rei tamen fama ſemper eſt præſens ac perpetua. aut potiſ-
ſimum hoc ſenſu, quia dicit dicere nõ dixiſſe, quem. ſ. iam tum tollit dira cicuta, aut legatur, quum
tollit. ſ. eum, &c. Nihil autem uidetur frigidius quàm inuentum Nebriſſenſis, ut ocyma intelliga-
mus male dicta, quis enim maledicta cantet? Præterea blando non minus apte quàm blandus le-
gatur, ut mox dicam. Ordo eſt, quaſi loquatur quiuis amarus reprehenſor, offendens principem
imperitum in uico aut alio loco amplo in medio populi, & reprehendens eum quod cum ineptus
ſit ad rempublicam gubernandam, eius tamen gubernacula ſibi uſurpet. dicit ergo, cum amara
interrogatione. Tractas tu o imperite rem populi: hoc eſt rempublicam. & principatũ. quod quia
in principem Romanorum. ſ. Neronem uidebatur dictum ſubiungit. q. d. non ego id dico, ſed cre
C de magiſtrum barbatum, quẽ dira. i. execrabilis, ſorbitio. i. potio, cicutæ. i. illius herbę frigidiſſimę,
cuius ſuccus homini in quibuſdam locis letalis eſt, tollit. i. enecat, hoc eſt, crede Socratẽ dicere hoc
iam morientem, & hæc dicta ſunt per parentheſim. Nam ordo eſt. Tractas tu rempublicam? quo
fretus. i. munitus & confiſus id facis, hoc eſt qua uirtute atq; auctoritate pręditus? Et ſi quis modo
dicat, ad quem uis hoc dici o Perſi, addit o pupille magni Pericli. i. o tu Alcibiade (uel ſi mauis o Al
cibiades) Pericli à patre in tutelã date, dic hoc quod interrogaui, quo uidelicet fretus rem populi
tractes (ſed ut dixi poſſet ſubtiliter in Neronem retorqueri, qui fuit pupillus magni pericli. i. peri-
culi, quia uæ patriæ, cui princeps pupillus eſt, & Neronis potiſſimum ſimilis) Scilicet, hæc parti-
cula ironiæ aptiſſima eſt, quaſi diceret id ſcire licet, & notum eſt quo fretus ſis, quia ingenium ſup.
maius & prudentia rerum maior quàm ſup. cæteris uenit tibi ante pilos. i. antequam pili. ſ. barbæ
aut pubis. tu calles. i. callide ſcis (quod tamen fieri non poteſt ut ſcilicet iuuenis calleat. i. ſic in ea re
tritus ſit, ut qui callum ex frequenti operatione contraxerit, artificium illud per experientiam no
uit.) unde ſignanter uſus eſt uerbo calles. Nam licet iuniores ſciant non tamen callent. hic calles er
go ironice dicit. i. quaſi expertus ſcis, dicenda. i. quæ debeant dici, q; pro & tacenda. i. quæ debeant
taceri. Ergo, ſcilicet quia hæc calles, ubi. i. quo loco uel quo tempore. plebecula. i. popellus & uul-
gus ipſum feruet. i. excandeſcit & multum iraſcitur, bile. i. cholera amara, commota. i. concitata ſu
D per exiſtente illi, ſic quidem potius conſtruam propter metrum ut ſit ablatiui caſus q̃ cum Ne-
briſſenſis, ut ſit nominatiui uox commota, & ſup. ubi animus. i. uolũtas tua fert. i. cupit. (iuxta uer
ſiculum. fer, patitur, dicit, dat, cupit atq; gerit) feciſſe turbæ calidæ. i. furore incenſæ, ſilentia, & hoc
maieſtate. i. præſtanti auctoritate, manus eleuatæ. ſ. & innuentis ſilentium, quid loquere. i. loqueris
& dices deinde. i. poſtquam ſilentium impetraueris. Puta uel potius puto, loquere ſup. id eſt dices,
(eſt enim futuri tẽporis indicatiui modi, pe. longa) O quirites, id eſt populi, hoc quod ſcilicet ma-
nifeſte malum eſt non eſt, iuſtum, ſup. facere. illud male, ſup. fit aut fieret, iſtud ſup. rectius, ſcilicet
inter duo quæ recte fieri poſſunt. dices inquam ſic. Etenim. quia certe tu ſcis ſuſpendere (iterũ per
ironiam loquitur) id eſt examinare & inquirere iuſtum id eſt quod præcipue iuſtũ eſt, gemina lan
ce. id eſt bilance & trutina, libræ ancipitis id eſt dubiæ quod utrumq; ſuum pondus habere uide-
tur, & tamen alterum præſtare noſcitur, bene perſpicienti. tu diſcernis uerum. i. rectum & iuſtum
ubi ſubit. i. immiſcetur inter curua. i. praua & non recta, uel cum regula id eſt norma, uel potius ha
ſta libræ fallit. i. decipit, pede uaro. i. incuruo. hoc eſt habens examen ſeu linguam, quæ eſt in me-
dio eius quod teneri ſolet, uel ad quod libra ſuſpenditur curuam, quia tunc ea pars ad quam in-
curuatur licet eleuetur parum, iudicetur eſſe maioris ponderis & ita melior. Et tu potis es. i. potes
per prudentiam tuam, præfigere, id eſt prænotare in tabella, uitio. i. ſceleri uel homini criminoſo,

theta

theta,id eſt,illam literam Græcam,nigrum , id eſt, ſignificatiuum mortis quæ nigra & atra dicitur A
ab effectu.hoc autem totum dictum eſt per ironiam,& ita pronunciandum ut contrarium innue-
re uideatur,unde infert.Igitur,quia ſcilicet nihil bonum ſcis cũ tamen debeas ſcire quin, id eſt, cur
non.cur tu, ens nequicquam,id eſt,fruſtra & ad nullum commodum,decorus,id eſt,politus ſum
ma,id eſt,extima pelle,id eſt,ſuperficie & apparatu exteriore,non deſinis iactare ; id eſt , oſtentare
in morem canis aut pauonis,popello id eſt uulgo,blando , id eſt, applaudere etiam indignis ſuc-
to,caudam.i.ornatum tui officij (nam Nero in habitu imperiali ſeſe oſtentabat) ante diem,id eſt;
ante legitimam ętatem ante quam Nero imperauit.Dixi canis aut pauonis,nam uterq; caudam ia
ctat,dum populus illi blanditur.unde aptius dixit blando popello quàm dixiſſet blandus,propte
rea quod populus apparatũ ſequitur , & demiratur illiq; applaudit qui regaliter ueſtitus eſt . Cur
inquam non deſinis id facere ens melior,id eſt,magis idoneus,ſorbere,id eſt,ad ſorbendum,Anti
cyras meracas,id eſt,nullo dilutas ſed puras,hoc eſt accipiendo locum natiuum pro re quæ in eo
naſcitur,helleborum merum & impermixtum ad purgãdam inſaniam tuam quæ maxima eſt, uſ-
queadeo ut mero helleboro quod in tota Anticira naſcitur opus habeas, Quo id eſt in quo eſt tibi
ſumma boni,id eſt,conſtituiſti ſummum bonum.Sic Nebriſſen.Sed melius legitur à Plautio quę,
eo quod cuticula eſt nominatiui caſus,cuius ſecũda cum ſit natura breuis , neceſſitate producitur
hic & in Iuuenale. Ordo ergo eſt,quæ ſumma boni eſt tibi?Nonne ſupple uixiſſe patella uncta , id B
eſt,pingui obſonio in patina poſito,& cuticula.id eſt,tenella cutis tua, curata ſemper & aſſiduo ſo
le,id eſt,mollis educatio & apricatio eſt tibi ſummum bonum,& quaſi dicat reprehenſor, tu debes
concedere conformiter ad uitam tuam quod ſic eſt,idq; malem dicere,quàm ut ſint uerba Alcibia
dis.non enim tam ſtolidus erat ut diceret,ſed ita uixit ut factis id profiteretur.Et ſi ita eſt , expecta,
hæc anus,id eſt,hæc uetula quæ uenit cum holere aut edulio ſuo uænali ſcilicet Baucis,reſpondeat
ſi quæſiueris ſupple quod ſit ipſi ſummum bonum,haud id eſt non aliud quàm ſup.tu uere reſpõ
deas.Et hinc patet quod hæc uerba dicta ſunt quaſi in ſeditione ab aliquo offendẽte principem im
peritum in foro aut campo ut prius dixi.I,id eſt uade,abi(eſt autem amara permiſſio quæ uim ne
gandi habet)nunc,id eſt,poſtquam non melius ſapis quàm uetula & ſup.ſuffla,id eſt, iactãter dic,
ego ſum Dinomaches.f.filius ea matre eiusq; nomine dignus, quia fortis in pugna quaſi dinoma
chus.ſuffla nunc & dic ego ſum candidus.i.glorioſus & clarus aut cãdidi animi . Eſto inquit repre
henſor,id eſt,concedo ut glorieris ad libitum ſine merito tuo,dum,id eſt dummodo,Baucis(uetu
la hæc quæ uenit cum holere aut edulio ſuo uænali)pannutia,id eſt,multo panno implicita & ſuf-
farcinata,non ſapiat deterius.i.minus bene de ſe quàm tu de te ſentiat. Cũ id eſt quando,cantaue-
rit,id eſt,uænale indicauerit & laudauerit,bene,id eſt multum.uernæ,id eſt,ſeruo alicuius, diſcin-
cto,id eſt,diſſoluto & negligenti,ocyma id eſt herbam ſuam cito creſcentem.aut ozima,id eſt, edu C
lium ſeu ferculum ſuum ex inteſtinis ut quidam uolunt confectum & bene redolens , dictum ab
ozo quod eſt redoleo,ſicut ocymum ab ocys quod uelox eſt,quia cito creſcit.diciturq; ab alijs ba
ſilicum.Senſus ergo eſt.concedo ut te quantumuis laudes , dummodo non de re excellentiore q̃
Baucis ſe laudet,cum uendiderit ex ſententia ſua,herbam aut edulium,ſeruo negligenti & ſtulto,ſi
cut tu pompas tuas ſtolido popello,non autem maledicta,ut iam dixi.

IOANNES BRITANNICVS,

Rem populi tractas.] Reprehenſurus hac ſatyra eos qui aliena uitia ſolerti diligentia perſpiciũt
& notant,Domitij Neronis perditiſſimis offenſus moribus eum imprimis acerbitate ſatyrica inſe
ctatur,quod uixdum pueritiam egreſſus , decepto per Agrippinæ matris ſcelus Britannico poſt
mortem Claudij imperium occupauit,cum per ętatem & rerum imperitiam quid agendum,quid
ue dicendum eſſet ignoraret.ſed omnia ſibi alterius conſilio adminiſtranda eſſent . Nam ut ſcribit
Cornelius,illud in urbe iactabatur , quemadmodũ princeps uix decem & ſeptem annos egreſſus
ſuſcipere eam molem,aut propulſare poſſet?quod ſubſidium in eo qui à fœmina regeretur? Nam
matri ſummã omnium rerum auctore Tranquillo publicarum priuatarumq; permiſit,unde præ
lia quoq; & oppugnationes urbium,& cætera per belli magiſtros adminiſtrari poſſent,alij inqui-
rebant.hinc igitur exclamat,hinc excandeſcit.Et ne in principem cuius temporibus floruit poeta, D
ferri uideatur,Socratem inducit qui Alcibiadem Athenienſem diſcipulum ſuũ reprehendat . Hoc
ego excogitaui quod quidem uero uerius eſt.Alij uero aſtutiam poetæ & tempora quibus floruit
non conſiderantes hunc locum generaliter errore manifeſto accipiunt. *Rem populi tractas.*] Im-
perium Romanum ſuſcipis regendum?cum interrogatione & increpatione legenda ſunt. *Barba
tum hoc crede magiſtrum.*] Hæc ſtatim poeta ſubiecit ne ſuſpectus eſſet Neroni tanquam eum nota-
ret.Senſus eſt igitur.Alcibiade quæ dicuntur in correctione morum tuorum à Socrate dici credi-
to. *Barbatum magiſtrum*] Socratem quo magiſtro uſus eſt Alcibiades,à quo etiam dilectus, ſed ita
tamen ut Plato ſcribit in Sympoſio ſuo,Alcibiadem commemorantem ſe pernoctaſſe cũ Socrate,
nec aliter ab eo ſurrexiſſe ac filius à parente debuerit.hic prima ætate ab Atheniẽſibus dux electus
cum Nicia & Lamacho aduerſus Siculos bellũ geſſit,ſed ad reatũ uocatus quod ſacra Cereris nul
lo magis quàm ſilentio ſolennia enunciaſſet, ſiue conſcientiam ſiue indignationem rei non ferens
tacitus in exilium profectus eſt.De hoc Aemilius,Plutarchus,& Trogus. *Cicutæ.*] Cicuta uene-
num eſt publica Athenienſium pœna inuiſa.Semẽ habet noxium,ei & folijs refrigeratoria uis eſt,
quæ ſi enecat,incipiunt algere ab extremitatibus corporis . Remedium eſt prius quàm perueniat
ad uitalia uini natura excalefactoria,ſed in uino pota irremediabilis exiſtimatur. *Tollit.*] Peri-

T mit

A mit.Socrates Athenienſis philoſophus clariſſimus filius Sophroniſci marmorarij,& Phanaretæ ob-
ſtetricis,primus fuit qui philoſophiam moralem ut ait Cicero euocauit è cœlo coegitq́ de uita &
moribus,rebusq́ bonis & malis quærere, cum ante illnm philoſophi omnes rebus phyſicis per-
ſcrutandis operam tantummodo impenderent. Sed cum hic nonnunquam Anytum Athenien-
ſem uirum locupletem & factioſum rideret ob eius ineptias,Ariſtophanes comicus doctus quidẽ,
ſed homo parum probus accepta grandi pecunia ab Anyto,contra Socratem comœdiam ſcrip-
ſit,cuius titulus eſt Nephdæ,id eſt nebulæ, qui quidem inter cæteras criminationes illnd confin-
xit,ab eo nebulas coli,& Athenienſium religiones detrectari,& præter hæc iuuenum mentes ſic im-
bucre,nt parentibus manus inferre pie & officioſe poſſent.quæ res accuſantibus Anyto Lycone &
Melyto,ut Plato in apologia pro Socrate ſcribit,cum nniuerſum populum in Socratem concitaſ-
ſet,furore quodam & ira morte damnatus eſt.De hoc diuus Auguſtinus,Valerius,Solinus,Laer-
tius,Diogenes.Horatius.Pythagoran,Anytiq́ reum doctumq́ Platonem. *Quo fretus.*] Qua re,
qua uirtute confiſus. Illnd reſpexit, quia Agrippinæ matris Senecæ & Burri conſilijs omnia pri-
mis imperij rebus adminiſtraſſet. *Dic hoc magni pupille Pericli.*] Interrogatio eſt contumeliæ & re-
prehenſionis plena.Pupille Pericli.Alcibiades Athenienſis Cliniæ filius fuit,quo nt Probus Aemi-
lius eſt auctor,nihil excellentius fuit,uel in uitijs uel in uirtutibus. Imperator fuit ſummus & mari
B & terra: diſertus, nt nemo ei dicendo reſiſtere poſſet.Eius poſt interitum patris Periclẽ & Aripho-
nem tutores relictos ſcribit Plutarchus uiros ea tempeſtate præclaros,& magna cum Clinia pro-
pinquitate coniunctos.Periclem autem Alcibiadis patruum fuiſſe ſcribit Trogus Pompeius. Ae-
milius uero nitricum. *Magni Pericli.*] Nouies enim hoſtes ſuperauit.Inter cætera egregia opera
nono menſe Samios Ionum primos & potentiſſimos deuicit.urbis mœnia deiecit. Hinc ortus eſt
Pythagoras non autem ex Samo quæ Zacyntho & Dulichio proxima eſt. *Pupille.*] Alluſit ad
hiſtoriam.nam Neronem Popea,nt ſcribit Tacitus,cum ſibi matrimonium & diſſidium Octauiæ
incolnmi Agrippina haud ſperaret,crebris criminationibus aliquãdo per facetias incuſabat prin-
cipem,& pnpillum uocabat,qui iuſſis alienis obnoxins non modo imperij ſed libertatis etiam in-
digeret.Hoc me inueniſſe glorior, ut multa alia in toto opere. *Scilicet ingenium.*] Hæc decem car
mina ſequentia cum ironia legenda ſnnt.Scilicet cum ironia dicitur, ut alibi. Scilicet hæc populo.
Terentius.Id populus curat ſcilicet. *Velox.*] Quia ante legitimum tempus imperium occupa-
uit. *Ante pilos.*] Ante pubertatem.Nam ut recitauimus ex ſententia Taciti,uix ſeptemdecim na-
tns annos Nero imperinm occupauit. *Ergo ubi commota.*] Senſus eſt.Ergo cum ea prudentia ſis,
non mirum eſt ſi plebem in ſeditionem concitatã grauitate manu coercere ſcis. q.d.principi non
ſatis eſſe poſſe imperare,niſi eum comitetur ſapientia. *Feruet.*] Aeſtuat ſeditionibus. *Fert ani-
mus.*] id eſt dat. C. *Fert animus.*] Impellit,urget,hortatur ut illud Ouidij Metam.lib.i. In noua
C fert animus,mutatas dicere formas corpora. S. *Maieſtate.*] Grauitate.Nam manu ſæpe ſilentiũ
indicitur à ſuperioribus. *Quid deinde loquere.*] Illud docet denique neceſſarium eſſe principem eſſe
ſapientem & rerum peritum. Vnde Plato ſolebat appellare eas reipnblicas felices,quibus cõtigiſ-
ſet habere principes ſapientes. Reſpexit autẽ poeta ad id quod in urbe à ſenioribus dicebatur, Ne
ronem primum ex his qui rerum potiti eſſent alienæ facũdiæ eguiſſe, Nam ei Seneca orationes cõ-
ponebat,cum alij imperatores ante Neronem ſumma fuiſſent facundia & eloquentia. *Quirites.*]
Hinc innuit poeta quod nos iam diximus Neronem à ſe reprehendi, cum iam ſatyrico more Athe
nienſibus omiſſis ad Romanos conuertatur. *Hoc iuſtum puto, non illud male.*] Oratorie agit, ea par-
te generis deliberatiui utitur quæ ſuaſio dicitur. *Rectius illud.*] Magnæ prudentiæ eſt ex multis,
quæ iuſta & recta eſſe nidentur, qnod optimum cognoſcere. *Scis etenim iuſtum, g. ſ. l.*]. Perſeuerat
in ironia. Senſus enim eſt. Non mirum quidem eſt ſi bonum à malo diſcernere noris, cum ea quæ
ambigui iudicij ſunt, ita penſitare & tecum recognoſcere didiceris, ut nihil te decipere poſſit. Meta-
phora ſumpta ab libripende, qui ponderoſiſſima quæque examine bilancis cognoſcit. *Ancipitis li-
bræ.*] Ambiguæ ut neſcias in quam partem magis decurrat, ex quo libripendis ſolertia deprehen-
ditur, cum ex re ambigua & incerta rectum iudicium ſumat. *Rectum diſcernis ubi inter curua ſubit.*]
D Cognoſcis, inquit, quid rectum ſit, & quid contrarinm. perſtat in metaphora, æmulatio eſt Hora-
tiana. Scilicet ut poſſem curuo dignoſcere rectum. Curua opponuntur rectis. *Regula.*] .i. Haſta
libræ. *Pede uaro.*] Lingua flexa & recurua. Lingua enim ſiue examen bilancis tanquam pes eſt in
libra, quo fit plerunque ut cum lingua bilancis torta ſit & eam ſequamur, in rerum penſatione deci-
piamur. Per quod oſtendit Perſius eum magni ingenij & prudentię eſſe, qni falſa admixta ueris no-
uit diſcernere. *Et potis es n. u. p. th.*] .i. Tantæ prudentiæ es & conſilij, ut recto iudicio poſſis noxi-
os pro meritis damnare. *Vitio.*] Homini uitioſo. C. Metonymia eſt, res enim pro perſona po-
ſita eſt. Vide Cic. De orat. lib. iij. ubi de Tropis quos Latini modos uocant, agit. S. *Thita nigrum.*]
Hoc eſt mortiferum. nam mortis erat ſignnm thita, per quod ſignificatur thanatos. i. mors. Cum
enim iudices de alicuius capite ſententiam laturi eſſent, uniuerſi in ciſtam tabulas ſimul conijcie-
bant ſuas, easq́ inſculptas literas habentes abſolutionis, condemnationis, & ampliationis. thita
condemnationis ſignum erat. quod oſtendit Mar. Noſti mortiferum prætoris caſtrice ſignum, Eſt
operæpretium diſcere thita nouum. Abſolutionis auctore Aſconio capa litera, per quam literam
aliqui interpretantur calon. i. bonum. C. Error eſt. nam apud Aſc. Pedianum, in tertiæ Verrinæ
commentarijs, ita legitur. Nam cum condemnandi nota eſſet c litera, abſoluendi a, ampliandi ſig-
tium nl, dabant, quo ſignificabant non liquere, unde ampliatio naſcebatur. S. Ampliationis u. l.
quod

quod ſignificat non liquere. *Quin tu igitur ſumma.*] Attende fremitum & indignationem poetæ. A
Senſus eſt. cur igitur tu qui per ætatem immaturam & rerum imperitiam ignoras quid agendum
quidue dicendum ſit, ſummam imperij Romani non deponis? *Quin.*] Vox eſt increpantis, ut
Vergilius. Quin tu aliquid ſaltem potius quorum indiget uſus, coniungiturq; ſemper cum indi-
catiuo. *Summa pelle decorus.*] Specioſus ueſte triumphali. ad hiſtoriam reſpexit. nam ut Corne-
lius Tacitus ſcribit, decretum fuit Claudio Cæſare adulationibus ſenatus cedente, ut uigeſimo æta-
tis anno conſulatum Nero iniret, atq; interim deſignatus procõſulare imperium extra urbem ha-
beret, ac princeps iuuentutis appellaretur. Itaq; ludicro Circenſium quod acquirendis uulgi ſtu-
dijs edebatur, Britannicus in prætexta, Nero triumphali in ueſte tranſuecti ſunt: ut ſpectaret popu-
lus hunc decore imperatorio, illum pueri habitu. Occupato igitur imperio apud ſenatum hoc ce-
lebratum eſt in aſſentationem Neronis, ut ei ſupplicationes decernerentur, & diebus ſupplicatio-
num triumphali ueſte indutus per urbem ueheretur. Ergo ſumma pelle, id eſt, ueſte triumphali &
decore imperatorio. æmulatio eſt Horatij, Introrſum turpem ſpecioſum pelle decora. *Neque-
quam.*] Fruſtra. Virgilius. Sed quid ego hæc autem nequicquam ingrata reuoluo? alias autem nõ,
ut alibi Perſius. Nequicquam fundo ſuſpiret nummus in imo. *Ante diem.*] Ante tempus & æta-
tem maturam. *Iactare caudam.*] Oſtentatione decoris imperatorij fauorem & gratiam populi
quærere. tractum eſt à canibus qui blandientes caudam mouent. *Anticyras*] Helleborum quo B
hominis inſania & mali humores emendantur, & ad ingenium acuẽdum ualet ut ſupra diximus.
ſumebatur autem tutiſſime in Anticyra, quo ut ſcribit Plinius, Liuius Druſus nauigauit cum comi-
tiali morbo laboraret, ſumptoq; belleboro liberatus eſt. Horatius. Neſcio an Anticyram ratio il-
lis deſtinet omnem. Anticyra aũt inſula eſt quæ olim Cypariſſus dicebatur ut ſcribit Pauſanias. ſed
mutato nomine Anticyra ab Anticyro Herculis ſocio appellata eſt. *Meracas.*] Simplices & puras,
nullo temperamento admixtas, à mero quod antiqui ſolum dixerunt. imitatio eſt Horatij. Expu-
lit helleboro morbum bilemq; meraco. *Quo tibi ſumma boni?*] Eum tantum abeſſe oſtendit à ue-
ra uirtutum cognitione, & recta rerum publicarum adminiſtratione, ut interrogatus quod ſum-
mum in humanis putet bonum, uoluptatem reſpondeat. *Quo tibi ſumma boni.*] Quod eſt ſum-
mum bonum tibi, in quo putas ſummum bonum cõſiſtere? Quæſtio ſubtilis & à philoſophis mul-
tum diſputata. *Vncta uixiſſe patella.*] Reſponſio eum indignum eſſe arguit qui publica negocia
curet, cum prætermiſſa uirtutis mentione laute uiuere ſummum bonum appellet, quæ ſententia
Epicureis probatur. *Vncta patella.*] Cibis luxurioſis & delicatis. *Semper.*] Continuationem
ſignificat. *Aſsiduo curata cuticula ſole.*] Suorum temporum mores notat. Nam antiqui & præci-
pue imbecilles ſtomacho ante cibum exercebantur. eam exercitationem, ut Celſus ſcribit, recte ſe-
quebatur modo unctio uel in ſole uel ad ignem, modo balneum. Deſcendebant enim in ſolium, C
tum multo oleo ungebantur, leniterq; perfricabantur. unde Horatius. Vngor oliuo. & Perſius in-
fra. At ſi unctus ceſſes & figas in cute ſolem. Iuuenalis. Veſtra bibat uetuum contracta cuticula ſo-
lem. *Curata.*] Molliciem muliebrem notat in uiris. *Expecta.*] Diſtingue, ut ſit ſenſus, certe
ſi uolueris expectare & anum audire, inuenies eam non aliter interrogatam reſpõdere. ex quo o-
ſtendit eum non minus inſanum eſſe, quàm anum decrepitam. anuum enim eſt delirare. *Hæc a-
nus.*] Satis lepide fingit poeta anum tranſire. *I nunc.*] Cum indignatione & irriſione pronunci-
anda. Senſus eſt, gloriare nunc te uirum eſſe nobilem & prudentem, cum in uoluptate ſummum
bonum conferas. Sicq; philoſophice poeta declarat, generis nobilitatem homini ſapientiam non
ingerere. *Dinomaches ego ſum.*] Callide poeta reprehenſionẽ conuertit in Alcibiadẽ, ne in prin-
cipem inuehi uideatur. Nam ad hiſtoriam alludit. Alcibiades enim genus paternum (ut ſcribit Plu-
tarchus) ab Aiace, maternum uero ab Almeonide, quem ex Dinomacha genitum aiunt, originem
traxiſſe ferunt. ait igitur poeta. Dic nunc te eſſe nobilem, quia inter maiores tuos Dinomacha con-
numeratur. Dinomachus autem interpretatur fortis in pugna. Dinos enim Græce, fortis Latine.
Machi uero pugna. Sicq; ſubſannat Neronem eius amentiam arguens, qui in maiorum nobilita-
te efferebatur, quum à Cæſaribus genus ſuum duceret. *Suffla.*] Gloriare, intumeſce, effer te tua
nobilitate & animi præſtantia. *Sum candidus.*] Sum pulcher. hoc ad animum retulit, id eſt, ſa- D
pientis ſum animi. hoc enim gloriatur. *Eſto.*] Concedo quidem te nobilem & prudentem eſ-
ſe. ſed ita ut Baucis ſapientia te non ſit inferior, cum ita reſpondeas. *Pannutia.*] Propriũ eſt anibus
pannutias eſſe. Vnde Terentius in Andria. Suffarcinatam Cantharam. *Baucis.*] Ad eam alluſit,
de qua Ouidius in Metamorphoſi. *Cum bene diſcincto cantauerit ocyma uernæ.*] Vetulæ paupe-
res inopia coactæ ad res uiles uendendas ſe conferunt, ut eo quæſtu uiuant. Baucis ergo inducitur
pro omni uetula uendente herbas odoratas in foro holitorio. *Cum bene cantauerit.*] id eſt, elata
uoce uendiderit. nam cantare eſt alta uoce loqui. ut alibi. Men moueat quippe & cantet ſi naufra-
gus. *Ocyma.*] Ocymum herba eſt odorata hortenſis, dicta ab ocys quod eſt cito. nam celeriter
creſcit. id grauiter Chryſippus increpuit inutile eſſe dicens ſtomacho, urinæ, oculorum quoq; cla-
ritati. Præterea inſaniam facere, & letargicos & iocinoris uitia. ideoq; capras id aſpernari. quidam
adijciunt tritum ſi operiatur lapide ſcorpionem gignere, commanducatum & in ſole poſitum uer-
mes efferre. alij uero ſi eo die feriatur quiſpiam à ſcorpione, quo ederit ocymum, & ſanari nõ poſ-
ſe. Ocymum etiam genus pabuli ſimiliter à Græco uerbo ocys, quod ualet cito. Hoc amplius ſcri-
bit Varro, dictum ocymum quod citat aluum bubus. & ideo ijs datur ut purgentur. *Vernæ.*]
Appellarunt antiqui uernas ex ancillis Romanorum ciuium uere natos, quod tempus anni ma-

A xime naturalis fœturæ eſt. *Diſcincto.*] Intemperanti, diſſoluto. alibi Perſius. Non pudet ad morem diſcincti uiuere Nattæ. Martialis. uernaculorum dicta. Horatius. Vernasq́; procaces Paſco libatis dapibus.

IOANNES BAPTISTA.

Rem populi tractas?] Homo conſidera, inquit Epictetus, primo quænam, aut qualis ſit ea res quam aggrederis, deinde naturam tuam conſule, utrum id tolerare poſſis. notiſſimum eſt illud γνῶθι σεαυτόν, id eſt, cognoſce teipſum, cuius præcepti memor Perſius, eos qui aliena uina ſolerti diligentia perſpiciunt, & rimantur, & notant caſtigaturus, in primis reprehendit adulescentulū ambitioſum, qui cum eſſet mollis, petulans, libidinoſus, & monſtrum nulla uirtute redemptum, imperium & reipublicæ habenas rectore ipſe indigēs ſuſcipiebat, ſe ad tale onus ſubeundum non eſſe idoneum minime conſiderans, nec memor illius, quod dixit olim Metellus Mario: quem ad conſulatum feſtinantem, & ob id miſſionem flagitantem monuit ne ſuper fortunam animum gereret, non omnia omnibus cupienda eſſe, debere illi res ſuas placere. Ne autem Neronem Romanorum imperatorem taxare uideatur, cuius moribus perdiuſſimis offenſus hanc (ut arbitror) ſcribit ſatyram Perſius: Socratem inducit Alcibiadem ſeuere & atrociter caſtigantem, quod Athenienſium rempublicam uellet gubernare, cum eſſet iuuenis, diſſolutus, & omni uitiorum labe deturpatus, utpote cui ignotum eſſet illud Ageſilai, eſſe principis οὐ μαλακίᾳ, καρτερίᾳ δὲ καὶ ἀνδρείᾳ τῶν ἰδιωτῶν ὑπερφέρειν, id eſt, non mollitia, ſed conſtantia, ac fortitudine priuatis hominibus antecellere. In hos tales, qui cum ſint nihili magnis honoribus inhiant, Græcum adagium emanauit κόρχορος ἐν λαχάνοις, id eſt, corcorus inter holera. *Rem populi?*] Romanum imperium. Rempublicam, à cuius adminiſtratione homines deterrebat Pythagoras his uerbis δειλοὶ πάνδειλοι κυάμων ἄπο χεῖρας ἔχεσθαι, id eſt, Ah miſeri, à cyamo miſeri ſubducite dextras. quod carmen cum ſoleat aliter interpretari, quia apud Empedoclem κυάμους teſticulos ſignificare docti exiſtimarunt, quia ſint εἰς τὸ κύειν δεινοὶ καὶ αἴτιοι τοῦ κύειν, id eſt, in ferendo utero ualidi, cauſæque uteri ferendi, & genituræ humanæ uim præbeant, ne ſine auctore loqui uideamur, Plutarchi uerba ſubijciemus, quæ hoc declarant κυάμων ἀπέχεσθαι, ὅτι οὐ δεῖ πολιτεύεσθαι, κυαμευταὶ γὰρ ἦσαν [illegible] τὰς ἀρχάς, id eſt, abſtinendum à fabis, quod in re ciuili uerſari non oporteat. Fabis enim priſcorum ſuffragia ferebantur, quod finem principantibus attulerunt. *Tractas?*] Socrates apud Platonem. Quamobrem prius te ad ciuilia confers, quàm ſis gubernandi peritus? *Barbatum hoc crede magiſtrum.*] Ne Romanus imperator ſe à Perſio caſtigari ſuſpicetur hoc ſubiungit. Magiſter auctore Suida uocatur præceptor, & magiſteria dicuntur à Romanis principatus. Barbatum autem probum & bonorum morum ſtudioſum expone. Iuuenalis. Barbatos licet admoueat mille inde magiſtros.

C *Sorbitio tollit.*] Deſcriptio eſt Socratis, qui Athenienſis philoſophus clariſſimus ex pago Alopecenſi filius Sophroniſci marmorarij, & Phanaretæ obſtetricis, primus teſte Cicerone philoſophiā euocauit è cœlo, & in urbibus collocauit, domosq́; introduxit, & coegit de uita & moribus, rebusq́; bonis, & malis quærere. quamobrem non modo conſenſu hominum, uerum etiam Apollinis oraculo fuit ſapientiſſimus iudicatus, cuius rei Plinius, Solinus, Laertius, cæteriq́; cōmeminerunt. hinc eſt illud: Vir bonus & ſapiens, qualem uix repperit unum Millibus è cunctis hominum conſultus Apollo. Miratur Plinius libro trigeſimoquarto, Romanos illos circumſpectiſſimos Pythagoram Socrati prepoſuiſſe, cui & Alcibiadi in cornib. comitij cum delphicus deus fortiſſimo Græcæ gentis iuſſiſſet, & alteri ſapientiſſimo ſimulacra celebri loco dicari, ſtatuas poſuerunt. Fuit item Socrates orator promptus & acer, & primus, teſte Fauorino, cum Aeſchine diſcipulo oratoriæ artis campos aperuit. eum ſimis naribus, & recalua fronte, repandis cruribus fœdiſſimum fuiſſe auctor eſt Hieronymus, de cuius fortitudine cum Phauorinus pleraq́; diſſerens attigiſſet πολλάκις inquit ἐξ ἡλίου εἰς ἥλιον ἀτενὴς [illegible] τῶν πρέμνων, id eſt, ſæpenumero de ſole ad ſolem erectior ſtipitibus arborum ſteterat. Cum autem ſæpius ineptias Anyti riſiſſet, non potuit Anytus id æquo animo pati, ſed ira excandeſcens primum in Socratis maledicta cum nonnullos prouocauit, tum Ariſtophanem poetam comicum doctum quidem, ſed hominem parum probum, qui

D accepta grandi pecunia contra Socratem comœdiam ſcripſit, cuius titulus eſt νεφέλαι, id eſt, nebulæ, & agendam illam in ſcena ſpectandamque curauit, quæ uniuerſum populum à Socratis charitate & reuerentia auertit. Vnde Anytus cum Lycone & Melito poſtridie adhuc calentibus populi auribus Socratem in iudicium traxerunt, horum criminum eum inſimulantes. Iura uiolat Socrates. Noua dæmonia inducit, deos patrios reſpuens. Contra ius & fas iuuentutem corrumpit, pœna illi mors. Tunc Socrates pro ſe ipſe dixit, ut non ſupplex aut reus, ſed ut magiſter, aut dominus uideretur eſſe iudicum. Cum interrogatus quam pœnam ſe commeruiſſe confiteretur, reſpondit ſe meruiſſe ut ampliſſimis honoribus condonaretur, & ut ei uictus quotidianus in prytaneo publice præberetur, qui honor apud Græcos maximus habebatur. quo reſponſo iudices ſic exarſerunt, ut non ſolum primis ſententijs, ſed & ſecundis capitis hominem innocentiſſimum condemnarent. Exiſtimat Marcus Tullius Socratem damnatum nullam aliam ob culpam, niſi propter dicendi inſcientiam. Muſonius uero quia nullam ſibi parauit defenſionem. Seneca ſcribens ad Gallionem, Athenienſium rempublicam, uel ob hoc maxime uituperat, in qua Socrates damnatur. Scribit Plutarchus, quod Athenienſes adeo oderunt, auerſatique ſunt Socratis calumniatores, ut neque eis ignem accendere, neque interrogantibus reſpondere, nec aqua

illa

illa,qua hi ſe abluiſſent,uti uoluerint, ſed eam perinde ac ſceleratam effundi iuſſerint. proinde illi A
cum odium tam atrox perpeti diutius non poſſent,ſuſpendio ſeſe necauerunt.Idem refert Augu-
ſtinus, De ciuitate Dei. *Sorbitio cicutæ.*] Lictor undecim uirorum, qui magiſtratus erat Athe-
nis,ingrediens carcerem circiter ſolis occaſum denunciauit Socrati uenenum eſſe bibẽdum,mox
in calice allatum eſt uenenum.erat autem cicuta,quam merito dixit Plinius publica Athenienſium
pœna inuiſam,cuius uis refrigeratoria frigore enecat,incipiuntq́ algere ab extremitatibus corpo
ris: & ita Socrates hauſto intrepide atque alacriter poculo mortifero, deambulare cœpit, mox
cum inter ambulandum crura iam grauari ſentiret iacuit reſupinus, cœperuntque pedes & cru-
ra ſenſim frigeſcere.cum uero uis ueneni ad præcordia, & uitalia perueniſſet, deceſſit in hac uoce
deficiens:Aeſculapio Gallum debemus,quem reddite neque negligatis.quod ex priſcorum more
eſt,qui Aeſculapio medico Phœbi filio gallum ſacrificabant diei ſolisq́ nuncium,id eſt,diuinę be
neficentiæ morborum omnium curatrici,quæ diuinæ prouidentiæ filia nominatur, diem hoc eſt
uitæ lumen deberi à ſe fatebantur. Huius Socratis uoti meminit Lactantius, cuius cauſam iocula-
toriam refert Tertullianus in Apologia. Illud ſcitu memoratuq́ dignũ eſt, quod cum cicuta ſit ho
minis uenenum,eſt pecudum pabulum. Lucretius. Quippe uidere licet pingueſcere ſæpe cicuta
Barbigeras pecudes, homini quæ eſt acre uenenum. *Tollit.*] Perimit,necat,interficit. *Quo fre
tus?*] Qua re, quo uirtutis munere fretus es, ut hanc reipublicæ capeſſas adminiſtrationem? B
Magni pupille Pericli.] Ductum ex Platonis dialogo, in quo Socrates oſtendit omnium maxi-
mum uiſum Alcibiadi,quod ipſi relictus à patre tutor Xantippi filius Pericles foret. de Alcibiade
Plutarchus,Probus,Iuſtinus,Thucydides;cæteri multa & notatu digna tradiderunt.de Pericle au
tem,qui fuit Athenienſium dux inclytus,philoſophus,orator inſignis, atque Anaxagoræ diſcipu
lus,qui rempublicam Athenienſium rexit.xl.annis mira prudentia,late Iuſtinus libro tertio.Hũc
ſummum oratorem ſic laudauit Eupolis. πρὸς τούτῳ πειθώ τις ἐπεκάθιζεν τοῖς χείλεσιν, οὕτως ἐκήλει, καὶ μόνος τῶν
ῥητόρων τὸ κέντρον ἐγκατέλειπε τοῖς ἀκροωμένοις,id eſt,ad hæc ſuadela quædam inſidebat labris, ſic mulcebat,
& ſolus rhetorum aculeum relinquebat auditoribus. Sed quoniam de ſuadela mentionem feci-
mus,Theodori Gazæ uiri alioqui eruditiſſimi hallucinationem cur non oſtendimus? qui Cicero
nis uerba ex Catone uertens cum ſuadę medullam Pitho debuiſſet μελίγηρυν, hoc eſt ſuauiloquium
tranſtulit.Idem Pericles ἤστραπτε, ἐβρόντα, συνεκύκα πάντα, id eſt, fulgurabat,tonabat, conturbabat o-
mnia. *Scilicet ingenium.*] Quamuis ingenio non ætate ſapientia adipiſcatur, ut inquit Plautus;
cui ſubſcribit Hieronymus ſcribẽs ad Auguſtinũ.Noli ergo nos annorum exiſtimare numero,ut
ſapientiam à canis exiſtimes.non enim canterius(ut cum Varrone loquar) uetulus, quàm nouel-
liculus melior,nec canitudini comes eſt uirtus,nec prohibet adoleſcẽtia,ne quis poſſit melius eti-
am quàm ſenex diſcernere,ut inquit ille apud Philoſtratum: oſtendit tamen Perſius rerum agen- C
darum ſcientiam non accedere ante annorum multitudinem.& eſt ſenſus cum ironia. Occupaſti
imperium,& auſus es rempublicam adminiſtrare quia quamuis ſis iuuenis,& paucos annos na-
tus,tamen uirtute & prudentia nulli es ſecundus. *Scilicet.*] Ironicos.ut illud Terentij. Id curat
populus ſcilicet. *Ingenium uelox.*] Velocitas corporis celeritas appellatur,quæ eadem ingenij e-
tiam laus habetur. hinc ingenium uelox dicimus, quod uerſatile eſt,& celeritate quadam ad res
multas percurrendas præditum.Iuuenalis.Ingenium uelox,audacia perdita. Illud notum: Inge-
nio uelox,corpore paruus erat. *Ante pilos.*] Ante pubertatem, quæ incipit anno decimoquar-
to,ut iuriſconſulti tradunt, apud Athenienſes decem & octo annorum tempus pubertas diceba-
tur,ut docet Philoſt. *Ergo ubi commota.*] Senſus eſt.Igitur cum ſis prudentiſſimus, nullatenus de
bemus admirari ſi plebeculæ furentis animos concitatos ſedare,& ad mentem tranquillam dedu
cere non ignoras. Viri enim grauis maieſtate lenitur plebeculæ ſeditio (ut eſt apud Vergilium) &
exemplo nobis es tu ſereniſſime comes Iacobe Antoni,qui populos tuos furentes & ſpumanti la-
bello ad arma concitatos,Chryſopolimq́ Martigenam ſeditione laborantem uultus tui grauita-
te quoties ad tranquillitatem redegiſti? *Feruet.*] Seditionibus æſtuat. *Turba calidæ.*] Aeſtu
anti,& ad iras commotæ. *Maieſtate manus.*] Qua ſuperiores principes & magiſtratus inducere
ſilentium ſæpiſſime conſueuerunt.Suetonius,de Auguſto.Quum ſpectante eo ludos pronuncia- D
tum eſſet in mimo.O dominum æquum & bonum,& uniuerſi quaſi de ipſo dictum exultantes cõ
probaſſent,ſtatim manu uultuq́ indecoras adulationes repreſſit. Apollonium Tyaneum manu
uultuq́ populorum quorundam ſedaſſe diſcordias auctor eſt Philoſt. *Quid deinde loquere.*] Quã
do turba,& populus manuum maieſtate ruperit uocem,qua oratione & ſermone illum adloque-
ris,cum ſis à rerum prudentia,& literis deſtitutus? Vnde innuit oportere principem eſſe pruden-
tem, peritum, & literis apprime eruditum, quo mediusfidius (ſi poteſt fieri) nihil pulchrius,ni-
hil excellentius fieri poſſe contendo. hinc Mago, Hiero, Attalus, Iuba, ſtudiorum claritudine
memorabiliores extitere quàm regno. hinc Cæſar dictator, hinc Auguſtus, hinc alij Cæſares plu
ſculi non minus eloquentia, & eruditione, quàm imperio cenſentur, unde ab Homero rectiſſi-
me dictum eſt: Calliope regum comes eſt Ioue nata parente. Olim à ſenatu Romano in laudem
Taciti imperatoris acclamatum eſt in curia.Quid melius quàm literatus imperator? Sunt enim il-
læ ciuitates beatæ,in quibus philoſophi aut principes philoſophantes imperant, ut dixit Plato in
quinto de Republica.Nero autem parum ualebat eloquentia,& rhetorica eruditione: unde ex ijs
qui rerum potiti eſſent alienæ facundiæ primus eguiſſe dicebatur. nam ei Seneca orationes com-
ponebat. *Quirites.*] Cum intentio poetæ ſit ut Romanos caſtiget,rite quirites pro Athenienſi-

A bus,dixit.ex more Romano ſumptum,ubi oraturi ad populum quirites appellitant,ut in oratio-
nibus Ciceronis licet intueri. ſic Apuleius. Quirites ſanctiſſimi. Quiritare dicitur,is qui Quiri-
tum fidem clamans implorat. *Non iuſtum.*] Platonis dialogus extat,cui titulus eſt Alcibiades,ſi-
ue de uoto, in hoc Socrates caſtigat Alcibiadem tanquam nihili hominem ac imperitum, nimiſ-
que glorioſum,quod eſſet in concione Athenienſium dicturus,quæ neſciret, ac diſertaturus de iu-
ſto & iniuſto,cum ipſe iuſtorum atque iniuſtorum inſcius foret. Vnde ductum eſt totum iſtud Per
ſianum. *Rectius iſtud.*] Ex hoc ſuam demonſtrat prudentiam, atque ſapientiam, cum quod iu-
ſtum,& quod rectum ſit, & denique quæ inter iuſta & recta uidentur, quid rectius iudicare uale-
at,hoc enim proprium ſapientis eſt.Lactantius.Quis autem diſcernere bonum & malũ, prauum
& rectum poterit,niſi qui ſapiens fuerit? *Scis etenim.*] Tanta es prudentia præditus,ut etiam in
ambiguo poſita ſcias adeo diligenter iudicare,ut in nullum incidas errorem. metaphora ſumpta
à libripende,quem ponderoſiſſima quæque bilancis examine non fugiunt. *Ancipitis libræ.*]
Quæ eſt ambigua,ita ut uix uerum poſſit diſcerni. Vnde maiorem eius demonſtrat prudentiam,
& ingenij perſpicax acumen,qui in rebus etiam dubijs & incertis rectum poſſet afferre iudicium.
De quibus (inquit Seneca libro tertio,de moribus)non iudica, ſed ſuſpenſam tene ſententiam.
Diſcernis.] Cognoſcis. *Curua.*] Non recta. ſic Horatius in ultima epiſtola. Scilicet ut poſſem
B curuo dignoſcere rectum. *Regula.*] Id eſt,bilancis lingua,id eſt,examen, quo trutina regitur.
Varo pede.] Curuo,flexo,& intorto.Metaphor.ſunt autem proprie Vari qui pedes obtortos ha
bent,ut Feſtus Noniuſque tradunt,quos Græci auctore Polluce appellant βλαισοὺς.Lucilius.Com-
pernem ac uaram fuiſſe Amphitryonis accepi Alcumenam, Vnde uarum pro obtorto uſurpa-
mus.M.Varro libro ſecũdo,De re ruſtica, ſcribit canes eſſe debere cruribus rectis,ac potius uaris
quàm uacijs. Vacias dicimus uaris contrarios,qui in exteriorem partem inflectuntur,ut Britanni
& Galli fere Tranſalpini,quod quidem & apud Strabonem relatum eſt.hinc Vaciæ apud Ro. cog
nominati, ut refert Plinius. Varicare eſt crura aperire, extendere, diiungere, & in diuerſum ſepa-
rare. Quintilianus in undecimo. Varicare ſupra modum, & ſtando deforme eſt, & accedẽte mo
tu prope obſcœnum. Diuaricare extendere,& in diuerſum ſeparare,quod à proſtitutis meretrici-
bus fit.hinc ait Hieronymus ad Euſtachium.diuaricauit pedes omni tranſeunti,quod ex Ezechie
le propheta tranſtulit. Varicus dixit Apuleius aduerbialiter. *Et potis es nigrum.*] In te tanta eſt uis
eloquentiæ,& facundiæ fulmen, ut ſermone uolubili ac rotato poſſis populũ & iudices flectere,ut
ad nutũ tuum quẽlibet, tanquã nocẽtem interficiant. *Vitio.*] Hominibus uitioſis. *Nigrum the-
ta.*] Letiferum,exitiale,& mortiferum.Eſt enim theta damnationis,& mortis ſignum: Vnde Mar-
tialis. Noſti mortiferum quæſtoris Caſtrice ſignum: Eſt operæprecium diſcere theta nouum. Tau
C uero abſolutionis, & ſalutis nota erat. Hinc legitur in Ezechiele,& ſigna tau ſuper frontes uirorũ
gementium. Maro tamen Tau gallicum pro cruce feſtiue dixit,& ſymbolicos. Galli enim aſſueti
ſunt cruces in ſimilitudinem T, literæ formare. carmen Vergilij eſt hoc. Tau gallicum imminet,
ipſemet male illuſit. quid ſignificet Tau, quærit Auſonius in monoſyllabis. non ignoro morem
fuiſſe apud ueteres Romanos,ut iudices cauſa cognita in ciſtam, ſiue urnam tabellas conijcerent,
eaſq́; ſtylis inſcriberent literas habentes abſolutionis ſiue condemnationis. nota cõdemnandi e-
rat C.ſicut abſoluendi A.quando uero iudici perplexa,& obſcura cauſa uidebatur ſtylo ſcribebat
in tabella duas literas, N. L. quod ſignificat non liquet: unde ampliatio, comperendinatioque
naſcebatur,ſed nihil conuenit cum Perſio. *Quin igitur.*] Aperte aculeos ſatyricæ mordacitatis,&
uirus uipereum expromere, illumq́; uehementer taxare incipit.& eſt ſenſus. Cur imperium,& rei
publicæ adminiſtrationem non deponis,cum ætatis & imprudentiæ uitio quid agendum dicen-
dum ue ſit penitus ignores? *Quin.*] Increpantis eſt, ut illud ex bucolico ludicro. Quin tu ali-
quid ſaltem potius quorum indiget uſus. *Nequicquam.*] Fruſtra. *Pelle decorus.*] Veſtitus lau
ta,ſplendida,& magnifica ueſte.Metapho.illum uicioſum eſſe ſignificat,ſed minime uideri.Hora-
tius. Introrſum turpem,ſpecioſum pelle decora. Talis erat Antipater,cuius parſimoniam,tenuita-
temque laudantibus,utpote qui dure,auſtereque degeret,Alexander inquit: ἀντίπατρος ἔξωθεν λευκοπάρυ-
D φος, ἔνδοθεν ὁλοπόρφυρος, id eſt, Antipater extrinſecus albis eſt uulgaribusque ueſtibus, intrinſecus ue
ro purpureis prorſus. Innuit autem quod quiſpiam de ueſtitu non eſt æſtimandus,ſed à uirtute &
animi dotibus probandus. nec enim habitus uirtutem dat, nec cathedra ſanctificat ſacerdotem.
Nullus (inquit Seneca) dicit gladium eſſe bonum,ſi baltheus eius deauratus eſt,& uagina gemmis
diſtincta: ſed gladius bonus dicitur, qui bene incidit, & bonum acumen habet. hinc dixit He-
mus latro apud Apuleium. Nec me putetis egenum, uel abiectum, neue de pannulis iſtis uirtu-
tes meas æſtimetis. ſæpe item (ut inquit Cæcilianus apud Ciceronem in Tuſculanis) etiam ſub ſor-
dido palliolo latet ſapientia. Tradit Plinius in Epiſtolis,quoſdam interdum ſeductio, cultuq́; paga
no quaſi ruſticos,non minus eſſe eruditos quàm eos qui ſtudia præferunt & oſtentant. Poteſt (in-
quit Seneca) ingenium fortiſſimum ac beatiſſimum ſub qualibet cute latere. poteſt ex caſa uir mag
nus exire,poteſt ex deformi,humilique corpuſculo formoſus animus ac magnus. conſimiliter po
teſt in pannoſo, & ſordidato corpore animus generoſus, ac robuſtus deliteſcere. In eleganti ami
ctu uitijs & ſceleribus inquinatus, ut in Alcibiade, qui cum eſſet ueſte imperatoria & triumpha-
li ornatus, intrinſecus uitijs & ſceleribus redundabat. *Iactare caudam.*] Blandiri, & adulationi-
bus fauorem populi & gratiam quærere,quam nec commemoratione dignam putat eſſe Boetius.
nam nec iudicio uero prouenit, nec unquam firma perdurat, à canibus ſumpta translatio, qui
caudam

caudam mouent, dum blandiuntur, ut leones, quorum caudas adulantes nũcupat Hieronymus. A
Blando popello.] Cui blandiendum, & aſſentãdum eſt præcipue ab illis, qui honores & magiſtra
tus conſequi cupiunt. nam plerũq; mouetur gratia, cedit precibus, facit eos, à quibus eſt maxime
ambitus, ut docet Cicero. *Melior.*] Aptior. *Sorbere Anticyras meracas.*] Sumere helleborũ pu-
rum & ſyncerum, ut inſaniam à te alienares, quàm tenera ætate propter ambitionem ſubijcere te
populi temeritati, cui fallaci potius quàm dominari, malebat Phalaris Agrigentinus in media Ly
biæ torrenus arena, & inter deſertos Nomadas uitam degere. Anticyra inſula eſt, quæ olim Cypa-
riſſus dicebatur (ut ſcribit Pauſanias) ſed mutauit nomen ab Anticyro Herculis ſocio. ut uero ſcri
bit Strabo, ciuitas eſt ad ſinum iacens Malliacum, & Oetam mõtem. præter ea ſcribit Liuius uigeſi
mo ſexto, quod ſita eſt in Locride læua parte Corinthiacum intrantibus breuis terræ iter, habetq;
oppidum eiuſdem nominis, ut idem demonſtrat libro ſecundo De bello Macedonico. ibi helle-
borum naſcebatur, quo (ut ſcribit Plinius) hominis inſania, & mali humores emendantur, & ad
ingenium acuendum plurimum ualet. Vnde hominem inſanum ſignificare uolentes dicebant il-
lum oportere Anticyram nauigare, aut Anticyra indigere. Horatius. Verum ambitioſus & au
dax Nauiget Anticyram. Iuuenalis. Pauper locupletem optare podagram Ne dubitet laudas ſi
non eget Anticyra. quem locum ita nos emendamus, cenſentes non laudas, ſed Ladas eſſe legen-
dum, ut ſit ſenſus. Ladas perniciſſimus, & agilitate corporis mirandus, ſi non eſt mente captus, B
locupletem podagram, id eſt, morbum in ſummis diuitijs exoptare non dubitet, potius quàm in
columitatem corporis in paupertate, qua nullum animal pernicioſius inuenitur, ut ſcribit Ari-
ſtophanes in Pluto bis uerſibus: πενία γάρ ἐστιν ὦ πόνηρ' ἧς οὐδαμοῦ οὐδὲν θηρίον ξῶον ἐξωλέστερον. quod autem
Ladas fuerit agilis, pernix, & uelox, Solinus, Martialis, Catullus, Marcus Tullius, cæteriq; ſatis a-
perte docent. *Meracas.*] Puras, ſimplices, nullo alio medicamento admixtas. à mero, quod ſo
lum antiqui dixerunt. unde merula auis dicta quod mera, id eſt, ſola uolat. Varro auctor. de qua
Ariſtoteles libro De animalibus. res mira refertur à Græcis, Merulam ſurdam eſſe. hinc natũ pro-
uerbium κωφότερος κίχλης· ταύτας Εὔβουλος ἐν Διονύσῳ μέμνηται, φασὶ γὰρ κωφὸν εἶναι τὸ ζῶον, hoc eſt ſurdior meru
la. huius meminit Eubulus in Dionyſo. dicunt enim hoc animal ſurdeſcere. *Quæ tibi ſumma bo-
ni.*] De finibus bonorum multa, & multipliciter inter ſe philoſophi diſputarunt, quam quæſtio-
nem maxima intentione uerſantes conati ſunt inuenire, quid efficiat hominem beatum. illud e-
nim eſt finis boni noſtri, propter quod expetenda ſunt cætera, ipſum autem per ſeipſum. Alij e-
nim in uoluptate, ut Ariſtippus: Alij in uirtute, ut Zeno, quod dogma Marcus Tullius in quin
to Tuſculanarum ſequitur & alacriter defendit: Alij in primis naturæ, quæ Græci τὰ πρῶτα φύσεως
Auguſtinus & Varro primogenia uocant, ut Carneades. Alij in indolentia, quæ Græco uocabu-
lo ἀναλγησία nuncupatur, ut Hieronymus. Rhodius, ſummum bonum collocauerunt. Plato uero, C
& Ariſtoteles columina philoſophorum, qui autumãt uirtutem indigere inſtrumentis, ueluti cor
poris bonis, ut robore, ſanitate, ſenſuum integritate, item bonis externis ut puta diuitijs, uitam
beatam ex triplici bonorum genere conſtituunt. Tybareni Chalybibus uicini, quorum Pompo-
nius & Apollonius mentionem fecerunt, in riſu & iocis ſummum bonum collocauerunt. Dinoma
chus & Caliphо uoluptatem cum honeſtate copularunt. non deſunt qui in gloria, alij in diui-
tijs, quidam in potentia. Alij in ocio, non pauci in uita ruſticana. Alij in alijs rebus. Vnde
Perſius, quod ſummum bonum putet interrogat, ut ex incuria eius reſponſione à uirtutum
cognitione alienum, & Athenienſi adminiſtratione indignum deprehendat & iudicet. *Vncta
uixiſſe patella.*] Reſponſio Alcibiadis, qua Epicurum philoſophum ſequitur in uoluptate ſum-
mum bonum conſtituentem, cuius ſecta habet ſectatores pene infinitos, quorum (ut inquit A-
poſtolus) deus uenter eſt, & quæ ſub uentre ſunt. hinc Philoxenus ſummum bonum collo-
cans in uoluptate guſtatus γεράνου λάρυγγα εὔχετο ἔχειν, id eſt, optabat ſibi dari gruis collum, ut uide-
licet diutius illa uoluptate bibendi edendique frueretur. duo nanque ſunt ex omnibus uitijs,
quæ maxime homines decipiunt ſui uoluptate, gula ſcilicet ac libido. hinc Sardanapalus Aſſy-
riorum rex gulæ & uentri deditiſſimus, natusque belluationi, ſcripſit in epitaphio, ſe illa tantum
habere, quæ ediſſet, & per libidinem expletam percepiſſet. hinc Xerſes ille maximus Perſa- D
rum rex, repertori nouæ uoluptatis conſtituit præmium, & alij compluſculi, quorum ſola no-
mina uolumen conficerent. *Vncta patella.*] Cibis ganeatis, lautis, & opiparis. Patella uas
erat fictile ſacrificijs faciendis aptum. ſed accipitur pro quocunque uaſe eſcario, ut hic & apud
Horatium. Nec modica cœnare times holus omne patella. *Curata cuticula.*] Secundum anti-
quorum morem, & maxime qui debiles erant ſtomacho, qui ante cibum exercebantur. eam ex-
ercitationem (ut Celſus ſcribit) recte ſequebatur modo unctio uel in ſole, uel ad ignem, mo-
do balneum. deſcendebant enim in ſolem, ubi lauabantur, tum multo oleo ungebantur, le-
uiterque perfricabantur. Iuuenalis. Noſtra bibat uernum contracta cuticula ſolem. Plinius li-
bro tertio Epiſtolarum de Spurina loquens ait. Vbi hora balnei nunciata eſt (eſt autem hyeme
nona, æſtate octaua) in ſole ſi caret uento ambulat nudus, deinde mouetur pila uehementer,
& diu. Apuleius libro tertio, De Aſino. Nudatique & flammæ largiſſimæ uapore recreati, calidaq;
perfuſi, & oleo peruncti menſas dapibus largiter inſtructas accumbunt. *Expecta haud aliud.*]
Senſus eſt. Si expectare uolueris, audies hanc anum prætereuntem non aliter reſpondere, ſi
de ſummo bono, & felicitate, ut uerbum faciat, interrogetur. unde demonſtrat Alcibiadem
non minus inſanum eſſe quàm uetulam, & anum decrepitam, quarum propria ſunt deliramen-

A ta, & ineptiæ, quod docet uocabuli etymon. nanque anum dici autumant eruditi ab a, particula priuatiua καὶ νοῦς mens, quod ſit ſine mente, & ſenſu. prouerbium eſt apud Græcos γραῶν ὕθλος, id eſt, uetularum nugæ: de his, qui delirant, & nugantur. Marcus Tullius deliramenta anibus fere petulanter aſcribit. Idem tradit in Catone. ut petulantia magis eſt adoleſcentum, ſic ſenum eſſe ſtultitiam, quæ deliratio appellari ſolet. Anatem morbum dixerunt antiqui ſcriptores, quo uetulæ laborant. *I nunc Dinomaches*] Cum in uoluptate ſummum bonum & felicitatem collocaueris iacta te, & gloriare claros habere natales, & nobilitate cæteris antiſtare: quandoquidem generoſus ſit (ut ſcribit Seneca) ad uirtutem bene à natura compoſitus. Quintilianus. Quis generoſiſſimus? nonne qui optimus? non qui celebritate naſcendi, ſed qui uirtute maxime excellit, cui ſubſcribit illud Phalaridis ἐγὼ δὲ μίαν εὐγένειαν οἶδα τὴν ἀρετήν. Ego autem unam generoſitatem noui uirtutem, quæ melius armat homines quàm cætera arma, ut dicebat ille [illegible], id eſt, arma maxima ſunt uirtutes mortalibus. ductum autem eſt hoc Perſianum ex eo quodapud Platonem ſic eſt, [illegible] *Suffla.*] Gloriabundus exulta, & iactanticulus intumeſce, quia ſis claro ſtemmate natus, & antiqua nobilitate inſignis, cuius nomen quàm ſit inane, quàm futile quis non uideat? inquit Boetius. nam ſplendidum te, ſi tuam non habes, aliena claritudo non efficit. Qui genus ſuum laudat, aliena laudat: inquit tragicus. *Sum candidus.*] Sum pulcher, & forma

B ſpecioſa decoratus, quæ etſi eſt rapida, uelox, & uernalium florum mutabilitate fugacior (ut inquit Boetius) tamen donum deorum eſſe dicitur à Paride Homerico, nec homini liberaliter educato refugiendum. Formoſi eſſe in primis affectant adoleſcentes, inquit Apollonius. uel referens ad animum expone, ſum candidus, id eſt, uirtutum dotibus ornatus, & animo ſapienti. *Esto.*] Concedo te eſſe formoſum, prudentem, & claris parentibus prognatum, dummodo hæc uetula Baucis delirans, & inſania non minori ſapientia quàm tu cenſeatur, qui de ſummo bono interrogatus, illud in uoluptate collocaſti. In hos tales ſeueriſſime in tertio Diuin. inſtitutionum Lactãtius inuehitur. *Baucis.*] Nomen uetulæ, ſicut Lyde apud ſatyricum illo uerſu. Turgida nec prodeſt condita pyxide Lyde. ſic enim legendum eſt, non autem in pyxide condita Lyde. reſpexit autem Perſius ad Baucidem Philemonis, de qua Ouidius in octauo Metamorphoſis. *Pannucia.*] Pannis uilioribus induta. Suffarcinatam Cãtaram dixit Terentius. Nam pannucius & pannoſus dicitur, qui incedit ueſtibus craſſioribus. Apuleius. Nummularius pannoſus alioqui & ſordidus aureos folles incubabat. *Cantauerit.*] id eſt, uoce enormi, exerta, & abſono clamore pronunciauerit. ſolent enim mercenarij per urbem diſcurrentes, quod uænale habent alta uoce pronunciare. quod adeo frequens uiſitur Bononiæ, ut quantum eius pagi, non tantum raucis reſonent arbuſta cicadis. uel cantauerit, id eſt laudauerit, ut meliori precio merces ſuas diſtrahat. Horatius.

C Laudat uænales, qui uult extrudere merces. Apuleius in Apologia. Holitori & cauponi merito eſt conceſſum holus & uinum ex nobilitate commendare. *Ocymi.*] Ocymum herba eſt odorata hortenſis, quæ à celeritate naſcendi nomen ſibi uendicauit. auctor Feſtus. Plinius libro decimonono, in horto ſatorum celerrime naſcuntur ocymum, bilitum, napus, & eruca. durat per autumnum, & tonſum, diminutumque (ut ſcribit Theophraſtus) regerminat. Id grauiter Chryſippus increpuit inutile dicens, ſtomacho, urinæ, oculorum quoque claritati. præterea inſaniam facere, & lethargicos & iocinoris uitia, ideoque capras id aſpernari. Mammis illitum lactis prouentum extinguit, inquit Plinius. at Dioſcorides prouentum lactis facere putauit [illegible]. ſcribit Plinius exiſtimaſſe quoſdam ſi eo die feriatur quiſpiam à ſcorpione quo ederit ocymum, ſanari non poſſe. Contrà Dioſcorides. Lybies inquit aſſeuerant à ſcorpione lædi non poſſe, qui die feriatur, quo ederit ocymum. Eſt & ocymum pabuli quoddam genus, ut tradit Varro. *Vernæ diſcincto.*] Diſſoluto, nullius precij, intemperanti, & ignauo. Horatius. Vernasque procaces Poſco libatis dapibus. Vernas, quos Græci οἰκογενεῖς dicunt, appellamus famulos, ſeruos domi natos ex ancillis, hinc uernaculum pro domeſtico uſurpamus. Gallinas uernaculas noſtrates uocat Columella, quas maxime probat. Vernilitas dicitur Fulgentio morologium, dicacitas, à uernis, qui garruli, & loquaces eſſe conſueuerunt. Tibullus. Garrulus in dominæ ludere

D uerna ſinu.

AELIVS ANTONIVS NEBRISSENSIS.

Rem populi tractas.] Quemadmodum in argumento ſecundæ ſatyræ diximus, duos dialogos ſcripſit Plato ſub Alcibiadis nomine, quorum prior Alcibiades primus, poſterior Alcibiades poſterior inſcribitur. In priori itaque Socrates inducitur à Platone interrogans Alcibiadem amicum & diſcipulum ſuum, qua fiducia, cum ſit rerum omnium ignarus atque inexpertus, inſinuat ſe adminiſtrandæ reipublicæ: cum præſertim ex ſententia illa quam antiquitas conſecrauit, quiſque ſeipſum debeat noſcere. Ex hoc dialogo poeta ſumit huius quartæ ſatyræ materiam, quod licet conferenti locos intueri. Sub Alcibiadis itaque perſona inuehitur in adoleſcentem quempiam (Domitium Neronem Cæſarem eſſe putant) qui antequam per ætatem ſapiat, ſuffragia populi ad honores magiſtratusque aſſequendo captat, atque rempublicam, ſibi gubernandam capeſſit. deinde præceptum inculcat, unumquemque ſeipſum debere cognoſcere, neque ſibi arrogare quod ſit ultra proprias uires. Ordo eſt. *Dic o pupille magni Pericli.*] id eſt, o Alcibiades. fuit enim hic adoleſcens Cliniæ ex Dinomache filius, Socratis diſcipulus & familiaris, relictus à patre mortuo ſub tutela Periclis ciuis Athenienſis nobiliſſimi, qui (ut ait Plutar-

Plutarchus) erat illi ſanguinis affinitate coniunctus. Iuſtinus patruum fuiſſe ſcribit. O pupille id- A
quam. *Quo fretus.*] id eſt, qua prudentia & rerum experientia confiſus. *Tractas.*] id eſt,
tractare & adminiſtrare audes. *Rem populi.*] id eſt, rempublicam. Et per parentheſim interpo
nit. *Crede.*] id eſt, puta & finge hoc quod ego dico tibi. *Barbatum magiſtrum dicere.*] id eſt;
Socratem præceptorem tuum qui Græcorum philoſophorum more barbam nutriebat. Iuuena-
lis. Barbatos licet admoueas hinc mille magiſtros. *Quem.*] Scilicet Socratem. *Sorbitio dira*
cicutæ.] Nam Socrates ab Athenienſibus morte damnatus, cicutæ ſucco hauſto periit, publica A-
thenienſium pœna, ut ait Plinius. *Tollit.*] id eſt, extinguit. *Scilicet ingenium.*] Decem
uerſus quæ ſequuntur interrogatiue poſſint legi aut enunciatiue ſi per ironiã legantur; quod ip-
ſum hæc particula ſcilicet, deſignat: ut apud Vergilium quarto Aeneid. Scilicet is ſuperis labor eſt;
ea cura quietos Sollicitat. & Terentium in Andria. id populus curat ſcilicet. *Ingenium.*] id eſt, ar
tes & ſcientiæ quæ ingenio comparantur. *Et prudentia rerum uelox.*] id eſt, præcox & ætatem præ
ueniens. *Venit ante pilos.*] id eſt, antequam barba pecten & alæ pubeſcant. quaſi dicat neque in
genium neque prudentia ueniunt ante ætatem. *Et calles dicenda & tacenda.*] id eſt, ſcis quid de-
beas dicere & quid tacere, quaſi diceret minime. *Ergo ubi plebecula.*] id eſt, imperitum uulgus.

Feruet commota.] id eſt, concitata iraſcitur. *Bile.*] id eſt, cholera quæ iræ ſedes eſt. Vergilius pri
mo Aeneidos. Sæuitque animis ignobile uulgus. *Fert animus.*] id eſt, cupis. *Fecisse ſilentia.*] Vt B
habeas ad populum orationem qua ſeditio illa componatur. Vergilius. Silent arrectiſque auribus
aſtant. *Turbæ calidæ.*] id eſt, populo ira inflammato. *Maieſtate manus.*] Oportet enim illum
quem populus ſeditione cõcitatus audire debeat, multum auctoritatis ac maieſtatis habere, ut uel
ſolo uultu & manu ſileat. Lucanus. Compoſuit uultum, dextraque ſilentia iuſſit. Et Vergilius pri
mo Aeneidos, cum inducit oratorem qui uir bonus dicendi peritus diffinitur, tunc (inquit) pieta-
te grauem ac meritis ſi forte uirum quem Conſpexere, ſilent arrectiſque auribus aſtant. huiuſmo-
di uir Irenarcha Græce à iuris peritis appellatur. non (ut Acurſius delirat) dictus quòd iram popu
li arceat: ſed quòd ſit pacis auctor ſiue pacificator. huiuſmodi autem uiri manu protenta effinge-
bantur. quali habitu Domitianus Cæſar equo inſidens inducitur à Papinio libro Syluarum, cum
dicit. Dextra uetat pugnas. *Quid deinde loquere.*] id eſt, quali oratione uteris cum ſis rerum om-
nium inſcius. *Quirites hoc puta.*] Quod ille apud populum locuturus eſt, debet eſſe de iuſto &
iniuſto de turpi honeſtoque, quæ ex philoſophiæ fonte ſunt depromenda, ſed hic cum ſit ignarus
non habebit de quo ſit orationem habiturus. loquetur inquam. *Puta.*] id eſt, ſicut, uel exem-
pli gratia. *O quirites.*] O Romani ciues. nam ad populum eſt ſermo, cum laudamus aut uitupe
ramus, quod pertinet ad genus concionale ſiue demonſtratiuum. nam in deliberatiuo ſenatores,
in iudiciali iudices dicuntur. Hoc non iuſtum eſt, ſubaudi quod facitis. nam cum ſit ciuitas ciuiũ C
ſocietas æquo iure conſtituta, ſeditio iniuſta eſt, quippe quæ labefactat ciuilem ſocietatem. *Recti-*
us iſtud.] Subaudi potuit fieri. *Scis etenim.*] Ironia eſt ut diximus, quaſi diceret non ſcis. *Su*
ſpendere iuſtum.] id eſt, examinare iuſtitiam. *Gemina lance.*] id eſt, libra, quam & bilancem dici-
mus. nam in libra duæ ſunt lances. Vergilius duodecimo Aeneidos: Iuppiter ipſe duas æquato ex-
amine lances Suſtinet, & fata imponit diuerſa duorum. Et Cicero quinto Tuſculanarum. Quæro;
inquit, quam uim habebat libra illa Critolai, qui cum in altera lance animi hominis bona pone-
ret, in altera corporis, & externa, &c. *Ancipitis libræ.*] id eſt, quæ duo habet capita, quia duæ lã
ces ut dixi. aut ancipitis, id eſt, ambiguæ. ut neſcias in utram partem magis declinet. *Verum di-*
ſcernis.] immo non poteris uerum à falſo diſcernere, quod eſt opus partis intellectiuæ. aut uerum
pro iuſto poſuit. nec rectum à curuo, cum regula ipſa rationis qua hoc debet explorari, ſit curua:
& per ignorãtiam poſſit nos fallere. ideo dicit. *Vel cum regula curua interſubit.*] .i. interuenit. *Vel*
eum fallit uaro.] id eſt, curuo. nam regula in pedes diſtinguitur. unde eſt decempeda, qua archite-
cti ædificia metiuntur. *Et potis es.*] id eſt, potens es, quaſi diceret non potes. *Præfigere uitio.*].
id eſt, inurere & imponere. *Nigrum theta.*] id eſt, mortiferum ſignum. hoc eſt mortis pœnã. Nam
iudices qui reum morti damnabant. in tabellis theta, hoc eſt th. aſpiratam literam Græcam ſcribe
bant. per quod ſignificabant capitale quiddam, quod Græce thanatos per theta in principio mor D
tale interpretatur. Martialis. Noſti mortiferum prætoris Caſtrice ſignum, Eſt operæpreciũ diſcere
theta nouum. *Quin tu igitur.*] Vrget adoleſcentem dicens in hunc ſenſum, cum ſis corpore deco
rus, introrſus autem turpis & indoctus qui remp. adminiſtrare nõ poſſis, cur ambis populi ſuffra
gia, per quæ ad magiſtratũ peruenias? dicit igitur. *Tu decorus ſumma p.*] .i. tantũ in ſuperficie, quæ
ſola conſpici poteſt. *Sed nequicquam.*] .i. fruſtra, quia introrſum turpis es. *Quin deſinis*] .i. cur nõ
ceſſas? *Iactare caudam popello.*] id eſt, adulari populo, cuius ſuffragia captas. & eſt ſumptum à ca
nibus qui caudam motant cum blandiuntur. *Blando.*] id eſt, qui tibi blanditur aſſentaturque.
ſed melius quadraret ſenſus ſi blãdus aut blande legeretur: cũ nõ is qui captatur, ſed captator blã
diri debeat. *Ante diem.*] .i. Ante tempus. quia ut diximus hic per ætatem non poteſt remp. guber
nare. *Melior.*] Subaudi cum ſis. *Sorbere Anticyras*] .i. helleboros, qui in Anticyra Phocidis ur
be abũdant, ibique (ut ait Plin.) tutiſſime ſumebãtur. Anticyrã quoque Horat. figurate pro helleboro
poſuit ii. Ser. Neſcio an Anticyrã ratio illis deſtinet omnẽ. Helleborus aũt peculiariter atrã bilẽ pur
gat, in qua ſedes inſaniæ eſt, ideo dicit hũc potius debere purgare inſaniã, quàm magiſtratum affectare
per populi ſuffragia. *Meracas.*] Aut puras aut ex mero ſumptas. Horatius ii. Epiſt. Expulit helle
boro morbũ bilemque meraco. *Quo tibi ſumma boni*] Senſus eſt, uide quàm longe abſis à gubernãda re
publica

A publica, ut neſcias in quo ſummum hominis bonum, hoc eſt beatitudo conſiſtat. Quo, inquit. i.
qua in re. *Summa boni.*] .i. Summum bonum humanum hoc eſt felicitas eſt ubi: id eſt, nũquid in
eo quod ſequitur conſiſtit. *Vixiſſe ſemper patella uncta.*] id eſt, pinguibus & delicatis cibis. *Et
cuticula curata aſſiduo ſole.*] id eſt, in corporis cute curanda. Infra, & figas in cute ſolem. Horatius ſe-
cundo Sermonum: Cuticulam curare iube. Idem primo Epiſt. In cute curanda plus æquo opera-
ta iuuentus. quaſi diceret, non eo hominis felicitas conſiſtit ut corporis curam habeamus neglecta
animi ratione. *Expecta.*] id eſt, o lector audi quid Alcibiades ad hanc de ſummo bono quæſtio
nem reſpondeat. *Hæc anus.*] Fingit Perſius anum quandam aſſiſtere. *Haud reſpondeat aliud.*]
id eſt, nihilo plus ſapiet, quàm delira anus. *I nunc.*] Verba ſunt Alcibiadis, quaſi diceret, abi in
ſane. Mart. I nunc & ferrum turba moleſta nega. *Ego ſum Dinomaches.*] Subaudi filius. Plutar-
chus quoq; in Alcibiadis uita ſcribit illum à Dinomache illuſtri fœmina originem ducere. Dino-
maches quoque Plato in dialogo, quem diximus ſub Alcibiadis primi à Platone ſcriptum, memi-
nit. O Periclis, inquit Socrates ad Alcibiadẽ, & Dinomaches fili. *Suffla.*] Verba ſunt Perſij in
iuuenem tumidum propter generis nobilitatem. ac ſi dicat intumeſce. *Sum candidus.*] id eſt, pul
cher. *Eſto.*] Dicit Perſius in Alcibiadem, id eſt, concedamus tibi hoc quod ſis generoſus & pul
cher. *Dum Baucis.*] Vetulæ nomen eſt apud Ouidium octauo Metamorph. & quo pacto cum
B Pylemone coniuge transformata eſt. *Pannutia.*] id eſt, pannoſa, ſqualida & inculta. *Non ſa-
piat deterius.*] id eſt, ſit te multo ſapientior, ac de moribus rectius iudicans. *Cum cantauerit ocy-
ma.*] id eſt, caſtigans dixerit opprobria. *Vernæ diſcincto.*] id eſt, ſeruo negligenti & ceſſatori,
quem reprehendens probris & maledictis inſectatur. Nam ocymum illud quod in pabulum bo-
bus ſeritur, atq; illis pro farragine datur, cum maledictis & opprobrijs ſeri iubetur. Plinius libro
decimonono. Nihil inquit ocymo fœcundius. cum maledictis & probris ſerendum præcipiunt, ut
lætius proueniat. ſato pauitur terra. ocyma igitur pro maledicta & probra poſuit. nam huic poe-
tæ non eſt inſuetum licenter atq; à remotiſſimis rebus ſumptis translationibus uti. Alij aliter enar
rant hunc locum. ego inuẽtioni meæ faueo, donec quiſpiam aliud melius inuenerit. nam ante hac
inuenta non placent.

ECPHRASIS MVRMELLII.

Rempublicam tractas, crede Socratem philoſophum, qui mortifero hauſtu cicutæ Athenis ex
tinctus eſt, dicere hoc, O pupille magne Periclis dic hoc, qua re confiſus accedas ad tractandam
rempublicam. Scilicet ingenium, & uelox rerum prudentia uenit tibi ante pubertatem, prudens
noſti, quæ dicenda ſint, & quæ tacenda. Ergo quando uulgus æſtuat furore & ſeditione, cupis au-
C ctoritate tua, manu ſignificante, indicere facereq; ſilentium multitudini concitatæ, quid tum di-
cturus es? Quirites opinor, hoc non eſt iuſtum, illud male ageretur, iſtud rectius. Etenim ſcis
ſuſpendere iuſtum in duabus lancibus ancipitis libræ, & diſcernis rectum, quando miſcetur inter
curua, uel cum libræ lingua extremitate intorta fallit. Et potes præfigere uitioſo homini mortife-
rum theta. Cur igitur tu fruſtra ſpecioſus extrema cute, cum intus ſis turpis, non deſinis oſten-
tare te ante tempus blandienti populo, qui aptior es puris & ſimplicibus ellebori potionibus in-
ſaniam tuam purgare, quàm per ſummam ambitionẽ ante tempus ſtultæ multitudinis temeritati
te ſubijcere? Quæ eſt tibi finis bonorũ? an uiuere ſemper epulis delicatis, & indulgere corporis uo
luptati? Expecta, hæc anus non aliud reſpondeat. I nunc, & gloriare & iacta, ego ſum generoſus,
ſum pulcher. Concedo quidem, dum modo ſcias hanc anum pannoſam nõ ſapere minus te, cum
bene uænalia proclamauerit pigro uernæ ozyma, & id genus herbas.

SCHOLIA.

Rem populi tractas.] Hæc Satyra ad Platonici dialogi, qui primus Alcibiades uocatur, exem-
plar ueluti delineata eſt. Caſtigat apud Platonem Socrates Alcibiadem, tanquam nihili homi-
nem ac imperitum, nimiſq; glorioſum, quod eſſet in Athenienſium concione dicturus, quæ neſci
D ret, ac diſputaturus de iuſto & iniuſto, cum ipſe iuſtorum atque iniuſtorum inſcius foret. Hic au-
tem clanculum carpitur Nero, qui uixdum pueritiam egreſſus, Romanum imperium occupauit,
cum per ætatem & rerum imperitiam, quid agendum, quidue dicendum eſſet, ignoraret. Verum
ne in principem ſuum aperte uideatur inuehi, Socratem inducit, qui Alcibiadem diſcipulum ſu-
um reprehendat. *Barbatum magiſtrum*] Philoſophum. Iuuenalis. Barbatos licet admoueas mille
inde magiſtros. *Cicutæ.*] Cicuta herba eſt, cuius ſucco ueneno ſo mortem obijt Socrates. Apu
leius libro decimo, De aſino aureo. Nonne diuinæ prudentiæ ſenex, quem ſapientia prætulit cun-
ctis mortalibus deus delphicus, fraude & inuidia nequiſſimæ factionis circunuentus, uelut corru
ptor adoleſcentiæ, quam frenis coercebat, herbæ peſtilentis ſucco noxio peremptus eſt, relinquẽs
ciuibus ignominiæ perpetuæ maculam? *Magni pupille Pericli.*] Pericli pro Periclis, ut Achil-
li pro Achillis. Alcibiades (ut ſcribit Plutarchus) arcto gradu propinquitatis Pericli coniun-
ctus erat, ſub cuius tutela, mortuo Clinia patre fuit. Pupillus dicitur qui orbatus eſt patre. Pe-
ricles dux fuit Athenienſium clariſſimus. *Scilicet ingenium.*] Hi decem uerſus ironicos legen-
di ſunt. *Hoc puto.*] Ita legendum uidetur quibuſdam doctiſſimis. quibus libenter aſſentior, ta-
metſi Priſcianus libro xv. tradat quoſdam puta quoq; aduerbium eſſe accipere, ideoque Perſiũ id
corripuiſſe. Sed id nec Priſcianus approbat, nec nobis uerum uidetur. *Varo*] Varus dicitur qui
introrſum

introrſum pedes uel crura obtorta habet, Accipitur pro obtorto & inflexo. *Theta præfigere.*] A
ſignificat damnare. Martialis. Noſti mortiferum prætoris Caſtrice ſignum, Eſt operęprecium
diſcere theta nouum. Auſonius. Tuumq́ nomen theta ſectilis ſignet. θ apud ueteres nota con-
demnationis fuit, quo ſignificatur θάνατος, id eſt, mors. Α uel (ut quidam tradunt) Τ abſolutionis.
NL. ſignum fuit ampliationis, quod ſignificat, non liquere, ſed cauſam amplius agi oportere.
Summa nequicquam pelle decorus.] Horatius in Epiſtola. Introrſum turpem, ſpecioſum pelle decora.
Caudam iactare.] Oſtentare te blandiendo, ſeu blandiri & adulari, quod à canibus tractũ uidetur.
Dicitur & cauda blandiri, qui ſpe cõmodi cuipiam adulatur. Ariſtophanes in equitibus, Eraſmo
interprete. Qui cauda alludens cum cœnam obſeruat amica, Te ſpectante alio, tua edulia deuorat
ille. *Anticyras.*] Strabo libro geographiæ nono, duas Anticyras oſtẽdit, & in altera, quæ ſit poſt
Criſſam oppidum, elleborum naſci, in altera eiuſdem nominis, quæ ſit ad ſinum Maliacũ, & Oetã
montem optime temperari, atq; in eam quamplurimis è regionibus adnauigari ſanitatis gratia.
Horatius. Nauiget Anticyram. Idem. Danda eſt ellebori multo pars maxima auaris: Neſcio an An-
ticyram ratio illis deſtinet omnẽ. i. quicquid ellebori in Anticyra uel naſcitur, uel ſumitur. Ita & hic
Anticyram pro elleboro poſuit. Ad inſanum prouerbialiter dicitur. Bibe elleborum. & elleborum
ede, elleboro te purga, propterea quod olim plurimus uſus fuerit huius herbæ ad leuanda capitis
& mentis uitia. Lucianus in dialogo Menippi ac Tantali. Deſipis Tantale, & (ut uere dicam) ellebo B
ro poto tibi eſt opus, eoq́; ſane meraco. Horatius. Expulit elleboro morbum bilemq́; meraco. O-
uidius. I bibe dixiſſem purgantes pectora ſuccos: Quicquid & in tota naſcitur Anticyra. *Quæ ti-
bi.*] Perperã quidam legunt quo. *Pannucia.*] Pannoſa. Pannucius dicitur pãnoſus & uilibus ue
ſtimentis indutus. *Baucis.*] Inopis fœminæ nomen eſt, ſumptũ ut uidetur ex Ouidio. *Ocima.*]
Ocimum eſt herba hortenſis boni odoris. Græce ſcribitur ὤκιμον, inuenitur, & per y ὤκυμον. Sũt qui
hoc loco ſcribendum dicant per z ozyma, deductumq́; nomen ab ὄζειν, quod eſt redolere. Horum
iudicio ozymum eſt herba odorata condimentis idonea. Ocymum uero pabuli genus quo bo-
bus aluum ſiſti tradunt. C. *Dum ne deterius ſapiat pannutia Baucis.*] Pannutia eſſe Plinius ait, ma-
la celeriter in rugas marceſcentia. Nam quod ſequitur. Quum bene diſcincto cãtauerit ocima uer
næ. Sunt qui cantauerit, pro excantauerit, id eſt excluſerit, interpretentur, ex Nonio, ut ad id allu-
ſerit poeta, quod ex Græcis ſcribunt nonnulli, tantum eſſe ocimo cum fœmina diſſidium, ut ſi ea
inſciente, pulvario ſubijciatur, nunquam ſit cibo manus admotura, ni ſubtrahatur. Inueni qui ozi
ma ſcribendum putaret, ut inteſtina intelligamus iuſſulenta, quæ plerunq; odore præſtent, unde
& nomen. Sunt qui ocia, non ocyma legendum cenſeant, & hunc eſſe uerum poetæ ſenſum cõten-
dant, concedo claris te natum eſſe parentibus, dummodo hæc anus Baucis ob ætatem longæuam
delirans non ſit minori, quam tu ſapientia, qui de ſummo bono interrogatus, illud in uoluptate C
collocaſti, ut ſit Baucis non ruſticanæ mulieris nomen, ſed uetulæ, & meretricis. *Pannutia*] Vilio
ribus pannis induta. *Cãtauerit*] Clamore pronunciauerit. *Ocia.*] id eſt libidines, quæ ex ocio
proueniũt, ut ex illo Ouidiano colligitur: Ocia ſi tollas periere cupidinis arcus. *Vernæ diſcincto*]
Seruo libidinoſo. Vernæ nanq; natura ſunt procaces, atq; libidinoſi. Ideo uernæ pronunciauerit,
quoniam ob ſenectam ab alijs lucrum facere nequit. Preterea, ex Plinio, Columella, Varrone, & a-
lijs colligitur aliud eſſe ozimum, aliud ocymum, illud ſextam Græcorum literam habet, z, hoc κ,
quæ decima eſt in ordine literarum. Ozimum ἀπὸ τοῦ ὄζειν, quod redolere ſignificat, dictum eſt. eſt e-
nim ſuauiſſimi & præſtantiſſimi odoris herba, quæ ob id etiam βασιλικόν, quaſi regio domicilio dig
na uocatur. Ocymum uero à celeritate naſcendi, ſiue quod bobus aluum ciat, ut Varro, & Plini-
us, teſtantur, appellatur. Eſt enim pabuli genus ex lenuculę, uitiæ, & aliorum id genus ſeminũ far-
ragine proueniens. Quod uero aiunt ozimum ſcorpiones gignere, & alia quædam pernicioſa, id
refellit Galenus in libro de Alimentorum facultate ſecundo. quanquam nõ ſat boni ipſum eſſe ſuc
ci fateatur. S.

Vt nemo in ſeſe tentat deſcendere, nemo,
Sed præcedenti ſpectatur mantica tergo.
Quæſieris, noſtin Vectidi prædia? cuius?
Diues arat Curibus, quantum non miluus oberret.
Hunc ais? hunc, dijs iratis, genioq; ſiniſtro
Qui quandoq; iugum pertuſa ad compita figit,
Seriolæ ueteris metuens deradere limum
Ingemit. hoc bene ſit. tunicatum cum ſale mordens
Cæpe, & farratam pueris plaudentibus ollam,
Pannoſam fæcem morientis ſorbet aceti.
At ſi unctus ceſſes, & figas in cute ſolem
Eſt prope te ignotus, cubito qui tangat, & acre
Deſpuat in mores: penemq́; arcanaq; lumbi
Runcantem, populo marcentes pandere uuluas?

ASCENSIVS.

Vt nemo in ſeſe, &c.] Hæc ſunt uerba poetæ callidiſſime loquen- D
tis, quaſi ſuperiora damnet ut ni-
mis auide in principem quemuis ab rebelli reprehẽſore dicta, ne ui-
delicet ex propria ſententia Nero-
nem taxaſſe culpetur. Eſt ergo ſe-
cunda pars ſatyræ in qua taxat au-
dum reprehenſorem concludens ſe quemq; noſſe decere ſuiq; iudi-
cẽ eſſe, unde à principio taxat eos qui uident quid ſit in mantica ante
riore, in quam aliorum uitia ſecun dum Aeſopum reponimus: & non
quid in poſteriore, in quam no-
ſtra. Ordo eſt, unde ſupple compa ratum eſt, uel nunquid iuſtum eſt,
ut

Tu cum maxillis balanatum gauſape pectas,
Inguinibus quare detonſus curgulio extat?
Quinq; paleſtritæ licet hæc plantaria uellant,
Elixasq; nates labefactent forcipe adunca;
Non tamen iſta filix ullo manſueſcit aratro.

A ut nemo, nemo inquam omnino tentet, id eſt, conetur deſcendere in ſeſe, id eſt, in cognitionem ſui & uitiorum ſuorum. ſed manuca, id eſt ſaccus ſcruteus ſeu corius qualem mendicantes religioſi deferunt, habens ſcilicet repoſitorium ante & retro ab humeris demiſſum. ſpectatur, id eſt, inſpicitur ſupple, à quolibet in tergo. ſ. præcedenti, id eſt, hominis præcedentis, in qua ſcilicet illius uitia repoſita ſunt, quæ ipſe non uidet, ſequēs ipſum uidet. & ita ſi in circulum homines omnes conſtituerentur, quiſq; aliorum & nemo ſua uideret uitia. Quæſieris noſtin, &c. Notat auiditatem hominum in carpendis uitijs, quia frugales & parcos criminantur ut ſordidos & auaros. & paulo lautiores & ſibi indulgentiores, ut molles & pathicos. Facit autem dialogum & collocutionem hoc ordine. Si ſupple quæſieris, id eſt, quæſiueris hoc eſt aliquis quæſiuerit noſtin. i. nouiſti ne prædia Vectidi pro Vectidij, dicet ſupple alter: Cuius. ſ. Vectidij prædia noſcam? addit prior aut ille qui dixerat, cuius, illius ſup. qui diues arat Curibus. i. iuxta Cures ciuitatem olim Sabinorum, tantum ſup. prædiorum, quantum miluus. i. auis illa prędatrix

B pullorum, non oberret. i. non poſſit errando circuire ſupple uno die, quia in gyrum uolat. (Et lego ain non ais, quia cum aio ſit quartæ dicitur enim impetatiuo ai, ais ſecundam producat, ain autem poteſt ſicut uiden corripi.) Ain. i. ais ne, hoc eſt dicis ne hunc? q. d. ſi hunc dicis, noſco eum. Ad quod prior, hunc ſup. aio natum ſup. dijs iratis, & genio. i. deo naturæ ſiniſtro. i. aduerſo & inimico illi, qui quandoq;. i. quandocunq;, uel ſint duæ dictiones quando q; ſic, q; pro & ego aio hūc qui quando. i. quo tempore figit. i. reponit in annum ſequentem & arare ceſſat, iugum ſup. ſuum, ad compita. i. ad locum quem ruſtici ſimul petunt poſt completam ſanonem, & feſta cōpitalia celebrant cum magna animi relaxatione, pertuſa. id eſt attrita ex frequentatione, hoc eſt quando potiſſimum lete & opipare cum cæteris coagricolis ſuis uiuere deberet, Sunt qui legant qui ſiquando, ſed prior lectio placet ſiue quandoq; pro quandocūq; ponatur ſiue duæ ſint particulæ, ſed potiſſimum ut Murmellius exponit, qui quandoq;. i. interdum figit iugum. i. aratrum à iugo boūm tractum, ad compita. i. uias publicas, pertuſa. i. proſciſſas præ auaritia. aut iugum. i. boues aratorios ad compita pertuſa, ut ea paſcantur. uide Murmel. qui dico metuens detradere. i. unguibus deponere limum, id eſt, obturamentum, ex terra tenaci aut cretacea factum, ueteris ſeriolæ, id eſt, uaſis teſtacei, modici quidem ſed forte meliuſculum uinum continentis. Diu in Italia ut Plinius notat, in uaſis terreis uina conſeruabant. ingemit, id eſt, gemens abſtinet ab uino illo nec aperit ſeriam,

C & mordens cæpe tunicatum, id eſt, mulus & denſis pelliculis inuolutum quod uile ſolet eſſe & eo uilius quo pluribus inuolutum tunicis, cum ſale, ait ſupple. hoc, id eſt, huiuſmodi conuiuium, ſit bene, id eſt, multum aut ſatis mihi, & ſup. parans pueris, id eſt, filijs & familiaribus, plaudentibus, id eſt, exultantibus quod lætius uicturi ſint, olam farratam, id eſt, pulte farracea repletā, cum cæteris diebus herbis inunctis ueſci ſoliti ſint. Vel ſic, qui mordens, id eſt, auide comedens tunicatum cæpe cum ſale & olam farratam, id eſt, pultem olę farratæ. (Scribitur autem unico l quia fit ab aula mutando au in o) & hoc pueris plaudentibus, quia ſcilicet partem ex ea ſibi ſperant, ſorbet, id eſt, auide præ ſiti bibit, fecem, id eſt, limum & reſiduum quaſi pelliculis inuolutum, aceti morientis, id eſt, languidi & euaporati. Et ita nimis auide qui hoc dixit parcitatem Vectidij carpit. Plautius argute exponit hoc bene ſit, quaſi pro ea temeritate modicum à dijs deprecetur ſupplicij. At, id eſt, ſed, ſi tu, id eſt, quiuis paulo indulgentius uiuens unctus, id eſt, unguento ad ſoſpitatem perfuſus, ceſſes, id eſt, ab opere uaces, & figas ſolem in cute, id eſt apriceris, & in ſole recubes ocioſus, ignotus, id eſt, quem non noſti, aut quem neſcis adeſſe, eſt prope te. qui tangat te cubito (in ſignū enim contemptus cum manum extendere dedignamur cubito pulſamus) & deſpuat, id eſt, expuendo in uituperationem excandeſcat & inuehatur, acre, id eſt acriter, in, id eſt, cōtra mores ſcilicet tuos, hoc ſcilicet modo. Nunquid ſupple decet, te runcantem, id eſt, depilantem, penem, id eſt uirilia, &

D arcana lumbi, id eſt podicem, pandere, id eſt, reuelare & oſtendere populo, id eſt, cuilibet pertranſeunti, uuluas, id eſt, membra tua pudenda per quæ muliebria pateris, marcentes, id eſt, obſcœnitate putria & corruptas? Quare curgulio ſeu curculio licet g ſonet, id eſt, membrum obſcœnū aut podex, extat tibi detonſus, id eſt, depilatus & læuis, in inguinibus, id eſt, obſcœnis locis, cum ſcilicet ita ſit quod tu pectas, id eſt, pectine comas & ornes in maxillis tuis gauſape, id eſt, barbam uilloſam, balanatum, id eſt, unguento balanino perunctā? quaſi diceret, id turpiter & natura repugnante facis, quia licet quinq; paleſtritæ, id eſt, multi robuſti uiri paleſtræ apti, uellant, id eſt, peſſundent ſicut in quibuſdā locis ſegetes luxuriantes in hyeme paleſtritæ reprimūt, & ſimul herbas nocituras necant curſu ſuo, aut potius uellant, id eſt, euellant & extirpent, hæc plantaria, id eſt, hos pilos quos natura ad tegendam obſcœnitatem plantauit, & quamuis labefactent, id eſt, labare & languere faciant, nates, id eſt, clunium obſcœnitates, eliſas, id eſt, uſq; ad cutem læſas & raſas forcipe, id eſt, inſtrumento depilatorio. adunca, id eſt, incuruato ad miniſterium, ut ſcilicet non lędat & penitius depilet. aut legamus elixas ſic, & labefactent forcipe adunca nates elixas, id eſt, aqua calida ut pili euelli poſſint madefactas. Quamuis inquam hæc faciant, tamen iſta, id eſt, uilis & obſcœna filix, id eſt, herba repullulans licet extirpetur, hoc eſt hæc pilorum ſeges & fruticatio, non manſueſcit, id eſt, domatur, ſic ut non renaſcatur, ullo aratro, id eſt, quouis labore adhibito: quia quod

natura

natura dedit,tollere nemo poteſt.Vides lector quàm ſubtiliter poeta ingrediatur,ut fere neſcias in A
principio,an ex ſententia ſua iuniorem principem,an eius carptores carpat,& hic an Vectidiũ aua
rum & mollem hunc,an reprehenſores auidos carpat. Mihi certe utrunque facere uidetur, id eſt,
tam eos carpere qui ſic uiuunt ut carpi mereantur,quàm nimis auidos reprehenſores.Molles au-
tem & pathicos ac cinædos repertos eſſe qui barbam nutriuerint atteſtatur ex hoc(ut opinor) lo-
cò Iuuenalis dicens ſic ſatyra ſecunda.Hiſpida membra quidem,& duræ per brachia ſetæ Promit
tunt atrocem animum,ſed podice læui Cæduntur tumidæ medico ridente mariſcæ.

IOANNES BRITANNICVS.

Vt nemo in ſeſe tẽtet deſcendere,n.] Hactenus in Neronẽ inuectus eſt.Nũc uero eos ſatyrica indigna
tione inſectatur,qui in alios dicere,& aliena uitia cognoſcere gaudẽt,cũ de ſeipſis nihil quærant.in
eos ita inſurgit Horatius. Cum tua peruideas oculis mala lippus inunctis, Cur in amicorum ui-
tijs tã cernis acutũ,Quàm aut aquila,aut ſerpens epidaurius? *Vt nemo.*] Eclipſis,ſubauditur,
dignum ne putas.Vel unde eſt aut aliquid tale.non interrogantis eſt. ſed iraſcentis & admirantis,
In ſeſe tentat deſcendere.] Ad uitia ſua pernoſcenda. *Sed præcedenti ſpectatur mantica tergo.*] Hoc
autem ſumptum eſt auctore Acrone ex Aeſopo fabulatore,qui unumquemq; ſcribit duos ſaccu-
los plenos uitijs ſecum ferre,& in eo qui ante pectus pendet aliena uitia eſſe.in eo uero qui à tergo,
noſtra.Ex quo euenit,ut noſtra non uideamus,ſed quid ſequatur conſpiciamus. unde Horatius. B
Dixerit inſanum qui me,totidem audiet.atque Reſpicere ignoto diſcet pendentia tergo. Hinc igi-
tur indignatur Poeta nemiuem eſſe qui uitia ſua cognoſcat, ſed aliena ſemper. *Mantica.*] Sac-
culus ſcorteus ad ſarcinulas ferendas accommodatus.Lucilius. Mantica canterij coſtas grauitate
premebat.Horatius.Mantica cui lũbos onere hulceret,atq; eques armos. *Quæſieris noſtin,&c.*]
Malinam hominum exprimit,quibus ſumma ſemper eſt uoluptas alienos mores notare. *Quæſie
ris.*] Secundam perſonam pro tertia poſuit,id eſt,aliquis quæſierit forte. *Noſtin.*] Pro noſti ne,
Vectidi prædia.] Vectidium poſuit pro uiro diuite. *Cuius.*] Interrogatio interrogati. *Diues a-
rat Curibus.*] Subaudi illius qui.uerba ſunt interrogantis. *Curibus.*] Cures urbs quondam Sabi
norum inſignis,nunc autem uiculus.Hinc quirites ut diximus appellantur. *Oberret.*] Volan-
do circueat.Ob enim aliàs ponitur pro circum.ut cum dicimus urbem obſideri, obuallari, obſig
nari.alias in uicem præpoſitionis quæ eſt propter,ut ob merita,ob ſuperatos hoſtes.unde obſides
pro obſides,qui ob patriæ præſtandam fidem dantur. aliàs pro ad,ut Ennius, ob Romam noctu
legiones ducere cœpit.hoc imitatus eſt Iuuenalis,Tot miluos intra tua paſcua laſſos. *Hunc ait.*]
Interrogatio interrogati. *Hunc.*] Verbum interrogantis,qui more prauitatis humanæ ad aliena
uitia notanda fertur. *Dijs iratis.*] Aduerſis,quia auare & perpace uiuat. *Genioq; ſiniſtro.*] Is ſi-
niſtro genio uiuere dicitur qui naturam ſuam duriter uiuendo defraudat.unde contra, is dicitur C
genio indulgere qui uoluptati operam dat.ut alibi.Indulge genio. Vir.Et genialis hyems,id eſt,uo
luptuoſa. *Qui quandoque iugum pertuſa ad compita figit.*] Senſus eſt.hic quidem cum feſta compitali
um uenerint,quibus maxime ruſtici lautioribus cibis uti ſolent, non audet uinum quod iam diu
ſeruauit attingere.ſed acetum tantum bibit,& cępas comedit.Ordo eſt.Hunc dico qui dijs iratus &
genio ſiniſtro ingemit metuens deradere limum ueteris ſeriolæ quando figit iugum ad cõpita per
tuſa. *Quandoq.*] q; uacat, ut ſit quotiens figit ad compita. Ruſtici finitis ſationibus, in compitis
aratris ſuſpenſis ſacrificia celebrabant magna animorum relaxationẽ.eos ludos magiſtri uicorũ,
ut ſcribit Aſconius,facere conſueuerunt.his autem dies annalis non ſtatus,erat attributus. ut Var
ro tradit,laribus quotannis is dies præcipiebatur.compita autem dicta,quòd ubi uiæ competũt,
tunc in compitis ſacrificatur. *Pertuſa.*] Trita & conculcata. *Figit.*] Suſpendit. *Seriolæ.*] Di-
minutiuum eſt à ſeria.genus eſt uaſis terrei.Terentius.Serias omnes releui. *Deradere limum.*] Aut
picem,aut gypſum quo uaſa uinaria obturabantur. *Ingemit.*] Ob auaritiam. *Hoc bene ſit.*] Pro
uerbium apud antiquos.ſicut & dij bene uertant.ſic enim dicunt,qui ueluti rem magnam & inuſi
tatam aggreſſuri ſunt,ergo & auarus ueluti rem magni ſumptus cœnaturus hoc dicit. *Et farratam
olam.*] id eſt,pultem ex farre.Primus enim auctore Plinio fuit antiquis in Latio cibus.nam pulte &
non pane longo tempore Romanos uixiſſe manifeſtum eſt; quoniam inde & pulmentaria hodie D
quoq; dicuntur.& Ennius antiquiſſimus uates obſidionis famem deſcribens, offam eripuiſſe plo
rantibus liberis patres commemorat,& ſacra priſca atq; natalium pulte fritilla conficiuntur. *Pue
ris.*] Aut filijs,aut ſeruis. *Plaudentibus.*] Hinc hominis auaritiam oſtendit, cum farre tantum &
cæpis & aceto pueri cõtenti ſint,ex quo apparet aliàs auarius uiuere. *Morientis aceti*] Languidi,nõ
mordacis. *At ſi unctus ceſſes.*] Perſeuerat exprimere iniquitatem hominum uiua aliena culpanti-
um. ſenſus eſt.Si inquit aliquis oleo ungatur ſtans ad ſolem,non deeſt qui ſtatim illum ſubſannãs
cubito tangat. *Si ceſſes.*] Ocioſus fueris,pro ſiquis ceſſet.ut ſupra quæſieris pro quęſierit. *Et fi
gas in cute ſolem.*] Antiqui,ut diximus,ante cibum exercebantur,eam exercitationem auctore Cel-
ſo recte ſequebatur modo unctio uel in ſole, uel ad ignem: modo balneum. deſcendebant enim
in ſolium.Tum multo oleo ungebantur,leuiterq; perfricabantur. *Eſt prope te ignotus cubito qui tan-
gat.*] Hic apparet homines ad aliena uitia cognoſcenda ualde promptos eſſe, æmulatio eſt Hora-
tiana.Nonne uides aliquis cubito ſtantem prope tangens inquit. *Tangat cubito.*] Modus eſt la-
tenter oſtendentis quem probet peccare. *Et acre deſpuat in mores.*] Tanquam in contemptum rei
turpis,tractum ab his qui ex olfactu rei putidæ expuunt.Tibullus:Hunc puer,hunc iuuenis turba
circumterit arcta,Deſpuit in molles & ſibi quiſq; ſinus. *Penemq;.*] Satyrica urbanitate dum eos

A reprehendit,qui aliena uitia ſubſannant,ſuorum temporum mores notat,illos percutiens,qui ob-
ſcœne turpiſſimeq; uiuunt. *In mores.*] In uitia. *Penemq;.*] Hæc cum ſuperioribus coniungun-
tur,ut ſit ſenſus.Si tibi ex inguinib. euulſeris pilos, aderit qui te cōtemnat.repetitur igitur , eſt qui
deſpuat,ut ſit ordo.eſt qui deſpuat in runcantem penem & arcana lumbi. *Runcantem*] Metapho
ra ſumpta ab agris,qui runcari dicuntur.hoc etiam Martialis uitiū notat. Cum depilatos Chreſte
coleos portes,Et uulturino mentulam parem collo,Et proſtitutis læuius caput culis.Iuuenalis. Si
tenerum attritus catinenſi pumice lumbum,Squallentes traducis auos. *Penem.*] Penis à pēden
do dicitur.Nam penem auctore Feſto caudam uocabāt.unde offam porcinam cum cauda offam
penitam dicebant. *Arcanaq; lumbi.*] id eſt,pudibundas corporis partes. *Populo marcentes pande
re uuluas.*] Cinędos & molles deſcribit,qui muliebria patiuntur. *Pandere*] Aut uerbum pro par
ticipio eſt,id eſt,pandentem.aut ſic intellige. *Runcantem pandere uuluas.*] id eſt,runcantem & depi
lantem podicem,ut eum pandat & præbeat multitudini.& hæc melior eſt expoſitio. *Vuluas mar-
centes.*] id eſt,podicem in quo ea fiunt quæ in uuluis.uulua à poetis crebro pro genitali parte mu
liebri uſurpatur , cum proprie uulua illud ſit in utero mulieris quo infantes geſtantur . Cornelij
Celſi uerba ſubſcribere placuit.Si infans in uulua deceſſit quo facilius eijciatur. Cui ita adſtipula-
tur Plinius:boues grauidas negant,præterquàm dextero uuluæ ſinu ferre,etiam cum geminos fe
B rant.Vulua etiam pro ea parte accipitur à Martiale,quæ circa ubera porcæ eſt,quæ eſt optimi ſapo
ris.Te fortaſſe magis capiet de uirgine porca:Me materna graui de ſue uulua capit.ea ut ſcribit Pli
nius enecto partu melior eſt quàm edito.Eiectitia uocatur illa,hæc porcaria.primiparæ ſuis opti-
ma,eadem etiam ſumen appellatur. *Tu cum maxillis,&c.*] Hæc uerba ſunt eorum qui aliena ui-
tia notantes ita dicunt.qua ratione femora,& partes pudendas tonderi iubes , cum barbam proli
xam & unguento delibutam geſtes & nutrias?Sicq; poeta obſcœnos ſui temporis mores carpit.

Gauſape.] Pro barba poſuit.Imitatio eſt Virgilij, qui ueſtem barbam dixit. Aurea cæſaries ol-
lis atq; aurea ueſtis.unde contra inueſtes imberbes dicimus.Virgilius.Tum mihi prima genas ue
ſtibat flore iuuentus.Gauſape genus eſſe ſtramenti uilloſi indicat Plinius , quo in caſtris utebātur.
Sic enim ſcribit.Antiquis torus è ſtramento erat,qualiter eſſet nunc in caſtris gauſape.& mox ſub
dit:nam tunica laticlaui in modum gauſape texi nunc primum incipit . Ouidius in Arte amādi ue
ſtem craſſiorem oſtendit eſſe,cum ait.Gauſapa ſi ſumpſit,gauſapa ſumpta proba . de ijs autem ſic
ſcribit Strabo.Loci autem mutinenſes, & Scutannæ adiacētes fluuio mollia & lōge alijs omnibus
præſtantiora ferunt uellera,Ligures autem,& Inſubres aſpera,è quibus magna Italię pars domeſti
cis indumenta conficit,mediocria uero Patauini,è quibus precioſi tapetes & gauſapa texuntur,&
hæc ſtragula ueſtis gemina utrinq; uillos eminentes habens, uel una tantum è ſuperficie.bene igi-
C tur barbæ rem uilloſam comparauit. *Balanatum.*] Vnguento balanino perunctum . nam ut ſcri
bit Plinius myrobalanus arbor eſt unguentis aptam ferens glandem.idq; Troglodytis & Thebai-
di & Arabiæ,quæ Iudæam ab Aegypto diſterminat,commune eſt,naſcens unguento ut ipſo nomi
ne apparet.Nam myros ſignificat unguentum,balanos glandem.quæ in Arabia naſcitur & ſyria-
ca appellatur & eſt candida.quæ in Thebaide nigra.Præfertur illa bonitate olei quod exprimitur,
ſed copia Thebaica.Inter hæc Troglodytica uiliſſima eſt . Vnguentarij autem tantum cortices pre
munt.medici nucleos tundunt affuſa eis paulatim calida aqua.Vnguētorum expeditiſſimum fuit
primumq; è Brio & Balanino oleo.Horatius , Et preſſa tuis balanus capillis. *Curgulio.*] Pro pe
ne poſuit.ſumpta translatione à curgulione qui in gulam creſcit & inflatur auctore Seruio.Eſt au-
tem beſtiola frumentis inimica. *Detonſus.*] id eſt,ualde tonſus:nam de hoc loco auget. *Quinque
palæſtritæ.*] Irriſio amaritudinis plena,per quam & dementiam,& turpitudinem oſtendit eorum
qui partes obſcœnas corporis glabras tentant reddere cū à natura datum ſit ut euulſi pili renaſcā
tur. *Palæſtritæ.*] In palæſtra exercitati,quaſi qui fortiori ſint corpore aſſidua exercitatione.Nam
palæſtra dici poteſt luctatio à paleo,id eſt,luctor.Plutarchus loquens de Alcibiade,qualis eſſet lu-
dus declarat his uerbis:cum aliquando in palæſtra cum puero quodam luctaretur, iamq; aduer-
ſarius eum ad terram deprimeret,uolens Alcibiades ignominiam uitare, manum illius dentibus
D apprehendit.Virgilius.Pars in gramineis exercent membra palæſtris.Et alibi . Corporaq; agreſti
nudant prædura palæſtra.Capitur etiam pro loco ubi exercebantur . ſic enim ſcribit Varro . Nec
putant ſe habere uillam,ſi non multis uocabulis retineāt Gręcis quin uocēt particulatim loca,Pro
coconam,Palæſtram,Apodyterion,Periſtyllon,Ornithona,Periſtereona , Oporotheccen. *Plan
taria.*] Pilos & bene . Nam plantaria ea dicuntur , quæ ex ſeminibus nata cum radicibus & terra
propria transferuntur, Virgilius. Viua ſua plantaria terra . plantæ uero ſunt raptæ ex arbori-
bus. Virgilius. Hic plantas tenero abſcindens de corpore matrum. *Labefaciunt* .] Metapho-
ra ab arbore,quæ multis ſucciſa ictibus tandem ad terram propellitur. *Forcipe.*] Dicuntur for
cipes,quod his forma,id eſt,calida capiuntur.nam formum calidum ueteres dixerunt . unde Cato
ait de quodam ædificio,æſtate frigido,hyeme formo. *Iſta*] cum contēptu dictum eſt. *Filix.*] Pul
chra uariatio.nam cum pilos plantaria appellauerit,nunc uero filices nominat. filix autem herba
eſt agris maxime inimica.

IOANNES BAPTISTA.

Vt nemo in ſeſe.] Indignatus poeta quod homines cum ſint inter ſocraticos notiſſima foſſa ci-
nędos,aliena uitia uideant,ſuorum uero obliuiſcantur.Solēt enim plerique homines aliena flagitia
percupide & uidere & reprehendere,ſua autem nec uident,nec omnino ab alijs obiurgari patiun-
tur

tur, quod proprium eſt ſtultitiæ,ut inquit Tullius)in eos furiata mente inſurgit, & ſatyrica acerbi A
tate inuehitur.& eſt ſenſus cum admiratione & indignatione pronunciandus.Putas eſſe dignum,
& laudabile ut homo ſua relinquens aliorum uitia caſtiget,& oculis miluinis perſcrutetur, cum in
ſuis ſit cæcutiens & talpa? *Deſcendere in ſeſe.*] Vt ſua delicta cognoſcat,nam potius uult aliena in
tueri , fit enim neſcio quomodo,ut magis in alijs cernamus,quàm in nobiſmetipſis ſi quid delin-
quitur,ut ait Cicero.Seneca taxans id genus homines præpoſteros, papulas inquit obſeruans a-
lienas obſiti plurimis hulceribus.Conſimilis eſt illa Euangelica ſententia,quæ eos accuſat , qui in
alieno oculo feſtucam uidentes,in ſuo trabem non aſpiciunt.In quos inſurgit Horatius ſic dicens:
Cum tua nõ uideas oculis mala lippus inunctis , Cur in amicorum uitijs tam cernis acutũ,Quàm
aut aquila aut ſerpens epidaurius? *Sed præcedenti.*] Ab Aeſopo, qui feſtiuos , delectabilesq; a-
pologos commentus,qui (ut inquit Gellius) res ſalubriter ac proſpicienter animaduerſas in men-
tes animosq; hominum cum audiendi quadam illecebra inducit. ab Aeſopo inquam fabulatore
Phrygio hoc ſumptum eſt,qui tradit homines duas manticas habere,unam ante,alteram retro.in
priorem aliena uitia mitti,in poſteriorem noſtra , quæ abſcondimus & uidere nolumus . Seneca.
aliena uitia in oculis habemus , à tergo noſtra ſunt . Inde eſt quod tempeſtiua filij uitia pater dete-
rior filio caſtigat.Hoc Catullus ſignat cum ait . Nemo uidet manticæ quod in tergo eſt.ob hoc di-
xit Horatius , Reſpicere ignoto diſcet pendentia tergo.Ex apologo ſignificat Aeſopus nos in alie- B
nis uitijs ſpectandis eſſe oculatos,in noſtris cæcutientes.eſt autem mantica pera uiatoria , qua uia
tores circunferunt utenſilia.Apuleius in primo Metamorph.En inquam paratum tibi adeſt ienta
culum,& cum dicto mantica mea humerum exuo . Hippoperas appellat Seneca Græco uocabu-
lo peras & manticas, quæ à tergo equi geſtantur his uerbis : Marcus Cato cenſorius canterio ute-
batur hippoperis impoſitis , ut ſecum utilia aſportaret. *Præcedenti tergo .*] In quo uitia aliena
collocaſti. *Quæſieris.*] ἐμφατικώτερον,id eſt,expreſſius oſtendit homines mira affici uoluptate , &
gaudio perfundi , cum illis datur anſa aliorum uita & mores peruerſos ſuis poſthabitis , & obli-
uioni mandatis recenſendi,cui uitio pauci ſunt admodum qui renunciẽt(ut inquit Hieronymus)
qui Celantiam ab hoc facinoroſo crimine alienam reddere cupiens ita ſcripſit . Nulli omnino un-
quam detrahas,nec aliorum uitiorum uituperatione te laudabilem uideri uelis , magiſque uitam
tuam ordinare diſce,quàm alienam carpere.Eſt autem ſenſus.Si quempiam an noſcat Ventidium
interrogaueris,commodum illius uitia incipiet recenſere. *Ventidij prædia.*] Sic lego ut intelli-
gam Perſium ad illum reſpexiſſe Ventidiũ , qui præfectus Galliarum nationi(ut libro duodecimo
ſcribit Tacitus) cum Felice fratre Pallantis, qui præerat Samaritis,prouincias ſpoliauit.hunc diui
tem fuiſſe oſtendit Iuuenalis ſic ſcribens.In Rutilo nam Luxuria eſt,in Ventidio laudabile nomen
Sumit,& à cenſu famam trahit.ponitur autem hic pro quocunque diuite.Fuit & alius Ventidius, C
qui Aſculo capto (ut ſcribit Valerius) à Cneio Pompeio patre in triumpho ſuo populi oculis ſub-
iectus,poſtea Romæ ex Parthis triumphum duxit,ut etiam Plutarchus refert. itaque qui captiuus
carcerem exhorruerat,uictor capitolium felicitate celebrauit,de quo Gellius plura, meminit & Iu
uenalis.hunc Plancus in quadam Epiſtola ad Ciceronem Mulionem caſtrenſem appellat , quem
inimicum fuiſſe Ciceronis cum alij,tum Appianus quoq; oſtendit.Prædia autem dici tam urbana
quàm ruſtica,teſtes ſunt iuriſconſulti , dicta ab eo quod capti ab hoſtibus agri militibus diſtribue-
bantur.uel à præſtando,ut inquit Varro. *Cuius .*] Interrogati reſponſio cum interrogatione,
qua quærit ab interrogante,quem Ventidium dicat. *Diues arat.*] Interrogantis uerba,& ſubau
di illius. *Curibus.*] Sabinorum oppido,cui imperabat T . Tatius . Vnde quirites.cuius Liuius,
Vergilius,Ouidius,cæteri meminerunt. *Miluus oberret.*] Errando,uagando,uolando, circum
eat,ambiat,& circundet.ſic Iuuenalis . Tot miluos intra tua paſcua laſſos . Miluus auis eſt nota ex
accipitrum genere,quæ circa macella (ut docet Albertus magnus) carnem ſectatur & cadauera , &
quamuis rapaciſſima ſit adeo,ut Plautus coquos dixerit miluinis & aquilinis ungulis , ſignificare
uolens furtificas eſſe,& rapaces coquorum manus , tamen eſt famelica ſemper . Notatum eſt eam
nihil rapere eſculenti unquam funerum ferculis;nec olympiæ ex ara,ac ne ferentium quidem ma
nibus,niſi lugubri municipiorum immolantium oſtento,auctor Plinius. Apud Ouidium,& Higi D
num eſt fabula de miluo inter ſidera collocato.Apuleius in ſexto Metamorph.acutiſſima,& perſpi
caciſſima acie oculos ſignare uolens dixit miluinos. uerba Lucij hæc ſunt in ſexto Metamorpho-
ſis . Nec tamen aſtutulæ anus miluinos oculos effugere potui. *Hunc ais .*] Interrogati re-
ſponſio cum interrogatione, qua oſtendit ſe Ventidium cognoſcere. *Hunc .*] Interrogan-
tis uerbum,qui ex more hominibus inſito Ventidij ſcelera,de quibus quæſiuerat,numerare inci-
pit,poſtquam intellexit Ventidium homini cum quo loquebatur,eſſe notiſſimum. *Dijs iratis.*]
Aduerſis,quia cum eſſet beatus,diues,felix,& fortunatus,ſordide,parce,& auare ſuis diuitijs ute-
batur.In parcos,& auaros (quoniam de huiuſcemodi hominum genere loquimur) prouerbium
Græcum ſubſcribere collibuit.ἀσπένδιος κιθαριστής· ζήνων ὁ μύνδιος ἐπὶ τῶν φιλοχρημάτων φησὶ τετάχθαι τὴν παροι
μίαν, λέγων, καθάπερ οἱ ἀσπένδιοι τῶν κιθαρῳδῶν οὐδεμίαν φωνὴν ἐξεφέροντο, πάντες δὲ ἐν τῷ ὀργάνῳ, οὕτως καὶ ὁ φιλοχρήματος
οὐδὲν τῶν πέλας ἕνεκα οἰκονομεῖ, ἅπαν δὲ ἐφ' αὐτὸν πάντα . Latine ſic : Aſpendius citharista . Zenon Myndius
in parcos deflecti prouerbium dicens,quemadmodum aſpendij citharistæ nullum cantum defo-
rem efferebant.omnes autem in ipſo organo,pariter & parci gratia uicinorum nil utiq; diſtribu-
unt,ad commodum ſuum cuncta trahentes.Huius prouerbij meminit & Aſconius. *Genio fini-
ſtro.*] Quia uitam ſuam defraudat,non dat operam uoluptati,& naturæ,cuius deus eſt genius.in

A de quoties uoluptati damus operam (ut ait Seruius) indulgere genio dicimur: cuius contrarium
habemus in Terentio: ſuum defraudans genium, id eſt, uoluptatem. Quem locum interpretatus
perperam Marcellus dixit illic genium pro parſimonia uſurpatum. Genialis agatur Iſte dies in-
quit Satyricus, id eſt, uoluptuoſus, & conuiuali lætitia plenus. Vergilius. Inuitat genialis hyems.
Geniales homines inquit Santra ſcis ab antiquis eſſe appellatos qui ad inuitandum & largius ap-
parandum cibum promptiores eſſent. *Qui quandoque iugum.*] Senſus eſt. Dico hunc Venudi-
um, qui cum ruſticorum feſta, quæ uocant compitalia celebrantur, in quibus ſolent cibaria ga-
neata & opipara ab ipſis parari, uinum iam diu & per longam ætatem ſeruatum potare pertime-
ſcens, acetum bibere & cæpas comedere cõſueuit: Tanta eſt eius auaritia. ſeries autem uerborum,
ut ſenſus poetæ facilius eliciatur, & lucidior appareat, hæc eſt. hunc dico. qui dijs iratis, & genio ſi-
niſtro ingemit metuens deradere limum ueteris ſeriolæ, quando figit iugum ad compita pertuſa.
q; enim particula uacat. *Pertuſa.*] Frequenti, & multiiuga ambulatione trita & conculcata.
Ad compita.] Compita ſunt loca, ad quæ uel tres, uel plures uiæ competunt, unde ait Ouidius.
Seruet ut in ternas compita ſecta uias. In his fiebant quotannis ludi compitalia in honorem deo-
rum lariũ (ut Macrobius ait) quæ ruſtici finitis ſationibus ſuſpenſis ibi aratris in cõpitis magna
animorum relaxatione celebrabant. Varro. Compitalia dies attributus laribus, ubi uiæ compe-
B tunt: tum in compitis ſacrificatur, quotannis is dies concipitur. Dionyſius auctor eſt templa iuſ-
ſu Seruij Tullij Regis extructa fuiſſe in compitis omnibus, ubi anniuerſaria ſacrificia peragebãtur
à ſeruis, tanquã ſeruile miniſteriũ dijs gratũ foret. Non omittẽda ſuper hac re Porphyrionis erudi-
tio, qui auctor eſt lares. i. deos domeſticos in cõpitis ab Auguſto poſitos fuiſſe, & ex libertinis ſacer-
dotes datos, qui auguſtales uocati ſunt. *Figit.*] Suſpẽdit, appẽdit, ponit, locat. *Seriolæ ueteris.*]
Vaſculi, in quo uinũ eſt per multos annos ſeruatũ, per quod uinũ eſſe optimũ oſtendit. uinũ enim
uetus melioris ſaporis eſt, ut docet Macrob. hinc Plaut. Qui utũtur uino uetere, ſaptẽtis puto. *De-
radere limum.*] Gypſum uel picem, quæ in Italia ad uaſa uino condendo maxime probatur brutia
(ut auctor eſt Plinius in decimoquarto) quod autẽ eſſet conſuetudo uaſa uino repleta pice aut gyp-
ſo obturare, ne uina exhalarent, oſtẽdit Columella libro decimotertio. Horatius. Vile potabis mo-
dicis Sabinum Cantharis Græca quod ego ipſe teſta Conditum leui, id eſt, gypſaui. huic contrari-
um eſt Terentianum illud. Releui dolia omnia atq; omnes ſerias, quod ſignificat aperui, & quaſi
regypſaui. *Hoc bene ſit.*] Verba auari, qui rem arduam & inuſitatam aggreſſurus quod bene ſit,
bene uertat, ſit felix & fortunatum imprecatur, cum cæpas, & olam farratam in compitalitijs ludis
eſſet cœnaturus. his enim uerbis in rebus arduis utimur. Liuius cum de trecentis Fabijs illis in Ve-
ientes euntibus loquitur: Vt illud inquit agmen fauſtum atq; felix mittant. *Cæpe tunicatum.*] E-
C legans, & accommodatum epitheton cæparum, quæ complures non ſolum habent tunicas, ſed ex
tunicis componuntur, de quibus Strabo, Aulus Gellius, Iuuenalis, Diuus Hieronymus, Plinius,
cæteri meminerunt. Cępam lachrymoſam (dicitur enim & cæpa) appellat Columella, quoniam o-
culos mordet, unde à Græcis nomen impoſitum cromyon, quaſi pupillam oculi comprimi co-
gat, ſicut ſcribit Ariſtoteles in Problematis. *Olam farratam.*] id eſt, pultem, quæ in olis coqueba-
tur, & fiebat ex farre. hinc dixit Varro. Oculis obſeruate olam pultis ne aduratur. Martialis. Imbue
plebeias cluſinis pultibus olas. dicimus olam & aulam in eodem ſignificatu: ſiquidem inter o & au
non parua cognatio eſt, unde plauſtrum & ploſtrum, cotes cautes. Plautus: optimo iure infringa-
tur aula cineris in caput. χύτρα Græcis dicitur aula. à quo nomine χυτρεὺς fabrefactor, & figulus ola-
rius nuncupatur. Olæ cum pedibus χυτρόποδες appellantur. In Leuitico mendoſus eſt codex, ubi ſic
legitur, Siue clibani, ſiue ſytropodes deſtruentur, & immundi erunt. Tu lege Chytropodes. ἀμφωτὶς
dicitur olula geminis auribus inſignita, de qua intellexit Plato in libro cui titulus eſt Hippias hiſce
uerbis. Quales ſunt olæ quædam utrinq; auritæ. aliàs aula eſt domus principũ. Aulis uero à Græ-
cis dicitur ſeptum uolucrum, quod nos auiarium dicimus. Verſus ἰγαλίου poetæ hi ſunt ἀλλ' ἴτυλον
κλαύσατε κατ' οὔρεα καὶ γοάασθε εἰς αὐλὰς κραναὰς αὐτὸν ἐρχόμενον, id eſt, per montes plorate Itylum exululate
Cacum, Præbeat & fontis aulis opaca domũ. Apud Apuleium libro quinto, ubi ſcriptum eſt, ſub
D de aliquo claudentis aululæ tegmine: uulgarem lectionem defendimus. & ſi aliter in commenta-
rijs ſuis Philippus præceptor meus tradiderit, quem illum locum retractaſſe iam audio. *Pue-
ris.*] Aut ſeruis, aut filijs. utrunq; enim ſignificat. *Plaudentibus.*] Plauſu quodam gaudentibus,
& geſtientibus, qui fit palma collata cum palma. auctor Seneca. à Græcis poppiſmus dictus. ποππύ-
ζειν enim eſt illiſis manibus inter ſe immo palma cum palma collata plauſum edere. Plinius in uige-
ſimooctauo: fulgetras adorare popiſmis conſenſus gentium eſt. Interpres antiquiſſimus Ariſto-
phanis in illius carminis enodatione ἂν ἀστράψῃ, ποππύζουσιν tradit, ἔθος τῶν ἀστραπῶν ποππύζειν, id eſt,
morem fuiſſe fulgetris applodere. oſtendit autem poeta rabidam hominis auaritiam, dum pue-
ros iſto cibo uiliſſimo contentos eſſe in compitalibus commemorat: Nam apparet cæteris diebus
auarius uictitaſſe. *Aceti morientis.*] Non mordacis, languidi, deficientis, acrimoniam non ha-
bentis. aceti uim euſtomacam dixit Dioſcorides. hinc Serenus. Et potu & fotu ſtomacho condu-
cit acetum. peſti aduerſatur ut ſcribit Auicenna. τὸ ὄξος acetum uocant Græci, unde Oxygalacti-
cus caſeus apud Galenum libro tertio, De alimentis. Oximel ab aceto & melle. cuius compoſitio-
nẽ docent Plinius in decimoquarto, Galenus in pha. oxygala quę fit ut docet Plinius è lacte, quod
fluit in ſummo addito ſale. alio modo acido lacte addito in recens. & oxigarum acutum garũ. hoc
eſt ex aceto confectum, quod in principio mẽſæ apponi ſolebat ut auctor eſt Atheneus, quod ideo
dixi

dixi,ut uerſum epigrammatarij caſtigarem. carmen Martialis eſt hoc. Inter lactucas origanumq; A
liber. ubi lege oxigarumq; liber. nam origanum, quod ignorauit Domitius, ſecundam habet pro-
ductam. quod ne ab iſtis qui literis non utuntur ſed abutuntur rideatur, carmen Nicandri de the-
riacis ſubijciam [illegible] *At ſi un-
ctus.*] Ventidij auaritiam taxantem alloquitur, hominum exprimens malitiã & iniquitatem. & eſt
ſenſus. O tu qui Vẽtidium acerbe caſtigaſti, ſi eris mollis, delicatus, deſidioſus, & aliquo deforma
tus uitio, non ſecus tuorum uitiorum inuenies caſtigatorem. ex quo oſtendit omnes eſſe labe hu-
ius iniquitatis, & contagio coinquinatos, ut aliena libentiſſime reprehendant, quod oſtendit Hie-
ronymus inquiens quod huius mali tanta libido mentes hominum inuaſit, ut etiam qui procul
ab alijs uitijs receſſerunt, in iſtud tamen quaſi in extremum diaboli laqueum incidant. *Vnctus.*]
Vnguentis perfuſus & delibutus, quibus qui fragrant molles & effœminati iudicãtur. Ariſtippus
(ut inquit Seneca) aliquando unguentis delectatus, male iſtis effœminatis eueniat inquit, qui rem
tam bellam infamauerunt. Tradunt Plinius & Suetonius, Caium principem unguento lauari cõ-
ſuetum fuiſſe. Odorem qui gerit non ſentit, unde unguenti uoluptas aliena à Plinio nuncupatur.

Et figas in cute ſolem] Duo ſunt liquores corporibus humanis gratiſſimi, intus uini, foris olei, cu
ius uſum ad luxuriam uertere Græci uitiorum omnium genitores. olei natura eſt tepefacere cor-
pus, & contra algores munire. unde omnibus poſt fatigationem cibum ſumpturis erat commu- B
ne, ſi balneum non erat, calido loco, uel in ſole, uel ad ignem ungi atq; ſudare. quod notans protu
lit hoc Perſius. Vnctores dicebantur Aliptæ, quorum meminit Seneca in ſeptima Epiſtola, & Iuue
nalis, Grammaticus, rhetor, geometer, pictor, aliptes. *Cubito qui tangat.*] Supple aliquem ali-
um, cui uult tua uitia palam facere. dicitur cubitus in quo eſt decens flexura brachiorum, quod ſu
pra eum cubare ſoleamus. capitur etiam pro menſura, quæ conſtat ex uiginti quinque digitis, ut
ſcribit Victruuius in tertio. Eſt præterea cubitus geometricus, Origene & Aug. auctoribus, ſex no
ſtra cubita continens. Cubitus regius maior eſt communi cubito tribus digitis, ut refert Hierony
mus. *Deſpuat in mores.*] In uitia. ab aſſuetudine priſcorum, qui morbum abominabilẽ abhor-
rentes deſpuere conſueuerunt. Claudianus in conſulatum Honorij. Triſte rigor nimius, Torquati
deſpue mores. Plautus in Aſin. Teq; obſecro hercle, ut quæ locutus deſpuas. *Penẽ.*] Virile mem
brum. Cicero ad Papirium. Penis eſt in obſcœnis. notiſſima eſt illa Piſonis ſententia conquerentis
adoleſcentes peni deditos eſſe. Diſpenere apud Plautũ, idem ſignificat, quod catamidiare hoc eſt
deteſtare, & pene priuare, id eſt ueretro, quod caudam ſalacem appellauit Horatius. eſt autem ſen
ſus. Si uellicabis penem, & deglabratum, ac depilatum illum reddes, ſtatim aderit cõtemptor, qui
acriter in mores tuos inuehatur. hæc enim cum ſuperioribus coniunguntur. *Runcantem arcana
lumbi.*] Id eſt læuem, politum, & leuigatum podicem facientem, quod uitium notatur ab Epigram C
matario. Cum depilatos Chreſte coleos portes. Et uulturino mentulam parem collo: Et proſtitu-
tis læuius caput culis. ab agris ſumpta translatio. eſt enim runcare herbas frugibus noxias auel-
lere, atque ſarrire. Columella libro ſecundo. Frequentem tamen exigunt ſarritionem & runca
tionem, ut herbis liberentur. Inter genera ſeuitiæ runcinas percenſet Tertullianus. Præterea Run-
cina erat dea, quæ præerat frumentis runcandis. auctor Auguſtinus. ſunt & Runcinæ Plinio ma-
iores ſerræ, quibus fabri ſecant arborum moles ſubiectis canterijs. Hieronymus in Eſaia. Arti-
fex lignarius extendit normam & formauit illud in runcinam. Canterij uero (ut hoc quoque in-
telligas) ſunt qui à ruſticis fere dicuntur Caballi. quia ipſos equos canterios uocamus. ſed & Run
cinos agreſte uulgus dicit minores equos ex hac fortaſſe runcinarum origine. Denunciauit dixit
Plautus pro mutilauit, deruncauit, diſſecuit, diſſipauit. *Marcentes pandere uuluas.*] id eſt, ut pan-
das ac præbeas populo & multitudini podicem tuum depilem, & læuigatum, ut muliebria & ue-
nerem (quam auerſam nuncupat Iulius Capitolinus, Apuleius puerile corollarium, alij præpoſte
ram) patiaris. horum concubitores Apoſtolica ſententia negantur poſſe frui ſedibus piorum, ut
ſcribit contra Iouinianum Hieronymus, & in decretis canonicis trigeſimoſecundo, quæſt. ſepti-
ma repetitum eſt. hanc libidinem maſculam obſcœnam taxat Plinius & Lactantius, & Plato in le-
gibus ſuis tanquam homicidij ſpeciem acerrime deteſtatur. Si Mercurius fuerit male poſitus, & Ve D
nus in domo Mercurij ad puerorum concubitus præpoſtero amore ſemper impellit. Item Venus
cum eſt in ſignis fœmineis, facit ſenes muliebria patientes. Claudianus. Quod terrum pateris iam
cano podice morbum, Fœmineis ſignis Luna Venusq; fuit. Luculentum eſt Problema apud Ari-
ſtotelem cur nonnulli rem ueneream cum uoluptate patiantur, ac alij uel ipſi agere cupiant, alij pa
ti tantummodo geſtiant. Ariſtophanes in Pluto ait Meretrices Corinthias nefandam hanc, & præ
poſteram uenerem pati conſueſſe. ô ſcelus, ô portentum in ultimas terras, mariaq; deportandum.
Vulua autem eſt illa, quam uterum, & locos appellamus in mulieribus, quæ à medicis ſub nomi-
ne matricis ſignificatur. unde de homine loquens uuluam dixit pro podice, ut eum effœminatio-
rem oſtenderet, cuius podex uuluæ fœminæ petulantis officia peragebat. *Marcentes.*] Puto-
rem, & fœtutinam quandam grauiſſimam redolentes ob crebrum coitum, & rei ueneræ aſſidu-
am & multijugam exercitationem. Exhalat opaca mephitim, dixit Auſonius de uulua. *Tu cum
maxillis.*] Verba, aliorum uitia, mores obſcœnos, & deteſtabilem uitam caſtigantium, qui quæ-
runt, & cauſas ſciſcitantur, cur aliquis, cuius mores notant, cum barbam promiſſam, & unguen-
tis delibutam habeat, podicem & genitalia depilet more Odomantũ populorum Thraciæ, qui ui
tilia ſibi expilabant, ut auctor eſt Ariſtophanes. *Gauſape balanatum.*] Barbam unguento perfu-

A ſam,quod balaninum appellant,de quo plura Plinius libro decimotertio,Horatius libro iii.Car.
Preſſa tuis balanus capillis.In cuius carminis expoſitione Acron ballucinatur. in alia ſignificãtia
balanus uocatur Id genus alui ſubducendi,quod clyſteris loco ſubditur à ſpecie glandis. Id(ut ait
Pollux)ex adipe,ac nitro factitabatur parte plurima.utitur & *[illegible]* uerbo Hippocrates.Gauſa-
pe autem eſt ſtramentum militare contextum uilis longis & groſſioribus uilis.Ideo Perſius ele
ganti metaphora poſuit gauſape pro barba,quæ ita eſſet hirſuta & hiſpida,ut indigeret pectine.Ve
teres enim cum non haberent tonſores barbam nutriebant,qui naſcuntur habentes in horoſco-
pum in parte arietis undetrigeſima.de gauſape diſtichon eſt apud Martialem, quod optimum &
precioſum texitur uellere patauino, ut tradit Strabo. Videtur autem hæc eſſe Vergilij imitatio,
qui ueſtem barbam dixit,unde inueſtes imberbes. *Curculio.*] Curculio proprie,ut inquit La-
ctantius de Opificio,eſt gula interior,qua cibi demittuntur in ſtomachum.qui cum ſit oblongus,
& per eum ſpiritus attrahatur,atque emittatur,ideo pro mentula Perſius dixit curculionem, quæ
& ipſa tendit in longitudinem,& per eam à lumbis ſemen humanum fluit,ſicut ſpiritus per curcu
lionem.alias curculio eſt animal noxium frugibus (ut inquit) Columella. Vergilius:populatque
ingentem farris aceruum Curculio. Victruuius libro ſexto,loquens de granarijs. Cæteræ inquit
regiones procreant curculionem. Plinius libro decimooctauo. Multi uenulare quoque uetant,
B Curculionem enim non deſcendere infra quattuor digitos, nec amplius periclitari. dictum au-
tẽ eſt hoc nomen per antiſtichon quaſi gurgulio,eo quod nihil in eo pene quàm guttur uidetur. à
cuius uermiculi ſimilitudine potuit & Perſius mentulam curculionem nuncupare. *Detonſus.*]
Valde tonſus,& depilatus. *Quinque palæſtritæ.*] Quamuis homines robuſtiſſimi quinque, na-
tes tuas & ueretrum quotidie depilent,tamen ut circa inguina ſis glaber & politus nunquam pote
ris aſſequi: ſicut filix nulla aratione poteſt è terra eradicari: quoniam ita à natura conſtitutum eſt
ut pili euulſi iterum renaſcantur.& ſic notat eorum dementiam,& turpitudinem, qui uerenda de
pilata reddere conantur contra uim naturæ potentiſſimam, cui uelle repugnare nihil eſt ſtultius.
quinque autem homines robuſtiores, exercitatioresq; intelligi uult palæſtritarum appellatione
Perſius,ut Apuleius libro primo Metamorph.his.An ignoras inepte nudũ nec à decẽ palęſtritis te
ſpoliari poſſe.Sunt enim palæſtritæ magiſtri luctationis,& gnari omnis palæſtricæ exercitationis.
putat Quintilianus ne illos quidem oratores reprehendendos eſſe, qui paulum etiam palæſtritis
uacauerunt,id eſt,quibus motus,geſtusq; formatur.dicitur Palæſtra auctore Seruio uel ἀπὸ πάλης,
id eſt,à luctatione,uel ἀπὸ τοῦ πάλλειν hoc eſt à motu urnæ,quoniam ducti forte luctabantur. capitur
pro ipſo exercitamento(ut notum eſt)& pro loco,ubi exercent ſe luctatores, qui & palæſtorion à
Græcis uocitatur. Ars palæſtrica dicitur paleſmoſine. pale dicitur Plauto in palæſtræ ſignificatu,
C & Simonidi poetæ Græco hoc uerſu Ἴσθμια καὶ Πυθοῖ, Διοφῶν ὁ Φίλωνος ἐνίκα, ἅλμα, ποδωκείην, δίσκον, ἄκοντα,
πάλην,id eſt,Iſthmia & Pythia celebrans uirtutis cauſa,ſaltationes, curſus,diſcum, haſtam, palum.
Ignaros palæſtræ Græci Apalæſtros uocant, quod dixi ut Ciceronem intelligas ſic loquentem in
oratore. Itaq; qualis eorum motus, quos apalæſtros Græci uocant, talis horum mihi uidetur ora
tio,qui non claudant numeris ſententias.hoc uocabulo utitur & Quintilianus. Quis autem inue-
nerit palæſtram docent Diodorus,Lactantius & Oratius,eius inuentionem Mercurio attribuen-
tes. At Pauſanias luctandi artem Theſeum primum inueniſſe tradit. *Plantaria uellant.*] Pilos ex
trahant,& extirpent. Suetonius in Cæſare. Circa corporis curam moroſior,ut non ſolum tonde-
retur diligenter,ac raderetur,ſed uelleretur etiam,ut quidam exprobrauerunt.Capella. Hanc egó
crediderim ſenits ſpineſcere membra Nec intra crura uellere. ex Perſio ſumptum eſt illud Auſo-
nij.Sed quid & eliſo plantaria podice uellis? Quintilianus in octauo,ait corpora uulſa atq; fucata
muliebriter eſſe fœdiſſima.qui enim erant molliores delicatioresq;.pilos ſibi euellebant è corpo-
re uolſellis,quæ inſtrumenta ſunt ad pilos euellendos.utebantur & pumice ad idem negociũ per-
agendum.Plinius in trigeſimoſexto,pumices ſunt in uſu corporum lęuigandorum fœminis, iam
quidem & uiris. utebantur & reſina, ut idem eſt auctor in decimoquarto, habebant & unguenta
depilatoria dropacen, & pſilothrum, de quo Plinius in trigeſimoſecundo, Galenus, Auicen-
D na.Martialis.Pſilothro faciem læuas & dropace caluam.quid ſint plantaria docet in ij.Georg. Ser
uius. *Labefactent.*] Deſtruant,& corrumpant. à labefacio frequentatiuum. Columella:igitur in
opere boues arcte iunctos habere conuenit,quo ſpecioſius ingrediantur ſublimes, & elatis capitĩ
bus,ac minus colla eorum labefactentur. *Eliſas nates.*] Læuigatas,politas,& læues factas. alij le
gunt elixas,id eſt,aqua calida,ut citius euellantur pili,madefactas.nonnulli aſſidua ſubagitatione
emollitas ut carnes aqua ſufferuefactæ interpretantur.lixam enim antiqui aquam uocauerũt,un-
de lixæ dicti miniſtri militum,quorum officium eſt,ut militibus aquam ſubminiſtrent,de quibus
No.Fe.cæteri. *Forcipe adunca.*] Volſellas intelligit. *Iſta filix.*] Translatione florentiſſima pilos,
quos ſupra plantaria,nunc filicẽ nuncupat,quæ herba eſt notiſſima,ſegetibus noxia,quam extur-
pari libro xviij.capite ſexto Naturalis hiſt.Plin.& Colu.libro ij.edocuerunt.

AELIVS ANTONIVS NEBRISSENSIS.

Vt nemo.] Cum admiratione legendum eſt.q.d.quid hoc eſt quod nemo,& iterum repetit ne-
mo. *Tentat deſcendere in ſeſe.*] .i.reflectere aciem mentis & animi cogitationẽ in ſeipſum ut cogno
ſcat quid ſit. *Sed mantica.*] .i.ſacculus duplex in utramq; pendens partem,Hiſpani uocant alfori
as.Horatius primo Sermonum.Mantica cui lumbos onere hulceret atq; eques armos. *Spectatur
in tergo præcedenti.*] .i.eius qui præcedit.ex fabula Aeſopi eſt ſumptum, qui dicit homines habere
binas

binas manticas humeris appendentes, in quarum anteriori uitia aliena, in poſteriori ſua reponũt. A Catullus quoq; ad Varrum. Sed non uidemus manticæ quod in tergo eſt. Ad hoc alludit pſalmographus cum dicit in perſona dei homini iniuſto. ſuſpicatus es inique quòd ero tui ſimilis. arguã te & ſtatuam te contra faciem tuam. i. ut uideas teipſum. hoc eſt peccata tua quæ in dorſum proiecisti. nam ut inquit Auguſtinus, peccatores peccata ſua poſt dorſum proijciunt. *Quæſieris.*] Quæ ſequuntur ſic iungenda ſunt ſuperioribus. dixerat enim neminem eſſe qui ſeipſum cognoſcat, ſed quemq; peccata aliena ſectari, ſua uero diſſimulare. nunc dicit quo pacto alios carpamus inſimulantes illos auaritiæ aut libidinis obſcœnæ. *Quæſieris.*] ſ. tu uel quiſpiã quæret, animo detrahẽdi.

Noſtin.] Pro nouiſti ne. *Prædia Vectidi.*] i. Vectidius quæ multos agros poſſideat. *Cuius.*] Dicet ille alter cũ quo loqueris. *Cuius?*] Subaudi Vectidij. *Diues arat.*] Tu reſpõdes, illius Vectidij qui diues arat tantũ agrorũ. *Curibus*] Vrbe Sabinorum unde adſcitus fuit in regnũ Numa Pompilius, & declinatur Cures. ium. pluraliter. *Quantum miluus non o.*] i. uolando circuire non poſſit. Iuuenalis. cui tot montes, tot prædia ſeruas Appula, tot miluos intra tua paſcua laſſos. *Hũc ais?*] Dicit ille alter. quaſi dicat, probe noui hunc Vectidiũ. *Hunc.*] Subaudi dico Vectidiũ, natũ dijs iratis genioq; ſiniſtro. i. quẽ credibile eſt ex geneſi & horoſcopo habuiſſe deos. i. errantia ſidera iratos & aduerſos. *Et genium*] i. deũ naturæ & generationis habuiſſe ſiniſtrũ. i. nocentẽ. ſi enim hoc non fuiſſet, nõ potuiſſet homo tam auarus naſci. itaq; de illius auaritia multa ſubdit. *Qui quandoque.*] B i. quandocunq;. *Figit iugum.*] i. diſiũgit boues, atq; iugum & aratrũ reponit in uillis quæ ſunt ad compita. hoc faciebant agricolæ peracta ſemente. unde feriæ ſementinæ erant apud Romanos, non ſtatæ illæ quidẽ ſed conceptiuæ. de quibus in primo Faſtorũ libro multa Ouidius. *Ad cõpita pertuſa.*] i. à ruſticis frequentata & conculcata. nam ex eo dicebantur cõpita, quod in eũ locũ plures uiæ cõpetebant. *Tunc inq.*] ſ. die feſto hoc eſt ferijs ſementinis. *Ingemit.*] i. cũ gemitu dubitat. *Metuens deradere.*] i. relinire & aperire. *Limum.*] i. argillã & lutũ quo dolia illinuntur. *Seriolæ ueteris.*] i. dolioli in quo uinũ uetus reconditũ eſt. *Hoc bene fit.*] Aliud uinũ deterius monſtrans dicit. hoc ſatis bonũ erit. *Et mordens cæpe tunicatũ.*] i. quod multis tunicis in orbẽ ſphæricũ circũductis cõſtat. *Cum ſale.*] id enim pro ſalſamẽto cæpis adhibetur. *Et mordens old farratũ*]. i. farratus pultibus plenã. *Pueris plaudentibus.*] Quia id raro & dieb. tantũ feſtis cõiungebat, ideo ſerui plaudebãt. *Sorbet ſiccẽ pãnoſam.*] i. craſſam. *Aceti.*] i. uini iam corrupti. *Morientis.*] i. euaneſcentis. hoc uini genus uappa dicitur. Nã ut Sen. in Epiſtolis ait, nõ tantum minimũ in fundo ſed peſſimũ remanet. *At ſi unctus ceſſes.*] Adhuc eos Perſius reprehẽdit, qui leuibus aliorũ uitijs offenſi, detrahũt illis, in deteriorẽ partem omnia interpretantes. *At ſi unctus ceſſes.*] Confuſio perſonarũ eſt. ſed ita diſtinguendũ. ut ſi aliquis ſit lautus, quiſpiã tãgit latus illius qui prope ſedet, & incipit detrahere illius primi lautitiæ mollitiẽ pathicitatẽq; increpans. *At ſi unctus.*] i. unguento delibutus. C *Ceſſes.*] i. à labore quieſcas. *Et figas ſolẽ in cute.*] i. cutẽ in ſole ut ſupra, curata cuticula ſole. *Ignotus eſt prope te.*] Hoc ipſum magis detractoriũ eſt, ſi apud ignotum alteri detrahamus. *Qui tangat cubito.*] i. uellicando te admoneat. *Et deſpuat in mores.*] i. deſpuendo mores execretur. *Acre.*] i. acriter & acerbe. *Et deſpuat in runcantem.*] i. depilantẽ. trãſlatione accepta ab ijs qui runcant. i. extirpant agrorũ frutices & dumos. *Penem & arcana lumbi.*] i. mentulã & podicẽ, ſignificatq; illũ eſſe pædiconẽ & pathicũ ſiue cinædũ. *Pandere.*] i. ad pandendũ ſiue ut pãdat, & eſt Græca cõſtructio. *Vuluas marcentes.*] i. podicem quo uitur tanquã fœminæ uuluis. *Populo.*] Cui ſe proſtituat. *Tu cũ maxillis.*] Verba ſunt detractoris ad pathicũ. uel potius de pathico ad illum quem cubito admonuit. ut ſit tu pro ille. Et ſenſus eſt: cũ barbã nutrias quod ſignũ grauitatis & ſeueritatis eſt, cur pudenda depilas? Mart. Nũc ſunt crura pilis & ſunt tibi pectora ſetis Horrida, ſed mẽs eſt Pãniche uolſa tibi. dixit itaq;. *Cũ tu, ô patice, pectas gauſape.*] i. barbã. nam gauſape ueſtis eſt uilloſa. dura translatio. *Balanatum.*] Hoc eſt myrobalano. i. unguento balanino perunctũ. Horatius lib. Carminum. impreſſa tuis balanus capillis. *Maxillis*] In quibus eſt barbæ ſedes, hoc eſt in mento. *Quare curgulio.*] i. mentula. eſt autem curgulio uermiculus frumenta corrodens. Seruius ex auctoritate Varronis in illud Vergilij. 1. Geor. populatq; ingentem farris aceruum Curgulio, hoc nomẽ dictum eſſe affirmat quaſi gurgulio, quod nihil aliud in eo fere uidetur D quàm guttur. Dicta eſt etiam gurgulio aſpera arteria qua ſpiramus, reſpiramusq;. itaq; ab alterutrius ſimilitudine curgulionem appellauit membrum uirile. *Detonſis.*] Depilatus. *Extat.*] Eminet & propendet. *Inguinibus.*] id eſt, inter inguina. *Quinque palæſtritæ.*] Nulla diligentia pectinis pilos poſſe extirpari dicit. *Nõ licet quinq; palæſtritæ.*] Robuſtiſſimi & exercitatiſſimi foſſores, quales in palæſtra uerſantur. *Vellant.*] i. extirpẽt & eradicẽt. *Hæc plantaria.*] i. hos pilos qui tanquã plãtæ è terra ſic ex cute pullulãt. *Et licet lab.*] i. conuellant. *Nates elixas.*] i. madefactas & calida aqua propemodũ decoctas. Mart. Centũ miſelli iam ualete quadrantes, Quos balneator diuidebat elixus. hinc Auſonius. Sed quod & elixo plantaria podice uellis. etſi fruſtra quidã eliſas legant. *Forcipe adunca.*] i. uolſellis quibus pili extirpantur. *Iſta filix.*] i. pili fruticantes & renaſcẽtes tanquã filix herba nota in aruo. *Non manſueſcit.*] i. nõ domatur. *Vllo aratro.*] i. cultura.

ECPHRASIS MVRMELLII.

Quomodo nemo tentat deſcendere in ſeſe? nemo inquam ſua ipſius uitia perſcrutatur? ſed aliorum ſemper uitia cernimus. Si quæſieris ex aliquo, Noſti ne prædia Vectidij? reſpondet ille te interrogans. Cuius Vectidij? Reſpondes ei. Illius Vectidij qui diues arat Curibus tantum agri, quantum miluus non circumuolet, Reſpondet ille tibi. Ais ne hunc Vectidium? noui

A hunc hominem, uiuentem dijs iratis, & genio aduerſante, qui tam auarus eſt, ut arando etiam in compitis aratrum figat, atque aliquam partem attritæ uiæ aratione comminuat: qui metuens deradere limum ueteris ſeriolæ, uehementer gemit, dicens hoc deus bene uertat, & mordens tunicatum cæpe cum ſale, ac pultem ex farre, ſorbet pannoſam fæcem deficientis aceti, pueris lætantibus.

SCHOLIA.

Vt nemo.] Inuehitur in eos, qui cito uident aliena uitia, cum ad ſua ſint inquirenda tardiſſimi. *Nemo.*] Hanc dictionem geminat ad maiorem admirationem, affectusque ſui expreſſionem in legentium animis imprimendam. *In ſe deſcendere.*] Eſt ſua ipſius uitia quempiam inſpicere, tráſlatum uel à fodinis, uel à cellis, in quas qui deſcendunt, quid illic repoſitum, reconditumque ſit, noſſe poſſunt. *Sed præce. ſp. m. t.*] Finxit Aeſopus ſingulos mortales binas habere manticas, hoc eſt peras, alteram ante pectus, alteram à ſcapulis, tergoq; propendentem. Sed in priorem, inquit, aliena uitia immittimus, in poſteriorem noſtra. Catullus. Sed non uidemus manticæ quod in tergo eſt, id eſt, non uidemus noſtra ipſorum uitia, cum aliena curioſis oculis perſpiciamus. Seneca taxans id genus homines præpoſteros: Papulas inquit obſeruatis alienas, obſiti plurimis hulceribus. Conſimilis eſt illa Euangelica ſententia, quæ eos accuſat, qui in alieno oculo feſtucam uiden-
B tes, in ſuo trabem non aſpiciunt. Diuus Hieronymus. Qui per trabem oculi ſui, feſtucam alterius nitatur eruere. Hoc hominum genus Horatius eleganter notat. Cum tua peruideas oculis mala lippus inunctis, Cur in amicorum uitijs tam cernis acutum, Quàm aut aquila, aut ſerpens epidaurius? Mantica eſt ſacculus ſcorteus ſarcinulis ferendis aptus. Lucilius. Mantica cantherij coſtas grauitate premebat. *Vectidi.*] Vectidium poſuit pro uiro diuite & locuplete. *Curibus.*] Cures urbs quondam Sabinorum inſignis, nunc autem uiculus. *Quantum non m. ob.*] Prouerbialis eſt hyperbole, de homine ſupra modum locuplete, cui tantum ſit agrorum, quantum nec miluus peruolet. Hoc imitatus Iuuenalis Tot miluis, inquit, intra tua paſcua laſſis. *Dijs iratis.*] Sic Terentius. Neſcio niſi deos iratos fuiſſe mihi ſatis ſcio, qui auſcultauerim ei. Idem. Mihi uſu uenit hoc ſciò, Memini relinqui me, deo irato meo. Horatius. Immeritusq; laborat Iratus natus paries dijs, atque poetis. *Genio ſiniſtro.*] Naturæ deo parum propicio. Auarus enim dicitur genium defraudare. Genius malus prouerbialiter dicitur pro dæmone aduerſo, & infortunium adferenti. *Qui quandoque iugum.*] Qui ita auarus eſt, ut arando etiam in compitis aratrum figat, atque aliquam partem attritæ uiæ aratione comminuat. Sunt qui ad compitalia referentes dicant, eum ita auarum eſſe, ut cum compitalia ſacra fierent cæteris feriatis, ipſe antequam ad ſacra pergeret, terram araret, atque ſubinde cum bobus & aratro ad ſacrificium poſt arationem accederet. Poſſumus & hunc ſenſum
C elicere. Qui quandoq; iugum pertuſa ad compita figit, id eſt, qui aliquando boues ſuos figit ad cõpita perfracta, ut ibi paſcantur qualicunque gramine ex uia publica, quo parcat pabulo ſuo. Non placet eorum expoſitio, qui quandoq; duas dictiunculas faciunt omnem adimentes poetæ elegantiam, qui ſi id uoluiſſet, non q; ſuperuacuum poſuiſſet, ſed ita potuiſſet multo rectius dicere. Qui ſi quando iugum & cætera. *Hoc bene ſit.*] Græce καλῶς ἔσω, bene ſit, ominis uox eſt, qua utebantur rem quampiam nouam & arduam auſpicantes. Hinc per ironiam poſuit de re ridicula, nullusq; momenti, perinde quaſi maxima.

Nouem uerſus nimis impuri de induſtria ſunt omiſſi, ne pudicæ iuuentutis aures fœdis uitijs offendantur.

Cædimus, inq; uicem præbemus crura ſagittis.
Viuimus hoc pacto, ſic nouimus. ilia ſubter
Cæcum uulnus habes, ſed lato baltheus auro
Protegit. ut mauis, da uerba, & decipe neruos
Si potes. egregium cum me uicinia dicat,
Non credam? uiſo ſi palles improbe nummo,
Si facis, in penem quicquid tibi uenit amarum:
Si puteal multa cautus uibice flagellas:
Nequicquam populo bibulas donaueris aures.
Reſpue, quod non es, tollat ſua munera cerdo.
Tecum habita, & noris quàm ſit tibi curta ſupellex.

ASCENSIVS.

Cædimus inq; &c.] Concluſurus ut dixi ex dialogo Platonis ſe quemque noſſe debere, taxat uitia ſui ſeculi, quo ut etiam noſtro, quilibet paratus erat alterius uitia reprehendere. ORDO. Nos cædimus id eſt, uerberamus ac lædimus detractione noſtra alios, & præbe-
b mus inuicem, id eſt, uiciſſim crura noſtra ſagittis, id eſt, permittimus nos quoq; uulnerari ab illis. Tractum autem eſt à prælianibus qui martio furore perciti ſic hoſtem inuadunt ut nõ euitent ſagittas, quæ cruribus, quia inermia ſunt poſſimũ offici unt. hoc eſt ergo: reprehendimus nimis auide, & reprehendimur uiciſſim ab illis quos reprehendimus, dicente Horatio libro primo Sermonum ſatyra tertia: Cum tua non uideas oculis mala lippus inunctis, Cur in amicorum uitijs tam cernis acutum, Quàm aut Aquila aut ſerpens epidaurius? at tibi contra Euenit inquirant uitia ut tua rurſus & illi. Et paulo poſt: Aequum eſt Peccatis ueniam poſcentẽ reddere rurſus, &c. Nos ergo inquit poeta tam auidi ſumus in reprehendendo alios, ut ab illis reprehendi nos ſinamus. Viuitur, id eſt, uita fere ab omnibus agitur, hoc pacto, id eſt, hoc modo, ſic nouimus ſup. uiuere, hoc eſt aliorum uitia reuelare & noſtra uelare, quod tamen nõ prodeſſe probat dicẽs. ſi ſup. tu habes uulnus cæcum, id eſt occultatum, nam cæcum eſt quod non uidet ut animal

quod

quod non uidetur ut ſaxum in mari,& hic uulnus cæcum , quod nõ permittit uidere,ut amor aut A
auaritia,ſubter ilia tua,ſed baltheus lato auro,id eſt,habens latum aurum,& ita ipſe quoque latus,
protegit,id eſt,defendit ne uideatur à populo,da uerba , & pro id eſt, decipe neruos.i. uires tuas ſi
potes,hoc eſt perſuade ſi potes uiribus tuis,quod illud uitium corporis tui , quia occultatum eſt
non noceat eis.quaſi dicat.tu non poteris,innuens quod nec à conſimili quis morbum cum ſcien-
tia occultando effugere poteſt.quod intelligens auditor quem interloqui fingit,dicit per modum
obiectionis aut quæſtionis oppóſitiue.Cum uicinia.id eſt,multitudo uicinorum meorum , dicat
me egregium,id eſt,excellentem uirum de grege ſcilicet ſeparandum,ut præſtantiorẽ cæteris, non
credam?Reſpondet poeta uſurpando iterum uocatiuum pro nominatiuo.ſi tu o improbe, id eſt,
improbande.pro eo quod eſt ſi tu ens improbus,palles.id eſt concupiſcentia præcordia occupan-
te pallidus ſis nummo uiſo,id eſt,poſtquam uidiſti nummum.ſi facis in penem,id eſt,uirgam ui-
rilem,hoc eſt in damnum aut nocumentum eius,quicquid uenit,id eſt,uenum proponitur ſeu ue-
nundatur tibi amarum , id eſt , quod ad pœnitentiam ducit . hoc eſt ſi facis omnem libidinem &
turpes amores exerces,quorum finis pœnitentia eſt . quia omnis anima triſtatur poſt coitum . &
quiſquis amores Aut metuet dulces,aut experietur amaros . Et ideo dixit Demoſthenes(ut recitat
Aulus Gellius)ad Laidem meretricem maximum pondus auri pro nocte una exigentem,non tan-
ti emo pœnitere.Poſſet legi ut uenit ſit præteritũ temporis à uenio ſic.& ſi tu facis in penem,id eſt in B
malum aut opprobrium membri tui uirilis,quicquid uenit , id eſt, ortum eſt tibi amarum , id eſt,
durum ad tolerandum,dum ſcilicet rumperis tentigine hoc eſt ſi impatiens es libidinis , nec reſi-
ſtis concupiſcentijs carnis.Fontius autem dicit quicquid uenit in penem amarum, id eſt, amaritu-
dinem facientem tibi.Et ſupple ſi tu cautus,id eſt,callidus & ob id cauendus,flagellas multa uibi-
ce , id eſt,afficis graui damno,puteal quo plures conueniunt,id eſt, locum ubi uſutarij Romæ ſe-
dent,tu donaueris nequicquam,id eſt,fruſtra populo aures tuas bibulas,id eſt, laudationum ca-
paces.Et ergo monet auctor dicens.Reſpice,id eſt,uide & conſidera,quid non es.uel reſpue, id eſt,
noli acceptare quod non es,& cerdo,id eſt,uilis artifex.ſcilicet adulator lucri gratia te laudans,tol-
lat,id eſt,auferat ſecum ſua munera,id eſt,immeritas laudationes,& habita tecum , id eſt , ſcrutare
conſcientiam tuam & noli cor apponere nec fidem adhibere externo laudatori.uel accipiamus ut
Politianus in Epiſtola ad Phoſophorum . Cuius uerba ſunt . Nõ eſt quod aut ruri urbem,aut rus
in urbe deſideres,ſi ipſe habitas tecum.ſi quocumque is te ſequeris,magnum tibi in quauis ſolitu-
dine theatrum,magnam ſolitudinem in quouis theatro facturus;&c.habita ergo tecum, id eſt , ſis
frequenter domi tuæ.hoc eſt ſcrutare frequenter conſcientiam tuam ut noris quàm, id eſt , quan-
tum.curta,id eſt,imminuta ſupellex,id eſt,allegorice poſſeſſio uirtutis & ſcientiæ ſit tibi , quod pri-
us dixit,ne te quæſiueris extra.Quaſi dicat ſic faciendo,nec carpendus eris,nec alios auidius car- C
pes,quod hac in ſatyra docere conſtituit.

IOANNES BRITANNICVS.

Cædimus inq; uicem præbemus crura ſagittis.] Commune uitium hominum eſſe oſtendit ut alter al-
terum notet. *Cædimus.*] Ferimus percutimus.ab eo eſt præteritum cecidi , & ſupinum cæſum.
Inq; uicem præbemus crura ſagittis,Horatius.At tibi contra Euenit, inquirant uitia ut tua rurſus
& illi.ſumpta eſt translatio à ſagittarijs. *Viuitur hoc pacto.*] Vt per ſuperiora oſtenſum eſt, id eſt,
ut notemus & notemur.& cum indignatione pronunciandum. *Sic nouimus.*] id eſt , ita uiuere
didicimus. *Ilia ſubter Cæcum uulnus habes.*] Hactenus in aliena uitia cernentes inuectus eſt, nunc
uero ſtultitiam glorioſi hominis irridet,qui tam petulanti oſtentatione fertur , ut ſibi attribui gau-
deat,quæ ſua non ſunt,cum monet fugere debere hominum blandas aſſentationes. Ilia ſubter Cæ-
cum uulnus habes,ſed lato baltheus auro Protegit.metaphora ſumpta à gladiatore,qui acceptum
uulnus plerumque diſſimulat & ſpectatores fallit, tamen ſeipſum decipere non poteſt , cum uulne-
ris ſentiat dolorem.hoc ergo dicit poeta . nos quoque noſtra uitia aliquo dignitatis aut potentiæ
uelamento cælare , ita ut alijs minime nota ſint , ſed nos tamen non latere , cum eorum omni-
no conſcij ſimus. *Cæcum uulnus habes.*] id eſt, occultum non omnibus notum. *Sed lato bal-* D
theus auro protegit.] Ratio eſt uitij latentis . quod uidelicet id potentia & nobilitate tegatur . nam
per baltheum dignitatem militarem deſignat . Eſt enim baltheus cingulum militare. Iuuenalis.
Aſt illis quos arma tegunt, & baltheus ambit . Sicque poeta ut dictum eſt eos derideret, qui præ-
textu potentiæ confidunt malitiam ſuam poſſe latere , & gaudent diſſimulata prauitate haberi bo-
ni uiri. *Lato auro.*] pro lati auri. *Et decipe neruos Si potes.*] Qui uulnus diſſimulat aliorum a-
ſpectus decipere poteſt . ſed uiribus ſuis dare uerba non poteſt, cum uitij ſui conſcius ſit . hoc er-
go dicit . alios decipere facile potes occultando uitium tuum , ſed conſcientiam tuam fallere non
licet, *Egregium cum me uicinia dicat,non.c.*] Verba glorioſi hominis.non debeo inquit credere &
putare me uirum bonum & frugalem,cum populus ita me exiſtimet?quaſi dicat etiam ſi non ſim.
Ex quo ſtultitia hominis oſtenditur . Tales reprehendit Horatius.Sed uereor ne cui de te pluſquã
tibi credas.Neu ſi te populus ſanum recteque ualentem Dictitet,occultam febrem ſub tempus e-
dendi Diſſimules,donec manibus tremor incidat unctis , & alibi . Si quis bella tibi terra pug-
nata marique Dicat,& his uerbis uacuas permulceat aures . Te ne magis ſaluum populus uelit
an populum tu , Seruet in ambiguo qui conſulit & tibi & urbi Iuppiter . Auguſti laudes cogno-
ſcere poſſis.Egregium dicimus,qui è grege electus ſit. *Non credam?*] Cum interrogatione & eo

uultu

A uultu pronuncianda quo ſolemus ingrato admonitori reſpondere. *Viſo ſi palles improbe num-*
mo.] Si auaritia laboras. cinædus ſi es, ſi grauis fœnerator es debitoribus, cur gaudes te uirum
bonum & egregium appellari. hoc ita imitatur Iuuenalis. Cur Allobrogicis & magna gaudeat ara
Natus in herculeo Fabius lare, ſi cupidus, ſi Vanus & euganea quantumuis mollior agna. Si tene
rum attritus catinenſi pumice lumbum, Squallentes traducit auos. *Si facis in penem quicquid tibi*
uenit amarum.] id eſt, ſi te cinædum & pathicum præbes. Nam qui facit quicquid ſibi uæditur in pe
nem, ſine dubio ſe proſtituere dicitur. Vænit uenditur. ab eo quod eſt uæneo. *Amarum.*] Quia
ſæpenumero coitum ſequitur pœnitentia. Vnde illud fertur dictum Demoſthenis de Laide nobi
liſſimo ſcorto. Tanti non emo pœnitere. *Si puteal multa cautus uibice flagellas.*] Si debitoribus gra
uis es fœnerator. Puteal locus (ut ſcribit Acron) Romæ ad quem conueniebant fœneratores. Por-
phyrio uero dicit fuiſſe ſedem prætoris prope arcum fabianũ quod Libonis dicebatur, quia à Li-
bone illic primum tribunal & ſubſellia collocata ſunt. unde Horatius in Epiſtolis. Forum puteal-
que Libonis mãdabo ſiccis, Idem alibi. Roſcius orabat ſibi adeſſes ad puteal cras. Ouidius. Si pu
teal ianumq; times, celeresq; calendas. *Flagellas.*] Grauis es & moleſtus debitoribus dum u-
ſuras exigis. Ita enim flagellari dicuntur obærati. unde Martialis. Et libertinas arca flagellat opes.
Puteal.] id eſt debitores, nam locum pro perſona poſuit. *Multa uibice.*] Multa & graui uſura,
B in metaphora permanſit, ut uibice dixerit, quia flagellis præmiſerat. Vibix ſignum eſt quod relin-
quit ſcutica, dicta quod ui fiat. *Nequicquam populo bibulas donaueris aures.*] Senſus eſt, fruſtra cum
turpiter uiuas, aliorum laudibus delectaberis. *Nequicquam.*] Fruſtra. *Donaueris*] Accommo-
daueris. *Bibulas.*] Quæ aſſentationibus ualde delectantur. *Reſpue quod non es.*] Reprehẽſio eſt
cum indignatione & acri uultu pronuncianda. Monet unicuiq; fugiendam eſſe oſtẽtationem, nec
aſſentationibus credendum. *Tollat ſua munera cerdo.*] Auferat inquit adulator & uulgus laudes
& adulationes ſuas. Cerdo dicitur quicunq; quærit lucrum ex aliqua uili arte. cerdos enim Græce
lucrum Latine. cerdonem poſuit pro turba plebeia quæ nulla ratione ad aliquem laudandum du
citur. *Tecum habita.*] Noli committere ut alienæ laudes te auferant, ſed tu teipſum cognoſce, &
conſcientiam tuam interroga bonus ne ſis an malus. *Vt noris quàm ſit tibi curta ſupellex.*] id eſt,
multa tibi deeſſe, ut ſis uir egregius. ſumptũ eſt à rei familiaris tenuitate. Aureus eſt uerſus ille uul-
garis. Plus alijs de te, quàm tu tibi credere noli.

IOANNES BAPTISTA.

Cædimus inq; uicem.] Senſus eſt. Aliorum uitia caſtigamus, & noſtra ab alijs caſtigantur. ex quo
hoc uitium ut aliter notet alterum commune eſſe oſtendit. Cædimur & totidem plagis conſumi-
C mus hoſtem. in hanc ſimilitudinem cecinit Oratius. Hieronymus: Lacerantur abſentes, uita alie-
na deſcribitur, & mordentes inuicem conſumimur ab inuicem. *Cædimus.*] Ferimus, pulſamus,
caſtigamus. *Inq; uicem.*] Tmeſis figura eſt, quæ fit quoties aliquod uerbum ſimplex uel com-
poſitum diuidentes unam uel plures dictiones interponimus. ut ſeptem ſubiecta trioni. *Præbe-*
mus crura.] id eſt, ab alijs cædimur, corrigimur & caſtigamur. A ſagittarijs ſumpta translatio. Ora
tius. At tibi euenit inquirant uitia ut tua rurſus & illi. *Viuitur hoc pacto.*] Vt aliorum uitia note-
mus, & notemur. caſtigemus, & caſtigemur. *Sic nouimus.*] Sic uitam uiuere docti fuimus. Co-
dex Antonij Solærij Carpenſis uiri literatiſſimi, eloquentia potentiſſimi, & canonici iuris conſul-
tiſſimi, habet uiuimus. *Ilia ſubter cæcum uulnus h.*] Glorioſi hominis, & iactanticuli ridet inſani-
am. qui quia audit uicinos eum prudentem, & egregium prædicare, ſe reuera eſſe talem credit,
& aliena ſibi attribui mira uoluptate afficitur. docens potentes & diuitijs exuberantes poſſe qui-
dem nobilitate, & ſuis opibus homines decipere, ut cum mali ſint, boni exiſtimentur: ſe autem
nunquam, & conſcientiam ſuam qua nemo nocens abſoluitur: quæ efficit ut in nobis in con-
ſpectu ante oculos ſemper oberrent peccata noſtra, & noxæ. ſumuntur autem ilia hoc in loco
pro ea parte, quæ maxime reſpiratione in lateribus concutitur. aliàs ſumitur pro ea parte quam
Græci ab inanitate κενεῶνα. & quod flaccida ſit etiam λαγόνα uocant. quid ſint Ilia docet Plinius in un
D decimo. Ilioſus dicitur qui iliorum dolore laborat, quem Græci lagonoponon appellant, à pleure
tico longe diſſimilem. *Cæcum uulnus.*] Occultum, non notum, inuiſum, ut uideri non poſſit.
Plautus in Mercatore. Ego aſſiſtam hinc alternis cæcus, id eſt, ut non poſſim uideri. dicimus enim
cæcum quod non uidemus, & cæcos qui non uident: ſicut neſcium qui neſcitur, & qui neſcit, &
ignarus qui ignorat, & qui ignoratur. Vergilius. Paſtor agens telis, liquitque uolatile ferrum
Neſcius. Vbi neſcius dicitur paſtor, qui neſcitur & latet, ut interpretatur Ser. Dolorem neſcium di
xit Apuleius pro ignorato, & latente. conſimiliter inuiſum appellat qui à nemine uidetur. eius uer
ba hæc ſunt lib. v. Meta. Poſt opimas dapes quidam introceſſit, & cantauit inuiſus. M. Tullius in o-
ratione de aruſpicum reſponſis. Occulta, & maribus non inuiſa ſolum, ſed etiam inaudita ſacra in
expiabili ſcelere peruertit. Illud notandũ in antiquis Plauti codicibus nõ alternis cæcus, ſed altrin
ſecus legi, quã lectionẽ probiorẽ iudicauimus. per uulnus aũt intelligit uitia, & facinora quæ men
tem uulnerãt. *Sed lato baltheus.*] Vitioſus quidẽ, & ſceleribus obrutus es, ſed dignitas, & diuitiæ
tuæ quibus maxime polles, illa tegũt, & quodã ueluti tectorio ſuperinducto occultant, ut à nemi-
ne plebeio, & imi ſubſellij uiro cõſpiciãtur. quod tamẽ erga te & conſcientiã tuã aſſequi nequaquã
poteris. Fallere. n. poteris famã, ut inqt Tul. cõſcientiã nunquã, quæ à malis facinorib. flagellatur,
& plurimũ illi tormentorũ ineſt, eo q perpetua illã ſollicitudo urget, ac uerberat, nec deeſt latere
peccan-

peccantibus, latentes etiam ſi felicitatem habeant, fiduciam non habent. proprium nocentiū eſt A
trepidare. Cōſcientiæ maleficiorū homines ſtimulāt, ut docet Cic. in Parad. per baltheum intellige
militarem potentiam. nam cingulum quod milites è corio habebant bullatum, baltheum dictum
inquit Varro. Iuuenalis. Aſt illis quos arma tegunt, & baltheus ambit. Hieronymus ad Saluinā. ni
hil nocuit militanti paludamentum, & baltheus, & apparitorum cateruæ. pro cingulo tamen
muliebri accipitur ab Apuleio. *Lato auro.*] id eſt, lati auri. caſus pro caſu. Vergilius. Bina manu
lato criſpans haſtilia ferro. *Da uerba.*] id eſt, teipſum decipe ſi potes, ſicut alios decipere conſue-
uiſti. quaſi diceret, quamuis alijs des uerba & decipias, teipſum tamen nūquam poteris decipere.
hinc dixit Iſocrates μηδέποτε μηδὲν αἰσχρὸν ποιήσας ἔλπιζε λήσειν· καὶ γὰρ ἂν τοὺς ἄλλους λάθῃς, σαυτῷ γε συνειδήσεις,
id eſt, cum quicquam per flagitium admiſeris nunquam ſperes id in occulto fore. nā & ſi alios cæ-
laueris, tibijpſi certe cōſcius eris. Dare uerba decipere eſt. Martialis. Hybrida ſim ſi das Gallice uer-
ba mihi. Auguſtinus libro de grammat. Verba pro fallacijs accipimus, cum dicimus uerba illi de-
dit, fefellit eum. *Decipe neruos.*] Teipſum, conſcientiam tuam, quæ multum uirium & neruorum
habet, unde falli non poterit, ſicut uulgus & plebecula. Conſcientiæ enim flagello ſemper punitur
qui delinquit. Vnde & Vergilius appellauit curas ultrices conſcientias ipſas, quæ puniunt ſemper
nocentes. Plautus in Moſtel. Nihil eſt miſerius quàm animus hominis conſcius. Nam (ut ſcribit Apu-
leius) etſi à cæteris ſilentium eſt, tamen ipſe ſibimet conſcius eſt poſſe ſe merito increpari. In neruis B
conſiſtit uis. hinc apud Terentium illud prouerbiale. Digna res ubi tu neruos intēdas tuos. quod
ſignificat omnibus uiribus laborandum eſſe. Apud Marcū Tullium. Itaq; contendit neruos Chry
ſippus. Origo neruorum eſt à corde ut Ariſtoteles affirmat, cum cæteri à cerebro oriri tradāt. Græ
ci τὰ νεῦρα dicūt neruos. Inde Neurobatæ, ambulantes ſuper neruos, & funes neruicos, appellātur,
qui erunt nati ſub ſidere ingeniculi. Sine neruis ſunt quædam animalia ut piſces, auctore Plinio.
Præterea neruum dicimus ferreum uinculum, quo pedes impediuntur. auctor Feſtus, in quo ſig-
nificatu Plautus, Marcus Varro, Aulus Gellius, cæteri uſi ſunt. eſt & neruus membrum uirile. Iuue
nalis. Menſura incognita nerui. *Egregium cum me.*] Cum uicini omnes, & populus me probum
& egregium dicat, laudibusq; immodicis celebret, illi fidem non præſtabo: quaſi dicat utiq; cre-
dā, & me uirum bonum quamuis non ſim, ex aliorum iudicio exiſtimabo, ut pleriq; omnes faci-
unt, quod Seneca morum ſeueriſſimus caſtigator, ad Lucillium his uerbis uelut ſtultitiam homi-
num miſeratus atteſtatur. Illud præcipue nos impedit, quod nobis placemus, ſi inuenimus qui
nos uiros bonos dicant, qui prudentes, qui ſanctos, non ſumus modica laudatione contenti. Quic
quid in nos adulatio ſine pudore congeſſerit, tanquam debitum prehendimus. optimos nos eſſe
& ſapientiſſimos affirmantibus aſſentimur, cum ſciamus illos multa mentiri. Adeo quoq; indul-
gemus nobis, ut laudari uelimus in id cui contraria tum maxime facimus. Mitiſſimum ille ipſis in C
ſupplicijs audit, in rapinis liberaliſſimum. ſequitur itaque ut ideo mutari nolimus, quia nos opti-
mos eſſe credimus. hos tales etiam ut inſanos, & inſipientes taxat Oratius, in primo Epiſtolarum.
Viſo ſi palles.] Fruſtra te uirum probum, & egregium ex populi ſermone credes, ſi auaritia la-
borabis, ſi eris uenereis uoluptatibus deditus, & debitoribus grauis fœnerator inquit Perſius,
quem Iuuenalis Satyra octaua eleganter imitatus eſt. Cur allobrógicis, & magna gaudeat ara Na
tus in berculeo Fabius lare ſi cupidus, ſi Vanus, & euganea quantumuis mollior agna Si tenerum
attritus catinenſi pumice lumbum Squalentes traducis auos. *Si facis in penem quicquid.*] Si es li
bidini, uenereiſque uoluptatibus deditus, ſi es pedico, & puerorum, qui uicem implent præ-
ſtantque fœminarum, ſubactor emaſculatorque, & libidine præpoſtera abutens, necnon mu-
lierarius. ſic enim mulieroſos, id eſt cupidos & appetentes mulierum, nuncupamus. Iulius Capi
tolinus de Albino Clodio ſcribens ait. Mulierarius fuit inter primos amatores, a uerſæ ueneris
ſemper ignarus, & talium perſecutor. φιλογυνία dicitur amor mulierum. Qui hunc locum aliter ac
cipiunt (ſic enim primus interpretatus ſum) in errorem manifeſtarium dilabuntur. *In penem
amarum.*] Amarum ſcite ſimul & uere dixit. nam uoluptatem ſemper dolor ſequitur, & in pri-
mis ueneream. Muſonius philoſophus ἄν τι πράξῃς καλὸν μετὰ πόνου, ὁ μὲν πόνος οἴχεται, τὸ δὲ καλὸν μένει, ἂν
τι ποιήσῃς αἰσχρὸν μετὰ ἡδονῆς, τὸ μὲν ἡδὺ οἴχεται, τὸ δὲ αἰσχρὸν μένει. i. ſi per laborem honeſti quippiam egeris, D
labor abit, honeſtum manet. Si per uoluptatem turpe feceris quippiam, quod ſuaue abit, quod
turpe eſt manet. Ita dijs placitum eſt, inquit Alcumena Plautina, uoluptati ut mœror comes con-
ſequatur. Aeſopus ἡδονῆς ἡ λύπη αἰεὶ ἀδελφὴ, Soror uoluptatis eſt triſtities. Plato dulcedinem, & triſti
ciem ex eodem uertice labi credit. Lucretius. Medio de fonte leporum Surgit amari aliquid. Iri
morſum uoluptuoſorum dixit Oratius. Sperne uoluptates, nocet empta dolore uoluptas. Malū
eſſe uoluptatem dicebat Critolaus, & multa alia mala parere ex ſeſe, uidelicet iniurias, deſidias, ob
liuiones, ignauias. hinc merito dixit Antiſthenes μανείην μᾶλλον ἢ ἡσθείην. i. inſaniam potius quàm ob
lecter. *Si puteal.*] Si es moleſtus, & grauis fœnerator illis, qui tibi debent pecuniam, adeo ut
dum nimis inſtanter exigis, & mala nomina tibi compellas, puteâl prætoris ſubſellium flagellare
uidearis. erat enim puteal (ut Acron ſcribit) locus Romæ ad quem conueniebāt fœneratores. Por-
phyrio uero dicit ſedem fuiſſe prætoris prope circum fabianū, quod Libonis dicebatur, quia à Li
bone illud primum tribunal, & ſubſellia collocata ſunt. Cuius Ouid. Orat. cæteri meminerunt. Po
nit aūt locū pro ipſis debitorib. unde puteal expone debitores, nomina, & obæratos. Cic. auct. eſt
cote quā Actius Nauius augur diſcidit una cū nouacula in comitio defoſsā fuiſſe, ſupraq; puteal
impoſitū. *Multa n.*] i. multo, & graui fœnore, & uſura, quæ adeo grauiter debitores premit, et fla
gellat

A gellat, ut uerberibus affecti eſſe uideantur. metaphoricos hoc dictum & eleganter, cum uerbo fla-
gellas uibice commode ſubiunxerit. eſt enim uibex, quam Græci [illegible] uocant, plaga
uerberum in corpore humano, dicta quòd ui fiat. Plinius libro trigeſimo. Verberum uulnera atq;
uibices pellibus ouium recentibus impoſitis obliterãtur. Mercurius in parte horoſcopi partiliter
conſtitutus, faciet præpoſitos fœnerationum. Fœneratores Cato æquauit homicidæ, quos ſæpe dã
natos, mulctatosq; fuiſſe ápud Romanos teſtis eſt Liuius. *Nequicquam.*] Fruſtrá. Plautus. Sed né
quicquam quoniam non uis credere. Sillius. Aut ego multo Nequicquam didici caſus pernoſce-
re Marte. *Donaueris.*] Dederis, accommodaueris, præſtiteris. *Bibulas.*] Credulas, faciles, & aſ-
ſentationibus expoſitas. *Reſpue quod non es.*] Admonet omnes, ut ſint an boni, an mali uideant,
ne uelint adulationibus popularium faciles aures exhibere, ſed uirtutibus incumbere, quæ faciũt
ut earum ſectatores merito egregij dici & appellari mereantur. *Tollat ſua mu. cer.*] Vulgus, & po
pularis multitudo ſuas laudes & aſſentationes auferãt, quæ ſeruiles & perniciosæ ſunt: adeo ut præ
ſtet in coruos, quàm in aſſentatores incidere, ut dicebat Antiſthenes. nam illi mortuos, iſti uiuos
deuorãnt. præcipit Cicero in Officijs, ne adulari nobis ſinamus. cui obtemperaſſe Peſcenium Ni-
grum lectitauimus. nam cum quidam illi imperatori iam facto panegyricum recitare uoluiſſet, di
xiſſe fertur hoc dignum ſcitu, relatuq;. Scribe laudes Marij, uel Hannibalis, uel alicuius ducis opti
B me functi. & dic quid illi fecerint, ut nos imitemur. nam uiuentes laudare irriſio eſt, maxime prin-
cipes. *Cerdo.*] Pro adulatore & aſſentatore poſuit cerdonem, cum proprie cerdo ſit quicunque
artes illiberales exercet, quæſtus gratia, quod dicitur Grȩce κέρδος, unde [illegible] Grȩci quaſi [illegible]
uocant lucrari undiq; cupientem, quem noſtri lucrionem dicunt. *Tollat.*] Auferat. *Tecum
habita.*] Profecto dialogi Platonici præuidiſſe uidetur Perſius uoluntatem, ſiquidem quod Pro-
clus enarrator affirmat, nihil hic aliud Plato quàm literam delphicam reſpexit, monẽtem ſe quiſ-
que ut norit. Marcus Tullius ait, ſuum quiſq; noſcat ingenium, acremq; ſe, & uitiorum, & bono-
rum ſuorum iudicem præbeat. Idem in Epiſtola ad Curionem. Tecum loquere, te adhibe in con-
ſilium, te audi, ubi obtempera. nemo eſt qui tibi ſapientius poſſit perſuadere teipſo, nunquam la-
bere ſi te audies. Idem in Tuſculanis. Te autẽ & ſi in oculis ſis multitudinis, tamẽ eius iudicio ſtare
nolim: nec quod illa putat, idem te putare pulcherrimum. tuo tibi iudicio eſt utendum. Atqui mag
na pars mortalium, tota pendet ex alienis iudicijs, uiuimus ad opinionem, facimus quod pecu-
des, ſequimur gregem antecedentium. Saluberrimum eſt illud præceptum. nec te quæſiueris ex-
tra. *Quàm ſit tibi curta patel.*] A rei familiaris tenuitate ſumptum. & eſt ſenſus. Conſidera multas
partes ubi deeſſe, propter quas bonus & egregius debeas appellari. *Curta ſupellex.*] Mutila-
ta, fracta, breuis. per ſupellectilem intelligit bonos mores, uirtutes, & liberalium artium diſcipli-
nas, quæ in ſapientum uirorum ſupellectile connumerantur, perquam uenuſta tranſlatione. Cæ-
C terum appellatione ſupellectilis proprie ſignificatur inſtrumentum quoddam patrisfamilias re-
rum ad quotidianum uſum paratarum. ſupellectile fictili, aut lignea, aut uitrea aut ærea deniq; u-
tebantur, ut ait Celſus iuriſconſultus. nunc autem ex ebore, aut teſtudine, atque ex argento, nec
non auro, & gemmis. antiqui dicebant ſupellectilis in nominatiuo ſecundum artem. nam ſupellex
uſurpatum eſt, auctore Seruio. Plautus niſi erit mihi ſita ſupellectilis. Aſiaticam luxuriam pri-
mum Romam magnificam, & precioſam ſupellectilem inuexiſſe, auctores ſunt Liuius, & Plinius.

AELIVS ANTONIVS NEBRISSENSIS

Cædimus.] Ex ſuperioribus colligit, quantum mali ex hac mutua detractatione ſequatur, di-
cens. *Cædimus.*] id eſt, carpimus alios. *Et inuicem.*] id eſt ediuerſo. *Præbemus crura ſagittis.*]
id eſt, aliorum detractioni materiam damus, ut & illi nos cædant. iuxta illud Heſiodi. Si quẽquam
uerbo lædes, læderis & ipſe. *Viuitur hoc pacto.*] id eſt, ſic omnes uiuunt, ut carpant & carpan-
tur. *Sic nouimus.*] id eſt, didicimus ſubaudi uiuere. *Ilia ſubter.*] Senſus eſt, qui ſecreto male
uiuunt, alios quidem poſſunt decipere, conſcientiam uerò ſuam minime. dicit itaque. *Tu habes
uulnus cæcum.*] id eſt, occultum uitium. *Subter ilia.*] id eſt, inter uiſcera ſiue præcordia. *Sed bal
theus.*] Militare ornamentum atq; nobilitatis inſigne. *Auro lato.*] id eſt, lan auri. ut Vergilius. la
D to criſpans haſtilia ferro. *Protegit.*] id eſt, occultat uulnus illud. putant enim homines ſe poſſe
uitia ſua generis ſplendore obumbrare. *Vt mauis.*] id eſt, fac ut uoles. ſic enim eos ualere ſini-
mus de quorum ſalute deſperamus. *Da uerba.*] id eſt, decipe alios. nam dare uerba eſt decipere.
ut Terent. in Andria. cui dare uerba difficile eſt. *Et decipe neruos.*] id eſt, arcus & ſagittas aliorum.
quaſi diceret, elude alios ne poſſint uitia tua carpere. reſpicitq; illud quod ſupra dixerat: Inq; ui-
cem præbemus crura ſagittis. nam per neruos arcum intelligimus. Ouidius primo Metamorpho
ſis. Viderat adducto flectentem cornua neruo. aliæ expoſitiones ſicut nec cohærent, ita mihi non
placent. *Si potes.*] Ac ſi dicat non poteris, quia uitia quantumuis occulta erumpunt in lucem.

Egregium.] Verba ſunt adoleſcentis, qui totus ex uulgi opinione pendet, atque auræ populari ni
mium credit. dicit igitur. *Cum uicinia dicat egregium.*] id eſt, bonum uirum putet appelletque, e-
tiam ſi nõ ſim, non credam: quaſi diceret, nihil refert bonus an malus ſim, dummodo alijs uidear
bonus. ad quod reſpondet poeta dicens. *O improbe, ſi palles uiſo nummo.*] id eſt, ſi inuidia & cu-
piditate rei alienæ torqueris. *Si facis quicquid amarum.*] Dulce uoluit dicere, ſed quia uoluptas ue-
nerea plus aloes quàm mellis habet, ut ait Iuuenalis, ideo amarum pro dulci poſuit. *Venit tibi in
penem.*] In mentem uoluit dicere, ſed penem dixit pro penis cogitatione, id eſt, ſi facis quicquid pe
nis tuus cupit. ſic Horatius primo Serm. peni ſenſum tribuit: Huic ſi mutonis uerbis mala tanta ui

dentis

dentis Diceret hæc animus. *Si cautus.*] id eſt fœnerator, qui multis modis caues pecunijs quas A
fœnori das. *Flagellas.*] id eſt, torques. *Multa uibice.*] Multis moleſtijs & exactionibus extor-
quendo multiplices uſuras. & perſtat in tranſlatione eius quod dixit flagellas. nam uibex eſt liuor
ille qui flagelli fuſtigationem ſequitur. *Puteal.*] Debitores. nam puteal locus erat Romæ, ubi fœ
neratores uſuras exercebāt. ergo locum poſuit pro perſonis. Horatius 1. Epiſtol. forum putealꝗ
Libonis Mandabo ſiccis. Ouidius. Si puteal Ianumꝗ timet celereſꝗ calendas. nā calendis menſi
um pecuniæ quæ dabantur fœnori exigebantur. unde eſt calendarium liber rationum fœnerati-
ciarum. ſi hæc inquam quæ ſuperius dixi facis. *Necquicquam.*] id eſt, fruſtra. *Donaueris populo au
res.*] id eſt, credas populo de te quantumcunꝗ te laudet. Bibulas autem dixit aures, id eſt, credu-
las & quæ ita bibunt laudes proprias, quemadmodum arena bibit humorem. *Reſpice quod non
es.*] id eſt, non admittas laudes quas non mereris, nec credas adulatoribus. *Cerdo tollat ſua mune
ra.*] .i. plebs. Nam cerdones ſunt omnes ſordidi artifices. tollat & auferat ſecum ſuos falſos hono
res quos tibi immerenti defert. reſpicitꝗ ad illud quod ſupra dixit, Ante diem blando caudā iacta
re popello. ſ. ut ad honores conſequendos ſuffragia populi captaret. *Tecum habita.*] id eſt, te ip-
ſum conſule qui ſis, atꝗ ut in prima ſatyra dixit, nec te quęſiueris extra. aut tecum habita. i. conti-
ne teipſum intra te. Martia. teꝗ ipſe memento Intra pelliculam cerdo tenere tuā. Nam ut ait Sene.
in Epiſt. argumentum compoſitæ mentis exiſtimo, poſſe conſiſtere, & ſecū morari. *Vt noris.*] .i. B
ut cognoſcas. *Quàm curta ſupellex ſit tibi.*] .i. Quàm tenuis & anguſta res familiaris ſit tibi. i. quan-
tum tibi deſit ad hoc ut ſis uir egregius, quod paulo ante dicebas te credere uiciniæ prædicanti.

EOPHRASIS MVRMELLII.

Viciſſim carpimus, & carpimur. Mortalium uita hoc modo agitur, ita uiuere didicimus. Ha-
bes occultum uulnus ſubter ilia, ſed balteus lati auri protegit id, quo minus uideatur. age ut ma-
uis, da uerba & falle uires tuas, ſi potes. Irritatus his uerbis glorioſus homo. An inquit non credā
me eſſe uirum egregium, cum uicini me talem prædicent? Reſpondet poeta. O improbe ſi palles ui
ſa pecunia, ſi facis quicquid libido amarulēta tibi imperauit, ſi cautus grauibus uſuris debitores
affligis, fruſtra applicaueris uulgo aures aſſentationum captatrices. Reſpue, & ne aſſume tibi id
quod nō es. Auferat aſſentator ſuas adulationes. Domi tuæ uiue, & cognoſce, quàm diminuta ſu-
pellex ſit tibi, quamꝗ multa deſint.

SCHOLIA.

Cædimus.] Commune mortalium uitium eſſe dicit, ut alius alium reprehendat. Eſt autem hic
uerſus prouerbialis, cuius hæc eſt ſententia. Viciſſim carpimus, & carpimur, ridemus & ridemur,
mordemus & mordemur, lædimus & lædimur. Sumptū aūt eſt à re militari. Hora. in Epiſtolis. Cę
dimur, & totidem plagis cōſumimus hoſtem. *Sed lato b.a. prot.*] Sed hoc tuum ſcelus ab opibus C
tegitur, Quia uero ilia dixit, ideo balteo tegi ſubiunxit. Nam balteus cinguli militaris genus cū la-
tum ſit, ilia ipſa operit, quæ ſub lateribus ſupra coxendices ſita ſunt. Balteus per t exile ſcribēdum
eſt. *Da uerba.*] Sicut miles uulneratus aliorum aſpectum, diſſimulato uulnere, fallere quidē po-
teſt: neruos autem & uires ſuas decipere non poteſt, quibus uulneris dolor eſt detrimento. ita
uitioſus homo uulgum decipere facile poteſt, occultando uitia ſua, ſed ſuam ipſius conſcientiam
fallere non poteſt. *In penem amarum.*] Ab effectu, quia multarum amaritudinum cauſa eſt uene-
rea libido. *Venit.*] Præteritum eſt à uenio, non à uæneo. Falluntur qui nodū in ſcirpo quærentes
accipiunt pro uenditur. *Puteal.*] Locus Romæ fuit ad quem conueniebant fœneratores, uel tri-
bunal prætoris. Senſus eſt. Si grauis & moleſtus es debitoribus, dum uſuras exigis, & cogis eos ad
ſolutionem. *Vibice.*] Vibix eſt ſignum, quod relinquit ſcutica, dicta quòd ui fiat. *Cerdo.*] Vi-
lis homo lucrum ſectans, qui artes illiberales exercet. κέρδος enim lucrum ſignificat. Aut quod non
minus placet, cerdo dicitur fraudulentus aſſentator, ab eo quod Græce κερδὼ uulpes dicitur. ut al-
ludat ad Aeſopi apologū de uulpe & coruo, quem refert Apuleius in Floridis. aſſentator enim dū
maxime blanditur, tendit inſidias & fraudem ſtruit. *Tecum habita.*] .i. tuapte ſupellectile te meti-
re, ac tuis ipſius malis bonis ue teipſum expende. Tranſlatum ab ijs, qui in principum familijs a-
gunt, & ex alienis opibus, perinde quaſi ſuis intumeſcunt, quibus ſi domi uiuendum ſit, uix ſalinū D
habeant, quod apponant. Homerus. Aedibus in noſtris quæ praua aut recta gerantur. C. *Si
puteal multa cautus uibice flagellas.*] Audio quoſdam ſcribere, puteal, prætoris tribunal ſubſelliumꝗ
eſſe. Acron refert, eſſe locum ad quem conuenirent fœneratores. Porphyrio, ſedem fuiſſe prætoris
propè arcum Fabianum, ita nūcupatum, quia à Libone illud primū tribunal & ſubſellia colloca-
ta fuerint. Eſt qui interpretetur dici puteal, quòd ibi creditor debitori dans bona, tanquā in pute-
um mittit. Ego uerò in ueterum libris comperio, in comitio, in gradibus ipſis ad leuam curiæ, fu-
iſſe Actij Nauij ſtatuam, capite uelato, quo in loco is cotem nouacula diſciderit: qui locus, inquit
Dionyſius, uocatur à Romanis puteus, ubi ara eſt ſubterranea. Cicero autem in Diuinationibus,
Cotem, inquit, & illam nouaculā defoſſam in comitio, ſupraꝗ impoſitum puteal accepimus. Eſt
uero puteal, ſicuti apud Iureconſultum obſeruauimus Pomponium, digeſtis de actionibus em-
ptorum & uenditorum, quo putei operiuntur: hoc eſt ueluti umbella quædam aut petaſus, qualē
pyramidibus impoſitum Plinius ſcribit, qualiſꝗ in Patauino uiſitur foro cōcinne faſtigatus, præ
tereꝗ plumbeis inductus tabellis. Inibi uerò iudicia exerceri ſolita neminem puto latere, quum lo
cus is in comitio foret, quod inde appellatum Varro ſcribit, quia illuc coirent comitijs curiatis &
litium cauſſæ diſceptarentur. Puteal hoc non omiſit idem Ouidius, Si puteal Ianumꝗ times, cele-

A reſq; calendas. Et Horatius idem alibi, Roſcius orabat, ſibi adeſſes ad puteal cras. P. Victor in regione Vrbis octaua, puteal conſtituit Libonis & Ianos duos, qui (inquit) locus erat mercatoribus frequens. De quo eſt illud Horatij: Forum putealq; Libonis Mandabo ſiccis. Inuenio in Græcorũ theſauris fuiſſe in Attica iuridicendo ſtationem, ſiue iudiciale forum, quod diceretur, ἐν φρέατι, id eſt in puteo. In eo cauſæ reorum agitabantur, qui cædis inuoluntariæ ſemel accuſati, rurſum ſpõte ad miſſi facinoris iudicium ſubirent. Erat uerò in mari locus is & forma iudicij inuſitata. Naui illuc uectabatur reus, ex qua etiam cauſam dicebat ita, ut nuſquam terrã attingeret. Immo nec ullis anchoris nauigium licebat infrenare, nec pontem mittere.

Cornutum laudans, aperit penultima ſeruos.

SATYRA V.

VAtibus hic mos eſt, centum ſibi poſcere uoces,
Centum ora, & linguas optare in carmina centum:
Fabula ſeu mœſto ponatur hianda tragœdo,
Vulnera ſeu Parthi ducentis ab inguine ferrum.
Quorſum hæc? aut quantas robuſti carminis offas
Ingeris, ut par ſit centeno gutture niti?
Grande locuturi nebulas Helicone leguntro,
Si quibus aut Prognes, aut ſi quibus olla Thyeſtæ
Feruebit, ſæpe inſulſo cœnanda Glyconi.
Tu neq; anhelanti coquitur dum maſſa camino,
Folle premis uentos: nec clauſo murmure raucus
Neſcio quid tecum graue cornicaris inepte,
Nec ſcloppo tumidas intendis rumpere buccas:
Verba togæ ſequeris, iunctura callidus acri,
Ore teris modico, pallentes radere mores
Doctus, & ingenuo culpam defigere ludo.
Hinc trahe quæ dicas, menſamq; relinque Mycenis
Cum capite & pedibus, plebeiaq; prandia noris.

ASCENSIVS.

VAtibus hic mos eſt.] Sicut in ſecunda ſatyra poeta reprehẽſurus ſacrilega uota mortaliũ, & auaritiam põtificũ, Macrinum: ita in hac quinta oſtenſurus ſolos ſapientes ac probos
B liberos eſſe, non quidem libertate ciuili à prætore uidelicet comprobata, ſed animi ac conſcientiæ, in qua ſeruorum plurimi qui ciuilem ſeruitutem ſeruierunt principes fuere, Cornutum philoſophum, præceptorem atq; amicum ſuum alloquitur, ſignificans ſe ipſi inexplicabili amore deuinci, ac morum ſtudiorumq; ſimilitudine conglutinari, uſqueadeo ut nõ dubitet ambos ſub uno horoſcopo ac cæli facie natos. Innuens præterea candorem ac ueram libertatem animi utriuſq;, ad aliorum ſtudia qui ſeruili animo ſunt progreditur. Vti
C tur autem hic ut fere in alijs dialogi forma, in quo cum Cornuto de ſatyrici ſtyli decoro nonnihil diſceptat. Cum enim ad uehementem ſuum in Cornutum amorem explicandum, more heroica ſcribentium, alniſone centum ora ſibi depoſceret, obuerſatur Cornutus, contendens talem uerborum rerumq; ſublimitatem, ad quam ſcilicet tot uocibus opus ſit, non cõuenire ſatyrico ſtylo, in quo Perſium uerſari norat: docensq; talem uerborum flatum ad Heroica aut Tragica carmina pertinere, in quibus poetarum hyperbolicis figmentis locus eſt, non ad ſatyram, in qua mera nudaq; ueritas exigitur. & hoc facit in præſenti lectione, in ſequenti autẽ purgabit ſe poeta, ut illic uidebimus. Perſonas loquentes ſuis locis ſuperſcripſimus ex noſtra magnorumq; uirorum ſententia: à quibus neſcio cur ſolus Nebriſſenſis deſciſcat, cum poſterior ſcripſerit, & frigidiora attulerit. ORDO. Hic, id eſt, huiuſmodi mos qui ſequitur eſt uatibus, id eſt, poetis grandiloquis, hoc eſt poetæ habẽt hunc morem, uidelicet poſcere, id eſt, exigendi à muſis, aut deſiderãdi ſibi in carmina, id eſt, ad car
D mina ſcribenda, centum uoces, & optare ſibi centum ora & linguas centum. ſeu, id eſt, ſiue fabula, ſ. tragica, ponatur, id eſt, componatur & ſcribatur ab eis, hianda, id eſt, cum hiatu & rictu oris pronuncianda, tragœdo, id eſt, actori tragœdiarum, mœſto, id eſt, mœſtitiam præ ſe ferenti: nam bonus actor talem ſe gerit, qualis fuerit quem repræſentat. ſeu. i. ſiue, uulnera Parthi ducentis ferrum, id eſt, telum ferratum ab inguine. i. à pudendis, ſup. ſunt cantanda heroico cothurno. Poteſt autẽ duplex eſſe ſenſus: aut enim uulnera dicit quæ Parthus ducens. i. extrahens ferrum ab inguine, patitur: aut quæ Parthus facit ducens ferrum ab inguine. i. è pharetra, quæ uſq; ad inguen dependet, uel quod potiſſimum placet, ducens ſic ferrum ab inguine, ut intelligatur propter peritiam ſagittãdi ex directo ab inguine, hoc eſt à medio ſui in equo ſedentis telum ducere. Sunt enim Parthi optimi ſagittarij, qui fugam diſſimulando ſæpe uictoriam obtinuerunt, & Romanis ſigna. i. uexilla abſtulerũt, ob quod eiſdem inuiſi erant. Per uulnera autem Parthi bellicam, hoc eſt heroicam tangit materiam. Nam tam heroici carminis ſcriptores quàm tragici altiſoni ac cothurnati ſunt. Audiẽs autem tale principium potius heroico quàm ſatyrico ſtylo congruens Cornutus, quorſum inquit hæc ſup. tendunt, quaſi dicat, nunquid ad ſatyram? aut quantas offas. i. pingues & ſpumoſas particulas carminis robuſti. i. ſolidi & neruoſi, quale eſt heroicũ non ſatyricum, ingeris. i. inculcas, ut ſic par, id eſt, æquũ argumento. ſ. rerũ, niti, id eſt, moliri aut conari, centeno gurgite. i. centũ uocibus

quaſi

quaſi diceret,id ad ſatyram non pertinet. Et ideo ſubdit,locuturi,id eſt,qui loqui parant,grãde,id A
eſt,aliquid altiſonum,legunto,id eſt colligant:Helicone,in monte illo Muſis ſacro,nebulas, id eſt,
obſcura ac friuola uerborum inuolucra rerumq; figmenta,ij inquam legũto,ſi quibus . ſiqui ſup-
ſunt quibus , ola , id eſt decoctio Prognes , quæ propter uiolatam Philomenam ſororem ſuam à
Tereo marito ſuo, ei Ithin ſuum illiusq; filium decoctum in ola apposuit,aut ſi ola Thyeſtæ, id eſt,
in qua Thyeſtes filios ſuos ab Atreo decoctos edit,feruebit,id eſt,bulliet,hoc eſt feruere deſcribe-
tur,cœnanda,id eſt , in ſcenis agenda,& per imitationẽ Terei & Thyeſtæ in cœna comedenda Gly
coni,id eſt,actori tragœdiarum inſulſo,id eſt,inepto & inſipienti,cui talia nugamenta ſapiunt . Vi
detur autem nomen fictitium,quia glycis Latine dulcis dicitur,quaſi ille dulcis cibi amator , quia
inſulſus eſt talem cœnam libenter cœnet. Senſus ergo eſt . poetæ tragici qui ad delectationem fig-
menta afferunt,poſcant ſibi centũ uoces,non tu qui neq; premis uentos folle,id eſt,ſtomacho tuo
uice follis,anhelanti,id eſt aſpiranti, dum.i.quamdiu,maſſa coquitur camino.i.igni fornacis,hoc
eſt neq; efflas inanes glorias,quemadmodum folles efflant in o[...]na fabri ferrarij uẽtos dũ maſ-
ſa coquitur,id eſt,tu neq; tractas dicendi genus ampullatum aut inflatum , nec tu raucus , ex aſſi-
duo ſcilicet clamore,cornicaris,id eſt,per modum cornicis ubi ſoli placens, & ſolus ſpatiatus gar
ris inepte,id eſt,indecenter tecum,clauſo murmure,id eſt,cæca murmuratione,neſcio quid graue
quod ſcilicet eloqui uelis & non ualeas:nec intendis rũpere buccas tumidas,id eſt,inflatas, ſclop- B
po,id eſt,ſono denſo inflati oris,id eſt,non uteris nimis profuſa ac ſonora uoce.ſequeris enim uer
ba togæ,id eſt,quæ de rebus tempore pacis actis aut commiſſis tractant,ut ſunt uitia . Vnde Iuue-
nalis. Nũc patimur longę pacis mala,ſæuior armis Luxuria incubuit, uictumq; ulciſcitur orbem.
Et tu callidus ſeri iunctura,id eſt,ſubtili compoſitione,teris,id eſt,terſe loqueris modico ore : ens
doctus,id eſt peritus,radere,id eſt,ſubtiliter purgare & carpere,mores pallentes,id eſt, eorũ quo-
rum pallida mens eſt criminibus,id eſt,quos qui habent uerentes reprehendi pallent.pallentes er
go ab effectu,id eſt,pallidos facientes.& tu ſcis defigere,id eſt,obelo aut ueru notare & delere cul-
pam,id eſt uitia,in ludo,id eſt,ſchola aut loco ad docendum apto,aut ludo ingenuo, id eſt, carmi
nis ſtylo non turgido,ſed ingenuo digno,ingenuo,id eſt,quo ingenui conueniunt. Trahe,id eſt ex
cerpe,hinc,id eſt,ex hoc ludo tuo liberalium artium,quæ dicas:& relinque Mycenis, ciuitati Laco
niæ,Agamemnonis patriæ,ubi Thyeſtæ filius appoſitus eſt,& Agamemnon occiſus , relinque in-
quam menſam cum capite & pedibus.i.omnibus appoſitis ad tragœdiam facientibus , & noris.i.
fac noſcas,prandia plebeia.i.humilia non regalia .i . carpe ſatyrice luxus prandiorum plebeiorũ;
& non tragice cœnas ſceleratas regum.hactenus Cornutus.

IOANNES BRITANNICVS.

Vatibus hic mos eſt.] Ex Stoicorum ſententia oſtenſurus poeta homines aliquo uitio laboran- C
tes inſanos eſſe,nec ſui poteſtatem habere,ita ſatyram orditur ut Cornutum,quo ad philoſophi-
am diſcendam uſus eſt magiſtrô alloquatur , optatq; ſibi dari eas uires in carmine , quibus amo-
rem ſuum in Cornutum,quem ſibi reſpondentem introducit,enarrare ualeat. *Centum uoces.*]
Vergilius. Non mihi ſi linguæ centum ſint,oraq; centum,Ferrea uox,&c. *Fabula ſeu mæſto.*] Sen-
ſus eſt. poetæ ſiue carmen tragicum,ſiue heroicum ſcripturi,centum ora & centum uoces ſibi dari
poſtulant. *Ponatur.*] Scribatur ut alibi. Nec ponere lucos Artifices. *Hianda.*] Magno ſpiritu
pronuncianda. Illud reſpexit,quod tragœdia altiloquo conſtat ſtylo . *Mæſto.*] Tragœdiarũ ma
teriam expreſſit,iis enim res mœſtæ ſcribuntur. *Tragœdo.* Tragœdi actores dicuntur tragœdia-
rum,tragici uero ſcriptores. *Vulnera ſeu Parthi.*] id eſt,carmen heroicum,quo bella maxime de
cantari ſolent. *Vulnera Parthi.*] Aut quæ ipſe accepit, ut ſit æmulatio Horatiana. Aut labentis e-
quo deſcribit uulnera Parthi:aut quæ aliis intulit. *Ducentis.*] Extrahentis ab inguine percuſſo,
aut expreſſio eſt percutientis. *Quorſum hæc.*] Subaudi dicis,uerba Cornuti introducti admiran
tis cur poeta cum ſatyram poema quidem humile ſcribat,optet ſibi dari tot linguas. *Quantas of-
fas.*] Quantum globum,& carminum coaceruationem . Nam offa appellatur omnis res , quæ in
tumorẽ creſcit,à uerbo tu ophelin,id eſt,à tumeſcendo. Vnde & fruſta carnis offas dicimus. Feſtus
Pompeius. Offam porcinam cum cauda,offam penitam dicebant. Iuuenalis. Et patruo ſimiles ef- D
funderet offas. Plinius item res in unum conuolutas,& in modum pilæ collectas,offas appellat,ut
eſt illud. Amygdalinum oleum quod aliqui uocant neptum,arefactis & in offam contuſis exprimi
tur. *Ingeris.*] Paras aggregas. *Vt par ſit.*] Conueniens & ęquum ſit. *Niti.*] Adiuuari. *Grã
de locuturi nebulas Helicone &c.*] Ab iis inquit ſinito muſas inuocari,qui tragœdias & res magnas ſcri
pturi ſunt. *Grande.*] Vt tragœdias,quæ res grandes continent . Ouidius in Triſtibus. Et dedi-
mus tragicis ſcriptum regale cothurnis:Quæq; grauis debet uerba cothurnus habet. *Nebulas.*]
Hoc uerbo latenter eos poeta irridet,qui Muſarum inuocatione putant in carmine ſcribendo ad-
iuuari , oſtendens illic , Nec fonte labra , uirtutem hominis parari labore & induſtria,non autem
hauſtu fontium ſacrorum & Muſarum inuocatiõe,cum huiuſmodi omnia ſint prorſus uana . Per
nebulam igitur Muſas intelligit quaſi rem inanem , & quæ parum proſit . Helicon mons eſt Bœo-
tiæ,Muſis ut diximus conſecratus à Thracibus. *Legunto.*] Colligant, quærant. *Olla Prognes.*]
Tragœdia Prognes , quæ in ultionem Philomenæ ſororis ſuæ à Tereo marito ſtupratæ Ithin fili-
um comedendum appoſuit. Eundem Itylum appellat Catullus. Qualia ſub denſis ramorum con
cinit umbris Daulias, aſſumpti fata gemens Ityli. nota eſt fabula. *Olla Thyeſtæ.*] Tragœdia,cui
nomen eſt Thyeſtes. Eam auctore Fabio Varius magna laude ſcripſit,cui Cornelius adſtipulando

A ita ſcribit. Nec ullus Aſinij aut Meſſalæ liber tam illuſtris eſt, quàm Medea Ouidij, aut Varij Thyeſtes. Eandem tragœdiam ſcripſerunt Seneca & Caſſius Etruſcus Parmenſis, cuius meminit Horatius. Etruſci Quale fuit Caſſi rapido feruentior amni Ingenium, cuius argumentum tale. Atreus, & Thyeſtes Pelopis & Hippodamiæ filij, eo inter ſe impietatis uenere, ut Thyeſtes cum Europa fratris uxore concumberet, in cuius ſceleris ultionem Atreus Tantalum eius filium apposuit epulandum, quod dolens Thyeſtes, consulto oraculo de uindicta, accepit poſſe alio ſcelere eius facinoris ultorem naſci, ſi cum Pelopeia filia concumberet. quod cum feciſſet, natus eſt Aegiſtus, à quo & Atreus, & Agamemnon è bello Troiano reuerſus interempti fuerunt. *Olla Thyeſtæ.*] Quæ ei apposita fuit ab Atreo. *Feruebit.*] Scribetur. reſpexit hoc uerbo feruebit ad fabulam. Nam appositi ſunt filij parentibus in cœnis. *Cœnanda.*] Agenda, recitanda in ſcenis. *Glyconi.*] Nomen eſt tragœdi. ut gladiatoris apud Horatium. Et quia deſperes inuicti membra Glyconis. *Tu neque anhelanti coquitur dum maſſa camino, Folle premis uentos.*] Cornuti uerba ſunt. Tu Perſi multa cogitando inflatum & turg…m carmen non meditaris. imitatio eſt Horatij. At tu concluſas hircinis follibus auras, Vſq; …orantes dum ferrũ molliat ignis, Vt mauis imitare. *Premis.*] Concipis, cogitas. *Ventos.*] Carmen inflatum & ſuperbum. *Folle.*] id eſt, animo. *Coquitur dum maſſa.*] Dum ferrum igni mollitur, id eſt, dum tecum multa reuoluis & conſideras. *Camino.*]

B Fornace, id eſt, pectore tuo. *Nec clauſo murmure raucus.*] Morem altiora meditantium expreſſit, ut alibi, Murmura cum ſecum & rabioſa ſilentia rodunt: Atq; exporrecto trutinantur uerba labello. *Cornicaris.*] Tractum à cornicibus, quæ ueluti ſtrangulatam uocem emittunt, ut ſe cum garrire uideantur. *Inepte.*] Aduerbium eſt: nam ſi uocatiuus eſſet, contumelia afficeret, quem ſequentibus uerſibus laudat. *Intendis.*] Proponis, tractum à ſagittarijs, qui arcum intendere dicuntur. *Scloppo.*] Fictum uerbum à ſono & ſtridore uocis. *Buccas.*] Bucca pars eſt oris quæ inflari ſolet. Horatius. Quin Iuppiter ambas Iratus buccas inflet. Ab eo fit buccula, quæ pars eſt galeæ, qua tegitur pars anterior oris. Iuuenalis. Et buccula pendens Et curtum temone iugum. *Verba togæ ſequeris.*] Non bella ſcribis, ut tibi opus ſit centum linguas expoſcere, ſed materiam quidem humilem, qualis eſt ſatyra. *Verba togæ.*] id eſt, paci conuenientia. Nam toga armis opponitur. Martialis. Clarum militiæ Fronto togæq; decus. Cicero. Cedant arma togæ. Aſconius eam communem habitum marium & fœminarum fuiſſe ſcribit. *Callidus.*] Acutus. *Iunctura acri.*] Compoſitione uerſuum apta & uenuſta. *Teris.*] Scribis. ſumptum eſt à fabris, qui limãtur & metalla. *Ore modico.*] Non ſuperbo & turgido. Illuc deniq; ſpectat Perſium nõ materiam tam ſuperbam tractare, ut conueniat tot uoces ſibi optare. *Pallentes radere mores Doctus, & ingenuo culpam defigere ludo.*] Hinc argumentum ſatyræ oſtenditur, quæ ad hominum uitia carpenda emer-

C ſit. Hic ergo ſenſus eſt. Didiciſti quidem Perſi uitia hominum inſectari. *Radere.*] Tangere & mordere. tractum à medicis qui cultro radere & reſecare uulnera ſolent. Perſius alibi. Sed quid opus teneras mordaci radere uero Auriculas? *Mores.*] Vitia. *Pallentes.*] Quod homines conſciẽtia uitiorum expalleant. *Defigere.*] Notare. *Ingenuo ludo.*] Liberali carmine, & ſatyra quadam digna libero homine non petulanti. Ingenuus dicitur, qui ſtatim ut natus eſt liber eſt, ſiue ex duobus ingenuis matrimonio conſtante editus eſt, ſiue ex libertinis duobus, ſiue ex altero libertino & altero ingenuo. De hoc lege Iuſtinianum. *Culpam.*] Crimen, uitium. *Hinc trahe quæ dicas*] Ex ludo i. id eſt, liberali ſatyra, ut ſit ſenſus. Si ſcripturus aliquid es, ſatyram rem quidem humilem, & non tragœdiam opus ſuperbum, ſcribe. *Menſam.*] Tragœdiam intellige, quæ filios parẽtibus appoſitos ſcribit. *Mycenis.*] Ciuitas eſt Laconię, Agamẽnonis patria, ubi Atreus Thyeſtæ fratri filium apposuit epulandum. *Plebeiaq; prandia noris.*] id eſt, materias humiles, & non altiloquas & regales, quales in tragœdijs ſcribuntur. ut Ouidius docet. Et dedimus tragicis ſcriptum regale cothurnis. *Prandia.*] Ideo quia in tragœdijs apponi filios epulandos in prandijs conſtat.

IOANNES BAPTISTA.

Vatibus hic mos eſt.] Duplicem eſſe ſeruitutem & libertatem reperio. Eſt una ſeruitus de iure gẽtium, & propter bellorum occaſionem reperta, ne enim omnes uita priuarentur in bello, hoc re-

D medium inuentum eſt, ut captiui ſerui fierent. Altera eſt philoſophica, cum aliquis uitijs paret apud philoſophos ſeruus nuncupatur. Similiter eſt quædam libertas ſecundum ius, qua ingenuus & manumiſſus gaudet. Altera eſt philoſophica, quando nulli uitiorum turpitudini ſubiectus ſit. ex quo exit illud Ciceronis parodoxon. Omnes ſapientes liberos eſſe, & ſtultos ſeruos. Nam quã ſtultus eſt (ut inquit Seneca) malus eſt qui malus, nullo uitio caret: ergo ſtultus omnia habet uitia, quorum eſt mancipium. quod uolens oſtendere Perſius, ita huius ſatyræ incipit exordium, ut optet centũ uoces, & ora in carmine centũ, quorũ auxilio & ope quantũ ſinuoſo pectore fixeris Cornutum præceptorem ſuum uoce trahat pura: quem cum alij alia ſectentur, philoſophiæ quæ animorum medela, ſollicitudinum expultrix, & debellatrix cupiditatum, qua ueram libertatem auctore Seneca omnes nanciſcuntur, ſtudioſum eſſe oſtendit, atq; laudibus immodicis proſequitur. & eſt ſenſus. Omnis poetarum turba ſiue tragœdiam, ſiue alicuius hiſtoriam, & laudes heroico uerſu, quo prima (ut auctor eſt Euſebius) Phemonoe Apollinis teſte Plinio filia, futura cecinisſe narratur, ſcripturus ſit, à dijs centum uoces, & totidem ora dari ſibi exoptare conſueuit. *Vatibus.*] Poetis, qui apud Græcos per excellentiam ſex ſunt, ut his uerbis ſcribit interpres Oppiani de piſcibus ποιηταὶ μὲν κατὰ ἐξοχὴν εἰσὶ ἕξ, Ὅμηρος, Ἡσίοδος, Ἄρατος, Ἀντίμαχος, Πίνδαρος καὶ [illegible]. Dicitur autem uates à uiendis uerſibus, id eſt, uinciendis. *Centum uoces.*] Non mihi ſi linguæ centum

ſint

ſint oraq́ centum,inquit Vergilius. Papi. Non ego centena ſi quis mea pectora laxet Voce deus. A
Parcius ab Homero dictum οὐδ' εἴ μοι δέκα μὲν γλῶσσαι δέκα δὲ ςόματ' εἶεν,id eſt,decem ora & decem linguæ.
Ponatur.] Scribatur,componatur. *Hianda fabula.*] Tragœdia cum magno ſpiritu pronuncian-
da,quæ(ut diffiniunt Græci)eſt λύπων περιοχὴ,id eſt,rerum triſtium comprehenſio,cum comœdia
ſit ἰδιωτικῶν καὶ πολιτικῶν πραγμάτων ἀκίνδυνος περιοχὴ,id eſt,priuatarum ciuiliumq́ rerum ſine periculo
uitæ comprehenſio.Ideoq́ Euripides petenti Archelao regi,ut de ſe tragœdiam ſcriberet,abnuit,
& precatus eſt ne accideret Archelao regi aliquid tragœdiæ proprium.Tragœdiæ Aeſchinem pa-
rentem eſſe putant Athenienſes(ut inquit Apollonius apud Philoſtratum) quod negare uidetur
Socrates apud Platonem in Minoe.Tragœdus eſt actor,Tragicus poeta. *Mæſto.*] Triſti,luctuo
ſo,dum fingit perſonas in tragœdia introductas,quæ mœſtos & exitiales exitus ſortitur. Pol. hi-
ſtrio nobiliſſimus Electram fabulam acturus,lugubri habitu Electræ indutus,oſſa atq́ urnam è ſe
pulcro tulit filij,& quaſi Oreſtis complexus non imitamentis,ſed lamentis ueris,& ſpirantibus e-
git ueram fabulam. auctor Gellius in ſeptimo. *Vulnera ſeu Parthi.*] Seu carmine heroico Par-
thorum bella deſcripturus eſt,per quos omnes uiros fortes intelligit, quorum bella digna ſunt ut
ſcribantur.Pugnaciſſima enim gens Parthorum inquit Herodotus.Parthi autem populi orientis
fuere exules Scytharum,unde nomen.Scythica enim lingua Parthi dicuntur exules,ut Trogus &
Iuſtinus ſcribunt.olim regna Parthorum fuere duodeuiginti,& regna Perſarum erant, quæ nunc B
Parthorum intelligimus,inquit Plinius.Parthos ſolitos in fuga à tergo ſagittas emittere, adeo ut
fugientes non minores hoſtibus afferant calamitates,quàm conſiſtẽtes, auctores ſunt Plutarchus
& Appianus.Vnde Parthorum bellum fugax à Lucano appellatur. Vergilius. Fidentemque fuga
Parthum uerſiſq́ ſagittis. *Vulnera.*] Vel quæ accepit,uel quæ intulit Parthus.Habet enim for-
mam cõmunicatæ ultro citroq́ ſignificationis,ut illud Vergilianũ. Et uulnere tardus Vlyſſi. *Du
centis.*] Extrahentis. *Ferrum.*] Spiculum ſagittæ. *Ab inguine.*] Inguina tam dici genitalia fœ-
minarum,quàm uirorum,oſtendit Martialis illo uerſu. Acceſſi quoties ad opus,mixuſq́ moue-
mur Inguinibus. *Quorſum hæc?*] Cum poema humile,id eſt,ſatyram componat,cur tot uoces
exoptet,Cornutus præceptor admiratur,& cauſam quærit. *Ingeris.*] Accumulas,paras. *Quan
tas offas.*] Aggregationes,& carminum tumidas,& inflatas coaceruationes. Nam offa appellatur
res omnis quæ in tumorem creſcit,à Græco οἰδεῖν,quod tumorem ſignificat. Vnde fruſta eſculen
ta in quæ caro potiſſimum conciditur,offam nuncupamus. Columella. Caro in libralia fruſta cõ
ciditur,deinde offulæ carnis ſpiſſæ componuntur,& alternis ſal ingeritur.Offam apud Pliniũ pro
pulte interpretamur.Claudius imperator cum de lanijs ageretur exclamauit in curia. Rogo uos,
quis poteſt ſine offula uiuere:ubi accipi uidetur pro eſca ſcitiſſimi ſaporis,quæ fit ex iocinore por
cino in fruſtula conciſo.Prouerbium eſt annotatu dignum inter os & offam,cuius meminit Cato, C
quod ſignificat non eſſe de futuro nimis ſperandum. Græci ſic. πολλὰ μεταξὺ πέλει κύλικος καὶ χείλεος ἄ-
κρου,id eſt,multa cadunt inter calicem ſupremaq́ labra. *Vt par ſit.*] Aequum,iuſtum, conueni
ens. *Niti.*] Adiuuari. *Grande locuturi.*] Præceptum eſt Oratianum.Nec deus interſit niſi no-
dus uindice dignus Inciderit.Vnde dicit Cornutus Perſio.Qui res grandes,ut tragœdiam,& car-
men epicum ſiue heroicum, quod inuenit Phemonoe(ut etiam tradit Pauſanias) uerbis ampullo
ſis ſunt ſcripturi,Muſarum numen inuocent,ut ab illis magnas uires in carmine recipiant.Tibi e-
nim rem minimam aggreſſuro deorum auxilium non licet inuocare.cui refragatur Plato, ſcribẽs
quod in minimis quoq́ rebus diuinum præſidium debet implorari,quo prætermiſſo nullum te-
ſte Bœotio rite fundatur exordium.Nemo enim(ut inquit Auguſtinus)tam eruditus, tam doctus
eſt,qui ſuperna illuſtratione non indigeat. *Legunto.*] Legant, colligant, quærant. *Nebulas.*]
Muſas quidam exponunt,quas nebulas uocat,ut rem uanam & fruſtratoriam eſſe oſtendat Mu-
ſarum numen,& Apollinis auxilium inuocare.Ingenio enim & ſtudio cum aſſidua & diligenti ex
ercitatione acquiritur uirtus,non fontium hauſtu,& Pieridum inuocatione. Alij per nebulas tu-
mores intelligunt,& ampulloſos uerborum faſtus,uerba inania,& futilia ut nebulæ. Vnde nebu-
lones.Terentius in Heaut.Nebulonem hunc certum eſt eludere. *Helicone.*] Ex muſarum inuoca
tione,quæ in Helicone templum habent,ubi habitãt, unde Heliconiades dictæ. Heſiodus. μουσάων D
ἑλικωνιάδων ἀρχώμεθ' ἀείδειν αἵθ' Ἑλικῶνος ἔχουσιν ὄρος μέγα τε ζάθεόν τε,id eſt, Incipiam à Muſis Heliconia carmẽ
alumnis, Quæ iuga ſacra colunt montis ſpacioſaq́ terga. *O la Prognes.*] id eſt, ſi aliquam ſcri-
bant tragœdiam de Progne,quæ in cõuiuio patri Tereo filium Ithyn appoſuit,ut ulciſceretur uim
ſorori turpiter illatam à marito:qui ea non contentus iniuria, linguã etiam amputauerat,ne poſ-
ſet per uocem facinus aperire.inde mutati ſunt Tereus in upupam,Ithys in phaſianum, Philome-
na in luſciniam, Progne in hirundinem ſecundum Ouid.à quo diſſentit Probus ſcribens Prognẽ
in luſciniam, & Philomenam in hirundinem eſſe deformatas. Quod ſentire etiam uidetur Varro
ſic ſcribens.Luſciola quod luctuoſe canere exiſtimatur,atq́ eſſe ex Attica Progne facta auis. Vbi au
tem patratum fuerit hoc facinus docet Thucydides in primo uolumine his.Dauliam Tereus inco
luit,qua in terra ſcelus,quod de Ithi fertur mulieres illæ patrauerunt,unde inquit,Daulias poeta-
rum carmine celebrata eſt. Plinius autem cum dixit in mentione Thraciæ Biziam arcem Regum
eius à Terei nefaſto crimine inuiſam hirundinibus, non tam hoc intelligit (ut inquit Hermolaus)
quod quidam rentur,in Thracia id facinus ſeminatum fuiſſe,quàm quod etiam ſi commiſſum id
flagitium eſt in Phocide,aues tamen illæ hunc ſenſum habent,ut in Thracia quoq́ tam longinqua
regum eius arcem oderint.Huius rei Pauſaniam auctorem habeo, qui cum dixiſſet hirũdinem in

A Daulia non parere, ſubiungit nec in ipſa quoq; Terei Thracis patria his uerbis. [illegible] [illegible]. Mendum eſt in carmine Ouidiano, proſiluit
Ithyſq; caput. tu ſcribe Ithiliq; caput. *Autola Thyeſtæ*] Fuit Thyeſtes Pelopis & Hippodamię filius,
nepos Tantali Mycenarum regis, & frater Atrei, de quibus multa à poetis, ut à Seneca & Statio cō-
memorantur, qui ſane oſtendunt eos fuiſſe inter ſe ſæuos, adeo ut Thyeſtes cum Europa fratris u-
xore concumberet, quod dolēs Atreus liberos ei epulandos appoſuit. Cuius facinoris cum Thye
ſtes exquireret ultionem à dijs, reſpondit illi Apollo, poſſe alio ſcelere huius facinoris uindicem na
ſci. ſ. ſi cum Pelopeia filia ſua concumberet: quo facto natus eſt Aegiſtus, qui Atreum interfecit, &
Agamemnona ſimiliter à Troiano bello redeuntem interemit. unde poſtea poetæ tragœdiā com-
poſuerunt. Refert Ser. Atreum apud Mycenas primum ſolis eclipſim inueniſſe, cui inuidens frater
ex urbe diſceſſit, tempore quo probata ſunt eius dicta. *Feruebit.*] Deſcribetur: per metaphoram,
quoniam olam dixit, in qua filios elixos ab Atreo Thyeſtes inſcius facinoris cœnauit. Atreus ad
Thyeſten apud Senecam. Epulatus ipſe es impia natos dape. *Cœnanda.*] Agenda, recitanda. *In
fulſo Glyconi.*] Tragœdo fatuo, & inſipido, quaſi ſine ſale M. Tul. Sed locutus eſt inſulſe, ut mirum
conuiuium ſenatus exceperit. alias Glyco apud Orat. eſt nomē gladiatoris. Fuit & medicus nomi
ne Glyconis tempore Auguſti modeſtus & frugi, cuius Tranquillus, & M. Brutus in Epiſtolis ad Ci
B ceronem meminerunt. *Tu neque anhelanti.*] Imitatio Oratij, qui ſic in primo Sermo. ſat. iiij. At tu
concluſas hircinis follibus auras, Vſq; laborantes dum ferrū molliat ignis, Vt mauis imitare. & eſt
ſenſus. cum carmen tenue & ſatyrā, quæ in humili dicendi charactere uerſatur, componere medite
ris, ut centū linguas in carmine exoptes, non eſt conueniens. & ita eum quodāmodo laudare uide
tur, quod non opus turgidum & ampulloſum ſcriberet: ſed mediocritatem, uerbis ampulloſis ui
tatis, ſequeretur. *Anhelanti camino.*] Ardenti fornace. i. pectore tuo. Ponit enim caminum pro pe
ctore, ſumpta à fabro ferrario tranſlatione. κάμινον Gręci fornacem uocant. Sedulius de tribus pue
ris. Flammis Ardentis fidei flamma eſt extincta camini. illud notum ex libro Danielis de iſtis pue-
ris in fornacem coniectis, ubi Græce ſic legitur. [illegible]
[illegible], id eſt, miniſtri regis incendentes fornacem naphtha, & pice, & ſtupa, & ſarmēto.
Iuriſconſul. tit. de ſeruit. præd. Heliocaminum appellant locum oſtenſum ſoli, & ſole caleſcentem,
ab helios quod eſt ſol, & caminus. quod non tam fornacem apud idoneos ſcriptores, quàm locū
in cœnatione ſignificat ubi fit ignis, in quo ſignificatu eſt illud Ciceronis ad Atticum. Luculento
camino utendum cenſeo. Orat. Per brumam Tiberis, ſextili mēſe caminus. *Coquitur dum maſſa.*]
Igni ferrum mollitur. i. dum tecum aliquid cogitas, reuoluis, conſideras. *Premis folle.*] Mēte tua
concipis, & animo, Metaphoricos. ut Iuue. qui guttura tumeſcentia folles nuncupauit illo uerſu.
C Tunc immenſa caui ſpirant mēdacia folles. Sunt enim folles inſtrumenta fabrilia, quibus interue-
niente ſpiritu ignis ſuſcitatur, quibus utuntur ferrariæ, argentariæq; officinæ. Primus Anacharſis
Scytha philoſophus folles ignis exſuſcitatores inuenit, ut refert Strabo lib. vij. aliàs follis eſt pila, cu
ius inuentor fuit Pithus, auctor Plin. Eſt & follis marſupium, crumena, nummorum receptaculū.
Hinc follitum pro bene nummato dixit Plaut. Auguſtinus libro ultimo De ciuitate dei folles pro
nummis accepiſſe uidetur, ſcribens Hipponenſem quendam ſenem coquo uendidiſſe piſcem præ
grandem follibus trecenis, in cuius uentriculo annulus aureus eſt inuentus. *Cornicaris.*] Illo
tuo murmure, & uoce ſtrangulata, preſſa, & dentibus quodammodo ſecta uerba pronuncias, ut
garrire, & cornices imitari uidearis. Hiero. Et intra ſe neſcio quid cornicantes. Cornices autem uo
cales inueniri, & nos ſcimus & Plin. atteſtatur in x. Vnde Papinius in Syluis. Quæq; refert iungens
iterata uocabula cornix, & ſi perdix paſſim in omnibus Papinij codicibus legatur. Huic longiſſi-
ma eſt uita, ut pote cui nouem noſtras ætates dederunt Ouid. Verg. & Heſiod. his [illegible]
[illegible], id eſt, garrula cornix nouem hominum uiuit ætates. quam ſententiam
fabuloſam Plin. exiſtimat. *Neſcio quid graue.*] Tumidum, inflatum, & ampulloſum. *Inepte.*] Ad
uerbium. nàm ſi ſalutatiuus caſus eſſet, poeta iniuria à pręceptore Cornuto pulſaretur. Quid ſit in
eptus docet Cicero in ij. de Oratore. *Intendis.*] Deliberas, decernis, proponis. *Scloppo.*] Sclop
D pus eſt ſonus, qui ex buccis inflatis emittitur. Bucca aūt eſt anterior illa concauitas unde uox pro-
dit, & qua concipitur flatus. Iuue. Notæq; per oppida buccę. Vt Iuppiter ambas Inflatus buccas, in
quit Orat. Marci Antonij uxori bucca altera erat inflatior, ut docet Tranquil. in libello De gram-
matica. Plinius libro xi. de buccis ſic inquit. Infra malas ſunt hilaritates riſumq; indicantes buccæ.
Buccam accipit pro ore Hiero. ad Paulinum, & M. Tullius in Epiſtolis ad Atticum. Inde buccula
deducitur, quod ſignificat paruam buccam, ſiue oſculum ipſum, id eſt, paruum os, ſiue partem ge
narum, quæ inflatur, intelligere uelimus. In quo ſignificatu accipitur illud Sueto. in Galba. Con-
ſtat Auguſtum puero adhuc ſalutanti ſe inter æquales apprenſa buccula dixiſſe. *Verba togæ ſeque
ris.*] Scribis ſatyram, poema humile, & paci conueniens, non autem bella canis, ad quæ ſcriben-
da & centum uoces, & Apollinis numen implorare liceat. *Togæ.*] Pacis. Toga ueſtis communis
omnium Romanorum tam fœminarum quàm marium, ſed prætexta honeſtiorum, toga uiliorū,
auctor Aſconius, dicta toga à tegendo quod corpus tegat. Hæc laxa erat, & in ſinum mulis criſpu
lis ſubtracta ſuccingebatur. Tibullus. Et fluit effuſo cui toga laxa ſinu. Hinc Romani dicti togati.
Virgilius. Romanos rerum dominos, gentemq; togatam. Quoniam uero in pace tantum togæ
uſus erat (nam depoſita toga chlamydem ſumebant aut lænam) factum eſt ut toga pro pace, ſicut
arma pro bello, ponatur. Ouidius. Occidit exemplum iuuenis uenerabile morum, Maximus ille

arma

armis;maximus ille toga.Mart.Clarum militiæ Fronto togæq; decus.Plinius. Vt dubium ſit toga A
ne an bello præſtantior ſit. *Callidus.*] Aſtutus,doctus,eruditus,acutus, à calleo, quod ſignificat
ſcio,noſco.Oratius.Legitimumq; ſonum digitis callemus,& aure. *Iunctura acri.*] Apta,eleganti,
& uenuſta carminum compoſitione. *Ore modico.*] Humili,tenui,& non inflato. *Teris.*] Scri-
bis,componis,ſuperflua amputãdo,ut fabri ferrarij lima ferrum, & cætera metalla, ut lucidius &
ſplendidius & magis perfectum opus faciant,terere & rodere conſuerunt.Vel teris, id eſt, carpis,
caſtigas,& mordes uitioſos. *Mores pallidos.*] Vitia,& ſcelera,quorum conſcientia ſtimulan ho-
mines pallidi efficiuntur.Oratius.Nil conſcire ſibi, nulla palleſcere culpa.Pelagius.Quid illud ob
ſecro eſt, quod ad omne peccatum aut erubeſcimus,aut timemus,& culpam facti nũc rubore uul
tus, nunc pallore monſtramus? *Et ingenuo culpam.*] Præter illam amuſſitatã ſatyræ ſcribendæ ſci
entiã,tanta dexteritate hominum mores & uitia taxare ſcis, ut illis tua caſtigatio ludus eſſe uidea-
tur. *Culpam*] Noxam,crimen,ſcelus,uitium. *Defigere.*] Caſtigare,notare,reprehendere. *Lu
do ingenuo.*] Non petulanti,non ruſtico,& minime illiberali,ſed faceto uerſu, & ſatyra hominc in-
genuo digna.Eſt autẽ ingenuus is qui ſtatim ut natus eſt liber eſt,ut ſcribitur in Inſtit. & ut inquit
Boetius in comment.Topic.Ab antiquitate ingenuorum gentilitas ducitur. Ab ingenuo fit inge-
nue aduerbium ſimpliciter,& aperte.Sueto.in Auguſto.Et ſæpe ingenue profeſſus eſt.i.aperte.Ci-
ce.& Cor.Tacitus ingenuas artes uocant liberales tanquam hominibus ingenuis ingenueq; edu- B
catis dignas. *Hinc trahe quæ dicas.*] Senſus eſt.Si aliquid es ſcripturus, omiſſis rebus grandiori-
bus & neglectis turgiditatibus,humilem deſcribe ſatyram, & illorũ mores taxa,quos erraſſe cog-
noueris. *Hinc.*] Ex iſto ludo ingenuo & liberali ubi ingenito. *Menſamq; relinque.*] Tragicũ ſty-
lum,& characterem grandiloquum,ut eſt tragœdia,in qua filij patribus in conuiuio appoſiti de-
ſcribũtur.unde dixit menſam,quæ eſt lectus tricliniaris diſcubitorius,quo poſito cibos capimus.
Ouid.Nunc dape nunc poſito menſæ nituere lyeo.Apule.Menſas dapibus largiter inſtructas ac-
cumbunt.Græce dicitur τράπεζα,unde heliutrapeza dicta ſolis menſa Solino, & Pomponio, cuius
Hieron.& Herodotus meminerunt. *Mycenas.*] Vbi Atreus & Thyeſtes regnauerunt. Eſt autem
urbs Mycenæ in Achaia teſte Plin.dicta teſte Porph.in ij. Iliad. Homeri à Mycena nympha Laconi
ca.Condita fuit à Perſeo Iouis & Danaes filio.Mycenis regnauit Agamemnon.Vnde Vergilius.E-
ruet ille Argos Agamemnoniasq; Mycenas.Silius etiam dixit Agamemnonian Mycenẽ.De huius
autem ciuitatis potentia lege Strabonem in viij. *Plebeia prandia.*] Materias tenues,depreſſas &
humiles,non faſtoſas,nec regales,quales in tragœdia à poetis deſcribuntur. Prandio qui abſtinẽt
eorum præcordia celerius ſeneſcere dixit Hippocrates.

AELIVS ANTONIVS NEBRISSENSIS C

Vatibus hic mos eſt.] Cum duplex ſit libertas,animi.ſ.quam philoſophia præſtat,& corporis al-
tera,quæ iure gentium eſt introducta,atq; ediuerſo duplex quoq; ſeruitus,eorum.ſ.qui uitio labo
rant,& eorum qui dominis ſeruiunt:oſtendit poeta quis ſit uere liber, & quod uitioſi ſeruiunt, &
quidem ſeruitutem miſeram, ſecundum illud Saluatoris noſtri Ioannis viij.Qui facit peccatum ſer
uus eſt peccati.Alloquitur tamen prius Annęum Cornutum præceptorem ſuum in ſtudio philo-
ſophiæ,ex quo fonte hauſerat materiam ſcribendi ſatyram,cuius officium eſt commendare uirtu
tes & effulminare uitia. *Vatibus hic mos eſt.*] Senſus eſt.Poetæ ſcripturi tragœdiam aut carmen he
roicum ſolent optare ſibi centum uoces,centum ora,centum linguas, ut grande aliquid in carmi
ne ſonent.Tu uero o Cornute dicendi quodam genere temperato ſcribis de uirtutibus & uitijs,un
de ego ſumpſi materiam ſcribendi ſtylo pedeſtri.Dicit itaq;. *Hic mos eſt uatibus.*] Poetis. *Poſcere
ſibi centum uoces.*] Centenas uoces.ſubdit enim.Centum ora & centum linguas.ut ſimul centũ uo-
ces emittant.Ex Vergilio vi. Aeneid.Non mihi ſi linguæ centum ſint,oraq; centum,Ferrea uox.

Optare in carmina.] Ab illis ſubaudi deſcribenda.Et hoc faciunt. *Seu fabula.*] .i.tragœdia. *Po-
natur.*] Scribatur.Horatius in poetria.Scriptor honoratũ ſi forte reponis Achillem.& ſupra dixit.
Nec ponere lucũ Artifices,nec rus ſaturũ laudare. *Hianda.*] Cum magno hiatu poſtea in theatro
repræſentanda.Iuuena. Grande ſophocleo bacchamur carmen hiatu. *Tragœdo mœſto.*] Tragœ- D
diarum repręſentatori:nam tragicus eſt tragœdiæ ſcriptor.Mœſto autem dixit,quia tragœdia res
mœſta ac lugubris eſt. *Vulnera ſeu Parthi.*] .i.bellum Parthicum, quod Auguſti Cæſaris auſpicijs
geſtum eſt,quod ad ſtylum carminis heroici pertinet,& repete à ſuperioribus ponatur. i. deſcriba
tur. *Ducentis ferrum ab inguine.*] .i.Sagittas depromentis ex pharetra quæ ex humeris ad inguina
uſq; dependet.aut graphice ſagittandi modum exprimit. *Quorſum hæc.*] Subaudi optas centum
ora & centum linguas. *Aut quantas offas i.*] .i.quàm magna & grandia carmina ſcribis. Alluditq;
ad illud quod ſupra dixerat hianda,& infra dicturus eſt:Inſulſo cœnanda Glyconi. *Ingeris.*] De
uorandas apponis. *Vt ſit par.*] .i.iuſtum & conueniens. *Niti centeno gutture.*] Centum gutturi
bus totidemq; linguis coneris tragœdiam deuorare,hoc eſt tu ſcribere & tragœdus pronũciare.

Grande locuturi.] Poetæ tragici,quorum ſtylus grandiloquus eſt. *Legunto.*] Colligant. *Nebu-
las.*] Res inanes,quales ſunt quæ à poetis tragicis & heroicis ſcribuntur.Mart.Qui legis Oedipo-
dem caligantẽq; Thyeſtẽ,Colchidas & Scyllas,quid niſi monſtra legis? & ſequitur.Hoc lege quod
poſſit dicere uita,meũ eſt. *Helicone.*] Monte Bœotiæ Muſis ſacro,quas in illis nugis inuocare cõ
ſueuerũt poetę.Idq; debẽt facere,hoc eſt nebulas ex Helicõe colligere. *Si q.*] ſ.poetis. *Olla Prognes
feruebit.*] .i.ſi deſcribent quo pacto Progne Ithym filiũ cũ ſorore Philomela truncauit,patriq; Te-

A reo commanducandum appoſuit. *Aut olla Thyeſtæ.*] id eſt, quo pacto Atreus Thyeſtæ fratris filios trucidauit, illiq; epulandos quoq; appoſuit, quia utraq; de re ſcriptæ fuerunt tragœdiæ. *Olla dico, Cœnanda.*] id eſt, agenda & repręſentanda. *Glyconi inſulſo.*] Tragœdo illius temporis inepto. Olla autem, & feruebit, & cœnanda, ex trãſlatione ſuperiori dicta ſunt, cũ dixit offas & cœnanda. *Tu neque.*] Poetæ inquam uolunt uideri grandiloqui & magna uerba ſonantes, ſed tu ô Cornute, qui de rebus ad philoſophiam, hoc eſt ad mores hominum pertinentibus ſcribis. *Neque premis uentos.*] id eſt, non ſpiras uentoſa quædam & inania uerba. *Folle anhelanti.*] Pulmone ſpiritum exprimenti, quemadmodum fabri ferrarij premendo folles, exprimunt uentos. *Dum maſſa.*] .ſ. ferri. hoc eſt materia de qua ſcribis. *Coquitur camino.*] id eſt, conflatur in fornace, hoc eſt tuo ingenio diſſeritur & diſputatur. *Nec raucus.*] .i. uoce ſuppreſſa loquens more illorum qui meditabundi deambulant, quod præcipue iis cõtingit qui uerſus componunt, & ſubdit. *Murmure clauſo.*] Sic ſupra. Murmura cum ſecum & rabioſa ſilentia rodunt. *Cornicaris tecum neſcio quid inepte.*] More cornicum deambulãs neſcio quid ineptum cogitas. Hæc mihi ſedet expoſitio: nam cornicũ eſt ſpatiari cogitantiũ more. Verg. i. Geor. Tunc cornix plena pluuiam petit improba uoce, Et ſola in ſicca ſecũ ſpatiatur harena. Et Luca. in v. Pharſaliæ. Inſtabili greſſu metitur littora cornix. Ouid. quoq; ij. Meta. de cornice loquens ſcribit. Nam cũ per littora lẽtis Paſſibus ut ſoleo ſumma ſpatiarer harena. *Nec intendis rumpere.*] .i. nõ in eo laboras ut rumpas. *Buccas tumidas*] .i. inanibus uerbis inflatas: nam buccę ſunt illę partes oris quę inflari poſſunt. Hora. i. Serm. Quin Iuppiter ambas Iratus inflet buccas. *Scloppo.*] .i. ſono ſiue crepitu illo qui ex buccis inflatis ui quadã cõpreſſis elicitur. Non facis inquã ea quæ dixi. *Sed ſequeris uerba togæ.*] .i. non ſcribis bella, ſed ea quæ pertinent ad pacẽ, hoc eſt de uirtutibus. Toga uero pro pace per metonymiã ſępe ponitur, ut in illo Ciceronis. Cedãt arma togæ. *Et tu callidus.*] .i. ſapiẽs. *Teris.*] .i. limas. ſ. illa uerba. *Acri iunctura.*] .i. acuta & ingenioſa cõpoſitione uerborũ. *Ore modico.*] Stylo, & dicẽdi genere mediocri & tẽperato. *Tu inquã doctus radere.*] .i. perſtringere & notare. *Mores pallẽtes*] .i. uitia, quæ faciunt homines flagitiorũ ſuorũ cõſcientia pallere. Hora. in Epiſt. Nil cõſcire ſibi, nulla palleſcere culpa. *Et defigere culpã.*] Taxare & perſtringere culpã, quæ ſequitur cõmiſſa. *Ludo ingenuo.*] Nõ acerbe, ſed quaſi p ludũ iocũq;, quali homines ingenuos decet uti. *Hinc trahe.*] Dixit Cornutũ ſtylo mediocri & tẽperato de moribus diſputare ſolitũ, nũc ſeipſum uel aliũ quẽpiam hortatur, ut ab eo ſumat ſcribendi materiã, ſi ſatyrã ſcribere uelit. dicit igitur. *Hinc.*] .i. à Cornuto, uel à philoſophia quam Cornutus profitetur. *Trahe quæ d.*] .i. accipe ſcribẽdi argumentũ. *Et relinque menſas Mycenis.*] .i. fabulã de Atreo & Thyeſte, quæ Mycenis geſta eſt. *Cum capite & pedibus.*] ſ. filiorũ Thyeſtæ à patre cõmanducatis. *Et noris prandia plebeia*] .i. ea quæ pertinẽt ad mores & uitę cõmu

C nis utilitatẽ, ac ſi dicat. omitte tragœdiã in qua res fictæ tractantur de regibus & heroibus, & cognoſce ea quæ pertinent ad bene beateq; uiuendũ. Martialis. Agnoſcat mores uita, legatq; ſuos.

ECPHRASIS MVRMELLII.

Hic mos eſt poetis, ut poſcant ſibi centum ora, & optent centum linguas ad componenda carmina, ſiue tragœdia ſcribatur aperto ore proferenda ab hiſtrione triſtem uultum præferenti, ſiue heroica materia de prælijs Parthorum uulneratorum, & ferream cuſpidem ab inguine educentium. Cornutus Perſij præceptor hæc audiens admiransq; eum interrogat. Quorſum hęc dicis? aut quantos tumores robuſti carminis ingeris, ut æquum ſit centum uocibus ad cantandum contendere? Deſcripturi res grandes colligant nebulas ex Helicone, & inanem Muſarum opem inuocẽt, ſi qui tragœdias compoſituri ſunt de Progne, quæ marito filij cocti carnes edendas appoſuit, aut de Thyeſte, cui Atreus frater filium deuorandum dedit, recitandas ſæpe ab inſulſo Glycone. Tu neq; premis anhelanti folle uentos, dum ferrum igni coquitur in fornace, nec raucus clauſo murmure, more cornicum garris inepte tecum graue neſcio quid. Nec intendis rumpere buccas tumidas ſcloppo. Sequeris uerba paci & foro conuenientia, & acutus concinna uerſuum compoſitione ſcribis ore modico, doctus carpere uitia pallidos homines facientia, & notare liberali ioco culpam. Depromẽ hinc quæ dicas, & relinque Mycenis menſam cum capite & pedibus, ac cognoſce

D plebeia conuiuia.

SCHOLIA.

Vatibus hic mos eſt.] Hæc ſatyra tendit primum in laudes Cornuti præceptoris, deinde uarios hominum mores oſtendens, quæ ſit uera libertas docet. *Centeno gutture.*] Centũ gutturibus. *Tu neque anhelanti.*] Imitatio eſt Horatij. At tu concluſas hircinis follibus auras Vſq; laborantes dũ ferrum molliat ignis, Vt mauis, imitare. Eſt autem ſumptum à fabris ferrarijs. *Cornicaris.*] Cornicari eſt cornicum more garrire, quæ ueluti ſtrangulatam uocem emittũt. *Scloppo.*] Scloppus eſt ſonus qui emittitur è buccis ſpiritu inflatis. *Mycenis.*] Mycenæ urbs Laconiæ, in qua Atreus Thyeſtæ fratri filium appoſuit comedendum.

ASCENSIVS.

Non equidẽ, &c.] Verba ſunt poetæ ſe purgãtis, oſtendẽnsq; ſe nõ intẽdere bullatas. i. ampullatas & inflatas nugas inceptare, ſed uehemẽtiã amoris ſui in Cornut. pręceptorẽ ſuũ condignis uerbis explicare.

Non equidem hoc ſtudeo, bullatis ut mihi nugis
Pagina turgeſcat, dare pondus idonea fumo.
Secreti loquimur. tibi nunc hortante camœna
Excutienda damus præcordia, quantaq; noſtræ
Pars tua ſit Cornute animæ, tibi dulcis amicę

Ordo

Oſtendiſſe iuuat. pulſa, dignoſcere cautus,
Quid ſolidum crepet, & pictæ tectoria linguæ.
Hic ego centenas auſim depoſcere uoces,
Vt, quantum mihi te ſinuoſo in pectore fixi,
Voce traham pura, totumq́; hoc uerba reſignent,
Quod latet arcana non enarrabile fibra.

ORDO. O Cornute, equidem, id A
eſt, ego quidem (inquit poeta) non
ſtudeo, id eſt, non conor, non mo
lior, non prætendo ut pagina, id
eſt charta compacta & denſa, ido-
nea, id eſt, apta dare fumo, id eſt, re
bus obſcuris & abiectis, pōdus, id
eſt, maieſtatem uerborum, turge-
ſcat, id eſt, ampla & turgida ac inflata fiat mihi, nugis, id eſt, de rebus inanibus ac nullius fere mo-
menti uerbis bullatis, id eſt, inflatis ſed inanibus per modum bullę uentoſæ ſuper aquam fluentis,
hoc eſt non intendo ſcribere nugas canoras, atq; id ex eo probare poſſim quod non loquor ad o-
ſtētationem coram multis. unde dicit. Nos loquimur ſecreti, id eſt, ſeparati à uulgo, & damus nūc
præcordia. i. ſecreta & arcana cordis noſtri, excutienda. i. rimanda quid intus habeant, & hoc ca-
mœna. i. ipſa muſa. i. affectu ſcribendi carminis hortante, id eſt, cohortante & inſtigante: q; pro &
o Cornute dulcis amice, iuuat. i. delectat oſtendiſſe tibi, quanta, id eſt, quantum magna pars, no-
ſtræ animæ. i. noſtræ affectionis & uoluntatis ſit tibi. i. in poteſtate tua, pulſa. i. percutiendo experi-
re quid intus habeā, ens cautus. i. caute peritus dignoſcere. i. internoſcere, diſcernere, quid. i. quod B
uas fictile ut ego ſum crepet ſolidum. i. dum crepat ex percuſſione digitorum indicat ſe ſolidum. i.
integrum & bene coctum, non futile, non uitioſum, & tectoria. i. integumenta & incruſtationes. i.
fucū & cooperturam fraudulētam, linguæ pictæ. i. fuco uerborum ſe aliam q; ſit oſtendentis. hoc
eſt, ſcis dignoſcere uerum & integrum amicum à fraudulēto diſſimulatore. Et quia antiqua lectio
habet plectoria, exponatur ſi placet ſic, & pulſa cautus dignoſcere plectoria, id eſt, plectra quæ pul
ſa ſonant. unde uerbo pulſa plectoria congruunt, ſed epitheto pictæ, tectoria. Et ego auſim. i. auſus
ſim, hoc eſt audeam hinc, id eſt, ex hac occaſione. i. ad hunc amorem in te meum oſtendendū depo
ſcere centenas uoces, ut uidelicet, ego traham. i. tractim eloquar, uoce pura. i. non fucata, ſed ſolida
& mere uera, nec tamen imminuta, quantum. i. quantum intenſe atq; intime ego fixi te in pectore
meo ſinuoſo. i. largū ſinum ad te capiendū habente. q; pro & ut ſup. uerba mea reſignēt. i. aperiant
(ſicut literæ ſignatæ dum reſignantur pateſcunt) totū hoc quod latet non enarrabile. i. inexplicabi
le in fibra arcana. ſ. præcordiorū meorum, hoc eſt intimo pectoris mei, & potiſſimum circa iecur,
cuius extremitas & uena illa durior fibra dicitur, eſtq́; ſedes amoris, quia cogit amare iecur.

IOANNES BRITANNICVS.

Non equidem hoc ſtudeo bul. ut mi. nu. &c.] Cornuto introducto reſpondet Perſius, docens tot uo-
ces totq́; linguas optare non ut materiam altiloquam ſcribat, ſed ut amorem quo ipſum proſequi C
tur oſtendat. *Bullatis.*] Inflatis & turgidis, dictum à bulla, quæ in modum pilæ in aquis tume-
ſcit. Ouidius. Intumuit ſicut fuluo perlucida cælo Surgere bulla ſolet. Varro in Re ruſtica. Homo
bulla eſt. Mar. Craſſior offenſæ bulla tumeſcit aquæ. Bulla item ut dicetur infra, ornamentum eſt
pueri ingenui. *Nugis.*] Extenuat poeta uires ſuas ut Martialis. Mercari noſtras ſi te piget Vrbice
nugas. Et alibi. Tu ne potes dulces ingrate relinquere nugas. *Pagina.*] Paginæ dictæ, quòd in li-
bris ſuam quæq; obtineant regionem ut pagi, uel à pangendo, quòd in illis uerſus panguntur, id
eſt, figuntur. *Dare pondus idonea fumo.*] Quaſi diceret. Ego res quidem tumidas non ſcribo, ut alij,
quorū ſcripta incendio digna adiudicantur, cum ſuperba & loquacitatis plena ſint. Vnde Mart.
Materia eſt mihi crede tuis aptiſſima chartis Deucalion, uel ſi non placet hic, Phaeton. *Idonea.*]
Coniūge cum pagina. *Pondus.*] Fomentum & materiam. Sic enim fumus amplior fit & ponde-
roſior, ut ideo pondus fumo, quia charta combuſta à fumo extolli ſolet, ex quo additur pōdus fu
mo. *Secreti loquimur.*] Separati loquimur. q. d. res noſtræ dignæ non ſunt, quæ in theatrū perfe-
rantur recitandæ, nec in propatulo ſed ſeorſum potius habendæ ſunt: ſicq́; à modeſtia ſua beniuo
lentiam ſibi cōciliat, cū ſcripta domi contineat, nec laudis cupiditate oſtentet. *Camœna.*] Muſa.
nam Camœnæ à carminibus ſunt dictæ, uel quod canant antiquorum laudes, uel quod ſint caſtæ
mentis præſides. Auctor eſt Feſtus. *Excutienda.*] Explicanda, examinā da. Sumpta eſt Metapho- D
ra à ueſtibus ex quibus puluis excuti ſolet. Præcordia uocamus, auctore Plinio uno nomine exta
in homine, cui Cato in Re ruſt. aſtipulatur, loquens de braſica. Et ſi lienes turgent & cor dolet, & ie
cora aut pulmōes, aut præcordia uno uerbo, omnia ſana facit. Ex quo apparet præcordia dici hic
proprie. *Cornute.*] Philoſophus fuit ut diximus, ſectæ Stoicæ, magiſter Perſij, quē Nero, auctore
Euſebio, in exilium miſit anno. iiij. poſt mortem Perſij. *Pars animæ noſtræ.*] Amicus dimidiū eſt
animæ noſtræ. Horatius, de Vergilio, ad nauem litore ſoluentem. Et ſerues animæ dimidiū meæ.
Pulſa.] Explora, & quære. Metaphora eſt ab ijs ſumpta, qui pulſando fictilia explorant, quorum
ſonus ſurdus eſt ſi rimoſa ſunt, ſi uero ſolida, acutus. *Solidū.*] Res ſolida. i. integra. *Quid crepet.*]
Quē ſonum faciat. Tectoria & nō plectoria legendū eſt. Tranſlatio ſumpta à parietibus, qui & ſi ue
teres ſunt tectorio induto, noui tamē uidētur. Tectoriū enim eſt incruſtatio, quæ calce parietib. fie
ri ſolet. Plin. Nulla in Apellis tectorijs pictura erat, nondū libebat parietes totos pingere. Nomē ac
cepit à tegēdo. Vnde ſcribit Var. Parietes & ſolū opere tectorio marmorato loricandi ſunt. i. armā
di & tegendi. *Ergo tectoria.*] . i. tegumēta, cū homines aliud corde tegāt, aliud lingua oſtendant.
Linguæ pictæ.] Adulatricis. *Hinc ego centenas.*] Senſus eſt. Ad hoc mihi centum uoces optaui, ut
quāta te beneuolētia cōplectar, oſtēdere tibi poſſim. *Traham.*] Educā, promā. ſumptū à retibus.

A *Voce pura.*] Sincera & fideli, non mendaci, non adulatoria. *Verba reſignent.*] Aperiant. In-
de dicimus literas reſignatas, id eſt, apertas, qua ſignificatione Plinius uſus eſt cum ait. Fabius
Pictor in Annalibus ſuis ſcribit matronam, quòd loculos in quibus erant claues uinariæ cellæ re-
ſignauiſſet, à ſuis inedia mori coactam. *Totumq́ hoc uerba.*] Ordo eſt. Verba reſignent hoc totum
quod lateat arcana fibra non enarrabile. *Arcana fibra.*] Pectore intimo. Arcanum ſcribit Feſtus
trahi ſiue ab arce, quę tutiſſima pars eſt urbis: ſiue à genere ſacrificij quod in arce fit ab auguribus,
adeo remotum à notitia uulgari ut ne literis quidem mandetur, ſed per memoriam ſucceſſorũ ce-
lebretur: ſiue ab arca in qua quæ clauſa ſunt tuta manent, cuius ipſius origo ab arcendo depẽdet.
Non enarrabile.] Magnitudinem amoris exprimit.

IOANNES BAPTISTA.

Non equidem hoc.] Hucuſq; locutus eſt Cornutus, cui nunc reſpondet Perſius dicens ſe ideo tot
uoces & linguas optare, ut amorem quo eũ proſequitur, aperte eloqui & narrare ualeat, & eſt ſen-
ſus. non do operam O Cornute, nec contendo. ut pagina & carmen meum ſit tam altiloquum &
turgidum, ut poſſit rem leuem & nugatoriã ſtyli magnitudine illuſtrare, & efficere ut friuola & mor
tuaria grauia & ponderoſa eſſe uideantur, ſed curo, & magnopere cupio tibi his centenis uocibus
B expromere quod lateat arcana non enarrabile fibra. *Pagina.*] A pangendo dicta, quod in ea
uerſus panguntur, id eſt, figuntur. auctor Feſtus. inde & plantę dicuntur pangi. Suetonius in Gal-
ba. Pangi malum placuiſſet. Plinius libro decimoſexto. Naſcenti, & depacto ſurculo natura incu-
rioſius ſemen dedit. *Nugis.*] Ex more & conſuetudine poetarum, qui fere ſemper nugas poe-
mata ſua appellant. Catullus. Namq; tu ſolebas Noſtras eſſe aliquid putare nugas. Mart. Non po-
tes in nugas dicere plura meas. *Bullatis.*] Tumentibus, ſufflatis, & uerbis in modum ueſicarũ
turgentibus. à bullis qui ſunt tumores illi momentarij, qui in aquis repente fiunt, & repente euane
ſcunt. hinc aquæ bullantes dicuntur Calphurnio illo uerſu. Bullantis ubi fagus aquas radice ſub
ipſa Protegit. Plinius libro decimooctauo. Item maris ipſius tranquillus ſonitus, ſpumæue diſper
ſæ, aut aquæ bullantes. Bullare eſt uerbum quod ſignificat bullas facere, ut eſt apud Celſum: ſi uri
na bullat. Bullæ quoq; ſunt ſcutulati claui, quibus uenuſtamentis potentiorum oſtia decorantur.
Plautus in Aſi. Juſſin in ſplendorem dari bullas has foribus noſtris? Tradit M. Tullius Verrẽ bul-
las aureas ex ualuis templi magnificentiſſimis ob pretium abſtuliſſe. alij legunt pullatis quia mœ-
ſtæ ſunt tragœdiæ. Pullus enim color niger eſt, qui mœrentium peculiaris eſt. ſed prior placet. *Ido-
nea.*] Apta. *Dare pondus.*] Auctoritatem, grauitatem, ſplendorem, & illuſtrationem. Horatius.
Et nugis addere pondus. Lactantius. Qui autem docent tantum nec faciunt, ipſi pręceptis ſuis de-
C trahunt pondus. *Fumo.*] Rei leui, nugatoriæ, & futili. Fumarium dicitur locus ubi uina fumo cõ
diebantur. Martialis. Improba Maſſiliæ quicquid fumaria cogunt, Accipit ætatem quiſquis ab ig-
ne cadus. Olim Thurinus ab Alexandro Romano imperatore punitus eſt præcone dicente: fumo
punitur, qui fumum uendidit. *Secreti loquimur.*] Mihi & Muſis canto, apertiſſime cognoſcens car
men meum non eſſe tam elegans & eruditum, ut in publicum exire, & in theatro populo Romano
recitari mereatur, ex quo à modeſtia ſua captat beniuolentiam, oſtendens ſe non ſcribere ut glori
am fallacem ſæpe & turpem teſte Bœotio, plauſuſq; & fauores populi aucupetur. *Tibi nunc hor
tante.*] Senſus eſt. O Cornute carminum meorum te iudicem, & caſtigatorem muſa ſic hortante
conſtituo, ut quicquid erratum & dictu abſurdum deprehendi poterit, à te obelo cenſorio caſtige
tur. In quo laudandus eſt Perſius, qui cum ſciat humanum eſſe peccare, non nimium ſibi arroget,
non nimium ingenij ſui uiribus confidat: ſed præceptorem conſulat, cum eruditum & philoſo-
phum, tum ſenem & multos annos natum, & ob id multarum rerum conſultiſſimum (γνῶμαι γὰρ ἀ-
μείνους εἰσὶ τῶν γεραιτέρων, id eſt, ſententiæ enim ſenum ſunt meliores) minime quoſdam ingenij infeli-
cis, & κακοδαίμονας homines noſtrę tempeſtatis imitatus, qui adeo inerudiri prudentes remanent, ut
ἀμουσότεροι Λειβηθρίων ſint, id eſt, indoctiores Libethrijs, dum præſumptione peſſimo præceptore im-
buti à doctore iuuene quidem, ſed memoriarum ueterum exequentiſſimo, linguæ Latinæ non ne-
D ſcio, & Græci ſermonis non experti diſcere, & illi ſuam ignorantiam patefacere maximum dede-
cus exiſtimant. cum neque ſit turpe, auctore Platone, nec abhorrendum conſequendæ ſapien-
tiæ gratia ſeruire cuilibet, & honeſtis obſequijs unicuique morem gerere. *Excutienda.*] Exami-
nanda, euoluenda, introſpicienda medullitus, & explicanda. à ueſte translatio. de præcordijs ſa-
tis ſupra, in quibus ſedem habere uult Plato animi partem iraſcibilem, quæ ſi bili inficiuntur
maxima exoritur ira. Hinc Homerus cum Agamemnonem Achilli iratum oſtenderet ait ἀχνύμε-
νος, μένεος δὲ μέγα φρένες ἀμφιμέλαιναι, id eſt, iratus furor uehemens præcordia nigrore ſuffudit. Quan-
tũq; noſtræ Pars animæ. amans uiuit in alieno corpore (ut inquit Plato) & anima amati eius pars
eſt animæ, ita ut duo quaſi unus eſſe uideãtur dicente Ouidio. Qui duo corporibus, mentibus u-
nus erat. Horatius. Et ſerues animæ dimidium meæ. Ouidius in Ponto. Pars animæ magna par
te fuere meæ. Celebratum eſt illud Pythagoricum, cuius meminit Hieronymus in Ruffinum τὸν ὁ
φίλος ἕτερος αὐτός amicum eſſe alterum ſeipſum, & illud σώματα μὲν δύο, ψυχὴ δὲ μία corpora quidem
duo, anima autem una. Tales fuere Euſebius, & Pamphilus, qui tantam inter ſe habuere con-
cordiam, ut unius animæ homines putes, & ab uno alter nomen acceperit. *Pulſa.*] Quære,
explora, ab emptoribus uaſorum ſumpta translatio, qui an ſolida an rimoſa ſint pulſatione
explorare conſueuerunt. *Cornute.*] Cornutus Stoicus fuit philoſophus & magiſter Perſij,

quem

quem Nero miſit in exilium anno quarto poſt mortem Perſij, auctor Euſebius. hunc Perſij ſatyras interpretatum fuiſſe tradiderunt ſcriptores, cuius commentaria temporum calamitate deſiderantur. nam quæ nunc chalcographi ſpe lucri ſub nomine eius tradiderũt, ut eſſent uẽdibiliora (quod ſæpe fit) non eſſe Cornuti contenderim. tum quia reconditam non redolent tanti uiri eruditionem, tum quia nonnulla Cornuti operis fragmenta, quæ prolixiori & magis luculenta oratione hoc opus interpretabantur, ſe uidiſſe affirmat Simon de Paſcalibus Iadertinus uir literis apprime eruditus, fide & modeſtia præditus, cæteriſque animi dotibus inſignis, uereq; philoſophus. A

Dignoſcere cautus quid ſolidum.] Pauci ex multis inquit Plautus ſunt amici homini, qui certi ſient. ſcitum eſt illud Archidami πρόβατον ἀεὶ τὴν αὐτὴν φθέγγεται φωνὴν, ἄνθρωπος δὲ πολλὰς καὶ ποικίλας ἕως αὐτὸ διαπράξηται, id eſt ouis ſemper eandem uocem facit, homo autem plures & uarias donec optata perfecerit. Homo eſt uere Proteus, eſt Chamæleon, qui colores multifaria qualitate commutat, ut modo Veneti, modo Praſini, modo Cyanei coloris aſpiciatur: ſic & homo prout conducit uarius fit. unde magna laude dignum innuit Cornutum præceptorem ſuum, illi attribuens quod uix pauciſſimi aſſequuntur: quod hominum animi interiora, amicum falſum, & ſimulatum à uero & fideli, captiones doloſas, & uerba fucata, quodamque ueluti tectorio bonitatis adumbrata probe noſcat, & apertiſſime intueatur. *Cautus.*] Doctus, prudens, diligens, aſtutus. *Solidum.*] Res ſolida, non rimoſa, integra. *Quid crepet.*] Quid ſonet, quem ſonum, quem crepitum, bonum ne an malum emittat. Propertius. Et crepat ad ueteres herba Sabina focos. Inde crepitus uentris, quos Stoici liberos eſſe aiunt æque ac ructus. Claudius Cæſar dicitur meditatus edictum, quo ueniam daret efflatum crepitumque uentris in conuiuio emittendi, cum periclitatum quendam præ pudore ex continentia repeririſſet. Erat enim nefas in conuiuio uentris crepitum emittere, quod Plinius oſtendit uigeſimooctauo his uerbis: Per menſas uetabantur munditiarum cauſam deflare. *Tectoria pictæ linguæ.*] id eſt doloſam, ſimulatam linguæ pictæ, fucatæ, & adulatricis orationem. eſt enim Tectorium illud quo ædificatus paries incruſtatur, ſupra quod poſtea illinitur, quod uocatur albarium, niſi pingi tectorium oporteat. etenim cum pingendum eſt non illinitur albario. Plinius. Albaria tectorium interpollantur, hoc eſt (ut Plinium intelligas) tectoria, quibus propter uetuſtatem color albus induci ſolitus exoleuiſſet, exalbantur renouanturque. In ædilitate Murenæ, & Varronis exciſum Lacedæmone lateritijs parietibus opus tectorium fuit propter excellentiam picturæ, & incluſum ligneis formis Romam deportatum ad comitium exornandum. quod opus, quod per ſe mirum eſſet, & tranſlatum tamen maiori miraculo fuit. Quidã codices habent plectoria, id eſt, inuolucra, adulationes, à πλέκω plico, inuoluo, unde πλεκτὰ res plicata, & πλεκτὸς plicatus. *Hinc ego centenas.*] Senſus eſt. ad hoc centenas uoces optare auſus ſum, ut illarum ſuffragio poſſem tibi amoris mei erga te copiam, & beniuolentiæ magnitudinem demonſtrare. *Voce pura.*] Non fucata, non aſſentatoria, non mendaci, ſed uera, pura, ſyncera, & fideli. *Sinuoſo.*] Multos ſinus, multas concauitates habenti, quibus maior amoris & beniuolentiæ copia continetur. *Fixi.*] Firmaui, collocaui. *Reſignent.*] Reſerent, aperiant. eſt enim ſignare anulo imprimere. unde reſignare ſignata recludere. Plinius. Fabius Pictor in Annalibus ſuis ſcripſit, matronam quòd loculos in quibus erant claues uinariæ cellæ reſignauiſſet à ſuis inedia mori coactam. aliquando ſignare eſt ſcribere, notare. Vnde reſignare pro reſcribere, antiquitas uſurpabat, ſicut ſubſignare pro ſubſcribere. Deſignatores Oratio, Senecæ, cæteris dicuntur, qui ludis funebribus præſunt, ob eam cauſam (ut credit Donatus) quod ipſis ludis multa fiant noua, & ſpectanda. apud Plautum pro præfecto apparatus, & choragij ludicri accipitur in Pœnulo. B C

Quod latet.] Amoris ignitabulum. *Non enarrabile.*] Quanta fuerit amoris, & beniuolentiæ Perſij erga Cornutum magnitudo ex hoc cognoſcitur, cum eam inenarrabilem eſſe ſcribat. *Arcanæ fibræ.*] Secreto pectore, & penitiſſimis partibus.

AELIVS ANTONIVS NEBRISSENSIS

Non equidem.] Aut mutatio eſt perſonarum, aut hoc dicit, tu ô amice fac quod dixi, quia ego ſic facio. *Quia non ſtudeo hoc ſcilicet ut pagina.*] id eſt, opus quod ſcribo. *Turgeſcat mihi.*] Sit inflata & tumens. *Nugis bullatis.*] Deliramentis turgidis & grandibus uerbis ſonãtibus. nam bulla eſt, quæ ex illiſa aqua ſurgit. Martialis. Craſſior offenſæ bulla tumeſcit aquæ. pagina inquam D

Idonea dare pondus.] id eſt, fomitem ſiue materiam. *Fumo.*] id eſt igni, id eſt, digna quæ comburatur potius quàm legatur. Iuuenalis. lignorum aliquid poſce ocyus & quæ Componis dona Veneris Teleſine marito. *Secreti loquimur.*] Antea quàm rem quam deſcripturus eſt, aggrediatur, multa dicit de amicitia & familiaritate Cornuti ſecum: atque illud imprimis amicum rogat, ut experiatur an ſit illius amicitia dignus. *Secreti loquimur.*] Ad hoc quod loqui tecum uolo, non eſt opus teſtibus externis. *Nos damus tibi nunc præcordia noſtra.*] id eſt, ſenſus interiores: nam præcordia ſunt inteſtina uitalia, ſed proprie diaphragma, hoc eſt ſeptum tranſuerſum.

Excutienda.] id eſt, exploranda & examinanda. *Camœna hortante.*] id eſt, ad quod faciendum muſæ me, in quarum tutela ſum hortantur. *Et ô Cornute amice dulcis.*] Quia amicitia honeſta quam uirtus conciliat, etiam iucundam & utilem complectitur Ariſtotele auctore.

Iuuat.] id eſt, delectat me. *Oſtendiſſe tibi.*] id eſt, ut ex me compertum habeas. *Quanta pars noſtræ animæ ſit tua.*] id eſt, quantam partem habeas noſtræ animæ. amicorum enim una dicitur eſſe anima in duo corpora diuiſa, Ouidius in Metamorph. O me mihi charior inquit Pars animæ

A mæ conſiſte meæ. & Horatius in primo Car. & ſerues animæ dimidium meæ. *Pulſa.*] id eſt, expe
rire, an fingam ea quæ dico: & eſt translatio ſumpta ab ijs qui uaſa teſtacea explorant ictu digito-
rum, qua etiam uſus eſt ſupra cum dixit, ſonat uitium percuſſa, maligne Reſpondet uiridi non co
cta fidelia limo. dicit itaq;. *Tu cautus dignoſcere.*] id eſt, ad dignoſcendum & diſtinguendum.
Quid crepet.] id eſt ſonet. *Solidum.*] Pro ſolide, id eſt, an uas ſit plenum an inane. Vergilius in ui
ro bono, nec inania ſubtus Indicet admotus digitis pellentibus ictus. & ut cautus dignoſcere *Te
ctoria picta linguæ.*] id eſt, linguam pictam & pulchram, hoc eſt quæ tegit uerum, & præ ſe fert pictũ
& falſum. nam tectorium opus eſt, cum paries incruſtatur calce aut gypſo, & ſuperinducitur pictu
ra. ac ſi dicat. pulſa & examina an ſim amicus inanis & ſolidus, & an aliud dicam ore aliud faciam
opere. Lectio tamen antiqua habet plectoria, quæ defendi poteſt, ut ſit ſenſus. pulſa plectoria, id eſt
plectra linguæ pictæ, id eſt, an diſſonent uerba ab operibus, quemadmodum chordæ inter ſe male
conuenientes. Suetonius in Claudio. humentibus naribus plectra linguæ titubantia. nam à plecto
ea forma poteſt exire plectorium, qua ab cingo cinctorium. ab emungo emunctorium. à tego te-
ctoriũ. quid quod pulſare magis pertinet ad plectra chordasq; quàm ad parietum tectoria. hęc di
xi ne antiqua lectio diſpungatur. *Hic ego.*] Senſus eſt. ſi more aliorum poetarum mihi eſſent uo
ces centum, centum ora, & centum linguæ optandæ, non facerem id in decantandis fabulis, ſed po
B tius in declarãdo hoc animi mei ſenſu & amore erga te meo, dicit itaq;. *Ego auſim depoſcere mihi.*]
id eſt, optare. *Hic.*] id eſt, in hac parte, in qua cupio animum meum tibi notum facere. *Centum
uoces.*] id eſt, centum linguis totidemq; oribus procedentes ſimul: nam ſic hæc diuidua ſunt acci-
pienda. *Vt quantum ego fixi te mihi.*] id eſt, in animo & memoria mea. *In pectore ſinuoſo.*] id eſt, in
corde quod multos habet ſinus & latebras. ſed & tres ſinus habet cor auctore Ariſtotele, ubi ſunt
receptacula, & quaſi fontes ſanguinis. *Traham uoce pura.*] id eſt, expromam uoce non ficta. *Et
uerba reſignent.*] id eſt, id quod clauſum ſignatumq; eſt in corde aperiant. Nã reſignare eſt id quod
ſignatum eſt aperire, ut iureconſultus in libro Digeſ. titu. de pœnis. qui uiui inquit teſtamentũ ape
ruit & rèſignauit. *Totum hoc quod latet fibra arcana.*] id eſt, corde meo. quanquam fibræ proprie ie
coris ſunt. *Non enarrabile.*] Quod uix ullis uerbis enarrari & explicari poteſt.

ECPHRASIS MVRMELLII.

Reſpondet Perſius Cornuto præceptori. Non equidem hoc ſtudeo, ut liber idoneus addere
rei leuiſſimæ, qualis eſt fumus, pondus & grauitatem, intumeſcat mihi bullatis nugis, & præturgi-
dis quidem, ſed inanibus fabulis. Tu mi præceptor & ego ſecreti, & ſine arbitris loquimur. Offeri-
mus nunc ubi animum noſtrum examinandum, idq; muſa incitante. & ó Cornute dulcis amice,
iuuat me oſtendere tibi, quanta pars animæ meæ ſit tua. pulſa, & inquire, ut qui cautus es, & peri-
C tus diſcernere, quæ uerba proficiſcantur ex integra mente, & quæ ex adulatricis linguæ prætextu.
Ego auſim hic optare centum uoces, ut depromam pura & fideli uoce, quantum infixi te mihi in
pectore meo amoris gratiæq; capaci, & uerba mea detegant hoc totum, quod non enarrabile recõ
ditum eſt in intimis cordis mei penetralibus.

SCHOLIA.

His oſtendit Perſius, quantum gratiæ pius diſcipulus præceptori debeat, à quo bonis mori-
bus, & philoſophiæ ſtudijs inſtitutus eſt. *Bullatis nugis.*] id eſt, inani perſtrepentium uocum con
gerie, in quibus nihil ſubſit ſolidioris ſententiæ. Horatius in Ar. poe. nugas canoras uocauit. Bulla
ta dicuntur uentoſa atq; inania, ſumpta metaphora à bullis, quæ in aqua repente apparent, repen
te euaneſcunt. *Pulſa.*] id eſt explora, & inquire. Metaphora eſt ab his ſumpta, qui pulſando fictí
lia explorant, quorum ſonus ſurdus eſt, ſi rimoſa ſunt, ſi uero ſolida, acutus. *Tectoria.*] Prætex-
tus & fucos. Tectoriũ eſt incruſtatio, quæ ex calce uel gypſo parietibus ſuperinduci ſolet. Plinius.
Nulla in Apellis tectorijs pictura erat, nondum libebat parietes totos pingere. Nomen habet à te-
gendo. Metaphora igitur ſumpta eſt à parietibus, qui etſi ueteres ſunt, tectorio tamen inducto no-
ui uidentur, maxime ſi picturæ decor accedat. Hunc locum diuus Aurelius Auguſtinus Voluſia-
no ſcribens imitatus eſt. Hortor, ut ualeo, ut literarum uere certeq; ſanctarum ſtudio te curã non
D pigeat impendere. Syncera enim & ſolida res eſt, nec fucatis eloquijs ambit ad animum, nec ullo
linguæ tectorio inane aliquid ac pendulum crepitat. *Sinuoſo in p.*] Plinius in Epiſtolis, Vita ho-
minum altos receſſus, magnasq; latebras habet.

ASCENSIVS.

Cum primum pauido cuſtos mihi purpura ceſſit,
Bullaq; ſuccinctis laribus donata pependit;
Cum blandi comites, totaq; impune ſuburra
Permiſit ſparſiſſe oculos iam candidus umbo,
Cumq; iter ambiguum eſt, & uitæ neſcius error
Diducit trepidas ramoſa in compita mentes:
Me tibi ſuppoſui. teneros tu ſuſcipis annos
Socratico Cornute ſinu. tunc fallere ſolers
Appoſita intortos extendit regula mores,
Et premitur ratione animus, uinciq; laborat,

Quum primum pauido cuſtos mihi purpura ceſsit, &c.] Oſtendit cau-
ſam tanti amoris ſui erga Cornu-
tum, dicens eum ortum ex hone-
ſta eius doctrina & morum ac ſtu-
diorum ſimilitudine, qua ad con-
ciliandam amicitiam nihil effica-
cius. ORDO. Quum, id eſt, quã
do, purpura, id eſt, prætexta pur-
purea, cuſtos ſcilicet pudoris & ho
neſtatis meæ ceſſit primũ mihi pa-
uido, id eſt, naturaliter ex imbecil

litate

Artificemq́ tuo ducit ſub pollice uultum.
Tecum etenim longos memini conſumere ſoles,
Et tecum primas epulis decerpere noctes.
Vnum opus & requiem pariter diſponimus ambo,
Atq; uerecunda laxamus ſeria menſa.
Non equidem hoc dubites, amborum fœdere certo
Conſentire dies, & ab uno ſidere duci.
Noſtra uel æquali ſuſpendit tempora libra
Parca tenax ueri, ſeu nata fidelibus hora
Diuidit in geminos concordia fata duorum,
Saturnumq; grauem noſtro Ioue frangimus una:
Neſcio quod certe eſt, quod me tibi tẽperat aſtrum.

litate ætatis puerilis patienti: ceſſit A
inquam, id eſt, locum dedit & re-
ceſſit à me, aut ceſſit, quia non am-
plius obſtitit mihi quo minus irẽ
quo uellẽ, ſumpta metaphora ab
iis qui de uia cedũt: & bulla aurea,
ſcilicet habens formam cordis, &
remedia continens contra faſcina
tionem, pependit donata laribus
ſuccinctis, id eſt, militaribus præfe
ctis. Hic duo annotabo priuſquã
pergam. Alterum quia cum Perſi-
us hic ſignificet ſe nobilem ac præ
textatum, non congruere nobilita
ti eius quod mendicitate coactus
hoc opus confecerit, ſicut quidam exponunt illud. Quis expediuit pſittaco ſuum chære, de quo il-
lic ſatis locuti ſumus. Alterum quod dicit lares ſuccinctos, ut ſint conformes ſuccinctis, id eſt, mili B
taribus uiris qui quo expeditiores eſſent ſe cingebant. unde cinctuti apud Horatium in Arte poeti
ca appellãtur, ubi dicit. Cinctutis non exaudita Cethegis. Lares ſunt dii penates ideo etiam pręcin
cti, quod caninis pellibus induti ut more canum meminerint fures arcere. Sed ut ad ordinem re-
deam, uult dicere poeta, quòd poſtquam exceſſit ex ephebis, id eſt, annos pueriles dereliquerat &
togam uirilem ſuſceperat, factus idoneus ad ſtipendia militaria, & non degens amplius ſub uir-
ga, id eſt, dum nõ amplius magiſter obſtaret quo minus quicquid uellet faceret: & cum, id eſt, quã
do comites ſcilicet nouelli qui (inquit poeta) me in ſocietatem adoleſcentium ſuſceperant, fuerunt
ſupple blandi & affabiles, & quum: id eſt, quando umbo candidus, id eſt, breue ſcutum & album,
id eſt, ſine quouis inſigni: nam Tyronibus, id eſt, nouis militibus dabatur ſcutum album, ut de-
pingatur ſecundum nobilitatem geſtorum. ſcimus enim omnia quæ picturi ſumus prius albo ut
cæteros colores facilius recipiant, oblita eſſe. unde hic dicitur candidus umbo. quem qui porta-
bant, non amplius ſub poteſtate pædagogorum erant, quia militare poterãt. Hæc autem mihi ſen
tentia ſedet, tametſi commentarii umbonem pro ueſte interpretentur, nullum adducentes locum
ubi ueſtis umbo uocetur, licet togam uirilem quam accipiebant, liberam & liberiorem dictam ſa-
tis probent. Cum ergo umbo candidus, id eſt, curuatura clypei candida, in ſignum nouæ militiæ,
permiſit iam, poſtquam cõpos mei factus eram, ſparſiſſe oculos, impune, id eſt, paſſim uel ſine pœ C
na reprehenſionis, tota ſuburra, id eſt, per totum uicum illum Romę frequentiſſimũ tunc tẽporis,
in cuius angulis proſtabant meretrices. Oſtẽdit ergo quomodo purpura fuerat ſibi cuſtos. Pue-
ri enim prætextati & bullati, quia nobiles etiam illi, & hi ingenui erãt, ſi ad lupanaria acceſſiſſent,
ab omnibus reprehenſi fuiſſent, & ad parentes reducti: ſed poſtquam uirilem togam ſuſceperant,
& parmam albam in ſignum ſuſceptæ militiæ, impune uagabantur. Quod Terentius in Andria
quoq; innuit dicens. Poſtquam exceſſit ex ephebis, liberior fuit uiuendi poteſtas. Nam antea qui
ſcire poſſes, dum ætas, metus, magiſter prohibebant. Cum ergo primum, inquit poeta, libertatem
& impunitatem illam uagandi habui: q; pro & cum, id eſt, quando, iter eſt ambiguum, id eſt, incer
tum eſt quod genus uitæ ingrediar. unde Salomon ſe penitus neſcire affirmat uiam uiri in adole-
ſcentia. & Cicero docet maximam imbecillitatem conſilii in adoleſcẽtia ineſſe, primo Officiorum
ubi de conſtituendo genere uitæ loquitur. & cum ſupple, id eſt, quando error neſcius uitæ, id eſt,
modi uiuendi ignorantia quæ in adoleſcentia eſt, deducit mentes ſupple adoleſcentulorum trepi-
das, id eſt, anxias & incertas quod genus uitæ ingredi debeant: in compita, id eſt in communem ui
am uiuendi, ramoſa, id eſt, quæ poſtea per ramos ſubdiuiditur. Sicut enim in primo Syluarum nõ
ſtrarum moralium ad oculum oſtendimus, in litera Pythagoræ eſt uia communis in qua actiones
quaſi indifferentes fiunt: deinde ubi diſcretio boni & mali homini accreuit, neceſſe eſt ut ingredia D
tur alteram duarum uiarum, aut dexteram quæ uirtutum eſt, aut ſiniſtram quæ uitiorum. ſenſus
ergo eſt. quando incertus eram quod genus uitæ ingrederer, ſicut de Hercule narrat Prodicus a-
pud Ciceronem in Officiorum libro primo, & poteram impune luxum & nequitiã ſequi: hic ego
ſuppoſui, id eſt, auditorem ſub pedibus tuis poſui tibi me: tu ſuſcipis, quaſi ſurſum capis & ab hu-
mo ſubleuas, ſicut ſuſcepit Iſrael puerum ſuum, ô Cornute annos meos teneros, id eſt, adoleſcen-
tiam meam imbecillem & expertem conſilii, ſinu Socratico, id eſt, philoſophico complexu, docẽs
benigne philoſophiam moralem, cuius Socrates princeps eſt. tunc regula, id eſt, norma uiuendi
abs te mihi tradita: ſolers, id eſt, perita & ſolerter edocta: fallere, id eſt, ab inſtituto prauo per ſubti-
litatem auocare. nam poteſt dolus eſſe non malus ſicut medicorum, & error non malus ſicut Au-
guſtini, qui per errorem uitæ hoſtium manus effugit, in quas ſi non erraſſet haud dubie incidiſſet:
& ſimiliter fallacia non mala, ſicut præceptorum qui fallunt diſcipulos dum eos blande ad diſcen
dum alliciunt, aliquid dando aut pollicendo. Vnde Horatius ſermone primo. Vt pueris olim dãt
cruſtula blandi Doctores, elementa uelint ut diſcere prima. tunc ego regula tua ſolers fallere falla-
cia non nociua, appoſita, id eſt, adhibita mihi, oſtendit mores intortos, id eſt, multũ tortos & pra-
uos. exponit hoc dicens, &, pro id eſt, animus meus, id eſt, uoluntas & affectus, premitur, id eſt, co

A hibetur à malo delectabili,ratione,id eſt,per rationem,& laborat,id eſt,contendit,uinci,id eſt,ſu-
perari à ratione,& ducit,id eſt,trahit uultum,artificem,id eſt,ſcitum hoc eſt ſpeciem uiuendi artifi-
cioſam & philoſophice inſtitutam ſub pollice tuo, ſicut imago cærea ſub pollice inducitur ad uo-
luntatem inducentis.Videtur quibuſdam Antiptoſis,& ſcribendum fuiſſe artifici in ablatiuo.ut ſit
ſub tuo pollice artifici ſeu artifice,ſed magna eſt ars pollicis ducentis uultum artificem,id eſt, ſui ſi
milem & peritum. *Tecum etenim,&c.*] Oſtendit quomodo & quo ſtudio reformatus ſit à Cornu
to dicens.Etenim.i.quia certe,memini.i.memor ſum.conſumere.i. quod conſumpſerim (Obſer-
uat autem hic regulam quam in præfationis expoſitione de uerbo memini recitauimus) tecũ lon-
gos ſoles.i.dies,& decerpere.i.quod decerpſerim.i.modicum carpendo traduxerim, epulis.i.epu
lando & cœnando primas noctes,id eſt,primas uigilias & partes noctis. i. quod totos dies philo-
ſophiæ impertiuerim tecum,non comedens ante cœnam in qua modicum tempus nõ diei ſed no
ctis abſumpſimus,& ita ſtudium ſuũ & parſimoniã cõmendat.non tamẽ immodeſte,quia in glo-
riam Cornuti id facit.Nos diſponimus ambo unum opus & ſupple unam requiem.i.ſimul labo-
rauimus & ſimul requieuimus,quod de apibus oſtendit Virg.iiij.Georg.dicẽs.Omnibus una qui
es,operum labor omnibus idem.Atq; pro et,nos laxamus.i.detendimus & ſoluimus,ſeria.i.ſerio
ſa ſtudia noſtra,menſa.i.refectione,uerecunda. i. frugali & tẽperata . hoc eſt inter comedendũ res
B honeſtas & lætiores tractauimus,quod Macrobius & Aulus Gellius faciendũ prætendunt.facit e-
nim ad ſanitatem.equidẽ.i.certe,tu non dubites.i.nemo debeat dubitare.Poteſt fieri ut ſcriptũ ſic
ſit à poeta:Nõ equidẽ dubitem hoc,&c.& ita equidem primę perſonæ uerbũ , quo gaudet.habeat
dies ſup.natales amborum ſcilicet noſtrũ,conſenure. i. conformari certo fœdere & pro. i. duci ab
uno ſidere.i.una conſtellatione,& cõſimili facie cœli,in qua nati credebantur ſi non impelli,indu-
ci ſaltem ad conſimilia ſtudia.& ergo dicit duci, quod uolentũ eſt , quia aſtra nõ afferunt arbitrio
noſtro uiolentiam,& parca.i.dea fatalis tenax ueri (infallibilis enim eſt prouidentia diuina cũ qua
tamen ſtat arbitrij libertas) ſuſpendit.i.trutinatur,uel.i.etiam noſtra tempora.ſ.naſcendi æquali li
bra.i.inclinatio quam ab influentia cœleſti habemus,eſt nobis æqualiter temperata,ſeu.i.ſiue ho-
ra nata.i.data nobis naſcentibus fidelibus.i.bonis influentijs patẽtibus,diuidit.i.æqualiter diſtri-
buit fata concordia duorum.ſ.tua & mea in geminos ſignum,quod conformitatẽ parit. aut ut Ne
briſſen.dicit,legatur deorum,ut ſit diuidit concordia fata deorum.i.Caſtoris & Pollucis, in gemi-
nos.ſ.nos qui ſumus propter horoſcopum quaſi alteri gemini,& nos frangimus.i.uincimus, una
.i.pariter Saturnũ grauem.i.malitiam Saturni,noſtro Ioue.i.beneuolẽtia Iouis, qui in horoſcopo
noſtro Saturnum impedit.unde ſub eo poſitus eſt,& cum expuliſſe è regno & genitalia eius abſci
diſſe fabulãtur.Et ne fortaſſe Aſtrologiæ imperitior affirmaret poeta quod exploratum non habe
bat,addit.Eſt certe neſcio quod aſtrũ,qđ tẽperat tibi me.q.d.ſi nõ frangimus ſic Saturnũ,eſt certe
C neſcio quod &c.Et ita oſtendit cõformitatẽ ſuã cum Cornuto,aliorum diuerſitatem oſtenſurus.

IOANNES BRITANNICVS.

Quum primum pauido cuſtos mihi purpura ceſsit.] Deſcribit tempus quo ſe inſtituendum Cornuto
tradidit.Senſus eſt,ubi ex pueritia,quæ ætas bulla & prætexta utebatur,exceſſi , à te erudiri uolui.
Ordo eſt.Suppoſui me tibi,cum primum purpura cuſtos ceſſit mihi. *Purpura.*] Hoc eſt præ-
texta, cui prætexebatur (ut ſcribit Macrobius) purpura.ueſtis erat qua pueri ante xiiij.anuum ute
bantur.Mart.puerilem amicitiam prætextatam dixit.Tu mihi ſimplicibus Manui dilectus ab an-
nis,Et prætextatą cultus amicitia.Eam etiam magiſtratuum fuiſſe oſtendit Tranquillus ſic ſcribẽs
de Cæſare.omiſſis lictoribus,abiecta prætexta domum clam refugit. *Cuſtos.*] Ideo dicit,quia
pueri ſub cuſtodia ſunt,aut præceptoris aut pædagogi. *Mihi ceſsit.*] A me depoſita eſt.Bulla au-
rea erat inſigne puerorum prætextatorum,quæ dependebat in pectore,ut ſignificaretur eam æta-
tem alterius regendam conſilio.Dicta eſt autem bulla à buli,quod eſt conſilium,aut quia eam par
tem corporis bulla contingat,id eſt,pectus in quo naturale manet conſilium,aut ut ſcribit Pedia-
nus,quaſi bullientis ſinus communiens pectuſq; puerile . Eius uſum ut ætas puerilis uſurparet,
primus omnium Tarquinius inſtituiſſe traditur. Qui filium cum in prætextæ annis occidiſſet ho-
D ſtem,bulla aurea donauit.Vnde mos bullæ durauit, ut eorum qui equo meruiſſent filij id inſigne
haberent,cæteri lorum.Cum prætexta magiſtratuum , bulla uero geſtamen eſſet triumphandum
in ſpeciem cordis ut ſcribit Macrobius,remedijs quibuſdam incluſis aduerſus inuidiam. *Do-
nata pependit.*] Generoſi enim pueri pueritiæ annos egreſſi apud lares familiares bullam ſuſpen-
debant,quemadmodũ puellę uirginitati renũciantes Veneri puppas donabant,ut Perſius.Nem
pe hoc quod Veneri donatæ à uirgine puppæ.Ad quod reſpexit Ora cum irridendo ait.Donaſſet
iam ne cathenam Ex uoto laribus. *Laribus*] Quos proprie auctore Plutarcho præſides uocant:
his canis aſſiſtit,& ipſi caninis pellibus ueſtiuntur. Cuius rei duplex redditur ratio.Nam cũ præſi
des ſint qui præſunt, hos domus cuſtodes eſſe oportet & alienis formidoloſos , ſicut canes uide-
mus.Mites uero ac lenes manſuetoſq; domeſticis.Vel quod dæmonia quędã mala,ut ſenſit Chry
ſippus,& Romani credidere,circum errent,quibus dij quaſi carnificibus,& ſcelerũ ultoribus ad-
uerſus iniuſtos & impios utuntur. Sic lares furiales quidam exiſtimati ſunt,& pœnarum exacto-
res, & uitæ & operationum ſpeculatores.Quare fit ut caninis pellibus induantur,quibus & canis
ideo aſſidet,quod ad inueſtiganda ſcelera & ulciſcendos improbos ſagaces ſint . Compitalibus
igitur (nam is dies Laribus attributus erat) ſuſpendebantur in compitis (ut ſcribit Feſtus) pilæ &
effigies uiriles & muliebres ex lana,quod eſſe deorum inferorum quos uocant lares putarent,qui
bus

bus tot pilæ quot capita ſeruorum, tot effigies quot eſſent liberi ponebantur, ut illis parcerent, & A
eſſent his pilis & ſimulacris contenti. *Succinctis Laribus.*] Quia pellibus caninis induti colerētur.
Cum blandi comites.] Pædagogi & ſerui, qui cum antea dominum coercerent nunc blandirentur.
Tota Suburra.] Ablatiuus eſt caſus. Suburra regio urbis celebratiſſima, uiæ ſacræ proxima, quā
putauit Iunius auctore Varrone ab eo dictam, quod fuerit ſub antiqua urbe, cui teſtimonio poteſt
eſſe, quod ſubeſt ei loco qui terreus murus uocatur. Vel à pago potius ſuccuſano dicta, ut mutatio
ne literæ ſuburra pro ſuccuſa dicta ſit, quod ſuccurrit carinis. In ea meretrices habitaut. Martialis.
Ergò ſuburranæ tyronem trade magiſtræ: illa uirum faciet, nō bene uirgo docet. Virgilius in Pria
pea. Nota ſuburranas inter Telethuſa puellas, Quæ puto de quæſtu libera facta ſuo. *Impune.*] Si
ne ſupplicio, id eſt, omni amoto metu. Nam antea ſub cuſtodia erat pædagogi & patris, à quo pro
hibebatur libere uiuere. *Candidus umbo.*] id eſt, toga uirilis, quæ poſt quartumdecimum annū,
quo tempore pueritia deſinit ſumebatur. Eam metaphorice umbonem appellauit, quia ut ſcuto ar
mati aduerſus hoſtem audacius inſurgimus, & omnia pericula ſubimus: ita pueritiam egreſſi ſum
ptaq́ toga uirili licentius liberiusq́ omnia facimus. unde Terētius. Poſtquam exceſſit ex ephebis,
uiuendi liberior fuit poteſtas. *Candidus.*] Antiquorum conſuetudinem reſpexit, apud quos ui-
rorum fortium picta erant ſcuta, ut Virgilius. Et picti ſcuta Labici. Cōtra inertium & tyr onum pu
ra erant, ut idem alibi: Parmaq́ inglorius alba. Per candidum igitur umbonem ſe ueluti nouū mi- B
litem & tyronem oſtendit, quippe qui nuper ingreſſus eſſe adoleſcentiā. *Cumq́ iter ambiguum eſt.*]
Nam ineunti adoleſcentiæ nihil difficilius eſt, quàm quos & quales eſſe uelimus deliberare, quod
imbecillitate conſilij accidere Cicero docet. *Vitæ neſcius error.*] Ordo eſt. Error neſcius uitę, ut in
telligamus adoleſcentiam errare, quia ueræ uitæ cognitionem non habeat. *Ramoſa in compita.*]
In uarias deliberationes. Alludit ad literam y, per quam Pythagoras, ut diximus uitam humanam
diuiſit, ita ut ab anguſto incipiens, biuium literæ iuuentutis ſpeciem præferat quæ ſemper incerta
eſt utram uiam ſequatur: uitiane, id eſt, partem ſiniſtram: an uirtutem, id eſt, partem dextram.
Compita.] Quadriuia appellātur, ab eo quod multæ uiæ in unum confluant, à competendo ut
ſcribit Varro. *Mentes*] Mens dicta à metiendo, quòd ea cuncta metimur & penſitamus. *Meti-
bi ſuppoſui.*] Hoc ſane ſuppoſui ſummam erga magiſtrum uenerationem oſtendit. *Teneros an-
nos.*] Ineuntem adoleſcentiam. *Socratico ſinu.*] id eſt, philoſophia morali, quam Socrates pri-
mus omnium inuenit. Nam cum antea philoſophi, ut diximus, circa rerum cognitionem uerſarē-
tur, is (ut Cicero eſt auctor) è coelo philoſophiam moralem euocauit. *Tum.*] ſ. cum me ſuſcepi-
ſti. *Regula.*] Moderatio & doctrina, à regendo dicta. Metaphora ſumpta eſt à fabris, qui regula
hoc eſt linea recta utuntur ad ligna recte ſecanda & polienda, quę alio nomine appellatur amuſſis.
Extendit.] Euoluit, explicat & emendat. *Mores intortos.*] .i. prauitatem uitæ meæ. In modo parti C
cula eſt auctiua. permanſit in Metaphora. intortos enim dixit quia extendit præcedit. *Fallere ſo-
lers.*] Solertis & periti magiſtri morē expreſſit: quē oportet, ut ſcribit Fabius, pueros blāditijs ple
runq́ ad literas allicere. ut Horat. Olim dant cruſtula blandi Doctores, elementa uelint ut diſcere
prima. Fallere igitur dicit, quod eum ueluti quibuſdam fraudibus ad uirtutē induxerit, ita ut ple-
runq́ eius cupiditatibus aſſentire uideretur. *Solers.*] In omni re prudens. Deductū à ſollon o-
ſcè, quod nos totū uocamus. auctor eſt Feſtus. *Et premitur.*] Regitur. i. animus meus patiebatur
& gaudebat ratione gubernari. quod in omnibus laudabile eſt, ut rationi pareat appetitus, quæ
omnia ex philoſophia morali colliguntur. *Vinciq́ laborat.*] Hinc oſtendit nō ſine labore à cupi-
ditatibus auocatū eſſe. *Artificem.*] Antiptoſis eſt, pro artifice. *Ducit ſub pollice u.*] Metaphora
ſumpta ab his q imagines cæreas formant. Iuue. ut mores teneros, ceu pollice ducat, Vt ſi quis cęra
uultū facit. *Ducit.*] Sumit. *Soles.*] Dies. Virg. Tris adeo incertos cæca caligine ſoles. *Primas no
ctes.*] .i. primas partes noctis. *Laxamus.*] Ducimus, aperimus. *Seria.*] Res graues. Et per hoc
oſtendit poeta nihil impudicū in mēſa tractandū eſſe. *Non equidem hoc dubites amborum fœdere cer-
to Conſentire dies, & ab uno ſidere duci.*] Tantam inter ſe concordiam, & morum ſimilitudinē eſſe di-
cit, ut credibile ſit amborū uitam ab eodē ſidere pendere. Et hoc ex diſciplina Aegypti, in qua plu-
rimum Petòſiris & Necepſos elaborauere. Nam perſuaſum eſt, ex aſtrorum motu futura cognoſci, D
& naſcentibus hominibus malitiam uel bonitatem, felicitatem uel infelicitatem portendi. unde il-
lud eſt Iuuenalis. Diſtat enim quæ Sidera te excipiant modo primos incipientem Edere uagitus.
Amborum fœdere certo conſentire dies.] Ordo eſt, dies amborum conſentire, conuenire. *Fœdere.*]
Lege. *Noſtra uel æquali ſuſpendit tempora libra Parca tenax ueri, ſeu nata fidelibus hora.*] Senſus eſt.
ſiue inquit ſub Libra, ſiue ſub Geminis & quocunque alio ſidere nati ſumus, hoc unum cōſtat, nos
cuiuſdam ſideris beneficio pari morum qualitate coniungi, & eiuſdem eſſe uoluntatis. Ordo eſt.
neſcio quod certe eſt ſidus, quod me tibi temperat, uel Parca tenax ueri ſuſpendit noſtra tempora
æquali libra, ſeu hora nata fidelibus diuidit ſ.c.d. *Parca tenax ueri.*] Parcæ tres dicuntur eſſe ſo-
rores, Clotho, Lacheſis, & Atropos, quarum arbitrio hominum uita diſponitur. Vnde Sappho. Si
ue ita naſcenti legem dixere ſorores, Et data ſunt uitæ fila ſeuera meæ. Sūma concordia omnia diſt
gunt. Virgilius. Concordes ſtabili fatorum numine Parcæ. pro fatis ab Homero accipiuntur, ut
hic à Perſio. Ait ergo fata horam natalem diſpenſaſſe, ut ſua utriuſq́ uita ab eodem ſidere pendeat.
Tenax ueri.] Non mendax, ſed quod ſemel promiſit haud dubie præſtans. *Suſpendit tempora
noſtra.*] Nobis contribuit & diſpenſat. perſtat in translatione libræ, qua res penduntur. *Ae-
quali libra.*] Epithetō eſt Libræ. Nam ſole in Libra exiſtente æquinoctium eſt autumnale, id eſt, nox

A æqua diei, unde Virgilius. Libra die ſomniq; pares ubi fecerit horas. *Seu nata fidelibus hora Di-*
uidit in geminos c.f.d.] Geminos complures aſtrologi, Caſtorem & Pollucem eſſe dixerunt, quos
demonſtrãt omnium fratrum inter ſe amantiſſimos fuiſſe, quod neque de principatu contende-
runt, neque ullam rem ſine communi conſilio geſſerunt, pro quibus officijs eorum Iupiter inter
honſſima ſidera eos conſtituiſſe exiſtimatur. Alij dixerunt Herculem & Apollinem eſſe. Nonnulli
Triptolemum & Iaſium, à Cerere dilectos & ad ſidera perlatos. Oſtendit igitur poeta eos qui ſub
geminis naſcuntur ſumma ſemper fide & gratia inter ſe uiuere, quemadmodum uixiſſe feruntur
Caſtor & Pollux. *Hora nata fidelibus*] id eſt, quæ hoc præſtat ut qui tunc naſcantur inter ſe fideles
ſint & amici. Geminorum enim ſidus benignum eſt & ſalutare, eos in mari deos nautæ inuocant.
Diuidit in geminos concordia fata duorum.] id eſt, digerit, & diſpartitur in geminos concordia fata
duorum, id eſt, uitam noſtram quæ dependet ex fatis. diuidit autem in geminos, ut quamuis di-
uerſis temporibus, ſub eodem tamen ſidere utriq; nati ſimus. *Concordia.*] Hoc dicit propter
ſideris uirtutem, cuius eſt proprium homines in amicitiam & mutuam charitatem coniungere.
Saturnumq; grauem noſtro Ioue frangimus una.] Saturni ſydus gelidæ & rigentis eſt naturæ, & quibus
in ortu affulſerit maleficium & infelicitatem portendens. unde Ouidius in Ibim. Te fera nequic-
quam placidum ſpondentia Martis Sidera preſſerunt, falciferique ſenis, id eſt, Saturni. Contra Io-
B uis ſydus eſt benignum & temperatũ. Nimio enim ardore Martis & rigore Saturni, inter quę duo
ſidera eſt interiectus, ex utroq; tẽperatur, & ſtella fit ſalutaris. Ouidius. Natus es infelix, ita dij uo-
luere. nec ulla Commoda naſcenti ſtella leuisq; fuit. Non Venus affulſit, non ulla Iuppiter hora.
Ait ergo Perſius. Si quid mali nobis naſcentibus ſidus Saturni illaturum erat, id totum benignita-
te ſtellæ Iouis depulſum eſt, cum ea nobis in ortu affulſerit.

IOANNES BAPTISTA.

Cum primum pauido.] Quo tempore philoſophicis diſciplinis ſub Cornuto præceptore animũ
imbuere, & intortos mores reformare cœperit, demonſtrat. & eſt ſenſus: Cum primũ ætatem pue-
rilem, quæ bullam & prætextam geſtabat exceſſi, me tibi tradidi tuis inſtitutionibus erudiendũ.
Purpura cuſtos.] Prætextam ſignificat, quæ ueſtis erat puerorum patriciorum. dicta ab eo quod
purpura prætexitur, unde prætextati pueri, & prætextatæ puellæ dicuntur. ſcribit Macrobius li-
bro i. Satur. quod Tullus Hoſtilius rex Romanorum tertius, debellatis Hetruſcis ſellam curulẽ,
lictoresq;, & togã pictã atq; prætextã, quæ inſignia magiſtratuũ Hetruſcorũ erant, primus ut Ro-
mæ haberentur inſtituit. ſed prætextam illo ſeculo puerilis non uſurpabat ætas. erat enim ut cæte-
ra quæ enumeraui honoris habitus: Sed poſtea Tarquinius Priſcus rex de Sabinis egit triumphũ,
quo bello filium ſuum annos quatuordecim natum, quòd hoſtem manu percuſſerat, bulla aurea,
C prætextaq; donauit. unde mos in cæteros Romanos deſcendit. Olim Papirius ob tacendi, loquen-
diq; in prætexta ætate prudentiam cognominatus eſt Prætextatus. hinc prætextatus ſermo à pri-
ſcis dictus nihil obſcœnitatis habens, quia prætextatis pueris nefas erat obſcœno uerbo uti. in cõ-
trario ſignificatu prætextata uerba dicuntur à Tranquillo in Veſpaſiano impudica, obſcœna, & à
Macrobio in ij. Sat. ob id (ut opinor) quod nubentibus depoſitis prætextis à multitudine puerorũ
obſcœna clamentur. apud antiquos fuit & in uſu pulla prætexta. i. nigra, qua nulli alij licebat uti,
niſi ei qui funus faciebat. *Ceſsit mihi.*] A me depoſita eſt. *Bullaq;.*] Bulla prophylacion, hoc eſt
puerilis colli ſuſpendiculum eſt, ingenui aurea, ſeruilis ſcortea, quã (ut inquit Macrobius) in cor-
dis figuram formatam ante pectus annectebant. ut illam inſpicientes ita demum ſe homines eſſe
cogitarent ſi corde præſtarent. Aſconij de bulla ſcribentis uerba ſunt hæc. bulla ſuſpendi in collo
infantibus ingenuis ſolet aurea, libertinis ſcortea, quaſi communiẽs pectus puerile. appellata aũt
ſic eſt quod *βουλὴ*, i. conſilium ſignificat in rebus omnibus adhibendum. fuit & olim bulla trium-
phantium geſtamen. præterea bullæ ſunt illa ornamenta, quibus cingula decorant. Calphur. Al-
ternat uitreas lateralis cingula bullas. bullis aureis ſe fuiſſe inoculatum ſcribit Apule. *Laribus do-
nata pependit.*] Apud quos pueri generoſi (ut inquit Porphyrio) egreſſi pueritiæ annos bullam au-
ream ſuſpendere conſueuerant, ſicut uirgines renunciantes uirginitati puppas deæ Veneri condo-
D nabãt. Horatius in Sermo. Donaſſet iam ne cathenã Ex uoto Laribus quærebat. ſunt Lares dij do-
meſtici. qui domi in ipſo foco colebantur, qui deorum penatum ara eſt. Hinc Naſo lib. i. De triſti-
bus de uxore inquit. Illa ſed ante Lares ſparſis proſtrata capillis Contigit extinctos ore tremẽte fo-
cos. De quib. multa Apuleius lib. i. De dæmonio Socratis. filij fuere Laræ, uel Larũdæ, ut docet La-
ctãtius lib. i. Laram uel Larundam matrem Larium uocant. Fabula eſt apud Ouid. in ij. Faſtorũ. il-
lud notandum (ut quæ Feſtus, Plut. cæteri uulgatiſſima tradunt ſilentio prætercam) lares adeo fu-
iſſe apud priſcos aliquando ſpretos contemptosq; ut hæc ſcribat Tertullianus. Domeſticos deos
quos Lares dicimus, domeſtica poteſtate tractatos demutãdo aliquãdo in cacabulũ, aliquãdo in
truliũ. Legimus apud Sueto. quod Lares dij ſunt abiecti in publicũ, indignatione doloreq; quẽ cõ-
ceperant ex morte Germanici. Larariũ appellamus ſacrarium domeſticum, in quo Lares, & dij pe-
culiares adorantur. ſcribit Lampridius Alexandrũ Seuerũ in larario rem diuinam matutinis ho-
ris factitaſſe ad effigies deorum, in quibus habebat Abrahamum & Chriſtum. hinc autem ortam
eſſe originem colendi Lares in domo oſtendit Seruius, quia homines apud maiores in ſuis domi-
bus ſepeliebantur, quos pro dijs colere & uenerari cœperunt. *Succinctis.*] Caninis pellibus in-
dutis, cuius rei in Probl. rationẽ reddit Plutar. *Cum blandi comites.*] Serui pædagogi, qui inter
comites annumerantur à iureconſultis, ut ſupra diximus. aliàs comes eſt nomen dignitatis, quæ

deco-

decoratus es tu Iacobe Antoni inclyte bonitate princeps,ſeuere,mitis,omniaq́ꝫ conſecute,quę in A
eminentiſſimo ac optimo principe probari poſſe uideantur. *Iam candidus umbo.*] Vmbo, ut om
nes tradunt grammaticí, eſt pars media clypei eminentior,ſed pro toto ſcuto quandoque à poe/
tis accipitur.Statius.Iam clypeus clypeis,umbone repellitur umbo,Ciuilibus bellis.ſed hic eſt ue
ſtis, qua adoleſcentuli die tyrocinij induebantur, quam M.Tullius,& Plinius lib.viij. puram ap/
pellitant.Dicitur autem tyrocinium ab eruditis,quando adoleſcentuli togam ſumūt, & barbam
ponunt, eloquentiamq́ꝫ in foro auſpicantur. Tunc enim & ipſi tyrones dicebantur & illa prima
actio tyrocinium. Seneca. Et ille ideo in foro primum dicturus tyro dictus eſt. Suetonius in Au/
guſto:ut C. & L. filios ampliſſimo præditus magiſtratu ſuo quęq́ꝫ tyrocinio deduceret in forum.
hanc togam Ouidius appellat liberiorem. Propertius liberam, quia qui eam induiſſent,non am
plius erant ſub pædagogorum cura,ſed liberius illis erat uiuendi poteſtas.Papinius. Quem non
corrumpit pubes effrena,nouaq́ꝫ Libertas properata togę.Cur autem hoc fieret cauſas refert O/
uidius in Faſtis. *Sparſiſſe oculos.*] Qui (ſi neſcis) ſunt in amore duces,& (ut placet Muſæo)cauſa
omnis amoris,& origo eſt oculus.Amoris diffinitio (ut tradunt philoſophi & meminit Plato) eſt
pulchritudinis fruendæ deſiderium.hac autem per oculos fruimur. hi diſtingunt uitam à morte
lucis uſu,ut ſcribit Plinius:flores ſunt animę, ut ait Palæmon:ſic dicti quòd ciliorum tegminibus
occuluntur.auctor eſt Varro,& Lactantius.Oculi modici habentur optimi.auctor Ariſtóteles in B
primo De animalibus. *Tota ſuburra.*] In quo uico meretrices habitabant, ob id ſuburranæ di/
ctæ.Ouidius in Priapeis.Nota ſuburranas inter Telethuſa puellas,Quæ puto de quęſtu libera fa/
cta ſuo.Martialis.Ergo ſuburranę tyronem trade magiſtrę. *Impune.*] Sine pœna. Cicero.liceat
at ſemel impune peccare,ſit errantis medicina confeſſio. *Cumq́ꝫ iter ambiguum.*] M.Tullius libro
primo Officiorum pręcipit conſtituendum eſſe quos nos,& quales eſſe uelimus,& in quo genere
uitę,& in eo conſtanter perſeuerandum.Ad hanc autem rationem, quàm maximam uim natura
habet,fortuna proximam. utriuſq́ꝫ omnino ratio habenda eſt,in deligendo genere uitę, ſed natu
rę magis:quo ineunti ętati nihil difficilius,quod imbecillitate conſilij accidere, idem eſt auctor.
Error neſcius uitæ.] Qui uitam optandam & eligendam non cognoſcit. *In compita ramoſa.*] Al
ludit ad y literam,per quam Pythagoras ſignificauit duas eſſe uias propoſitas:quarum dextra ar
dua & anguſta nos ad uirtutem inuitat,in qua ſcandēda anxietudinem omnem perpetitur:cum
cœperint & ſuperauerint,lenimen & mulcimen omnijugum. Siniſtra uero lata, & ampla uitijs pa
tet. nam biuium y litteræ ab anguſto incipiens iuuentutis ſpeciem præfert, quo tempore homi/
nes incerti ſunt uitia ne,id eſt,partem ſiniſtram,an uirtutem,id eſt,dextram ſequantur. Huius au
tem literæ formam Palamedes, qui ad Troiam pugnauit,è gruum uolatu aſſumpſit,ut ſcribit Phi
loſtratus libro quarto.& Claudianus oſtendit his uerſibus.Pendula ceu paruis moturæ bella co C
lonis,Thracia cum tepido permutant Strymona Nilo,Ordinibus uarijs per nubila texitur alis Li
tera,pennarumque notis inſcribitur aer. *Me tibi ſuppoſui.*] Tradidi me in tuam diſciplinam &
eruditionem,attentum cogitatione,& auribus,docilem ingenio,beniuolum animo:attentum ad
audiendum,docilem ad intelligendum,beniuolum ad retinendum.his enim tribus rebus,atten/
tione ſcilicet,beniuolentia,& docilitate diſcipuli ſubiectio conſiſtit, ut ſcribit Bœotius. Suppoſui
autem uerbum eſt principale,& eſt ordo.me tibi ſuppoſui cum primum, &c. *Teneros annos.*]
Iuuenilē & ineuntem ætatem,adoleſcentiam. *Sinu Socratico.*] id eſt, contubernio, & diſciplina
philoſophiæ moralis,cuius conditor,propagator,illuſtrator extitit Socrates.ex cuius uarijs & di
uerſis,& in omnem partem diffuſis diſputationibus plures fluxere philoſophi:& cum alius aliud
apprehenderet,proſeminatæ ſunt quaſi familiæ diſſentientes inter ſe & multum diſiunctæ, & di/
ſpares,cum tamen omnes ſe philoſophos Socraticos & dici uellent,& eſſe arbitrarētur. *Tunc.*]
In principio,cum me ſuſcepiſti. *Regula.*] Eruditio, doctrina, diſciplina. à fabris metaphora eſt
qui regulam,cum opus probant,rubrica illinunt. Apuleius.En inquit ſanctiſſimæ Saluiæ matris
generoſa probitas,ſed & cætera corporis exæquabiliter ad regulam, qua diligenter aliquid adfi/
gunt,ſunt congruentia.hæc alio uocabulo dicitur amuſſis. Virgilius. Nil ut deliret amuſſis.hinc
amuſſitatum deriuatur,quod ſignificat examinatum,probatumq́ꝫ.Inde Plauto, amuſſitata indo D
les pro examinata atque perfecta.Examuſſim,Apuleio,Aulo Gellio,cæteris dicitur examinate,o/
ptime,ad unguem,regulariter. *Fallere ſolers.*] Docta,& aſtuta quibuſdam ueluti fraudibus &
dolis,mores & uitia iuuenum caſtigare,ut illos ad bonas artes excolendas deducendo cupidita/
tibus eorum plerunque aſſentire uideretur,quod in magiſtro laudabile, & maxime expetendum
eſt:nam non iurgijs,non uerberibus, ſed blanditijs quibuſdam alliciendi ſunt plerunque ad lite/
ras diſcipuli,quod oſtendit Quintilianus in primo. Vnde Horatius. Olim dant cruſtula blandi
Doctores,elementa uelint ut diſcere prima. Non enim decet liberum hominem cum ſeruitute di/
ſciplinam aliquam diſcere.Quippe ingentes labores corporis ui ſuſcepti nihilo deterius corpus
efferunt,nulla uero animæ uiolenta eſt ſtabilis diſciplina.unde non tanquam coactos in diſcipli/
nis animorum,ſed quaſi ludentes nutrire oportet,ut & magis ad quod natura ſit aptus poſſis ag/
noſcere.auctor Socrates. *Intortos mores.*] id eſt,peruerſam naturæ meæ prauitatem,mores ma
los,& non rectos:quos primum eradicare debet præceptor optimus, & loco eorum bonos ſub/
ſtituere.unde fauentibus dijs dicit Plinius ad Hiſpulam ſuper filio,Trade eum præceptori, à quo
mores primum,mox eloquentiam diſcat,quæ male ſine moribus diſcitur.In,hoc loco auget,cum
alibi quandoque minuat,unde priuatoria nuncupatur. *Extendit.*] Explicat,euoluit, corrigit,

A & emendat. *Et premitur ratione animus.*] Duplex eſt uis animorum, atq; naturæ. una pars in ap-
petitu poſita eſt, quæ Grǽce dicitur ὁρμὴ, quę hominem huc & illuc rapit. altera in ratione, quę ui-
tę regins eſt. Itaq; rano prǽeſſe debet, appetitus uero obtemperare. unde dicit Perſius, quod ani-
mus eius ſub Cornuti diſciplina gaudebat, & maxima uoluptate afficiebatur ratione gubernari,
ut ſcilicet ratio appetitui, & cupiditatib. imperaret, quo opere nihil prǽſtantius tradit in tertia quę
ſtione Seneca. Nullam eſſe maiorem uictoriam quàm uitia domuiſſe. tunc animanti ſanitas adeſt
& uires, & pulchritudo (ut tradit Apuleius) cum ratio totum regit, parentq; appetitus, ſiue cupidi
tas & iraſcentia, nihil appetunt, nihil mouēt, quod inutile eſſe duxerit ratio, quę uelut domina om
nium ac regina capitis arcem tenet coercens effrenes cupiditates. *Premitur.*] Regitur. *Du-
cit.*] Accipit, ſumit. *Sub pollice.*] Ab his qui formant imagines cęreas trāslatio. Iuuenalis. Exi
gite ut mores ceu pollice ducat, Vt ſi quis cęra uultum facit. Plato. Inſtitui oportet hominē ab a-
doleſcentia ut officioſus adoleſcat, & his gaudeat, quibus gaudendum eſt, & doleat quibus dolen
dum. Formatur enim diſciplinis tenera ętas, ut cęra manu artificis. dicitur autem pollex (ut ſcri-
bit Macrobius) ab eo quod pollet, qui nec in ſiniſtra ceſſat, nec minus quàm tota manus ſemper
in officio eſt. unde apud Grǽcos ἀντίχειρ uocatur, quaſi manus altera, ſeu pro manu altera. alio uo
cabulo appellatur hallux ἀπὸ τοῦ ἅλλεσθαι, i. ſalto, quod conſtricta manu proximum digitū ſolus ſcā
B dat. tantus eſt huius digiti uſus, ut illi qui hoc carent, ſint nulli fere rei idonei. unde legimus apud
Suetonium quòd Auguſtus equitem Romanum, quòd duobus filijs adoleſcentibus cauſa de-
tractandi ſacramenti pollices amputaſſet, ipſum bonaq; eius ſubiecit haſtę. de pręciſione pollicis
meminit Valerius, Marcus Tullius, Fortunatianus, & Marcellinus ſcribens de Gallorum mori-
bus. *Vultum.*] Animum. *Artificem.*] Anuptoſis pro artifice. uel artificem, id eſt, artificio-
ſum. *Soles.*] Dies. Catul. Soles occidere & redire poſſunt. Vergilius. Tris adeo incertos cęca ca
ligine ſoles. *Primas noctes.*] id eſt, primas partes noctis, quæ in quatuor uigilias diuiditur, quæ
ſingulæ trium horarum ſpatio ſupputantur (ut tradit Hieronymus) quod ex diſciplina caſtrenſi
factitatum eſt, cuius meminit Vegetius. uel primas, id eſt, pueriles. *Laxamus.*] Loquimur, apę
rimus. *Seria.*] Res graues. Seria, & ioca ſibi uiciſſim opponuntur, ut docet Quintilianus in ſe
xto. M. Tullius. Tunc autem ioco uti licet cum ſerijs rebus ſatisfecerimus. oſtendit autem Perſius
ſummam ſemper dicti, & facti uerecundiam ſuper cœnam cuſtodiendam, resq; ſerias ibi tractan-
das. quod ſenſit & Iuue. *Non equidem hoc dubites.*] Ad hoc ut diſcipulus doctus, & eruditus eua-
dat, opus eſt ut diſcipulus & præceptor mira coniuncti ſint amicitia. nam ſicut hominis ortus ex
utroq; gignentium conſeritur, & fruſtra ſparſeris ſemina niſi illa præmollitus fouerit ſulcus: Ita e-
loquentia (teſte Quintiliano) coaleſcere nequit, niſi ſociata tradentis accipientisq; concordia:
C quā immenſam inter Cornutū, & Perſiū fuiſſe ex fructu diſcipuli apparet. & Perſius hac ſatyra ue-
luti gloriabundus demonſtrat docetq;, hanc amicitiam & amorem mutuum inter ſe & Cornutū
à ſideribus originem trahere, quod ſub eodem ſigno ſint geniti, eundem in genitura. i. natiuitate
(ut Ambroſij & uulgi utar dictione) habuerint horoſcopum, ut idem nolle, & idem uelle (quæ te-
ſte Hieronymo, uera eſt amicitia) inter eos inueniatur. quod totum dicitur ex diſciplina Chaldæo
rum, de quibus non parum multa Diodorus, Strabo, M. Tullius, Phauorinus apud Gellium, cæ-
teri. hi tradunt felicitatem, & infortunia hominum à fatis proficiſci, & (ut auctor eſt Cenſorinus)
actum uitamq; noſtram ſtellis tam uagis quàm ſtantibus eſſe ſubiectam, eorumq; uario multiplicięq;
curſu genus humanum gubernari. Vnde dixit Iuuenalis. Diſtat enim quæ Sidera te excipiant mo
do primos incipientem Edere uagitus, & adhuc ſub matre rubentem. Idem. Plus etenim fati ualet
hora benigni, Quàm ſi te Veneris commendet epiſtola Marti. Mālius lib. iij. Fata quoq; & uitas ho
minum ſuſpendit ab aſtris. *Conſentire.*] Conuenire, concordes fieri. *Fœdere.*] Lege. Verg.
Regemq; dedit, qui fœdere certo. alias eſt pax quæ fit inter dimicantes. *Noſtra uel æquali.*] Hic
eſt ſenſus. cōſtat, inquit Perſius, & pro cōperto habetur, nos ex alicuius ſideris benignitate animi
uoluntatis, & morum qualitate eſſe coniunctos, ſiue ſub libra, ſiue ſub geminorum conſtellatio-
ne, ſiue ſub alio quouis ſidere geneſin & horoſcopum noſtræ natiuitatis habuerimus. Quod ſum
D ptum eſt ex Horatio lib. ij. Carminum. ubi ſcribit. Seu libra, ſeu me ſcorpius Formidoloſus, pars
uiolentior Natalis horæ, ſeu tyrannus Heſperiæ capricornus undę: Vtrunq; noſtrum incredibili
modo Conſentit aſtrum. Ordo hic eſt. Neſcio quod certe eſt ſidus, quod me tibi temperat, uel Par
ca tenax ueri ſuſpendit noſtra tempora æquali libra, ſeu hora nata fidelibus diuidit fata concor-
dia duorum. *Parca tenax ueri.*] Veridica, non mendax, quia promiſſa haud dubie prǽſtat. Mar
tialis. Obſeruant quem ſtatuere diem Parcæ. has Plato libro decimo De repub. & Plotinus filias
ἀνάγκης, id eſt, neceſſitatis eſſe dixerunt. ſunt tres, quas Lactantius ſingulis hominibus ſcribit appa
rere. Omnia enim tribus temporibus contineri, præterito, præſenti, & futuro. præteriti eſt origo,
præſentis ſubſtantia, futuri diſſolutio. Incipimus enim cum naſcimur, & ſumus cum uiuimus, &
definimus cum interimus. Vnde non immerito poetæ tres Parcas eſſe uoluere, unam quæ Clo-
tho appellata uitam hanc ordiatur. Alteram quæ contexat, & Lacheſis dicitur ἀπὸ τοῦ λαγχάνειν (ut in
quit Michalus) ὑφαίνεται γὰρ ἀνὴρ σὺν τῷ κλήρῳ ἐν χερσὶν πρασσομένων, id eſt, à contexēdo. ſolet enim tum uir
contexere cum ſorte res gerendas. Tertiam quæ rumpat, ac finiat, & Atropos nominatur. Idem fe
re quod Lactantius tradit Apuleius, tria fata eſſe ſcribens propter tria tempora, ſub quo nomine
Parcas intelligit. cui aſtipulatur Auſonius ſic ſcribens. tris Charites, tria fata, triplex uox, tria e-
lementa. Scribit ſcite Martianus Parcas eſſe librarias cœlitum, archiuique cuſtodes, quæ ſen

tentiæ

tentias Iouis orthographiæ ſtudio ueritatis excipiant. Non ignoro quæ leguntur apud Gellium. Dictæ Parcæ à contrario ſenſu, quòd nemini parcant. auctores Seruius & Hieronymus. A
Herebi & Noctis fuerunt filiæ (ut quidam dixerunt) quibus in libris De natura deorum aſſentitur Tullius. Heſiodus uero in Theogonia dicit Themidos filias & Iouis, Clotho, Lacheſin, & Atropon. μοίρας θ' ἧς πλείστην τιμὴν πόρε μητίετα ζεύς, κλωθώ τε λάχεσίν τε καὶ ἄτροπον, id eſt, Fatalesque deas, quas ſapiens Iupiter maximis affecit honoribus, Clothoque, Lacheſinque, & Atropon. *Suſpendit.*] Dat, tribuit, diſpenſat. Parcæ enim bonum malumque futurum mortalibus naſcentibus dant, ut canit Heſiodus αἵ τε διδοῦσι θνητοῖς ἀνθρώποισιν ἀγαθόν τε κακόν τε. *Aequali libra.*] Iuſta. Eſt autem libra pars dimidia ſcorpionis (ut ait Higinus) quæ ut Taurus Veneri ſtellæ complexionis temperatæ attribuuntur eo quod res oriri faciunt, ut ſcribit Ptolemæus, in hac ſole exiſtente æquinoctium eſt autumnale. unde Vergilius. Libra die ſomnique pares ubi fecerit horas. Manlius libro tertio. Libra diem, noctemque pari cum fœdere ducit. & libro quarto. Librantes noctem chelæ cum tempore lucis. *Fidelibus.*] Nobis, qui magna fidelitate ſumus coniuncti, & bona, cum laudabili loco horoſcopum habuerimus. Scribit enim Ptolemæus quod ſi concordia duorum in re aliqua eſt, quod reperitur ex ſignificatione illius rei in utriuſque natiuitate: ſi ergo fuerit in loco laudabili, erit inter illos concordia bona, & qui fortior loco fuerit, erit ſicut agens & princeps, & debilior ſicut patiens & ſubiectus. *Diuidit in geminos.*] Qui ſint B
gemini uaria eſt opinio. alij ut Marcus Varro Herculem, & Apollinem dixerunt. alij Triptolemum & Iaſiona à Cerere dilectos, & ad ſidera perlatos, nonnulli Caſtorem & Pollucem ex Ioue Olympio & Leda amabili ſub uertice Taygeti procreatos, ut canit Homerus, κάστορα καὶ πολυδεύκεα ἀείσεο μοῦσα λίγεια τυνδαρίδας, οἳ ζηνὸς ὀλυμπίου ἐξεγένοντο, τοὺς ὑπὸ ταϋγέτου κορυφῇς τέκε πότνια λήδη, λάθρῃ ὑποδμηθεῖσα κελαινεφεῖ κρονίωνι, id eſt, Caſtorem & Pollucem Tyndaridas facunda muſa cane, qui Ioue prognati ſunt, quos ſub uertice Taygeti montis, nobilis Leda peperit, clam gratum faciens Ioui Saturnio. quos tradunt ex omnibus maxime fratribus inaudita inuicem beniuolentia coniunctos fuiſſe, quod neque de principatu contenderint unquam, nec rem ullam niſi communicato conſilio geſſerint, propterea à Ioue ambos in cœlum translatos geminorum ſignum efficere. Gemini ab aurigæ dextra parte ſupra Orionem collocati uidentur, ita tamen ut Orion inter taurum, & geminos appareat conſtitutus. hi ſalutares ſunt, & à nautis inuocantur proſperi curſus prænuncij, quorum aduentu fugari diram illam, ac minacem, appellatamque Helenam ferunt. auctor Plinius. Claudianus in Gildonem: Cæca ſub nocte uocati Naufraga Ledæi ſuſtentant uela Lacones. Statius. Iam damnata ſororis Igni Tænarei iuuerunt carbaſa fratres. De quibus Propertius, Horatius, Marcus Cato, & Seneca in primo Naturalium quæſtionū meminerunt. Fulgentius contra omnes, Caſtores inimicos & incurſaces nauigantibus eſſe prodidit, maximo errore, niſi ſi ſinguli effulſerint. hoc dictum à Fulgentio intelligamus. tunc enim cum ſolitariæ graues ſunt, & mergunt nauigia, & ſi in carinæ ima uenerint exurunt. auctor Plinius, ſed plura apud Higinum de geminis, ſub quorum ſidere qui naſcuntur, mira inter ſe degunt concordia. *Concordia fata.*] Concordantia. ſic Ouidius. Congeſtaque eodem Non bene iunctarum diſcordia ſemina rerum, id eſt, diſcordantia. de fato autem, ne longior ſim, Plato, Seneca, Auguſtinus, Triſmegiſtus, Cicero, Apuleius, Bœotius, cæteri multa tradiderunt, quod libro quarto περὶ προνοίας, id eſt de prudentia, eſſe dixit Chryſippus φυσικήν τινα σύνταξιν τῶν ὅλων ἐξ ἀϊδίου τῶν ἑτέρων τοῖς ἑτέροις ἐπακολουθούντων, καὶ μετὰ πολὺ μὲν οὖν ἀπαραβάτου οὔσης τῆς τοιαύτης συμπλοκῆς, id eſt, naturalem quendam ordinem omnium rerum ex æterno alijs ad alia conſequentibus, & incommutabili manente eiuſmodi complicatione. *Saturnumque grauem.*] Si Saturnus nobis aliquod malum portendebat, eius malitiam Iouis benignitate ſuperauimus. ex illo Horatij ſumptum, Te Iouis impio tutela Saturno refulgens eripuit. Saturnus enim omnino maleuolus planeta eſt, naturæ rigentis & gelidæ, ut ſcribit Plinius. cuius ſidus triſte Iuuenalis, graue Propertius nuncupat. demonſtrat Ptolemæus in libro de harmonia quod uitam noſtram præcipue Sol & Luna moderatur. deinde dicit Iouem & Venerem nobis propitios, Saturnum & Martem ea ratione aduerſos, quia certi ſunt numeri per quos omnia: qui ſi conuenienter iunguntur & aptantur, fit iugalis D
competentia, nec quicquam poteſt alteri niſi per hos numeros conuenire. poſt hæc longo ordine explicat huiuſmodi numeros, & oſtendit Iouem, & Venerem interuentu illorum cum luminibus bene iungi & conſociari. alia nullius numeri nexu applicari, & Iouis ſtellam Soli per omnes numeros, lunæ per plures, Venerem uero lunæ per omnes, Soli autem per plures iungi. indeque fieri ut quamuis utraque propitia ſit ſtella, propitior ſit Iupiter. Saturnum autem & aliqua extrema linea ad Solem, Martem ad lunam referri. Ideoque minus eſſe commodos planetas demonſtrat. Eſt ergo maleuolus Saturnus, & teſte Bœotio inter planetas ſæuiſſimus. eſt nocturnus, ponderoſus, plus nocet retrogradus quàm rectus. unde fabulæ illi falcem tribuunt quę tum maxime ſecat cum reducitur. Producit hominem fuſcum, turpem, pigrum, grauem, ac triſtem, corpore aſpero, & qui amet turpia, & fœtida. domus Saturni eſt Capricornus & Aquarius, dominium habet in libra. *Frangimus.*] Vincimus, ſuperamus. *Noſtro Ioue.*] Quem paulo ante beneuolum docuimus. quod teſtatur etiam Seruius ſcribens ex quinq; planetis duos eſſe noxios, Martem & Saturnum. duos bonos, Iouem & Venerem. Mercurius uero talis eſt qualis ille cui iungitur. M. Tullij in Scipionis ſomnio hæc ſunt uerba, quæ hoc apertiſſime demonſtrant, Inquit enim. Deinde hominum generi proſperus & ſalutaris ille fulgor, qui dicitur Iouis.

A undè Ouid. uolens Ibim infeliciſſimum oſtendere cecinit. Non Venus affulſit, nō ulla Iuppiter hora. *Temperat.*] Coniungit.

AELIVS ANTONIVS NEBRISSENSIS

Cum primum.] Dicit à pubertate ſe cœpiſſe dare operā Cornuto philoſophiæ præceptori. dicit igitur. O Conute ego ſuppoſui me tibi, id eſt, ſub diſciplina tua poſui. *Cum primum purpura cuſtos.*] id eſt, toga prætexta, qua utebantur pueri ad annum uſq; duodeuigeſimum, in quo togam uirilem ſumebant. prætexta autem dicebatur quia fila purpurea habebat intertexta. cuſtodem autem appellauit purpurā, quod illa ætas ſub cuſtodibus & pædagogis eſſet. *Ceſsit mihi.*] id eſt, ego exceſſi ex ea ætate. Terentius in Andria. Is poſtquam exceſſit ex ephebis Soſia. liberior uiuendi fuit poteſtas. *Et cum bulla.*] ſcilicet aurea quod erat in pueris inſigne nobilitatis. Iuuenalis. dic ô ſenior digniſſime bulla. *Donata Laribus ſuccinctis*] Nā pueritiæ annos egreſſi bullā dijs Laribus donabant, quemadmodum puellæ Veneri pupas. Succinctos autem Lares dixit, id eſt, habentes ueſtes ſuccinctas, quo habitu colebantur. *Perpendit.*] id eſt, appenſa eſt ante illorum effigies. *Et blandi comites.*] id eſt, amici adulatores qui pædagogi miſſi loco ſucceſſerunt. permiſerunt ſparſiſſe oculos, quod pædagogi non permittebant. *Et umbo candidus.*] id eſt, ueſtis cādida. hoc eſt toga uirilis quæ candida erat. ſed umbonem appellauit quod in modum umbonis forte erat

B formata, ut non togam ſed chlamydem aut cycladem ſignificet, qui amictus rotundi ſunt. *Permiſit ſparſiſſe oculos.*] id eſt, circumſpicere fœminas. *Impune.*] id eſt, licenter & ſine pœna, quod ſub pædagogo non licebat. *Tota Suburra.*] Vico celebri in urbe Roma, ſed præcipue meretricibus frequentato. Vergilius in Priap. Nota ſuburranas inter Telethuſa puellas. & Martialis. Tōſtrix ſuburræ faucibus ſedet primis. Nam tonſtricem hanc meretricem fuiſſe poeta ſignificat. *Cumq; iter ambiguum eſt.*] id eſt, cum ſumus in ea ætate, in qua certum uiuendi genus nobis deligendum eſt. Nota eſt commentatio Prodici ſophiſtæ de Hercule pueritiam egreſſo, deq; duabus uijs, uoluptatis altera & altera uirtutis, ſeſe illi offerentibus: quo pacto Hercules ſpreta uoluptatis uia, uirtutem ſecutus eſt. hoc eſt quod in ſatyra præcedenti de ypſilo Pythagoræ dictum eſt. *Ac error neſcius uitæ.*] id eſt, ignorantia rerum illius ætatis propria, quæ propter inexperientiam neſcit quam potiſſimum uitam eligat. *Deducit mentes trepidas.*] id eſt, adoleſcentes in uitæ deliberatione titubantes. *In compita ramoſa.*] id eſt, ad eum locum ubi eſt y Pythagoræ. Vergilius ſexto Aeneidos: Partes ubi ſe uia ſcindit in ambas. reſpicitq; ad fabulam illam Prodici ſophiſtæ de qua ſupra diximus. *Tu Cornute ſuſcipis annos teneros.*] id eſt, curam teneræ ætatis meæ. *Sinu Socratico.*] id eſt, imbuendos in ſtudio philoſophiæ, illius quæ de moribus eſt. *Tunc.*] ſcilicet poſtea quàm me tibi ſuppoſui. *Regula ſolers fallere.*] id eſt doctrina, quæ ut pueros in ſui amorem alliciat illos

C quibuſdam blandimentis decipit, quemadmodum inquit Horatius primo Sermonum, Vt pueris olim dant cruſtula blandi Doctores, elementa uelint ut diſcere prima. *Appoſita.*] id eſt, applicata. & eſt translatio ſumpta à fabris, qui regulam applicant ijs rebus quas explorare uolunt; & ideo in translatione perſtans dicit. *Oſtendit mores intortos.*] id eſt, à recta ratione deuiantes.

Et animus.] Hic pro parte illa rationali poſuit, quæ ſi rationi obtemperet, efficitur rationis particeps. Horatius primo Epiſtola. Animum rege, qui niſi paret Imperat. hunc frenis, hunc tu compeſce catenis. *Premitur ratione.*] id eſt, coercetur à prudentia, quæ ab Ariſtotele ſexto Ethicorum diffinitur recta ratio agibilium. *Et laborat uinci.*] id eſt reluctatur. & tamen à ratione tandem uincitur. *Et animus ducit uultum artificem.*] id eſt, artificioſum & fabrefactum. nam paſſiue accipitur hic, aliàs actiue. & ſumptum eſt ab ijs qui ex cæra imagines faciunt, unde ſubdit. *Sub tuo pollice.*] id eſt, ſub tua diſciplina. *Tecum etenim.*] Se longo tempore Cornuto fuiſſe familiarem oſtendit. Ego inquit, *Memini me conſumere tecum.*] Memini cum præſenti infinitiui prope ſemper, ut Vergilius in Bucolicis. De cœlo tactas memini prædicere quercus. aliquandò tamen cum præterito eiuſdem modi. ut idem quarto Georg. Nāq; ſub Oebaliæ memini me turribus altis Coriciū uidiſſe ſenem. *Longos ſoles.*] id eſt, dies. Idem in Buc. Sæpe ego longos Cantando puerū memini me condere ſoles. *Et decerpere tecum primas noctes epulis.*] id eſt, epulas in prima parte noctis. quo

D tempore philoſophiæ ſtudioſis cœnandum erat, cum alij hora diei nona cœnare inciperent. *Et ambo diſponimus.*] id eſt, ordinamus. *Vnum opus & requiem.*] id eſt, negocium & ocium. *Atque laxamus.*] .i. relaxamus & remittimus. *Seria.*] .i. res graues & ſeueras, quibus ioci quib. utimur in menſa opponuntur, ideo dicit. *Menſa uerecunda.*] id eſt, utimur iocis & honeſtis. Iuuen. contra. Hic nullus (inquit) uerbis pudor eſt, aut reuerentia mēſę. poteſt & uerecunda de uictu modeſto intelligi. *Non equidem.*] Tantam animorū concordiam dicit non potuiſſe inter eos prouenire, niſi ex conſtellatione. *Equidem.*] Ponitur ſemper cum uerbo primę perſonę ſingulari: nā ex ego & quidē componi uidetur: hic uero pro quidem tantū accipitur. *Nō dubites dies amborum.*] .i. poſſis nō dubitare dies natales utriuſq; noſtrum. *Conſentire certo ſidere.*] .i. Concordare certa lege naturæ, & à cōſtellatione prouenienti. ideo ſubdit, *Et duci ab uno ſidere.*] .i. conſtellatione. *Vel Parca tenax ueri.*] .i. ueritatis. hoc eſt fatū quod mētiri nō poteſt. *Suſpendit libra æ.*] .i. in bilāce poſuit & adæquauit. *Noſtra tempora.*] .i. uitam moreſq; noſtros. uel tēpora noſtra. i. horoſcopū in quo ſumus nati. q. d. credibile eſt nos fuiſſe natos ſub libræ ſigno, quando tam ex æquo & cōcordi fato uiuimus. *Seu hora nata*] .i. hora natalis ſiue horoſcopus. *Fidelibus*] .i. mihi ac tibi fidelib. amicis. *Diuidit fata concordia.*] .i. concordantia. *Duorum.*] .i. utriuſq; noſtrū. *In geminos.*] .i. in ſignū geminorū. ſignificat aūt ſe fuiſſe natos in illo ſigno tāta unanimitate, quāta fuit inter Caſtorē & Pol-

lucem

lucem, propter quam cœlum quoq; meruerunt. Legitur & concordia fatā deorum. ut ſit ſenſus di A uidit concordia fata deorum. i. Caſtoris & Pollucis in geminos. i. in me atq; te, qui ſumus quaſi gemelli. *Rifrangimus.*] id eſt mitigamus. *Noſtro Ioue.*] Quem habuimus in natali noſtro propitium & benignum. *Saturnum grauem.*] id eſt, pernicioſum, quaſi diceret ſi quid erat quod malignitate Saturni potuit diſſociare animos noſtros, id totum temperatum eſt Iouis benignitate. *Neſcio certe quod aſtrum.*] id eſt, quæ ſtella eſt. *Quod temperat me tibi.*] id eſt, cōciliat. ac ſi dicat, hoc tantum ſcio nos eſſe unanimes, ſed neſcio quo fato aut ſidere.

ECPHRASIS MVRMELLII.

Cum primum prætexta à me pauido, & ſub cuſtodis imperio conſtituto depoſita eſt, & bulla donata Laribus, qui caninis induti pellibus, eas ſuccingunt, pependit: cum blandi comites, & pura uiriliſq; toga induta iam permiſerunt me uagari licenter per totam ſuburram, & cum iter incertum eſt, & error neſcius ueræ uitæ diducit animos ambiguos in locum, ubi diuerſis uijs coeuntibus, uariæ capiuntur deliberationes: o Cornute ſuppoſui me tibi: tu ſuſcipis adoleſcētiam meam philoſophico ſinu. Tunc moderatio & doctrina tua diſcipulos ad honeſta ſtudia dolis allicere callida, mihi applicata, corrigit & emendat prauos mores, & appetitus ratione cohibetur, ac non ſine labore, à turpibus auocatur, artificioſamq; imaginem ex tua informatione accipit. Etenim memini me tecum tranſegiſſe longos dies, & decerpſiſſe tecum epulis primas noctium partes. Ambo B ſimul, & eidem operi intendimus, & requieſcimus, ſeuerioribuſq; interdum ſtudijs ad mēſam depoſitis, iocos & ſales modeſte inſpergimus. Non equidem dubites hoc, dies amborum conuenire certa conditione, & duci ab uno ſidere, ſiue Parca tenax ueri, ſuſpendit tempora noſtra æquali libra. ſiue hora apta fidis, qui naſcuntur, efficiendis, digerit in geminos uitam noſtram concordem ex fatis pendentem, & Saturni moleſtiam Iouis nobis propitij proſperitate ſimul tēperamus. Certe ſidus aliquod eſt, quod me concordem tibi facit, quod autem ſit neſcio.

SCHOLIA.

Cum primum pauido.] Poſtquam ex ephebis diſceſſi, me tibi coniunxi, tuamq; inſtitutionē ſecutus ſum. *Cuſtos purpura.*] Prætextam ſignificat, quæ ſimul cum bulla in uſum nobilium puerorum uſurpata eſt. *Laribus d.*] Generoſi adoleſcentes pueritiæ annos egreſſi auream bullam Laribus ſuſpendebant. Horatius in Ser. Donaſſet iam ne catenam Ex uoto Laribus, quærebat. *Suburra.*] Hæc regio Romæ fuit celebratiſſima, in qua meretrices habitabant. *Vmbo.*] Vmbonē eſſe mediam clypei partem eminentiorem, & pro ſcuto interdum accipi docent grammatici, & ſciunt omnes. Papinius. Iam clypeus clypeis, umbone repellitur umbo. Hic aūt accipitur pro ueſte, qua adoleſcentuli die tyrocinij induebantur, quā M. Tullius & Plin. togam puram à candore nuncupant, cuius & Sidonius fecit mentionē. *Ducit ſub pollice uultū.*] Metaphora ſumpta ab his qui ce- C reas imagines formant. Iuue. Vt mores teneros ceu pollice ducat, Vt ſi quis cæra uultū facit. *Non equidem hoc dubites.*] Equidem pro quidem poſuit, cū equidem fere iungatur uerbo primæ perſonæ, ſed erudite nūc ad Cornutū (quem alterū ſignificat) loquens, equidem dubites dixit, quaſi diceret. Nec ego quidē hoc dubitē, nec tu qui es alter ego, hoc dubites, uitā utriuſq; noſtrum conſentire certo fœdere. *Noſtra uel æquali.*] Siue inquit ſub libra, ſiue ſub geminis, & quocūq; alio ſidere nati ſumus, hoc unū conſtat nos cuiuſpiā ſideris beneficio pari morum qualitate coniungi, & eiuſdem eſſe uoluntans. C. *Candidus umbo.*] Dicitur uero umbo, quoniā Gabino habitu recurrens ad humerum ſiniſtrum ueſtis umbonis uicem repræſentat. Nam & Apuleius, ſub dextrum latus ad humerum læuum recurriſſe, umbonis uice delectam laciniæ partem, ſcribit. Eam togam Cicero puram uocauit, ſcribit enim ad Atticum, in tyrocinio filij Ciceronis togam illi puram dediſſe Arpini. Eodem modo & Hiſtoriæ naturalis octauo Plinius: Tanaquil, inquit, prima texuit rectam tunicam, qua ſimul cum toga pura tyrones induuntur, nouæq; nuptæ. In quo tamen loco ſunt, qui aſtruant, tyrones indui ea ſolitos, cum ſacramento militiæ obſtringerentur. Nam & Vegetius rei militaris primo, candidatos intelligit milites principales, qui priuilegijs muniuntur. Reliqui, inquit, munifices appellantur, quia propter munera facere militiam cogantur. S.

Mille hominum ſpecies, & rerum diſcolor uſus,
Velle ſuum cuiq; eſt, nec uoto uiuitur uno.
Mercibus hic Italis mutat ſub ſole recenti
Rugoſum piper, & pallentis grana cymini.
Hic ſatur irriguo mauult turgeſcere ſomno.
Hic campo indulget. hunc alea decoquit. ille
In Venerem eſt putris. ſed cum lapidoſa chiragra
Fregerit articulos ueteris ramalia fagi:
Tum craſſos tranſiſſe dies, lucemq; paluſtrem,
Et ſibi iam ſeri uitam ingemuere relictam.
At te nocturnis iuuat impalleſcere chartis.
Cultor enim iuuenum purgatas inſeris aures
Fruge Cleantea. petite hinc iuueneſq; ſeneſq;.

ASCENSIVS. D

Mille hominum ſpecies, &c.] Apte progreditur poeta ad uitia aliorū notanda qui diſſimili ſtudio tenentur. Sentētia ex ordine patebit, quæ talis eſt, Mille ſupple ſunt ſpecies hominum: & uſus rerum eſt diſcolor, id eſt, diuerſus, quia alius una re bene utitur, & alius eadem abutitur. Cuique, id eſt, unicuique eſt ſuum uelle, id eſt, ſua uolūtas (præconſtruitur autem cuiq;, ut relatiuum ſuum habeat antecedēs) nec uiuitur uno uoto. i. cōſimili deſiderio. Hic. i. aliquis intētus auaritiæ, Mutat ſub ſole recēti. i. recēs orto,

hoc

Finem animo certum, miseriſq; uiatica canis.
Cras hoc fiet, idem cras fiet. quid? quaſi magnum
Nempe diem donas? ſed cum lux altera uenit:
Iam cras heſternum conſumpſimus, ecce aliud cras
Egerit hos annos, & ſemper paulum erit ultra.
Nam quamuis prope te, quamuis temone ſub uno,
Vertentem ſeſe fruſtra ſectabere canthum,
Cum rota poſterior curras, & in axe ſecundo.

A hoc eſt in oriente. piper rugoſum & grana cymini, id eſt, cumini pallentis, id eſt, ſubalbicundi, & pallidos facientis. unde Horatius bibe rent exangue cyminum. mercibus Italis, id eſt Italicis, hoc eſt hic emit per commutationem more antiquo piper Indicum mercimonijs Italicis. & ita ſummam diligẽtiam impendit diuitijs accumulandis. Hic, id eſt, alius negligens & deſidioſus, mauult, id eſt, magis uult. ſatur, id eſt, ubi ſatur eſt, turgeſcere, id eſt, inflari. ſomno irriguo, id eſt, ſoporato & irrigato uaporibus. hic, id eſt alius. indulget, id eſt, uehementem operam dat cãpo, ſcilicet aut ſatili, id eſt, aruo propter frumentum, aut Martio, & hoc duplici de cauſa: uel quod in eo per comitia magiſtratus conferebãtur, aut quod in eo exercitationes & ludi militares fiebãt. Vnde Horatius in Arte. Ludere qui neſcit campeſtribus abſtinet armis. Quia uero hic uitioſas no-
B tat exercitationes, nolim exponere de aruo, ſed de comitijs. alea, id eſt, ludus alearum, decoquit, id eſt, feruentem occupat cũ decoctione. i. diminutione rerum, hũc. i. alium. Ille, id eſt, alius eſt putris, id eſt, corruptus & mollis, in Venerem. libidinem carnalem. ſed cum. i. poſtquam chiragra. i. manuum contractio ut paralyſis, lapidoſa. i. exiccatiua & lapilli generatiua, fregerit articulos, appoſitorie, ramalia. i. crura & brachia quæ ſe habẽt in homine ut ramalia, fagi ueteris. i. ipſius corporis habentis ſimilitudinem arboris euerſæ, tum. i. tunc tales libidinoſi & nequam homines ingemuere, id eſt, ualde gemuerunt, dies craſſos. i. quos in crapula tranſegerunt, tranſiſſe. i. præteritos eſſe, & lucẽ. i. uitam, paluſtrem. i. ſordidam & immundam ut palus eſt, & ipſi ſeri. i. tardi & cum ſerum eſt ingemuere uitam relictam ſibi. i. quod in paupertate & miſera ualetudine corporis uiuere debeant. At. i. ſed ô Cornute iuuat. i. delectat te impalleſcere. i. uſq; ad pallorem inſudare chartis. i. libris nocturnis. i. tempore nocturno tractandis. Tu enim cultor. i. eruditor iuuenum inſeris. i. inſerẽdo reples, aures purgatas. i. prædiſpoſitas & capaces, fruge Cleantea. i. philoſophia Cleantis philoſophi laborioſiſſimi. ô iuuenes & ô ſenes, petite hinc. i. ex hac fruge animo ueſtro certum finem. i. certum genus uitæ, & ſummum bonum, & petite canis miſeris. i. ſenectuti miſeræ (ſunt autem cani capilli caneſcentes) uiatica. i. ſolatia ac recreamenta, hoc eſt bonas doctrinas, quibus ſuſtentata tanquam uiatico, uitam tranſigat. Cras hoc fiet. Inducit poeta deſidem pollicitantem emẽdationem uitæ ſuæ
C craſtino, quod ſæpe uſu uenit. Vix enim quiſquam eſt tam perditus, ut non ſperet ſe aliquando uitam emendaturum. dicit ergo deſes, o Perſi, hoc quod mones fiet cras. i. cras petam à philoſopho oblectamenta ſenectutis. Reſpõdet poeta. Idem ſup. quod nunc facis fiet cras. i. cras ſimiliter dices cras hoc fiet. & ſic nunquam facies, ſicut uerſiculus. Cras dabo nõ hodie, ſic nego quotidie. ſed deſidioſus iratus & ægre ferens ſibi unum diem ad mutationem uitæ negari, dicit cum indignatione, Quid ſupple repetis ex deriſione, uerba mea dicens, idem cras fiet. nempe. i. nonne certe donas diem quaſi magnum, id eſt, rem magnam. Ad hoc poeta, quaſi nutu loquatur dicens. non donarem diem quaſi magnum. ſubiungit. ſed cum altera lux uenit, id eſt, cum ea qua te promittebas uitam emendaturum ac philoſophos auditurum orta eſt (iam enim conſumpſimus cras heſternum, id eſt, quod heri dicebatur cras, hodie tranſactum eſt. ecce aliud cras de die ſequenti dicendum) ipſa lux egerit, id eſt, tranſmittit, à uerbo egero, hos, id eſt, noſtros aut præſentes annos, & ſemper erit paulum ultra, uſq; ad ſequens uidelicet craſtinum. hoc eſt parum eſſet tibi donare unum diem ſi ille uenerit, ſed ſemper futurus expectatur. nec unquam præſens eſt, nec contingitur. quod probat exemplo rotarum in curru quæ ſe ſemper conſequuntur nec unquam contingunt dicens. Nam tu ſectabere, id eſt, ſectaberis hoc eſt frequenter inſequeris, fruſtra, id eſt, in uanum canthum. i. circũferentiam præcedentis rotæ, quamuis uertentem ſeſe prope te, & quamuis uertentem ſe ſub uno te-
D mone. i. ad idem lignum oblongum ad quod axes rotarum annectuntur, ſectaberis inquam fruſtra cum tu curras ens rota poſterior & in ſecundo, id eſt, ſequente axe, hoc eſt ſicut una rota nunquam continget alteram quamuis ſemper currant & ſibi uiciniſſimæ ſint, quia quantum poſterior inſequitur, tantum prior effugit, ita qui nollet hodie emendare uitam ſed cras, nunquam emendabit, quia illud cras ſemper fugiet niſi conuertatur in hodie.

IOANNES BRITANNICVS.

Mille hominum ſpecies.] Vide quàm apte ad hominũ uitia notanda deſcendat. quid enim aptius quàm cum de utriuſq; morum ſimilitudine & pari ſtudio uitæ dixerit, alios ita non eſſe oſtendere. docet igitur quaſi arguens uaria eſſe hominum ſtudia & uoluntates diuerſas, illud inferens, cum uariæ ſint hominum uoluntates nihil melius eſſe quàm Cornuti propoſitum tenere & ſequi, qui philoſophiæ & uirtuti penitus inhæſit: unde ſubdit. Petite hic iuuenesque ſeneſq;. *Mille hominum ſpecies.*] Horatius. Quot capitum uiuunt, tot ſtudiorum millia. Terentius. Quot capita tot ſententiæ. C. *Mille hominum ſpecies.*] Mille formæ, figuræ, & facies hominum ſunt: nam id uult Satyricus, tam multiplicem, & uariam eſſe ingeniorum ſtudiorumque naturam, quàm eſt formarum. Eſt enim illud exploratum, duos uix inueniri, qui oris figura & ſpecie prorſus ſimiles ſint. Id probarem, ſi egeret teſtimonijs, ſiue obſcurum eſſet. S. *Rerum diſcolor uſus.*]

Ordo

Ordo eſt.uſus rerum diſcolor. *Diſcolor.*] Varius,diuerſus cum uarijs uarijs rebus in uita exer- A
ceantur. *Velle ſuum cuique eſt.*] Virgilius.Trahit ſua quemq; uoluptas. *Velle.*] Verbum pro no
mine poſuit,ut alibi.noſtrum iſtud uiuere triſte. *Nec uoto uiuitur uno.*] Vno deſiderio & pari uolū
tate. *Mercibus hic Italis.*] Horatiana eſt æmulatio . Hic mutat merces ſurgente à ſole ad eum quo
Veſpertina tepet regio. *Mutat.*] Antiquorum conſuetudinem reſpexit.Nam omne mercimoni-
um in permutatione conſtabat.Virg.Mileſia magno Vellera mutentur. *Sole recenti.*] .i.oriēte ſo-
le,recens orto,ut Virg.in Geor.ait. *Rugoſum piper.*] Apud Indos præcipueq; in fronte Caucaſi ſo
libus oppoſita piper gignitur.Arbor aūt quę piper gignit,iuniperis noſtris ſimilis eſt. *Rugoſum.*]
Quia piperis ſiliquæ prius ꝙ dehiſcant decerptæ toſtæq; ſole,faciunt quod uocatur piper lōgum.
paulatim uero dehiſcentes per maturitatē oſtendunt candidū piper,quod deinde toſtum ſolibus
calore rugiſq; mutatur. *Cymini pallentis.*] Cyminū auctore Plinio tritū & cū pane ſumptū uel po
tum ex aqua uinoq;,tormina inteſtinorū dolores diſcutit,ueruntamen omne pallorē bibentibus
gignit.Hora.Quod ſi pallerent biberent exangue cyminū. *Hic.*] .i.alius. *Turgeſcere.*] Deſidia
langueſcere & pingueſcere.naturale enim eſt eos pingues fieri,qui cibo uacēt & ſomno. *Irriguo*] .
Nam ſomno corpora ſaturata pingueſcunt.tractū ab agris,qui cū irrigātur fiūt pingues.& impro
prie locutus eſt.Nam irriguū appellamus quod irrigatur:nō aūt quod irrigat.Hora.Irriguo nihil
eſt elutius horto.& idē alibi.Irriguūq; mero ſub noctem corpus habento . Varro in Re ruſtica . Si B
prata irrigua habebis. *Hic campo indulget.*] An agriculturæ & rei ruſticæ,an campo Martio digni
tates & honores quærens. *Hunc alea decoquit.*] Cōficit, angit, dū nimia lucrandi cupiditate tene-
tur.Sic enim homines coqui dicuntur. Vnde eſt illud Ennianū quod à Cicer . eſt repetitū . O Tite
ſi quid ego adiuto curamue leuaſſo,Quæ modo te coquit.i.cruciat & angit. *Ille in Venerem eſt pu-
tris.*] .i.ita rei uenereæ intentus,ut eneruetur & aſſidua libidine reſoluatur. *Putris.*] Reſolubilis.
Horat.Omnes in Damaſum putres Deponent oculos. *Sed cum lapidoſa chiragra*] Horat.Poſtquā
illi iuſta chiragra Cōtudit articulos . Senſus eſt.cum ad ſenectutē peruentū eſt,eos qui uitā inhone
ſte egerūt tunc demū ingemiſcere,uitæ anteactæ conſcios. *Lapidoſa.*] Quod mēbra contrahātur,
nam morbus eſt quo manus corripiuntur,à chir quod eſt manus,& agra dolor ſiue aſperitas. *Ra-
malia.*] Pedes & brachia quæ metaphoricos rami dicūtur corporis. *Veteris fagi.*] Perſtat in trās
latione.i.ueteris & multorū annorū corporis. *Craſſos dies*] Per intemperantiā.ſ.uitam paluſtrē.
uitam cœnoſam & ueluti nubilo inuolutā , cum ſine aliquo uirtutū commercio uixerunt. *Iam ſe-
ri.*] Hoc dictū eſt cū irriſione , quaſi qui oſtēdat parū prodeſſe ſerā uitiorū emendationē. *Vitā in-
gemuere relictam.*] Quod ſupereſt uitæ defleuerunt . quia tales ſenectute excipiantur. *At te nocturn-
nis.*] Cornutū diſſimilē ſuperioribus ſtudijs oſtendit. *Impalleſcere.*] Incumbere.nimio enim ſtu
dio pallor contrahitur,ut alibi.En pallor ſeniūq;. Iuue. Tunc utile multis Pallere & toto uinum ne C
ſcire decēbri. *Inſeris.*] Reples,imbuis.tractū ab arboribus quæ inſeruntur. *Aures purgatas.*] Vi
tijs.ſ.exhauſtas. *Fruge Cleantea.*] .i.philoſophia Cleantis.Hic enim philoſophus fuit Aſius Stoi-
cus Phanij filius,qui Zenonis Citienſis ſcholæ ſucceſſit , quā poſtea auctore Strabone Chryſippo
Solenſi reliquit.Memoriæ proditum eſt ip ſum laborioſiſſimū fuiſſe,adeo ut inopia cogente noctu
ex puteis ad irrigandos hortos Athenienſium aquam hauriret,qua mercede interdiu ſtudijs libe-
ralibus operam daret , ut & Phreantles,id eſt, hauriens puteos appellaretur.Nam phrear Græce,
puteum ſignificat Latine.& antlao.i.haurio.De hoc Iuue.Et iubet archetypos pluteum ſeruare Cle
antes. *Petite.*] Suadet uirtutibus & ſtudijs liberalibus incumbēdum eſſe,quaſi diceret.Imitami-
ni Cornuti propoſita,qui philoſophiæ deditus eſt,ut eo modo rectam uitam diſcatis , quæ tota pē
det ex philoſophia. *Hinc.*] Ex philoſophia. *Finem animo certum .*] Monet ex philoſophia diſci
cupiditatibus noſtris modum ponendū eſſe.Horat.Certum uoto pete finem. i . modū & terminū
quē haud prætergrediare. *Certum.*] Fixum,ſtabilē.Vnde contra incertū inſtabilē dicimus.Vir-
gi.Scinditur incertū ſtudia in cōtraria uulgus. *Viatica.*] .i. uirtutē ipſam qua nullum eſt firmi-
us ſenectuti præſidium.Hoc autem ſumptum eſt ex dicto Biantis,qui filio in Aegyptū proficiſcen-
ti,rogantiq; patrem,quidnam agendo,maxime ſibi gratum faceret,ſi uiaticum inquit ad ſenectu-
tem comparaueris, Virtutem nimirum intelligens.Nam ut auctor eſt Cice.Apertiſſima ſunt arma D
ſenectutis artes,exercitationesq; uirtutū,quæ in omni ætate cultę cum diu multumq; uixeris mi-
rificos afferunt fructus:non ſolum quia nunquam deſerunt,ne extremo quidē tēpore ætatis,uerū
etiam,quia conſcientia bene actæ uitæ multorūq; benefactorū recordatio iocundiſſima eſt. Viati-
cum enim proprie appellatur quicquid in itinere gratia uictus comportatur.Et bene uiatica ut ſig
nificaret hanc uitam eſſe tanquam quandam peregrinationē. *Cras hoc fiet.*] Verba deſidis.Illud
uide ꝙ occulte quamq; pulchre doceat:ideo homines uirtutē non amplecti , quia in poteſtate ſuā
non ſint,quippe qui uitijs,ut auaritiæ,libidini,ambitioni,& id genus malis obnoxij ſint. Vnde ſe-
quitur, libertate opus eſt. *Idem cras fiet.*] Perſius.i.Idē certe dices,cū craſtinus dies uenerit.Sicq;
inertis hominis mores oſtendit riſu quodā ſatyrico ſubſannans. *Quid quaſi magnū.Nem.d.dc*] Ver
ba inertis. *Sed cum lux altera ue.*] Perſi . monet tacite tempora dilabi . & ideo intermiſſionem ſtu-
diorum habendam non eſſe cum tempus irreparabile ſit.Eſt ergo ſenſus,cum ille dies preterijt,o-
cioſus quem petijſti , ſcito te iam unum diem amiſiſſe , cum in eo nihil egeris. *Cras heſternum.*]
Sciendum eſt,ut ſupra diximus nomen & aduerbium plerunq; in ſe trāſire . Nomen in aduerbiū.
ut Toruūq; repente clamat.i.torue.Item aduerbiū in nomen ut Perſi . iam clarum mane feneſtras
intrat. *Ecce aliud c.*] Oſtendit deſidem nullo die omnino ad uirtutes erigi . ſed ita de futuro
multa

A multa pollicentem atterere tempus. *Egerit.*] Emittit ab egero uenit, non ab ago. *Et ſemper paul*
lum e.u.] Senſus eſt. Illud cras quod amiſimus, quod præceſſit, nunquam recuperari poterit. quia
ſemper erit paulum ultra, id eſt, paulum ante. Nec unquam aſſequi poterimus. quod per currum
oſtenditur, ut ſequentia indicant. in quo rotæ poſteriores nunquam anteriores aſſequuntur, li-
cet pari uolubilitate agantur. *Nam quamuis prope te.*] Ordo eſt. Nam ſectabere fruſtra canthũ uer
tentem ſeſe. *Quamuis prope te.*] Quamuis temone ſub uno. Temo enim dictus eſt à tenendo, is e-
nim cõtinet iugũ & plauſtrũ. *Canthum.*] Canthus ferrũ eſt, auctore Fabio, quo rotæ uinciũtur.

IOANNES BAPTISTA.

Mille hominum ſpecies.] Poſtquam ipſius, & Cornuti morum ſimilitudinem & concordem ami
citiam demonſtrauit (τὸ γὰρ ὅμοιον ὁμοίῳ φίλον, ſimile enim ſimili amicum) ad ſatyram ſcribendã, taxan
doſq; Rom. mores deſcenſurus, uaria, diuerſa, & multijuga eſſe hominum ſtudia narrat: optimã
partem, & ſaluberrimum iter Cornutum phyſicis diſciplinis incumbentem cepiſſe oſtendens, cu-
ius ueſtigia ut cæteri ſequi debeant, hortari non deſinit. Vnde dicatur Homo docet Ambroſius in
ſexto Hexaemeri. Species autem hoc in loco accipitur ut apud Sene. de ira. Mille aliæ ſpecies mali
multiplicis. *Diſcolor.*] Varius, diuerſus. *Velle ſuum cuiq; eſt.*] Sententia hæc eſt ab omnibus ſe-
re ſcriptoribus literis mandata. Horatius. Quot capitum uiuũt, totidem ſtudiorum Millia. Teren
B tius. Tot capita tot ſententiæ. Vergilius. Trahit ſua quemq; uoluptas. Plinius Iunior. Varia ſunt ho
minum iudicia, uariæ uoluntates. Caſſiodorus. Quot homines, tot ſententię, & unicuiq; mos ſuus
eſt. Idem aſſerit Bœotius. Hieronymus in hanc ſententiam dixit, unuſquiſq; in ſuo ſenſu abundat.
Vno uoto.] Deſiderio, cupiditate, animo. aliàs uotum accipitur pro filijs apud Iuuenalem & Vale
rius his uerbis. Venite igitur in manus noſtras proſpera parentum uota. *Mercibus hic Italis.*] Pro
bat uelle ſuum cuiq; eſſe. Alius enim inquit exercet mercaturam, quæ (ut in libro De officijs inquit
Tullius) ſi tenuis eſt ſordida putanda eſt: ſin magna, copioſa, multa undiq; apportans, multiſq; ſi
ne uanitate impartiens, non eſt admodum uituperanda. Mercaturas Pœni inuenerunt, auctores
Plinius & Hero. in i. Hiſt. Mercaturis rem quærere præſtat, inquit Cato, ni tam periculoſum ſiet.
Mutat.] Maiorum conſuetudinem reſpexit, apud quos teſte Seruio omne mercimonium in per-
mutatione conſtabat, quod & Caius Homerico confirmat exemplo ἔνθεν ἄρ' οἰνίζοντο καρηκομόωντες ἀ-
χαιοί, ἄλλοι μὲν χαλκῷ, ἄλλοι δ' αἴθωνι σιδήρῳ, ἄλλοι δὲ ῥινοῖς, ἄλλοι δ' αὐτῇσι βόεσσιν, ἄλλοι δ' ἀνδραπόδεσσι, id eſt, ut uer
bum uerbo reddamus, Vbi certe uinati ſunt capite comati Achiui. Alij quidem ære, alij autem ni-
gro ferro, alij autem corijs, alij autem ipſis bobus, alij autem mancipijs. Vnde Vergilius in tertio
Georg. Quamuis Mileſia magno Vellera mutentur. Idem. Hic nautica pinus Mutabit merces. Oui
dius in primo Triſt. Non ego diuitias auidus ſine fine parandi Latum mutandis mercibus æquor
C aro. Horatius. Hic mutat merces ſurgente à ſole ad eum quo Veſpertina tepet regio. *Sole recenti*] id
eſt, oriente ſole, qui proprio nomine (ut refert Hoſtanes) Mithra nuncupatur, per quem more Per
ſarum iurat Artoxerxes apud Plutar. Refert Lutatius ſiue Lactantius Papinij interpres quod ſcitu
dignũ eſt, quòd ſol apud Aſſyrios Oſyris, apud Achemenios Titan, apud Perſas mithra dicitur.
Suidas inquit μίθραν νομίζουσιν οἱ πέρσαι εἶναι τὸν ἥλιον καὶ τούτῳ θύουσι πολλὰς θυσίας. Perſæ autumãt mithram
eſſe ſolem, cui multas hoſtias ſacrificant. Plautus mithræ facit mentionem in Aſinar. (ut quidã au-
tumant) ſed nos aliter legendum eſſe carmen Plautinum ſupra docuimus. *Rugoſum piper.*] Ru-
gis plenum, aſperum. hoc arbuſculæ producunt iuniperis ſimiles, quarum ſiliquæ in quibus
ſunt grana, prius quàm dehiſcant decerptæ toſtæq; ſint ſolibus, faciunt piper, quod uocatur lon-
gum. dehiſcẽtes autem per maturitatem, oſtendunt candidum piper: quod deinde ſole torrefactũ,
colore, rugiſq; mutatur. de hoc Auicenna, Dioſcorides, Galenus, cæteri meminerunt. Frequẽs na
ſcitur in India, & cum calidiſſimum ſit, in cibis magis hyeme quàm æſtate probatur. Vrinam mo-
uet rotundum & longum piper. Verum (ut inquit Ariſtoteles in Problematis) piper ueſicam qui-
dem ſoluit ſi large ſumatur, ſed ſi parce aluum. e diuerſo Scamonea large ſumpta aluũ ſoluit, mo-
dice ueſicam. Illud dignum ſcitu piper appoſitum cuti, forinſecus exulcerare, deuoratũ uero nul-
lam uentri inferre læſionem. *Cumini pallentis.*] Quia omne pallorem bibentibus gignit. unde
D ferunt Portij Latronis clari inter magiſtros dicendi aſſectatores ſimilitudinem coloris ſtudijs con
tra æmulos imitatos, & paulo ante Iulium Vindicem adſertorem illum à Nerone libertatis, capta
tione teſtamentis ſic lenocinatum. auctor Plinius in uigeſimo, ubi docet copioſe & luculẽter quid
ſit cuminum. *Hic.*] Alius. *Satur.*] Plenus, diſtentus, & cibarijs ſuffarcinatus. tunc enim facili-
us ſomnus uiris gratiſſimus ſerpit. nam ex crapula ualidiores fumi à ſtomacho ad caput euapo-
rant, à cerebro refrigerati, craſſioreſq; propterea facti meatus, per quos ſpiritus à corde ad caput
aſcendunt, obturant: ex qua re ſomnus oritur, ut phyſici tradunt. *Turgeſcere.*] Pingueſcere. ſo
mno enim & ocio pingueſcunt, non ſolum homines, ſed etiam animalia. unde glis apud illum ne-
ſcio quem poetam ſic loquitur. Et pinguior illo Tempore ſum, quo me nil niſi ſomnus alit. *Som-*
no irriguo.] Scribit Lactantius in Statium, pingi ab antiquis cõſuetum Somnum cornu ſomnum
& ſomnia mortalibus inſtillãtem, & infundentem. ex quo Somnum irriguum appellari autumo.
quod ſcilicet cornu ſomnia cum ipſo ſomno mortalibus inſtillat. Vnde Statius. Cornu perfude-
rat omni Somnus. Alij credunt dici irriguum quod humana corpora feſſa, & laſſeſcentia ita ſom-
no recreantur, & reſtaurantur, quemadmodum herbæ diuidiculo aquatico irrigatæ, & inaquatæ
depoſito ſitu ſitiq; renouantur, & refocillantur, Arida cum pluuio ſupplicat herba Ioui. *Hic cam*
po indulget.] Alius honores, magiſtratus, & dignitates quærit, quas qui aſſequi uolebant in cam-
pum

pum Martium candidati deſcendebant.uel campo,id eſt,ludis,qui in campo Martio Marti (teſte A
Liuio) dicato celebrabantur.Scribit enim Strabo, quod Martius campus pręter natiuam amœ/
nitatem,artis & ſolertię exornationes admittebat.campi enim admirabilis magnitudo,& curulis
pariter curſus,& alia equeſtria certamina expedita ſuppeditabat,nec minus tam multis pilum,cir
culum,palęſtram exercitatione tractanobus,aliaq́ſimul incumbentia opera. Alij exponunt cam
po,id eſt agriculturæ. *Alea decoquit.*] Delirant qui decoquit, id eſt, angit exponunt.nam deco/
quere eſt minuere coquẽdo.Verg.Aut dulcis muſti Vulcano decoquit omnẽ Humorem.unde de
coquere dicuntur mercatores,quando rationes ſuas uehementer minuunt,ut fidem fallant,pro
inde decoctores uocati. Catullus. Decoctoris amica Formiani.In qua ſignificatione hic poſitum
eſſe intelligo.Seneca.Minus autem creditori quàm ſpei bonę decoquere.Res decoxit dicitur à Co
lumella,pro diminuta eſt,& deterior facta.Decoctoribus(ut ait Tullius) certus in theatro locus e/
rat lege Roſcia,qui ſcilicet fortunę uitio non ſuo decoxiſſent.Adrianus.decoctores bonorum ſuo
rum ſi ſuę auctoritatis eſſent Cato nudari in amphitheatro,& dimitti iuſſit.auctor Spartianus.cu
ius codex eſt mendoſiſſimus.nam ubi Cato nudari repoſuimus,catamidiari paſſim prius legeba
tur. Qui autem ludunt alea aleones antiqui uocabant,nos aleatores:quos illiberales & ſordidos
eſſe docet Ariſtoteles in iiij.Ethic.Lydos primos excogitaſſe aleam auctor eſt Herodotus in Clio.
hanc Theuth cui dicata eſt ibis,aſcribit Plato in Phędro.Alea Romanis legibus erat uetita.hinc Ci B
cero Lenticulam colluſorem Antonij de alea condemnotum fuiſſe tradidit.qui habuerit horoſco
pum in xi.parte librę,erit aleator populari notatione conſpicuus. *In Venerem.*] In uoluptates,li
bidines,& coitum.dicta Venus quod ad omnia ueniat,quam Gręci dicũt ἀφροδίτην à ſpuma,quod
natura ipſa ſeminis ſpumoſa ſit.auctor Ariſt.Et Venerem quam coitum dixiſſe magis decet, in/
quit Quintilianus in octauo. *Putris.*] Reſolubilis. Vergilius.Et zephyro putris ſe gleba reſol/
uit.Horatius.Putres deponet ocellos.nulla enim res ſic reſoluit,exhaurit,& debilitat corpus,ſicut
frequens coitus in cunctis fere animantibus. Vergilius.Nunc corpora ſegnes in Venerem ſoluũt.
econtrario nihil magis firmat uires,& bonam corporis habitudinem facit,quàm Veneris abſtinẽ
tia.unde Vergilius.Sed non ulla magis uires induſtria firmat, Quàm Venerem, & cęci ſtimulos
auertere amoris. hinc aſinum Apuleium uolebant excaſtrare, ut manſuetior & corpulentior ex/
ſectis genitalibus efficeretur. quod & de ſe ſcripſit his uerbis Lucianus, τὸ γὰρ ἐκ τῆς ἀφροδίτης ταύτης ὁρμῆς
ἀφαιρεθεὶς ἡμερώτερος καὶ πίων ἔσται,id eſt,ſubductus ab hoc impetu libidinis, manſuetus ſtatim erit &
pinguis.Rarus coitus,inquit Celſus,corpus excitat,frequens ſoluit.Hippocrates diuina uir ſcien
tia, τὴν συνουσίαν ἔναι μικρὰν ἐπιληψίαν,id eſt,coitum uenereum morbi caduci ſpeciem exiſtimauit. *Sed
cum lapidoſa.*] Senſus eſt:Cum iam erunt ſenio cõfecti,anteactę uitę per luſus & libidines illos pœ
nitebit, & ad lachrymas prouocabuntur. Sed fruſtra. Quod enim factum eſt, nemo facere po/ C
teſt,quin factum ſit,nec dij ipſi ſecundum Plinium,qui libro ſecundo capite ſeptimo,Nullum in/
quit deos habere in præterita ius pręterquam obliuionis.Lapidoſam autem appellat chiragram
Perſius propter tumores excreſcentes,& duratos in lapidem digitos.ſic Ouidius podagram di/
xit nodoſam,qua laborabunt quorum geniturę dominus fuerit Saturnus, ut docet Iulius Firmi
cus. χεὶρ dicitur manus, ἄγρα dolor & atrocitas. *Fregerit articulos.*] Imitatio Horatij, qui ſcribit
poſtquam illi iuſta chiragra Cõtudit articulos. Articularis morbus dicitur qui infeſtat articulos,
quo Ennius dum pocula ſiccat iniqua (ut canit Serenus) Poſſidonius Apamenſis,& Terentia Ci/
ceronis uxor laborauerunt.de quo ſic Cornelius Celſus in quarto De medicina. In manibus,pe/
dibus, articulorum uitia frequentiora,longioraq́ ſunt,quę in podagris, chiragriſue eſſe conſue
uerunt.Quidam cum toto anno à uino,& uenere ſibi temperaſſent,ſecuritatem totius uitæ ab ar/
ticulorum doloribus conſecuti ſunt.Articulationem uocat Plinius articularem morbum, quem
non ſolum hominum,ſed etiam arborum eſſe prodidit:qui tradit in decimo ſeptimo articulatio/
nem uiti morbum eſſe peculiarem, cui iniuriæ omnes in articulis ſenuuntur. *Ramalia.*] Pe/
des,manus.eſt enim homo ueluti arbor inuerſa,pro radicibus capillos, pro ramis manus & pe/
des habens.hinc eſt apud Senecam hominis ad ſyluam comparatio,& Homerus(ut nonnulli ſen
tiunt) ſæpiſſime uocat φύλλα τῶν ἀνθρώπων humanum genus, & Græci dicunt τοὺς ἀνθρώπους ipſos quaſi D
arbores contrarias. *Fagi ueteris.*] Corporis uetuſtiſſimi,& ſenectute confecti:quæ,ut inquiunt
Græci, ἅπασαν ἀφανίζει ἰσχὺν σώματος, id eſt, uniuerſam delet corporis fortitudinem. fagus autem
eſt arbor,cuius glans muribus & turdis eſt grauiſſima(ut inquit Plinius) dicta ἀπὸ τοῦ φαγεῖν, quod
eſt comedere.antea enim homines glandibus ueſcebantur,ut auctor eſt Seruius. *Tranſiſſe craſſos
dies.*] Marcore,& deſidia exhauſtos,in quibus nihil recti,nihil honeſti operati ſint.Cato,quod no
tatu dignum eſt,pœnitentia ducebatur ſi qua dies per incuriam deſidiaq́ effluxiſſet. *Lucem pa-
luſtrem.*] Cœnoſam,lutulentam,obſcuram,& inglorĩa,abſq; uirtutibus & literis, ſine quibus ho/
mo (ut auctor eſt Seneca) uiui hominis eſt ſepultura. *Et ſibi iam ſeri.*] Quorum ſapientia ſero/
tina eſt,& nimis tarda:quippe qui tum demum reſipiſcere incipiunt,cum res eorum ſunt deplora
tæ,& ægritudo irremediabilis,more Troianorum,de quibus illud celebratur prouerbium. Sero
ſapiunt Phryges. cuius meminit Cicero in ſexto Epiſtol. *At te nocturnis.*] Mirifice extollit, &
magnis laudibus celebrat Cornutum,dum eius ſtudium penitus alienum à ſuperioribus eſſe fate
tur,qui non in rebus uanis,nullius precij,& futilibus,ſed philoſophiæ incumbebat,quæ eſt diſci/
plina diſciplinarũ,& inter ingenuas diſciplinas haud dubie primatum tenet.Seneca inter ſtudia li
beralia ſolũ ſapiẽtiæ ſtudiũ dicit eſſe liberale,ſublime,forte,magnanimũ,cætera puſilla,& puerilia

Z eſſe

A eſſe. *Impalleſcere.*] Palleſcunt enim ſcriptores ſtudio intenti. Iuuenalis. Fuit utile multis Pallere,
& toto uinum neſcire decembri. Martianus Capel. An uero quiſquam eſt, qui philologiæ ſe aſſe-
rat peruigilia laborata, & lucubrationum perennium neſcire pallorem? *Inſeris.*] Imbuis, im-
ples. *Purgatas.*] Vitijs purgatas, & exhauſtas. Debet enim anima eſſe pura, nitida, & albis cyc-
nis candidior, quæ uult ſe diſciplinis liberalibus excolere, quoniam (ut ſcriptum eſt apud Eccleſia
ſticum) in maliuolam animam non intrabit ſapientia. Præterea literæ atq; doctrinæ philoſophiæ
cum in hominem falſum atq; degenerem tanquam in uas ſpurcum atq; pollutum fluxerunt, mu-
tantur, corrumpuntur, & quod Epictetus maximus philoſophorum κυνικώτερον, id eſt, magis cyni
ce dixit: urina fiunt, aut ſi quid eſt urina ſpurcius. uerba Epicteti hæc ſunt, quibus ad homines
etſi nequiſſimos uirtutes tamen tractantes caſtigans utebatur, ἄνθρωπε ποῦ βάλλεις, σκέψαι, εἰ καθαρόν τὸ
ἀγγεῖον, ἂν γὰρ εἰς τὴν οἴησιν αὐτὰ βάλλῃς ἀπώλετο, ἢν σαπῇ οὖρον ἢ ὄξος γένοιτο ἢ εἴ τι τούτων χεῖρον, id eſt, homo ubi nā
mittis conſidera nunquid purgatum uas ſit: nam ſi inanem opinionem ea inuergas, prorſum in-
terierunt: ſin putreſcant in urinam aut acetum uertentur, aut ſi quid ijs eſt deterius. *Fruge Clean
thea.*] id eſt, præceptis philoſophiæ Stoicæ frugiferis ac ſalutaribus, à Cleanthe philoſopho, qui
fuit Aſius, & Phanij filius, & teſte Antiſthene primum pugil, deinde profectus Athenas quatuor
drachmis apud Zenonem ſtudioſiſſime philoſophatus eſt. Memoriæ proditum eſt ipſum laborio
B ſiſſimum fuiſſe, adeo ut inopia cogente ſe mercenarium faceret, ac noctu quidem in hortis hauri-
ret aquas, interdiu autem operā ſtudijs liberalibus daret. Seneca. Cleanthes aquam traxit, & ri-
gando horto locauit manus. Vnde Phreantles dictus, id eſt, puteos exhauriens. Nam φρέαρ Græ-
ce puteum Latine ſignificat. ἀντλεῖν haurire. Hinc antlia machinula ad aquam hauriendam excogi
tata. De qua Martialis. Curua laboratas antlia tollit aquas. Erat illi quidem eximiū ſtudium, cæte
rum ingenium obtuſum atq; tardiſſimum, tamen id labore, ſtudio, ac diligentia uincebat. & cum
aliquando probro ſibi daretur quod eſſet timidus, at ideo inquit parum pecco. Tradunt illū quæ
à Zenone audierat oſſibus boum & teſtis fictilibus perſcribere ſolitum, cum pecunia non ſuppe-
teret ad chartas emendas. Hoc uitæ inſtituto clarus obtinuit, ut Zenoni ſuccederet. Reliquit au-
tem pulcherrimos libros ac multos. auctor Laertius. Vno minus centum annos uixit, ut ſcribit
Cenſorinus. *Petite hinc.*] Philoſophicas diſcipl[illegible]s exhaurite inquit Perſius, & uirtutibus, bo
niſque diſciplinis, & liberalibus artibus dum ætas annique ſinunt, incumbite. *Hinc.*] Ex phi-
loſophia, cui totis uiribus incumbit præceptor meus Cornutus. quaſi dicat Cornutum imitami-
ni, & ex philoſophia rectam uiam diſcite. *Iuueneſq; ſeneſq;.*] Ex hoc Perſiano docemur non ſo-
lum iuuenes, ſed & ſenes debere philoſophicis & liberalibus diſciplinis incūbere. Iuxta illud pro-
uerbium, quod uſurpat Seneca his uerbis. Tam diu diſcendum eſt, quandiu neſcias: & ſi prouer-
C bio credimus quandiu uiuas. Vnde ille apud Platonem. Et mihi uidetur inquit ſemper ſic oporte
re aliquid diſcere eum hominem, qui philoſophus futurus ſit, ſiue iunior, ſiue ſenior ſit, ut in uita
quamplurima diſcat. *Finem animo certum.*] Modum, terminum fixum & ſtabilem cupiditati-
bus. Sic Oratius. Certum uoto pete finem. *Miſeriſq; uiatica canis.*] id eſt, philoſophiam diſci-
te, quæ in ſenectute uicem uiatici exhibebit. Eſt autem uiaticum uiæ ſumptus, quod Græci ἐφόδιον
uocant. Apuleius. Et pauper moriens uiaticum debet quærere. Huius diminutiuum eſt uiaticu-
lum, quo Iuriſconſult. titulo de iudicijs, & Apuleius in ſexto Metamorph. uſi ſunt. Vetus uerbū eſt
& Plautinum uiaticari, quod ſignificat uiatico inſtrui. Q. Claudius in Annalibus magnum uiati-
cum noue poſuit pro magna facultate, & apparatu magno. Prouerbium eſt, Suam artem cuique
pro uiatico eſſe. Sumptum eſt autem hoc ex illa aurea Biantis ſententia, qua filio ſuo ad Aegyptios
proficiſcenti, rogantiq; patrem quidnam agendo maxime ſibi gratum faceret, ſi ἐφόδιον inquit πρὸς
γῆρας, id eſt, uiaticum ad ſenectutem comparabis. Virtutem nimirū intelligens pro uiatico. auctor
diuus Baſilius libro De ſtudijs liberalibus. Vnde Ariſt. Debent inquit homines uiaticum ſenectuti
literārum eruditionem parare. Nam (ut ſcribit Cicero in Cato.) aptiſſima ſunt arma ſenectutis ar-
tes, exercitationeſq; uirtutum, quæ in omni ętate cultæ cum diu multumq; uixeris, mirificos affe-
runt fructus, non ſolum quia nunquam deſerunt, ne extremo quidem tempore ætatis, uerum etiā
D quia conſcientia bene actæ uitæ, multorumq; benefactorum recordatio iucundiſſima eſt. *Cras
hoc fiet.*] Conuocatus, ut philoſophicas eruditiones properanter exhauriat, uiaticum ſenectuti ui
ris rudibus & indoctis miſeræ, cras id ſe eſſe facturum reſpōdit. Ad hoc autem tendit Perſius ut do
ceat homines non dare operam uirtutibus, quia uera & perfecta animorum libertate non fruun-
tur, cum libidini, auaritiæ, ambitiōi, cæteriſq; uitijs mācipati ſint. Nā ſicut in rudibus agris priuſ-
quam ſerere incipias euulſis ſentibus, & omniū ſtirpium radicibus amputatis arua ſunt purgan-
da: ſic de noſtris animis prius uitia detrahenda, & tunc demum uirtutes inſerendæ. De quibus ſe-
minatæ per uerbum dei fruges immortalitatis oriantur, inquit Lactan. *Idem cras fiet.*] Loquitur
Perſius in hunc ſenſum. Cum craſtina dies aduenerit, tu idem factitabis, id eſt, dices cras faciam, &
nunquam facies. Scribens de ſeipſo Auguſtinus ait, quod ſcilicet cum ſeruire deo diſpoſuiſſet, ta-
men procraſtinabat, de die in diem differebat, dicens, modo, ſine paululū: ſed modo & modo nō
habebat modum, & ſine paululum in longum ibat. Duæ inquit uoluntates animum meum diſcer
pebant, fiebatq; rixa interior animi, ut nec plene uellet, nec plene nollet. *Quid quaſi magnum.*] In-
cretis ſuccenſio in Perſium, qui ad uirtutes capeſſendas, tanquam aliquid magnum, nec unā diem
procraſtinaret, hortabatur, quoniam tempus uolat irreuocabile, & qui non eſt hodie, cras minus
aptus erit. *Diem.*] Ac ſi diceret breue temporis ſpatium. à dios. i. Ioue dictus dies, cuius rector Iu
piter

piter putabatur, uel quod diuini ſit operis. *Sed cum lux altera.*] At ſcias, inquit Perſius, tu qui uir A
tutibus per deſidiam non incumbis, te unam diem amiſiſſe, cum in illa quam tibi concedi uolui-
ſti, nihil dignum, nihil memorabile fueris operatus. Ex quo oſtendit, cum tempus ſit irreparabile
totis uiribus ſine procraſtinatione uirtutibus eſſe incumbendum. Nam fugit interea, fugit irrepa
rabile tempus, ut canit Vergilius. *Conſumpſimus.*] Perdidimus, iacturam fecimus temporis, qua
nulla grauior ſapiēti, ut inquit Seneca. *Egeris*] Emittit, effundit, ab egero quod eſt extra porto.
Lactantius. Qui fimum ſtabulo, quàm qui uitia de corde egerit. *Et ſemper paulũ.*] Sēſus eſt. Dies
illa quam per incuriam amiſiſti ſtudio etiam aſſiduo nõ poterit reuocari, ſed te ſemper præcedet.
quod per aptam quadrigarum ſimilitudinem elegāter, & commodiſſime demonſtrat, in quibus
ſecundi axis rotæ prioribus licet ſemper inſtent, à tergo ſint, & pari celeritate uoluantur, poſterio
res tamen nunquam priores aſſequuntur. Nam quamuis. ordo eſt. Nam fruſtra ſectabere cāthũ
uertentem ſeſe, quamuis prope te, & ſub uno temone cum rota, &c. Eſt autem temo qui Grçce dici
tur *ῥυμὸς*, is qui continet iugum, & plauſtrum, dictus à tenendo, ut docet Var. Artemo uero qui di-
citur quaſi arrectus temo, eſt Troclea, ut docet Victru. in x. quam Græci dicunt epagonta, per quā
in nauibus funes ductarij trahuntur, & armamenta explicantur. Artemonē eſſe magis addit amen
tum quàm partem nauis ex ſententia Labeonis tradit Iabolenus iuriſcon. tit. de uerborum ſignifi
catione. ubi Accurſius perperam eſſe gubernaculum interpretatur. Iulius Pollux. artemona uelũ B
ſignificat Græcis: cuius auctoritate non eſt fortaſſe Nicolaus de Lira caſtigandus, qui in Actibus
Apoſtolorum exponens illud, Leuato artemone ſecundum auræ flatum trudebāt ad littus, refert
artemonem dici uelum paruum. *Fruſtra.*] Cum non poſſis in uirtutem deflectere & reſarcire tē
pus. *Canthum.*] Ferrum, quo extremitates uinciuntur. Ad quod alludit Mart. in Apophoretis:
Inducenda rota eſt, das nobis utile munus: Iſte trochus pueris, at mihi canthus erit. Hiero. Et a-
xes earum & radij, & cāthi, & modioli, omnino fuſilia. Hoc uocabulum eſſe barbarum exiſtimat
Quintil. Canthos etiam Græci angulos oculorum uocant, ſeu palpebrarum pilum. Cāthes orga
norum fiſtulæ. *Axe ſecundo.*] Poſteriori. Hoc in loco axis accipitur pro ligno & ſtipite tereti cir-
ca quem rotæ uertuntur, ad quem firmandum fibula immiti ſolita, quam ruſtici clauiculam ap-
pellant: Græce nomen habet embolium. etenim ſtabilitas ipſa dicitur embolum. Vergilius. Poſt
ualido nitens ſub pondere faginus axis. Proprie ſignificat diametron mundi, de quo ſic ait Apu-
leius in Coſmog. Eos polos dicimus à quibus uelut à cardinibus axis eſt ductus diuiſor, & diſcri-
minator mundi, orbem terræ in medietate conſtituēs. Ponitur & pro toto cœlo. Vergilius. Axem
humero torquet ſtellis ardentibus aptum.

AELIVS ANTONIVS NEBRISSENSIS

Mille hominum ſpecies.] Accedit ad ſatyræ materiam, dicitq; homines uariare circa uitæ ſtudia, C
cum ſibi non proponant finem recte uiuendi. Dicit igitur. *Mille ſpecies.*] id eſt, mille hominum
modi ſunt. *Et rerum diſcolor uſus.*] id eſt, uarius uiuendi mos. *Velle ſuum.*] id eſt propria uolun
tas, ut ſit uerbum pro nomine. *Eſt cuiq;.*] Horatius ij. Ser. Quot capitum uiuunt totidem ſtudio
rum milia. Et illud Vergilij in Bucco. Trahit ſua quemq; uoluntas. *Nec uiuitur uno uoto.*] Quia
uaria ſunt hominum uota, quod exemplis manifeſtat, dicens. *Hic.*] .i. aliquis. *Mutat.*] .i. Cõ-
mutat & mercatur. *Piper rugoſum.*] Tale enim ad nos peruenit: nam curatum flacceſcit. *Sub ſo-
le recenti.*] .i. oriente. Verg. Sole recens orto. Defertur autem ad nos ex monte Caucaſo, qui orien
talis eſt ſi ad nos referatur. *Et grana cymini.*] .ſ. Aethiopici, quod Hippocrates regiũ appellat. De
quo Plinius in Hiſt. natur. libro xxij. Neq; enim de cymino uulgari poeta hic loquitur, ſed neque
de ruſtico quod paſſim naſcitur. *Pallentis.*] Ab effectu. quoniā ut dicit Plinius cyminũ æthiop.
colorem uterinum mutat in pallorem. Horatius primo Epiſt. Quod ſi Pallerent caſu biberent ex
angue cuminum. Dicitur autem cyminum & cuminum mutatione y. pſili. in u. quod ſæpe fieri cõ
ſueuit, mutat inquam *Mercibus Italis.*] Vt faciat commercia, id eſt, mercium commutationes.
Hic ſatur.] id eſt, alius cibo refertus. *Mauult turgeſcere.*] .i. pingueſcere. *Somno irriguo.*] .i. qui
per membra irrigatur & infunditur. Virgilius. 1. Aeneid. At Venus Aſcanio placidam per mēbra
quietem Irrigat. *Hic.*] id eſt alius. *Indulget campo.*] id eſt, dat operam honoribus ambiendis. D
nam Romæ in campo Martio magiſtratuum ſuffragia colligebantur. aut dat operam cāpo, quòd
ibidem iuuenes ſe exercebant. *Hunc alea decoquit.*] id eſt, eo paupertatis deducit ut decoquere co
gatur. Eſt enim decoquere, cum non habeas unde creditoribus ſoluas uerſuram facere. Cicero in
Philippicis. Tenes ne memoria prætextatũ te decoxiſſe. *Ille putris in Venerē.*] Reſolubilis ſiue cõ-
ſumptus nimio concubitu. Verg. i. Georg. Putris ſe gleba reſoluit. *Sed cum chiragra.*] Morbus ar
ticularis. *Lapidoſa.*] Quia humores ad articulos quaſi in lapidem condenſat. *Fregerit articu-
los.*] Debilitauerit. Horatius ſecundo Sermonum. Scurra Volanerius poſtquam illi iuſta chira-
gra Contudit articulos. *Ramalia ueteris fagi.*] id eſt, qui articuli iam contuſi & inutiles facti ſunt
quaſi ramalia, id eſt, rami aridi ueteris fagi. Alluditq; ad illud Verg. in Buco. Vſq; ad aquam & ue-
teris iam fracta cacumina fagi. Sic ſupra dixit, Vt ramale uetus prægrandi ſubere coctum. *Tũc*]
Scilicet corpore libidinibus exhauſto poſtquam inciderunt in podagram & chiragram. *Seri.*]
id eſt, ipſi ſero, id quod eſt temporis accõmodatum perſonæ. *Ingemuere.*] .i. dolent. *Dies craſ-
ſos.*] id eſt, triſtes & nubiloſos. *Et lucem paluſtrem.*] .i. quaſi uaporibus ex palude reſolutis impli
citam & obſcuram. *Tranſiſſe.*] id eſt, conſumptam eſſe, cum nihil ſplendidum in uita egerint.
Et ingemuere uitam relictam ſibi.] .i. quod ad eam ætatē quæ ſit morbis obnoxia peruenerint. Atte

A *nocturnis.*] Alij eo modo uiuunt quo diximus, ſed tu ô Cornute in ſtudio philoſophiæ atq; in contemplatione ueritatis omne tempus conſumis, deinde in aures diſcipulorum transfundis. dicit itaq;, *At iuuat te.*] id eſt tu ediuerſo delectaris. Nam at particula eſt aduerſatiua. *Impalleſcere.*] id eſt, uſq; ad pallorem inſudare. *Chartis nocturnis.*] id eſt, libris philoſophorum, quos per noctis tempus elucubrationibus uerſas. *Cultor enim iuuenum.*] id eſt, tu philoſophiæ præceptor, quo iuuenum maxime ingenia excoluntur à te. *Inſeris fruge Cleanthea*] .i. ſemine & doctrina Cleãthis philoſophi Stoici. De quo Iuuenalis. Et iubet archetypos pluteum ſeruare Cleanthas. *Aures purgatas.*] Scilicet iuuenũ, quos erudis, quos oportet dedocere falſam doctrinam, aut peruerſos mores, ut bonos inducas. *Petite hinc.*] Iuuenes ad ſtudium philoſophiæ, hoc eſt uirtutis profeſſionem hortatur, ut ſub hoc præceptore diſcant fines bonorum & malorũ. dicit itaq;, *O iuuenes.*] Ad quos potiſſimum hoc pertinet. *Et ſenes.*] Vt omnem ſexum & ætatem comprehendat. Horatius. i. Epiſt. id quod Aeque pauperibus prodeſt, locupletibus æque: Et quod neglectũ pueris ſenibusq; nocebit. *Petite hinc.*] .ſ. à Cornuto, ſiue à philoſophia. *Finem animi certum.*] Veram fœlicitatem, quæ eſt (Ariſtotele auctore) operatio animi ſecũdum uirtutem optimam in uita perfecta. Certum autem dixit, quia eodem auctore, nulla in re certitudo tanta eſſe poteſt, quanta in operatione ſecundum uirtutem. *Et petite hinc uiatica.*] Virtutis cognitionem, quæ eſt quaſi uiaticum
B quoddam & impenſæ quibus ad uitæ portum peruenire ualeamus, cum fortunæ & naturæ bona illuc uſq; perueniant ſemper. *Miſeris canis.*] .i. ſenectuti miſerijs multis obnoxiæ. Vnde Biantis illud quod nos in diſtichon redegimus, Diſce bonas artes miſeriſq; uiatica canis Dicebat, firmas ſi tibi quæris opes. *Cras fiet hoc.*] Verba ſunt illius, qui, ut ait Horatius, recte uiuendi prorogat horam. Et ſe diſponit ad materiã ſatyræ, quæ eſt (ut in principio diximus) de uera libertate ac ſeruitute. *Cras fiet hoc.*] Incontinens quiſpiam dicit, cras incipiam recte uiuere. ſubaudi dicit, die inſequenti. *Cras fiet.*] id eſt, incipiã bene uiuere. *Quid donas.*] Dicit Perſius incontinenti. quid promittis tibi. *Quaſi magnum diem.*] In quo ſcilicet ſunt multi dies ſingula cras continentes. *Sed cum lux altera.*] id eſt, ſequens dies. *Venit.*] In præterito. *Iam conſumpſimus.*] id eſt, perdidimus. *Cras heſternum.*] id eſt, diei præcedentis. *Et ecce aliud cras.*] Scilicet tertium, quartum, & deinceps. *Egerit.*] id eſt, conſumit & emittit. *Hos annos.*] id eſt, hanc uitam, quæ eſt nobis à deo ut bene beateq; uiuamus conceſſa. *Et ſemper parum.*] Subaudi temporis. *Erit ultra*] id eſt futurum. Martialis. Cras te uicturum cras dicis Poſthume ſemper. Et ſequitur. Sera nimis uita eſt craſtina, uiue hodie. *Nam quamuis.*] Incontinentem comparat rotæ poſteriori currus binarum rotarum, quæ nunquam aſſequitur rotam priorem, cum tantum præcedens currat quantum ſuccedens ſequatur. Ita igitur incontinens nunquam pertinget illud cras, quo ſibi recte uiuẽdi principium eſt
C faciendum. Ordo eſt. *Nam tu.*] O incontinens. *Fruſtra ſectabere.*] Quia nunquam conſequeris. *Canthum.*] Subaudi rotæ præcedentis, hoc eſt ferreum illum orbem quo rotę uinciuntur, ut dicit Quintilianus libro primo Orat. inſti. & Martialis in diſticho, cuius lẽma eſt trochus. Iſte trochus pueris, at mihi canthus erit. Et iiij. Regum libro Hieronymo interprete. Axes inquit cãthi, id eſt, radij & modioli, omnia fuſoria. *Vertentem ſeſe.*] Motu ſcilicet uertiginis, qui ſimul duplex eſt, in longum ſcilicet & in orbem. *Quamuis prope te.*] Subaudi ſit canthus & rota illa. *Et quamuis ſub uno temone.*] Cui per duos axes binæ rotæ, hoc eſt priores & poſteriores applicãtur, fruſtra tu quam ſectabere canthum. *Cum rota.*] .i. tu quaſi rota. *Poſterior.*] .i. ſequens priorem curras. *Et in axe ſecundo.*] Cui poſteriores rotæ applicantur.

ECPHRASIS MVRMELLII.

Mille ſunt hominum formæ, & diſſimilis eſt rerum uſus. Sua cuiq; uoluntas eſt, nec uno uoto uiuitur. Hic in oriente merces Italicas dat pro rugoſo pipere, & granis cumini pallidos facientis. Alius ſatur uult pingueſcere ſomno, quo uelut riuo irrigatur. Alius uacat luſibus campeſtribus, alium reddit alea ſollicitum, alius ita rei ueneræ dat operam, ut eius uires reſoluantur: uerũ poſtquam nodoſa chiragra fregerit articulos, manus & brachia corporis ſenio confecti, tunc dolentes queruntur, in rerum ignoratione, tanquam in tenebris, & in omni luxuriæ genere, ueluti in palu
D dibus, ac cœno ſe uixiſſe, atq; uitam miſerabilem morborumq; plenam, ſibi relictam ingemiſcũt. At delectat te ad pallorem uſq; inuigilare libris, quos & noctibus euoluis. Tu enim eruditor iuuenum, reples aures eorum uitijs expurgatorum bene attentas philoſophia Stoica. O iuuenes & ſenes petite ex hac certum finem animo, & uiatica ad ſenectutem, miſeram alioqui futuram. Loquitur iam inſidioſus procraſtinator. Hoc fiet cras, hodie uoluptatibus indulgebo, cras autem philoſophiæ ſtudijs incumbere incipiam. Perſius. Idem quod hodie à te fit, cras fiet. Deſidioſus. Quid ais? nempe concedis ne mihi ægre diem unum quaſi quippiam magnum? Reſpondet Perſius. Sed cum lux altera uenit, iam conſumpſimus cras heſternum, ecce aliud cras euacuat hos annos uitæ noſtræ, & erit ultra, diſtabitq; ſemper aliquantulum à nobis, ita ut nunquam cõtingere poſſimus. Nam ſectaberis fruſtra canthum uertentem ſeſe, quamuis prope te, quamuis ſub uno temone, cũ currendo ſis rota poſterior, & in axe ſecundo.

SCHOLIA.

Mille hominum ſpecies.] Diuerſa mortalium ſtudia eſſe oſtendens, Cornutum philoſophari dicit, & ſapientiæ amore duci, cui non niſi qui libero animo ſit, uacare poſſit. Terentius in Phormione. Quot homines, tot ſententiæ, ſuus cuiq; mos eſt. Horatius in Sermonibus. Quot capitum uiuunt, totidem ſtudiorum Millia. Plinius iunior Epiſtolarum libro primo. Varia ſunt hominum iudicia,

iudicia, uariæ uoluntates. *Mercibus hic Italis.*] Horatium imitatur dicentem. Hic mutat merces A ſurgente à ſole, ad eum quo Veſpertina tepet regio. *Cymini pallentis.*] Eo quod pallorem bibentibus gignit. Horatius. Quod ſi Pallerem caſu, biberent exangue cyminum. *Irriguo.*] Irriguum ſomnum dixit, quod membra in riui morem campos præterlabenus irrigat. Maro. Feſſos ſopor irrigat artus. Irriguus teſte Seruio dicitur, qui irrigat, & qui irrigatur. Vergilius. Irriguumq; bibãt uiolaria fontem. *Hic campo indulget.*] Obiter inania uitioſaq; ſtudia, pecuniæ, ſomni, campeſtrium luſionum, aleæ, ueneris, taxat, ut eo laudabilius ſit ſtudium Cornuti. *Chiragra.*] Græce χειράγρα, morbus articularis manuũ, ſic dicta, quod χεῖρας, id eſt manus, ἀγρεῖν id eſt capit. Huius dictionis prima cum apud Græcos diphthongo producatur, apud Latinos tamen nonnunquam corripitur, ut hoc loco, & apud Horatium libro Sermonum ſecundo. Poſtquam illi iuſta chiragra, Cõtudit articulos. Item apud Martialem. Litigat, & podagra Diodorus Flacce laborat, Sed nil patrono porrigit, hæc chiragra eſt. *Ramalia.*] Manus, brachia, & pedes, quæ per tranſlationem, rami corporis dicuntur. *Fagi.*] Permanet in Metaphora. *Impalleſcere.*] Nimio enim ſtudio pallor contrahitur. Iuuenalis. Tunc utile multis Pallere, & toto uinum neſcire decembri. *Cultor.*] Doctor. Philoſophia enim eſt quaſi cultura animi. Cicero Tuſculanarum quæſtionum libro ſecũdo. Cultura autem animi philoſophia eſt, quæ extrahit uitia radicitus, & præparat animos ad ſatus accipiendos, eaq; mandat his, & (ut ita dicam) ſerit, quæ adulta fructus huberrimos ferant. *Purgatas aures.*] id eſt, uitijs extirpatis liberatas. Hierocles. Sapientię ſtudium eſt, quod in purgatione & B perfectione humanæ uitæ uerſatur. Purgamur enim per philoſophiam à noſtra terrena ignorantia, & mortalis corporis ſpecie. Per philoſophiam quoq; ad perfectionem uenimus, qua propriũ & innatum nobis uigorem aſſumentes, ad ſimilitudinem dei traducimur. Dicuntur & purgatę aures prouerbialiter, pro attentis & uacuis. Horatius in Epiſtolis. Eſt mihi purgatam crebro qui perſonet aurem. Plautus. Perpurgatis ambo damus tibi operam auribus. *Inſeris fruge.*] Venuſte perſtat in Metaphora. *Cleanthea.*] Cleanthes philoſophus fuit Zenonis ſucceſſor in Stoica diſciplina, qua cum primis eruditus fuit Cornutus. *Viatica.*] Refertur à Diogene Laertio utiliſſimum Biantis præceptum. Viaticum tibi ab adoleſcentia ad ſenectutem, ſapientiam compara. Ea quippe ſola eſt certa ueraq; poſſeſſio. *Nam quamuis prope te.*] Optima ſimilitudo à curru tranſlata. Quamuis enim te cras inchoaturum ſemper dicas, nunquam tamẽ incipies, quemadmodum euenit in quadrigis, in quibus ſecundi axis rota licet priori ſemper inſtet, eam tamen nunquã aſſequitur. *Canthum.*] Canthus eſt ferrum, quo rotæ extremitates uinciuntur. *In axe ſecundo.*] Quadrigæ duos rotarum ordines cum habeant, duplici quoq; axe uertuntur. Axis uero ſtipes teres eſt, circa quem rota uerſatur.

Libertate opus eſt, non hac, qua, ut quiſque Velina
Publius emeruit, ſcabroſum teſſerula far
Poſſidet. heu ſteriles ueri, quibus una quiritem
Vertigo facit. hic Dama eſt non treſſis agaſo,
Vappa, & lippus, & in tenui farragine mendax.
Verterit hunc dominus, momento turbinis exit
Marcus Dama. papæ, Marco ſpondente recuſas
Credere tu nummos? Marco ſub iudice palles?
Marcus dixit. ita eſt. aſſigna Marce tabellas.
Hæc mera libertas, hanc nobis pilea donant.
An quiſquam eſt alius liber, niſi ducere uitam
Cui licet ut uoluit? licet ut uolo uiuere, non ſum
Liberior Bruto? mendoſe colligis, inquit
Stoicus hic aurem mordaci lotus aceto.
Hæc reliqua accipio, licet ut uolo uiuere, tolle.
Vindicta poſtquam meus à prætore receſſi,
Cur mihi non liceat, iuſſit quodcunq; uoluntas,
Excepto ſiquid Maſuri rubrica uetauit?

ASCENSIVS. C

Libertate opus eſt.] Hic principalem materiam ingreditur oſtenſurus ſecundum paradoxon Stoicorum neminẽ eſſe uere liberum qui non idem ſapiens ſit ac bonus quaſi diceret cum Petro. Qui ſeruit peccato ſeruus eſt peccati. Quia uero illaqueatus nexibus peccatorum per ſe reſurgere non poteſt, & per conſequens nec uitam in melius reformare, ideo dicit opus eſſe libertate, ad hoc ut quis bene agat, non quidem libertate ciuili, ſed animi, qua gaudent quicũq; uitijs, & praua ignorantia uacant. Diſputat autem hac lectione cum aduerſario qui ſe libertati aſſerit, de uera D libertate, oſtendens quid interſit inter eum quem conſcientia, & inter eum quem ſolum prætor liberum deſignat. ORDO. Opus eſt uolenti. ſ. bene operari & mores in melius commutare, libertate, non ſup. opus eſt hac ſupple libertate, qua. i. per quam, quiſq;. l. quicunq;, Publius, id eſt, ciuis Romanus de gremio reip. ut, id eſt, poſtquam emeruit, id eſt, emeritus factus eſt & rude donatus, poſſidet far. ſcabioſum. i. uetuſtate quaſi carie exeſum & rugoſum, teſſerula. i. modico ſigno, quod habẽtibus far diſtribuebatur à diſpenſatoribus diuitũ, uelina. i. quam dabant diuites reſidentes in colle Velino Romæ, poſſidet inquã, ut dominus, quod ſeruis ciuiliter non contingit, qui quicquid acquirunt dominis non ſibi acquirunt, & non poſſident. Quia uero omnes tales qui ciuitate Romana gaudent & ſui iuris ſunt, liberi putantur, cum tamen peccatis teterrimis nimirũ dominis ſeruiant, exclamat poeta in ſtultos Romanos ac cæteros dicens. Heu ſteriles. i. infœcundi ueri. i. rei uerę

A aut ueritatis.i.qui nihil ueri concipere poteſtis,quibus.i.ſecundum quorum iudicium una uerti-
go.i.obuerſio capitis facta à manumittente. Qui enim manumittebatur,tenebatur manu domini
ad uerticem poſita in ſignum ſeruitutis quam illi debebat,deinde manumittens obuertebat eum
à ſe,& è manu ſua emittebat dicens,liber eſto.quod ubi coram prætore fiebat qui uindictã. i. uir-
gam à Vindicio autà uindicando à ſeruitute ſic dictã,tenebat,contingebat manumiſſum, quo fa-
cto liber abibat ciuitate donatus. Dicit ergo eos ſteriles eſſe ueri,quibus una uertigo facit quiritẽ,
id eſt,ciuem Romanum,qui non niſi liber eſſe poteſt.quod autem talis libertas nõ ſit uera probat
ſic.Ponatur ſup.caſus quod hic uidelicet Dama,ſeruus nequã & uilis ens agaſo.i.aſinorum aut a-
liorum iumentorũ curator & actor,ut nomen ductum ſit ab agẽdo aſino,uõ treſſis.i.nõ triũ aſſi-
um.hoc eſt nõ æſtimandus precio triũ aſſiũ,ens itẽ uappa.i.ſicut uinũ euaporatũ,nihil uirtutis ha
bens,& lippus.i.cæcus in animo,& mẽdax in farragine.i.re minima in pulmentario tenui.i.modi
co.i.neſciẽs ueritatẽ tenere in re etiã minima & uiliſſima,& ponatur ſup.quod dominus uerterit.i.
uertẽdo manumiſerit hũc.ſ.Damã nũquid ſup.dama,exit.i.exeundo è manu domini fit & euadit,
Marcus.i.ciuis Romanus,obtinens cognomẽ domini ſui momẽto tẽporis , aut ut uetuſtus habet
(authore Plautio)codex,momẽto turbinis,quãto tẽpore turbo.i.trochus uertitur dũ à pueris ſcu
tica agitur.& alludit ad circũactionẽ ſerui,qui circũactione,uertigine aut turbine(ut pro una re ac
B cipiantur) fit liber. Angelus Politianus homo doctiſsimus exponens illud Iuue. Tanquã habeas
tria nomina,multis auctoritatib.probat libertos patronorũ ſuorũ nomina accipere, & ita cũ ſer-
ui propriũ nomẽ haberẽt & libertini effecti duo patronorũ ſuſciperẽt nomina,tria habebãt,unde
fit ut à Marco quodã patrono (q à martia uirtute nomẽ accepit) manumiſſus hic Marcus dicatur
exire,de qua re admiratur poeta dicẽs papæ,quæ interiectio admirantis eſt. Admirandũ ſiquidẽ
eſt quod Dama fiat Marcus. Nã licet reſpiciat ad eũ Damã de quo Horat.ij.Sermonũ dicit:Prodis
ex iudice Dama Turpis,&c.tamẽ eſt quædã uis in uocabulis. Nã dama eſt animal timidũ & fœdũ,
dicẽte Verg.in Bucco. Cũ canib.timidi uenient ad pocula Damæ. Marcus à Marte denominatus ui
detur,uir acer & bellicoſus à quo lõge abeſt Dama. Miratur ergo ꝙ populus Damã Marcũ iudicet
effectũ,oſtẽdens animũ nequã,ne ſecundũ uulgi quidẽ opinionẽ eſſe mutatũ, ac dicẽs. Papæ.q.d.
Admiror quomodo dicat eũ Marcũ exire,quia tu recuſas credere alicui nũmos:Marco.i.eo qui iã
Marcus effectus eſt,ſpõdẽte.i.pro eo fideiubẽte:eo uidelicet ꝙ homo mẽdax eſt,& tu palles.i.timo
re pallidus fis etiã in cauſa iuſta,ſub Marco iudice.i.ſi talis Marcus ſit iudex,qa iniquus eſt. Si ſup.
quis dicat tibi,Marcus dixit.i.ſi quis adducat talẽ Marcũ in teſtimoniũ cõtra te,tu nolens credere
diceres.ô Marce aſſigna tabellas.i.inſtrumẽta publica,quib.quæ dicis approbẽtur, quia aliter nõ
credã tibi.Id aũt potius dicã ꝙ quod Nebriſſ.Eſt ne ſup.hæc mera libertas,quã habentis non credi
C tur?& quã libertatẽ pilea quæ manumiſſi raſo capite accipiebãt,donãt nobis/amara interrogatio
reſponſionẽ negatiuã poſtulans,quod animaduertẽs is qui ſe ſic liberũ credit dicit. An quiſquam
alius eſt liber,niſi is ſup.cui licet ducere uitã ut uoluit? quaſi dicat non . Et accepit pro maiore ſic.
Omnis qui uiuit ut uult liber eſt,deinde ſubſumit dicens,licet ſup.mihi uiuere ut uolo,& conclu-
dit,non.i.nõne ergo ſum liberior Bruto?q.d.immo,unde eſt cõcluſio,ergo ego liber ſum . Quod
argumentũ dicit poeta à Stoicis ſolui negando minorẽ,uidelicet ego uiuo uolo,quia ſtulti & ini-
qui nihil recte uolũt ac faciũt. Ordo igitur eſt. Stoicus.i.philoſophus de ſecta Stoicorũ,lotus aurẽ
.i.habens aurẽ lotã,mordaci aceto.i.argutus deprehenſor falſæ argumẽtationis,inquit.i.dicit,hic
.i.ad hoc argumentũ.uel hic.i.aliquis Stoicus dicit quod tu colligis,cõcludis mẽdoſe, quia ex al-
tera falſa nõ neceſſario uerũ ſequitur.ſed ego accipio(inquit Stoicus).i. concedo & approbo hæc
reliqua.i.propoſitionẽ maiorẽ tuam,ſed tolle.i.aufer,aut tollo.i.aufero minorẽ.ſ.licet ſup. uiuerẽ
ut uolo , quã minorem nititur approbare is qui ſe liberũ iudicat dicens. Poſtquã ego receſſi meus
.i.mei iuris à prætore.i.iuris adminiſtratore,uindicta.i.per uindictam uirgã prætoriã qua me con
tigit approbans manumiſſionẽ,cur non liceat mihi,quodcunq; uolũtas iuſſit.i.indicauit mihi o-
ptandũ,excepto ſup.eo ſiquid pro quod,rubrica.i.titulus legũ Maſuri pro Maſurij illius iuriſcon
ſulti,notauit.i.ſignauit cauẽdũ,aut potius uetauit.i.prohibuit.i.licet ne mihi omnia facere quę nõ
D ſunt cauta ac uetita legibus?q.d.maxime. Cuius contrariũ oſtendet poeta in ſequẽtibus. Sane exẽ
plar quod primũ ſortitus ſum,& illud etiã quod multo poſt ab Aldo Manutio impreſſum uidi,ha
buit:Excepto,ſiquid Maſuri rubrica uetauit.pro uetauit aũt Scodrenſis,Philologus,& qui eos ſe-
quũtur Nebriſſen. Murmellius,& alij notauit ſubſtituũt,& Murmellius pro ſiquid Mãſuri , quod
Maſuri,quia Maſurius cum Græcis ſcribatur [illegible] , uidetur ſecundam diphthõgo producere.
Quas res cũ mecũ penſitarẽ,in mentẽ uenit multa ab antiquis aliter ac à poſterioribus dicta,& fe-
re ſecundũ cõmunẽ analogiã,ut homonẽ ab Ennio,reſtauit à Propertio,& alia ab alijs . uероſimi-
le aũt duxi iuriſcõſultos recẽtiores ſæpe uerba legũ xij.tab.citaſſe,quã ob rẽ nõ longe à uero mihi
uiſus eſt qui dixerit Maſuriũ qui de ſeruitutibus quas libertini patronis debent, ſcripſit: multa ex
illis tabulis recitaſſe,& inter eas uetauit poſuiſſe.unde & uetati poſuit Papi. Theba . ij. Et interpres
Actu.xix. Vetati ſunt à ſpirituſancto. Præterea poetæ præſertim comici & ſatyrici,ſeruis,militibus,
& id genus indoctis hominibus ſæpe incõgruas dant locutiones,ut Plautus Gutturẽ papauerẽ,ui
rile ſexũ,& reciproca nõ reciproce poſita,& alia multa,non abſurdũ fuerit, ſi dixero ſeruo Damæ
uulgarẽ & indoctorũ dediſſe ſermonẽ,uetauit uſurpantẽ,& Maſuri media breui, quũ dubitẽ utrũ
Romani etiã docti producant,cũ in Maruſia,peluſiũ,& alijs multis u ante ſcorripiant. Nec mouet
quod Græcis ου ſcribitur,quia illi u nõ habent,& ſi o aut y ſcriberẽt Romanorũ nomen non expri
merent

merent.Pateor prætereà in ore docti concinnius dici:Excepto quod,quàm excepto ſiquid, ſed in A
ore indocti,præſertim in ſubdubitãtis an Maſurius cõtra merã libertatẽ quid uetuerit,aptius uide
tur ſiquid quaſi per parẽtheſim inſertũ.Adde ꝙ plenior eſt ſententia per uerbũ uetauit, quod ha-
bẽtus authoritatẽ eſt,ꝙ̃ per uerbũ notauit,quod morientis duntaxat eſſet,cui pertinax ut hic indu
citur,audiens nõ fuerit.His inquã omnibus æquiore lance penſitatis ab antiqua lectione non di-
ſcedendum cenſeam,ſed ſæpe dum pedibus in ſententiam itur,maior pars meliorem uincit.

IOANNES BRITANNICVS.

Libertate opus eſt.] Hinc poſtea oſtẽdit ideo homines quos ad uirtutẽ hortatus eſt ſapiẽtiã aſſe
qui nõ poſſe,ꝙ liberi nõ ſint cũ uitijs ſint obuoluti.Sic ex Stoicorũ ſentẽtia docet ſolũ liberũ ſapiẽ
tem. *Libertate opus eſt n.b.*] Sẽſus eſt.Nõ ea eſt opus libertate,quã ut quiſq; ꝑ manumiſſionẽ acce
pit ciuis Romanus fit,& accepto Publij prænomine in trib. diſtributus,frumẽtũ publice datũ acci
pit,ſed ea quæ nos à uitijs uindicat.i.animi libertate. *Qua ut quiſq; n.p.e.*] Hæc particula,ut, omni
no uerſui inſerẽda eſt,aliter ſenſus nõ procederet.Eſt enim ordo & ſenſus.Nõ opus eſt ea libertate
qua.i.per quã quiſq; Publius poſſidet far teſſera,ut emeruit.i.ſimul ac ſeruitutẽ exuit,& deſtitit eſ-
ſe ſeruus,& prænomẽ publij eſt aſſecutus,quo ciuis Romanus oſtẽdebatur. Nã emeriti dicũtur q
honeſta cauſa à munere militiæ remittũtur.Vnde Iuue.Emerita quæ ceſſat acu.i.quæ iã officio ſuo
& munere functa eſt.& Tranq.ſic ſcribit in Calig.Cæterorũ increpita cupiditate, cõmoda emeritæ B
militię ad ſexcentorũ militũ ſummã reſcidit.Papinius in Syluis.Cęſar ab emerito iubeat diſcedere
bello.Velina trib.dicta eſt à Velia colle urbis,ut Varroni placet, ꝙ ibi paſtores paulatim ex ouib.
ante tõſurã inuentã uellere lanã ſolit,ex quo uellera dicũtur.In ea enim cũ Publius Valerius Publi
cola ædes ædificaſſet,ne ſuſpectus haberetur regni affectatu,diruiſſe traditur,nõ modo (ut Liuius
ſcri.)plano ædes,ſed colli ſubijciẽs. *Publius.*] Prænomina erãt Pub.Quintus,Caius,Cneus,Luci
us,Marcus & huiuſmodi.Hora.Quinte puta aut Pub.gaudẽt prænomine molles Auriculæ.Moris
enĩ erat,ut cũ aliqs ciuis Romanus oſtẽdendus eſſet ſignificaretur aut prænomine ſuo aut agnomi
ne,aut à cognomine,aut à tribu in qua cẽſeretur,à curia,aut cẽſura.auctor eſt Pedianus. *Scabioſum
far.*] Ciuibus Rom.frumentũ publice per teſſeras gratis dabatur in ſingulos modios,P.Clodij bñ
ficio,cũ antea ut ſcribit Aſcon.ſemis ęris in ſingulos modios daretur. *Far*] Farris ideo meminit,
quia eo,ut ſcri.Verius,uixerũt Romani tercẽtũ annis. *Scabioſum*] Aſperũ ob glumã eius quę gra
nũ ſemp comitatur. *Teſſerula*] Signo quo frumẽtũ accipiebãt.Eius teſſeræ ſæpe cõmeminit Tran
quil.ut in Domitiano.Et quia pars maior rerũ intra popularia deciderat, quinquagenas teſſeras
in ſingulos cuneos equeſtris ac ſenatorij ordinis pronũciauit. *Heu ſter.u.*] Ignari ueritatis,qui pu
tatis uos ſtatim per manumiſſionẽ factos liberos,quaſi alij dñi nõ præſint & imperẽt uobis. *Verti
go.*] à uertẽdo.Seruus enĩ dũ manumittebatur à dño,impoſita eius capiti manu uertebatur,ꝙ ſig C
nificaſſe uidetur eũ ita liberũ eſſe,ut in quãcunq; partẽ migrare liceret. *Hic Dama eſt n.t.a.*] Cũ in
terrogatiõe.hoc eſt,putabis ne eũ qui manumiſſus ſit ſtatim liberũ eſſe,& nõ ſeruũ nequiſſimũ?ut
oſtẽdat manumiſſionẽ eã nõ eſſe quæ libertatẽ donet,ſed eã animi magnitudine cẽſeri. Per Damã
intelligit ſeruũ nequiſſimũ & hominẽ fœdũ,alludẽs ad illũ Horatianũ Damã,quẽ abiectiſſimũ oſtẽ
dit in Satyris ſuis. Tu cũ proiectis inſignib.anulo equeſtri,Romanoq; habitu prodis ex iudice Da
ma Turpis,odoratũ caput obſcurante lucerna. Nõ es ꝙ ſimulas.Eſt ergo ſenſus.Hic Dama hic ſer
uus fœdus & turpis qualis fuit Dama, erit ne ſtatim liber & ciuis Romanus, qa manumiſſus ſit &
nõ agaſo.q.d.erit quidẽ agaſo.i.uiliſſimus ſeruus,neq; erit Marcus.i.ciuis Romanus,q per pręno
mẽ ut diximus oſtẽdebatur. *Momẽto tẽporis exit M.D.*] Putas tu tã breuis tẽporis articulo Damã,
hoc eſt ſeruũ factũ eſſe Marcũ.i.ciuẽ Romanũ,qui per prænomẽ à ſeruis diſtinguebatur.Nã ſeruis
prænomine uti nõ licebat. *Treſſis.*] Triũ aſſiũ.Agaſo ille dicitur, qui nõ ſolũ aſinorũ, ſed omniũ
iumẽtorũ alẽdorũ curã agit.Pli.Et in una tabella,qua maxime inclaruit,agaſonẽ cũ equo pinxit.
Seruius quoq; ubi illud in xij.Aeneid.interpretatur,Circũſtãt properi aurigę,manibusq; laceſſũt
Pectora plauſa cauis:declarat aurigas poſitos eſſe ꝓ agaſonibus.Loquitur enĩ de equis nõ de aſi-
nis.Acrõ itẽ:agaſo ꝓprie ſeruus q iumẽta curat. *Mẽdax.*] Qui mẽdacijs utitur ſui iuris nõ eſt. *Te
nuiſ.*] Minima re ob paruã utilitatẽ. *Farragine.*] Inter pabularia cõnumerãtur farrago,ocymũ,ul D
ſia,fœnũ.Farrago ex recremẽtis farris ut ſcribit Plin.prædenſa ſeritur admixta aliquãdo in Africa
fit ex ordeo,ea à farre denominata eſt.ipſum aũt far,ut teſtatur Varro,aut qđ ferro ſit cæſum , aut
quod in farratia ſegete ſeri ſit cœptũ. *Verteris hunc d.*] Permiſſio eſt.i.Eſto ut à dño Dama manu-
mittatur,ſtatim ne liber erit,& ciuis Romanus? *Papæ.*] Interiectio eſt admirãtis per ironiã. *Cre
dere.*] Alijs.ſ. *Hæc mera l.*] Hãc inquit cẽſes uerã eſſe & purã libertatẽ,quę per manumiſſionẽ para
tur.q.d.eã nõ eſſe. *Pilea*] Serui cũ manumittebãtur,in tẽplo Feroniæ,quæ libertorũ dea ꝓhibeba
tur,raſo capite pileũ accipiebãt,cuius rei Plautus in Amphitryo.mẽtionẽ facit.Quod utinã ille fa-
xit Iupiter, ut ego hodie raſo capite caluus capiã pileũ.Plin.loquens de Cornelio Cinna ita ait. Vo
catiſq; ad pileũ ſeruis,aduerſarios uicit.De hoc & Perſius ſupra meminit. At illũ Heſterni capite in
duto ſubiere quirites.Legitur & in annalib.ueterũ Quintũ Terẽ. Culeonẽ Africani ſuperioris cur
rũ triũphantis,quia captus à Carthaginenſibus ab eo fuerat recuperatus,pileũ gerentẽ ſecutũ eſſe,
ut auctori libertatis ſuæ tãquã patrono accepti bñficij cõfeſſionẽ redderet. *An quiſquã a.l.*] Oẽs ſyl
logiſmi partes cõplexus eſt,q cõſtat ex ꝓpoſitione,aſſũptione,& cõcluſiõe.Hæc ergo eſt ꝓpoſitio,
quã ſeqtur aſſũptio cũ ait,licet ut uolo uiuere.Hic apte oſtẽdit homines etſi ſibi liberi eſſe uidẽtur,
tñ ſeruos eſſe cũ eorũ animus prauis cupiditatib.obſideatur. *Liberior Bruto*] cõcluſio ẽ.Nã ſi licet

A uiuere ut uult, reſtat igitur ut liber ſit. Brutus adeo libertatis ſtudioſus fuit, ut expulſo Tarquinio ſuperbo propter Lucretiæ ſtuprum, filios ſuos quod cū Aquilijs & Vitellijs coniuraſſent de reducendo rege, uirgis cæſos ſecuri percuſſerit. *Mendoſe colligis inquit Stoicus.*] Bene Stoicus. Is enim eſt qui dicit neminem præter ſapientem liberum eſſe. *Mendoſe col.*] Falſe argumētaris. Hic enim falſum probatur ubi dicit, licet ut uolo uiuere: neq; illi licet uiuere ut uult qui uitijs ſubiectus eſt.

Aurem mordaci lotus aceto.] Synecdoche eſt .i. aurē habēs lotā. Verg. Nodoq; ſinus collecta fluētis. *Hic.*] .i. hoc argumēto. *Mordaci aceto.*] .i. acri & urgēti dicto, ut ſic intelligas Stoici aures quidē argumēto & dicto offenſas eſſe. Hor. At Græcus poſtquā eſt Italo perfuſus aceto. *Licet ut uolo uiuere, tolle.*] Hic probat eū liberū nō eſſe, quia ei nō liceat facere quę uult. At tibi nō licet uiuere ut uis, ergo ſeruus es. *Vindicta poſtquam meus à prætore receſsi.*] Laborat rurſus oſtēdere ſe, quādoquidē libertate donatus ſit à prętore, omnia libere facere poſſe quæ libeat, & ideo ſe liberū eſſe. *Cur mihi non liceat.*] Subaudi facere. *Receſsi meus.*] .i. mei iuris & liber qui alijs nō ſeruiā. *Vindicta.*] Virga qua ſerui in manumiſſione à prætore tangebātur. idq; manauit à Vindicio, qui poſt detectā cōiurationē filiorū Bruti de reducēdo Tarquinio ſuperbo primū uindicta liberatus eſt. à quo nomē uindictæ tractū auctore Liuio quidā putāt: nā poſt illū obſeruatū eſt, ut qui ita liberati eſsēt, in ciuitatē accepti uiderētur. *Maſuri.*] Maſurius eques Romanus tēporibus Tyberij Cæſaris iuriſcon-
B ſultus fuit, qui primus publice ſcripſit. Eius frequēter meminit Gellius in Noctibus Atticis. *Rubrica.*] Titulus legis. Nam legū capita minio notantur. Iuue. Perlege rubras Maiorū leges. Ouidius. Nec titulus minio, cedro chartaue, notetur. De rubrica dictum eſt ſuperius in prima Satyra.

IOANNES BAPTISTA.

Libertate opus eſt.] Vt homines, quos ad uirtutē capeſſendā hortatus eſt, animi certū finē, & philoſophiam conſequantur, liberos eos eſſe oportere dicit, de libertate animorū intelligēs: qui tunc liberi ſunt, cum nullis cupiditatibus, aut uitijs impliciti & inuoluti deuinētur. Nam ſi ſeruitus eſt ſicut obēdientia fracti animi & abiecti, & arbitrio carētis ſuó, quis neget oēs leues, omnes cupidos, omnes deniq; improbos eſſe ſeruos. An mihi uidetur (inqt Tul.) ille liber, cui mulier imperat, cui leges imponit, præſcribit, iubet, uetat quod uidetur, qui nihil imperanti negare poteſt, nihil recuſare audet, ſi poſcit dandū eſt, ſi uocat ueniendū, ſi eijcit abeundū, ſi minatur extimeſcendū: Ego uero nō modo iſtū ſeruū, ſed nequiſſimū ſeruū, etiā ſi in magna familia natus ſit appellādū puto. *Nō hac quam ut.*] Seipſum declarat diceris nō eſſe opus illa libertate, quā per manomiſſionem conſecuti ciues efficiuntur, & frumentū per teſſeras accipiunt, ſed libertate philoſophica .i. animorum. Et eſt ordo. Non ea eſt opus libertate, quā quiſq; Publius poſſidet far teſſerula uelina, ut emeruit .i. ſimul ac ſeruitutem exuit, & deſtitit eſſe ſeruus, & prænomen aſſecutus eſt, quod ſortiebantur ſerui quā-
C do à dominis manumittebātur. Lactan. li. iiij. Diui. inſti. Deniq; & filius manumittitur tanquā ſeruus, & ſeruus liberatus patroni nomē accipit tanquā filius. Vnde legimus ſeruū Dionyſiū. M. Pōponiū Dionyſiū uocatū eſſe aſcito Ciceronis prænomine & Attici nomine, & Mileſiū Alexandrū, cui Polyhiſtori cognomentū fuit, Corneliū eſſe à Cornelio Lentulo appellatū, à quo uidelicet fuerat manumiſſus, ſicuti Suidas in Collectaneis atteſtatur. Romani eñ nobiles habebant prænomē, ut Marcus, nomen ut Tullius, cognomen ut Cicero. Vnde Iuue. Duceris planta uelut ictus ab Hercule Cacus, Et ponere foris ſi quid tentaueris unquam Hiſcere, tanquam habeas tria nomina. *Velina teſsera.*] Quæ uelinæ tribus ciuibus donabatur, quā non poterant aſſequi niſi eſſent ciues Romani, qui ſignificabantur aut à prænomine, aut à nomine, aut à cognomine, aut à tribu, in qua cēſerentur, aut à curia, aut à cenſura, ut ſcribit Pedianus. de uelina tribu Oratius: Hic multum fabia ualet, ille uelina. A Velia colle dicta, ut ſcribit Varro. Per teſſerulam autem, cuius primitiuum eſt teſſera, intelligo ſignum frumentarium, quo exhibito unuſquiſq; frumentum pro portione accipiebat à principe, ut innuit Suet. in Auguſto. De teſſera frumentaria quod legari poſſit ſic refert Iuriſconſul. ſecūdo de legat. Si Titio teſſera frumentaria, uel militia legata ſit, & is deceſſerit, quidam putant extingui legatum. Erant & teſſeræ nummariæ, ut docet Suetonius. Teſſera etiam dicebatur præceptum ducis, quo uel ad aliquod opus, uel ad bellum mouebatur exercitus, ut ſcribit Vege-
D tius: à quo Teſſerarij nominantur, qui teſſeras per contubernia militum nunciant. Has inuenit Palamedes in bello Troiano, auctor Plinius, cuius meminit Sidonius libro octauo Epiſt. Erat & teſſera fidei, cuius Lactantius Papinij interpres & Plautus meminerunt. *Scabioſum.*] Propter glumam, quæ illud ſemper comitatur. Quid autem ſit gluma docet Varro in primo de re Ruſtica.

Heu ſteriles ueri.] Cum dolore pronunciandum. Dolet enim Romanos eſſe tam à ueritate alienos, ut credant homines ex manumiſſione ueram conſequi libertatem. *Vna uertigo facit.*] Vertebantur enim & circumagebantur qui libertatem nanciſcebantur, fortaſſe ut oſtenderetur licere iam ipſis pro ſuo arbitrio, quorſum uellent moueri poſſe. Seneca libro octauo Epiſt. Philoſophiæ inquit ſeruias oportet, ut tibi contingat uera libertas. non differtur in diem, qui ſe illi ſubiecit & tradidit, ſtatim circumagitur. *Quiritem.*] Romanum ciuem. Quirites Romani à Quirino, ut docent Iuriſconſulti. *Hic Dama eſt.*] Libertas uera non ea eſt, quam per manumiſſionem conſequuntur homines, ſed ea quæ animi magnitudine cenſetur. quod ut oſtendat Perſius percunctatiue ita inquit: hic Dama non treſſis agaſo, hoc eſt hūc ſeruum uilem, fœdum, turpem, & nequam, qualis eſt Dama, quia ſit à prætore manumiſſus ſtatim ueram libertatem conſecutum fuiſſe exiſtimabis? quaſi diceret, non liber erit, ſed agaſo, id eſt, ſeruus uiliſſimus. Eſt autem hic Dama nomen ſerui, de quo meminit Oratius. Aliàs Dama eſt genus capræ ſylueſtris, cui deeſt fel, ſicuti ceruo, equo.

equo,mulo,aſino,& uitulo marino,& raro manſueſcit,cum fera dici iure non poſſit. Auctores Pli- A
nius & Ariſto. *Non treſsis.*] id eſt,trium aſſium precij.i.uilis.Per as enim tenuiſſimũ quiddã ſig-
nificamus. *Agaſo.*] Is dicitur agaſo proprie,ut inquiunt grammatici,qui iumenta curat. Apud
Apule.ſignificat aſinarium his.Iamq; confecta bona parte mortiferæ uiæ continuauerís claudum
aſinum lignorum gerulum cum agaſone ſimili.Alias ſignificatur equorum curator.Plinius in tri
geſimoquinto.Pinxit inquit Athenion agaſonem cum equo,& ſi non deſint qui dicant Pliniũ ſig
nificare Athenionem pinxiſſe agaſonem cum equo.i.pinxiſſe agaſonem & equum,& negent aga-
ſonem dici equorum ductorem,quos errare docet Liui.his uerbis. Acceptos ab agaſonib. equos
cum rex aſcenſurus erat,admouebant.Idem Liuius in vij.Agaſones mulis imponit. *Vappa.*]
Hæc nomina omnia ſunt probroſa,plena ignominiæ,& uituperationis. Eſt enim Vappa uinum,
quod odorem & ſaporem amiſit.Oratius.Qui ueientanum feſtis potare diebus Campana ſolitus
trulla,uappamq; profeſtis.Inde homines uiles,Triobolí,Gerrones,Nebulones,& Nugatorij,uap
pæ dicuntur.Plinius libro decimoquarto.Vitium quod muſto quibuſdam in locis ſponte ferue-
re,qua calamitate cum deferbuit deperit ſapor,uappæq; accipit nomen,probroſum etiam homi-
ni cum degenerauit animus.Vnde ab Oratio dictum.Non auarum Cum ueto te fieri, uappam iu
beo,& nebulonem.Catul.Satis ne cum iſto uappa frigoraq; & famem tuliſtiſe *Lippus.*] Prauis
moribus,& fraudulenta cæcaq; in bonis operibus mente præditus. Quod enim eſt corporis ui- B
tium,ad animum transfert,quid ſit proprie lippus ſupra docuimus,unde lippitudo quam Græci
λήμην appellant.Plutar.in apoph.de Pericle Athenienſi *ἐκέλευσεν ἀφελεῖν τὴν αἴγιναν ὥσπερ λήμην τοῦ πειραιῶς*,id eſt,iuſſerat autem Athenienſes Aeginam quaſi Pirei lippitudinem auferre. quæ
uerba ideo recitaui,ut interpretis error manifeſtarius deprehendatur,qui ſic Græca uerba Latina
fecit.Iuſſerat autem Athenienſes Aeginam quaſi pirei portum exiſtimarent,ac tuerentur. quæ in-
terpretatio penitus contraria eſt,ut docet idem Plutar.in uita Periclis:& uerba Græca hoc ex ſe a-
pertiſſime etiam lippientibus oſtendunt, cum notum ſit *ἀφαιρεῖν* apud Græcos accipi pro auferre
non pro tutari.Et Plutarchi codicem non *λιμένα* quod portum ſignificat,ſed *λήμην* quod lippitudi
nem retinere. *Mendax.*] Apud Perſas(ut Herodotus & Xenophõ tradiderũt) dicere mẽdacium
erat crimínoſiſſimũ,quorum filij tribus potiſſimũ rebus inſtruebantur,equitare,arcu ſagittas ex
cutere, & uera loqui.docet Auguſt.in libro de mendacio,Mendaciũ eſſe longe fugiendum, cuius
octo ſunt genera,quod in decretis canonicis xxij.q.ij.copioſiſſime explicatum inuenies. *In tenui
far.*] Minima re,futili,& nullius precij. *Verterit hunc.*] Permiſſio eſt. Eſto quod eum dominus
manumiſerit,& in libertatem reuocauerit per manumiſſionem,quæ in primis ad cognitionẽ præ
ſidis prouinciæ pertinet,adeo ut non ſolũ apud proconſulẽ, ſed & apud legatum eius manumitti
poſſe,Paulus Iuriſconſultus prodiderit:&(ut ait Caius)nõ ſolũ pro tribunali manumitti poſſũt C
ſerui,ſed etiã pletunq; in trãſitu, cũ aut lauandi,aut geſtandi,aut ludorũ gratia prodierit prætor,
aut proconſul,legatusue Cæſaris. Verterit aũt dixit quoniã dominus ſeruũ liberaturus eũ ad præ
torem ducens dextra apprehendebat,atq; ad ſe conuertebat(ut Appianus ſcribit)libertate ſe eum
donare dicens. *Temporis.*] In quodã codice peruetere & digno cui fides adhibeatur, legitur tur
binis,cuius copiã mihi fecit Ludouicus Ghiſilerius Bononienſis iuuenis ex omni parte commen-
dabilis,nobili & claro ſtẽmate natus,bonis morib. præditus,literatus,fortunatus, & mihi, quod
magnæ aſcribo felicitati ſumma beniuolentia copulatus, & quod plus eſt familiaris. *Exit Mar-
cus Dama.*] Efficitur ciuis Romanus accepto patroni nomine,qui Marcus uocabatur, & libertatẽ
uerã cõſequitur:Seruus enim manumiſſus patroni nomen accepit,quod & Lactan.memorat lib.
iij.inſti.Septimius Florens Tertullianus in lib.de reſurrectione ſic ad uerbũ.Oro te inquit ſi famu
lũ tuũ libertate mutaueris,quia eadẽ caro atq; par anima permanebũt,quæ flagitijs,& cõpedib.&
ſtigmatibus obnoxiæ retro fuerãt,iccirco ne illas eadẽ pati oportebit:non opinor. atqui & ueſtis
albæ nitore,& anuli aurei honore,& patroni nomine,ac tribu mẽſaq; honoratur. *Spondente Mar-
co.*] Promittẽte per ſtipulationẽ,quæ eſt uerborũ cõceptio,quibus is qui interrogatur daturũ fa-
cturũue ſe id,qđ interrogatus eſt reſpõdebat. hanc aũt,cũ ſit de iure ciuili,nõ poteſt facere ſeruus,
qui quantũ ad ea quæ ſunt de iure ciuili,mortuus reputatur.Thaletis ſententia eſt *ἐγγύα, πάρα δ' ἄτα*.i. D
ſpõde noxa præſto eſt.cui ſubſcribit Pli.ſcribẽs comitem æris alieni atq; litis eſſe ſponſionẽ.de uer
borũ ſponſione dãnoſa intellexit Ouid.illo uerſu Vnius uerbi grandia dãna ferat.ubi prius dona
legebatur,ſed corrupte.Nõ ignoro hanc ſententiã Chiloni Diogenẽ & Pli.aſcribere, quã in tẽplo
Apollinis delphici conſecratam eſſe ſcribit Plato in Charmide,ſed ſequor Sidoniũ. *Aſsigna tab.*]
.i.teſtamentũ.Tabulas enim & tabellas Vlpianus,Suetonius, Iuue.cæteri pro teſtamẽtis accipiũt;
ad quæ ſignanda ſeptẽ ſignatores adhibebantur,ut ita nulla fraus adhiberetur.hoc autẽ ſeruis eſt
negatũ. unde libertatẽ ueram ſe conſecutũ fuiſſe credebat iſte manumiſſus,cũ negata ſeruis ſibi tã
quam libero concederentur. *Hæc mera libertas.*] Exiſtimas ne inquit Perſius hanc ueram, & per
fectam libertatem,quam per manumiſſionem conſecutus es,q.d.falleris. *Hanc.*] Libertatem.
Pilea.] Quę raſo capite ſerui cum manumittebantur accipiebant.Vnde Plautus.Vt ego hodie ra
ſo capite caluus accipiam pileũ. *An quiſquam eſt alius.*] Facto ſyllogiſmo & argumentatione, quã
ex propoſitione,aſſumptione,& concluſione conſtat,ſe eſſe liberum probare nititur:cuius ratio-
nes ut falſas,& uanidicas confutat Perſius oſtendens illos uere dici ſeruos,qui uitijs, & animi pra
uis cupiditatibus inſeruiunt.quod totum ex Cicerone ſumptum uidetur, apud quem ſic ſcriptũ
legimus. Quid eſt enim libertas niſi poteſtas uiuendi ut uelis, quis igitur uiuit ut uult, niſi qui
recta

A recta ſequitur,qui gaudet officio,cui recta uiuendi uia cõſiderata atq; prouiſa eſt, qui legibus qui
dem nõ propter metum paret,ſed eas ſequitur,atq; colit,quia id ſalutare maxime eſſe iudicat. qui
nihil dicit,nihil facit,nihil cogitat deniq;,niſi libenter ac libere,cuius omnia conſilia,reſq; omnes
quas gerit ab ipſo proficiſcuntur,eodemq; feruntur: nec eſt ulla res quæ plus apud eum polleat,
quàm ipſius uoluntas,atq; iudicium.hæc uerba eo libentius recitaui,quoniam in ſe quaſi totũ hu
ius ſatyræ argumentum continent. *Non ſum liber.*] Se eſſe liberum concludit dicens:ſi ille qui ut
uult,ex animi ſui ſententia uiuere poteſt,eſt liber,& ego ut uolo uiuam,nonne ſum liber appellan
dus?quaſi diceret ſum.opus enim libertatis eſt uiuere ut aliquis uult, quoniam ſeruus non uiuit
ut uult.auctor Ariſto. *Bruto.*] Qui adeo fuit libertatis amator & uindex ut proprijs filijs nõ pe-
percerit,ut pop.Rom.ſeruaret libertatem:quæ adeo dulcis eſt,ut omnibus fere hominibus liber-
tatis deſiderium innatum ſit,& olim legati Spartanorum præfecto Perſarum dederint reſponſum
hoc dignum memoratu.Seruus tu quidem eſſe noſti,libertatem autem nõdum expertus es, utrũ
dulcis an non:Si ubi experta foret,non ut haſtis,ſed ut ſecuribus pro ea dimicaremus uobis ſua-
deres.Brutus autem cognominatus quoniam erat ſtulti ſapiens imitator,ut eſſet canente Ouidio
Tutus ab inſidijs dire Superbe tuis.brutum dicimus ſtupidum,grauem,tardum,hebetem,inſen-
ſatum,cui ſapiens opponitur, ut oſtendit Cyprianus in Epiſtola ad Demetrianum.Bruta terra di
B citur Oratio pro graui & tarda.Sed de bruto multa Plinius,Liuius,Cic.Plutar.Valerius, cæteri.
Stoicus.] Recte Stoicum dixit,cum eius dogma ſequatur,quod ſolum ſapientem eſſe liberũ affir
mabat. *Colligis.*] Colligere eſt argumentis aliquid concludere,& comprobare, id quod Græci
συλλογίζειν dicunt.Quintilianus in primo.Vt Cicero apertiſſime colligit.Iuue.Continuo ſic collige.
Hic.] In argumento. *Aurem mor.lo.ae.*] Habens aurem purgatam,eruditam, non iacentem
nec proculcatam.Synecdoche eſt ut illud,Oculos ſuffuſa nitentes. *Tolle.*] Remoue,ut uolo ui-
uere,quia cum ſis uitijs oppreſſus non potes uitam agere liberam. *Vindicta poſtquam.*] Omnis ſer
uitus miſera eſt inquit Tul.quæ apud iuriſcõſultos morti comparatur. unde ſeruitutem rem tam
duram abhorrens ſe adhuc liberum eſſe contendit cũ manumiſſus à prætore,quicquid uelit poſ-
ſit impune facere,præter ea quæ in libris iuriſconſultorum prohibita continentur. Libertas enim
eſt naturalis facultas eius,quod cuiq; facere libet,niſi quod ui aut iure prohibetur, ut docet iuriſ-
conſultus. *Meus.*] Mei iuris,meæ poteſtatis.Terentius in Phor.Ego meorum ſolus ſum meus.
quod allegat Priſcianus in xi.Vindicta erat uirgula quædam quam cauſa manumittendi ſerui ca-
piti imponẽs dominus eundẽ ſeruũ in libertatẽ uindicabat dicens quædã uerba ſolẽnia, atq; ideo
illa uirgula uindicta uocabatur.auctor Boetius in commentarijs Topicorum.Liuius lib.ij.auctor
eſt uindictam à ſeruo Vindicio eſſe uocatam. *A prætore*] Prætores ueteres appellauerunt omnẽ
C magiſtratum,cui pareret exercitus,ut docet Aſconius, quod confirmat Varro his uerbis. Prætor
dictus qui præiret iuri & exercitui.Vnde porta prætoria in caſtris nominatur.& puppis prætoria
dicitur Lucano,id eſt imperatoria:prætorium ducis tabernaculum. quod alio nomine, ut docet
Quintil.dicitur auguſtale.Prætorem Cicero appellat imperatorem in rhetoricis.Pomponius au-
ctor libro primo digeſt.cum conſules auocarẽtur bellis,neq; eſſet qui in ciuitate ius reddere poſ-
ſet,prætorem creatum eſſe,qui urbanus appellatus eſt,eo quod in urbe ius redderet. poſt aliquot
decem annos non ſufficiente urbano prætore creatum eſſe alterum prætorem,qui peregrinus ap
pellatus eſt,ab eo quod plerunq; inter peregrinos ius dicebat, quorũ turba multa in Romanam
ciuitatem quotidie conueniebat.Feſtus uero ait initio prætores fuiſſe,qui nunc conſules, & bella
adminiſtrabãt. *Rubrica.*] Lex cuius caput minio,& rubrica notatur. Iuuen. Perlege rubras Ma
iorum leges.Rubricatum uocitamus rubricę colore tinctũ.Plaut.in Trucul.Buccis rubricata om
ne corpus intinxit tibi.Ouidius in Priapeis.Rubricato furibus minare mutino. in Exodo hæc le-
guntur.Facies & operimentum aliud tectum de pellibus arietum rubricatis. *Maſuri.*] Maſuri-
us Sabinus eques Romanus temporibus Tyberij Cæſaris iuriſconſultus fuit,qui primus publice
ſcripſit.eius frequenter meminit Gellius,& habetur in digeſt.de Origi.iuris. de quo ſic Athenęus
μασούριος νόμων ἐξηγητής,id eſt,Maſurius legum interpres.

D AELIVS ANTONIVS NEBRISSENSIS.

Libertate opus eſt.] Senſus eſt.ad hoc ut incipiamus bene & ſecundum uirtutem uiuere,opus
eſt libertate ſcilicet uera.nam ut diximus duplex eſt libertas.dicit itaq;. *Opus eſt libertate.*] Nõ il-
la quæ inducta iure gentium & quæ diſtinguitur contra talem ſeruitutem, ſed illa quæ hominem
uere liberum reddit.ideo ſubdit. *Non hac.*] Subaudi libertate opus eſt. *Qua ut quiſque Publius.*]
id eſt,poſtquam aliquis ex ſeruo factus liber accepto Publij prænomine,nam ſerui non habebant
prænomina ut paulopoſt dicemus. *Emeruit.*] .i.ſeruitute ſolutus eſt,& factus emeritus. *Poſsi-
dei far ſcabioſum.*] .i.immundũ,quale eſt illud quod uiritim per tribus diſtribuitur. *Teſſerula ueli
na*] .i.tribus uelinæ,in quam poſtquam hic factus eſt liber,redactus eſt,& tanquã ciuis Romanus
accipit portionem frumenti quod in populum diuiditur,uel à captatore ſuffragiorum,uel ab ali-
quo ciuitatis principe qui populi beniuolẽtiam captat,uel ab ipſa deniq; repu. uelina autẽ tribus
dicta eſt Romæ à loco urbis Velia.eſt & teſſera frumẽtaria metreta. unde teſſerulam dixit.eſt & teſ-
ſera belli ſymbolum,eſt & teſſera in alea. *Heu ſteriles ueri.*] .i.o mortales ueritatis ignari. *Qui-
bus una uertigo faciat quiritem.*] id eſt,qui putatis fieri liberum uera libertate eo modo quo ciuẽ Ro-
manum eum qui ſeruus erat facta una uertigine.Nam dominus uolens ſeruum manumittere, il-
lum ad prętorem ducebat,petenſq; ut illum faceret liberum,uertebat & circumagebat eũ in orbẽ:
tunc

tunc à prætore uirga tãgebatur, quæ dicitur uindicta. uerba autem prætoris erant, facio te liberũ, A
facio te ciuem Romanum. Seneca in Epiſtolis. Philoſophiæ, inquit Epicurus, ſeruias oportet, ut ti
bi contingat uera libertas. non differtur in diem qui ſe illi ſubiecit & tradidit, ſtatim circumagi-
tur, id eſt, uertitur ac liberatur. *Hic Dama eſt.*] id eſt, hic quem dixi factum liberum, eſt Dama. Eſt
autem Dama nomen ſerui ut Stichus, aut Dauus. *Agaſo.*] id eſt, cuius induſtria non alia fuit quàm
agere aſinos. nam id eſt agaſo. *Non treſsis.*] .i. qui non ualet tres aſſes. *Vappa.*] .i. inſipiens &
nullius cerebri. ſumptũ nomen à uino euaneſcente. *Lippus.*] Lippitudine oculorum deformis.
aut ignarus, ut ſupra: Hos pueris monitus patres infundere lippos. *Et mendax in tenui farragine.*]
.i. etiam in minimis & paruis rebus mentiri ſolitus. nam farraginem pro materia accipit, quemad
modum Iuuenalis: noſtri farrago libelli. *Verterit hunc dominus.*] Subintelligitur ſi. dixit enim ſu-
pra. quibus una quiritem Vertigo facit. ac ſi dicat coram prætore circumactus à domino libertatẽ
accipit. *Momento temporis.*] id eſt, ſubito, quod non poteſt fieri in uera libertate: quia nemo repẽ
te fit ſummus, ſicut e diuerſo dixit Iuuenalis, nemo repente fuit turpiſſimus. *Exit Marcus Dama.*]
id eſt, non ſolum Dama ſed etiam cum prænomine Marcus Dama ſumpto à patrono libertatis au
ctore. Cicero ad Atticum. de Eutythide liberto gratũ, qui nouo nomine Titus erit Cæcilius, ut ex
me & te iunctus Dionyſius Marcus Pomponius. alioqui prænomina tantum ingenuis & nobili-
bus dabantur, ſed & qui notabantur crimine læſæ maieſtatis prænomina amittebant. Liuius li- B
bro ſexto ab Vrbe condita. M. Manlius qui capitoliũ à Gallis defenderat, affectati regni damnatus
de ſaxo deiectus eſt. in cuius notam S. C. factum, ne cui de gente Manlia Marco prænomen eſſet.

Papæ Marco ſpondente.] Erat quiſpiam qui dubitabat credere pecunias alicui, pro quo Marcus
Dama erat ſponſor. dicit hunc poeta deridens, aut quiuis alius ſerio. *Papæ.*] Admirantis eſt ad
uerbium ſiue interiectio. *Tu recuſas credere nummos.*] id eſt, fidei alicuius committere. *Marco
ſpondente.*] id eſt, pro illo fide iubente. *Et tu palles.*] id eſt, times litẽ amittere. Sub Marco Dama
iudice. quippe qui ſit uir iuſtiſſimus atq; integerrimus. *Marcus dixit.*] Subaudi aliquid. *Ita-
eſt.*] Et hoc quia ut dicit Iuuenalis, Quantum quiſq; ſua nummorum ſeruat in arca, Tantum ha-
bet & fidei. *Aſsigna Marce tabellas.*] Verba ſunt alicuius qui Marcum Damam teſtem adhibet te-
ſtamento, rogatq; ut ſubſignet illas tanquam uir bonus & fide dignus, quia in examine teſtium ut
dicit Iuuenalis, Protinus ad cẽſum, de moribus ultima fiet Quæſtio. *Hæc mera libertas.*] Subau
di ab inſipientibus iudicatur. cum non ſit mera. i. pura & ſincera ſed fucata & falſa. *Et pilea dent uo
bis hanc.*] .ſ. falſam libertatem. pilea nanq; dabantur ſeruo facto libero, idq; erat inſigne libertatis
in illo. Martialis. Totis pilea ſarcinis redemi. i. libertatem. *An quiſquam.*] Qui ex ſeruo liber factus
eſt. tali ſyllogiſmo concludit. ille eſt liber qui poteſt uiuere ut uult, ego uiuo ut uolo. igitur ego ſum
liber. Huius ſyllogiſmi aſſumptum ex eo uidetur manifeſtũ, quod ille eſt liber qui pro arbitrio ſuo C
facit omnia. *Non ſum liberior Bruto.*] Qui non modo fuit liber, uerum exactis regibus auctor fuit
libertatis populo Romano. *Mendoſe colligis.*] Ex ſententia Stoicorum reſpondet argumento,
concedens maiorem propoſitionem & negans minorem. Nam aſſumptione aut parte aſſumptio
nis non conceſſa, nulla eſt concluſio. dicit itaq;. *Stoicus lotus aurem.*] .i. habens aurem emunctam
& purgatam, *Aceto mordaci.*] Quod habet uim abſtergendi cum quadam mordacitate. quaſi di
ceret, qui Stoicus acriter intelligit ea quæ audit. *Inquit.*] Reſpondet argumentanti. *Mendoſe col
ligis.*] .i. male concludis. nam ego inquit accipio. i. concedo tibi. *Hæc reliqua.*] ſ. aſſumptionem,
quod ille eſt liber, qui uiuit ut uult. *Sed tollo.*] id eſt nego. uel tolle ex argumento tuo minorem
propoſitionem quæ erat. ego uiuo ut uolo. Nam quemadmodum Ariſt. lib. iij. Ethicorum ſcribit,
cum uoluntas tendat in finem, finis uero & bonum ex ij. Phyſicorum conuertantur, fit ut impoſſi
bile ſit quod uoluntas feratur in malum, & quod quis malum uelit per ſe ſed ſub ratione boni. Ma
li ergo non poſſunt uelle malum: ſed per ignorantiam, id quod eſt malum, putant eſſe bonum. Et
hinc eſt quod ignorat omnis flagitioſus, quæ facere à quibuſue abſtinere debet. Ex quo fit ut flagi-
tioſus non uiuat ut uult, nec eat in ea quæ agit, ſed potius feratur. *Vindicta.*] Verba ſunt illius qui
ex ſeruo liber factus eſt, dicentis in cõfirmationem minoris propoſitionis. *Poſtquam receſsi à præ
tore.*] Qui me fecit liberum ciuemq; Romanũ domino id poſcente. *Meus.*] .i. mei iuris & pote- D
ſtatis. *Vindicta.*] Virga illa prætoris capiti meo impoſita. *Cur non liceat mihi.*] .i. Cur non poſ-
ſim. *Quodcunque uoluntas iuſsit.*] .i. optauit. Verg. infandum regina iubes renouare dolorẽ, pro o-
ptas. *Excepto ſi quid Maſuri rubrica notauit.*] .i. præter quàm ſi. Maſurius Sabinus qui fuit iuris cõ
ſultiſſimus ætate Tiberij Cæſaris, notauit certos quoſdam locos in quibus liberti patronis ſuis o-
peras debebant. unde eſt adhuc apud iureconſultos titulus de operis libertorum. rubrica autem
dicitur hic titulus ex rubrica ſiue minio aut purpuriſſo ſcriptus.

ECPHRASIS MVRMELLII.

Opus eſt libertate, non hac, per quam quiſq;, poſtquam ſeruire deſtitit, accepto Publij præno
mine, poſſidet uelina teſſerula ſcabroſum far, ſed animi libertate. Heu ignari ueritatis, quibus una
uertigo facit ciuem Romanum. Hic Dama eſt agaſo non trium aſſium, nugator, & lippus, & men-
dax in re minima. Si dominus circumegerit hũc, euadit momẽto uertiginis Marcus Dama. Papæ
tu recuſas credere alijs nummos, Marco ſe ſponſorem interponente, palles & times ſub Marco iu
dice cauſa tua pendente: & ſi Marcus dixit, Ita eſt: tu non adhibens uerbis eius fidem reſpondes,
Marce aſſigna tabellas, & doce iſtud ita eſſe. Hæc eſt mera libertas, pilea donant nobis hanc. Ironi
cos autem hoc pronunciandum eſt. M. Dama. An quiſquam alius eſt liber, niſi is, cui licet uiuere,

ut

A ut uoluit. Licet autem mihi uiuere, ut uolo, non igitur ſum liberior Bruto? Stoicus habens aurem lotam mordaci aceto, beneque purgatam, ac eruditam inquit tunc. Falſe argumentaris. Admitto hæc reliqua, non admitto iſtud quod inquis, licet ut uolo uiuere. M. Dama. Poſtquam me liberũ uindicta prætor fecit, cur mihi non liceat facere quodcunq; uoluero, his exceptis, quæ leges monent non eſſe facienda?

SCHOLIA.

Libertate o. e.] Ad certum animi finem conſequendum, recteq; philoſophandum, libertate animi opus eſſe demonſtrat. *Velina teſſerula.*] Serui enim accepta libertate, quirites facti, in tribus diſtribuebantur, & frumentum publice datum, exhibita teſſera accipiebant. Velina tribus dicta eſt à Velia colle urbis. *Publius.*] Publius, Lucius, Caius, Marcus, & id genus alia prænomina ſunt, quæ ſeruis indere non licebat, antequam manumitterentur, & ciues fierent. *Scabroſum.*] Aſperum, ſcabrum, legitur & ſcabioſum. *Teſſerula.*] Signo quo frumentum accipiebant. *Vertigo.*] Circumactio. Seruus enim cum manumittebatur à domino, impoſita eius capiti manu uertebatur, ut oſtenderetur licere iam ipſi pro ſuo arbitrio quorſum uellet moueri. Seneca in octaua primi libri ad Lucilium Epiſtola. Philoſophiæ inquit ſeruias oportet, ut ubi contingat uera libertas. Non differtur in diem. qui ſe illi ſubiecit, & tradidit, ſtatim circumagitur. Hoc enim ipſum phi-
B loſophiæ ſeruire, libertas eſt. Circumagitur, hoc eſt manumittitur, liberaturq;. *Dama.*] Nomen ſerui nequiſſimi ex Horatio ſumptum. *Non treſsis.*] Non trium aſſium, id eſt, contemptiſſimus. Homo non treſſis dicitur abiectiſſimus, quaſi non tribus aſſibus æſtimandus. Aſſem dixerũt ærei nummuli genus. *Agaſo.*] Qui iumentorum curandorum curam habet. *Vappa.*] Proprie uinum, quod iterum ſponte deferbuit, ſaporemq; amiſit. accipitur pro uili & inerti homine. *Lippus.*] Vitioſus. à corpore transfertur ad animũ. *Turbinis.*] Hæc eſt antiqua & uera lectio, tametſi uulgo temporis legatur. Turbinem autem metaphoricos appellat, quam uertiginẽ ſupra dixit, quod ſeruus à domino ad turbinis ſimilitudinẽ uertebatur, circumagebaturq;. *Hæc mera libertas.*] Ironia eſt. *Pilea.*] Serui cum manumittebantur, in templo Feroniæ, quæ libertorũ dea perhibebatur, raſo capite pileum accipiebant. Ad pileum uocare prouerbialiter dicitur pro eo, quod eſt ad libertatem inuitare. Macrobius libro Saturnalium primo. Dicet aliquis, nunc me dominos de faſtigio ſuo deijcere, & quodammodo ad pileum ſeruos uocare. Suetonius. Seruiſq; ad pileum fruſtra uocatis, in Siciliam profugit. Videtur autẽ pileum priſcis inſigne fuiſſe uirtutis ſpectatæ, ut hinc fluxerit mos, ut qui magiſtri doctoriſq; titulo decorantur, pileum accipiant. *An quiſquam eſt alius liber.*] Omnes ſyllogiſmi partes complexus eſt, qui conſtat ex propoſitione, aſſumptione & illatione, quam pleriq; concluſionem uocant. Vtitur etiam loco dialectico, qui dicitur à diffinitio-
C ne. Libertas enim eſt poteſtas uiuendi ut uelis. Vel libertas eſt uitæ dominium. *Bruto.*] Hic expulſis urbe tyrannis, uindex fuit Romanæ libertatis. *Licet ut uo. ui. tol.*] Aſſumptionem non probat, qua ille aſſerebat licere ſibi ut uellet uiuere. Oſtendit autem neminem uiuere ut uult, præter eũ qui recta ſequitur, & cui uiuendi uia conſiderata atq; prouiſa ſit. *Vindicta.*] Virga eſt, qua ſerui tacti à prætore in libertatem aſſerebantur. Dicta eſt autem à Vindicio ſeruo, qui coniuratos uolentes in urbem recipere Tarquinios prodidit auctore Liuio. præmium indici pecunia ex ærario, libertas, & ciuitas data. ille primum dicitur uindicta liberatus. Priſcianus de conſtructione ſcribẽs, uindictam accipit hoc loco pro liberatione. *Meus.*] Mei iuris. *Excepto quod Manſuri rubrica notauit.*] Ita hic uerſus eſt legendus, & legitur in antiquiſſimis codicibus, ut Marinus Scodrenſis teſtatur. Stulte igitur quidam literatores ex hoc uerſu conantur oſtendere, ueto facere etiam præteritũ uetaui, quod ſi uerum eſſet, nequaquã tacuiſſet Priſcianus, qui ut alios poetas, ita & Perſium diligentiſſime diſpexit. *Manſuri.*] Manſurius ſecunda producta, cum apud Athenæũ legatur [illegible], fuit eques Romanus tempore Tyberij, iuriſconſultus non incelebris, qui publice ſcripſit. Eius crebra mentio fit apud Aulum Gellium. *Rubrica.*] Titulus legis. *Notauit.*] Signauit, & uitandum admonuit.

ASCENSIVS.

D *Diſce, ſed ira cadat.*] Docet ergo poeta quis uere liber ſit, dicẽs eum eſſe qui facit quod decet & nihil facit quod nõ deceat: quod quia ſtulti facere neſciunt, innuit nullũ ſtultum liberum eſſe. Loquitur autem ad eũ, qui ſe liberũ aſſeruit qđ manumiſſus eſſet, dicẽs. ORDO. diſce ſup. qs uere liber ſit: & an tu q manumiſſus es liber ſis. ſed ira cadat, id eſt, decidat ac decedat naſo tuo: hoc eſt corrugatio & cõtractio naſi in ſignũ iræ, diſcedat à naſo tuo. & ſanna, id eſt, ſubſannatio rugoſa, id eſt, quæ fit cum criſpatione & corrugatione naſi, cadat, id eſt, ſe-

Diſce, ſed ira cadat naſo, rugoſaq; ſanna,
Dum ueteres auias tibi de pulmone reuello.
Non prætoris erat, ſtultis dare tenuia rerum
Officia, atq; uſum rapidę permittere uitæ.
Sambucam citius caloni aptaueris alto.
Stat contra ratio, & ſecretam gannit in aurem,
Ne liceat facere id, quod quis uitiabit agendo.
Publica lex hominum, naturaq; continet hoc fas:
Vt teneat uetitos inſcitia debilis actus.
Diluis elleborum, certo compeſcere puncto
Neſcius examen: uetat hoc natura medendi.
Nauim ſi poſcat ſibi peronatus arator,
Luciferi rudis: exclamet Melicerta, periſſe
Frontem de rebus, tibi recto uiuere talo

detur

Ars dedit,& ueri ſpeciem dignoſcere calles,
Nequa ſubærato mendoſum tinniat auro.
Quæq; ſequenda forent & quæ uitanda uiciſſim,
Illa prius creta,mox hæc carbone notaſti.
Es modicus uoti,preſſo lare,dulcis amicis:
Iam nunc aſtringas,iam nunc granaria laxes:
Inq; luto fixum poſſis tranſcendere nummum,
Nec gluto ſorbere ſaliuam mercurialem.
Hæc mea ſunt,teneo,cum uere dixeris,eſto
Liberq; ac ſapiens prætoribus ác Ioue dextro.
Sin tu cum fueris noſtræ paulo ante farinæ,
Pelliculam ueterem retines:& fronte politus,
Aſtutam uapido ſeruas ſub pectore uulpem,
Quæ dederam ſupra repeto,ſunemq; reduco.
Nil tibi conceſſit ratio.digitum exere,peccas.
Et quid tam paruum eſt?ſed nullo thure litabis,
Hæreat in ſtultis breuis ut ſemuncia recti.
Hæc miſcere nefas,nec cum ſis cætera foſſor,
Tris tantum ad numeros ſatyri moueare bathylli.
Liber ego.unde datum hoc ſumis,tot ſubdite rebus?
An dominum ignoras,niſi quem uindicta relaxat?

detur & remittatur. hoc eſt placi- A
dus audi,dum ego reuello, id eſt,
extirpo & remoueo, de pulmone,
id eſt,de ſcrinio cordis tui, ueteres
auias,id eſt,ſuperſtitioſas & aniles
opiniones quales habent auiæ de
nepotibus, quibus plus æquo in-
dulgent atq; tribuũt, ſicut dictum
eſt ibi. Ecce auia & diuûm metuẽs
matertera, &c.& quas tu de te ha-
bes,qui te liberum opinaris, cum
non ſis.Quia non erat prętoris da
re ſtultis officia rerum etiam ſup.
tenuia,id eſt,quantumuis modica
& exilia,aut tenuia, id eſt, ſubtilia
ut ſpiritalia & philoſophica quæ ſe
nibus quibus diminuendus eſt la B
bor corporalis augenda ſunt au-
thore Cicerone.unde ſatyra ſexta,
Nec tenuẽ ſolers turdorum noſſe
ſaliuam. Tenuem dixit,id eſt, ſubti
lem & delicatam. atq; permittere
uſum uitæ rapidæ, id eſt, celeriter
tranſeuntis & ob id non negligen-
ter agendæ. tu & aptaueris, id eſt,
aptam feceris citius caloni, id eſt,
miniſtro militum,altó,id eſt,longo & extenſo ac rudi,ſambucam, id eſt, inſtrumentum muſicum ut in eo canat,aut potius machinam bellicam ut ea muros expugnet,& peritiam rei militaris habeat.hoc eſt facilius eſſet hominem rudem facere aut muſicę aut rei militaris peritum,quàm ſtultum & uitioſum ad rem quamuis gerendam aptum.Longi autem fere minus ſunt ingenioſi. Nam ratio ſtat contra,id eſt,obſtat.& gannit,id eſt,inclamat,in aurem ſecretam,id eſt,ad aurem conſcientiæ,ne liceat,id eſt,quod non liceat facere,id quod quis uitiabit, id eſt, uitioſum faciet agendo, id eſt,dum id agat,id eſt,nihil agendum eſſe ab eo qui id uitioſe agat.Publica lex hominũ, id eſt, lex C
ſcripta,& natura,id eſt,lex naturalis.& fas,id eſt, lex diuina continet hoc ut inſcitia debilis, id eſt, imbecillis ad agendum aliquid,teneat,id eſt,contineat in ſe nec emittat,actus uetitos, id eſt,negatos & ad quos inidonea eſt.Probat autem hoc exemplis dicens.Si ſup.neſcius.id eſt, ignorans cõpeſcere,id eſt,temperare & moderari,certo puncto,examen, id eſt, linguam libræ qua iudiciũ de ponderé ſumitur,diluis,id eſt,commiſces & temperas,helleborum,id eſt,herbam aut radicem illam ab inſania purgatiuam,& noxiorum humorum expulſiuam, natura medendi negat hoc, id eſt,non uult ut hoc abs te fiat.Si arator peronatus,id eſt, perone,hoc eſt crudo calceamento calceatus,rudis,id eſt,inexpertus,luciferi,id eſt,qui ne luciferum quidem, id eſt, ſtellam matutinam, hoc eſt,ſidus Veneris ab alijs internoſcat, cum nautæ polorum ac aliarum ſtellarum debeant eſſe periti,poſcat ſibi nauim,id eſt,gubernationem nauis,Melicerta,id eſt deus ille maris,exclamet,frõtem,id eſt,uerecundiam quæ deprehenditur in fronte,periſſe de rebus,id eſt,omnia ſine uerecundia peruerſe fieri.Si ſup.ars dedit tibi uiuere talo recto,id eſt, firmo & conſtanti animo ne quo uacilles aut litubes.tractum ab ebrijs aut mente captis, quorum nec mens nec pes ſatis officium ſuum facit,ſicut nec eorum quorum talus diſtortus, quem Iuuenalis eadem allegoria loripedem uocat dicens ſatyra ſecunda.Loripedem rectus derideat,&c.& calles,id eſt,callide ſcis dignoſcere, id eſt,diſcernere ſpeciem,id eſt,ſimilitudinem ueri,à uero ſup.Sicut enim Horatius dicit in Arte.Deci D
pimur ſpecie recti,nam nihil delectat aut placet niſi ſub ratione boni, mala autem ſe ſe ſub ſpecie boni ſæpe offerunt ac nos decipiunt, unde prudens cenſendus eſt qui ſpeciem ueri à uero dignoſcit.Nequa ſupple ſpecies ueri uidelicet auri,tinniat mendoſum,id eſt,tinnitu mendam aut mendum (utrũq; enim legitur) ſignificet & hoc auro ſubærato,id eſt,ſuperducto æri, & ſub quo æs eſt, cum in ſuperficie aurum ſit.poteſt etiam legi tinniat mendoſum,id eſt mendoſe,ut ſit nomen pro aduerbio.Illud enim annotauimus,uerba ad ſenſum pertinentia licet abſoluta uideantur,frequẽter cum accuſatiuo conſtrui.Sicut apud Virgilium, Vox hominem ſonat, toruum clamat, tranſuerſa tuentibus hircis,formoſam reſonare doces Amarillida ſyluas. Et apud poetam noſtrum. Vitium ſonat,& hic tinniat mendoſum.Sicut uulgo,ſapit uetuſtatem, redolet antiquitatem dicunt. Quæq;,ſunt duæ dictiones,q; pro &,tu notaſti que forent,id eſt,eſſent ſequẽda, & notaſti uiciſſim quæ forent uitanda,id eſt,quæ teneri aut uitari debeant,notaſti dico,illa uidelicet ſequenda creta, id eſt,lapillo ſeu colore albo,& notaſti mox,id eſt,paulo poſt, hæc, id eſt, uitanda carbone,id eſt, colore nigro.Tu es modicus uoti,id eſt,modici deſiderij,& pauper ſpiritu.Sic omnia exemplaria habent,mihi quoq; ueroſimile ſit,poetam maluiſſe noue quàm dure loqui. nam durum eſſet, es modici uoti propter ſtridorem uocalis.Videtur quibuſdã Virgilius ſic dixiſſe.Infelix animi Dido:

A &Maturus æui,ſed illud poſterius figuratum non eſt.& tu modicus es in lare preſſo, id eſt, domo exigua,& dulcis,id eſt,concinnus & affabilis amicis,ita ſup.ut aſtringas,id eſt coerceas & imminuas iam nunc,id eſt,aliquando ſecundum opportunitatem,granaria,id eſt,cõſeruatoria grani tui, & laxes,id eſt,extendas iam nunc, id eſt, aliquando granaria tua, id eſt, ſi ſcias quando utendum eſt parſimonia & quando munificentia,& ſi poſſis tranſcendere,id eſt,conculcare erecto uultu nũmum fixum in luto à pueris nequam qui ſic auaris illudunt,dum ſe inclinant ad ſuſcipiendũ nummum in luto ne clauus uideatur fixum aut funiculo aſtrictum.Nec ſup.ſoicas ens gluto, id eſt, auidus deuorator,ſorbere id eſt inglutire,ſaliuam mercurialem,id eſt,deſiderium mercium oſtentare,inglutiendo ſaliuam præ auiditate,& ſiti rerum acquirendarum . aut ficum Mercurio dicatam & ſaliua uitiatam.Hæc, id eſt, dicta.ſ. uirtutes dictæ ſunt mea. i. mihi propria,teneo,id eſt, accipio te dicit poeta.Cum.i.quando,tu dixeris uere,quod ſcilicet tua ſunt, eſto. i. cõcedo etiam tibi ut ſis liber ac ſapiens,prætoribus ſup.entibus dextris,id eſt,fauorabilibus tibi, & Ioue , id eſt , deo ente dextro.i.fauorabili tibi,hoc eſt tam iure ciuili quàm diuino,& tam in facto quàm in cõſcientia.Sin .i.ſed ſi cũ tu fueris paulo ante noſtræ farinæ.i.ſectæ ac profeſſionis.quaſi noſtra farina. i. philoſophica eruditione in eodem contubernio educatus.loquitur enim nõ de ſe poeta , ut de priuato homine,non enim tantum ſibi ſumeret,ſed ſub perſona philoſophi aut philoſophiæ,alludens,ut opi-
B nor,ad uulpeculam quæ repſerat in cumeram,apud Horatium in Epiſtolis, aut ad farinam unde panis fit,de qua Murmellius,ſentiens ſolummodo ſapientem ac liberum qui eas uirtutes habeat, retines ueterem pellem,id eſt,non exuiſti(ut cum Apoſtolo dicam)ueterem hominem,& ſi tu politus fronte id eſt ſuperficie & apparentia exteriore,ſeruas ſub pectore uapido,id eſt, uapore uitiorum ſopito ac madente,aſtutam uulpem.i.uulpinam aſtutiam,ego repeto abs te quæ dederam ſupra.i.prius uidelicet libertatem & ſapientiam,& reduco funem.i.uincula ſeruitutis cõtra id quod dictum eſt.eſto liberq́. Vidi quid alij dicant,ſed his adhæreo.Et ratio nil conceſſit tibi.i.nullã partem ſapientiæ obtines,contra id quod additur,ac ſapiens . quod autem ratio nil conceſſerit tibi.i. nihil cum ratione noris facere,patet dicit poeta.exere. i. extende & extra alios digitos fere & ſepara,uel extrahe potius ex ore digitum quem more ſtultorum in ore tenes . & cum hoc feciſſet is qui ſe liberum dicebat,ſubiungit poeta,tu peccas,id eſt,nõ recte id facis.Ecquid.i.uide quid agas tam paruum,id eſt,etiam parua res eſt exerere decenter digitum,aut,&,id eſt,& tamẽ quid eſt tam paruum.i.facile quàm exerere:q.d.fateor paruum eſſe.Hæc mihi ſemper uiſa eſt poetæ ſentẽtia , à qua non dimoueor,licet Plautius aliter exponat:nam hac ſententia tota litera melius cohæret, & in illa dixiſſet,erige potius quàm exere.Sed nullo.i.non ullo,tu non litabis. i. non impetrabis ullo thure aut ullo farre ut legit Nebri.i.quocunq; ſacrificio ut breuis.i.curta & modica ſemuncia.i. dimi-
C diata uncia recti.i.decentis operæ,hæreat.i.firma ac fixa ſit in ſtultis.Nefas eſt miſcere hæc. i . rectũ cum ſtultitia.hoc autem Stoice dicit,ſecundum quorum paradoxon uitia ſunt paria , & qui in uno peccat , in nullo recte agit,nec qui in uno delirat in aliquo recte.i.cum uirtute ſapit.quod probat exemplo rudi dicens,nec cum tu ſis foſſor cætera,id eſt,ſecundum cætera uel in cæteris,tamen moueare,id eſt,decenter quaſi trepudians & choream ducens ſalias ad tris numeros,id eſt , etiam ad tres modulationes ne dicat ad omnes,Bathylli,illius pantomimi ſaturi.i.tunc potiſſime ſalientis dum ſatur eſt.q.d.ex conſimili,ſtultum nihil recte agere: Alij legunt quod magis placet, Tres tãtum ad numeros ſatyri moueare bathylli,quod ſic accipio.ut moueare.ſ.ſaltando,tantũ.i. duntaxat,ad treis numeros.i.tria genera ſaltandi Bathylli ſatyri.i.more ſatyrorum ſaltantis , aut ſatyrorum numeros obſeruantis,unde Maro, Saltãtes ſatyros imitabitur Alpheſibœus,&c.tantum aũt tres.i.uel non alios,uel ſaltem tot licet non plures . ſed quia quilibet debet uelle recte agere , patet quod ſtultus male ſumpſit dicens,licet ut uolo uiuere , unde repetit concluſionem quaſi male illatã dicẽs.Liber ego,hoc eſt,de te dicis ego ſum liber.ô ſubdite.i.ſubiecte tot rebus.i . tot affectionib. & paſſionibus,& ut Donatus dicit carnificibus animi,unde ſumis.i.aſſumis ubi aut unde ſentis id datum.i.conceſſum:an ignoras dominum,niſi ſup.eum quem uindicta.i.uirga prætoria , relaxat .i.à quo te uindicta liberat,cum te manumittit:hoc eſt,an neſcis dominos animorum qui dominã-
D tur animo tuo,etiam ſi à domino rerum tuarum manumiſſus ſis?

IOANNES BRITANNICVS.

Diſce,ſed ira cadat naſo.] Oſtenſurus poeta eum male ſentire,qui à prætore manumiſſus ſe liberum putat,monet,ne dum id doceat indignetur. *Ira cadat naſo.*] Ironicos tractum à canibus qui naribus in rugam contractis iram demõſtrant. *Sanna.*] Diſtortio eſt oris , quæ fieri ſolet in deriſum alicuius rei,ut alibi.Poſticæ occurrite ſannæ . inde fit ſubſannare id eſt irridere. *Veteres auias.*] Hoc eſt deliramenta diu fouiſti,dum credis eum liberum eſſe qui ſub imperio alicuius non ſit. *Auias.*] Ideo auias,quod uetulæ quæuis deſipere ſoleant. *Non præ.c.*] Probat liberum non eſſe qui ſit manumiſſus à prætore.ſenſus eſt,prætor libertate quemlibet donare poteſt,at eiſdem ſapientiam quæ uera eſt libertas ingerere non poteſt . Ex quo apparet etſi manumiſſus ab uno ſit,in ſeruitutem tamen alterius trahi poſſe. *Tenuia officia.*] id eſt rerũ ſubtiliũ adminiſtrationes. *Vaſum rapidæ permittere uitæ.*] .i.dare ut uita quæ celeris eſt utãtur ſuo arbitratu,quia uitijs ita inſeruiunt,ut liberam uitam agere non poſſint. *Sambucam citius caloni .*] Citius inquit fieri poterat , ut uir ruſticus & rudis inſtrumenta muſica pulſare diſcat , quàm ut prætor ſtultum hominem poſſit ad uirtutes formare,eumq́; abſterrere quo minus uitijs obnoxius ſit. *Sambuca.*] Organi genus à quo Sambuciſtriæ dicuntur : machina quoque qua urbes expugnantur, ſimiliter uocatur.

Nam

Nam ut in organo chordæ, ſic in machina intenduntur funes. hæc Feſtus. barbarum eſt uocabulum A ſambuca, nabla, barbitosq́ & magades, auctor eſt Strabo. *Calon.*] Calones ſerui dicebantur qui dominos in prælium ſequentes uallum ferebãt. Nam auctore Seruio, moris fuit ut miles arma ipſe ſibi portaret, & ſeruus uallum. Vallum enim dicebant calam. Vt Luci. Scinde calã ut caleas. i. o puer frange fuſtes, & focum fac. inde calones & claſſem dictam uolunt. uel quia, ut Porphyrio auctor eſt, frequẽter ad miniſterium aduocetur à domino, dicitur calo à calo Græce, quod eſt uoco Latine. uel ut nonnulli putant à Calendis quod ea die cibaria accipiebant. Calonem igitur poſuit pro quocunq; rudi & imperito homine. *Stat contra ratio.*] .i. parata eſt tibi tanquã aduerſaria ratio, quæ tibi clam oſtendit, tibi non licere id facere quod dum fit uitiatur. Vult oſtendere unumquẽq; qui ſe liberum dicit, tum ſe facile poſſe cognoſcere ſeruum, quod dum peruerſe aliquid facit, rationis flagello ſemper caſtigatur: quia eum ſemper cõſcientia ſollicitat ut quamuis in turpi opere rano monet te ſeruum eſſe, cum ait te uetita haudquaquam facere debere. *Gannit.*] Legitur gannit & garrit. *Agendo.*] Dum agit, actiuę enim eſt ſignificationis. Nam gerũdijs in actiua & paſſiua ſignificatione licenter uti poſſumus. ut Virg. in actiua ibi, cantando tu illum? In paſſiua uero. Frigidus in pratis cantando rumpitur anguis. *Publica lex hominum naturaq́ c. h. f.*] Hoc quidẽ natura dat quod & leges publicæ permittunt, ut qui ſtultus ſit ſtulte agat. *Continet hoc f. s*] Hoc licitum eſſe patitur. *Inſcitia debilis.*] Quæ ratione non regitur. *Actus uetitos.*] .i. Prohibita. B *Diluis.*] Probat per exempla eum qui ſtultus ſit omnia ſtulte agere, nec è ſtulto ſapientẽ fieri poſſe. Pronunciatiue legenda ſunt. *Diluis.*] Diſtemperas. *Neſcius compeſcere.*] .i. coercere, temperare in rebus penſandis. *Puncto.*] Vnciarum. ſ. *Natura medendi.*] .i. ars & ratio medicinæ. *Nauim ſi poſcat. ſ. p. a.*] Aliud exemplum profert quo oſtendat oportere ſtultum omnia ſtulte adminiſtrare. Si uelit inquit uir ruſticus nauem gubernare, qui nec ſiderum rationem nec maria cognoſcit, exclamet Melicerta nullum eſſe in rebus humanis pudorem. *Peronatus.*] Pero genus eſt calceamenti ex crudo corio, quo & in bello utebantur. Virg. Crudus tegit altera pero. Iuue. Vix ueſtitum feciſſe uolet, quem non pudet alto Per glaciem perone tegi. Rudis coniunge cum arator. non cum luciferi. ut ſit arator rudis. *Melicerta.*] Deus marinus. hic filius fuit Athamantis & Inonis, qui patris iram fugiens, à quo per inſaniam Learcus alter filius occiſus fuerat, ſe cum matre in mare præcipitauit, Qui Neptuni beneficio cõſeruati in deos recepti ſunt marinos. Ino uero Leucotoe appellata eſt. Melicertam Palemonem Græce, Latine Portunum appellauere. à nautis inuocabatur. Virg. Votaq́ ſeruati ſoluent in littore nautæ Glaucoq́ & Panopeę & Inoo Melicertæ. Ino uero Matuta appellata eſt. *Frontem*] .i. pudorẽ cuius ſedes eſt in fronte. Vnde illud extat dictum apud antiquos, perfricuit frontem. i. depoſuit pudorem. Quinti. Perfrica frontem & dic te digniorem qui prætor fieres. Iuue. Eiectum ſemel attrita de fronte ruborem. *Tibi recto uiuere talo Ars dedit.*] C Irriſio eſt in eum quem docet & ſapientia & libertate carere. Vnum enim pendet ex altero. Nam in quo ſapientia non eſt, is ex Stoici ſententia ſeruus eſt. Senſus eſt igitur. Cum alij ſtulte uiuãt, quod omnino eſt ſerui, ipſa ratio tibi recte uiuendi uiam demonſtrauit. ſicq́; per ironiam pronunciauit. *Recto talo.*] Non claudo, ſed recto itinere & uia, ſumptum ab his qui obtortis talis pedum non recte incedunt. *Ars.*] Ratio. *Calles.*] Noſti. & tunc duplici ſcribitur l. *Speciem.*] Apparentiã, deriuatum eſt à ſpecio. quod in ſimplicitate non inuenitur. C. *Veri ſpeciem.*] Formam, naturã, & quaſi faciem, ſicut dixit Cicero, honeſti faciem uides M. T. lib. de Off. i. S. *Ne qua ſubærato m. t. a.*] Ea es prudentia, ut ęs auro cooperitũ etiã ſonitu dignoſcas, ut ſolent menſarij. Allegoricos hoc dicit, eũ uitia uelamento quodam uirtutis obuoluta cognoſcere. hocq́; ſapientis eſt, qui uera libertate fruitur. *Nequa.*] Subaudi ſpecies. *Tinniat.*] .i. tinnitu ſuo oſtendat. Tinnitus enim eſt proprium metallorũ. *Mendoſum.*] Falſum. *Auro ſubæ.*] .i. auro ſub ſe ęs habente. Sequenda in paſſiua ſignificatione dixit. Sic Oui. Phylli ſequendus eram. *Illa prius c. m. b. c. n.*] Priſci fuit moris quæ bona & commendatione digna erant creta alba notare. quæ uero mala ſignare carbone. unde Horat. in ſatyris ſuis. Sani creta an carbone notandi. *Illa.*] .ſ. quæ ſequenda & bona ſunt. *Mox hæc.*] .ſ. quæ uitanda ſunt. *Es modicus uoti.*] Modici deſiderij, quod ſapientis & liberi eſt hominis. *Preſſo lare.*] Humili domo, & non in luxum magnifice extructa. *Iam nunc a. i. n. g.*] .i. noſti quando parſimonia, & quando munificentia & liberalitate utendum ſit. ironia eſt ut diximus. D *Iam nunc.*] .i. modo. *Granaria.*] Loca proprie dicuntur, ubi frumenta reponuntur, ut pomaria ubi poma, carnaria ubi carnes. *Inq́; luto fixum. p. t. n.*] Hic oſtendit animi liberi eſſe auaritia non laborare, imitatio eſt Hora. Quo melior ſeruo, quo liberior ſit auarus, In triuijs fixum cum ſe dimittit ob aſſem. *Fixum.*] A pueris ſcilicet qui tranſeuntes riſus captandi gratia decipiunt ære humi defixo. *Nec glu. for. ſ. m.*] Tractum eſt ab ijs qui uiſis delicatis cibis ſaliuam glutiunt. *Gluto.*] A glutiendo. *Mercurialem.*] Mercurius lucri deus putatur, & à mercibus denominatus, ut alibi. Rem ſtruere exoptas cæſo boue Mercuriumq́; Accerſis fibra, da fortunare penates. Hora. Mercarier unus Cum lucro noram. unde frequẽtia mercuriale Impoſuere mihi cognomen cõpita. *Hæc mea ſunt t. e. u. di.*] Cum huius moderationis & ſapientię fueris quam deſcripſi, tunc te liberum & ſapientem eſſe dixero. Quæ enim dicta ſunt quandam animi ſapientiam & libertatem arguunt. Ordo eſt. Eſto liber & ſapiens cum dixeris hæc mea ſunt teneo. *Hæc ſunt mea.*] Quæ dicta ſunt & quę ſapiens ſequi debet. *Teneo.*] Subaudi, &. ut ſic intelligas: hæc ſunt mea, & teneo. i. poſſideo. *Prætoribus, ac: i. d.*] Tunc inquit & animi & corporis ſeruitute ſolutus eris. Nam cum ait prętoribus ad eam libertatem reſpicit quæ ſeruitutis cõditione uacat. Ioue uero ad libertatem animi. i. ſapientiã.

A *Sin te c.f.*] Senſus eſt. Si autem uitijs & cupiditatibus ex quibus pendet hominis ſeruitus, detineris, de quibus pauloante diximus, te nullo modo liberum nec ſapientem dixero. Ordo eſt, repeto quæ ſupra dederam, funemq́ue reduco ſi retines ueterem pelliculam, & politus fronte ſeruas aſtutā uulpem ſub uapido pectore, cum fueris farinæ paulo ante noſtræ. *Noſtræ farinæ.*] .i. uitæ uitijs inuolutæ. Apte farinam uitijs comparauit, ita enim uitijs hominum uita, ut farina reliqua conſpergi dicuntur. *Pelliculam u.r. et f.p.*] Multi cum intus uitijs laborent ſummam tamen præ ſe ferūt bonitatem, ac ideo liberi putari uolunt & ſapientes, cum omnino uitiorum ſerui ſint & ſtulti. *Pelliculam ueterem.*] Antiquum uitium quod exteriore parte occultas. Sumptum ab ijs qui corporis uitia ueſtium pulchro tegunt uelamento. *Fronte.*] Per ea quæ extrinſecus conſpiciūtur. *Aſtutā uulpem.*] Fraudem & fallacias, quales uulpi attribuuntur. *Pectore u.*] Vapidum appellamus multi uaporis. Vapido igitur pectore, id eſt, ueterum uitiorum pleno, & fraudes redolente. *Quæ dederam.f.r.*] Hoc ad illud refertur. Eſto liberq́ue ac ſapiens prætoribus ac Ioue dextro. Sēſus ergo eſt, cum omnino uitijs labores, repeto à te libertatem quam tibi conceſſeram, ac per hoc te ſeruum dico. *Funemq́ue reduco.*] id eſt, habenis iterum te coerceo, quem antea amiſeram. Sumptum eſt ab equis qui remiſſis habenis liberius uagantur. *Nil tibi c.r.*] Hoc illud ſpectat quod dictum eſt ſuperius: Stat contra ratio. Senſus eſt enim homines ita inſanos eſſe, ut ratione nihil omnino faciant. B ne minimum quidem. Ergo ſerui, qui ſtulti ſunt. *Nil tibi conceſſit ratio.*] id eſt, nihil ſui tibi ſapientia permiſit habere. *Digitum exere.*] id eſt extende, oſtende .q. d. nullam rem tam paruam ab eo fieri poſſe quin peccet. unde ſequitur in ſtultis ne ſemunciam quidem rationis habitare. Compoſitum eſt autem exero, ab ex & ſero à quo frequentatiuum exerto. *Et quid tam paruum eſt?*] Cū interrogatione pronuncia, id eſt, nonne parua res eſt etiam digiti exertatione peccare? *Sed nullo ture litabis, hæ. in ſtult.*] Nullo unquam ſacrificij genere à dijs impetrari poterit, ut qui ſtultus ſit, aliquid recte & ſapienter gerat. Qui ergo ſapienter & cum ratione res non gerit ſeruus eſt. *Breuis ſe. re.*] Hoc ſignificat ne ſemunciam quidem rationis apud ſtultos eſſe, ut ſit ſenſus nihil prorſus eſſe. Breuis nominatiuus erit, ut ſit breuis ſemuncia. Semuncia dicitur quod dimidia pars unciæ: ſemis & ſe, ualet dimidium, ut in ſelibra & ſemodio. *Recti.*] Rationis. ea enim recte fieri dicūtur quæ cum ratione fiunt. *Hæc miſcere ne.*] Licitū quidem non eſt homini ſtulto cum ratione & ſapientia quicquam gerere. Vt ſit ſenſus fieri non poſſe, quodammodo fas eſſe, ut ſapientia ſtultitiæ commiſceatur, & ſimul habitent. quod ſequentibus confirmat, ſumma indignatione, exemplū afferens cum dicit. *Nec cum ſis cætera foſſor, Tris tantum ad numeros ſatyri mouetare Bathylli.*] Hæc per indignationem inferuntur. & ita concitate legenda ſunt ut poeta omnino uideatur uelle probare hominem ſtultum penitus ratione carere, nec quicquam ſapiēter adminiſtrare poſſe. ergo ſeruus C eſt qui ſapiens non eſt. concludit deniq́ue ſtulto non concedi, ut ſapientiam ſequatur. Senſus eſt enī. Nunquam efficies, ut cum ſis rudis & agreſtis, diſcas ſaltare ad ſonos ac cantus Bathylli pantomimi. *Cætera foſſor.*] Aut cætera uacat, aut deeſt per, ut ſit, cū ſis foſſor per cætera .i. per reliquas res rudis & imperitus. Teren. in Ecyra. Conijcito cætera .i. per cætera. C. *Cum ſis cætera foſſor.*] Cætera, præterea, in cæteris. Cic. de N.D. Non ſolū enim poeta ſuauis, uerumetiam cætera doctus ſapiensq́ue traditur. Mart. Viſceribus bonus eſt, cætera uile ſapit. Helleniſmos eſt. S. Foſſor is dicitur, qui agros fodit, hic autem ponitur pro homine rudi, imperito & ſtulto. *Ad numeros.*] ad rithmos carminū. *Satyri Bathylli.*] Pantomimus & mollis ſaltator fuit. Iuue. Chyronomō Ledā molli ſaltante Bathyllo. Bathyllus item puer fuit ab Anacreonte poeta dilectus. ut ſcri. Apuleius. Hora. Non aliter Samio dicūt arſiſſe Bathyllo Anacreonta Teium. Bathylli item populi ſeptētrionales auctore Ptolomeo. bathyllus item inſtrumentū ferreum quo utimur ad uſum ignis. Horat. Prætexta & latum clauū prunæq́ue bathyllū. *Satyri.*] .i. ſaltatoris. ut diximus in prin. operis. Satyri dij ſylueſtres laſciui & ſaltatores introducebantur in antiqua comœdia, ad quorum laſciuiæ imitationē mimi appellantur ſatyri. unde Virg. Saltantes ſatyros imitabitur Alpheſibœus. *Liber ego.*] Verba probantis ſe liberū. *Vnde datum hoc ſumis tot ſubdite rebus?*] Verba Perſij, id eſt, unde habes, unde colligis te liberum eſſe? ſumis enim uerbum eſt. *Tot rebus.*] Tot uitijs & cupiditatibus. *An dominum* D *ignoras.*] Putaſne alium dominum non eſſe niſi eum qui ſeruum manumittit? Sicq́ue docet hominē pluribus modis ſeruum eſſe cum uitijs ſubiectus ſit. *Vindicta relaxat.*] Segregat à te.

IOANNES BAPTISTA.

Diſce ſed ira cadat.] Admonet poeta illum, qui putat per manumiſſionem ſe conſequi libertatē ne iraſcatur, cum eum in errores dilabi, & male ſentire docuerit, ut melius percipere, & intellecta exequi poſſit, quod minime poſſet facere, ſi ira agitaretur: quoniam ira eſt quæ ſola animum perturbat, atq́ue ſenſum diſcernere uerum non permittit, quoniam gignit inſaniam, ut ſcribit Epictetus. Iracundia inimica eſt conſilio inquit Tul. Vnde irati ſtulti & dementes habentur, quod Seneca non inficiatur. *Cadat naſo.*] Qui locus eſt accommodus indignationi. *Rugoſaq́ue ſanna.*] Deriſio, quæ diſtorto ore, & labris contractis fit anteriorum dentium oſtētatione, quo uocabulo uſus eſt & Iuue. hinc Sanniones ridiculi homines in dictisq́ue fatui, & obſcœnis moribus appellātur. Cicero. Salis enim ſatis, ſannionum parum. hos Græci appellant [illegible], de cuius ſignificatu docte & copioſe ſcribit Suidas in Etymologico. *Veteres auias.*] Deliramenta. auiam Plaut. nuncupauit ebrietatem ab ætate ſenili, quæ madet ſubinde, & uinum appetenter affectat. hinc Terentianum adagium Aquilæ ſenectus. auias autem deliramenta expono, quia aniculæ ut plurimum delirare conſuerunt, unde nomen, ut ſupra docuimus, acceperunt. *Reuello.*] Vi & funditus extraho.

Pulmone.] Pulmo eſt ſub corde ſpiritus capax, qui in duas fibras ungulæ bubulæ modo diuiſus A
eſt, quem qui habent læſum pneumonici à Græcis, à Latinis pulmonarij dicũtur, ſicut à Columel
la ouis pulmonaria dicta, cuius pulmo afficitur: qui ideo homini datus eſt, quoniam cum cogno
ſcerent cor rerum terribilium obiectu trepidaturum, & ira ſæpius flagraturum, idq; opus eſſe per
ignem fere, æſtus huiuſmodi temperandi gratia pulmonum tegmen cordi adhibuerunt molle
primum atque exangue, deinde intrinſecus fiſtulis ſpongiæ inſtar diſtinctum, ut ſpiritu potuque
hauſto cordis ardorem huiuſmodi reſpiratione & refrigerio tepefaciat, auctor Plato in Timæo:
Non prætoris erat.] Ignorantibus uiris, & uitioſis, ſapientiam non poſſe dare prætorem oſtendit,
& propterea nec libertatem, cum ſolus ſapiens, qui inuia & acuta philoſophiæ præcepta cogno-
ſcit, & nulli uitio obnoxius eſt, ſit liber appellandus: cęteri omnes ſerui, etiam ſi prætor illos manu
miſerit. *Tenuia officia.*] Vt res tenues, ſubtiles, defecatas, normataſq; tractare & adminiſtrare
poſſint. *Sambucam citius.*] Homo rudis, ignarus, & ruſticus, qui ſit tanquam ὄνος πρὸς λύραν; id eſt,
aſinus ad lyram, & bos ad ceroma, facilius in diſciplina militari doctus & eruditus euadet, quàm
à prætore poſſit homo ſtultus uirtutum dotibus exornari. Sambuca enim machina dicitur ad ſi-
militudinem citharæ, ut ſcribit Vegetius. nam quemadmodum in cithara chordæ ſunt ita in tra-
be, quæ iuxta turrem ponitur funes ſunt, qui funem de ſuperiori parte trocleis laxant, ut deſcen- B
dat ad murum, ſtatimq; de turre exeunt bellatores, ut per eam tranſeuntes mœnia urbis inuadãt.
Victruuius in decimo. Non minus chio cum ſupra naues ſambucarum machinas hoſtes compa-
ruiſſet. In alio ſignificatu Sambuca (ut ex Feſti Pompei lectiõe didicimus) organi genus eſt, quod
tradere uidetur & Suidas Græcus interpres, autumans Sambucen trigonum organum, & machi
nam eſſe. Victruuius libro ſexto. Sine dubitatione animaduertimus ex eo eſſe ſchema trigoni mũ
di uti organi, quam ſambucen dicunt Græci. Spartianus in Adriano. in conuiuio ſambucas ſem-
per habuit. ubi accipe pro organo. in quo ſignificatu Quintilianus libro primo, & Hieronymus
in interpretatione Danielis meminerunt. Strabo libro decimo. Inſtrumentorum etiam quædam
barbarum obtinent uocabulum. Nabla, & ſambuca, pſalterioq; cũt in ludum hiſtriones. hinc ſam
buciſtriæ Liuio, & Plau. quæ ſambucam organum molle & geniale ad ſtaticulos ſaltatorios cient.
Calon.] Seruo militari à Græco uerbo καλῶ quod ſignificat uoco. unde calendæ ut docet Macro
bius in Satur. uel quia uallum poſt dominum ferebat. nam auctore Seruio, militis Romani con-
ſuetudo erat, ut arma ſibi portaret, & uallum. id dicebant calam, unde & calones. Lucil. Scinde pu
er calam ut caleas, id eſt, frange fuſtem, & fac focum. hoc autem uerbum caloni facit ut exiſtimem
ſambucam potius pro machina militari quàm pro muſico inſtrumento accipiendam. *Alto.*]
inepto, rudi, amuſo, & ſtulto. ſunt enim breuis ſtaturæ homines proceris ut plurimum pruden- C
tiores, quoniam, ut inquit Alexander Aphro. conſtipata, atq; compacta illis eſt anima in uniuer
ſo corpore, proceris uero in longitudinem diſtẽta reſoluitur. quapropter Homerus Vlyſſem par
uum ac prudentem, Aiacem uero procerum ſtolidiorem deſcribit. eius uerba hæc ſunt πελώριος ἕρ-
κος ἀχαιῶν, id eſt, excelſus Aiax Græcorum murus. item ἔξοχος ἀργείων κεφαλήν, id eſt, capite eminens ſu
pra Græcos. Apuleius libro decimo. præfertur Vlyſſes modicus, Aiaci maximo. *Stat ratio con-
tra.*] Ratio quam deus dedit hominibus propugnaculum (ut inquit Phocil.) eſt contra te colloca
ta ne facias id quod à te dum fit ad deteriorem conditionem deducitur. iuxta illud Apollonij: Mi-
hi uero optimum eſſe uidetur ut quiſq; quod ſcit atq; efficere poteſt, id agat. oſtendere autem uult
omnes, qui aliquid peruerſe operantur, & cupiditatibus uitijſq; obnoxij ſunt, eſſe ſeruos, quod ip
ſi haud difficile poſſunt cognoſcere, cum à carnifice conſcientia continue, & perenniter ſtimulis
morſicantibus præcordia caſtigantur. Quid ſit ratio, docet Seneca in octauo Epiſtolarum. *Gan
nit.*] Suſurris quibuſdam & murmurillis loquitur. eſt proprie gannire canum. unde gannitio di
cta canum querula lamentatio. Inde ad homines tranſlatum eſt. alij codices habent garrit quod
ſignificat inepte ſtrepit. Cicero ait philoſophos in gymnaſijs garrire cœpiſſe. *Agendo.*] id eſt, dũ
agit, in actiua ſignificatione. ut illud, Cantando tu illum. nam eſt & paſſiua. Vergilius. Frigidus in
pratis cantãdo rumpitur anguis. *Publica lex.*] Leges tam humanæ quàm diuinæ præcipiunt ut D
etiam rudes ac ignari intelligant, à quibus abſtinendum ſit, ut uitia fugiant, à quibus ignorantia
non excuſabuntur. *Inſcitia debilis.*] Quæ homines debiles & impotentes reddit, quo minus libi
dini, auaritiæ, & cupiditatibus cæteris reſiſtant. Stultus enim male facit, quia bonum & malum
quid ſit, ignorat. ideo peccat, quia non poteſt praua & recta diſcernere, ut inquit Lactantius. *Di
luis elleborum.*] Hominem ſtultum non eſſe liberum, nec poſſe uiuere ut uelit, probat. ſi inquit ho
mo penitus medicinæ inſcius uelit potiones, catapotia, malagmata, & id genus ſimilia conficere,
natura hoc illi denegaret. quam enim artem quiſq; norit, hanc exerceat: unde liber non eſſet ap-
pellandus. *Diluis.*] Diſtemperas. dilutum uinum dicitur aquatum. Hieronymus uinum di-
lutius appellat aquatius. Cornelius Celſus auctor eſt hyeme bibendum eſſe meracius, æſtate dilu
tius. Error eſt Nicolai Perotti manifeſtarius, qui dilutum uinum lymphatum appellat, cum lym-
phatum ſemper pro furibundo accipiatur. lymphare enim ſignificat furore uexare, ut apud Val.
Flaccum: Totam lymphauerat urbem. apud Boetium, lymphaticum morbum, non hydropiſin
(ut ille) ſed morbum, qui hominem ceritum, & furibundum reddat intelligo. *Neſcius comp.*] Ig-
narus coercere, temperare. *Puncto certo.*] ſunciarum, ne quid plus aut minus q̃ opus ſit in po-
tione ponatur. *Natura medendi.*] Scientia, ars medicinæ, quæ utiliſſima eſt mortalibus, & in tres

A partes ſcinditur, ut docet Hiero. Vnde dixit Auſon. Triplex quoq; forma medendi, Quæ logos,
& methodos, cuiq; experientia nomen. *Si poſcat.*] Senſus eſt. ſi ruſticus à ratione ſiderum
penitus alienus, nauigij gubernationem ſuſcipiat: deus maris ſubito magna cum indignatione
exclamabit, pudorem nullum relictum omneſque impudentia eſſe præditos. *Peronatus ara-
tor.*] Pero genus eſt calciamenti ruſtici ex corio crudo contra niues, hymbreſque, ac frigora, quo
priſcos Latinos in bellis fuiſſe uſos oſtendit Vergilius. Victruuius tamen dixit ex ulua paluſtri fa-
ctis peronibus. Plinius libro trigeſimoſexto. Id conſecutus illis beronibus harena plenis. ubi ſcri
be peronibus. hoc uocabulo, utitur, Sidonius, & cæteri. cuius etiã meminit Seruius in decimo Ae
neidos. *περόνη* dicitur fibula. *περονάω* ſeu *περονέω* fibulam necto. *Rudis luciferi.*] Ignorans ſcien-
tiam ſideralẽ, qua maxime præditi debent eſſe nautæ, ut docet Vergilius, Palinurum nauis Aeneæ
gubernatorem aſtrologiæ ſcientiſſimum deſcribens. Eſt autem lucifer infima quinque erranti-
um, terræque proxima ſtella Veneris, quæ phoſphorus Græce, lucifer Latine dicitur, cum an-
tegreditur ſolem, cum obſequitur heſperus, auctor Tullius, Mart. Phoſophore redde diem. hanc
ſtellam cuius naturam primus auctore Plinio Pythagoras deprehendit, Catullus Veſper, Plaut.
Veſperuginem, Ennius Heſperum, Vergilius Heſperon appellant, cuius meminit Varro libro
tertio, De lingua Latina. omnium ſiderum maximum eſſe uidetur (ut ait Higinus) cuius natura
cuncta generantur in terris, ut tradit Plinius. Scribit Diodorus Heſperum Atlantis filium con-
B ſcendiſſe cacumen montis Atlantis, ad curſus aſtrorum obſeruandos, & nunquam deinceps
comparuiſſe, cui uulgus honores diuinos exhibuit, aſtrumque lucidiſſimum eius nomine ap-
pellitauit. de hac ſtella lege Victruuium libro nono. *Melicerta.*] Learchus & Melicerta fuere A-
thamantis ex Ino Cadmi filia, ut teſtatur Ouid. libro quarto Metamorphoſis filij. Learchus à pa-
tre ſaxo illiſus obijt. Ino autem cum Melicerta fugiens ex Lechea rupe ſe præcipitauit in mare Co-
rinthium, cuius facti ſunt dij. Vnde Statius. ab Inoo fert ſemita recta Lecheo. ab eodem Palemo-
nius Lecheus dicitur. Ino in matrem Matutam uerſa eſt, quæ Græce Leucothea dicitur, ut auctor
eſt Tullius: Melicerta in Portunum, qui Græce Palemon (ut docet Ouidius) appellatur. de his
ſic refert Cyprianus. Melicerta & Leucothea præcipitantur in maria, & fiunt poſtmodum maris
numina. Autumat Priſcianus, Matutam eſſe auroram. Cur in ædem Matutæ ingredi nefas eſſet a-
pud Romanos ancillis, cum ſolam unam introducerent, quam alapis cædebant, lege Plutarchum
in Problem. *Exclamat.*] Et merito, nam (ut in ueteri eſt uerbo) Quam quiſque nouit artem in
hac ſe exerceat. Sutor ſuper crepidam ne iudicet, ut præcepit Apelles. Quod medicorum eſt Pro-
mittant medici, tractent fabrilia fabri. Naturæ noſcat ſemina quiſque ſuæ. Vnuſquiſque ſua no-
uerit ire uia. *Periſse frontem.*] Pudorem, cuius frons eſt ſedes. Quæritur *διὰ τί αἰσχυνομένοις ἐρυθριῶ-
σιν*, cur erubeſcunt quos puduit. Cauſa eſt ruboris quoniam pudefactis ſanguis de corde in om-
C nes corporis partes diffunditur, ita ut ſuperficiem occupet. hoc docet Ariſtoteles in Problem. Igi-
tur cum pudibundo ſanguis diffundatur ex corde in faciem tanquã uelamentum, qui inuerecun-
di ſunt, & erubeſcere uideri nolunt, hi ſolent os, & frontem perfricare ad ruborem illum digeren-
dum, ac ſanguinem repellendum. Iuuenalis. Quando recepit Eiectum ſemel attrita de fronte ru-
borem. Attrito frontis rubore dixit Hieronymus. hinc facta eſt locutio prouerbialis de inuerecun
do ut dicatur perfricuit frontem, pro eo quod eſt pudorem omnem penitus abiecit expulitq;. qua
elocutione Martialis, Quintilianus, Seneca, M. Tul. cæteri uſi ſunt. Plinius in proœmio naturalis
Hiſt. Perfricui frontem, & nihil profeci. *Recto tibi uiuere talo Ars dedit.*] Senſus eſt. Rationis admi-
niculo cum alij uitijs ſint obnoxij, & propterea ſerui, tu rectam ſemitam, & iter ad bene, recteq; ui-
uendum didiciſti. Ironicos pronunciatur in eum quem ſeruum eſſe demonſtrat, cum inſipiẽs ſit.
Talo recto.] .i. recto tramite, recta uia, & ratione minime clauda. ab illis qui obtorto talo pedetẽ
incedunt, & pedibus uacillant, quod talipedare dicitur, ſumpta translatio. *Speciem ueri.*] Appa
rentiam ueritatis. multa enim ſunt quæ aliud oſtendunt quàm ſint, ut nummus qui quandoq; au
reus iudicatur, cum intrinſecus ſæpiuſcule æs uiliſſimum deliteſcat. *Ne qua ſubærato.*] Senſus eſt,
D tanta es præditus prudentia, ut ſono & tinnitu comprehendas & apertiſſime cognoſcas quando
ſub auro æs occultatum deliteſcit, id eſt, cognoſcis uitia, quæ quadam uirtutis ſpecie obnubilata
conteguntur: quod ſolis ſapientibus, qui uera, phyſica, & perfecta libertate fruuntur, accidere con
ſueuit. *Tinniat.*] Strepitum faciat, ſonet. in quo ſignificatu Plautus uſurpat. eſt enim tinnire uer
bum fictitiũ de nomine uel uoce rei, quam percutimus. nam cũ percuſſum fuerit æs, ſolet ſonitum
reddere ad hanc ſimilitudinem, unde tinnitus ſonus ipſe dicitur Vergilio, Ouidio, cæteris. Cal-
phurnius in Bucolicis. Cum iam tinnire uolucres incipient. Tinnula æra Ouidio: tinnula fiſtu-
la, Calphur. dicitur ſonora. alij codices habent tintinet, quod idem ſignificat. Catullus. Sonitu ſuo
pte tintinant aures. *Subærato.*] Aes ſub ſe habente. *Quæq; ſequenda.*] Ille profecto ſapiens ap
pellandus eſt, qui quid fugiendum, quidue ſequendum ſit non ignorat. Seneca. Antiqua ſapientia
nihil aliud quàm facienda, & uitanda præcipit. *Creta.*] Colore albo quo bona & felicia antiqui
notabant, cum infelicia & mala carbone, id eſt, colore nigro notarentur. Vnde Horatius. Sani cre
ta an carbone notandi. eſt enim creta terra tenax & alba à creſcendo dicta, cuius multa ſunt gene-
ra. Tradit Seruius cretam albam terram eſſe, qua Oaxis Meſopotamiæ fluuius turbulentus effici-
tur. in quibus uerbis error eſt non minimus Seruij. nam Oaxis non Meſopotamiæ, ſed Cretæ inſu
læ fluuius eſt, ut tradit Vibius Sequeſter, & Herodotus Oaxum urbem Cretæ facit. quare Apollo-
nius

nius Cretam quoque inſulam tellurem Oaxida uocauit in primo Argonaut. his uerbis, δάκτυλοι ἰδαῖοι κρηταιέες, οὕς ποτε νύμφη ἀγχιάλη δικταῖον ἀνὰ σπέος ἀμφοτέρῃσιν δραξαμένη γαίης οἰαξίδος βλάστησεν, id eſt, dactyli Idæi cretenſes, quos olim nympha Anchiale per Dicteum antrũ utroq; pugno tenens Oaxida terram, conſeuit. *Es modicus uoti.*] Parui deſiderij & ob hoc ſapiens & liber. homines non debere multa cupere docet Attalus apud Senecam, & Epictetus philoſophus. *Preſſo lare.*] Parua & humili domuncula. *Dulcis.*] Benignus, facilis erga amicos, ſine quibus nullus eligeret uiuere, licet cuncta poſſideret alia bona. auctor Ariſtot. in octauo Ethicorum. Qui enim, inquit Ennius, poteſt eſſe uita uitalis qui non in amici mutua beneuolentia conquieſcat. *Iam nunc aſtringas.*] Ironicos, non te fugit ob prudentiam tuam, quando diuitijs parcere, & quando uti liberalitate, & donare debeas, quod pauci aſſequũtur. nam res difficilis eſt donare, ut ſcribit Seneca. *Iam nunc.*] id eſt, modo. *Granaria.*] Locus eſt granarium à grano ubi fruges ſeruantur. nonnulli horreum ab hordeo uocant mutata litera, ut memorat Fortunatianus in libro de Dialectica. Pompeius à farre farreum deducit. Frontinus libro iij. Strategematum. Quia deficere frumenta uidebantur; horrea tota nocte circumduxerunt. Illud notandum, horreum non ſolum frumenti, & frugum, ſed aliarum quoque rerum eſſe repoſitorium, ut ſubinde apud Iuriſconſultos titulo de emptione & uenditione, item titulo locati inuenitur. Granaria ſublimata & ad ſeptentrionem aut aquilonem ſpectantia diſponi debent, ut Marcus Varro, Victruuius, Plinius & Columella tradiderunt; B
Ita enim frumenta non poterunt cito concaleſcere, ſed flatu refrigerata diu ſeruabuntur incorrupta. Cæteræ nanque regiones procreant curculionem, & reliquas id genus beſtiolas, quæ frugibus ſolent nocere. *Laxes.*] Aperias. non enim ſemper largiendum eſt, cum largitio fundum non habeat. laxamentum annonæ laxitas dicitur Liuio. *Inque luto fixum.*] Ludum puerilem ſignificat. hi enim riſus captandi gratia, & ut hominum notent intimam & peritam auaritiam, filo nummum alligatum iaciunt, quem ad ſe trahant, cum quempiam tranſeuntem illum accipere conſpexerint. & eſt imitatio Horatiana qui ſic. Quo melior ſeruo, quo liberior ſit auarus, In triuijs fixum cum ſe demittit ob aſſem. Ex hoc autem oſtendit animi liberi eſſe auaritiæ laqueis non detineri. *Nec gluto ſorbere.*] Nec auenter, & cupide tumis pecuniam & diuitias cupere: à guloſis ſumpta metaphora, qui uiſis cibarijs delicatioribus ſaliuam deglutire conſueuerunt. Eſt gluto, quem Græci λαίμαργον uocant, uorator, degulator & lurco. à glutto, quod Græcis [illegible] dicitur & deuoro ſignificat. Ambroſius. Sic amat Diabolus filios ſuos ut perdat, ſicut amat gluto porcellum ut comedat. *Saliuam Mercurialem.*] id eſt diuitias, lucrum à Mercurio lucri deo. nam à mercibus dictus eſt. hunc enim negociorum omnium affirmabant eſſe deum. auctor Feſtus, & ut tradit Suidas, κερδῷος ὁ ἑρμῆς ὡς κερδῶν προστάτης. Vnde Horatius.
Mercarier unus Cum luero noram, unde frequentia Mercuriale Impoſuere mihi cognomen C
compita. de Mercurio multa Cicero in libris De natura Deorum, Fulgentius in Mythologia, cæteri tradiderunt. hunc Theut Plato in Phædro appellat, eumque inuentorem fuiſſe Geometriæ & Aſtronomiæ, atque talorum refert, cuius etiam Euſebius, Auguſtinus, Lactantius, Seruius meminerunt. *Hæc mea ſunt.*] Cum uere dicere poteris in te omnia ſupradicta eſſe collocata, tunc te ſapientem & libertate donatum credidero. at ſi eris uitijs obnoxius te ſtultum, inſipientem, & ſeruum nequiſſimum appellabo. eſt autem ordo. Eſto liber, & ſapiens cum dixeris hæc mea ſunt, teneo. *Vere.*] Non falſe. poſſet enim unuſquiſque dicere, at uere qui dicant inuenies pauciſſimos. *Sapiens.*] Quis ſit ſapiens & prudens appellandus docet Cicero; cum inquit Anaxagoram dicimus ſapientem, quoniam rerum præſtantiſſimarum cognitionem habuit: prudentem minime, quoniam nec ſuis commodis, nec alienis conſuluit. Quos Babylonij & Syrij Chaldæos appellauere, Magos Perſæ, philoſophos Græci, Prophetas Iudæi, Aegyptij ſacerdotes, Indi gymnoſophiſtas, Galli Druidas, nos Latini ſapientes nuncupamus, auctor Laertius. *Prætoribus.*] Ad corporis libertatem reſpicit, quam per manumiſſionem quiſque conſequebatur. *Ioue dextro.*] Propitio & fœlici. hoc loco ad animi libertatem, id eſt, ſapientiam reſpicit. *Sin tu cum.*] Senſus eſt. ſed ſi omnibus uitijs & ſceleribus, quæ ſuperius D
enumerata ſunt, fueris obnoxius, nullo modo te liberum aut ſapientem nuncupabo. & eſt ordo. Sed repeto quæ ſupra dederam, funemque reduco, ſi retines ueterem pelliculam, & fronte politus ſeruas aſtutam uulpem ſub uapido pectore, cum fueris farinæ paulo ante noſtræ.

Sin.] Sed ſi. *Noſtræ farinæ.*] Per farinam metaphoricos intelligit uitam uitioſam, id eſt, ſis uitioſus ut nos & alij ſunt. Ridiculum eſt illud quod Cheminis inſulæ incolæ lutum manibus, farinam pedibus tractant. *Pelliculam ueterem.*] Antiquos mores malos, & incuruos. Illud notandum huiuſmodi deſinentia diminutiua antepenultimam corripere, ut apud Iuuenalem. Pelliculæ quantas iaculetur Monichus ornos. poetæ tamen illam per licentiam producunt. Idem in undecimo. Noſtra bibat uernum contracta cuticula ſolem. Martialis. Pauca tibi in magna craticula ſudat ofella. *Politus fronte.*] Extrinſecus facilis, intus uero lupus rapax, quorum copia maxima eſt, qui peſſimi dant operam, quibuſdam cauillationibus ut ſancti appareant, quod hac tempeſtate fieri perſæpe uideas à compluſculis concionatoribus Eccleſiaſticis & monachis qui (ut eſt in fabula Aeſopi) ἄλλα μὲν λέγοντες, ἄλλα δὲ πράττοντες, id eſt, alia quidem dicunt, alia quidem faciunt, & in templis clauſtriſq; ſuis, pro ſuggeſtu in maxima populi corona uirtutẽ prædicant, uirtutum præcones ſunt, uirtutes ſonoro boatu inſonant, adeo ut in ore eorum &

A labris nihil aliud quàm uirtus audiatur, quos ſi intrinſecus introſpicere liceret haud dubie uideres uitijs enormibus refertiſſimos. ita fit ut homo iracundiſſimus præcipiat non eſſe iraſcendum, ut uitioſiſſimus prædicet uirtutes eſſe ſuſpiciendas, quas ipſe ore exornat, & mente deculcat, lingua oſtentat, & animo inceſtat, foris triſtis, intus diſſolutus. Ioannes Chryſoſtomus tales accuſans, bene inquit docendo, & male uiuendo, deum inſtruis quomodo te debeat condemnare. Seneca iudicat nullos peius mereri de omnibus mortalibus, quàm qui aliter uiuunt, quàm uiuendum eſſe præcipiunt. *Aſtutam uulpem.*] Vafricias, dolos, fraudes, & fallacias, quales uulpi attribuuntur, quod animal eſt fallaciſſimum & ſolertiſſimum. quod Aeſopus teſtatur. ob hoc dixit M. Tullius in primo de Officijs. Cum duobus modis, id eſt, aut ui aut fraude fiat iniuria, fraus uulpeculæ, uis leonis uidetur. hinc Apuleio uulpinaris amaſio elegāter dictus amator ſubdolus, impoſtor fraudulentus. Prouerbium eſt Græcum ἀλωπεκίζειν πρὸς ἑτέραν ἀλώπεκα, id eſt, uulpinari aduerſus alteram uulpem. de his qui doloſos fallere aggrediuntúr. eſt & illa de uulpe parœmia ἀλώπηξ οὐ δωροδοκεῖται, id eſt, uulpes munere non capitur. de his qui non facile donis capiuntur. Scitu memoratuq́ dignū eſt illud Lyſandri Lacedæmonij, qui ad eos à quibus culpabatur quod plurima fallacijs ageret, dolôque maxime falleret, ſubridens dictitabat. ὅπου μὴ ἐφικνεῖται ἡ λεοντῆ, προσραπτέον ἐκεῖ τὴν ἀλωπεκῆν, id eſt, quo leonis pellis peruenire non poſſet, uulpinam pellem aſſuendam

B eſſe. Vulpionem dixit antiquitas pro doloſo palpatore ac ueteratore, quo utitur Apuleius in Magia. ſed de uulpe plura Plinius. *Vapido.*] Vitia uetera, & mala redolente. uel uapido callido, aſtuto, fraudulento, & ſtrophis colorato. à uapore. qui enim calidiore ſanguine ſunt, ingenio & aſtutia magis ualent. *Quæ dederam.*] Senſus eſt. ſi eris uitijs obnoxius te ſeruum dicam, libertate quam tibi conceſſeram reuocata. *Funemque reduco.*] Coerceo te habenis iterum, & in ſeruitutem redigo, quem prius ſi uitijs non fuiſſes obnoxius libertate donaueram. ab equis ſumpta translatio. eſt autem funis lorum quod dum trahitur atque attenuatur linum fundi uideatur. à quo per diminutionem, ut docet Quint. eſt funiculus. Napuras priſci funiculos uocauerunt, ut in commentario ſacrorum uſurpatur, pontifex napuras nectito, id eſt, funiculos facito. Funambulus dicitur qui per funes ambulat, Græce ſchenobates dicitur. Meſſalla Coruinus primus dixit funambulum. hunc in Floridis funerepum uocat Apuleius. Funeta, quorum meminit Plinius in decimoſeptimo, dicuntur in uineis, cum palmites inter ſe funium modo iunguntur, & arcus fiunt. nati ſub ſidere ingeniculi, quem Græco uocabulo engonaſin uocant, erunt funambuli, & neurobatæ, ut docet Iulius Firmicus in octauo Matheſeos. Gratianus Valēntiani imperatoris pater appellatus eſt Funarius, eo quod uenalitium funem portāti quinq; milites nequiuerint extorquere.

C *Nil tibi conceſſit ratio.*] Hunc ſeruum omnino eſſe oſtendit, dum eum nihil à ratione omnium domina & regina, ut inquit Tullius, conſecutum eſſe dicit, quo uera libertate frui ualeat. qui enim nihil agit ratione ſtultus eſt, omnes autem ſtultos eſſe ſeruos quis niſi omnium bipedum inſulſiſſimus ignorat? *Conceſſit.*] Habere permiſit. *Digitum exere.*] Subleua digitum, & te aperte uictum meis rationibus profitere. à certantibus ſumptum qui pollicis ſubleuatione, ſe uictos ſignificabant. Hermolaus uir meo & eruditorum iudicio doctiſſimus, Si quid aptius, inquit, inuenerit continuo gratias teſtabor, & leuabo digitum. In quo ſignificatu illud Martialis accipio. Nam mea res digitum ſuſtulit hoſpitibus. ſignificat enim Epigrammatarius ſupellectilem ſuam hoſpitum frequentia uictam fuiſſe, id eſt fractam, mancam, & debilem factam, adeo ut nullius rei uſui apta ſit. quos enim ſuperamus debiles reddimus. & hic eſt uerus ſenſus, mera poetæ intentio, quicquid garrit Domitius nugæ ſunt. Simile eſt illud adagium apud Plautum, Ouidium, Calphurnium, cæteros, Manus do. cuius ſignificationis eſt illud, herbam do. id eſt, cedo uictoriam. de quo plura Seruius in octauo Aeneidos adnotauit. *Et quid tam paruum.*] Caſtigati uerba, qui quærit, & cum admiratione ſciſcitatur quare ob uitia ſupra dicta, quæ ſuo iudicio parua ſunt, debeat perpetuo aurea inæſtimabiliq́ libertate priuari. *Sed nullo thure.*] Nullo ſacrificio etiam lauto, & magnifico poteris à dijs impetrare, ut qui ſtultus, & uitioſus ſit aliquam uirtutis partem in ſe contineat,

D ob quod libertate fruatur. *Thure.*] Quo ut dijs gratiori in ſacrificijs (ut ſupra docuimus) antiqui maxime utebantur. Legimus apud Plutarchum & Plinium libro duodecimo, Alexandro magno in pueritia ſine parſimonia thura ingerenti aris, pædagogum Leonidem dixiſſe αὐτὸς ὦ παῖ ἀφειδῶς τιμήσεις ὅταν τῆς λιβανωτοφόρου κρατήσῃς, id eſt, heus tu puer large odores offeres cum regionis thuriferæ potieris. unde ille potitus Arabia, thure onuſtam nauem miſit Leonidæ large exhortatus ut deos adoraret, his uerbis, ἀπεστάλκαμέν σοι τάλαντα λιβανωτοῦ καὶ κασίας, ἵνα μηκέτι μικρολογῇς πρὸς τοὺς θεούς, εἰδὼς ὅτι καὶ τῆς ἀρωματοφόρου κρατοῦμεν, id eſt, Miſi tibi talenta thuris & caſiæ: Neque à dijs minuta petas, ſed ſcias nos nauem aromata ferentem, adeptos. *Litabis.*] Propitiabis, placabis, ac uotum impetrabis. Plautus. Si hercle iſtuc unquam factum eſt, tum me Iupiter faciat ut ſemper ſacrificem nec unquam litem. *Breuis ſem.*] Minimum. *Recti.*] Rationis. *Hæc.*] Stultitiam, & ſapientiam. *Miſcere.*] Collocare ut ſimul habitent, quod eſt impoſſibile, duo enim cōtraria ſimul conſiſtere nequeunt. in alio ſignificatu, Miſcere eſt potum exhibere, in quo ſignificatu eſt illud notiſſimū: Qui raptus ab alite ſacra Miſcet amatori pocula grata ſuo. ita ueteres locuti ſunt, qui loquēdi modus è Græcis effluxit, apud quos κιρνᾶν dicitur. Hom. αἴθοπα οἶνον ἀργείων ἀριστῆες ἐνὶ κρητῆρι κέρωνται. i. Græcorū optimatib. nigrū uinū in poculis miſcebat. *Nec c. ſ. c. f.*] Significat hoc Perſius. Quēadmodū rudis, agreſtis, & ruſticanus homo, foſſor, & ineptus nunq; ad Bathylli numeros & cātus cho-

choreas & tripudia celebrabit: ita homo uitioſus nunquam bonis diſciplinis incumbet, & uir- A
tutes exercebit. cum indignatione legendum & concitate, ut omnino Perſius hominem ſtultum
penitus ratione carere, nec quicquam ſapienter adminiſtrare poſſe, & ob hoc ſeruũ eſſe uelle pro-
bare uideatur. *Cætera fo.*] In cæteris foſſor, & ruſticus. qua eleganti elocutione uſi ſunt claſſici
ſcriptores, Vergilius, Horatius, Suetonius, & frequentiſſime Plinius. *Ad numeros Ba.*] Hoc in lo-
co haud dubie pro ſaltatore, & mimo accipitur, cuius meminit Iuuena. nam aliàs eſt illud inſtru-
mentum, quo prunas & cinerem è foco tollere ſolemus ut alio transferamus. in qua ſignificantia
apud Horatium, Apitium de petaſone loquentem, Plinium de probanda ærugine & Hieronymũ
reperies. qui libro Numerorum genere neutro uſus eſt his uerbis. Ignium receptacula, fuſcinulas,
& tridentes, uncinos, ac bathylla. Fuit etiam Bathyllus puer uiſenda pulchritudine conſpicuus, &
ſpectabilis, quem Anacreõ lyricus poeta amauit, ut teſtatur Horatius, & Apuleius in Floridis eius
deſcribens ſtatuam. Verſus Anacreontis ab Aulo Gellio recitati, quibus Bathyllum celebrat hi
ſunt. τόρευσον ἀμπέλους μοι, καὶ βότρυας κατ' αὐτὸ, καὶ χρυσέους πατοῦντας ὁμοῦ καλῷ Λυαίῳ ἔρωτα καὶ βάθυλλον, id eſt,
uites fabrica quæſo intus, & racemos pariter aureosq; pulchre calçantes comites Iyæi amoremq;
Bathyllon ſimul. quem locum interpretes corrumpunt. non enim βάθυνον quod ſignificat profun-
dum, ſed βάθυλλον eſt legendum ut ſcripſimus. ſunt & Batylli populi ſeptentrionales auctor Ptolo-
mæus. *Satyri.*] In comœdia priſca, quæ in uitia hominum apertius inuehitur: ſalibusq; , & iocis B
abſoluitur, Satyri introducti ſunt dij ſiluestres & procaces, iocularia & laſciua inter ſe iactãtes, quo
rum perſonas mimi in theatro plerũq; aſſumebant. hi ſunt, ut auctor eſt Iulius Pol. Satyrus canus,
ſatyrus impubes, ſatyrus adòleſcẽs, ſilenus pater, atq; id genus perſonæ fictæ. Sũt autẽ Liberi comi
tes corniculis inſigniti, atq; capripedes, qui tris præcipuas ſaltationũ ſpecies inuenerunt, ſingulas
ab inuentorum nominibus appellatas. Vnde Ouidius. Quid non & ſatyri ſaltatibus apta iuuen-
cus Fecere. Satyrorum ne omnia referam Diodorus in I. Hieron. Solinus, Strabo. Pauſanias, cæ-
teri meminerunt. *Liber e.*] aduerſarij uerba aſſeueranter affirmantis ſe inæſtimabili uti liber
tate, quam dulciſſimam eſſe ſupra oſtendimus. *Vnde datum.*] Reprehenſio poetę. unde audes li
bertatem uendicare, cum uitijs deditæ rationis propria poſſeſſione decideris, quæ extrema ſerui-
tus eſt, ut inquit Boetius. *Sumis.*] In codice Petri Bandini Chriſiani fruge Ariſtarchi, & Clean-
this admodum imbuti, & in academia Ioannis Baptiſtæ Pij uiri doctiſſimi inter primos, id eſt, eru
ditiores annumerandi mihiq; amiciſſimi, legitur ſenis. *An dominum ignoras.*] Senſus eſt. cre-
dis ne te nullum alium habere dominum præter illum, à quo per prætorem manumiſſionis be-
neficio liberatus es? quaſi diceret & alij ſunt, ut auaritia, libido, & id genus uitia ſexcenta. quibus
uerbis illum libertate frui oſtendit, qui uitijs non ſit obnoxius. quod oſtendit M. Tullius his uer-
bis. Quomodo aut cui tandem hic libero imperabit, qui non poteſt ſuis cupiditatibus imperare? C
refrenet primum libidines, ſpernat uoluptates, iracundiam temperet, coerceat auaritiam, cæteras
animi labes repellat, tum incipiat alijs imperare, cũ ipſe improbiſſimis dominis dedecori aut tur-
pitudini parere deſierit. Perſio ſuccinit Augu. in iiij. De ciuit. Dei bis. Proinde bonus ſi ſeruiat, liber
eſt, malus autem etiam ſi regnet, ſeruus eſt. nec unius hominis, ſed, quod grauius eſt, tot domino-
rum, quot uitiorum. De quibus cum ageret ſcriptura diuina, à quo enim quis deuictus eſt, inquit,
huic & ſeruus addictus eſt. quod ſenſit & Hieron. Liberos tu iudicas aut à morbis alienos quos uo
luptates barbaræ deuinxerunt? non habent cathenam, ſed eos luxuria ferali mordacitate in uincu
lis tenet. *Vindicta.*] Prætoris uirga. *Relaxat.*] Separat, diuidit, & à te ſegregat.

AELIVS ANTONIVS NEBRISSENSIS.

Diſce.] Oſtendit iterum Stoicus manumiſſum à domino non eſſe liberum uera ſed introdu-
cta à legibus libertate. Sed antea quàm illum doceat, monet ne iraſcatur aut rideat, ſed patienter au
diat. *Sed ira cadat.*] id eſt, non iraſcaris. *Et ſanna rugoſa cadat naſo.*] id eſt, ne me naſo adunco
ſubſannes. Nam ſanna eſt ronchus, hoc eſt ſonora illa per nares aeris reſpiratio: quam rugoſam
appellat, quia in deriſione nares corrugantur criſpanturq;. *Dum reuello tibi de pulmone.*] .i. de cor
de eradico. *Veteres auias.*] .i. aniles ineptias & quas ab auijs tuis didiciſti. *Non prætoris erat*] Sẽ
ſus eſt. ille non eſt liber uera libertate qui manumittitur à domino, ſed qui poteſt ſecundũ uirtutẽ D
uiuere. dicit itaq;. *Non erat p.*] Subaudi officiũ, uel non pertinebat ad prætorẽ. *Dare ſtultis.*] .i.
indoctis, & ſocordibus. *Officia rerum t.*] Subtilia, qualia ſunt in uirtutis medio inueſtigando: nã
ut ait Ariſt. ij. Ethicorum quemadmodum non cuiuſq; eſt inuenire centrum circuli, ſed rãtum geo
metræ, ſic nec inuenire uirtutis mediocritatem, nec ad eam pertingere quiſq; poteſt, niſi ſapiens.
Et permittere ſtultis.] Subaudi non erat prætoris. *Vſum uitæ rapidæ*] .i. uelocis, hoc eſt qualiter il
lis uiuendum ſit, quia id neſciunt. *Sambucam citius.*] Senſus eſt. facilius ruſticus artis muſicæ impè
ritus ſciet pulſare ſambucam inſtrumentũ muſicum, cuius crebro in Daniele propheta fit mentio;
quàm ſtultus & ignorans recte uiuere. dicit itaq;. *Citius aptaueris.*] .i. facilius accõmodabis. *Sã
bucam caloni alto.*] .i. inſtrumentũ illud muſicũ militari ſeruo grandi ac ex cõſequenti magis corpo
ris uiribus q̃ animi præſtanti. poteſt & ſambuca belli machina intelligi, cuius intendendæ in ictus
calo rationem non habeat. *Stat contra*] Senſus eſt: ratio & lex & natura uolũt hoc, ut nemo faciat
quod facere neſcit, quoniam illud praue faciet. nam qui ignorans eſt, quicquid faciet, uitiabit cor-
rũpetq;. quare abſtinere debet omni actione, quãdoquidẽ illã uitiaturus eſt. *Ratio ſtat c.*] Subau
di hominẽ ignorantẽ & uitioſum uolentem aliquid agere. *Et gannit in aurem ſ.*] .i. ſecreto ad aurẽ
inſuſurrat. Ne liceat facere, id quod agendo quis uitiabit. i. uitiare poterit. *Publica lex hominum.*]

id

A .i.lex naturalis.ut ſit idem publica lex & natura, uel lex publica ſit ius gẽtium & natura ius natura-
le,quanquam ſunt qui non diſtinguant ius gentium à iure naturali. *Contiuet hoc fas.*] .i.hoc licitũ
iudicat. *Vt inſcitia debilis.*] .i.ut ignorantia nulli rei habilis. *Teneat actus uetitos.*] .i.contineat ſe
ab aliqua re agenda,quam agere ratio lex & natura uetant. *Diluis helleborum*] Quod dixit,exem
plis manifeſtat. *Diluis helleborum.*] .i.ſi temperas herbã illam quæ apud antiquos, ut diximus,
in purgationibus frequenter ſumebatur. *Cum ſis neſcius compeſcere examen.*] .i.regere & caſtigare li
bræ bilancem. *Certo puncto.*] .i.certo pondere,quoniam libra punctis diſtinguitur: nam uera-
trum niſi temperetur,id eſt,ut medici dicunt graduetur,& certo pondere detur,periculoſum eſt.
Natura medendi.] .i.medicinæ ratio. *Vetat hoc.*] Scilicet helleborum dari ſine temperamento &
certo pondere.Nam ut Horatius inquit Quod medicorum eſt Promittunt medici. *Nauem ſi po-
ſcat.*] Alterum exemplum. *Si arator peronatus.*] .i.ruſticus perone calceatus. eſt enim pero ſolea
potius ꝙ calceus ex corio crudo.Verg.vij.Aeneid.Veſtigia nuda ſiniſtri Inſtituere pedis,crudus te
git altera pero. *Rudis luciferi.*] .i.inexpertus & imperitus aſtrorum ad quæ antiqui per noctẽ na
uigabant,ſicut noſtro tempore ad acum lapide magnete temperatam. *Poſcat ſibi nauem.*] Subau
di gubernandi. *Melicerta.*] Deus marinus qui præſidet portubus,atq; proinde à Latinis Portu
nus appellatus,à Græcis uero ex Melicerta mutato nomine Palemõ dictus eſt.fuit autem filius A-
B thamantis ex Ino Cadmi filia procreatus. *Exclamet.*] Pro rei indignatione,in exclamationẽ pro
rumpat. *Frontem.*] Pudorem,quoniam frons ſedes pudoris eſt. unde eſt perfricare frõtem,pro
eo quod eſt deponere pudorẽ. *Peryſte de rebus.*] .ſ.humanis,quandoquidem homines ſibi aſſu-
munt facienda quæ neſciunt. *Tibi recto uiuere talo.*] Senſus eſt.ſi ſapiens es eris liber.atq; econtra
rio ſi ſtultus & ignorans,ſeruus,quod ſatis colligitur ex ſupradictis.dicit igitur. *Si ars.*] .i.ſapiẽ
tia. *Dedit tibi uiuere recto talo.*] .i.moribus à mediocritate non diſtortis. nam talus eſt quo incedẽ
tes inſiſtimus. *Et ſi calles dignoſcere.*] .i.ſcis diſtinguere. *Speciem ueri.*] Subaudi à falſo.ideo ſub
iungit. *Nequa.*] ſ.ſpecies. *Tinniat mendoſum.*] Pro mendoſe & falſo ſonet.hoc eſt tinnitu ſuo fal-
ſitatem oſtendat. *Auro ſubærato.*] .i.quod ſubtus habet æs,& in ſuperficie aurum.& eſt trãslatio
ſumpta ab ijs qui explorant nummos tinnitu,hoc eſt crepitu illo quem nummus illiſus reddit. *Et
ſi notaſti.*] .i.in animo tuo deſignaſti. *Quæ forent ſequenda.*] Quia tantũ bona honeſta. *Et uiciſ-
ſim.*] .i.ediuerſo notaſti. *Quæ uitanda.*] .i.fugienda forent.Notaſti inquam, *Illa prius.*] .i.prio-
ra. *Creta.*] Nota alba. *Et mox hæc.*] Deinde hæc poſteriora. *Carbone.*] Nota nigra.ut quę ho
neſta ſunt creta alba,quæ uero turpia carbone nigro notentur.Hora.ij.Serm.creta an carbone no
tandi. *Et ſi preſſo lare*] .i.cũ habeas rem familiarẽ anguſtã. *Es modicus uoti.*] .i.non concipis ina
nes ſpes,ſed modica.i.mediocria optas. *Et ſi es dulcis amicis.*] .i.non acerbus non difficilis & in-
C tractabilis. *Et ſi iam nunc.*] .i.aliquando. *Aſtringas.*] .i.contineas & claudas. *Granaria.*] Hor
rea in quibus frumenta aſſeruantur. *Et iam nunc laxes.*] .i. aliquando aperias & ſoluas.hoc eſt ſi
des quib.& quando oportet,& nõ des quib.& qñ nõ oportet,qđ utrũq; liberalitatis eſt. *Et ſi poſ-
ſis t.*] .i.præterire & calcare. *Nummũ fixum in l.*] q.d.ſi potes contemnere ſordidos quæſtus.& eſt
ſumptum ex ludo puerorũ qui fixo nummo in luto tranſeuntes ſe ad illum demittentes riſuq; io-
coq; eludunt.Horat.i.Epiſt.Quo melior ſeruo quo liberior ſit auarus, In triuijs fixum cum ſe de-
mittit ob aſſem. *Nec gluto.*] .i.quaſi gluto poſſis. *Non ſorbere ſaliuam Mercurialem.*] .i.ſpei lucran
di inhiare.Nam Mercurius deus lucri & mercatorũ eſt.ſaliuam igitur Mercurialẽ dicit translatiõe
ſumpta ab ijs,qui uiſo cibo delicatiori ſaliuã in ore uerſant. *Cum uere d.*] .ſ.hæc ſuperiora quæ di
xi. *Mea ſunt & teneo.*] .i.omnia quemadmodũ à te explicata ſunt,poſſideo. *Eſto liber ac ſapiẽs.*]
Verã illa libertate quæ ſapientiæ coniuncta eſt. *Prætoribus & Ioue dextro.*] .i.humano & diuino iu
re tibi opitulantib.& fauentibus. *Sin tu cum fueris*] Sẽſus eſt,ſi tu uitioſus es atq; perinde ſeruus,
repeto & aufero à te quæ ſupra cõceſſi,cum dixi. *Eſto liber ac ſapiens.*] Dicit itaq;. *Sin.*] Pro ſed
ſi. *Retines pelliculam u.*] Mores antiquos & priores,quia nihilo magis emendatus es. *Et politus
fronte.*] .i.boni uiri ſpeciem oſtentans & præ te ferens. *Seruas ſub pectore.*] .i.adhuc in corde reti-
nes. *Vapido.*] In ſapientia uappa uino euanido,quanquã ſyllabæ quantitas obſtet.infra. Veiẽta
D nũq; rubellũ Exhalet uapida læſum pice ſeſſilis obba. *Vulpem aſtutã*] .i.callidam malitiam qualis
uulpi in apologis attribuitur. *Cum fueris paulo ante noſtræ farinæ.*] .i.unus ex imperita multitudi-
ne,quales nos ſumus.quod poeta de ſe dicit,ut de alio poſſit liberius dicere.per farinam autẽ ho-
minis conditionem ſignificat.Iuuenalis.Paniſq; tui nouiſſe colorẽ.Si inquam talis es nunc qualis
fuiſti ante,hoc eſt uitioſus & malus,cum uelis uideri bonus. *Repeto à te.*] Quæ dederã ſupra. cũ
dixi eſto liber ac ſapiens.quoniã illa dabam uirtutibus quas in te putabã eſſe. *Et reduco funem.*]
Cõtraho ad me quaſi per funẽ,quod antea ubi tollendũ permiſerã. *Nil tibi cõceſſit.*] Et ſubdit cau
ſam cur ab illo tollit nomẽ liberi ac ſapiẽtis. *Quia ratio.*] .i.prudentia. *Nil conceſſit tibi.*] .i.ni-
hil per illã operaris,quantũcũq; illud ſit minimũ. *Digitũ exerere.*] .i.ſi digitũ exerueris & oſtẽde
ris,quod parũ eſt. *Peccas.*] Quia quicquid ab homine fit,quod nõ ꝓficiſcatur ex imperio ratio
nis,decorẽ habere nõ poteſt. *Et quid tã p.e.*] Subaudi ꝙ digiti exertatio.nã ſi motus ille ratione nõ
dirigatur,illiq; obtẽperet,indecẽs & deformis ſit neceſſe eſt.quod & de animi actionib. æque intel
ligẽdũ eſt,quib.ſi ratio nõ adſit,uitioſi erũt. *Sed nullo f.*] Senſus eſt. nullo modo id poteris aſſe-
qui,ut in ſtulto atq; proinde malo ulla ſapientiæ particula ineſſe poſſit, quod eſt conſentaneum ei
quod ſcriptum eſt Sapi.cap.i.In maliuolam animam non intrabit ſapientia.dicit igitur, *Sed nul-
lo farre.*] .i.nullo ſacrificio,quia mola farre conſtabat, ut ſupra, Hoc cedo ut admoueam templis

&

& farre litabo. legitur & thure eodem ſenſu. *Litabis.*] .i. ſacrificio impetrabis. nã ut diximus, non A
omnes qui ſacrificant, litant. *Vt breuis ſemuncia.*] id eſt minima pars: nam ſemuncia eſt dimidia
pars unciæ, ut ſemodius, ſelibra. *Recti.*] Rationis ſiue uirtutis. *Hæreat in ſtultis.*] Vt ſæpe dixi-
mus imperitis & uitioſis. Et ponit ſimilitudinem in ſaltationibus, dicens. nihilo magis ſtultus po-
terit ſecundum rectam rationem quicquam quantumuis minimum agere, quàm ruſticus ſaltan-
ter mouere pedes ad modulationem canentis ſiue cytharam pulſantis. dicit igitur. *Cũ ſis foſſor.*]
.i. ruſticus agros exercens. *Cætera.*] .i. per reliqua omnia. *Non moueare.*] id eſt, non ſaltabis &
membra mouebis. Horatius ij. Sermonum. Quis membra mouere Mollius. *Ad tres tantum nume-
ros.*] Quia ſaltatio quemadmodum & muſica numeris conſtat. *Bathylli ſatyri.*] id eſt ſaltatoris:
nam ſatyri ſaltantes in theatro inducebantur. Vergilius in Bucolicis. Saltantes ſatyros imitabi-
tur Alpheſibœus. fuit autem Bathyllus illa tempeſtate ſaltator egregius, de quo Iuuenalis: Chiro-
nomon Ledam molli ſaltante Bathyllo. *Liber ego.*] Verba ſunt illius qui uitijs inuolutus eſt. Cõ-
tra quem poeta dicit eum non eſſe liberum, quandoquidem ſit ſubditus multis, quæ illum quaſi
domini quidam imperioſi diſtrahunt. *An ignoras?*] id eſt, non putas eſſe alium dominum. *Ni-
ſi quem uindicta.*] Illa prætoris de qua ſupra diximus uirgula. *Relaxat.*] id eſt ſoluit, hoc eſt à quo
domino per uindictam prætoris es ſolutus?

ECPHRASIS MVRMELLII. B

Poeta. Diſce quæ ſit uera libertas, ſed ira decidat naſo tuo, & rugoſa ſanna, dum extraho tibi de
pulmone anilia deliramenta, quæ diu tenuiſti. Non erit prætoris dare ſtultis ſubtilia officia rerũ,
& acuta ſapiẽtiæ præcepta, atq; permittere, ut celeris uita ſuo utatur arbitrio. Citius fieri poterit, ut
prælongus calo ſambucam apte intendat, quàm ut prætor ſtultum hominem officijs inſtituat, & uere
liberum faciat. Ratio ſtat cõtra te, & clamat in aurem ſecretã. Ne liceat facere id, quod quis dum a-
git, uitioſe agit. Publica hominum lege & naturali, hoc fas conſtitutum eſt, ut etiam inſcij ac rudes,
à quibus debeant abſtinere, cognoſcant. Vis temperare elleborum neſciens iuſtum pondus adhi-
bere? ars medicinæ non permittit hoc. Si ruſticus perone calceatus, luciferum non cognoſcens, ue-
lit gubernare nauim, Melicerta exclamet nihil loci reliquum eſſe pudori. Si uirtus dedit tibi uiuere
recta ratione, & ſcis diſcernere à uero ueri apparentiam, ne qua ſpecies ueri auri tinnitu te fallat, cũ
ſit aurum ſubæratum, & ſi ſignaſti prius creta, quæ eſſent amplectenda, & mox carbone, quæ forẽt
è diuerſo uitanda. Si es appetitu moderato, humili domo contentus, iucundus amicis, ita ut ali-
quando parſimonia, aliquando liberalitate utaris, & poſſis tranſcendere, contemnereq; nummũ
à pueris in luto fixum, nec cum magna mentis anxietate lucro inhiare, quemadmodum guloſus
ſapidas epulas appetenter abſumit. Cum dixeris uere, hæc officia mea ſunt, & obſeruo ea, tum ſis
& liber & ſapiens, humano diuinoq; iure concedentibus. At ſi tu retines ueterem pelliculam, cum C
fueris paulo ante noſtræ farinæ, & præ te ferens boni uiri ſpeciem, intrinſecus es fraudulentus, re-
peto ea, quæ dederam tibi ſupra, ſapientiam & libertatem, & uinculis ſeruitutis iterum te aſtringo.
Ratio nihil tibi conceſſit, exere digitum, & iam peccas. Dama. Nunquid tam paruum eſt, quòd recte di-
gitum exerere? Poeta. Sed tametſi minimum ſit iſtud, tamen nullo ſacrificio à dijs impetrabis, ut
breuis ſemuncia rectæ rationis ſit in ſtultis. Miſcere enim ſapientiam cum ſtultitia nefas eſt. Et non
poſſis ſaltare ad treis tantum numeros Bathylli ſaltatoris, cũ ſis foſſor per cætera. Dama. Ego ſum
liber. Poeta. Cum tot uitijs ſubiectus ſis, unde tibi libertatem audes aſſumere? An non exiſtimas a-
lium dominum tibi eſſe, præter eum, à quo te prætor liberauit?

SCHOLIA.

Ira cadat naſo.] A canibus ſumptum uidetur, qui naribus in rugam contractis iram demon-
ſtrant. *Veteres auias.*] Aniles opiniones. Anicularum deliramenta prouerbialiter dicũtur de nu-
gis inanibus, cuiuſmodi ſolent effutire uetulæ, cum iam ſexus uitio, uitium ætatis accedens, nuga-
citatis morbum conduplicat. *De pulmone reuello.*] De pulmone reuellere prouerbialiter ſignifi-
cat ſtultam & arrogantem opinionem animo eximere. Philoſophi tumorem animi, faſtũq; in pul-
mone collocant, unde μέγα πνεῖν apud Græcos .i. magnum ſpirare, & Perſius ſaty. i. Grãde aliquid,
quod pulmo animæ prælargus anhelet. Tenuia trium ſyllabarum in hoc metro eſt, u ex uocali fa- D
cta conſonante, niſi malis proceleuſmaticum dare quintæ regioni. *Vſum uitæ.*] .i. libertatẽ. Nam
ex Platonis doctrina, Libertas eſt uitæ dominiũ, & affectio in poſſeſſione & uſu rerum minime par-
ca. *Sambucam citius*] Prouerbialis uerſus, quo licebit uti, cũ ſignificabimus aliquẽ à diſciplina per-
cipiẽda, ſiue munere gerẽdo nimis alienũ eſſe. Siquidẽ ſambuca organũ eſt muſicorũ, quod haud
quaquã cõgruat caloni. Calones aũt uocantur militũ miniſtri, qui uallos ac ligna geſtitant, unde
& nomẽ inditũ autumant grãmatici. Porro cũ milites ſint imperiti muſices, multo magis calones.
Quanquã poteſt nõ abſurde accipi de ſambuca militari machina, quæ ritu organi muſici chordis
quibuſdã intẽditur. Ad hãc intẽdendã haud quaquam idonei ſunt calones, utpote ſtolidi, & ob id
ipſum, ad infima miniſteria retruſi, quòd ij diſciplinę militaris prorſum rudes ſint, & indociles, unde
nõ citra ἔμφασιν addit alto, propterea quòd homines prælõgi etiã prouerbio uecordiæ notantur, ἄνους ὁ
μακρός, demẽs qui lõgus. *Gãnit in aurẽ.*] Imitatio eſt illius Terẽtij in Phormiõe. Habet hæc & quod
dum uiuat, uſq; ad aurẽ obgãniat. *Ne liceat.*] Legitur & nõ liceat. *Quod quis uitiauit agendo.*] Vi-
tiauit pro uitiat, præteritũ pro pręſenti poſuit, tametſi in nõnullis codicib. uitiabit futurũ legatur.
Priſciano auctore tã poetæ quàm proſarũ ſcriptores, frequẽter præſentib. utũtur, tã pro pręteritis quã
pro futuris. Contra autem raro. Terentius in Andria. Sed ſi quid narrare occœpi, cõtinuo dari tibi
uerba

A uerba cenſes,pro occipio,uel occipiam.Idem in Eunucho.Quæ uerba audiui taceo, & cõtineo o-
ptime.Audiui pro audio,uel audiam. *Publica lex.*] Leges omnes, aut diuinæ aut humanæ ſunt,
humanæ moribus,diuinæ natura conſtant.Fas lex diuina eſt,ius humana.Ait ergo & humana, &
diuina lege hoc conſtare,ut uitia fugiamus,neq; per ignorantiam excuſemur. *Teneat.*] Cogno
ſcat. *Inſcitia.*] Multitudo indocta,inſcitia debilis eo quod ignorantia mortales,imbecilles,ac de
biles contra cupiditates reddit. *Dilues elleborum.*] Similitudine probat inſipienti nõ licere, ut ue
lit uiuere,neq; ei libertatem concedere quenquam poſſe,quemadmodum medicinæ ac nauigatio
nis imperito,neq; medicamentorum confectio,neq; nauis gubernatio permittetur. *Peronatus*]
Perone calceatus.Pero eſt calciamentum ruſticum.Vergi.Crudus tegit altera pero. *Melicerta.*]
Deus marinus. *Frontem.*] Pudorem,cui frons dicata eſt.Frontem aut faciem perfricuiſſe dicun-
tur,qui pudorem omnem dedidicerunt,uelut abſterſo manu à uultu pudore.Caluus.Perfrica frõ
tem,& dic té digniorem,qui prætor fieres,quàm Catonem.Plinius in præfa.Perfricui faciem , nec
tamen profeci.Effrons dicitur inuerecundus.Perſius imitatus uidetur illud Horatij. Clament per
iiſſe pudorẽ Cuncti pene patres. *Recto ui.talo.*] .i.recta uia & ratione,quod à talo calcis oſſe trãſ-
latum eſt.Talis enim & cruribus non obtortis recte inceditur. *Ars.*] .i.uirtus,Auguſtino teſte li
bro De ciuitate Dei quarto,ars ipſa bene recteq; uiuendi , uirtus à ueteribus definita eſt . Vnde ab
B eo quod Græce ἀρετὴ dicitur uirtus,nomen artis Latinos traduxiſſe putauerunt. *Subærato auro.*]
Cum ęs intus lateat,extrinſecus aurum uideatur . Græce ὑπόχαλκον χρυσίον Latine ſubęratũ aurum,
prouerbialiter dicitur de re minime ſyncera,ſed aliud aſpectibus offerenti,aliud intus clauſum ha
benti. *Creta.*] Creta notantur bona,& quæ approbantur,carbone uero mala,quæq; damnan-
tur. Pythagoras enim dicebat id quod eſſet colore candido , ad boni naturam pertinere,quod a-
tro,mali.Horat.in Saty. Sani,an creta,an carbone notandi. *Inq; luto fixum.*] De puerorum cõ-
ſuetudine tractum eſt,qui nummum funiculo annexum in lutoſam uiam iaciunt, ut ſi quis eũ ca-
piat,ad ſe retrahentes,illius auaritiæ illudant.Horat.in Epiſtolis.Quo melior ſeruo , quo liberior
ſit auarus,In triuijs fixum cum ſe demittit ob aſſem Non uideo. *Gluto.*] A glutiendo dicitur gu-
loſus & uorax homo. *Sorbere.*] Ad nimiam guloſitatem pertinet.Accidit autem guloſis,ut dum
nimis auide iucundos cibos ſumant,etiam ſaliuam deglutiant,quam nũc pro lucri cupiditate,me
taphoricos ponit.cui Mercurius præeſt , unde & Mercurialem uocat . Horatius . Mercarier unus
Cum lucro noram,unde frequentia mercuriale impoſuere mihi cognomen compita . Non abſur
de referuntur hæc ad ficos Mercuriales,quos ioci cauſa nonnulli ſaliua oblinebãt , ut ludibrio eſ-
ſent,qui ſublatos auide deuorarent , quemadmodum nonnulli pueris ficum ſapone refertũ por-
rigentes imponunt. Antiquitus autem mos erat,ſicubi ficus repertus fuiſſet,eum uelut Mercurio
C ſacrum ſuſpendere,quem tollere licebat,cuicunq; libitum fuiſſet. *Ioue dextro.*] Fauente , propi-
tio,proſpero. *Noſtræ farinæ.*] Conditionis.Translatio eſt à panibus , qui cum eiuſdem ſint fari-
næ,eundem quoq; ſaporem referunt.Si quis autem ex purgatiore farina factus eſt, is eſt cæteris ſa
pidior.Eiuſdem igitur farinæ dicuntur,qui ſimili ſunt ingenio,idemq; ſapiunt. *Pelliculam ue-
terem.*] Veteris uitij prætextum. *Fronte politus*] Exteriori ſpecie ornatus. Simile eſt illi prouerbio.
Paries dealbatus. *Aſtutam uulpem.*] Fraudulentam.Nemo neſcit uulpem animal eſſe fraudulen-
tum,unde prouerbio dicitur,Benignior pellace uulpe,de eo qui commodi ſui cauſa ſimulat bene
uolentiam. *Funemq; reduco.*] In ſeruitutem te redigo. Tractum à iumentis , quæ laxato fune libe-
rius uagantur. *Bathylli.*] Hic inſignis pantomimus & ſaltator fuit.Senſus eſt.Quemadmodum
foſſores inepti & agreſtes homines nulla in parte mimos imitari ſciunt , ita uitijs dediti nequeunt
uti uirtutibus,nec quicquam ſapientiæ ſtultis conceditur.

I puer,& ſtrigiles Criſpini ad balnea defer,
Si increpuit. ceſſas nugator? ſeruitium acre
Te nihil impellit? nec quicquam extrinſecus intrat
Quod neruos agitet. ſed ſi intus, & in iecore ægro
Naſcuntur domini,qui tu impunitior exis
Atq; hic,quem ad ſtrigiles ſcutica, & metus egit heri
Mane piger ſtertis. ſurge inquit auaritia,eia (lis?
Surge. negas. inſtat. ſurge inquit. non queo ſurge.
En quid agam? rogitas? en ſaperdam aduehe Põto,
Caſtoreum,ſtupas,hebenum,thus,lubrica Coa.
Tolle recens primus piper é ſitiente camelo.
Verte aliquid,iura. ſed Iuppiter audiet. heu heu
Vare reguſtatum digito terebrare ſalinum
Contentus, perages , ſi uiuere cum Ioue tendis.
Iam pueris pellem ſuccinctus,& œnophorũ aptas.
Ocyus ad nauem:nihil obſtat,quin trabe uaſta
Aegæum rapias,niſi ſollers luxuria ante
obmur-

ASCENSIVS.

I puer, & ſtrigiles, &c.] Exem-
plo pueri ſeruiẽtis oſtendit auctor
non minus ſeruum eſſe qui à uitijs
impellitur quã qui à domino ſuo,
D & ita oſtendit longe alios magisq;
timendos dominos quàm ciuiles,
oſtendẽs ex ordine eos tres de qui
bus Ioannes in catholica , auaritiã
ſeu concupiſcẽtiam oculorum,lu-
xuriam. i. concupiſcẽtiam carnis,
& ambitionem. i. ſuperbiam uitæ,
ſtultis potiſſimum dominari. Or-
do eſt uarius. Nã Britannicus uult
illa duo uerba,Seruitium acre,eſſe
domini increpantis ſicut & cætera
fere,ſecũdum quem ordo eſt. o ſer
uitium acre nihil, &c. ut infra uide
bis.Sed non uidetur conſonum ut
nugator dicatur acre ſeruitiũ. un-
de ego malim illa uerba eſſe pueri

Seductum moneat:quo deinde inſane ruis?quo?
Quid tibi uis?calido ſub pectore maſcula bilis
Intumuit,quam non extinxerit urna cicutæ.
Tu mare tranſilias?tibi torta canabe fulto
Cœna ſit in tranſtro, Veientanumq; rubellum
Exhalet uapida læſum pice ſeſſilis obba?
Quid petis: ut nummi,quos hic quincunce modeſto
Nutrieras, peragant auidos ſudare deunces?
Indulge genio,carpamus dulcia.noſtrum eſt
Quod uiuis. cinis,& manes,& fabula fies.
Viue memor leti.fugit hora.hoc qd' loquor,inde eſt.
En quid agis?duplici in diuerſum ſcinderis hamo.
Hunccine an hũc ſequeris?ſubeas alternus oportet
Ancipiti obſequio,dominos alternus oberres.
Nec tu cum obſtiteris ſemel,inſtantiq; negaris
Parere imperio:rupi iam uincula, dicas.
Nam luctata canis nodum abripit,attamen illi
Cum fugit,à collo trahitur pars longa catenæ.

obmurmurantis, ut ſimul loqua- A
tur cum domino ſicut faciunt qui nolunt intelligi quæ dicũt obmurmurantes.dum ergo dominus diceret,ceſſas nugator,& uellet addere Te nihil impellit,puer eiulans intermiſcet:ſeruituum acre. quaſi diceret,ô duram ſeruitutem. aut ſint poetæ hoc ordine. Si ſupple uox domini increpuit,id eſt,cum increpatione dixit, i puer,id eſt uade & defer,id eſt,porta.ſtrigiles,id eſt inſtrumenta ad ſtringẽdam cutem, ad balnea Criſpini, illius Romani diuitis,& ſi increpuit cum non ſubito puer abierit, ô nugator ceſ-
ſas,nihil te impellit?tu ſup. diceres B
eſſe,aut id eſſet acre, id eſt, durum ſeruitium.quod quidem uerũ eſt, ſed ut dicit poeta id quod agitet,id eſt,impellat neruos, intrat nequicquam,id eſt fruſtra,extrinſecus,id eſt,à dominis exterioribus. Sed ſi domini naſcuntur intus & in iecore ægro,id eſt, in præcordijs, paſsionibus affectis,qui,id eſt,in quo exis,id eſt euadis,impunitior,id eſt,minori pœna affectus, atq;,id eſt,quàm hic ſcilicet puer quem ſcutica,id eſt,flagellum ex corio,& metus, id eſt, formido, herilis,id eſt,heri hoc eſt domini ſui,egit,id eſt,impulit?quaſi diceret,in nullo.Quod probat inducens duas dominas affectiones plurimos torquentes, auaritiam & pigritiam ſcilicet, quæ inter ſe quidem contrariæ ſunt ſed in multis uiciſſim regnant. Primo autem oſtendit quomodo auaritia pigrum incitat dicẽs.Si ſup.tu piger ſtertis, id eſt, ſecure dormis:mane,id eſt,uſq; ad tempus quo lux emanat,auaritia inquit,eia ſurge,ſi ſup.tu piger negas,id eſt,recuſas ſurgere, auaritia ſup. inſtat,id eſt,inſtantius te urget,& inquit ſurge.& ſi ſup.tu dicis non queo,id eſt,non ualeo,ſup.ſurgere,eo quod grauatus ſim adhuc ſomno,ipſa iterum dicit,ſurge.Et ſi rogites quid agam, id eſt, ad
quid agendum ſurgam.ipſa indignata dicet.rogitas,id eſt,quæriſne quid agas?En,id eſt, ecce ad- C
uehe,id eſt,ad nos hoc eſt Romam uehe.Ponto,id eſt,ex Ponto.ſaperdam piſcem illum ſalſum. In Feſto,ut uulgo impreſſus eſt,legitur genus piſcis peſſimi,licet eo nomine Perrottum taxat Plautius,in commentarijs hic habetur quod ſit genus piſcis uiliſſimi,ubi forte ſcribendum eſt uuliſſimi, nam cum thynnis poſtea connumeratur,uerum uilia ſæpe bona ſunt,ego tamen & carum & bonum ex hoc loco iudicem,non ut Calepinus,ſterquilinium.aduehe caſtoreum,id eſt,medicamentum factum ex teſticulis aut potius ex folliculis caſtoris, qui in Ponto plurimus naſcitur. aduehe ſtuppas, hebenum, id eſt, lignum illud nigrum.ſed ut Virgilius dicit, Sola India nigrum fert hebenum, ſolis eſt turea uirga Sabæis.aduehe item thus, coa ſupple uina ex inſula quæ Cos dicitur, lubrica,id eſt,laxa uua uentris.tolle,id eſt,excipe primus piper recens,id eſt, recenter aductum è camelo ſitiente,id eſt,priuſquam potus ſit & ſarcinam depoſuerit.uerte,id eſt,inuerte aut tracta aliquid,iura,id eſt,periurio accumula diuitias.reſpondet auari conſcientia,ſed Iupiter,id eſt, deus optimus maximus audiet,in qua reſponſione ſignificat ſe plane ſeruum,& timere deũ timore ſeruili non filiali.nam illa particula ſed hoc ualet ac ſi dicat, peierarem quidem libenter,ſed Iupiter audiret,ad quod auaritia quæ impellere ſolet ad omne nephas (exclamante Vergilio in tertio Aeneid. Quid non mortalia pectora cogis Auri ſacra fames?) inquit eheu uel heu uare,id eſt, diſtorte
& inepte nihil recte ſapiens,tu contemptus,id eſt,ſpretus & uilipenſus à toto mundo, perages, id D
eſt perges,perſeuerabis,terebrare,id eſt,terendo perforare digito ſup.tuo.ſalinum, id eſt, uaſculũ in quo ſal reponitur,reguſtatum,id eſt,iterum atq; iterum guſtatum,id eſt,tu deuenies ad tantam inopiam ut ne ſalis quidem ſatis habeas,ſi tendis,id eſt,intendis aut perſeueras uiuere cum Ioue, id eſt,cum æquitate quam deus præcipit & amat. Nebriſſen.legit contentus,ut ſit perages.ſ. uitam contentus terebrare,&c. ſed ſequar Plautium & reliquos.Legit etiam pueris, diuiſis dictionibus ut ſis tu is puer,quod etiam non recipiam.Tu ergo uictus ab auaritia,ſuccinctus pellem,uel potius tu ſuccinctus aptas iam pueris pellem.ſ.hirſutam & œnophorum,id eſt,uas uinum ferens, aptas dico ocyus,id eſt,celeriter ad naues. uel ſubaudi uerbum tu ſup.properas ocyus ad nauem, nihil obſtat tibi,quin,id eſt,qui non.i.quo minus hoc eſt ut nõ:rapias id eſt, raptim intres, Aegeum ſupple mare quod periculoſum ſane eſt,trabe,id eſt,naui ex trabibus facta: uaſta, id eſt, ampla & uix implebili,niſi luxuria,id eſt,mollicies & indulgentia ſolers, id eſt callida diuertere hominem à labore.moneat,id eſt,cohortetur te ſeductum,id eſt,ſeorſum & ad partem (ut dicunt) ductum,ubi auaritia non audiat,admoneat inquam his uerbis.O inſane quo deinde,id eſt,ut tandem proſpicias quo inquit ruis,id eſt,præceps proficiſceris? Quid uis tibi? bilis, id eſt, indignatio ex bili orta,maſcula,id eſt,ualida,intumuit,id eſt,inflata eſt ſub pectore calido, id eſt, ira incenſo quam

A urna.i.amplum uas quo aqua apportari ſolet,cicutæ.i.ſucci frigidiſſimi,non extinxerit hoc eſt in-
quit poeta,cum luxuria.i.delicatio,& teneritas ac mollities animi,urget ſic te,tu addictus auaritię
ira rumperis,quod uidens luxuria acrius inſtat.Murmellius ſperaris ſe ſolum ut lac gallinaceum
inueniſſe,quod tamen enarratorum (ut opinor) neminem latuit:Magis inquit placet, hoc ad ip-
ſam luxuriam referri,quam imitatione Prodici ſophiſtæ tanquam fœminam inducit.Nullum in
quam latuit quod Cicero in Officijs citat à Prodico excogitatum eſſe,Herculi in ſolitudine ſecum
de genere uitæ ineundæ deliberanti, apparuiſſe Virtutem & Voluptatem ſub ſpecie muliebri:ſed
huic loco magis congruit ut intelligamus has affectiones nõ foris ſed intus agere cũ animo homi
nis cũ dicat poeta,calido ſub pectore maſcula bilis intumuit. Si enim ſub perſona muliebri appa
ruerit,quomodo maſcula dicatur intumuiſſe ſub pectore:Neq; tamen tam uecors ſum,ut Prodi
cum uoluiſſe ueras inducere mulieres putẽ, ſed tanquam ueræ eſſent cum Hercule locutas: ue-
rùm dum rem fingimus neceſſe eſt ueræ ſimilem fingamus. non autem uero ſimile eſt mulieres
duas in pectore uerſatas ſed ſub oculos.Neq; tamen quod maſculam dicit,fœminæ illi perſonam
detraxero:nam & Sappho maſcula dicta eſt,& Dido,Semiramis,atq; aliæ uiragines maſculæ di-
ci potuere.ſed pergamus.inſtat inquam dicens.Tun,id eſt,tu ne tam tener & tam diues,tranſilias
id eſt,quaſi ſaltu quodam quàm celerrime tranſeas mare,& nunquid ſupple cœna ſit tibi homini
B tam delicato,fulto,id eſt,ſuſtentato,canabe torta,id eſt,fune ex canabe,qua malus te fulciens liga
tur.aut fulto.i. munito contra ſæuitiam cœli,hoc eſt contra uentos & hymbres canabe torta.i. te-
la ex canabe facta.Aut ſic.Nunquid cœna ſit ubi in tranſtro,id eſt,in ſcamnis remigum,aut in trã
ſitu nauium,fulto.i.cooperto & ſtrato,canabe torta,id eſt mantili groſſiore.& obba.i.lagœna lig
nea quali nautæ & uectores utuntur.ſeſſilis.i.quæ cum ſit lato fundo quaſi ſedere poteſt, exhalet,
id eſt,euaporet tibi rubellum.i.uile uinum propter ſpeciem uuarum, ueientanum, quod uile eſt
propter locum natiuum & læſum.i.corruptum pice uapida,qua uas obturatum eſt: Quid, id eſt
ad quid:petis ut nummi quos nutrieras.i.auxeras ne conſumantur:hic. i. in patria & domo tua,
quincunce.i.lucro & fœnore quinq; unciarum:modeſto.i.moderato.quia iudicio auari modera
tum lucrum eſt ex aſſe.i.ex duodecim uncijs lucrari quincũcem.i.quinq; uncias. Plautius autem
ſentit nõ ex aſſe,ſed ex centenis uncijs quincũcem modeſte lucrari,quod uerum quidem eſt,quia
etiam citra uſuram fundum tantundem redditurum emere poſſis, ſed non conuenit ſtomacho
poetæ,qui auaro uult parum uideri ex aſſe quincũcem lucrari:legitq; magnos ubi alij auidos de-
unces.(Declinatur autem hic quincunx,quincuncis non quincuns,ne te fallat Alexander) pera-
gant.i.pergant & perficiant tibi ſudore.i.cum ſudore & labore tuo,aut peragant ſudare.i.ſudan-
do lucrari,quod potius ex ſtomacho poetæ dixero,deunces.i.undecim uncias,auidos.i.cum aui
C ditate accumulandas,aut magnos.i.immodeſtos,lege auidos quia plus dimidio ultra modeſtũ
continent.Indulge.i.da operam & te totum tribue,genio.naturali deſiderio & uoluptatibus,car-
pamus dulcia.i.res dulces.quod tu uiuis eſt noſtrũ.i.beneficio meo uiuis,quia enim ſpiritus tri-
ſtis exiccat oſſa,niſi per me aliquando uoluptati operam dediſſes iam mortuus eſſes.uel ſic. Non
habes aliud de uita niſi quod per nos.i.per luxuriam & uoluptatem habes,hoc enim tuũ eſt quo
frueris.auarus autem cum nulla re fruatur,ſed ne utatur quidem nihil habet.quia ut dicit Sene-
ca,Tam deeſt auro quod habet,quàm quod non habet.quamdiu ergo auaritiæ intentus eſt pro-
prie non uiuit,quia reponit omnia in futurum,& ne hoc imprudenter facere uideatur, quaſi pro
ſpiciens ſibi ne in ſenecta egeat,obijcit luxuria breuitatem uitæ dicẽs.tu fies.i.ſtatim eris cinis pro
corpore.ſ.& manes pro anima,& fabula,pro reb. acquiſitis.Viue memor leti.i.mortis,hora.i.tẽ-
pus uitæ quod breue eſt fugit, quia uita hominis fugit uelut umbra. hoc quod loquor.i. tempus
quod exhortando te conſumo,eſt inde.i.de uita tua fugiente.Et ita uidere eſt quomodo unum i-
demq; uerbum uidelicet uiue memor leti,& boni & mali dicant.ſed non eadem intentione.Poſt-
quam autem iam luxuriæ quoq; aures præbuit,dicit poeta.En quid agis:tu ſcinderis.i. tam uio-
lenter ut ueſtes tuæ diſcidantur,traheris,in diuerſum.in diuerſas ſententias,duplici hamo.i. du-
plici perſuaſione modo auaritiæ modo luxuriæ,qua ut piſcis hamo caperis.Hunccine ſequeris.i.
D an ſequaris hunc.ſ.dominũ,hoc eſt auaritiam,an hunc uidelicet luxuriã.oportet ut ſubeas.i.ſubij
ciaris,alternus.i.alternatim modo ab hoc modo ab illo.& ſup.ut oberres.i.circumuageris,alter-
nus.i.alternatim,obſequio.i. ſeruitio:ancipiti.i. dubio & incerto,atq; inſtabili dominos.ſ.dictos,&
ita non es liber.Noue ſatis auaritiam & luxuriã dominos dixit,cũ dominas potuiſſet dicere, un-
de ſunt qui dominas legant,& non hunccine an hunc,ſed huccine an huc. Verum quia ut Serui-
us dicit in illud.Deſcendo,ac ducente deo,multa ſunt in ſubauditione quæ non licet exprimere,
nihil mutem.Nec cum tu obſtiteris ſemel,& negaris.i.negaueris parere imperio concupiſcentia-
rum tuarum,inſtanti.i.te urgenti,dicas.i.dicere debeas,ego rupi iam uincula.i.liberaui meã ſer-
uitute.Nam canis,quæ in uinculis tenetur,luctata.i.poſtquam diu reluctata eſt,arripit.i. dẽtibus
inuadit & diſſoluit nodum, quo alligata eſt.attamen,cum.i.quando fugit, lõga pars cathenæ,tra
hitur,illi.i.ab illa à collo.hoc eſt ſicut canis uinculum diſſoluens partem cathenæ trahit,qua feli-
citer in ſeruitutem & in uincula retrahitur,ita homo habens ſatis firmum propoſitum reſiſtendi
peccatis,licet ſemel reſtiterit,non tamen liber dicendus eſt.quod probat ex inſtabili amantiũ pro
poſito,ut ſequentia indicabunt.

IOANNES BRITANNICVS.

I puer & ſtrigiles Criſpini ad balnea defer.] Probaturus homines omnino ſeruos eſſe,nec ſui iuris
pulchra

pulchra utitur argumentatione.Senſus eſt enim.Si illud acre ſeruitium eſſe cēſes, cum à domino A
acerbe & contumelioſe increparis,ut aliquid facias,quod tantum eſt corporis:quanto grauior il-
la ſeruitus exiſtimanda eſt qua animus obſidetur? Sicq; oſtendit eos magis ſeruos eſſe qui uitijs
obnoxij ſunt, quàm qui ſub imperio ſunt hominis.Ordo eſt.ſeruitiū acre nihil te impellit ſi incre-
puit,I puer & defer ſtrigiles ad balnea Criſpini.ceſſas nugator? *Strigiles.*] Stringere eſt radere,
ut ait Marcellus.unde ſtrigilis inſtrumentū eſt ferreū quo ſudantes radebantur in balneis ad de-
tergendū ſudorem.Plinius iunior in Epiſtolis de balneis loquens,ſcribit ſic de auunculo.Dū di-
ſtringitur tergiturq;,audiebat aliquid aut dictabat.Tranquillus tradit Auguſtū læſiſſe cutem ni-
mio ſtrigilis uſu.Strigiles Græci ſtlēgides dixere,& quę è corpore radūtur ſtrigmenta.Pergamus
ex Aſia has miſit.Mar.Pergamus has curuo docuit diſtringere ferro. *Increpuit.*] Subaudi dn̄s.
Criſpini balnea.] Temporibus Neronis duos inuenio fuiſſe Criſpinos, quorū alter eques Roma-
nus dignitate ſenatoria,& quōdam Claudio imperante præfectus pretorij, & conſularibus inſig-
nibus donatus,Neroni inuiſus,quod Popeam quondā matrimonio tenuerat,ab eo crimine cō-
iurationis in Sardiniā exactus eſt,qui accepto iuſſæ mortis nuncio ſemet interfecit. De hoc poeta
intelligere uidetur.Alter uero Neronis priuignus Popea natus,quē impuberem adhuc, quia fere-
batur(ut ſcribit Tranquillus)ducatus & imperia ludere,mergendū mari,dū piſcaretur ſeruis ip-
ſius demandauit. *Ceſsas nugator.*] Ceſſat deſidioſus,requieſcit defeſſus. *Seruitiū acre nihil te im-* B
pellit?] Cum interrogatione legendū, quæ affirmationis uim habet.Impellit,urget,angit. *Ne-*
quicquam extrinſecus intrat Quod neruos agitet.] Senſus eſt. imperium domini quod extrinſecus eſt,
etiam animis ſeruorū ſolicitudinē infligere,& cum interrogatione pronunciatur. Nequicquā ali-
quando pro non ponitur,ut hoc loco,aliquando pro fruſtra. Virgil. Arma diu ſenior deſueta tre-
mentibus æuo Circundat nequicquam humeris. Sed ſi intus & in iecore ægro naſcuntur domi-
ni, *Qui tu impunitior exis?*] Concluſio eſt eos non minori ſeruitio urgeri qui uitijs ſubiecti ſunt q̄
qui imperio domini. *Iecore ægro.*] Vitijs corrupto. *Naſcuntur domini.*] Dominos intellige ani-
mi uitia.ut auaritiam,libidinem,ambitionem,& huiuſmodi. *Qui.*] Pro quo modo. Teren. Qui
ſcis. *Impunitior.*] Non affectus pari ſeruitio. q. d. etiam maiori. *Atque.*] Pro q̄. *Scutica.*] Fla-
gellum. ſcytos enim Græce pellis Latine. unde & ſcuta, quia non ſine pellibus ſunt. *Mane piger ſter-*
tis.] Oſtendit & eos qui auaritia laborant ſeruos eſſe. *En quid agis?*] Verba auari. *Rogitas*] Ad-
mirantis non rogantis. *Saperdam.*] Genus peſſimi piſcis, ut tradit Feſtus. *Caſtoreum.*] Fiber,
auctore Plinio,animal eſt Ponticū,qui morſu teſticulos ſibi amputat periculo urgente ob hoc ſe
peti gnarus. unde eſt illud Iuue. Imitatus caſtora: qui ſe Eunuchū ipſe facit, cupiens euadere dam-
no Teſticuli. Caſtoreū id uocant medici, aliàs animal horrendi morſus, arbores iuxta flumina, ut
ferro cædit, hominis parte cōprehenſa, non antequam fracta concrepuerint oſſa morſu reſoluit,
cauda piſcis ei, cætera ſpecies lutræ, animal aquaticū. de caſtoreo ſic Virg. Viroſaq; Pontus Caſto- C
rea. *Hebenum.*] Arbor eſt quam Virg. peculiarius celebrans nuſquā alibi naſci, q̄ in India pro-
feſſus eſt. ut Diuiſæ arboribus patriæ, ſola India nigrū Fert hebenū. Herod. eam Aethiopiæ intelli-
gere maluit, tributi uice regibus Perſidis è materie eius centenas phalangas tertio quoq; anno pē-
ſitaſſe Aethiopas cum auro & ebore prodendo. Romæ ut auctor eſt Pli. eam magnus Pompeius in
triumpho Mitridatico oſtendit. Accendi eam Fabianus negat, uritur tamen odore iocundo. Duo
genera eius, rarum id quod melius arboreum trunco enodi, materie nigri ſplendoris ac uel ſine
arte protinus iucundi. Alterū fruticoſum cytiſi modo, & tota India diſperſum eſt. *Lubrica coa.*]
Cos inſula eſt in Caria denominata, teſte Iginio, à Coo filia Metropis cuiuſdam quæ ibi regnauit,
tota fertilis eſt, & quemadmodū Chius & Lesbus optimo uino, abundans. auctor eſt Strabo. Vi-
num coum Cato apud nos quoq; ex Italico faciendi rationem demonſtrauit, ſuper cætera in ſole
triduo maturandū præcipiens. Vinum album oſtendit eſſe Horat. Si durabitur aluus, Mitylus &
uiles pellent obſtantia conchæ, Et lapathi breuis herba, ſed albo non ſine coo. *Lubrica.*] Quod
ut ſentit Horat. uentrem molliant. *Tolle piper recens.*] Ex India, ut diximus, mittitur piper. *E ſi-*
tiente Camelo.] Camelos inter armenta paſcit oriens, quorū duo genera Bactriæ & Arabiæ diffe-
rūt, quod illi bina habent tubera in dorſo, hi ſingula & in pectore alterum cui incumbunt. auctor D
eſt Pli. *Sitiente.*] Sitim enim quatriduo eo auctore tolerant, implentur cum bibendi occaſio in
præteritū, & in futurū, deturbata conculcatione prius aqua. aliter potu non gaudent. *Verte.*]
Volue, negociare. *Iura.*] Hinc expreſſit nimia auaritia homines ad omne ſcelus induci. Virg.
Quid non mortalia pectora cogis Auri ſacra fames? *Sed Iuppiter audiet.*] Illud reſpexit: homines
metu deorū, non honeſtatis ratione plerunq; non peccare. *Heu heu.*] Riſu & capius concuſſio-
ne legenda ſunt. q. d. ſi ex deorū præceptis uiuere uolueris, inopia & rerū egeſtate premeris. *Pera-*
ges.] Deeſt uitam. *Vare*] Aliqui uaro legunt. i. recuruo. ſed uerſus non ſtat. uocatiuus eſt. ut ſit:
O ſtulte qui non recte rem percipis. ſumptū eſt ab his qui cruribus uaris oblique incedunt. Mar.
Vara nec iniecto ceromate brachia tendis. *Cum Ioue.*] Ex deorū præceptis. *Iam pueris p.*] Iam
auaritiæ ſeruus eſt cum lucri ſtudio nauigationē paret. *Pueris.*] Seruis. ſic enim ſerui appellabā-
tur. Teren. Etiam puerū inde abiens conueni Chremis. *Succinctus.*] i. iam expeditus. *Oenopho-*
rū.] Vas uinarium. œnos enim Græce uinum Latine. & phoro porto. Iuue. Tandem illa uenit ru-
bicundula totū Oenophorū ſitiens. *Nil obſtat.*] i. iam omnia parata ſunt ad nauigationē. *Tra-*
be uaſta.] i. naue. *Aegeū.*] Dictū ab inſulis ut Varoni placet, quod in eo mari ſcopuli uocātur à ſi-
militudine caprarū æges. *Niſi ſolers l. a.*] Hinc oſtendit homines uario ſeruitutis genere teneri

A cum auaritiæ & luxuriæ ſeruiant. *Luxuria.*] Luxa membra è ſuis locis mota & ſoluta dicuntur,
à quo luxurioſus in re familiari ſolutus. auctor eſt Feſtus. Luxuria igitur eſt omnis morum ſolu-
tio. *Seductum.*] Seorſum ductum, aliàs deceptum, ut alibi. Quæ niſi ſeductis nequeas committe
re diuis. Terentius. Etiam nunc me ſeducere his dictis poſtulas? *Quo deinde inſane ruis.*] Reprehē
dit eum luxuria qui ob auaritiam nauigaturus ſit. *Calido ſub pe. ma. bi. in.*] Nimia auaritiæ & luxu
riæ ſollicitatione fatigatus & incertus utri pareat, more ſerui indignatur & intumeſcit. *Maſcula*]
Magna, & qualis maſculo ſexui cōuenit. *Bilis.*] Cholera, ut dictum eſt, quæ in irato intumeſcit.
Calido.] Nimia indignatione accenſo. *Extinxerit urna cicutæ.*] Cicutæ, ut diximus, tanta eſt uis
refrigeratoria, ut pota ſtatim hominem extinguat. *Tun.*] Pro tu ne. *Fulto.*] Ornato & ſtrato.
Torta canabe.] .i. tela & mantili craſſiore. Nam canabis eſt ferulacei generis. utiliſſima funibus, o-
ptima alabandica plagarum præcipue uſibus. *Tranſtro.*] Tranſtra ſcāna ſunt nautarum remi-
gātium. Virg. Conſidite tranſtris. *Veientanumq́ rubellum.*] Dictum auctore Plinio à genere uitiū,
quas rubellas rubente materia appellauerunt. Vinum fuiſſe uiliſſimum oſtendit Horat. ſcribēs in
auarum. Qui Veientanum feſtis potare diebus Campana ſolitus trulla. Mar. Et Veientani bibi-
tur fex craſſa rubelli. Veijs naſcebatur, oppidū eſt Latij non longe ab urbe. *Exhalet.*] Effundat.
Vapida læſum pice.] Muſta in primo feruore qui nouem diebus complurimū peragitur, aſperſu
B picis condiebantur, ut odor uino contingeret, & ſaporis quædam acumina. uehementius id fieri
arbitrabantur crudo flore reſinæ, excitariq́ lenitatē: ediuerſo crapulā compeſci & feritatem nimi
am, frangiq́ uirus, aut ubi pigra lenitas torperet uirus addi. *Pice uapida.*] Quæ odorem & uapo
rem indat uino. *Obba.*] Genus poculi lignei lati & depreſſi. auctor eſt Nonius. *Seſsilis*] Quia la
tum. omnia enim quæ in latitudinem diffunduntur, ſeſſilia appellabantur. unde & lactucæ ſeſſiles
dicuntur quæ per terrā late diffunduntur. *Quid petis ut n.*] Vide ut luxuria hominem in ſeruitutē
ſuam trahat. ſenſus eſt. Melius quidē eſſet hic ſecurū cū paruo lucro uiuere q̄ ob magnū quæſtum
periculis maris exponi. *Vt nummi p. ſ.*] Reddere, ſumptū ab ijs qui nimio æſtu ſudorē emittunt.
Nutrieras.] Negociando ſcilicet. *Quincunce.*] As libra erat, cuius partes erāt uncia ab uno, ſextās
ab eo quod ſexta pars aſſis, ſicut quadrans quod quarta, & triens tertia pars. Quincunx à q̄nume-
ro unciarū, ſemis quod ſemis .i. dimidiū aſſis, ſeptunx à ſeptem & uncia cōcluſum. Reliqua obſcu
riora ſunt, quod à diminutione, & ea quæ diminuuntur ita ſunt ut extremas ſyllabas habeant, ut à
decem una dempta uncia deunx. Dextans dempto ſextante. Dodrans dempto quadrante. Bes ut
olim des dēpto triente. tum as qui duodecim partes continebat. unde apud Sueto. legitur ex aſſe
reliquit hæredē .i. ex ſumma cenſus, & ſic ex deunce hæredem relictū dicimus qui extra unā unciā
totā hæreditatē adit. Iuue. Vnciolā Proculeius habet, ſed Gillo deuncē. *Quincunce modeſto.*] Quin
C cunx enim minor eſt numerus. nā quintā partē aſſis ſignificat, cum deunx totum aſſem, ut dictū
eſt dempta duntaxat una uncia. *Indulge g.*] Genialia, ut diximus curare dicitur, qui lautius uiuit.
Iuue. Genialis agatur iſte dies. unde & genialis lectus dicitur qui nuptijs ſternitur in honorem Ge
nij quem deū appellabant, qui uim obtineret auctore Feſto rerū gignendarū. ut Feſtus inquit, Ge
nius eſt deorū filius & parens hominū ex quo homines gignūtur. Et propterea Genius meus no
minatur, quia me genuit. Alij Geniū eſſe putauerunt uniuſcuiuſcunq́ loci deū. ergo qui indulgēt
genio ſuo, memores ſunt uitam humanam non eſſe diuturnā, & ideo non defraudādam, unde Te
ren. Suum defraudans Genium. *Noſtrum eſt q. u.*] Prudenter oſtendit auaritiā & ſordidam uitam
fugiendam eſſe. *Quod uiuis.*] Viuere dicuntur qui ocio mentis & animi relaxandi operam dant.
Mar. Viue uelut rapto fugitiuaq́ gaudia carpe: Perdiderit nullum uita reuerſa diem. *Cinis.*] Cor
pora enim mortuorū cremabantur, & cineres collecti condebantur urnis. Horat. Ibi tu calentem
Debita ſparges lachryma fauillam Vatis amici. *Manes et f. f.*] Horat. Iam te premet nox fabulæq́
& manes. *Viue memor leti.*] Arguta ſuaſio, quis enim memor mortis non uacet ocio & uoluptatis
æmulatio eſt Hora. Quo bene circa, dum licet in rebus iucundis uiue beatus: Viue memor, q̄ bre
uis ſis æui. *Lethi.*] Mortis ab obliuione dictum quam Græci lethen uocant. Alij uero à leo dedu
ctū putant. unde compoſitū eſt deleo quod omnia mors deleat. *Fugit hora.*] Columella: Tacito
D nam tempora greſſu Diffugiunt, nulloq́ ſono conuertitur annus. *Atq́ hoc quod l. in e.*] Tam cito
quidem tēpora diffugiunt, ut etiā hoc ipſum tēpus quo tecū loquor iam fugiat. Hora. Dum loqui
mur fugit inuida ætas. Carpe diem q̄ minimū credula poſtero. *Hoc ſcilicet tempus inde eſt.*] .i. ex fu
ga pendet & celeri lapſu. *En quid agis?*] Hac interrogatione oſtēdit eum & auaritiæ & luxuriæ ſer-
uum eſſe. *Duplici hamo.*] Gemina ſeruitute. tranſlatio eſt à piſcibus qui hamo capiuntur. *Hucci
nec?*] Cū interrogatione legendum eſt. *Subeas a. o.* Senſus eſt. oportet te alternis uicibus modo a-
uaritiæ modo luxuriæ ſeruire. *Ancipiti obſequio.*] Ablatiuus eſt caſus. *Ancipiti.*] Dubio cum du
bitet utri magis pareat. *Nec tu cum o. i.*] Senſus eſt. Nolito te liberum putare, te omni ſeruitutis
uinculo exutum, quia aliquādo dominatum luxuriæ & auaritiæ fugeris. *Rupi.*] Præteritū eſt a-
ctiui. Ordo eſt. Nec tu dices rupi iam uincula. *Nam luctata c.*] Bene hominem ſeruum cōparauit
cani, quæ licet ruptis uinculis aufugiat, magnam tamen catenæ partem ſecum trahit. *Trahitur
pars.*] Prudenter oſtendit non ſtatim penitus ſeruitutem amitti.

IOANNES BAPTISTA.

I puer et ſtrigiles.] Senſus eſt. ſi ægre fers, & moleſte pateris domini tui ſeruitutem, & illam acer
bam putas cum aliquid facere iuſſus ſis uerbis contumelioſis, quæ cum tantum ſit corporis, ani-
mū non perturbat, quanto uitiorum ſeruitutem grauiorē eſſe exiſtimabimus? quæ animos obſi-
dent,

dent,& iugi ſollicitudine diſcruciant.ex quo oſtendit corporis ſeruitutem,ꝗ animorum eſſe tole A
rabiliorem.eſt enim melius corpus ꝗ animum ægrotare,ut dicunt Græci βέλτιον ἐστὶ σῶμα ἢ ψυχὴν νο-
σεῖν.Ordo autē eſt.Seruitiū acre nil te impellit ſi increpuit, I puer & ſtrigiles Criſpini ad balnea de
fer.ceſſas nugator? *Puer*] Serue. *Ad balnea Criſpini.*] Quattuor fuiſſe Criſpinos hiſtoria tradi
tur.Primum auctore Tacito,qui eques ætate ſenatoria Claudio imperante præfectus prætorij cō-
ſularibus inſigmbus donatus,ſub Nerone crimine coniurationis exactus in Sardiniam,accepto
iuſſę mortis nuncio ſemet interfecit.Alterum(ut ſcribit Tranquillus)Neronis priuignū,qui puer
adhuc patris imperio ſubmerſus eſt.Tertiū auctoribus Plut. & Tacito,qui temporibus Othonis
cum duobus centurionibus tumultu militari necatus eſt.Quartū,qui ex ſeruili conditione Aegy
ptius Domitiani indulgentia ex ſeruo ad equeſtria inſignia fuerit prouectus,de quo Iuue. in ſuis
Sat.ad quem Mart.ſæpe ſcribit,& eum laudat.de primo autem intelligere uidetur Perſius. *Strigi
les.*] Inſtrumenta ſunt balneatoria à ſtringendo,quod radere ſignificat.uel à Græcis στρεγγίδας au-
ctore Priſciano denominata,cuius diminutiuū eſt ſtrigilecula,quo in Floridis uſus eſt Apuleius,
ſcribens Hippiam ſophiſtam multiſciū,& rerum experientia Dędalum,ſibi concinnaſſe ſtrigilecu
lam ita fabrefactam,ut in manu capulo moraretur, & ex ea ſudor riuulo laberetur. ſordes autē è
corpore radendo detergentes Græci ἀποστρεγγίζοντες,hoc eſt diſtringentes nominarunt,teſte Plinio li- B
bro xxxiiij. *Increpuit.*] Dominus ſ. *Ceſſas.*] Moraris.iuſſa celeri gradu,& minime cunctabū-
do non peragis? *Seruitium a.t.n.imp.*] Percunctatiue legendum. *Acre.*] Vehemens, moleſtū.
nihil enim fœdius ſeruitute, cum auctore Cice.ad decus,& ad libertatem nati ſimus.Idem ait om
nem ſeruitutem eſſe miſeram,illis uero miſeriorem qui libertatis dulcedinem guſtauerunt. *Im-
pellit.*] Vrget,mouet. *Nequicquam.*] .i.non.cum interrogatione legitur ut ſit ſenſus. *Domini Im
perium.*] Quod corporis tantum eſt in animos etiam ſeruorum penetrare,& illis non paruam aſ-
ferre ſollicitudinem. *Agitet.*] Lancinet,cruciet. *Sed ſi intus et in.*] Seruitutem animorum non
eſſe ſeruitute corporis mitiorem concludit.& eſt ſenſus: ſi corporis ſeruitus animum tuum angit
& cruciat,quomodo minori ſupplicio ex animorum ſeruitute afficieris,ubi dominos intus graſ-
ſantes,& animo innaſcētes habeas? *Iecore ægro*] Vitijs maculato,corrupto,coinquinato, & ma
le ſe habente propter uitia.Iecur Græce dicitur τὸ ἧπαρ,ut ſupra dictum eſt,unde Hepatici homines
qui iocinoris morbo laborant,appellantur Plin.in xxi.Pulegium hepaticis cum melle & ſale bi-
bendum datur.exiſtimauit Plato in Timæo iecur à deo homini factū,quod iucunda & amara con
tineat his uerbis ὅτε ξυνεστήσατο αὐτῷ τὴν ἥπατος ἰδέαν ξύνθετον καὶ λεῖον ἐν τῷ ἐκείνου κατοικισθὲν πυκνὸν καὶ λεῖ-
ον καὶ λαμπρὸν καὶ γλυκὺ καὶ πικρότητα ἔχον. Diminut.iecoris eſt iecuſculū,quo uſus eſt Tullius in ij.De di
ui.nam muſculorum inquit iecuſcula bruma dicunt augeri.declinatur à grammaticis iecur ieco- C
ris,& iocinoris,qui genitiuus(ut ait Priſcianus in vi)uidetur à nominatiuo iocinus deriuari, qui
in uſu non eſt. *Qui.*] .i.quomodo.Horat.Qui fit Mecœnas.Terentius.Qui ſcis? *Impunitior.*]
Non affectus pari & ſimili ſeruitio,quaſi dicat grauiori. *Atque.*] Quàm. *Ad ſtrigiles.*] Quas ad
Criſpini balnea deferret.his enim ſudorem in balneis,& ſordes ex corpore diſtringebant. Strabo
lib.xv.de moribus Indorū illos exercitium præcipue frictionem probare,& maxime ſtrigilib.he-
beni leuibus corpora expolire:regibus quoq; corpora ſtrigilium perfricatione curare.de frictio-
ne ſi quis ſcire aliquid cupit,legat Galeni libros de regimine. Plaut.meminit ſtrigilis rubiginoſæ.
Pergamenę ſtrigiles ut optimę celebratę.Martia.Pergamus has miſit curuo diſtringere ferro.Nō
tam ſæpe teret linthea fullo tibi.Plin.in xxviij.Inter medicinas pendentes ab homine, & remedia,
quæ ab ipſo ſibi præſtari poſſunt:eſſe refert ſtrigilū uehementiam. In præſentia hoc inſtrumētum
exoleuit ab hominibus translatum ad equos diſtringendos,quo equiſones utuntur. Strigiles eti
am ſermone uernaculo piſciculi quidam dicuntur,quorum frequens captura fit per hyemes. hi
uero toſti ſale,aceto,oliuo,pipere, & cinamomo conditi paropſide in cibis non improbantur.

Scutica.] Flagellum quo ſerui delinquentes uerberantur. unde flagriones, ulmitribæ, maſtigiæ
& uerberones nuncupati. *Mane piſtr.*] Illos qui auaritiæ laqueis implicantur animo eſſe ſeruos
oſtendit,qua ſeruitute nihil indignius, nihil turpius eſt,ut docet Pelagius.hoc ante Perſium de- D
monſtrauit Tul.bis.An eorum ſeruitus dubia eſt,qui cupiditate peculij nullam conditionem re-
cuſant duriſſimæ ſeruitutis? Hæreditatis ſpes quid iniquitatis in ſeruiendo non ſuſcipit, quem nu
tum locupletis orbi ſenis non obſeruat? loquitur ad uolūtatem,aſſentatur,aſſidet, miratur. quid
horum eſt liberi? quid deniq; niſi ſerui? num inertis. *Inquit auar.*] μήτηρ κακότητος ἁπάσης. i. mater
malitiæ uniuerſæ(ut inquit Phocilides)quam Cicero lib.iiij.ad Herennium ita diffinit,eſſe.ſ.iniu-
rioſam appetitionem aliorum,cuius duæ ſunt ſpecies.Altera,qua rapimus unde non oportet. Al
tera qua non damus,ubi dandum liberalitas nos docet. Hæc non ſolum inter homines ſæuit &
graſſatur,ſed etiam inter mortuos locum retinet.ſiquidem(ut narrāt Diodo.libro ij. & Apuleius
libro vi.De Aſino)Charon nō tranſuehit animas defunctorum niſi prius portorium exegerit.Vn
de dixit Iuue.Tetrumq; nouitius horret Porthmea,nec ſperat cœnoſi gurgitis alnum Infelix nec
habet quem porrigat ore trientem. *En quid agam.*] Cum ſurrexero quid faciam inquit piger.

En ſaperdam.] Quid illi faciendum ſit admonet auaritia,ut mercaturam exerceat,qua pecunia-
rum ſollitus,& diuitiarum locupletiſſimus efficiatur.Saperdam.Saperda dicitur ſapiens, elegās.
Var.Omnes uidemur nobis eſſe belli,feſtiui,ſaperdæ cum ſimus.eſt & genus piſcis uiliſſimi,ut ait
Feſtus,in quo ſignificatu hic accipitur, unde miror Nicolaum Perottum uirum alioqui eruditū
dixiſſe quod Feſtus Pomp.ſcribit Saperdam genus eſſe piſcis peſſimi, ubi legerit ipſe dicat, cum

A in alio ſignificatu quàm in iſto Perſij uerſus exponi nec debeat, nec poſſit. Iulius Pompeio ſuffra-
gatur, Inter piſces inquiens Thynni, Saperdæ Lesbiæ. *Ponto.*] Pontus eſt in ſeptentrione, per
quem mare ipſum per excellentiam ſicut per poetam Homerũ intelligimus: nam (ut docet Stra-
bo) maiores ſimpliciter ponticum pelagus uti quendam oceanum arbitrati ſunt, & (ut docet He-
rodotus in iiij.) ante omnia maria eſt maxime admirabile. à ποντίζω quod eſt mergo, uel à nomine
πόνος qui eſt labor, quia ſit laboribus plenum. *Caſtoreum.*] Caſtores quos Plinius & M. Varro
fibros appellant, ſunt canes pontici (ut ſcribit Seruius) quorum teſtes apti ſunt medicamẽtis, pro
pter quod captiuitati metuentes, ſe ab inſequentibus teſte Apuleio præciſione genitalium libe-
rant. Cicero. redimunt ſe ea parte corporis, propter quam maxime expetuntur. Iuuenalis. Qui ſe
Eunuchum ipſe facit cupiẽs euadere damno Teſticuli. Solinus: per uniuerſum pontum fiber plu
rimus, quem alio uocabulo dicunt caſtorem. Teſticuli eius appetuntur in uſum medicinarum. ne
gat Seſtius diligentiſſimus medicinæ conditor, teſtes amputari ab ipſo caſtore cum capitur, quin
immo paruos eſſe ait ſubiectosq́, & adhærentes, nec adimi ſine uita animalis poſſe. uerum folli-
culos geminos ex uno nexu dependentes, qui amputentur, quorum uis medica ſit, Caſtorea uo-
cant medici, quæ pluribus morbis medentur: de quibus hic intelligit Perſius. hæc magnificat
Galenus, adhibetque medicinis pluribus. Nec à caſtrando dicitur (ut Albertus Magnus & I-
B ſido. perperam ſenſerunt) nomen enim Græcum eſt, quod Latinam Etymologiam non recipere
Seruius & cæteri tradiderunt. *Stuppas.*] Stuppa (ut ſcribit Plinius) quod proximum cortici
fuit appellatur, deterioris lini lucernarum fere luminibus aptior. à ſtipando dicta (ut ſcribit Ser-
uius) uel à Græcis. nam Græci στυππεῖον dicunt. Lucia. ἐνέκρυψεν εἰς τὸ στυππεῖον, id eſt, torrem intra ſtup-
pam clanculum recondidit. à Plinio dicitur ſtupparius malleus, quo lina tunduntur, curantur-
que. *Hebenum.*] Hebenus auctore Ser. arbor eſt quæ cæſa dureſcit in lapidem, quam accẽdi Fa
bianus negat, de qua Plinius, Herodotus, cæteri. dicitur fœminino genere Lucano. neutro Vergi
lio, de qua Aetius Amidenus ἔβενος ξύλον ἐστὶ τῶν ἰσχύων ἀναλυομένων, ῥυπτικοῦ καὶ λεπτομεροῦς ἐστι δυνάμεως, ὅθεν καὶ τὰ τὰς κόρας ἐπισκοτοῦντα ποιεῖ, ... ὀφθαλμικῶν μίγνυται δυνάμεων, id eſt, Hebenus lig-
num eſt, ex ijs quæ in ſuccum reſoluuntur, uim habet excalfaciendi, extergendi, ac tenuium parti-
um. hinc ea quæ pupillis tenebras offundunt uitia, extergere creditur, in aliasq́ oculares compo-
ſitiones admiſcetur, quæ nimirum ad ulcera uetera, fluxionesq́ & puſtulas conducunt. *Lu-
brica Coa.*] Vina quæ naſcuntur in inſula Co. eſt enim Cos inſula in Caria (ut ſcribit Mela) in qua
ueſtes bombicinæ primum inuentæ fuerunt, quas prima texiſſe dicitur Pamphile filia Platis, ut
Plinius tradit in xi. & in v. de animalibus Ariſto. Strab. inter Cicladas numerat. lib. autem xiiij. do
cet & inſulam, & urbem Co appellatam. Vrbs uero non magna eſt, ſed optime omnium habita-
C ta, & aſpectu iucundiſſima, his qui nauigant. inſulæ magnitudo eſt ad ccccc. & L. ſtadia. tota ferti-
lis, & quemadmodum Chius, & Lesbus optimo uino abundans, quod album fuiſſe oſtendit Ho-
ratius, cuius càrmina etiam quare lubrica appellentur apertiſſime demonſtrant. *Primus.*] Vt
maius lucrum conſequaris. qui enim tardi & negligentes ſunt, minus lucrantur. Vnde Horatius.
Caue ne portus occupet alter. nam ſicut in uno quoq; opere mater eſt conſtantia, ita nouerca eſt
negligentia. *Sitiente camelo.*] Camelos inter armenta paſcit oriens, ubi omnes iumentorũ dor-
ſo funguntur, atq; etiam equitatu in prælijs. auctor Plinius. quod traditur & à Caio iuriſconſ. ad le
gem aquiliam. Oderunt equinum genus, formidat & equus camelum adeo equidem ut ſpeciẽ e-
ius intueri nec odorẽ ſentire ſuſtineat (ut auctor eſt Herodotus) ſitim quatriduo tolerant, unde di-
xit Perſius ſitiente. apud iuriſconſ. tit. de muneribus Camelaria dicitur curatio camelorum, qui
publica alebantur pecunia, & Camelarij ipſi curatores, quod ſane munus perſonale eſt, ut ſcribit
Arcadius. Cum cuſtos de induſtria iuuenẽ cum matre camelum miſcere feciſſet: is re cognita ſce-
leris commiſſi anxius camelarium paulopoſt morſu interemit, ut refert Ariſtot. libro ix. anima-
lium. Primum autem uidere camelos Romani, qui cum Scipione Antiochum deuicere, atque ite-
rum qui cum Archelao ad Orchomenum & Cheroniam dimicarunt (ut teſtis eſt Plut. in Lucul-
lo.) *Verte.*] Volue, negociando permuta, more antiquorum, apud quos res ipſæ permutaban
D tur inter ſe, ſicut & Troianis temporibus factitatum Homero conuenit, unde cõmercia uictus gra
uia inuenta opinatur Plin. Commutationem mercium fuiſſe apud Aegyptios & Aethiopas auctor
eſt Philoſt. *Iura.*] Vt maiori precio diſtrahas merces tuas adhibe iuſiurandum. At iuſiurãdum
refuge ſi poſſis, ſi minus cum licet inquit Epictetus. Obſecrante amico, ut pro ſe peieraret, reſpon
dit Pericles. μέχρι τοῦ βωμοῦ φίλος εἰμί, id eſt, amicum ſe eſſe uſq; ad aram. Laudat Baſilius Cliniam, qui
cum poſſet trium talentorum damnum iureiurando ſibi delato effugere, ſoluere quidem malu-
it, q̃ iurare, quanquam ſine periurio id facere liceret. Amnis (quod eſt memoratu dignum) Ola-
chas in Bythinia Brieium alluit (hoc eſt & templo & deo nomen) cuius gurgite periuri notantur
pati uelut flammã urentem. In Sicilia quoq; Stephanus fontem eſſe tradit Palicenum uocatũ, quo
niam iuxta Palicos fratres ſit: In eum inquit tabella mittitur à iuratis, quæ ſi uerum dixere, fluitat,
ſin falſum, mergitur, & ipſi continuo flammantur. *Sed Iuppiter audiet.*] Adoleſcentis uerba, qui
bus illud demonſtrat quod Statius & Petronius Arbiter cecinerunt uerum eſſe. Primus in orbe
deos fecit timor. niſi enim crederet Iouem auditurum, ſeq; pœnas meritas daturum, utique iura-
ret, ut diuitias, & opes immodicas conſequeretur, quod minime faciendum docuit his uerbis
Phocilides. μήτ' ἐπιορκήσῃς, μήτ' ἀγνὼς, μήτε ἑκοντί, ψεύδορκον στυγέει θεὸς ἄμβροτος ὅστις ὀμόσσῃ, id eſt, neque peie
res, neque inſcienter, neque ſponte, peieratorem odit deus quicunque iurauerit, Iupiter autem

filius

filius fuit Saturni cuius antrum in Creta uiſitur, & ſepulchrum oſtenditur (ut inquit Cyprianus) quod negat ille Græcus poeta κρῆτες ἀεὶ ψεῦσται, καὶ γὰρ τάφον ὦ ἀνὰ σεῖο κρῆτες ἐτεκτήναντο, σὺ δ' οὐ θάνες, ἐσσὶ γὰρ αἰεί, id eſt, Cretenſes ſemper mendaces, qui ſint Ioui ſepulchrum fabricati, cum nunquam ille obierit, perpetuoque ſit. ex quo dixit Stat. Mentitaque manes Creta tuos. hic & apud omnes poetas accipitur pro ſummo deorum, antiqui enim Iouem totius machinæ mundialis moderatorem exiſtimabant. *Heu heu, Vare reguſtatum.*] Semper eris pauper, & mendicus ſi deorum præcepta ſequi & ſeruare uolueris. Capite autem quaſſanti nec ſine riſu legenda ſunt. ſimile eſt illud Plauti ex Rudente. Iſto tu pauper es, cum nimis ſancte pius. *Vare.*] Diſtorte, ſtulte, qui rem non recte percipis. à uaris ſumpta tranſlatio, qui plantas habent obtortas introrſum, à quo uaricare eſt crura aperire, & in diuerſum diſtendere. Inde Varica dicta Ouidio fœmina illo uerſu. Ambulat ingentes uarica fertque gradus. quæ non tam incedit, quàm ambulat gradibus prægrandibus gradiens, quod fœminam parum decet. *Terebrare.*] Terendo perforare à terebra miſſili genere quod ceſtron Græci, noſtri uiriculum nuncupant. Vergilius. Et terebrare cauas uteri & tentare latebras. *Contemptus.*] Deſpicabilis, quod peculiare eſt paupertatis, ut homines faciat contemptibiles, & ridiculos, ut teſtatur Plato. & Iuuenalis inquit: Nil habet infelix paupertas durius in ſe, Quàm quod ridiculos homines facit. Pecunia in honore, paupertas probro haberi cœpit. Pauper ubique iacet, ait Ouidius: nam omnis pauper infelix exiſtimatur, ut Polynices apud Euripidem in Phœniſſis. πένης γὰρ οὐδὲν εὐγενὴς ἀνήρ. *Viuere cum Ioue.*] id eſt recta, & iuſta ſolummodo facere, ut dij præcipiunt. *Iam pueris.*] Loquitur poeta demonſtrans eum iam auaritiæ ſeruum factum eſſe, cum ex iuſſu eius imperioſo apte nauigium, & cætera ad lucrum conſequendum neceſſaria, ut Impiger extremos currat mercator ad Indos, & ſuperato mari nauem mercibus onuſtam domum referat. quod autem mercatores mari ſe committerent, ut lucrarentur, docet Iſocrates his uerbis. αἰσχρὸν μὲν γὰρ τοὺς ἐμπόρους τοσαῦτα πέλαγη διαπερᾶν ἕνεκα τοῦ πλείω ποιῆσαι τὴν ὑπάρχουσαν οὐσίαν, id eſt, turpe eſt enim mercatores longinqua maria pertranſire cauſa amplificandi præſentem ſubſtantiam. *Succinctus pellem.*] Habens ſuccinctam pellem. intelligit pelles hirſutas, id eſt, habentes pilum ex parte exteriore ad frigora, & pluuias remouendas, quas qui itinera, & nauigationē auſpicabantur, induebant. Iuue. Nil uetitum feciſſe uolet, quem non pudet alto Per glaciem perone tegi, qui ſummouet Euros Pellibus inuerſis. Ouidius lib. iij. De triſtibus. Pellibus hirſutis arcet mala frigora. *Pueris.*] Seruis. Hoc enim ſignificat puer hoc in loco, & apud Terentium, Eiam puerum inde abiens conueni Chremis. Alias pueros dicimus puellis contrarios, qui Græcis dicuntur παῖδες, unde pæderaſtia amor obſcœnus in pueros, quo uocabulo utitur Tranquillus in Nerone, ut quidam exiſtimant, ego tamen lego apud Tranquillum proagogin non pæderaſtian, pro ſtupro & productione. Eſt enim προαγωγὴ & προάγειν apud Græcos quod apud nos productio, & producere. *Oenophorum.*] Vas uinarium, οἶνος dicitur uinum, φέρειν ferens. Vnde Oenopolium Plautus pro uinaria cella. Oenophylaces Lampridius uinariæ cellæ, & apothecæ cuſtodes uocitat. Auctor eſt diuus Auguſtinus in vi. De ciuitate dei, in Liberi æde œnophorum ſiſti ſolere, quod ſignificat et uinum per id quod continet, id quod continetur. Praxiteles inter cætera opera quæ percenſet Plin. fecit & œnophorum, quod non tam uas uinarium quàm miniſtrum uini poculum inſerentem ſignificat. *Nil obſtat.*] Quin ex iuſſu auaritiæ aggrediaris nauigationem. Quis autem primus nauigauerit, incertum habemus, cum Philoſtratus, Cteſias, Tibullus, cęteri hoc tradentes inter ſe diſſentiant. nauem auctore Plin. primus in Græciam ex Aegypto Danaus aduexit, primum nauigatorem Papinius, Horatius, & Propertius deteſtantur. *Trabe rupta.*] Corbita, oneraria naue, quam inuenit primus Hippus Tyrius. Loquitur autem more poetarum, qui nauem modo arborem, modo pinum nuncupare conſueuerūt. *Aegeum mare.*] Mare quod primus ſinus accipit Europę Aegeū dicitur, ut ſcribit Pomponius Mela, incipit ex orientali parte ab initio Helleſponti, & uſq; in Peloponeſſum uerſus occidentem terminatur. dictū autem (ut quidā exiſtimant) ab Aegeo patre Theſei, qui in eo ſe dedit præcipitē, uel quod in eo Aegea Amazonum regina perierit. Pli. auctor eſt ægeum dictum à ſcopulo, qui procul ſpectantibus effigiem capræ repræſentat, quam Græci αἶγα uocant. Strabo uero refert Aegas oppidum fuiſſe in Euboia, à quo ægeū mare nomen accepit. Aegon mare ægeum C. Baſſus, & Statius appellant. *Solers lu.*] Ingenioſa, & diligens ad occaſionem opportunitatemq; capiendam ut iter adoleſcentum impediat. epitheton temporarium, ex quo oſtēdit hunc plures habere dominos, cum & auaritiæ imperio, & luxuriæ ſeruiat, quæ (ut inquit Gregorius) pluſquam cætera uitia lædit. Certe nil tā mortiferū ingenijs eſt, ut inquit Sene.) q̄ luxuria, quæ blādum malum eſt, ut ait Valerius. Quid proprie ſit luxuria copioſe diximus apud Claudianum, & in commentarijs noſtris apud Martialem. *Seductum.*] Seorſum ductum ſemotum, & reglutinatum ab incepto priſtino. *Quo inſane ruis.*] Luxuriæ uerba ad illum, quem ægeum nauigare impellebat auaritia, quibus eum hortatur ut remotis curis, & ſollicitudinibus, quibus auaritię inſeruiens eſſet obnoxius, domi ocioſe degens genio & uoluptatib. indulgeat. *Ruis.*] Præceps, & inconſideratus uadis. quo uerbo imperij luxuriæ uehementia & acerbitas conſideratur. *Calido ſub pectore.*] Poetæ uerba, per parentheſim dicta in hunc ſenſum. Tanta indignatio te inuadit propter luxuriæ contra auaritiam caſtigationem, quod ad eam extinguendam uis cicutæ capaciſſimum non ſufficeret, cuius uis refrigeratoria eſt, ut inquit Plinius. unge gelidas cicutas dixit ſatyricus. Cicutam Dioſcorides conium uocat, quo uocabulo Latini duo uſi ſunt, Am-

A B C D

A bro. in hexamero, & Macrobius in ſatur. eius frigiditas uim interimendi habet, ſed uino meraco, atque calefacto huic malo ſubuenitur. unde apud Plinium in Epiſtola Androcidis ad Alexandrum ſic legitur. Cicuta homini uenenum eſt, cicutæ uinum. Idem Plinius in libro quinto & uigeſimo, de cicuta narrans ut homini pernicioſa: remedium eſt ait priuſquam perueniat ad uitalia uini natura excalfactoria, quod tradit & Plutarchus in ſympoſiacis. unde diuus Ambroſius in libro quem de utilitate ieiunij compoſuit. Etiam inquit maior uis uini quàm ueneni, denique uenenum uino excluditur, non uinum ueneno. Ideo autē calido pectore dixit, quia ut philoſophi tradunt, ira mouetur ex pectore efferueſcente circa cor ſanguine. cauſa autem cur hic potiſſimum aſſignetur iræ locus non alia eſt, quàm quod in toto corpore calidiſſimum eſt pectus. *Maſcula bi.*] Magna cholera, quæ tumeſcit in homine ira concitato. *Intumu.*] Tumore increuit, & excanduit. *Tun mare tranſilias?*] Imperioſe inquit luxuria utpote incertum ſemper nauigātibus (ut ſcribit Hieronymus) & plenum ærumnarum, periculorumque omnium, quod ſentire uidetur Plautinus ſenex, qui in Trinummo gratias agit, quod euaſerit illum ſpurciferum, immanem, intolerandum, & ueſanum deluctatus cum ærumnis maris. Hinc Terentianus Soſia fortunatum uocat, qui nunquam ingreſſus eſt mare. Plautus in Rudente, Neptunum eſſe dicit balneatorem frigidum, qui ex inſulſis ſalſos facit, qui ſalſam præbet potionem, & frigidam. apud eundem Se-

B nex quidam uitam maritimam reformidat. Portius Cato pœnitentia ducebatur ſi aliquo itinere maritimo tranſmiſiſſet, quo pedibus ire potuiſſet. Interrogatus Anacharſis, utrum plures eſſent uiuentes an mortui: quo in loco inquit collocas nauigantes? tanquam illa uita non ſit uere uitalis, cum (ut inquit Satyricus) ſis digitis à morte remotus Quattuor, aut ſeptem ſi ſit latiſſima tæda. Celebratus eſt ille uerſiculus apud Græcos θάλασσα, καὶ πῦρ, καὶ γυνὴ κακὰ τρία, id eſt Mare, ignis, fœmina mala tria. *Torta canabe.*] id eſt, rudentibus, & funibus nauticis, quia Græce σχοινία uocantur. Plutarchus in Apophthegmatibus laconicis λάκων ἔφη, οὐ προσέχω εὐδαιμονίαν ἐκ σχοινίων ἀπηρτημένην, Lacon inquit, non moror felicitatem funibus extentam. uel canabe torta, id eſt, mātili craſſiore ex canabe confecto. poſſumus & per tortam canabem clatratos capiſtros intelligere, qui funguntur officio tranſtrorum. de canabe multa Plinius libro uigeſimotertio hiſtoriæ. dicitur & canabum Palladio. *Fulto.*] Ornato, ſtrato. *Tranſtro.*] Tranſtra ſedilia ſunt in nauibus. Vergilius, Conſidite tranſtris. in alio ſignificatu auctore Pompeio tranſtra tigna ſunt, quæ tranſuerſa à pariete in parietem porriguntur, quorum mentio eſt apud Vitruuium in quinto. *Veientanumq; rubellum.*] Vinum peſſimum erat Veientanum, ut oſtendunt duo nobiliſſimi poetæ Horatius & Martialis. dicitur (ut ſcribit Plinius libro xiiij.) à genere uitium, quas rubellas à rubente materia appellauerunt, naſcebatur Veijs oppido Latij, quod uulgo noſtra tempeſtate (ut quidam exiſti-

C mant) ciuitas caſtellana nuncupatur, unde Veientanus. *Exhalet.*] Emittat, effundat. *Læſum uapida pice.*] Muſta in primo feruore, qui nouem diebus cum primum peragitur, aſperſu picis condiebantur, ut odor uino contingeret, & ſaporis quædam acumina. uehementius id fieri arbitrantur crudo flore reſinæ, excitariq; lenitatem ediuerſoq; crapulam compeſci, & feritatem nimiam, frangiq; uirus, aut ubi pigra lenitas torperet uirus addi. auctor Plinius libro decimoquarto capite xx. ſed ſi ea erat aduſta, aut acore correpta, aut aliud fumidum uirus ſentiret, uinum lædebat, & illud reddebat ſaporis inſcitiſſimi, quod ut denotaret Perſius uapida pice dixit læſum.

Obba ſeſſilis.] Obbæ ſunt uaſa potoria galearum ſimilitudine. M. Varro. Vtrum meridie, an ueſperi libentius ad obbam accedas. unde Obbatæ Caſsides dictæ Apuleio. à figura autem ſeſſilem obbam Perſius appellat, quaſi latam, amplam. Seſſiles dicuntur lactucæ, quæ late per terram diffunduntur, cum criſpæ cappadocæ appellentur. *Quid petis ut nu.*] Petis ne ut nummi, qui hic te quieſcente, & genio indulgente reddunt quincuncem, te labores & fluctus marinmos ſubeunte fœnus duplicent? quaſi dicat melius eſt cum ſecuritate pauca lucrari, quàm maris fluctus ſubire, ut maiores quæſtus conſequaris maximo imminente periculo. *Quincunce modeſto.*] Temperato fœnore, & lucello. eſt enim hæc uſura quando quinque nummi ex centum ſingulis annis colliguntur, ſicut triens uſura quando quattuor, beſſis quando octo, ſemiſſes uſuræ quando

D ſex. etſi aliter ſentiant Legulei, quos errare docet Columella, & Plinius iſtas uſuras ciuiles & modicas appellans. *Nutrieras.*] Negocia tractando. *Peragant ſudore.*] Laboribus, & ærumnis parent, & acquirant. ſudorem Græci dicunt ἱδρῶτα. *Deunces magnos.*] id eſt, magnum lucrum, deuncem uſuram. *Indulge genio.*] Luxuriæ conſilium, immo præceptum, quo imperat ut relictis laboribus incumbat uoluptati: iuxta Epicuri ſententiam qui apud Lactantium ſic loquitur. Voluptatibus igitur quoquomodo poſſumus ſeruiamus. breui enim tempore nulli erimus omnino. ergo nullum diem, nullum denique temporis punctum fluere nobis ſine uoluptate patiamur: ne quia ipſi quandoque perituri ſumus, idipſum quod uixerimus pereat. Genio autem indulgere eſſe dare operam uoluptati pauci ignorant, & docet Seruius. unde Genialis dies dicitur Satyro, uoluptuoſus. Genialis platanus Ouidio, id eſt, uoluptuoſa. Quid ſit genius copioſe in commentarijs poetæ epigrammatarij, qui propediem exibunt tradidimus ex Feſto Pompeio, Seruio, Auguſtino, Martiano, Cenſorino, Euclide Socratico, cæteris. *Carpamus dulcia.*] Fruamur rebus dulcibus, & iucundis. *Quod uiuis.*] Homo calamitoſus, & qui uitam ducit ærumnoſam non uere uiuere dicitur, ut docet Marcus Tullius. uiuit enim ille, qui animo pacifico, & relaxato incumbit uoluptati. Martialis. Viue uelut rapto, fugitiuaque gaudia carpe. Perdiderit nullum uita reuerſa diem. Vita uitæ indigens non eſt uita, inquiunt

inquiunt Græci βίος βίου δεόμενος οὐκ ἔστιν βίος. *Cinis.*] Cremabantur enim antiquitus cadauera, A
quod apparet ex funere Miſeni in ſexto Aeneidos. *Et manes, & fabula.*] Probabilibus, & ſuaſo-
rijs argumentis uitur luxuria, ut illum ad genialem uitam excolendam impellat. poſt enim mor-
tem inquit manes & fabula fies, ergo dum uiuis indulge uoluptati. *Viue memor leti.*] Plato diſ-
finiens philoſophiam ſic inquit φιλοσοφία ἐστὶ μελέτη θανάτου, id eſt, philoſophia eſt meditatio mortis,
quod intelligendum eſt, non eo modo quo Cleombrotus Ambraciota, qui cum ei nihil accidiſſet
aduerſi, è muro ſe in mare abiecit, lecto Platonis de anima libro. eleganter Callimachus hoc tetra
ſticho deſcripſit εἴπας ἥλιε χαῖρε κλεόμβροτος ὡμβρακιώτης, ἥλατ' ἀφ' ὑψηλοῦ τείχεος εἰς ἀΐδην ἄξιον οὐδὲν ἰδὼν θανά-
του κακόν, ἀλλὰ πλάτωνος ἓν τὸ περὶ ψυχῆς γράμμ' ἀναλεξάμενος, quod Ouidius in Ibin ſtrictim trãſtulit cum
dixit: Vel de præcipiti uenias in tartara ſaxo: Vt qui Socraticum de nece legit opus. Verum medi-
tationem mortis intelligimus ſeparationẽ animæ à corporis cupiditatibus, & paſſionibus, quas
docente philoſophia anima adhuc in corpore exiſtens contemnit, & à ſe repellit. Ad quam defini-
tionem uidetur referre hoc Perſianum diuus Hieronymus ad Principiam uirginem. Ego uero ſic
interpretor, habeas in memoria te moriturum, & in orci familia numerandum, & cum te mor-
talem noris præſentibus exple Delitijs animum. Horat. Quo bene circa Cum licet in rebus iucun
dis uiue beatus. Viue memor quàm ſis æui breuis. Verg. Pone merũ & talos, pereat qui craſtina cu-
rat. Mors etenim uentens uiuite ait uenio. Præceptum Martialis eſt. Frange toros, pete uina, roſas B
cape, tingere nardo. Ipſe iubet mortis te meminiſſe deus. hic enim apud Perſium loquitur luxu-
ria, ex quo alius ſenſus conuenire minime uidetur. ad meliorem frugem reſpicientes, ut leti eſſe-
mus memores Seneca, Epictetus, Plinius, cæteri, præceperũt. Phocylides μέμνησ' ὅτι θνητὸς ὑπάρχεις, id
eſt, memento quod mortalis es. & quod ut ait Euripides, οὐκ ἔστι θνητῶν ὅστις ἐξεπίσταται τὴν αὔριον μέλλου-
σαν εἰ βιώσεται, i. non eſt mortalis qui ſciat craſtinum diem futurum ſi uiuet. *Fugit hora.*] Hoc do-
cet Ouidius libro quinto Metamorph. & Columella. Tacito nam tempora greſſu Diffugiunt, nul
loq; ſono conuertitur annus. Ambroſius. Eſto ergo memor ita æuum noſtrum properare, ut flo-
rum & foliorum uita feſtinat. hanc temporis celeritatem etiam tangit Tibullus, Seneca, & Franci-
ſcus Petrarcha nobiliſſimus poeta elegantiſſimis uerſibus uernaculis. & Tragicus dixit, Aetate
fruere, mobili curſu fugit. *Hoc quod loquor.*] id eſt, tanta eſt temporis celeritas, ut iam fugiat hoc
tempus quo tecum loquor. quam ſententiam affirmat Oratius inquiens Dum loquimur fugit in-
uida ætas. Carpe diem quàm minimum credula poſtero. Seneca in octauo Epiſtolarum ad Luci-
lium. Ego ipſe dum loquor immutari iſta, immutatus ſum. *Hoc.*] Tempus. *Inde eſt*] Ex fuga;
& celeri lapſu dependet. *En quid agis.*] Vtram potius ſequendam eligat, an luxuriam an auari-
tiam, quærit & ſciſcitatur poeta, cum unam omnino ſequi neceſſe ſit, qua interrogatione illum ſer-
uum eſſe demonſtrat. *Duplici hamo.*] Duplici ſeruitutis cruciatu. hinc enim auaritia labores im- C
perat, illinc luxuria in ocio uitam eſſe ducendam ubi perſuadet. à piſcibus ſumpta translatio. eſt
enim hamus inſtrumentum illud puſillum, & incuruum, quo piſces capiuntur. à quo hamiotas
dixere antiqui piſcatores. Hamata munera captatoris decenter dicuntur, quæ inſidioſa ſunt, &
hamos imitantur. omnem apparatum hamiotæ piſcatoris deſcribit Philippides Græcus auctor,
cuius Epigramma feſtiuiſſimum ſubſcripſimus. δούνακας ἀκροδέτους καὶ τὴν ἁλινηχέα κώπην, γυρῶν ἀγκί-
στρων λαιμοδακεῖς ἀκίδας καὶ λίνον ἀκρομόλιβδον, ἀπαγγελτῆρά τε κύρτου φελλόν, καὶ δισσὰς σχοινοτραφεῖς σπυρίδας· καὶ τὸν
ἐγερσιφαῆ πυρὸς ἔγγονον ἐμφλογα πέτρον, ἄγκυράν τε νεῶν πλαζομένων παγίδα· πάντα ὁ γριπεὺς ἑρμῇ πέμπει ἐστρεμμένος ὕδασι
βρίθων πολλοῖς αἰθέριος καμάτοις, id eſt, Harundines acutas remumq; marinum ad curuatos hamos
eſcam, cuſpides ac lineam plumbatam in extremo, uaſculum piſcatorium, ſportulam, ac gemi-
nas fiſcellas ex iuncis. Præterea claram ignis flammam apud petram, ancoram & laqueum dum
naues errant, cadens autem piſcator umidus manum porrexit Mercurio, ac labans, multum æ-
ſtuat. *Subeas al.*] Neceſſe eſt ut uiciſſim modo auaritiæ, modo luxuriæ imperio obſequaris, &
illi inſeruias. *Ancipiti obſequio.*] Dubio, ambiguo, & incerto. neſcis enim cui potius obtempera-
re debeas. Ciceronem arguit Donatus, qui putet à Terent. primo dictum eſſe obſequium, cũ Plau-
tus & Neuius ante Terent. dixerint obſequium. *Nec tu c. ob.*] Quamuis inquit Perſius ſemel uel
iterum uitia ſuperaueris, nõ credas tamen te à ſeruitute peſſima uindicatum, cum catellæ ſis non D
diſſimilis, quæ abrupta cathena magnam cathenæ partem fugiendo trahere conſueuit, qua iterũ
ab inſequentibus capiatur. unde oſtendit uitia penitus eſſe eradicanda. Iuxta illud Orat. Scelerũ
ſi bene pœnitet Eradenda cupidinis praui ſunt elementa. *Obſtiteris.*] Repugnaueris, reluctaue-
ris. *Rupi iam uinc.*] i. à ſeruitute diſſolutus, & in libertatem reuocatus ſum. Orat. O toties ſeruus
quæ bellua ruptis, Cum ſemel effugit, reddit ſe praua cathenis? *Nam luctata.*] Refert rationẽ qua-
re ſe liberum dicere non debeat. nam ſicut canis abruptis uinculis magnam partem cathenæ ſecũ
trahit, nec eſt penitus libera: ita tu cum auaritiæ & luxuriæ imperium fugeris ſemel, ſeminariũ &
uitiorum radicem tamen retines, quibus præcordia tua lancinantibus te in libertatem minime re-
uocatum potes iudicare. *Nodum.*] Cathenam.

AELIVS ANTONIVS NEBRISSENSIS.

I puer.] Multo intolerabiliorem eſſe animi quàm corporis ſeruitutem exemplis oſtẽdit, quo-
rum primũ eſt, dicit quiſpiam dominus ſeruo ſuo. *O puer i.*] Vade. *Et defer ſtrigiles.*] Ferramẽ-
ta, quibus lauantes in balneis diſtringebantur. Martia. in diſticho, cuius index eſt ſtrigilis. Per-
gamus has miſit curuo diſtringere ferro: Non tam ſæpe teret linthea fullo tibi. *In balnea Criſpi-
ni.*] Ciuis cuiuſdã Romani. *Si increpuit.*] Si dñs cum crepitu intonuit. *O nugator*] O ſerue ne

A quam & inutilis. *Ceſſas.*] Immoraris. unde ſerui ceſſatores uitioſi habentur. *Seruitium acre.*]
Dura ſeruitus. *Nihil impellit te.*] Non mouet ac perturbat te. q. d. neceſſe eſt moueat te. *Nec quic
quam.*] .i. nulla res. *Intrat extrinſecus.*] id eſt ab extra. hoc eſt à domino minitante. *Quod agitet
neruos.*] Hoc eſt uires tuas interiores labefactet. ac ſi dicat neceſſe eſt aliquid tale penetret in ani-
mum tuum. poteſt & enunciatiue legi, ſed fortius argumentum, ſi interrogatiue legatur, ideo ſub
dit. *Sed ſi intus, &c.*] Pro id eſt. *In iecore.*] ſ. tuo. ubi ſedes omnium cupiditatum. *Aegro.*] Vi
tioſo, & perturbationibus animi infecto. *Naſcuntur domini.*] Vitia quæ tibi dominantur & impe
rant. *Qui.*] Quomodo. *Exis impunitior.*] Euadis minus punitus. *Atq; hic*] Quàm hic. atq;
enim pro quàm ſæpe accipitur. *Quem ſcutica.*] Flagellum. quanquam ſcutica leuius eſt flagello.
Horatius, primo Sermonũ. Nec ſcutica dignum horribili ſectare flagello. *Et metus herilis.*] Heri
ac domini ſui, actiue hoc eſt quo dominus à ſeruo timetur. *Egit ad ſtrigiles*] id eſt impulit ad ſtri
giles in balnea deferendas. *Mane piger.*] Alterum exemplum quo demonſtrat quàm acerbi &
importuni ſunt domini interiores, & primo quo pacto auaritia & luxuria diſtrahant atque in
partes diuerſas rapiant incontinentium animos. *Tu piger.*] Si tu ocioſus & ſecurus. *Stertis ma
ne.*] In multam diem dormis. *Auaritia.*] Quaſi domina quædam imperioſa. *Inquit ſurge.*] Eia
ſurge. nam eia exhortantis ſimul & inſtantis eſt. *Negas.*] Si negas te uelle ſurgere. *Inſtat.*] ſ. a-
B uaritia. & inquit identidem ſurge. Et ſi dicis, *Non queo.*] Subaudi ſurgere, auaritia quarto repe
tit inſtando ſurge. *En quid agam.*] Dicit ille ſomno languidus, nihil opus eſſe illi ſurgere cum ni
hil habeat quod agat. ad quem auaritia, quid agas inquit, rogitas? *Aduehe Ponto.*] id eſt, naui-
bus ex Ponto regione aſiatica porta. *Saperdas.*] Piſces peſſimos inquit Feſtus, quanquam à ſapo
re deduci uideantur. Iulius Pollux in genere thynnorum ponit ſaperdas. *Caſtoreum.*] Teſticu-
los fibri pontici. Vergilius primo Geor. uiroſaq; Pontus Caſtorea. & Iuuenalis. Imitatus caſtora
qui ſe Eunuchum ipſe facit, cupiens euadere damno Teſticuli. *Stuppas.*] Linum uel canabem.
Hebenum.] Lignum cuius materia nigra eſt, hiſpane dicitur hebenum. Vergilius ubi ſupra. Iudia
nigrum fert hebenum. *Thus.*] Ex Sabæa regione Arabiæ. ut Vergilius ibidem. molles ſua thu-
ra Sabei. *Coa lubrica.*] Vina ex Coo inſula, quæ uim habent laxandi uentrem. nam ut Horatius
inquit, ſi dura morabitur aluus, Mitylus & uiles pellent obſtantia conchæ, Et lapathi breuis her-
ba, ſed albo non ſine Coo, id eſt, albo uino Coo utendum eſt. *Et primus.*] Ita ut nullus alius præ
ueniat te. *Tolle piper recens.*] id eſt, recenter aduectum. *Ex camelo ſitiente.*] Quoniam piper ex
India per deſerta etiam nunc camelis aduehitur, qui ut ait Plinius, quatriduo ſitim perferunt.
Verte aliquid.] id eſt, merces noſtrates peregrinis mercibus permuta. *Iura.*] Subaudi falſo,
quod mercatorum eſt proprium. *Sed Iuppiter audiet.*] Subaudi me peierantem dicit piger, ad
C quem auaritia. *Eheu uare.*] id eſt, o ſtulte & à uia recta diſtorte. nam id ſignificat uarus ut ſæ-
pe diximus. *Si tendis.*] id eſt, perſeueras. *Viuere cum Ioue.*] id eſt, ſecundum præcepta reli-
gionis quæ nos iurare uetant. *Perages.*] id eſt, uiues. *Contentus terebrare ſalinum*] Vaſculum
ſalis, per quod uictum tenuem intelligimus. ut ſupra. purum & ſine labe ſalinum. digito terebrare
dicit, quia cum parum ſalis eſt in fundo ſalini, digito illud contrahimus. & uidemur ſalinum qua
ſi terebra perforare. *Iam puer is.*] Perſuaſus ab auaritia quod agat oſtendit, quoniam ſpreta
luxuria nauigat. *Iam puer is.*] id eſt, ſeruus uadis quoniam auaritiæ obtemperas, nam puer a-
liquando ætatem aliquando conditionem ſignificat. *Et ſuccinctus.*] id eſt, expeditus. *Aptas
ocyus.*] id eſt, cito paras. *Pellem.*] Veſtem nauticam ex pellibus factam ſiue ſtragulum pelli-
ceum. *Et œnophorum.*] Vas uinarium. *Ad nauem.*] Subaudi perferenda. *Nihil obſtat*] id
eſt, nihil impedit te. *Quin rapias Aegeum.*] ſcilicet mare cycladibus ſparſum. ut dicit Vergilius.
Trabe uaſta.] id eſt, naue quæ trabibus conſtat. *Niſi luxuria ſolers.*] id eſt, diligens ad perqui-
renda ea quæ uoluptuoſa ſunt. *Ante.*] id eſt, prius quàm incipias nauigare. *Moneat te ſedu-
ctum.*] id eſt, ſeorſum & à conſpectu uulgi ſeparatum. ſed cur ſeductum? quia uidelicet aliquid di-
ctura eſt quod illum pudeat coram aliis audire. *O inſane quo deinde ruis.*] id eſt, præcipitanter &
inconſiderate tendis. *Quid uis?*] id eſt, quid quæris tibi. *Maſcula bilis.*] id eſt, fortis & uali-
D da inſania. nam ut diximus, bilis inſaniæ ſedes eſt. *Intumuit.*] id eſt, increuit. *Sub pectore ca-
lido.*] id eſt, quod te incitat ad nauigandum feruore quodam, ac ſi dicat. ſcias te inſaniæ morbo la
borare, qui multa cicuta uix poterit purgari. ideo dicit. *Quam.*] ſcilicet bilem. *Vrna cicutæ*]
Cuius uis tantæ frigiditatis eſt ut extinguat. ſed tuus calor maior eſt. *Tun mare?*] Luxuria uo-
lens in ſententiam ſuam incontinentem trahere, primo deterret illum à labore, deinde hortatur
ad uoluptatem dicens. *Tun.*] Pro tu ne. *Tranſilias mare.*] id eſt, nauiges & traiicias, ubi
tot tantaque pericula ſubiturus es. *Et cœna ſit tibi.*] id eſt, ubi cœnaturus es. *In tranſtro.*]
Trabe illa tranſuerſa, cui innituntur remiges cum ictu remorum impellunt nauem, qua cum cœ
nant utuntur pro menſa. *Fulto torta canabe.*] id eſt, ſuſtentato fune ex materia canabina. to-
ta enim nauis atque ex conſequenti tranſtrum funibus anchorariis ſuſtentantur. *Et obba ſeſ-
ſilis.*] Vas cuius fundus eſt latior. dicta ſeſſilis à ſedendo, ſicut lactuca ſeſſilis à Vergilio, in Pria-
peia dicitur, quæ folia ſuper terræ faciem expandit. *Exhalet tibi.*] id eſt effundat. *Rubellum Ve-
ientanum.*] id eſt, uinum ex uuis rubellanis quæ abundant Veiis oppido non longe ab urbe Ro-
ma. Martialis. Sed Veientani bibitur fæx craſſa rubelli. Columella libro quarto, Veientana inquit
uua non ita rubet ut aminea, à quo colore rubellanæ nuncupantur. eædemq; fæceniæ quod plus
quàm cæteræ fęcis habeant. *Læſum pice.*] id eſt, uitiatum & corruptum. quia omnia condimen-
ta

ta uinum naturale corrumpunt. *Pice napida.*] Id eſt inſipida & quæ uini ſaporem facit euane- A
ſcere, quod maxime ut inquit Plinius, pix ex Hiſpania facit. *Quid petis.*] Tantis te laboribus ex
ponens. *Vt nummi peragant.*] id eſt impleant. *Deunces auidos.*] id eſt, undecim partes ex ſum-
ma equeſtri quos tu aues & cupis. *Sudore.*] id eſt, tuo immodico labore nauigando. *Quos*] ſ.
nummos. *Nutrieras.*] Id eſt auxeras. *Hic.*] Romę ſiue in patria. *Quincūce modeſto.*] .i. medio
cri aut honeſto lucro. ac ſi dicat. melius fuerit quincūcem Romæ lucrari ſine labore, quàm deun-
cem hoc eſt duplum & eo amplius nauigationis labore. *Indulge genio.*] Ad uoluptatem luxuria
hortatur dicens. Da operam genio, id eſt uoluptati. Eſt autem genius deus generationis uel po-
tius ut Marnanus Capella inquit, quod cum primum quis genitus fuerit mox eidem copulatur.
placabatur autem floribus, ut eſſemus memores breuitatis uitæ, quæ per flores ſignificatur. hinc
dare operam genio dicimur, id eſt uoluptati, quia ut ait Martialis, Ipſe iubet mortis nos memi-
niſſe deus. *Carpamus dulcia.*] id eſt, arripiamus uoluptates. *Noſtrum eſt quod uiuis.*] Martia-
lis. Et ſolum hoc ducas quod fuit eſſe tuum. unde ſequitur. *Cinis & manes.*] In quæ homo poſt
mortem reſoluitur. *Et fabula.*] .i. ea quæ poetæ de mortuorum laruis fingunt. Horat. i. Car. Iam
te nox premet fabulæq; manes. uiue memor quàm ſis æui breuis. *Fugit hora.*] Tempus cito la-
bitur. *Quod loquor.*] Dicit luxuria. *Inde eſt.*] Ex fuga temporis. Horat. Dum loquimur fugit in B
uida ætas. *En quid agis.*] Verba ſunt poetæ inſtantis ei qui in deliberatione poſitus eſt, ſequatur
ne auaritiam an luxuriam. q. d. difficilis eſt deliberatio. *Sequeris hunc dominum.*] .i. auaritiam.
An hunc.] .i. luxuriam. *Nam ſcinderis.*] .i. diſtraheris. *In diuerſum.*] .i. partes diuerſas & cōtra
rias. *Duplici hamo.*] Quaſi piſcis qui duobus piſcatoribus hamo diſtraheretur. *Nam oportet.*]
.i. neceſſe eſt. *Vt tu alternus ſubeas.*] .i. alternatim & uiciſſim dominis ſuccedas. *Ancipiti obſequio*]
.i. dubio ſeruitio, quoniam alterutri ſeruiendum eſt, cum ſimul ambobus ſeruire non poſſis. *Et
alternus oberres dominos.*] .i. alternatim ſequaris dominos illisq; obedias. *Nec tu cum ſemel.*] Sen-
ſus eſt. non ſufficit ſemel à uitijs conuiuiſſe ſe, cum una dies non faciat hominem felicem aut mi-
ſerum. *Nec tu dicas ego rupi iam uincula.*] .i. expediui me à ſeruitio uoluptatis aut auaritiæ. *Cum
ſemel obſtiteris.*] .i. cum ſemel reſtiteris animi perturbationibus. *Et negaris parere.*] .i. obœdire
imperio illius uitij dominantis tibi. *Et inſtanti.*] .i. inſtanter tibi imperanti. Nā hoc facere nō eſt
uendicare ſe in libertatem, quemadmodum nec canis cum rupit cathenam qua tenebatur, ſi par
tem cathenæ trahit poſt ſe qua poſſit apprehendi atq; iterum uinciri. ideo dicit. *Nam canis lucta-
ta.*] id eſt, repugnans & rebellans. *Abripit nodum.*] id eſt, frangit & tollit ſecum partem cathenæ
qua erat ligata. *Attamen cum fugit, longa pars cathenæ.*] Qua erat uincta. ſubaudi pendet à collo.
Trahitur illi.] id eſt, ab illa cane. C. *Ancipiti obſequio.*] Obſequium non id ſignificat, quod C
uulgus putat. Exiſtimat enim ſeruitium, beneficium, & operam, & famulandi munus ſignificare.
Verum non ita eſt. Significat enim nimiam quandam in ferendis hominum uitijs patientiam &
indulgentiam quæ nō procul abſit ab aſſentatione. ſic enim Terentianū illud intelligendū eſſe do
cuit Cicero in Lælio, obſequiū amicos, ueritas odium parit. Moleſta, inquit, ueritas eſt, ſi quidem
ex ea naſcitur odium, quod eſt uenenum amicitiæ: Sed obſequiū multo moleſtius, quod peccans
indulgens præcipitē amicū ferri ſinit. Itemq; paulo poſt, In obſequio autē (quoniam Terentiano
uerbo libenter utimur) comitas adſit, aſſentatio uitiorū adiutrix, procul amoueatur, quæ nō mo
do amico, ſed ne libero quidē digna eſt. Ex his uerbis Quint. Donatus, & hos ſecutus Perottus, exi
ſtimarunt Ciceronē putaſſe, obſequiū, à Terentio primum inuentū & factum fuiſſe, idcirco eū re-
prehendunt, quaſi antiquitatis ignarū, cū præſertim Plautus & Neuius eo uerbo ante Terentium
uſi ſint. Sed longe mea quidē ſententia, errant, qui hoc tam inepte ne dicam falſo ex Ciceronis uer
bis colligunt. Quia dixit Cicero, Terentiano uerbo libenter utimur, tu efficies ex eo, Ciceronē ob
ſequiū à Terentio factū, opinatū fuiſſe? Dixit Terentianū uerbum, nō quod ille feciſſet, aut quo ne
mo ante Terentiū uſus eſſet, ſed quod Terētius uſurparat, quod triuerat, quo poſt eum nemo ad
id tempus uſus fuerat. Deinde ſi Lælij perſonam reſpicias, cui Terentius ita fuit familiaris, ut eius
comœdiæ pleræq; ad Lælium referantur, uidebis eum ex quadam erga poetam beneuolentia, il- D
lud protuliſſe, quoniā Terentiano uerbo libenter utimur, quaſi diceret ſe libenter eis uerbis uti,
quæ ſe Terentius cōprobare uſu teſtaretur, ſiue alij uſi eſſent, ſiue non uſi: neq; enim quiſquam no
ſtrū eſt, quin dicat, hæc ſunt Vergilij aut Ciceronis uerba, etiam ſi ea neq; inuenerint neq; fecerint,
ſed tantū uſurparint. hæc eſt eius loci & controuerſiæ æquiſſima expeditio, atq; deciſio, ut Iuriſcō
ſultorum uerbo utamur. S.

ECPHRASIS MVRMELLII.

Si dominus increpando dixit, ſerue uade, & defer ſtrigiles ad balnea Criſpini, nugator, es tar
dus? dura ſeruitus nihil perturbat animum tuum, nec aliquid intrat extrinſecus, quod cruciet
mentem. ſed ſi domini naſcūtur intus, & in iecore uitijs corrupto, quomodo tu euadis minus pu
nitus, quàm hic puer, quem flagellum & metus domini impulit ad ſtrigiles in balnea deferendas?
Tu piger dormis mane, auaritia inquit ſurge, eia ſurge, ſi recuſas ſurgere, inſtat. & inquit ſurge. Re
ſpōdes tu piger, nō queo ſurgere. Auaritia. ſurge. Piger. En quid agam? Auaritia, quæris ne quid
agendum ſit tibi? En aduehe ex Ponto ſaperdam, caſtoreum, ſtupas, hebenum, thus, coa uina uen
trem laxantia. Tolle primus è ſitibūdo camelo recens piper. Muta aliquid, iura. Piger. Sed ſi peie-
rauero, Iupiter audiet. Auaritia, Heu heu ſtulte, minuſque recte ſentiens, ſi uis uiuere ex deo-

rum

A rum præceptis, perages uitam in magna rerum egeſtate, contentus terebrare digito ſalinum iterum iterumq́ gustatum. Poeta. Iam ſuccinctus aptas ſeruis tuis mãticam, & uaſculum uinarium. Curritur ocyus ad nauem, nihil obſtat, quin raptim nauiges Aegeum mare, niſi cauta luxuria moneat prius te ſecretum, idq́ mitioribus uerbis, deinde quaſi uirili furore intumeſcens, quem urna cicutæ non extinxerit, increpet. Inſane quo ruis? quo? quid tibi uis? Tu ne celeriter nauiges trans mare? nunquid cœna ſit tibi fulto fune nautico in tranſtro? & lata obba exhalet tibi uiliſſimum uinum uapida pice corruptum? Cur petis, ut nummi, quos nutrieras hic modeſto lucro, perficiant tibi magno labore grandes ſummas. quibus partis fias auarior? Vaca uoluptati, fruamur dulcibus & iucundis. nobis debes, quod uiuis. fies cinis, umbra & fabula. Viue memor mortis, hora celeriter præterit: hoc temporis, quod loquendo conſumo, eſt de ea. Poeta. En quid agis? ſcinderis duobus hamis in diuerſum. Sequeris ne hunc dominum, an hunc? Oportet ut uiciſſim ſeruiens incerto ſeruitio, modo ſubijciaris huic, modo illi, uiciſſimque dominis tuis apparẽs obedias. Et quamuis tu obſtiteris ſemel, ac recuſaueris obſequi inſtãti imperio, ne tamẽ dixeris, rupi iam uincula, & liber euaſi. Quemadmodum nec canis, ſi catenæ nodum luctando abruperit, quamuis fugiat, libera eſt, quia magnam partem catenæ à collo trahit, qua iterum paulo poſt capiatur. ſic tu ſi ſemel atq́ iterum uitijs obſtiteris, non propterea te ab eis liberum eſſe putes, cum ab illis non mul
B to poſt iterum illigeris.

SCHOLIA.

I puer.] Seruitutem corporis non tam grauem, quàm animi eſſe docet. Dicit enim, Si quid ab hero facere iuſſus ſis, hæc ſeruitus corporea, nihil animum tuum perturbat. at ſi animus tuus uitiorum ſeruitio ſubiectus eſt, uehementius angeris, quàm is qui metu uerberum hero paret. *Strigiles.*] Strigilis ſeu ſtrigila à ſtringendo. i. radendo dicta, eſt inſtrumentum ferreum, quo ſudantes raduntur in balneis ad detergendum ſudorem. *Mane piger ſtertis.*] Lepiſſime inducit auaritiam & luxuriam certatim hominem ad ſe allicientes. *En quid.*] En particula eſt interrogatiua, ſicut num, unde ecquis nunquis. *Saperdam.*] Saperda piſcis mali ſaporis, Græce σαπέρδης. Sunt qui tradunt eſſe genus conchæ parum boni ſaporis. *Caſtoreum.*] Medicamentum eſt è teſticulis caſtoris, quod uulgus beueriſſum uocat, hoc abundat Pontus teſte Vergilio. *Vare regustatum digito.*] Varus dicitur cui crura ſunt introrſum intorta. Transfertur hic ad animum. *Salino.*] Salem lingere dicuntur, qui perquàm tenuiter uictitant. *Calido ſub pectore maſcula bilis intu.*] Magis placet hoc ad ipſam luxuriam referri, quam imitatione Prodici ſophiſtæ, tanquam fœminam inducit. Eam nunc cum mitioribus uerbis hominem ab auaritia dimouere non potuerit, uirili ira commotam exclamaſſe dicit. Quo inſane ruis? & reliqua. Quod miror enarratores non animad-
C uertiſſe. *Cicutæ.*] Hæc enim herba maximam refrigerandi uim habet. *Veientanumq́ rub.*] Veientanum uinum peſſimi ſaporis in Veientano Hetruriæ agro naſcitur. Horatius. Qui Veientanum feſtis potare diebus Campana ſolitus trulla. Rubellum autem à rubro colore diminutiuum eſt, rubet enim Veientanum uinum. *Exhalet.*] Exhalando emittat. *Obba.*] Poculi lignei genus eſt obba, quæ cum fundo latiore ſit, eoq́ ſedere uideatur, recte ſeſſilis dicitur. *Quincunce.*] Quincunx quinq́ unciæ ſunt. *Auidos.*] Ab effectu quod faciant mortales pecuniæ auidiores, iuxta illud, Creſcit amor nummi, quantum ipſa pecunia creſcit. *Sudore.*] Nam qui minori lucro inhiant, maiores quoq́ labores ac pericula ſuſcipiunt. Quidam legunt ſudare, hoc eſt ſudando reddere, uel cum maiori ſudore diſcrimineq́ parare. *Deunces.*] Deunx undecim uncias cõtinet, quaſi una uncia ex aſſe dempta. *Indulge genio.*] Indulgere genio, eſt animo obſequi. Defraudare genium, negare naturæ quod appetit, Genialis dies lætus & uoluptuarius, Genialiter uiuere, molliter & laute. *Noſtrum eſt quod ui.*] Mihi debes uitam. nam citra uoluptatem, uita non eſt uita. *Cinis & manes.*] Illud affert ad perſuadendum, quod plerìq́ cantant è cyrenaica ſchola depromptum, Edamus & bibamus, cras enim moriemur. *Viue memor leti.*] Horatius in Sermonibus.

Carpe uiam, mihi crede, comes, terreſtria quando
D Mortales animas uiuunt ſortita: neq́ ulla eſt,
Aut magno, aut paruo leti, fuga. quo bene circa
Dum licet, in rebus iucundis uiue beatus,
Viue memor, quàm ſis æui breuis. Martialis.
Frange toros, pete uina, roſas cape, tingere nardo:
Ipſe iubet mortis te meminiſſe deus. Idem.
Viue uelut rapto, fugitiuaq́ gaudia carpe. *Duplici hamo.*] Duplici captiuitate. Metaphora eſt à piſcibus ſumpta, qui hamo capiuntur. *Alternus.*] Per uices, modo auaritiæ, modo luxuriæ ſeruiẽs. Ouidius in Faſtis. Quærere ut abſumant, abſumpta requirere certant: Atq́ ipſæ uitijs ſunt alimenta uices. C. *Saperdam aduehe Ponto.*] Saperdam eſſe Ponticum obſonium, Athenæus libro terno ſcribit. Paulo poſt idem tradit, à quibuſdam coracinum dici Saperdam, qui in Mæotide habeatur optimus. Meminit Saperdæ Ariſtophanes quoq́ in Holcadibus. Quin & Saperdam pro apua inueterata, accipit Phocion, harundini inſerta, uti aſſolet nunc quoq́: ſed & pro ſuccidia & larido, quod Paphlagonibus londe dicitur. De Saperda ſiue coracino uide Paulum Iouium de piſcibus, cap. De coruo. Sed quia apuæ mentionem fecimus, ſciendum eſt apuam autore Feſto Pompeio, genus eſſe minimi piſciculi, ex quo fit ſalſamentum & muria, ut Plinius libro trigeſimo

primo

primo, capite octauo teſtatur. *Cinis & manes & fabula fies.*] Fabulam fieri eleganter docteq; uſur- A
pauit pro eo quod eſt, munijs uitalibus perfungi, & abire, ut Plautus inquit, in cõmunem locum.
Quin facetè luſiſſe putatur quidam non omnino malus, nec imperitus, Viuẽtes etiam num fabu-
lam eſſe. Quæ ſententia mirum eſt quàm graphicè noſtris nos pingat coloribus, quoniam uti fa-
bulæ nec uera inſunt nec uerisſimilia, compari modo uita noſtra nec ueritatis quicquam nec certi-
tudinis habet, niſi illud quo certius nihil, hominẽ bullã eſſe, ſed multo magis ſenẽ, ut M. Varro ait.

Daue cito, hoc credas iubeo, finire dolores
Præteritos meditor. crudum Chæreſtratus unguem
Abrodens ait hæc. an ſiccis dedecus obſtem
Cognatis? an rem patriam rumore ſiniſtro
Limẽ ad obſcœnum frangam, dum Chryſidis udas
Ebrius ante fores extincta cum face canto?
Euge puer ſapias, dijs depellentibus agnam
Percute. ſed cenſen plorauit Daue relicta?
Nugaris, ſolea puer obiurgabere rubra.
Ne trepidare uelis atq; arctos rodere caſſes:
Nunc ferus & uiolens. at ſi uocet, haud mora: dicas.
Quidnam igitur faciã, ne nunc, cũ accerſar, & ultro
Supplicet accedam? ſi totus & integer illinc
Exieris nunc nunc. hic hic, quem quærimus hic eſt:
Non in feſtuca lictor quem iactat ineptus.

ASCENSIVS.

Daue cito hoc credas.] Probat ut
dixi, exemplo ſtulte amãtuum eos
qui reſiſtere conſtituerunt paſſio-
nibus ſuis, nõ eſſe uere liberos do
nec perſiſtant, & ita ad imitationẽ
Horatij in ſecundo Sermonum, in
ſermone qui incipit, Sic raro ſcri-
bis, oſtẽdit alia genera ſtultorum,
ſcilicet amantium & ambitioſorũ.
Sumptus eſt autẽ hic locus ex co- B
mœdia Menandri, ex qua Teren-
tius in Eunucho cõſimilem locum
ſumpſit, ſed pro Chæreſtrato Phe
driam, & pro Chryſide Thaidẽ po
ſuit. Loquitur autem dominus a-
mator ad ſuum aut patris ſui ſer-
uum dicens, ſe uelle ab amoribus
ſuis expedire orta uidelicet occa-
ſione ex lite cum amica habita, id-
que dicit quaſi firmo propoſito & conſtanti pectore, à quo mox decidet. Ordo eſt. Chæreſtratus
adoleſcens ille amore captus, abrodens unguem crudum, id eſt, inſuetum ab ipſo meditante ro-
di, cum raro ſecum penſitet quid deceat, hoc eſt præter ſolitum incipiens cogitare diſſidium, ait
hæc ſupple uerba uidelicet. Daue ego iubeo, id eſt, uolo omnino, ut credas hoc quod nũc dicam.
Sæpe enim idem dixerat ſine effectu. ego meditor. i. cogito finire dolores præteritos. i. quales ha-
bui in amoribus præteritis. Nam quiſquis amores aut metuet dulces aut experietur amaros. O-
ſtendit autem quo firmius credatur habere propoſitũ cauſam cur cupiat deſinere amare, dicens. C
An ego ens dedecus. i. dehoneſtamentum & uituperium generis mei, obſtem. i. obſtaculum quã-
tum ad claritatem faciam cognatis ſiccis. i. ſobrijs. An ego frangam. i. dilapidem & cõſumam, ad,
id eſt apud, limen obſcœnum. i. obſcœnæ mulieris uidelicet Chryſidis meretricis. rem patriam. i.
patrimonium, à patre non à me partum, dum ego ebrius, canto ad fores Chryſidis udas, aut un-
ctas aut lachrymis perfuſas, aut conſputas ab ebrio, cum face extincta. i. aut conſumpta, dum ex-
cluſus ante fores cantat. ſicut Horatius cantatum dicit ante fores lydiæ, me tuo longas pereunte
noctes Lydia dormis? aut extincta ne uideatur ante domũ meretricis ſtare. Reſpõdet Dauus. O pu
er. i. ô filifamilias ô adoleſcens, euge (congratulantis eſt interiectio) q. d. gaude, ſapias. i. ſic faciẽdo
ſapiens ſis. percute. i. macta & occide, dijs depellentibus. i. qui depulerũt à te furorem amoris qui
putabantur gemini, agnam. i. ouem tenellam. Plautus autem in Menæchmis porculum ſacrificari
iubet ad furorem purgãdum aut amentiam amouendam. Et ſimiliter Horat. lib. ij. Sermo. dijs La
ribus dicens. Non eſt periurus neq; ſordidus, immolet æquis Hic porcum Laribus. Sunt ergo ua
rij depulſores crediti, ſicut noſtris tutelares diui. Statim autem lapſus eſt animus amantis ac dicẽ
tis. Sed ô Daue, cẽſen. i. cenſeſne, putaſne quod ſupple ipſa relicta à me plorauit. Reſpõdet Dauus.
O puer tu nugaris. id eſt, nihil proficies uideo, quia animus tuus illaqueatus eſt, tu labaſcis & ſen-
tis te uictum ſtimulis amoris, tu obiurgabere, id eſt, obiurgaberis & punieris ab ea quam reliqui- D
ſti, ſolea rubra, quia talem Chryſis meretricũ more habet, uel ſanguine tui capitis irrigata, quod
non placet, quia non eſt uerisſimile. Ne uelis trepidare. i. feſtinanter in eam inſultare, atq; ne uelis
rodere arctos caſſes, id eſt, ſtricta retinacula quibus te premit irretitum, hoc eſt noli more canum
diſſolui geſtientium, uincula tua mordicus rumpere, quia mox ſciens & uolens ſubmittes colla iu
go. noli ergo rodere caſſes arctos, ens nunc ferus & uiolens, quia excluſus es. At, id eſt, ſed ſi ipſa
ſupple uocet te ſupple, haud. i. non uel nulla mora. ſupple eſſet, quin ſupple dicas deliberabundus
ſcilicet: Igitur quia excluſus ſum & me reuocat. Quidnam faciam? q. d. quia excluſit me meruit re-
linqui. ſed quia reuocat. amplecti. Deinde ironice dicit. Næ, id eſt certe, ego accedam nunc, cũ ſup-
ple ita ſit quod accerſar, id eſt, uocer ab ea, & cum ſupplicet ultro, id eſt, non requiſita à me. Quam
ironiam intelligens auctor dicit. Si totus, &c. Et ſic næ acciperetur ſicut in prima ſatyra ubi dicit.
Næ mihi Pulydamas aut Troiades Labeonem Prætulerint. Aut accipiamus ne pro non. ut ſit non
accedam ne nunc quidem cum accerſor, id eſt, uocor ab ea. & cum ſupplicat ultro, aut legatur nec
ut ſit, id eſt, nec nunc, id eſt, ne nunc quidem cum accerſor, &c. ſed quia uulgo legitur accerſar &
ſupplicet, exponam priore modo. Ad quod poeta. Si tu qui te liberum & firmum propoſitum ha-
bere ſimulas, exieris illinc, id eſt, à domo meretricis, ipſa ſupplicante & te blande reuocante, to-

A tus & integer.i. nulla affectione commotus, nunc nunc, id eſt præcipue nunc. id eſt, in hoc articu-
lo, & hic hic. hic inquam, id eſt huiuſmodi eſt quem quærimus, id eſt, qui uere liberatus à ſeruitu-
te animi dici poſſet, non quem lictor, id eſt, miniſter prætoris, ineptus ad libertatem ſupple dan-
dam, ut qui ignorat, quid ſit uere liberum eſſe, iactat, id eſt, iactanter oſtentat populo tanquam li-
bertatem conſecutum, in feſtuca, id eſt, quam illi inijcit, aut in uindicta prætoria hoc eſt uirga qua
prætor in confirmanda libertate utitur.

IOANNES BRITANNICVS.

Daue cito hoc cre.] Proponit nunc exemplum, quàm non ſuæ poteſtatis ſit qui amat. hoc to-
tum comicum eſt. Ordo eſt, Chæreſtratus abrodens crudum unguem ait hæc: Daue iubeo cito
credas hoc. *Iubeo.*] Volo. Virgil. Infandum regina iubes renouare dolorem. *Finire dolores*]
æmulatio eſt horatiana. An ne prius mediter finire dolores. *Præteritos*] Quos ante hac perpeſ-
ſus fuerat. *Chæreſtratus.*] Nomen fictum. *Siccis cognatis.*] Sobrijs. Horat. Forum putealq; li-
bonis Mandabo ſiccis. *Limen ad obſcœnum.*] In domo meretricia. *Ad.*] Ad & apud accuſatiuæ
ſunt præpoſitiones. Sed apud ſemper in loco ſignificat. ad & in loco, ut ſum ad ignem, & ad locũ.
ut ad urbem propero. *Obſcœnum.*] Deductum eſt (ut Varroni placet) à ſcæna, quod ibi omnia
turpia fierent & dicerentur. ut Pompeius uero ſcribit ab oſcis quibus frequentiſſimus fuit uſus li-
B bidinum ſpurcarum. unde & uerba impudentia appellantur obſcœna, quæ dictio b tamen rece-
pit euphoniæ cauſa. *Limen.*] Dicitur quod ingredientibus & exeuntibus tranſuerſum ſit. nam
limus obliquum & tranſuerſum ſignat. *Frangam.*] Abſumam, dilapidem. *Chryſidis.*] Nomẽ
meretricis. *Vdas.*] Meretricis ſordibus. *Extincta cũ face.*] Horatius. Ebrius & magnum quod
dedecus ambulat ante Noctem cum facibus. *Extincta face.*] Sine aliquo lumine. ne à tranſeunti
bus cognoſcatur. *Euge.*] Interiectio eſt oſtendentis lætitiam. lætatur enim dominũ ſuum conſi-
lium capere de meretrice relinquenda. *Puer.*] Obſeruandum eſt ſeruos ab antiquis pueros eſſe
appellatos. Eſt igitur ſenſus. Lætare puer. i. qui modo ſeruus eras. *Sapias.*] Sapiens quidem eris
& ideo liber. nam ut Stoicorum eſt ſententia nemo præter ſapientem liber eſt. *Sed cenſen.*] Mo-
rem amantium expreſſit, qui quod modo damnarunt, idem rurſus laudant. ex quo innuit aman
tem ſeruitute non carere. *Nugaris.*] Nunc domino ſeruus eſt ſapientior, quia non amat. Nuga-
ris ideo dixit, quia eum à propoſito declinare uidet. *Solea puer obiurgabere.*] Aemulatio eſt Terẽ
tiana. Eludet ubi te uictũ eſſe ſenſerit. ſic Iuue. Et ſolea pulſare nates. *Obiurgabere.*] Pulſabere. ſed
proprie obiurgari eſt poſt factum turpe caſtigari: moneri uero eſt ante commiſſum. auctor eſt Fe-
ſtus. Solea hoc loco ea dicitur quæ pedibus ſubijcitur. genus eſt piſcis. Item materia robuſta, ſu-
per quam paries craticius extruitur. *Ne trepidare uelis.*] Irridet ſeruus eum qui tanta animi ala-
C critate pollicetur ſe relicturum meretricem, cum amor res ſit, quæ ratione regi non poteſt. *Ne
tre. ue.*] Noli tanta animi concuſſione moueri in amittendo ſcorto. *Trepidare.*] Feſtinare. Virgi
lius. Dum trepidant alæ. *Arctos caſ.*] Satis apte amorem retibus comparauit, ſumptum eſt à fe-
ris, quæ irretitæ dentibus caſſes rodunt. *Quidnam igitur.*] Hoc totum comicum eſt. ſumptum ex
Eunucho Tere. Imitatio eſt Horatij in Satyris. *Igitur.*] Pro deinde. expreſſio enim eſt amãtis qui
ſecum multa diſputat. *Ne nunc cum accerſor.*] Aliqui legũt nunc nunc cum interrogatione, ut ui-
deatur dubitare an redeat. Aliqui uero ne nunc. quod ſi ita accipias, ſermo erit affirmatiuus. & ne
pro non intelliges, ut ſit imitatio Horat. Nec nũc cum me uocet ultro Accedam. *Si totus & integer
illinc Exieris.*] .i. ſi te ex amore penitus ſubtraxeris, tunc te ſapientem liberumq; fatebor. non au-
tem eum qui manumiſſione libertatem accepit à domino. *Quærimus.*] Ideo dixit, quia à Stoicis
diu quæſitum eſt quem ſuæ poteſtatis poſſent dicere. *Non in feſtuca.*] .i. hic quidem liber eſt qui
huiuſcemodi cupiditates fugit, non autem is qui feſtuca. i. uindicta liberatur à prætore. cum præ-
toris non ſit ut dictum eſt, animi libertatem hominibus dare. *Lictor ineptus.*] Epitheton eſt licto
rum. *Iactat.*] Oſtendit populo in manumiſſione tactu uirgæ, ita iubente prætore.

IOANNES BAPTISTA.

Daue ci. b. crẽ.] Vt amantes exemplo eſſe ſeruos doceat, Chęreſtratum iuuenem amore captũ
D cum ſeruo loquentem induxit, qui meretricios amores ut ærumnoſos, & infames relinquere me-
ditetur, quod totum ſumptum eſſe ex Menandro quis ignorat? ut demonſtret non ſine puluere
immò nũquam homines poſſe ſua ueſtigia penitus reuocare à uitijs, ad quæ adeo ſumus fragiles
& propenſi, ut nullus quidem mundus à peccato, ne ſi unius quidem diei fuerit uita eius. auctor
Hieronymus. *Iubeo.*] Volo. Terent. Chremetem iubeo. *Meditor.*] Cogito. Orat. Neſcio quid
meditans nugarum. Ter. Meditata mihi ſunt omnia mea incommoda. aliàs exerceo. Ora. Diluuiẽ
meditatur agris, in cuius loci interpretatione Porphirionis uiri alioqui eruditiſſimi doctrinam
cum diligentia deſideramus. *Finire dolores præteritos.*] id eſt, quos amore captus tolerare, & pa-
ti coactus ſum. miſeri enim ſunt amantes, & multis cruciabilitatibus impatibilibus torquentur,
cruciantur, agitantur, ſtimulantur, & in rota amoris uerſantur, qui, ut uere inquit Plautinus ama
tor, apud homines carnificinam commentus eſt, qui, ut Plautus in Ciſtel. melle & felle eſt fœcun
diſſimus guſtu, dat dulce, amarum ad ſatietatem uſq; aggerit. Idem Plautus in Mercatore curam
& ægritudinem ſectari amorem memorat. & Apuleius ancillas Veneris ſollicitudinem atque tri-
ſtitiam eſſe autumat. Eſt enim amor omnis ſollicitus, & anxius. Quod uolens oſtendere Catullus
ſic cecinit. Spinoſas Ericina ſerens in pectore curas. *Chæreſtratus.*] Nomen amatoris fictum.
Abrodens crudum.] Indignantium, & iraſcentium mores expreſſit, qui ira correpti ungues denti-
bus

bus rodere conſueuerunt. *Siccis.*] Exercitis. Plaut. in Aſinria Siccum, frugi, continētem. Vel ſic A
cis, id eſt, ſobrijs. nam ſicut madidum ebrium luculenti ſcriptores appellant, & madere dicunt e-
brium eſſe, ita ſiccum ſobrium, & minime temulentum eleganter & ſcienter interpretabimur. *Ho
ſtem.*] Corrige obſtem. *Rem patriam.*] id eſt patrimonium, diuinas paternas. quas deuorare, &
obſumere uenerijs uoluptatibus ſolent amatores. Inde ſyrenes gallinaceos pedes habere finxerūt
poetæ, quia libidinis affectus omnia quæ habet ſpargit. Fulgentius de Veneri dedito loquens, pa-
trimonium enim inquit parentumq; cenſus illicite conſumebat. *Frangam.*] Diminuam, dilapi-
dem. *Ad limen obſcœnum.*] id eſt, in domo meretricis turpi, famoſa, & impura. unde dicatur ob-
ſcœnum diſputamus apud Martialem. *Chryſidis*] Meretricis nomen fictum ex τε. χρυσὸς enim. i.
aurum meretrices quærunt, & ab amatoribus eruſcant. unde decenter Apuleius (ut omnia) oſcu-
la meretricū in x. De Aſi. aureo poſciniūmia nuncupauit. *Vdas foret.*] Vnguentis amatorum de
libutas, ſordibusue meretricijs deturpatas, & coinquinatas, uel udas lachrymis meis. Ouid. Vda
ſit ut lachrymis ianua facta meis. *Extincta face.*] Ne à tranſeūtibus agnoſceretur. uel dixit ut mo
ram eius longiorem ſignificaret. Solebant aūt amatores quando ibant ad amicam facem ferre, ut
teſtatur & Propertius. Ebria cum multo traherem ueſtigia baccho, Et quaterent ſera nocte facem
pueri. Inde à Plauto ſcriptum eſt luces cæreū. *Ebrius.*] Temulētus. Orat. Ebrius ante fores (mag
num quod dedecus) ambulet ante Noctem cum facibus. *Euge puer ſapias dijs.*] Cecutiunt, & con B
niuentibus oculis pertranſeunt cōmentatores locū hunc, quem inter obſcuriores, & doctiores ſi
eius penita, & latens doctrina eruatur, annumerabimus. Adoleſcens ut quidam ſceleroſum amo-
rem execratus, & mentē bonā exoptans, conſuluit pręcipuū eſſe placare Macariā, cui, ut Plato in
Pulchro meminit, Herculis filiæ ſacrificabāt ad expiādum ſcelus, de qua fit mētio & in prouerbijs
Græcis, ſunt qui intelligūt deos depellētes, Anterota numē amori refractariū, eūq; fugans: quibus
obſtat quod deos numero multitudinis nō aūt deū dixerit. at ego cum Ioāne Baptiſta Pio, quem
etiam habeo præceptorem ueluti Africā ſemper aliquid noui afferentem, Caſtorem & Pollucē de
os Græca uoce anacas hoc eſt auerruncos nominatos, ſuſpicor Latine Perſiū uocitare depellen-
tes, quod ingruens damnū auertant. quæ opinio ut alicuius ſcriptoris claſſici auctoritate fulcia-
tur, Plutarchi uerba ſubſcribemus, qui de ancilijs in Numa loquens ad hunc modū diſſeruit. Eas
autem peltas ancilia propter figurā uocant. Circulus enim nō eſt, neq; ueluti pelta circumferenti
am reddit, ſed exciſuram habet lineæ helicoidis, cuius apices curuaturā habentes, & denſitate in ſe
conuerſæ figuram ancilij faciunt. aut propter ἀγκῶνα. i. cubitum ad quem circūferuntur. hæc. n. lo
bas inquit, cupiens nomen à Græco deducere, poſſet etiam primum hoc cognomē ab eo uel mo-
tu, uel impetu deſcendere, qui ἀνέκαθεν. i. ſuperne, factus ſit. ſiue ab ægrotantiū curatione, quæ ἄκεσις
dicitur: uel ab αὐχμῶν λύσεως hoc eſt ſiccitatū ſolutione. Præterea à triſtiū amotione, quā anaſcheſin
uocant, ex quo Caſtorē, & Pollucē Anacas Athenienſes appellant. *Sapias.*] .i. ſi ſapias. Verg. in C
v. Tu quoq; magnā Partē opere in tanto, ſineret dolor, Icare haberes. pro ſi ſineret. ſępe enim per
defectionem ſi ſubauditur, quod & Priſcianus lib. xviij. De conſtructione ſubiunctiui annotauit.
Sed cenſen Daue.] Loquitur Chæreſtratus in hunc ſenſum, Credis ne amicam meam Chryſidē eſſe
lachrymas daturā, ſi illam deſeruero ex quo oſtendit ingenioſe amentiū amānum inconſtantiā,
& ſeruitutē, cum ſubito arriſu ad amorē retorti reconciliari, & quod prius exprobrauerūt, rurſus
laudare cogantur. amor enim nō ultroneus ſed uiolentus eſt, ut ſcribit Xenophō. *Daue.*] Getas
à Romanis dici Dacos Pli. prodidit, qui alio nomine dicūtur Daui. hinc ſerui nomine Daui in co
mœdijs introducūtur. *Nugaris.*] Inquit ſeruus domini deridens inſaniā. amētes enim fere amā
tes ſunt. Seneca. Amare & ſapere uix deo cōceditur. unde amantes peculiari epitheto amentes à
poetis nuncupantur. Auſonius. Myrteus amentes ubi lucus opacat amantes. Apul. in Apo. Excan
tata uecors amens amans. ſic & alius. Nulla enim magis uertūt hominum medicamina mentes,
nec magis eſt ullum carmen & herba potens q̄ amor. *Obiurgabere ſo. rub.*] Caſtigabere, & ſolea
pulſabere. quod ſolet ijs euenire, quorū animus ſemper apud mulieres occupatus eſt. Iuuenalis.
Et ſolea pulſare nates. Teren. Vtinam tibi commitigari caput ſandalio uideam. Quid aūt ſit ſolea
docet A. Gellius lib. xij. cuius confectores uocabulo Plautino dicuntur ſolearij. Soleatos ſoleis cal D
ciatos uocant. apud Sueto. ſolea accipitur pro calciamento iumentario, qui ſcribit Neronem nū
quam feciſſe iter carucis minus mille, ſoleis mullarum argenteis: quem ut tradunt hiſtorici, uxor
Poppea hac inſania uerius q̄ magnificentia ſuperabat calciando iumenta ſoleis aureis. ex quo
eſt illud Plin. ex xxxiij. noſtra ætate Poppea coniunx Neronis principis delicatioribus iumentis
ſuis ſoleas ex auro induere ſolebat. de ſoleis piſcibus Ariſt. Plin. lib. ix. Apitius, cæteri. eſt & robu-
ſtea materia, ſuper quam paries craticius extruitur. De piſce Plin. libro xxxij. Lieni medetur ſo-
lea piſcis. hanc Græci uocant bugloſſon, ut arbitratur Hermolaus, hoc eſt bouis linguam. *Ne tre
pidare uelis.*] Subſanāt, & irriſione proſequitur dominū ſeruus, qui feſtinanter, & trepide amoris,
cuius eſt ſeruus, iugū, & ſeruitutem exuere pollicetur, cum amor domari nō poſſit, & difficile ſit,
ut canit Catullus, ſubito longum deponere amorem, cuius ferocia, leonina ui eſt aſperior, ut ca-
nit in his Epicharmus ἔρως λεοντείαν δύναμιν ἔχει. i. amor leonino robore pollet. amor inquit Plato
in ſympoſio eſt magnus, & apud deos, hominesq; mirandus, qui ut canit Propertius, & cœlum &
terras, & maria alta domat, de quo cecinit Ouid. Tu ſuperos ipſumq; Iouem, tu numina ponti Vi
cta domas. Quem Cecil. qui deum non ſummū putet, aut ſtultū, aut rerū eſſe imperitū exiſtimat.
Cyrus apud Xenophontem amorem oſtendit igne eſſe longe potentiorem, quòd ignis urit homi

A nes tangentes,at amor formæ eos etiam accendit,qui procul ſpectant in tantum ut ardenter æſtu-
ent.Remedia contra amorem his uerſibus continentur ἔρωτα παύει λιμὸς, εἰ δὲ μὴ, χρόνος· ἐὰν δὲ μηδὲ ταῦ-
τα τὴν φλόγα σβέσῃ, θεραπεία σοι τὸ λοιπὸν ἡ βρόχου ἀρτὴ,id eſt,aligerum fames amorem:Hoc ſi non ſuperat
domabit ætas,Quæ ſi nõ rapidum fugabit ignem Nodatum ſupereſt medela collum . Docet autẽ
Perſius omnia,& præcipue maxima,ſpatio & mora tractanda.habent enim paruæ cõmoda ma-
gna moræ.nam quod ratio nequit,ut ait Seneca,ſæpe ſanauit dolor:Qui magna moliũtur ſemper
cunctari ſolent. hinc ille φεῦ γὰρ ἐνδὺς πρᾶγμ᾽ ἀνὴρ πράττειν μέγα.Moram laudabat & Apollonius autu-
mans cauti,temperatique uiri eſſe tardius ad illa deduci,quæ facere ſibi licet,auctor Philoſtratus.
unde merito ergo dicit ſeruus ut pote domino prudentior,ne trepidare uelis.i.feſtinare.Feſtina-
tio inquit Fabius apud Liuium improuida eſt & cæca,& idem temeritatem præterquã quod ſtul-
ta ſit infelicem etiam demonſtrat. *Arctos caſſes.*] Pedicas,& laqueos quibus amantes illaquean-
tur,quibus Iupiter apud Apul.ſe captum fœdatumq́ à filio Cupidine indolenter affirmat. *Nũc
ferus & uiolens.*] Scribit Hieronym.in primo contra Ioui.quod amor turbat conſilia,à magnis co-
gitationibus ad humillimas detrahit,& homines querulos, iracundos,temerarios,dure imperio-
ſos,ſeruiliter blandos facit.Apud Plat . tota amoris inſectatio poſita eſt,& omnia eius incommo-
da,Lyſias explicat. *Quid nam igitur faciam?*] Verba ſumpta ex Eunucho Terẽtiana,ubi igitur pro
B deinde poſitum interpretatur Donatus. *Vocet.*] Meretrix,quæ τῶν κακῶν ἐστι θησαυρὸς,id eſt, ma-
lorum eſt theſaurus,ut inquiunt Greci. *Ne nunc.*] Cum affirmatione legendum,ut ſit ſenſus ſe
ad meretricem etiam ſi obſecret non reuerſurum.quod ſumptum eſt ex Terentio,apud quem lo-
quitur Phedria.Non eam ne nunc quidem cum accerſor ultro.& eſt imitatio Oratij qui. ij. Serm.
ſic ſcribit.Nec nunc cum me uocet ultro Accedam.Alij legunt nunc nunc,percunctatiue,ut an re-
deat ad meretricem dubitare uideatur. *Totus & integer illinc exieris.*] Senſus eſt ſi te penitus ab
amore meretricio,& animi ſeruitute liberaueris,& ad unguem diſſolueris te liberum , & ſapiẽtem
iudicabo. *Totus & integer.*] Nullo amoris relicto ſeminario,cupidinis ſcintilla, quæ teneat tur-
bet,& animum tuum dilaniet. *Quem quærimus.*] Scilicet liberum,& ſapientem , quem diu Stoici
quæſiuerunt. *Non in feſt.*] Senſus eſt , ambitioſum ex manumiſſione minime ueram conſequi li-
bertatem,quoniam ab ambitione ſuperatur.à quo enim quis ſuperatur huius & ſeruus eſt,inquit
Pelagius.& eſt ordo.Ille palpo quem,&c.non habet ius ſui in feſtuca,quam.qui aliter ordinant,&
accipiunt hallucinantur.ſignificauit autem hic poeta diligentiſſimus manumiſſum hominem ex
uetere conſuetudine.Eſt enim à Plutar.proditum in libello,de his qui ſero puniuntur à deo,mo-
rem fuiſſe Romanis ubi quempiam manumitterent , ut eius corpori tenuem feſtucam inijcerent,
ex quo illud Plautinum.Quid ea ingenua,an feſtuca facta? ſerua an libera . Feſtuca autem dicitur
C & arboris nouellæ omninoq́ infantis cuiuſq́ ſati pullulus ut Auguſtino quoq́ placet. Fiſtuca ue-
ro unde fiſtucato ſpiſſare apud Victruuium,& Plin . & Cæſarem , in conſtructione pontis inſtru-
menti genus eſt,quo figuntur panguntur q́ in terram ſublicæ,paliq́. De lictore,quæ traduntur à
Liuio,Plutar.A.Gellio,Tyrone Tullio,cæteris,omnibus patent.

AELIVS ANTONIVS NEBRISSENSIS

Daue cito hoc credas.] Aliud exemplum quod amantes ſerui ſunt,ex aliquo poeta comico ſum-
ptum,qui inducit Chæreſtratum quendam adoleſcentem Chryſidis meretricis amatorem de ami-
ca relinquenda cogitantem,quod tamen per inconſtantiam non perficit. *Daue.*] Seruum ſuum
aut patris Chæreſtratus alloquitur,quemadmodum apud Terentium in Eunucho Phædria Par-
menonẽ:& eſt ſimile uel potius idem argumentum utrobiq́.Credas cito hoc.quod ubi nunc di-
cturus ſum. *Meditor finire dolores præteritos.*] .i.amores unde plus doloris quàm uoluptatis per-
cipiebam,& cuius hæc ſint uerba ſubdit. *Chæreſtratus.*] Perſona comica amantis Chryſidem.
Abrodens unguem crudum.] .i.uiuum.quod faciunt meditabundi.ſic ſupra nec demorſos ſapit un-
gues.& Horatius primo Ser.Sæpe caput ſcaberet,uiuos & roderet ungues. *An ego dedecus.*] id
eſt,obprobrium & infamia familiæ noſtræ. *Obſtem cognatis.*] id eſt , non obediam propinquis
& amicis monentibus ut hanc meretricem relinquam? *Siccis.*] Ieiunis & ſobrijs,cum ego ſim
D ebrius amore meretricis.Horatius primo Epiſto.forum putealq́ Libonis mandabo ſiccis. *An
frangam rem patriam.*] .i.dilapidem patrimonium?Horatius.ij.Ser.poſtquam omnis res mea ianũ
Ad medium fracta eſt. *Ad limen obſcænum.*] .i.turpe.hoc eſt meretricis. *Dum ego ebrius.*] Contra
id quod dixit cognatis ſiccis. *Canto cum face extincta.*] Quam præferebat per noctem uiæ ducem
ſed iam conſumptam longa mora. *Ante fores udas.*] .i.humidas.unguẽtis.ſ.quæ illic fuderat, uel
potius lachrymis. *Chryſidis.*] Meretricis quam amabat. *Rumore ſiniſtro.*] .i.unde ſequitur & e-
manat per populum infamia. *Euge puer.*] Verba ſunt Daui gratulantis domino uolenti ſe in li-
bertatem aſſerere. *Sapias.*] Subaudi ſi.hoc eſt ſi uis ſapienter facere. *Percute agnam.*] .i.ſacrifi-
ca. *Dijs depellentibus.*] Subaudi morbum & inſaniam,quali tu nunc laboras. *Sed cenſen.*] Ver-
ba ſunt rurſus Chæreſtrati ad Dauũ. *Sed o Daue cenſen.*] Pro cenſes ne. *Relicta*] .i.Chryſis à me.
Plorabit.] .i.dolebit,quod illam reliquerim.ad quod ſeruus reſpondet. *Nugaris.*] .i.nugas agis
& deliras.nam nugari eſt nihil agere. *O puer.*] Hic nomen eſt ætatis,aut quod ſeruitute meretri-
cis tenetur. *Obiurgabere.*] .i.caſtigaberis ab illa cum ſenſerit te ſic amore ſui uinctum. *Solea ru-
bra.*] Quod ſolent iacere dominæ ſæuientes in ancillas.Iuuenalis.Et ſolea pulſare nates.quod de-
ſipis inde eſt. *Et tu nunc ferus et uiolens.*] .i.tanquam fera uiolenta,quæ incidit in retia. *Ne uelis
trepidare.*] .i.cum ſis uinctus ſicut ſupra de cane dicebat,noli reluctari. *Et rodere caſſes arctos.*] id

eſt

eſt,retia te arcte retinentia. *At ſi nocet.*] Iam quod ſequitur ad uerbum ex eunticho Terētij ſum- A
ptum eſt.quem locum elegantiſſime Horatii.quoq; ex carmine Iambico in Heroicum conuertit.
At ſi nocet.] Chryſis uel potius Bacchis terentiana. *Haud mora dicas.*] .i.ſtatim dices. *Quid nũ*
igitur faciam?] Verba ſunt deliberantis,atq; eius qui neſcit, quid potiſſimum ſequatur. *Nec nunc*
accedam.] Hanc partem uidetur eligere,ſed non perſtat per incontinentiam. *Cum accerſor.*] Vo-
cor ab illa. *Et ultro ſupplicet.*] .i.Non rogata à me ſupplicet mihi,nam id ſignificat ultro. *Si to-*
tus.] Verba ſunt Daui uel potius poetæ dicentis. *Si totus et integer.*] .i.nulla tui parte apud ami-
cam relicta. *Exieris illinc.*] .i.ex domo amicæ. *Nunc nunc.*] Subaudi es uere liber. *Hic hic.*].
Subaudi eſt ille uere liber. *Quem quærimus.*] De quo diſputamus. *Non in feſtuca.*] Non ea liber-
tate quam prætor domini rogatu ſeruo dedit. Nam quemadmodum ait Plutarchus in libello de
ijs qui ſero puniuntur à deo,mos fuit apud Romanos ubi quempiam ſeruum manumitterent, ut
eius corpori tenuem feſtucam inijcerent,unde illud apud Plautum in Milite. quid ea ingenua au
feſtuca facta.dicit igitur. *Non in feſtuca quam lictor ineptus.*] .i.prætoris miniſter non aptus dare li-
bertatem. *Iactat.*] In ſeruum.nam ut prætor uindicta ſeruum tangens illum liberum faciebat,
ſic lictor qui prætorem cum inſignibus præcedebat,feſtucam in illum iactabat ex more Romano,
ut dicit Plutarchus.

ECPHRASIS . MVRMELLII. B

Chæreſtratus abrodens crudum unguem,& meditabundus ait hæc ad Dauum ſeruum ſuum.
Daue,uolo ut cito mihi hoc quod iam dicam credas.Meditor finire dolores, quos antehac paſſus
ſum . An obſtem dedecus cognatis meis ſobrijs? An diminuam patrimonium meum non ſine in
famia in meretricia domo , dum ebrius canto ante fores Chryſidis unguento madidas cum face
extincta?Puer, id eſt , ſeruus Dauus reſpondet. Euge macta agnā Caſtori & Polluci dijs ſtultitiam
amouentibus,ut ſapias.Chæreſtratus:ſed Daue num exiſtimas Chryſidem ploraturam, cum fue
rit à me relicta?Dauus.Nugaris,tu tanquam puer caſtigaberis à Chryſide rubra ſolea, ut non au-
ſis poſtea moueri,& rodere arctos caſſes.Nunc es ferus,& uiolentus,ſed ſi Chryſis te reuocet,mox
dicas.Quid igitur faciam?Non eam,ne nunc quidem,cum accerſor ultro , & ipſa mihi ſupplicat?
Poeta.Si euaſeris toto & integro animo ex amore illius meretricis,nunc nunc , hic hic uera liber-
tas quam quærimus,eſt,non autem in uindicta prætoria,quam ineptus lictor iuſſu prætorio inij-
cit manumittendo.

SCHOLIA.

Daue cito.] Oſtendit meretricio captos amore non eſſe liberos . Inducit autem Chæreſtratum
amicam Chryſida relinquere meditantem,orta inter eos diſſenſione,cum Dauo ſeruo colloquen
tem,quod ex Menandri poetæ fabula ſumptum eſt.Chæreſtratus interpretatur captor ſeu manci C
pator exercitus,quo nomine ſignificant poetæ ſæpenumero eum , qui milites uincit , & exercitui
imperat,ab circunfuſis undiq; uoluptatibus uinci,& libidinibus ſeruire turpiſſimam ſeruitutem.
Vnde eſt illud.Omnia qui domuit,Veneri ſeruiuit & iræ. *Chryſidis.*] Chryſis ab auro nomē ha-
bet,uel quod ſit aurea,id eſt pulchra,uel quod auro ſemper inhiet. *Vdas.*] Propter unguenta,
quibus amatores amicarũ fores oblinebant. *Puer.*] Si eſt nominatiui caſus Dauus ſeruus ſignifi
catur,ſubauditurq; reſpondet:ſi uocatiui,Chæreſtratus à Dauo puer uocatur,quod nō plus pue
ro ſapiat. *Dijs depellentibus.*] Caſtor & Pollux dij depellentes dicuntur,quod triſtia depellant, &
nocentia amoueant. *Trepidare.*] Moueri,agitari,quemadmodum ſolent feræ caſſibus implici-
tæ. *Rodere caſſes.*] Translatum à feris,quæ irretitæ dentibus caſſes rodunt . Belle autem turpem
amorem retibus comparauit,quemadmodum & Lucretius.Nam uitare plagas in amoris ne ia-
ciamur,Non ita difficile eſt,quàm captum retibus ipſis Exire,& ualidos ueneris perrumpere no-
dos. *Nec nunc.*] Nec legendum,non ne.Imitatur illud Horatij.Nec nunc cū me uocet ultro, Ac-
cedam,an potius mediter finire dolores? *Nec nunc accedam?*] Cum interrogatione pronuncian
dum eſt.& eſt ſenſus.An etiam non accedam nunc Chryſida,cum accerſar ab ea,& ipſa ultro ſup-
plicet mihi. *Supplicet.*] Supplico compoſitum eſt ex ſub & placo . Qui enim ſupplicat alicui,eū
aliquantulum placat,auctore Feſto ueteres dixerunt,ob uos ſacro,pro uos obſecro,ſub uos pla- D
co,pro ſupplico. *Nunc nunc,hic hic.*] Ex ingenti lætitia,quaſi re diu multumq; quæſita,tandē in-
uenta,proclamans eleganter aduerbia geminauit repetiuitq;. *In feſtuca.*] Auctore Herm.Bar.
differunt fiſtuca & feſtuca.Fiſtuca inſtrumenti nomen eſt,quo figuntur,panguntur q; in terrā ſub
licæ,paliq;.Feſtuca uero dicitur & arboris nouellæ, omninoq; infantis cuiuſque ſati pullulus,ut
Auguſtino quoq; placet. *Ineptus.*] Non aptus libertatem ueram miniſtrare.

Ius habet ille ſui palpo,quem ducit hiantem
Cretata ambitio?uigila,& cicer ingere large
Rixanti populo,noſtra ut floralia poſſint
Aprici meminiſſe ſenes.quid pulchrius?at cum
Herodis uenere dies,unctaq; feneſtra
Diſpoſitæ pinguem nebulam uomuere lucernæ,
Portantes uiolas,rubrumq; amplexa catinum
Cauda natat thynni,tumet alba fidelia uino:

ASCENSIVS.

Ius habet ille ſui,etc.] Hic oſten-
dit ambitioſos, liberos omnino
non eſſe. Vocat autem palponem
eum qui palpando.i.molliter tra-
ctando & adulando honorem am
bit. Multa enim nomina ſunt pri-
mis perſonis uerborum ſimilia,ut
comedo,manduco,cachinno,pe-
dico,palpo:ſed aut palpor tibi de-

Labra moues tacitus, recutitaq; ſabbata palles.
Tunc nigri lemures, ouoq; pericula rupto,
Tunc grandes galli, & cum ſiſtro luſca ſacerdos,
Incuſſere deos inflantes corpora, ſi non
Prædictum ter mane caput guſtaueris alli.
Dixeris hæc inter uaricoſos centuriones,
Continuo craſſum ridet Vulphernius ingens,
Et centum Græcos curto centuſſe licetur.

A poraliter dicitur. Horat. Cui male ſi palpere recalcitrat undiq; tutus. Aut palpo te actiue. Iuue. Quē munere palpat Carus. Carpit etiā ſuperſtitioſos præſertim Iudæos & Aegyprios. Iudæos ideo (licet ignoret) merito quod ſpreto Chriſto q regnante Herode & uenit & uenturus prædictus erat, legalia obſeruabant. Quod uero commentarij omiſſis ueris & ſacris hiſtorijs Ethnicorum nugas, de circumciſione & eius cauſa, deq; ſabbati inſtitutione adducunt, nō probem, niſi in hoc perſuaſionem noſtram firmēt, quod licet pro captu ſuo cauſas rerum finxerunt, res tamen fatentur, ut Trogi abbreuiator Iuſtinus dicens Iudæos ſcabie retentos ſabbatum inſtituiſſe, & ut imbrium ab Aegyptijs perſequentibus direptos, ſabbati inſtitutionem, & maris rubri tranſitum quodam modo licet peruerſo fatetur. Quidam legunt iuſnc, ſed ne affirmare ſolet, ideoq; non addam. Ordo hic eſt. q. d. Nunquid ille. i. nonſſimus, palpo,
B id eſt, adulator & blanditor ac palpator, quem ambitio. i. appetitio honorum ac magiſtratuū quę ambiendo fit, cretata. i. candidata. hoc eſt in ueſtibus candidatis ut candorem animi præ ſe ferret. ducit hiantem. i. aperto ore cupiditatem ſuam ſignificantem. habet ius ſui. i. ſui iuris & liber, & nō potius ſeruus illius à quo ducitur ſic, hoc eſt ambitionis? q. d. minime quidem liber cēſendus eſt. Ducit autem cum ambitio quaſi ambitioſus ſeſe admoneat ſic. ſi uis honores ac magiſtratus obtinere, uigila & ingere. i. infer populo rixanti pro cicere colligendo, large. i. abundanter. cicer, illud genus leguminis, ut ſenes aprici, id eſt, qui ex natura libenter apricantur, uel ut ſenes aprici, id eſt, dum apricabuntur ſenes qui nunc ſunt iuuenes. hoc eſt ceſſitantes in ſole ſedebunt, poſſint meminiſſe. i. memorare noſtra floralia. i. popularia ſacra quæ ad populi uotum Floræ exhibebantur. quid pulchrius? aut poetæ uerba ſunt per ironiam irriſoriam loquentis, aut ambitioſi ſententis nihil gloria illa quantumuis inani pulchrius. At cum, &c. Nunc ſuperſtitioſos ſtultos eſſe docet potiſſimum iudaizantes. Ordo eſt. At cum, id eſt, quando dies Herodis. i. quos Herodes & hi quibus præeſt Herodes. i. Iudæi obſeruant, uenere. i. uenerunt, & lucernæ. i. lampades oleum nouem lychnis cremantes diſpoſitæ in ſup. feneſtra uncta. i. pingui ex fuligine, uomuere. i. exhalauerunt, nebulam pinguem. i. fuliginem & materiam fumoſam ex oleo procedentem (ſecrete enim Iudęi eo quod ut nunc inuiſi eſſent, cæremonias ſuas faciebant) lucernæ dico portantes uiolas. i. uiolis or-
C natæ, & cum cauda thynni uel thunni (nam y ſæpe uertitur in u, ut cypreſſus & cupreſſus, cyminū & cuminum, thynni & thunni. Sunt aūt piſces unde optima fiunt ſalſamenta, ſed deterior pars in eis dicitur cauda eo quod pingui caret, in deriſum ergo Iudæorum dicit cauda thynni, &c.) amplexa catinum. i. uas eſcarium, rubrum. ſ. dum eſt coctum ut uile oſtendatur, & Iudæorum mos qui pridie ſabbati ſabbato comedenda parant, natat. i. amplo uaſe ſic ut natandi locus ſit poſita affertur, & fidelia. i. uas fictile, alba. i. albi coloris, tumet. i. turget uino, tunc ſupple tu qui ſuperſtitioſus es, moues tacitus. i. ſummiſſa & non plane expreſſa uoce. i. ſic precaris & uerba profers, ut quaſi tacitus quid dicas cogites, labra tua, id eſt, precaris cum alto ſilentio. Vnde in Pſalmo antiqua lectio. Te decet ſilentium deus in Sion. Et palles, id eſt, uſq; ad pallorem reuereris, ſabbata, id eſt, dies feſtos à requie denominatos, recutita, id eſt recutitorum, hoc eſt circumciſorum, quibus cutis, hoc eſt præputium circumciditur, & cutis licet non tanta ut glandem cooperiat, aliqua tamen ut uulnus tegat renaſcitur, unde recutiti dicuntur, quaſi renatam cutem habentes, ut iumenta quibus clitellis aut iugo detrita cutis renaſcitur. Martialis. Nec ruptæ recutita colla mulæ. Lemures. i. ſpiritus à corporibus ſeparati, nigri. i. mali & infeſti, & ideo laruæ dicendi, & pericula rupto ouo. i. quæ portendit ouum ruptuum, & galli. i. ſacerdotes cybeles matris deum, qui etiam cultro petri-no ſeu lapideo ſe circumcidebant, aut potius ſacerdotes Iudæorum circumciſi ut galli cybeles. &
D ideo dicit grandes, ad corpora Iudæorum reſpiciens, aut grandes in magna reuerentia habiti, & ſacerdos luſca. i. altero oculo capta aut inepta (quale genus hominum dijs dicari conſueuit, quam uis Numa de uirgine ueſtali capienda aliter cenſuerit) cum ſiſtro. i. inſtrumento ſonoro per quod Iſidis eſſe denotatur, quæ ſiſtrum dextra tenet, & Aegyptiorum dea eſt, Romanis quoq; in ſumma ſuperſtitione habita, incuſſere. i. incuſſerunt, hoc eſt minitati ſunt, tunc. i. in talibus ſacris deos inflantes corpora. i. ſuperſtitionem deorum inflantium corpora, ſi non guſtaueris ante. i. priuſquā inſleria, mane. i. ieiunus. ter, propter ſpeciem religionis, quia numero deus impare gaudet. Et quia etiam ſecundum philoſophum in libris de cœlo, ternarius numerus perfectus eſt, ideo tam uera quàm ſuperſtitioſa ſacra ternario compleri ſolent, caput alli. i. allij, prædictum. i. præmonſtratum ab ipſis ſacerdotibus. Si ſup. tu dixeris hæc ſcilicet quæ dicta ſunt, hoc eſt ſtultis nihil licere, nec eos liberos eſſe, qui aut auaritia, aut luxuria & acidia, aut ſtultis amoribus, aut uanis religionibus ac ſuperſtitionibus tenentur, licet ciuitate gaudeant, & à prætore declarentur, aut hæc quæ ſuperſtitioſi credunt, ut meliorem perſuaſionem centurionum Romanorum quàm Iudaicorum ſacerdotum aſſerat, inter centuriones. i. præfectos cētum uiris in bello uaricoſos, id eſt, uaricibus plenos. Sunt autem uarices uenæ tumeſcentes & nodoſæ, quæ ex longa ſtatione naſci ſolent. Vulphernius, centurio ille, ingens, id eſt, ualde magnus, ridet cōtinuo, id eſt ſtatim, craſſum, id eſt, craſſe hoc

eſt profuſe.& licetur,id eſt,æſtimat centuſſe curto,centū Græcos.i.philoſophos,quos omnes Græ A
cos putat, ſingulis aſſibus æſtimat. Scitum eſt liceor deponētale actiuam ſignificationem habere,
& liceo paſſiuam. Vnde eſt uerſiculus. Non licet aſſe mihi, qui me non aſſe licetur.

IOANNES BRITANNICVS.

Ius habet ille ſui.] Eos etiam qui honorum cupiditate aguntur, ſeruos eſſe oſtendit. Vnde exit
illud Hora. Hæc eſt Vita ſolutorum miſera ambitione, grauiq;. Cum interrogatione legēdum eſt.
ut ſit. Ille quidem poteſtatem ſui non habet. Hi etiam cum interrogatione quadam incipiunt qui
nimis iraſcuntur, ut eſt illud Teren. Hoccine eſt humanum factum? & item illud. Hoccine eſt credi
bile aut memorabile? Nam Perſius in uitia mira fertur excādeſcentia & indignatione. *Ille pal.*]
Emphaſim habet cum contemptu dictum. Nam qui dignitates & imperium quærunt, honoris
cupiditate populo blandiuntur. Palpones igitur dicuntur adulatores à palpando.i.blandiendo.
Lucil. Hic ubi me uidet ſubblanditur, palpatur, caput ſcabit. Horat. Cui male ſi palpere, recalci-
trat undiq; tutus. *Ducit.*] Trahit. *Hiantem.*] Honoris cupidum, anxium, & ſollicitū facile ſer-
uum dicas. Ambitio in animo eſt, ambitus in actu. Nam qui præter modū cupit aut honores aut
laudem, ambitione peccat. Qui uero dilargitur pecuniā ſuā, aut populo muneribus laudibusq;
blanditur, aut cæteris artibus quæ legitimæ non ſunt ad publicos honores tendit, ambitum com
mittit. Ambitus ab ambio uenit, ſiue quod is qui non ſuæ uirtuti confidit, non recte graditur, ſed B
per circuitū: ſiue quod Ro. qui honores peterent ſingulos circuibant, prehenſantes rogātesq; ut
ſe in ſuffragijs iuuarēt: ſiue quod pro adipiſcendis honoribus ſolliciti ſunt, cum rogant exordio
quodam longiore qui uerborū circuitu utuntur. hæc omnia quæ ambitus facit ambitio facere cō
pellit, à qua ambitioſi dicuntur, non ab ambitu. *Cretata.*] Candida. Iuue. Duc in capitolia mag
num Cretatumq; bouem.i.candidū. Mar. Cretatam prætor cum uellet mittere mappā. Dignitatū
enim petitores in campum martium comitijs candidati deſcendebant. Quare autem cādidati in
ueſte hoc facerent ſine toga, ſic tradit rationē Cato. An forte ne ciues largiendo corrūpant, argen
tum ſuum ferentes. an illud magis quod imperio dignos non genere, non diuitijs, non gloria, ſed
uulneribus & cicatricibus iudicabant, quæ ut ab ijs quos ambiendo prehenſabāt conſpicerētur
ſine toga ad petendū deſcendebant. an quemadmodū in accipiendo, rogādo, ſe omnibus ſubmit
tendo, ſic corpus nudādo ac ſeipſos abijciendo populū captabant. *Vigila.*] Verba ambitioſi ro
gantis amicos uti pro ſe in adipiſcēda dignitate uigilent. Ex quo oſtenditur qui ambitioſus ſit ſer
uum eſſe. *Cicer ingere large*] Aemulatio eſt Horatiana. In cicere atq; faba bona perdas atq; lupi
nis, Lætus ut in circo ſpacieris & æneus ut ſtes Nudus agris. Nam in ludis Floralibus miſſio quæ
dam fiebat leguminum in ipſum populū ab his qui honores peterent ad plebis fauorē promeren
dum. Hæc autem fieri uidebantur in memoriam deæ Floræ, cuius nomine legumina & cæterę fru C
ges floreſcerent. Vnde Suetonius in Domitiano. Omne genus rerum miſſilia ſparſit: & quia pars
maior intra popularia deciderat, quinquagenas teſſeras in ſingulos cuneos equeſtris ac ſenatorij
ordinis pronūciauit. *Rixanti.*] Studio colligendorū miſſiliū. *Noſtra ut Floralia poſſint.*] Atten
de quàm ſeruus ſit, qui gloriæ cupiditate mouetur. Horat. Scilicet ut plauſus quos fert Agrippa
feras tu. Eadem dicuntur popularia ſacra à Martiale. Et populare ſacrum bis millia dena tuliſſet.
Sacrum autem populare ideo appellatum eſſe putatur, quod populus per eos dies maiori licētia
laſciuiret. Nam Flora cum opes immenſas arte meretricia comparaſſet, populum Ro. moriēs hæ
redem reliquit cum magna pecunia, ex cuius annuo fœnore ſuus natalis dies celebraretur editio
ne ludorum, quos appellant (auctore Lactantio) Floralia. ſed cum ſenatui flagitioſum uideretur
ab ipſo nomine argumētum ſumi, placuit ut pudendæ rei quædam dignitas adderetur. Deamq;
finxerunt eſſe quæ floribus præſit, eamq; oportere placari ut fruges cū arboribus aut uitibus be-
ne proſpereq; floreſcerent. Eum colorem ſecutus in Faſtis Oui. non ignobilem nympham fuiſſe
narrauit, quæ ſit Cloris uocitata: eamq; Zephyro nuptam quaſi dotis loco id accepiſſe muneris à
marito, ut haberet omniū florum poteſtatē. Celebrabantur ergo illi ludi cū omni laſciuia conue-
nientes memoriæ meretricis: nam præter uerborū licentiam, quibus obſcœnitas omnis effundi-
tur, exuuntur etiā ueſtibus populo flagitāte meretrices. *Aprici ſenes.*] .i. locis apricis gaudētes. D
ſane apricus locus dicitur ſole calens, quod eſt opaco & abdito contrarium. Verg. Duceret apri-
cis in collibus uua colorem. Et apricos dicimus locis apricis gaudentes, apricū autem à Græco
aphrici.i. ſine horrore uidelicet frigoris, unde etiam putatur Aphrica appellari, inde eſt apricor
& apricatio. *Quid pulchrius.*] Ironia eſt. q.d. quid turpius quàm ita per ambitionem in ſeruitu-
tem trahi? *At cum Herodis uenere dies.*] Iudæos captis Hieroſolymis profugos, aſſidue Romæ tu-
multuantes nouæ religionis cultu impulſore Chriſto urbe expulit Claudius. Nero etiam ſuppli-
cijs affecit, ab ijs etiam Domitianus tributū acerbe exegit. Multi tamen erant qui eorum ritus ſe-
querentur, & ut dicit Tranquillus, ueluti profeſſi iudaicā intra urbem uiuerent uitam. Hos inſe-
ctatur poeta docens eorum uitam liberam non eſſe cum ſuperſtitionibus teneātur Iudæorū. *At
cum He. u. d.*] .i. cū ſabbata & alia Iudęorū feſta celebrātur. *Herodis.*] Eius ideo meminit, quia ut
ſcri. Strabo, cū Pōpeius ſacerdotio Iudęorū pręfecit, qui poſtea tantū ſuperiores oēs ciuilitate &
Roman. conſuetudine pręſtitit, ut rex fuerit cōſtitutus Antonio primū, poſtea Cęſare Aug. pote-
ſtatē ei cōcedente. Antipatri autē Aſcalonitę filius fuit, & matris Cypridis Arabicę, cuius filij reg
nauerūt uſq; ad nouiſſimā Hieroſol. captiuitatē. licet ut Euſeb. tradit, Hircanū olim qui Iudęorū
ſacerdos fuerat de captiuitate Parthica regreſſū, & filiū q ſacerdotio patris ſucceſſerat interfecit.

A Sororē quoq; eius uxorē ſuā cū duobus proprijs filijs iam adoleſcentibus,& matrē uxoris occiſæ
ſocrum ſuam crudeliſſime necauit,ad quod ſcelus etiam hoc addidit,uirū ſororis ſuæ Solomæ in
teremit.Et cum eam alij tradidiſſet uxorem,etiam hūc necat. Scribas quoq; & interpretes diuinæ
legis ſimili ſcelere,& cum Chriſti natiuitatem Magorum indicio cognouiſſet uniuerſos Bethleem
paruulos iuſſit interfici.morbo deinde intercutis,& ſcatentibus toto corpore uermibus miſerabi
liter,ſed digne moritur. *Pingues lucernæ.*] Quibus in ſacris utuntur. *Vncta feneſtra.*] Irridet eo
rum ritum in ſacris. *Portantes uiolas.*] Quibus ornabantur. *Cauda natat thynni*] Senſus eſt,ubi
ſabbata uenere, qui dies ieiunio à Moſe in omne æuum,ut ſcribit Trogus lib.xxxvij. ſancitus eſt,
& appoſitum eſt prandium,ſtatim adhuc ieiunus preces ad deos effundis. *Cauda natat thynni.*]
Hoc dicit in contemptum dapum eorum.nam cauda thynni,ut ſcribit Plinius, uiliſſima eſt, quia
caret pingui.Thynni partus cordilla appellatur, qui fœtas redeuntes in mare autumno comita-
tur,cum è mari uerno tempore pontum intrent.Limoſæ uero aut è luto pelamides incipiunt uo-
cari.Et cum annuū exceſſere tempus thynni. Cybis uero conceſſa pelamis uocatur. *Labra mo-
ues.*] Preces emittis. *Recutita.*] Recutiti dicuntur,quibus noua cutis reſtituta eſt. Mar. Nec ru-
ptæ recutita colla mulæ.Recutiti itaq; appellantur Iudæi qui circumciſi ſunt. Martialis. Nec recu-
titorū fugis inguina Iudęorū.Eos Horat. Apellas uocat,quaſi ſine pelle.ut Credat Iudęus Apella.
B *Sabbata.*] Lingua Iudæorū ſabbatū requiē ſignificat. *Tunc nigri lemures.*] Alio ſuperſtiuonis
genere quoſdā ita uexari oſtendit,ut ſuæ poteſtatis eſſe non poſſint.Hæc aūt cum ſuperiorib.non
coniungūtur.Eſt enim ſenſus.Te tunc dæmonibus & alijs numinibus infeſtari putabis,ubi ex ſa-
cerdotum præcepto teipſum allio guſtato manè nō luſtraueris.ſicq; docet ſuperſtitioſos ſuæ pote
ſtatis non eſſe cum ſemper timoris ſint ſerui.Et ordo eſt.Tunc nigri lemures, & pericula rupto o-
uo.Et tunc grandes galli incuſſere deos inflantes corpora.Tunc.i.ubi prætererieria per contumaciā
quod à ſacerdotibus fuerit prædictum.Perſuadebant enim allij deguſtatione morbos & alia mala
inhiberi. *Lemures.*] Scribit Apuleius in lib.de dæmonio Socratis, manes animas dici melioris
meriti,quæ in corpore noſtro genij dicuntur.Corpori renunciantes lemures, cum domos incur
ſionibus infeſtarent laruas appellari,cōtra ſi bonæ fuerint lares familiares. *Ouoq; pericula rupto*]
Credidit ſtulta antiquitas ouum igni impoſitum ſi rupto putamine effluxiſſet,periculum porten
dere et pro quo ea obſeruatio facta fuiſſet à ſacerdotibua.Adhibita aūt fuiſſe oua in expiationibus
docet Ouid.in Arte.Et ueniat quæ luſtret anus lectūq; locumq;,Pręferat & tremula ſulphur & oua
manu.Apuleius item ſcribit in ultimo Metamorphoſeos,ſacerdotes Iſidia in luſtrationibus teda,
ouis & ſulphure uti ſolitos.Vnde Lucianus in dialogo qui inſcribitur Tyrannus, oua appellauit
luſtralia.Iuue.Metuiq; iubet decembris & auſtri Aduentum,niſi ſe centum luſtrauerit ouis. *Tūc
C grandes galli.*] Sacerdotes matris deûm ſcribūt Pli.& Feſtus, appellatos eſſe Gallos,à Gallo fluuio
Phrygiæ,quem accolunt.Hi autem molles ſunt & caſtrati,ut diximus ſuperius.Nam ut Plin.eſt au
ctor,Samia teſta uirilitatem ſibi amputāt.De his ita ſcribit Liuius.M.Fuluiua conſul Sangariū am
nem tranſgreſſus ponte perfecto: præter ripā euntibus galli matris magnæ à Peſinunte occurre-
re cum inſignibus ſuis uaticinantes phanatico carmine,deam Romanis uiam belli & uictoriā da-
re,imperiumq; eius regionis.Eoſdem ſcribit Scepſius eſſe curetes Corybantes qui in matris deo-
rum ſacrificijs armati ſaltantes,caſti & pueri ſunt aſſumpti:ideo autem corybantes appellati,quia
inter ſaltandum capita iactent,quod coryptin dicitur, quos betarmonas uocat Home. Euge age
Phæacum betarmones egregij adſunt.Hinc qui capita ſaltando iactant,& numine aſpirantur & fu
rijs agitantur Corybantiare dicimus.Sunt qui dicant Idęos dactilos eos appellari primos ſub I-
dæ radice habitatores.De ijs multi multa fabulātur,dubia dubijs accumulātes,uarijs ac differenti
bus nominibus utentes. hoc tamen uniuerſi tradunt, quoſdam ſpiritibus afflatos & bacchicos,
ínq; armorum agitatione tumultuoſa & cum crepitu ac fragore cymbaliaq; ac tympanis, & ar-
mis item,etiam tibijs,uociferationibus inter ſacrificandum ſtupefacientes, inque miniſtrorum
habitu publica modo quodam ſacra factitantes. *Grandes.*] Primi & cæteris ſacerdotibus hono
ratiores:nam,ut auctor eſt Stra.cæteros ſacerdotes ob deæ reuerentiam præcedebant.Iuue.Et iu-
D gens Semiuir obſcœno facies reuerenda minori,Mollia qui rapta ſecuit genitalia teſta. *Et cum ſi
ſtro luſca ſacerdos.*] Sacerdotem Iſidis intelligit, cuius ſacra ex Aegypto translata Romæ coleban-
tur. *Luſca.*] Solent enim mulieres deformes,& aliqua corporis parte mancæ ad deorū miniſte
ria ſe conferre. *Cum ſiſtro.*] Siſtrum Iſis dicitur dextra geſtare,cuius motus Nili acceſſus, receſ-
ſusq; ſignificat.Situla uero quā ſiniſtra retinet affluentiam oſtendit lachrymarum omniū.Auctor
eſt Seruius,id autem erat neq; tuba, neq; quod ſpiritu ſonū ederet,ſed agitatione concuſſum reſo
nabat multis crepitaculis dependētibus.Vnde Oui. Tinnula ſiſtra appellauit.Papinius in Syluis.
Ecce & multiſono puppem mareotida ſiſtro. Et irata dicitur ſiſtro ferire peierantes, & imprimis
oculos lædere.Vnde Iuuenalis.Decernat quodcunque uolet de corpore noſtro Iſis, & irato feriat
mea lumina ſiſtro:Dummodo uel cæcus teneam,quos abnego nummos.Eius ſacerdotes ſiſtrum
gerebant,ueſte linea amicti,& raſo capite.Vnde Ouid.Nunc dea linigera colitur celeberrima tur-
ba:Linigeri fugiunt calui,ſiſtrataq; turba.De ſacris Iſidia & ſacerdotibus ſcribunt Diodo. Apule-
ius.Lactan.& Herod. *Incuſſere deos.*] Miro horrore perſuaſere deos eſſe inflantes corpora, hy-
dropiſim immittentes hominibus. *Guſtaueris alli.*] Diocles alliū hydropicis cū centaurea,aut in
fico duplici ad euacuandam aluum dandum cenſuit. *Dixeris hæc inter u.c.*] Oſtēſum eſt eos qui
aliquo uitio laborāt ex Stoicorum ſententia ſeruos eſſe,quod imperitis & rudibus incredibile ui
detur,

detur,& præter communem uulgi opinionem:ideo dicit.Si hæc dixeris inter rudes & ſtultos mili A
tes,illico tanquam falſa & ridicula ducentes,riſu concutientur contẽnentq́; philoſophos Stoicos,
qui hæc ſentiunt. *Varicoſos.*] In homine uenæ tumeſcentes in uarices conuertuntur,nec in cruri
bus ſolũ,ut quidam noſtri temporis putauere,ſed in toto corpore conſpiciuntur.Vnde ita ſcribit
Celſus.Præter hæc euenit ut in quorundã uentribus uarices ſint,quarũ quia nulla alia curatio eſt
quàm quæ in cruribus eſſe conſueuit.Et idem alibi.Cum quid innatum eſt,ut in ueſica calculus, cum
quid increuit ut uena quę intumeſcens in uaricẽ cõuertitur,nimio labore id euenire putatur: ſcri
bit Plin.nonnunquam in ijs qui diu ſteterunt.Vnde illud eſt Vatinij in Cice. uaricoſum cũ gloria
retur humeris Italiæ ſe reportatũ eſſe ab exilio,Vnde ergo inquit tibi uarices. Quo circa perſuaſit
ſibi Plinius auctore Fabio,Ciceronem toga demiſſa ad calceos uti ſolitum uelandorum uaricum
gratia.Quod Fabius nõ probat,cũ hoc amictus genus in ſtatuis eorum quoq; qui poſt Cice.fue-
runt appareat. *Centuriones.*] Milites abſolute appellauit.Sic & alibi.Hic aliquis de gente hircoſa
centurionum. Centuriæ, ut dictum eſt ſupra,dicuntur quæ ſub uno centurione ſunt, quorum cẽ
tenarius iuſtus eſt numerus. *Craſſum.*] Nomen pro aduerbio .i.craſſe,ſtulte ridentis morem ex
preſſit. *Vulphernius.*] Nomẽ fictũ à poeta. *Centum Græcos.*] .i.philoſophos Stoicos. *Curto cẽ
tuſſe.*] Vix centum aſſibus integris .q.d.ne ſingulis quidẽ aſſibus ſingulos philoſophos æſtimat.
Hunc ergo locum animaduerti ſimpliciter accipiendum non eſſe. Nam hoc ſignificat. Pluris in- B
quit faciunt unum bouem quàm centum philoſophos.Nam ut ſcribunt Feſtus & Gellius,Bos æſtima
tur centuſſibus,ouis uero decuſſibus.Sicque poeta oſtendit ab imperitis uirtutem floccipendi.

Curto.] Non penitus integro. *Centuſſe.*] Multa Plin.& Varrone auctorib.pecuniæ ſignatę ſunt
uocabula æris & argenti,hæc uidelicet.As ab ære.Dipondius à duobus ponderibus.Aſſipondius
ab uno pondo dicebatur. Id ideo quod as erat libra, pondus deinde ab numero reliquum dictum
uſq; ad centuſſis,ut as ſingulari numero.Ab tribus aſſibus treſſis, & ſic proportio eſt uſq; ad no-
nuſſis.In denario numero hoc mutat,quod primum eſt ab decem aſſibus decuſſis. Secundum à
duobus decuſſibus biceſſis,quod dicitur ſolum à duobus biceſſis, reliqua cõueniunt quod eſt ut
triceſſis proportione uſq; ad centuſſis quo maius æris uocabulum non eſt. *Licetur.*] Aeſtimat,
tanti facit.Inueniuntur liceor & licitor,quorum utriuſq; uerbi ſignificatio eſt precium deferre in
auctione facienda,hoc eſt in uenditione quæ publice fit.Vnde eſt quod Cicero in Officiorum lib.
ij.Non licitorem uenditor,nec cõtra ſe qui liceatur emptor apponet. Hinc unum compoſitum fit
polliceor,non multum à primitiua ſignificatione diſſidens. Eſt enim polliceri aliquid ultro pro-
mittere.Ita qui licentur aut licitantur, ultro pro re emenda precium alius alio maius pollicetur,
ut ſibi potius quàm alteri uænalia addicantur. Nam tali modo uendere addicere eſt. Inde & ad-
dicti apud ueteres dicebantur qui prætoris permutatione ac iuſſu cum ſoluendo non eſſent cre- C
ditoribus uendebantur.

IOANNES BAPTISTA.

Ius.] Poteſtatem.Iuue.Si capiendi Ius nullum uxori. *Ille palpo.*] Ille adulator,blanditor, ca
ptator.Eſt enim palpare ſeu palpari blandiri,& proprie (ut interpretatur Porphirius) manu mul
cere. Palpo percutit pro adulatione frequenter ait Plautus. Palpare iram pro mitigare, mulce-
re dixit Apuleius.Quod autem candidati,& magiſtratuum petitores palparent,& populo blandi
rentur docet Valerius Maximus,& Mamertinus in Panegyrico ad Iulianum &.M.Tul.in Oratiõe
pro Plancio,ſcribit oportere candidatos populo blandiri,ſi magiſtratus conſequi deſiderant.

Ambitio.] Honorum,& laudis nimia cupiditas ab ambio.Nam quia Romani dũ honores quæ-
rerent,& magiſtratus,circuire ſingulos ſolebant,prehenſare,rogareq́; ut ſuffragijs adiuuarent, fa
ctum eſt ut ambire capiatur pro eo quod eſt honores,& magiſtratus quærere.Inde ambitio, quæ
eſt miſerrima ut exiſtimat Tul.&(ut ait Salu.)multos mortales falſos fieri coegit.Hæc peculiariter
obuerſatur regum liminibus,ut Papinius oſtendit.Apud Romanos conſtitutæ fuerunt leges am-
bitum punientes,quæ omnes hodie ceſſant in urbe,ut inquit Modeſtinus iuriſconſul.quia ad cu-
ram principis magiſtratuum curatio pertinet,non ad populi fauorem. *Cretata.*] Alba, cãdida.
Iuue.Duc in capitolia magnũ Cretatũq; bouem,à toga candida.in qua magiſtratus petebant can D
didati.Quod ideo fiebat(ut Plutar.in Problem.exiſtimat) ut magiſtratu dignos non genere, non
diuitijs,non gloria,ſed uulneribus,& cicatricibus iudicarent. Vigila, inquit ambitioſus ad ami-
cos,ut magiſtratus.& honores expeditos conſequi poſſim,ex quo ſe ſui iuris non eſſe ſatis aperte
demonſtrat.Poſſunt eſſe & uerba ambitionis, quæ hominem his uerbis alloquatur, & ad uigili-
am,& ad labores ſubeundos,largitionesq́; emittendas hortetur,ut ad honores perueniat, & ma-
giſtratus expetitos conſequatur. *Ingere cicer.*] Intelligo miſſilia,quæ ueteres dixerunt munuſcu
la multijuga,quæ cõſules,imperatoreſue ad plebis fauorem promerendũ in uulgus iactare cõſue
uerunt,quæ ſtatim eorum ſunt qui exceperunt,quamuis ignoretur,quod eorũ quiſq; ſit exceptu
rus,cuius rei mẽtio eſt apud Iuriſcõſ.lib.ij.Inſtit. Imitatus autẽ eſt Oratiũ, qui ſic cecinit.In cicere
atq; faba bona perdas atq; lupinis, Lætus ut in circo ſpatiere, aut æneus ut ſtes Nudus agris. *In
gere.*] Exhibe,ſparge.Vnde ſparſio dicitur à Papinio in ſyluis illo uerſu. Diues ſparſio quos agit
tumultus. *Rixanti.*] Rixas & turbas mouenti,dum ſtudio miſſiliũ colligendorũ detinetur. *No
ſtra floralia.*] Flora cũ magnas ex arte meretricia opes acquiſiuiſſet,pop.Romanũ ſcripſit hæredẽ,
certamq́; pecuniam reliquit,cuius annuo fœnore ſuus natalis dies celebraretur editione ludorũ,
quos appellãt Floralia.Hi ludi celebrabantur cũ omni laſciuia conueniętes memoriæ meretricis.

Nam

A Nam prȩter uerborũ licentiam, quibus obſcœnitas omnis effunditur, exuuntur etiã ueſtib. popu
lo flagitante meretrices, quæ tunc mimorũ funguntur officio etiã in cõſpectu populi uſq; ad ſatie
tatẽ impudicorũ luminum cũ pudẽdis moribus cõuenienter, auctor Lact. Ouid. in Faſt. cecinit Flo
ram fuiſſe nympham, quæ Chloris ſit uocitata, eamq; Zephyro nubentẽ à marito id muneris ac-
cepiſſe, ut haberet omnium florum poteſtatem. Hanc placabant ut fruges cum arboribus & uiti-
bus, bene proſpereq; floreſcerent. Ad quartum Calen. Maij celebrabantur Floralia (ut docet Plin.
in xviij.) M. Varro in primo De re ruſt. inuocat deam Floram, ut illa propitia frumenta, atq; arbo-
res tempeſtiuè floreãt. Illud notiſſimũ, quemadmodũ olim Cato cum ludos florales ſpectaret: po.
Romanus Catoniana maieſtate commotus erubuit poſtulare, ut mimæ nudarentur: quo cogni-
to diſceſſit è theatro Cato ne præſentia ſua ſpectaculi conſuetudinem impediret. quem abeuntem
ingẽti plauſu, ut inquit Vale. capite de maieſtate, po. Romanus proſecutus, priſcum morem ioco
rum in ſcenam reuocauit. Quam hiſtoriam tetigit in ij. lib. Epigram. poeta illo uerſu. Noſſes io-
coſæ. ſed plura uide apud Augu. lib. vi. De ciuitate Dei cap. vij. & Macrobium lib. i. Satur. *Aprici
ſenes.*] Sole gaudentes, ut exponit Seruius, lib. v. Aeneid. illud enarrans. Apricis ſtatio gratiſſima
mergis. Dicimus & locum apricum ſole gaudentẽ, cui contrarius eſt opacus, & abditus. Verg. Du
ceret apricis in collibus uua colorem. Apricum quaſi ἀνέχειν aut potius ἀφρίκιον ſine frigore. Ver-
B bum eſt apricari quod ſignificat in ſole commorari, ſolemq; captare. M. Varro. Licet uidere mul-
tos quotidie apricari. M. Tul. in v. Tuſc. Offecerat uidelicet apricanti. Quid pulchrius magnos
conſequi honores, & populo Romano placere inquit ambitioſus. uel eſt ironia poetæ, qua oſten-
dit nihil eſſe turpius, nihil deteſtabilius ambitionis & gloriæ cupiditate detineri. *At cum Hero
dis.*] Anno principatus Claudij nono expulſos per Claudium urbe Iudæos Ioſephus refert, ſed
me magis Suetonius mouet, qui ait hoc modo. Claudius Iudæos impulſore Chriſto aſſiduo tu-
multuantes Roma expulit. quod utrum contra Chriſtum tumultuantes Iudæos coerceri, & com
primi iuſſerit, an etiam Chriſtianos ſimul uelut cognatæ religionis homines uoluerit expelli, ne-
quaquam diſcernitur, inquit Paulus Oroſius in vij. Hiſto. Multi tamen erant, qui eorũ ritus ſeque
rentur, ut docet etiam Iuue. ſaty. xiiij. Hos tales inſectatur Perſius, & liberos non eſſe docet, cum ſu
perſtitionis laqueo & ſeruitute teneantur. Quod autem Iudæi ſuperſtitioſi fuerint, docẽt teſtimo
nia priſcorum. Nam & Apul. in Floridis Iudæos tanquam accommodato epitheto ſuperſtitioſos
appellat. Legimus apud Suetonium, Tyberium Iudaicos pariter & Aegyptios ritus compeſcuiſſe,
coactis qui ſuperſtitione ea tenebantur, religioſas ueſtes cum ueſtimento omni comburere. Aegy
ptij enim & ipſi ſuperſtitione ſimili laborabant, quam ſi quis uberius uult cognoſcere legat Hero
dotum, Diodorum, & Apuleium in ultimo Met. & cæteros. Superſtitio autem (ut inquit Seneca)
C eſt error inſanus, amandos timet, quos colit uiolat. Plura leges apud Lactantiũ, Ciceronẽ, Augu-
ſtinũ, cæteros. *Dies Herodis.*] Sabbata, diem azimorũ, Xilophorion, & alia Iudæorũ feſta, quo-
rum Herodes rex fuit noniſſimus, tot puerorũ occiſione, ut Chriſtum deprehenderet. Suidas ἡρώ-
δης ὁ πρῶτος βασιλεὺς ἰουδαίων. i. Herodes primus rex Iudæorũ de quo Strabo, Ioſephus, & Euſeb. mul
ta tradiderũt. *Vnctaq; feneſtra.*] Cũ irriſione eorũ ritus, & ſuperſtitiones enumerat. *Diſpoſitæ
pinguem nebulam.*] Herodotus ille fabulator auctor eſt feſtiuitatẽ ſolennẽ in Aegypto celebrari, cui
nomen eſt accenſio lucernarum, propterea noctu ſub dio per uniuerſam Aegyptum lucernas ac
cendunt imbutas ſale & oleo plenas cum multo ellychnio, quod tota nocte ardens perduret. Cur
uero ſic lucernæ accendantur, ſacra quædam ratio commemoratur, quæ auribus prophanorum
minime intimãda ſit. ad quem ſenſum myſticũ Perſiũ reſpexiſſe autumo. Lucernarũ uſum primi
Aegyptij monſtrauere, auctor Euſebius lib. x. Præpa. Euang. *Diſpoſitæ.*] Per ordinẽ digeſtæ, &
collocatæ. *Pinguem nebulam.*] Fumũ craſſum intelligo. *Portantes uiolas.*] Quibus ornatæ, & co
ronatæ erant. *Catinum.*] Vas in quo thynni cauda natabat à Græcis τρυβλίον nuncupatũ. Natus
ſub ſidere delphini habebit natandi ſtudium, ſicut Maternus in vij. Math. De Thynnis autem ſcri-
bens Plin. ait quod thynni partus cordylla appellatur. Limoſæ uero pelamides à luto incipiũt uo
cari. πηλὸς enim auctore Feſto Latine cœnũ. Cum uero annuũ exceſſere tempus thynni, hi mẽbra-
D tim cæſi ceruice, & abdomine cõmendantur, cætera parte plenis pulpamẽtis ſale aſſeruantur. Vi-
liſſima ex ijs, quæ caudæ proxima, quia pingui carent. Vræon ſalſamentũ caudæ proximum ap-
pellamus ex Atheneo Plinioque, probatiſſima ea quæ faucibus. Non uoce ſed corde orandum
deum præcipit diuus Hieronymus, & in decretis canonicis. D. ultima de conſecratione ſcriptum
legimus: Non uerbis ſed corde adorandus deus eſt. Quod docet Hieremias dicens, In ſenſu tibi
debet adorari Deus. Pſalmographus. Dicite in cordibus, & in ſtratis ueſtris, & tranſpungimini.
Cyprianus in expoſitione illa orationis dominicæ luculenta, ſecrete adorandum eſſe ex Domi-
nico præcepto demonſtrat in abditis, & ſecretis, uel ſemotis locis, quia deus non uocis ſed cor-
dis auditor eſt, nec admonendus eſt clamoribus qui cogitationes uidet. Declarat hoc ſcriptura
diuina, quæ dicit. Loquebatur in corde ſuo, & labia eius mouebantur, & uox eius non audie-
batur, & exaudiuit eum deus. Recte ergo dixit Hieron. *Labra moues.*] Dum oras. *Recutitaq;
ſabbata palles.*] Sabbatum, ut ſcribit Ioſephus, requiem ſignificat, quod ſeptimo die deus quieuit
mundo conſtructo. At Appion ſcribit Sabbatum appellatũ, quoniam Iudæi labore feſſi eo die do
lore ſplenis correpti ſunt, à ſabbo quod ſplenem ſignificat. Iuſtinus uero lib. xxxvi. ſcribit Mo-
ſen teſte Artabano à Græcis Muſeum nuncupatum, quem Magum fuiſſe Poſſidonius, & Lyſi-
machus, & Apollonius Molon inſimulant, ab Aegypto cum ſuis pulſum ſacra Aegyptiorum fur-
to ab-

to abſtuliſſe. Itaque Damaſcena antiqua patria repetita montem Synai occupauit, quo ſeptem A
dierum ieiunio per deſerta Arabiæ cum populo ſuo fatigatus cum tandem ueniſſet, ſeptimũ diem
more gentis ſabbatum appellatum in omne æuum ieiunio ſacrauit, quoniam illa dies famem illis
erroremq; finierat. Hunc autem diem adeo ſuperſtitioſe ſeruabant Iudæi, ut eorum munitiones
Põpeius ceperit obſeruato ieiunij die, quo ab omni opere abſtinent. auctores Strabo & Ioſephus.
hoc idem tradit Fronti. de Veſp. à ſabbato, quem diem (ut teſtatur Auguſtus in Epiſtola ad Tibe-
rium) religioſiſſime colunt, adeo ut eo die teſte Iuuenale nihil agant, quod taxat Seneca (ut refert
Auguſt.) Iudæi eleganter appellãtur Sabbatarij. Martialis. Quod ieiunia Sabbatariorum. In Exo-
do & in Leuitico iubentur à domino Iudæi ſabbatizare ſabbatum, & ut ſeptimo menſe decima die
menſis, omnis populus ieiunet uſq; ad ueſperam. *Recutita.*] Propter circumciſionem præputij.
Vnde Recutiti & Apellæ ab auctoribus nuncupantur Iudæi. Mart. nec recutitorũ fugis inguina Iu
dæorum. Apollinaris. Fert recutitorum primordia Iudæorum. Orat. Credat Iudæus Apella. Cir-
cumcidere autem genitalia Iudæi (ut ſcribit Tacitus libro xxi.) inſtituere, ut diuerſitate noſcantur,
tranſgreſſi in morem eorum idem uſurpant. Vnde quidam nonagenarius cum ſe Iudæum eſſe ne
garet, inſpectus fuit à procuratore fiſci an foret circumciſus, ut ſcribit Tranquillus. Tradit Hier. in
ij. Aegyptios, & Colchos, & Aethiopas præputia circũcidere, atq; Iudæos confiteri ſe ab Aegyptijs
didiciſſe circũciſionẽ, ſed utrum Aegyptij ab Aethiopibus, an Aethiopes ab Aegyptijs didicerint B
circumcidere uirilia, ſibi non liquere. Circumcidebantur autem cultris lapideis. Vnde ſcriptũ eſt
in Ioſue. Fac tibi cultros lapideos, & circumcide ſecundo filios Iſrael. Strabo in xvi. auctor eſt cir-
cumciſiones à Iudæis inſtitutas eſſe ex ſuperſtitione. Olim Iudæi mouerunt bellum contra Adria-
num, quia uetabantur mutilare genitalia, adeo pertinax eſt ſuperſtitio. Hæc autem circumciſio ge
nitalium (ut inquit Lactantius) eſt figura, & typus ſignificans cordis circumciſionem, de qua plu-
ra apud eum legito. *Tunc nigri lemures.*] Ad aliud genus ſuperſtitionis trãſit, quo laborantes nõ
eſſe liberos demonſtrat. & eſt ſenſus ubi ex ſacerdotum præcepto te alij deguſtatione non purga-
ueris, tunc credes te dæmonum, aliorũq; deorũ numinibus incurſionibusq; ſollicitari. Ordo au
tem eſt. Tunc nigri lemures & pericula rupto ouo. Tunc grandes galli incuſſere deos inflantes cor
pora. *Nigri lemures.*] Vmbræ defunctorum, quæ noctu uagantes apparere conſueuerunt: quaſi
remures à Remo, cuius occiſi umbras frater Romulus cum placare uellet lemuria inſtituit. i. parẽ
talia, quæ menſe Maio per triduũ celebrari ſolebant. auctores Oui. in Faſtis, Porphyrio, cæteri. Le
mures appellari dicit Mar. Cap. manes, qui poſt uitam iiſdem corporibus delectantur, & cum his
manent. Qui uitæ prioris adiuti fuerint honeſtate in lares urbium, domorumq; reuertũtur: ſi au-
tem deprauantur ex corpore, laruæ perhibentur ac maniæ. Meminit & lemurũm Apu. in dæmo-
nio Socratis. & Augu. animas hominum lares uocari tradit, ſi meriti boni ſunt, lemures ſi mali. C

Ouoq; pericula rupto.] Ouum in purgationibus uſurpari ſolitum, teſtes ſunt præter reliquos Iuue
nalis, Ouid. Apuleius, & Lucianus in dialogo cuius titulus eſt καταπλοῦς ἢ τύραννος dixit τὰ ἐκ τῶν κα
θαρσίων ὠά, id eſt, purgationum oua, oſtendens oua eſſe luſtralia, & purgatoria. Adeo autem ſuper-
ſtitione tenebantur, ut ſi ouum igni impoſitum rupto putamine effluxiſſet, non ſine periculo id fu
turum crederent. Scribit Macrobius, quod initiati Liberi patris ſacris magna ueneratione ouum
colunt, mundi ſimulacrũ uocantes. *Galli grandes.*] Archigallos intelligit, quos facit in decimo
ab horoſcopo, ut ſcribit Maternus, qui etiã refert quod erunt Archigalli ſi luna ſe in ſeptimo loco
Soli Mercurio, Saturno aliqua radiatione coniunxerit. Eſt autem gallus nomen, ut Græci dicunt,
homonymon, ut Latini interpretantur ambiguum, ut barbari æquiuocum, quod Martianus in
dialectica pluriuocum uocat. Eſt enim gallus nomen uiri, nomen gentis, nomẽ auis, & fortunam
corporis ſignificat, ut ait Quintilianus, id eſt caſtratum. Namque tales erant Cybelei ſacerdotes,
qui ſuis uirilibus litabant, & amputato ſexu neq; uiri neq; fœminæ efficiebantur. molles abſciſſos
ob hoc in vi. De ciuitate Dei appellat Auguſtinus, quod nomen traxerunt à Gallo fluuio, ut ſcri-
bunt Plinius in v. & Ouid. in Faſtis, Feſtus Pompeius, & Martianus Capella. Retulit Lucretius in
ij. cauſam, quare Galli matri deûm attribuantur, & quare furore ſtimulẽtur, Telaq; præportẽt uio
lenti ſigna furoris. Samia autem teſta utebantur ad uirilitatem amputandam, nec aliter caſtraban D
tur citra perniciem, ut auctor eſt Plinius in xxxv. Vaticinabantur carmine fanatico galli, ut inquit
Liuius in xlviij. De quibus multa ſcripſit Auguſtinus libro ſeptimo De ciuitate Dei. ubi refert ideo
abſciſſos matri deûm ſeruire, ut ſignificaretur eos qui ſemine indigeant terram ſequi oportere:
quæ mater deûm nominatur, in ea quippe omnia reperiri. *Et luſca ſacerdos.*] Iſidis ſacerdotem
intelligit, quæ in uaccam mutata ab Aegyptijs colebatur. Suldas Ἶσις αὕτη λέγεται Ἰώ, ἣν ἁρπάσας ὁ Ζεὺς ἐξ Ἄρ
γους [illegible]
[illegible], id eſt, Iſis quę & Io dicitur, à Ioue rapta ex Argo eſt, cumq; Iunonem timeret,
mutauit eam nunc in bouem candidam, nunc in nigram, nunc in ruffam, cumq; cum ea ita erraſ-
ſet, uenit in Aegyptum. Eam eſſe lunam, & Oſirim ſolem ſcribunt Diod. & Euſeb. cuius ſacerdotes
lineis uelamẽtis utebãtur, ut ſcri. Apu. in Apologia, & in xij. Met. Vnde perpetuo epitheto linigeri
cognominãtur. ſic Iuue. Mart. ſic cæteri ore cõſono appellitãt. Iſidis aũt ſacra ex Aegypto Romam
trãslata fuerũt, cuius in cãpo Martio fuit templũ, ut oſtẽdit Iuue. unde cãpẽſis dicitur ab Apuleio:
Carmẽ Iuue. eſt hoc. A meroe portabit aquas, quas ſpargat in ædem Iſidis, antiquo quæ proxima
ſurgit ouili. i. campo Martio, in quo erat ouile, ut Strabo in v. Liuius in xxvi. cæteriq; notificant.
Scribit Ioſephus lib. xviij. quod ſcitu dignum eſt, templum Iſidis funditus euerſum eſſe Romæ iu-
bentẽ

A bente Tyberio, ſtatuam Iſidis in fluuium Tyberim proiectam, ſacerdotes Iſiacos in crucē ſublatos
ob ſcelus, quo matronam adultero tanquam deo Anubidi proſtituerāt. *Cum ſiſtro.*] Siſtrū erat
Inſtrumentum æreum, & argenteum, quo in ſacris Iſidis argutum tinnitū multis crepitaculis cir-
cumſonantibus conſtrepebant. Vnde Papinius id multiſonū appellauit. Vale. Flaccus in iiij. Arg.
de Iſide ſcribens ſic inquit. Aſpide cincta comas & ouanti perſona ſiſtro. Hinc ſiſtratos ſacerdotes
à ſiſtrorum geſtamine dici legimus à poetis, ut inquit Suidas ἴσιδος σειστροφόροι, Iſidis cultores ſi-
ſtrum quatiebant. Cur autem Iſidi ſiſtrum aſſignetur docet Seruius in nono Aeneidos. *Luſca ſa*
cerdos.] Legimus in decretis canonicis quod cæcus, id eſt, qui ſupernæ lucem cōtemplationis ig-
norat (ut interpretatur Gregorius in Paſtorali) panes deo offerre non poteſt, ſed forſan corruptus
bonis moribus, & luſci, & claudi, & huiuſmodi morbis laborantes ad deorum miniſteria tunc e-
ligebantur, ut noſtra tempeſtate, qua cernere eſt proh Iupiter ſolos claudos, id eſt, qui per infirmi-
tatem mentis uitæ uiam perfecte tenere non ualent, & ad ſtatum uirtutis non eriguntur: ſolos gib
boſos, id eſt, quos terrenæ ſollicitudinis pondus deprimit, ne unquam ad ſuperna reſpiciant, ſo-
los lippos, impetiginoſos, præterea mancos debiles & mutilatos ad Eccleſiaſticas dignitates pro-
moueri, cum adeo ſint contemptibiles ut eos non eſſe nutriendos Ariſtoteles his uerbis exiſtima-
uerit περὶ δὲ ἀποθέσεως καὶ τροφῆς τῶν γιγνομένων ἔστω νόμος μηδὲν πεπηρωμένον τρέφειν. quo libet illud exclama-
B re. Nec curare deum credis mortalia quenquam? *Incuſſere deos.*] Perſuaſerunt horrore quodā
& timore ſollicito eſſe quoſdam deos. *Inflantes corpora.*] Corpora hydropiſi affecta & laboran-
tia reddentes. *Ter mane.*] Ter dixit, quia ternarius numerus eſt potentiſſimus omnium, qui nu-
merus primus eſt impar & mas uocatur. auctores Plut. & Macrobius, quo pythagorici putant
omnia terminari, & eſt perfectus, quia perfectos gignit ſenarium nouenariumq́. & ut auctor eſt
Martialis Capella, Trias princeps eſt imparium numerus, cuius auſpiciis preces, ac libamina re-
petuntur, terna uti deprecatione eſſe morem teſtis eſt Plinius. *Caput alli.*] Quod Diocles hydro
picis cum centaurea aut in fico duplici ad euacuandam alium dandum cenſuit. auctor Plinius li-
bro uigeſimo, ubi etiam ſcribit antiquos inſanientibus alium dediſſe crudū. Auicennas cum uino
dādum præcepit aduerſus ſerpentum morſus, & (ut auctor eſt Gallenus) allium eſt theriaca ruſti-
corum, quod Oratius execratur in Epodo. *Dixeris hæc inter.*] Senſus eſt Si hæc quæ ſuperiori-
bus uerſibus de uera libertate graphice & luculenter ſecundum Stoicorum philoſophorum opi-
niones à me diſputata ſunt, inter uulgus & inſipientes militiæ deditos recitaueris, ſtatim te tan-
quam falſa narrantem riſu cachinnabili excipient, & philoſophos ſubſannabunt. malunt enim ut
legitur apud Hieronymum contemnere uideri præclara, quàm diſcere perdiſſimi homines. *Va*
ricoſos.] Ob laborem uaricibus plenos. Sunt autem uarices uenæ in ſuris inflexæ, uel obtortæ, ut
C ſcribit Mar.) quas accidere curſoribus, & onera baiulantibus, & diu ſtantibus, auctor eſt Auicen-
nas. Vnde Iuuenalis. Varicoſus fiet haruſpex. M. T. uaricoſus fuit, ut ſcribit Plinius, quod nō pro-
bat Quintilianus. Caium Marium, qui ſepties fuit conſul, ſtantem ſibi extrahi uarices paſſum unū
hominem, Oppius eſt auctor, qui μὴ στενάξας, μὴ δὲ τὰς ὀφρῦς συναγαγὼν, id eſt, neq; ſuſpirans, neq; ſu-
percilia contrahens pertulit ſectionem, fixiſq; oculis ſpectauit cruciabilem curationem, ſed cum
medicus iam tranſitum faceret ad uarices alterius cruris, recuſauit inquiens οὐκ ἔστι τὸ ἐπανόρθωμα τοῦ
ἀλγηδόνος ἄξιον, id eſt, curationem non eſſe dignam eo dolore. auctor Plutarchus. Varices Græci di-
cunt ἰξίας, quas quorundam uentribus innaſci teſtis eſt Cornelius Celſus. Qui habuerit horoſco-
pum in ſexta parte ſagittarii, erit uaricoſus. auctor Firmicus in octauo Mathem. Quis autem ſit
centurio docet Vegetius libro ſecundo, De re militari. *Craſſum.*] Craſſe, nomen pro aduerbio.
Vergilius. Intonat horrendum. *Ridet.*] Vt pote ſtultus, qui ridet etiam ſi aliquid non ſit ridicu-
lum, ut dicunt Græci. γελᾷ δὲ ὁ μωρὸς κἄν τι μὴ γελοῖον ᾖ. uel ridet, id eſt irridet, deludit, ſubſannat. *Vul-*
phenius.] Nomen Centurionis fictum à poeta. *Centum Græcos.*] id eſt cētum philoſophos. Græ-
cos autem dixit, quia fere omnes philoſophi Græci fuerunt, & literas (dicendo literas philoſophi-
am cum eloquentia intelligo) profeſſi ſunt. *Liceatur.*] Aeſtimat. Præceptum Ciceronis eſt in li-
bro Offi. Non licitatorem uenditor, nec contra ſe qui liceatur emptor opponat. Eſt enim liceri, &
D licitari precium deferre in uenditione, ſiue conductione facienda. Inde licitatores dicti, qui pro re
emenda, conducendaue precium alius alio maius pollicentur, quos πλειστηριάζοντας Grȩci uocant. Au
ctio ſub præcōe ſupellectilis maxime, apertia dicitur Græ. Theoph. Hippona ēt, uocatur & πρᾶσις
& ἀγορὰ quandoq; Iulio Polluci. *Curtò centuſſe.*] id eſt, non integro, & fracto, & mutilato, ſicut
treſſis à trib. aſſibus dicitur. Octuſſis, Nonuſſis, ac decuſſis, ab octo, & nouē, & decē aſſibus. Biceſ-
ſis à duobus decuſſibus, id eſt, xx. à tribus decuſſibus, triceſſis, id eſt, xxx. ita & centuſſis dicitur.
Erant autem centuſſes centum aſſes, qui erant breues ex ære nummi. Supra centuſſem maius æris
uocabulum non habemus: nam ducentos, trecentos, quadringentoſue cum dicimus non magis
aſſes quàm denarios, aut alios nummos ſignificamus. Hoc uocabulo uſus eſt Marcus Varro in
Satyra quæ inſcribitur περὶ ἐδεσμάτων, id eſt, de eduliis.

AELIVS ANTONIVS NEBRISSENSIS.

Ius habet ille ſui.] Eos qui honores captant, atq; ambitione tenentur eadem ratione non eſſe li-
beros oſtendit dicens. *Ille palpo.*] Ambitioſus, quem neceſſe eſt adulari illis, quorum ſuffragia
captat. Palpones enim adulatores dicuntur, & palpans adulatio apud Hieronymum in Epiſtola
liminari ſacrarum literarum dicitur. *Quem ambitio.*] Cupiditas honorum. *Cretata.*] Candi-
da, quoniam competitores honoris alicuius, candidati. i. toga candida indui circuibāt tribus, ro-
gabantq;

gabantq́;,ut in comitijs magiſtratibus deligendis ſui rationem haberent. Plinius lib. vij. Scipio Na- A
ſica in toga cādida bis repulſa notatus à populo. *Vigila.*] Verba ſunt ambitioſi ſeipſum exhortā-
tis ad captandum uulgi ſuffragia. *Cicer in. large.*] Largiter in uulgus ſparge cicer, lupinos, fa-
bas, & huiuſmodi quæ ſparguntur rapienda. *Rixanti populo.*] Impetu miſſilium attento. quod
propterea tibi faciendum eſt, *Vt ſenes aprici.*] .i. locis apricis propter ætatis frigiditatem gaudē-
tes: nam aprica dicuntur loca ſoli expoſita & aperta. *Poſsint meminiſse.*] Vt qui nunc ſunt iuue-
nes, *Olim*] Senes recolant, *Noſtra Floralia.*] .i. ludos in honorem Floræ deæ à nobis celebra-
tos. quod erat ſacrum populare .i. captando populi fauori aptum. Martialis. Et populare ſacrum
bis milia dena tuliſſet. Flora autem dea florum erat. *Quid pulchrius?*] id eſt, honeſtius & melius,
ſubaudi quàm hæc ad concilian dum populi fauorem facere? ſed ironia eſt. q. d. nihil miſerius ne-
que magis ſeruile. *At cum Herodis.*] Eos notat, qui ſuperſtitionibus tenentur, quippe qui nullo
modo poſſunt eſſe liberi, cum timore afficiantur, ſine quo ſuperſtitio, ſed & religio ſtare non po
teſt. *Herodis dies.*] Sabbata Iudæorum, quorum fuit rex Herodes Aſcalonita Antipatri ex Cy-
pride filius, qui primus huius nominis in Iudæa regnauit. *Et lucernæ, portantes uiolas.*] .i. quæ
uiolis ornabantur. *Diſpoſitæ in feneſtra uncta.*] Enneamyxon dicit .i. lucernam nouem lychnorū,
quam Iudæi in feneſtella ſub lumina prima diei præcedentis ſabbatum in ipſo limine domus po-
nebant, quam feneſtram ideo unctam dicit propter oleum quod ex lucernis exudabat. *Vomuc-* B
re pinguem nebulam.] Vaporem pinguem & craſſum, hoc eſt fumum. *Et cauda thynni.*] Thynnus,
Iudæorum cibus etiam tempeſtate noſtra peculiaris, cuius cauda quia pingui caret inſipidior eſt.
Natat.] Subaudi in iure conditaneo. Iuuena. Et eodem iure natantes Mergere ficedulas. *Am-
plexa rubrum catinum.*] Implens catinum hoc eſt patellam rubram, id eſt, uilem & ex rubrica fictā.
Martialis. Concolor in noſtra gammare lance rubes. *Fidelia alba.*] id eſt, ex argilla cretacea fa-
cta. *Tumet uino.*] Ad naturam aceti retulit, quod in potu ſumptum tumefacit. Iuuenalis. Cuius
aceto, cuius conche tumes? Eo inquam dic *Tu tacitus moues labra.*] id eſt, concipis preces iudai-
cas. Cicero primo de diuinatione. Homines cum taciti uouent aliquid, aut optant, haud dubitāt
quin dij illud audiant. *Et palles.*] Times hoc eſt uenerarıs: nam religio timori coniuncta eſt.
Sabbata recutita.] id eſt, Iudæorum feſta, qui recutiti & circuncisi ſunt, & quorum præputij cutis
abſciſſa eſt. Martialis. Nec recutitorum fugis inguina Iudæorum. *Tum nigri lemures.*] Alias ſu-
perſtitiones numerat, quas timentes non poſſe eſſe liberos ſignificat dicens. *Tum.*] id eſt, præ-
terea. *Lemures nigri.*] id eſt, umbræ mortuorum. Apuleius de deo Socratis. Animus humanus
exutus & liber ſtipendijs uitæ corpore ſuo abiuratis. Vetere Latina lingua hunc inuenio lemu-
rem dictitatum. dicti lemures à Remo Romuli fratre gemello, r in l literam commutata ut inquit
Ouidius in Faſtis. *Et pericula.*] Subaudi inſtantia. *Rupto ouo.*] id eſt, quæ pericula ex oui lu- C
ſtralis crepitu intellecta ſunt. ſed quod diuinationis genus illud ſit non legi, niſi quod Iuuenalis
in luſtrationibus ouorum meminit dicens: niſi ſe centum luſtrauerit ouis. *Tum galli grandes.*]
id eſt, præterea ſacerdotes matris deorum. Iuuenalis de ſacerdote Cybeles, Ingens ſemiuir. *Et ſa-
cerdos luſca.*] ſcilicet Iſidis. *Cum ſiſtro.*] Crepitaculo quod Iſis in manu habebat, omnia inquam
hæc ſcilicet umbræ mortuorum apparētes, & oua rupta, & galli ſacerdotes matris deorum, & fœ-
mina ſacerdos Iſidis. *Incuſsere deos.*] id eſt, timorem deorū ubi ingeſſerunt. *Inflantes corpora*]
id eſt, inflaturos. *Si non guſtaueris ter mane.*] Numerum & tempus dicit. Iuuenalis. ter matutino
tyberi mergetur. *Caput alli.*] Pro allij cuius caput eſt in ſpicas digeſtum. *Prædictum.*] .i. quod
prædixerunt. *Dixeris.*] Cum ea quæ de uera libertate diximus ſint quàm uerissima, irridētur ta-
men ab indoctis quales ſunt uiri militares. Si dixeris hæc inquit, inter Centuriones milites ſcili-
cet, aut ipſorum duces. *Varicoſos.*] id eſt laborioſos, & qui ex laboribus immodicis uarices cō-
traxerunt. Iuuenalis. Varicoſus fiat aruſpex. *Continuo.*] .i. ſtatim. *Vulphernius ingens*] Nomen
fictum à poeta, quem ingentem dicit, quaſi uiribus corporis tantum & non animi præſtet. *Ri-
det craſsum.*] id eſt craſſe. hoc eſt ſtolide. *Et licetur.*] id eſt ęſtimat. *Centum Græcos.*] Subaudi
philoſophos. *Curto centuſse.*] id eſt, centum aſſibus adhuc non integris ſed intertrimento dimi-
nutis. id enim ſignificat curtum. & declinatur hic centuſſis. D

ECPHRASIS MVRMELLII.

Nunquid liber eſt ille adulator, quem candidatum, & honoribus inhiantem trahit ambitio?
Fingitur autem ea hoc modo adhortari ambitioſum. Vigila, & ingere copioſe legumina populo
rixanti, ut ſenes apricantes poſſint meminiſſe noſtra Floralia. Quid poſſit eſſe honeſtius? Poeta.
Sed cum Iudęorum ferię uenerunt, & lucernę uiolis ornatę, diſpoſitę in feneſtra oleo peruncta,
exhalarunt pingues uapores, & cauda thynni amplexa rubrum catinum natat, & alba fidelia ui-
ni plena eſt, tacitus oras, & ob ieiunium iudaicis ſabbatis ſeruatum palles. Tunc nigri lemures, &
pericula quę timentur, ſi putamen oui cineribus impoſiti ruptum fuerit, tunc maxime ueneran-
di Cybeles ſacerdotes, & luſca ſacerdos Iſidis cum ſiſtro, metum deorum, corpora uarijs morbis
inflantium incuſſerunt, ſi non guſtaueris ter mane caput allij prędictum tibi à ſacerdotibus. Si di-
xeris hęc, quę ad ueram libertatem pertinent, inter laborioſos milites, ſtatim magnus Vulpherni-
us ridet uehementer & centum philoſophos uix centum aſſibus ęſtimat.

SCHOLIA.

Ius habet.] Legitur in quibuſdam exemplaribus. Ius ne habet. Hoc loco oſtendit ambitioſos
non eſſe liberos, ſed turpiter honorum cupiditati ſeruire. *Palpo.*] Adulator. Palpari, blandiri.

A Lucilius. Hic ubi me uidet, ſubblãditur, palpatur, caput ſcabit. *Cretata.*] Eo quod petitores magiſtratuum candidati comitijs in campũ martiũ deſcendebãt. *Vigila.*] Verba ſunt ambitionis ducẽtis ambitioſum. *Cicer ingere large*] Imitatio eſt Horatij. In cicere atꝗ faba bona perdas atꝗ lupinis. *Floralia.*] Ludi in honorem Floræ. *Thynni.*] Thynnus genus eſt piſcis. *Recutita.*] Recutiti dicuntur, quibus noua cutis contigit. Martialis. Nec ruptæ recutita colla mulæ. Recutiti dicuntur Iudæi, quia circuncisi ſunt. *Lemures.*] Spiritus terrifici, laruæ nocturnæ. *Galli.*] Sacerdotes matris dæorum. Oſtendit autem ſuperſtitioſos minime eſſe liberos. *Cum ſiſtro.*] Siſtrum eſt inſtrumentum ſonorum, quo in ſacris Iſidis Aegyptij ſacerdotes utebantur. *Varicoſos.*] Laborioſos & duros. Varices enim ſunt eminentiores uenæ in corpore, quæ interdum ſtantibus, nimiumꝙ laborantibus oriuntur. *Vulpheruius*] Nomen fictum à poeta, quaſi uulpis plenus. *Curto.*] Non integro. *Centuſſe.*] Centuſſis precium dicitur centum aſſium.

Vltima ſordidulum Satyra inſectatur auarum.

SATYRA VI.

ADmouit iam bruma foco te Baſſe Sabino,
Iam ne lyra & Tetrico uiuunt tibi pectine chordæ?
Mire opifex numeris, ueterum primordia uocum,
Atꝗ marem ſtrepitum fidis intendiſſe Latinæ,
Mox iuuenes agitare iocos, & pollice honeſto
Egregios luſiſſe ſenes. mihi nunc Ligus ora
Intepet, hibernatꝙ meum mare, qua latus ingens
Dant ſcopuli, & multa littus ſe ualle receptat.
Lunai portum eſt operæ cognoſcere ciues.
Cor iubet hoc Enni, poſtquam deſtertuit eſſe
Mœonides, quintus pauone ex Pythagoreo.
Hic ego ſecurus uulgi, & quid præparet auſter
Infelix pecori, ſecurus & angulus ille
Vicini noſtro quia pinguior. etſi adeo omnes
Diteſcant orti peioribus, uſꝗ recuſem
Curuus ob id minui ſenio, aut cœnare ſine uncto,
Et ſignum in uapida naſo tetigiſſe lagoena.

ASCENSIVS.

ADmouit iam bruma foco, &c.] In hac ultima ſatyra reprehenſurus
B poeta eos qui nimia cura diuitias hæredibus ſuis accumulant, cũ ipſi miſeri quaſi in paupertate & egeſtate uiuãt, ne forte mortuis põpa minus celebris in funere exhibeatur. Affatur Cæſium Baſſum poetam Lyricum quærens an ne ante focum genio & muſis operam det, quemadmodum poeta in patria ſua lætiuſcule uiuit genium ſuũ minime defraudans nec animum auaritia aut inuidia torquens, ut ad aliter facientes taxandos non inconcinnus ſit attrãſitus. ORDO. O Cæſi Baſſe, bruma. i. breuiſſima tempeſtas
C diei. hoc eſt frigus brumale quod in decembri eſt, admouit, id eſt, attraxit te iam foco Sabino. i. ad ignem in ſabinis tuis, nõ longe à Roma. Iam ne. i. nonne iam lyra, illud inſtrumentum muſicum & chordæ. i. fides uiuunt. i. in uigore ſunt, & exercentur tibi pectine. i. inſtrumento quo chordæ pulſantur, tetrico. i. ſeuero. o Baſſe dico, mire. i. admirande opifex, intendiſſe. i. per intenſionem expreſſiſſe, numeris, id eſt uerſibus numero conſtantibus, primordia, id eſt, prima exordia ueterum uocum, id eſt carmina, quorum ante ſolutam orationem approbatus fuit uſus ſcribentium, non quod carminc loquerentur primi mortales, ſed quia uetuſtiſſima quæꝗ ſcripta carmine conſtant. Quis enim aſſerat Adamum cum Eua & liberis metro fabulatum fuiſſe: aut robore natos ſtatim metricam calluiſſe, qua uel nunc tam pauci pollent atꝗ pro &, ſtrepitum, id eſt, ſonoritatem quæ pedibus uerſuum fit, marem, id eſt uirilem, fidis. i. chordæ muſicalis, Latinæ, id eſt, qua Latinus utitur,
D cum pauci ſint lyrici Latini. Et ſup. opifex, mox, id eſt, paulo poſt, agitare iocos iuuenes, id eſt iuueniles, & dicaculos ac molliuſculos uerſiculos, & luſiſſe, id eſt ſine labore ceciniſſe, honeſto pollice, id eſt honeſta crepitatione quæ per pollicem fit, ſenes egregios, id eſt uerſus grauiores ſenibus aptos. hæc omnia poſſunt legi interrogatiue. quaſi dicat uelim ſcire, an tu id agas. Nam ora ligus. i. extremitas Liguriæ. (Et declinatur hic & hæc ligus uel ligur liguris) intepet, id eſt, tepida eſt mihi hoc eſt ad utilitatem meam) niſi forte dicas intepet, id eſt non tepet, ſed frigida eſt, quia ora maritima in decembri non uidetur ne illic quidem tepere, unde addit, & meum mare hibernat, id eſt hyemem agit. Si malis cæteros inſequi, qui dicunt locum illum tepidum eſſe, eo quod ſit in cõualle quadam ab incurſu uentorum immunior quod etiam textus docet: Dicam aut ſic, & mare meum, id eſt mihi conueniens & natiuum hibernat, id eſt hibernum tempus facit cum meo commodo, ex ea parte, qua ſcopuli, id eſt, rupes altiſſimæ in mare procumbentes quæ locum illum à uentorum rabie ac frigore tutum reddunt, dant, id eſt, exhibent conficiunt ingens, id eſt, ualde magnum latus, & littus maris receptat, id eſt, reſtringit & contrahit ſe multa ualle, quæ inter ſcopulos eſt. aut ſic, ora ligus. i. extrema pars Liguriæ, ad quam frigoris euitandi gratia me recepi, intepet, id eſt intra modum tepet mihi: ꝗ pro quia, meum mare, id eſt, patrium mare, hibernat, id eſt, hyemem agit, ea parte qua ſcopuli dant ſcilicet uentis & frigori, ingens latus & qua littus receptat

ptat ſe multa ualle.ſ.iuxta Lunenſem portum.unde addit.O ciues,eſt operæ,id eſt, ad operā per- A
tinet,hoc eſt operæprecium eſt,cognoſcere portum Iunai,id eſt,lunæ ciuitatis & portus, ut docet
Strabo in quinto. Dicitur autem Iunai more antiquorum qui pro æ diphthongo ai ſcribebant
more Græcorum,& per licentiam facta diæreſi in diuiſas ſyllabas protulerunt. nec hoc dandum
eſt uitio poetæ qui in prima ſatyra antiquitatis ſectatores reprehendit, quia nō eſt uerſus factus à
poeta ſed citatus.eſt enim Ennianus, quē adducit,ut auctoritate eius portū illū laudet,nō ut quē-
uis damnet.laudatur enim in hoc quod Ennio diuino uati & iam meliori mente uiſum ſit operæ
precium ipſum cognoſcere.ne ergo quis antiquitatem uitio det & ut ſimul auctoritatem citet,ſub
dit.q.d.non ego id ſolus dico,quia cor.i.diuina mens Enni.i. Ennij poetæ laudatiſſimi ob ſenten
tiarum excogitationem & antiquitatem (Signanter autem dicit cor, quia ut Gel. author eſt cele-
bratum eſt Ennio fuiſſe tria corda,propter triplicem linguā quod loqui ſciret Græce, Oſce, & La
tine)iubet hoc. quod dictum eſt poſtquam deſtertuit, id eſt, multum ſtertendo ubi uiſus eſt eſſe
Mœonides,id eſt,accepiſſe animam Mœonidę,hoc eſt Homeri.& ita diuinus uates euaſit.Aut(de
enim modo auget modo imminuit,modo contrarium inducit) deſtertuit,id eſt non amplius ſter
tuit,ſed ſanæ mentis effectus eſt.ens quintus eorum quibus.ſ.eadem anima uidelicet Homeri ſe-
cundum opinionem Pythagoræ infuſa eſt ex pauone Pythagoręo,id eſt, cuius animam Pythago
ras dixit Homerum habuiſſe,ut ſit pauo primus.Euphorbus ſecundus.Homerus tertius.Pytha- B
goras quartus,& Ennius quintus.uel dicamus ut Quintus ſit prænomen & hoc uel ſic, poſtquā
deſtertuit,id eſt,deſijt ſtertere eſſe Mæonides ens.ſ.Quintus.ſ. prænomine, ex pauone Pythago-
ræo.id eſt,qui ſecundum παλιγγενεσίαν Pythagoricam crediderat ſe aliquando fuiſſe pauonem,hoc
eſt animam ſuam,fuiſſe animā pauonis auis.Vel ſic ut alludat quidem ad prænomen Ennij (nam
ut dixit.eſt petulanti ſplene cachinno) tamen etiam numero quintum numeret, & deſtertuit non
ſit contrarium eius quod eſt ſtertere,ſed completiuum,hoc ordine & intellectu ut latente riſu di-
cat reuera eſſe operæprecium cognoſcere portum Lunenſem, quandoquidem cor Ennij hoc di-
xerit poſtquam deſtertuit, id eſt, complete & quaſi cum effectu ſtertuit & ſomniauit eſſe Mæoni-
des ens ſup.Quintus,ut reuera erat,ſed prænomine,non ut deſtertuit numero,ex pauone Pytha
gorço.Eſt ergo caute dictum,ita ut ſomnium Ennij & recipere & refellere uideri poſſit, recipere ſi
dicatur Quintus prænomine,ex pauone,id eſt,qui inaniter ſomniauerat fuiſſe pauo. Notum eſt
prænomina plurima à numero ut opinor legionum aſſumpta. ut Secundus, Tertius, Quintus,
Sextus,Septimus,Octauus,Nonus,Decimus.Et inde. Quintius & ab illo Quintianus. Quinti-
lius & Quintilianus.Sic Sextius,Septimius,Octauius,Nonius,Decius forte pro Decimius. Ego
hic,id eſt,hoc loco ſecurus,id eſt,ſine cura & ſollicitudine uulgi,id eſt,quid uulgus moliatur & ſe
curus quid auſter,uentus ille,infelix,id eſt,infelicitatem afferens pecori,præparet,id eſt, porten- C
dat inferre,& ſecurus,id eſt,non curans,quia ille,id eſt,nouiſſimus mihi angulus uicini,eſt ſupple
pinguior,noſtro ſupple angulo aut agro,etſi,id eſt quamuis,omnes orti,id eſt,originem trahen-
tes,peioribus ſup.maioribus,id eſt,abiectioribus quàm ego,diteſcant.i.diuites fiant adeo.i. ual-
de tamen ſupple ego recuſem.i.nollem & renuam minui ſenio.i.conſumi ens curuus.i.inclinatus
ad terram & ſummiſſis humeris,ob id.i.propter proſperitatem aliorum, aut cœnare ſine uncto,
id eſt,oleo aut alio pingui adhibito,ſicut meras lactucas cum modico aceto Itali æſtate deuorant.
& ego recuſem,tetigiſſe naſo aut inter potandum, aut inter luſtrandum an ſignum integrum ſit;
inter potandum,ſcilicet è uaſe exhauſto,ſignum,id eſt,ut uulgo dicunt ſignetum quo res obſig-
nari ſolent,in lagœna uapida,id eſt,longo tractu euaporata. hoc eſt bibere fecem languentis & e-
uaporati uini.Intelligo igitur lagœnam prius obſignatam anulo aut alio ſigno impreſſo ceræ nō
in fundo lagœnæ,ſed in ea parte qua uinum infundi aut effundi ſoleat. dum enim reſignatur la-
gœna & uinum totum ebibitur,neceſſe eſt ut ſignum in aduerſa parte repoſitum dum lagœna to
ta inuertitur,naſum ebibentis contingat.Et ſic expoſitum conuenit cum illo quod præmiſit, cœ-
nare ſine uncto,ut ubi male comederit peius biberet.Si ut Plautus uult, luſtrando & exquiren-
do,intellige auarum ſenem cęcutientem,tam auide ſcrutari,ut pręfeſtinatione naſo lagœnam of-
fendat,quod Perſius ſe facturum negat. D

IOANNES BRITANNICVS.

Admonuit iam bruma foco te Baſſe Sabino?] Quattuor Baſſos eodem fere tempore fuiſſe comperio,
quorum unus fuit Saleius Baſſus quingentis ſeſtertijs à Veſpaſiano donatus.De quo ita meminit
Tacitus. Quis Saleium noſtrum egregium poetam, uel ſi hoc honorificentius eſt, præclariſſi-
mum uatem deducit aut ſalutat, aut proſequitur. Et paulo inferius. Laudamus & nuper inquit,
& miram & eximiā Veſpaſiani liberalitatem, quod quingenta ſeſtertia Baſſo donaſſet. Eiuſdem
meminit Quintilianus. Vehemens inquit & poeticum ingenium & Salei Baſſi fuit,nec ipſum ſe-
nectus maturauit. De hoc intellexit Iuuenalis. Et Sarrano tenuique Saleio Gloria quantalibet.
Alter Baſſus tragœdiarum ſcriptor temporibus Domitiani,quem ut malum poetam irridet Mar
tialis. Colchida quid ſcribis,quid ſcribis amice Thyeſten. Quid tibi cū Niobe Baſſe uel Andro-
mache.Materia,eſt mihi crede tuis aptiſſima chartis Deucalion,uel ſi non placet hic,Phaetō.Ter-
tius fuit Iulius Baſſus,qui ſub Veſpaſiano accuſatus,tandem abſolutus uindicatusq; eſt,à Domi-
tiano deinde relegatus,à Nerua reuocatus eſt. Bithyniamq; ſortitus redijt reus. Nam quia fuerat
in prouincia eadem quęſtor,quædam à prouincialibus,ut amicus acceperat,hæc accuſatores fur

A ta & rapinas, ipſe munera uocabat. tandem abſolutus fuit. Quartus Cęſius Baſſus poeta lyricus,
de quo ita ſcribit Fabius. At lyricorum idem Horat. fere ſolus legi dignus. nam & inſurgit aliquã-
do, & plenus iocunditatis & gratię; & uarijs uerbis & figuris feliciſſime audax. Si quẽ adijcere ue-
lis, is Cæſius Baſſus erit, quem nuper uidimus. De hoc intelligere poetam illud declarat quod ſe-
quitur. iam ne lyra & Tetrico uiuunt tibi pectine chordæ. Hunc igitur ut amicũ & in Sabinis hye-
mantem alloquitur poeta, interrogans num in Sabinis hyemet, & aliquid ad lyram moduletur
& ſcribat: docetq́ ſe portum Lunæ petijſſe, ut per quietem muſis operam daret: mox ciuium aua-
ritiam notat & eorum amentiam, qui ut multa hæredibus ſuis relinquant, parce ac duriter uiuũt,
inedia propemodum ſe conficientes. *Admouit iam bruma.*] Cum interrogatione legenda ſunt.
rogat enim eum num in Samnium iam uenerit, & iam aliquid ſcribat. *Bruma.*] Menſi decem
bri aſſignatur, in quo dies ſunt breuiores. Brachys enim breuis interpretatur, & himera dies.
Foco Sabino.] Poetæ ut per quietem poſſent ſcribere ſolitudines petebant, quod Cornelius oſten
dit. Adijce inquit, quod poetis ſi modo dignum aliquid elaborare & efficere uelint, relinquenda
conuerſatio amicorum & iucunditas urbis deſerenda, & cætera officia, utque ipſi dicunt in nemo
ra & lucos, id eſt, in ſolitudinem recedendum eſt. Horatius. Scriptorum chorus omnis amat
nemus & fugit urbem. *Sabino.*] Sabini populi ſunt inter Latinos & Vmbros, gens quædam
B antiquiſſima. Ager eorum egregie oliuetis & uinetis præditus eſt. auctor eſt Strabo. *Iamne ly
ra & tetrico uiuunt tibi pectine chordæ.*] Lyra inſtrumentum eſt muſicum, quod Eratoſtheni poetæ
Græco Mercurius primus ex teſtudine fecit, quod poſtea Orpheo fertur tradidiſſe. de quo a-
pud Higinium multa leguntur. A lyra lyrici dicti ſunt poetæ, qui uerſus ad lyram decantandos
componebant. unde auctore Strabone, poetica ad demonſtrationes uſa eſt cantibus. hoc enim
erat oda, ſermo ſcilicet modulatus. Vnde & Rapſodiam & Tragœdiam & comœdiam ueteres di
ctarunt. Lyricorum duo tantum apud Latinos (auctore Fabio) ut diximus claruere, Horatius &
Cæſius Baſſus. Apud Græcos uero nouem. Steſichorus, Bacchilides, Ibicus, Anacreon, Pinda
rus, Simonides, Alcman, Alcæus, Sapho. Addunt quidam decimo loco Corynnam mulierem.
de qua Papinius in Siluis epicedio in patrem ſuum ſic ait. Tu pandere doctus Carmina Bacchi-
lidæ, latebraſque Lycophronis atri, Sophronaque implicitum, tenuiſque archana Corynnæ.
Senſus eſt igitur. Ad lyram ne carmina ſcribis? *Tetrico.*] Graui & ſeuero, ſiue potius Sabino,
à monte Tetrico Sabinorum. *Mire opifex numeris.*] Ordo eſt. Mire opifex intendiſſe numeris.
Numeris.] Rhythmis uerſibus. ut alibi. Scribimus incluſi, numeros ille, hic pede liber. & erit dati
uus caſus. *Intendiſſe.*] Intentione neruorum inſeruiſſe. Virgilius in nono. Cui carmina ſem-
per, Et citharæ cordi, numeroſque intendere neruis. *Veterum primordia uocum.*] Carmina quæ
C ante orationem ſolutam fuiſſe & Latini & Græci teſtantur. unde Strabo geographus ſic refert. Pri
mum ante omnia apparatio ipſa poetica proceſſit in medium & approbata complacuit. Dehinc
illam imitati, cum metrum ſoluiſſent reliquis poeticæ ſeruatis partibus rem ſcriptis commenda-
runt, Cadmus uidelicet & Pherecides & Hecateus. Nam Cadmus auctore Plinio primus proſai-
cam orationem condere inſtituit. Cornelius quoque Tacitus de claris oratoribus hoc ita confir-
mat. Hæc inquit eloquentiæ primordia, hæc penetralia. hæc primum habitu cultuque commoda
mortalibus in illa caſta, & nullis contacta uitijs pectora influxit. ſic oracula loquebantur. *Vete
rum uocum.*] Quibus primum apud mortales carmina, ut dictum eſt cantabantur. unde Corne-
lius Tacitus. cæterum felix illud, & (ut more noſtro loquar) aureum ſeculum & oratorum & crimi
nũ impos, poetis & uatibus abundabat, qui benefacta canerent, nõ qui male admiſſa defenderẽt.
Atque.] Expoſitiue poſitum eſt atq́. pro. i. *Marem ſtrepitum.*] Expreſſit materiam lyricorum,
à quibus & pugiles & certamina equorum cantari ſolent. Virgilius. Cui carmina ſemper, Et citha-
ræ cordi numeroſq́ intendere neruis: Semper equos atq́ arma uirûm pugnaſq́ canebat. Hora-
tius: Muſa dedit fidibus diuos pueroſq́ deorum, Et pugilem uictorem & equum certamine pri
mum, Et iuuenum curas, & libera uina referre. Marem igitur ſtrepitum. i. ſonum maſculum & uõ
muliebrem, quo certamina pugilum & equorum canis. Maiori enim ſtrepitu hæc à poetis cantan
D tur. *Fidis.*] Eius nominatiuus eſt fides non fidis, ut credit Priſcia. hac re deceptus, quòd ſi fi-
des faceret in nominatiuo, fidicula non diceretur, ſed fidecula, non intelligens rationem analo-
giæ fidicula dicendum eſſe à fides, ſicut ædicula ab ædes, ſedicula à ſedes, cædicula à cædes. non cę
decula, ſedecula, ędecula. Ergo fides dicendum eſt. cuius diminutiuum eſt fidicula, uel parua cy-
thara, uel chordula. Nam fides (auctore Feſto) genus eſt citharæ, dictæ quòd tantum inter ſe chor
dæ eius, quantum inter homines fides concordet. In plurali uero tortoriũ inſtrumentum ex duo
bus (ut nonnulli putauere) obliquatis lignis compactum, uel ab extorquenda fide ac ueritate, uel
à neruis funibus, uinculiſq́, quibus homines torquendi alligabantur. *Mox.*] Pro deinde po-
nitur. quàm mox uero quàm cito ſignificat. *Latinæ.*] Bene Latinæ, ne Græcus putaretur. Nam
à Græcis carmen lyricum ſumpſit initium, & ut diximus in eo plures claruere Græci. *Iuuenes agi
tare iocos.*] id eſt, iuuenum amores ſcribere, quod proprium eſt lyricorum, ut ſupra. Et iuuenũ cu
ras, & libera uina referre. *Agitare.*] Amantium ſollicitudinem expreſſit. *Egregios luſiſſe ſenes*]
id eſt, facta ſenũ egregia. *Luſiſſe.*] Scripſiſſe. Virg. Ludere quæ uellem calamo permiſit agreſti.
Mihi nunc Ligus intepet.] Locum deſcribit, quo ut per quietem aliquid ſcriberet, ſeceſſerat, eum-
que dicit eſſe portum Lunæ. *Ora ligus.*] Ligures populi ſunt inter amnes Varum & Macram
Hetruſcis inhærentes, ab ijs Macra ſeparati. *Intepet hibernatque meum mare.*] Hoc dicit, ſe ab urbe
per

per hyemem ſeceſſiſſe inter confines Liguriæ & Hetruriæ, qua parte eſt Luna oppidum Hetru- A
riæ. *Intepet.*] Hyemali tempore temperatum aerem mihi præbet. Ouid. Cum tamen aura tepet
medio defendimur Hiſtro. *Hibernatq; meum mare*] Duo ſignificat, tempus eſſe hyemale, & ibi om
nia temperata eſſe aeris clementia. *Meum mare.*] Hetruſcum. Nam in Hetruria patriam ſuam,
ut diximus, habuit Volaterras. *Qua latus ingens dant ſcopuli.*] Luna primum eſt oppidum He-
truriæ, uenientibus ex Liguria, cum portu nobili eiuſdem nominis. Græci enim & portum & ur-
bem Selenes, id eſt, lunæ appellant. Vrbs quidem haud ſane magna, maximus uero & pulcher-
rimus portus eſt, multos intra ſe portus amplectens magnę profunditatis uniuerſos, uſqueadeo,
ut omnium, qui maris teneant imperium, facile fieret receptaculum. Celſis uero montibus por-
tus ipſe circuncluditur, qui proſpectum longe pelagi præbeant. Nam & Sardiniæ & magna
utriuſque littoris pars cernitur, auctor eſt Strabo. *Latus ingens.*] Quia ut dictum eſt, multos
intra ſe portus complectitur. *Dant ſcopuli.*] id eſt, montes celſi, quibus portus circuncluditur.
Multa ualle.] Propter portus magnitudinem. *Receptat.*] Recuruatur. *Lunai portum eſt, &c.*]
Hic uerſus Ennianus eſt, ut ille apud Virgilium: Vnus qui nobis cunctando reſtituit rem. Senſus
eſt. iucundum quidem eſt ó ciues portum lunæ inſpicere. Declarauit poeta portum lunæ Ennij te
ſtimonio pulcherrimum eſſe. *Eſt operæ.*] Deeſt precium. ſumptum à mercenarijs, quibus poſt
laborem ſuaue eſt capere mercedem ſuam. *Cor iubet hoc Enni.*] Illud enim carmen in Annali- B
bus ſuis ſcripſit Ennius de portu Lunæ. *Enni.*] Quintus Ennius poeta natus eſt Tarenti, ut
tradit Euſeb. ut uero ſcribit Mela, Rudijs quod oppidum Appuliæ eſt. Sic enim ſcribit. Ennio ci-
ue nobiles Rudiæ, qui à Catone quæſtore Romam translatus habitauit in monte Auentino, par-
co admodum ſumptu contentus & unius ancillæ miniſterio. Septuagenario maior, ut ſcribit Ci
cero articulari morbo perijt, ſepultusq; in Scipionis prioris monumento uia, appia intra primũ
ab urbe miliarium. cuius ſtatuam Scipio, ut ſcribit Plinius & Solinus, imponi ſepulchro ſuo iuſ-
ſit. *Poſtquam deſtertuit eſſe Mæonides.*] Scribit Ennius in principio Annalium ſuorum (ut auctor
eſt Porphyrio) ſomnio ſe admonitum quod ſecundum Pythagorę dogma, anima Homeri in ſuũ
corpus ueniſſet. quod reſpexit Perſius illic. Nec in bicipiti ſomniaſſe Parnaſo memini. *Quintus
pauone ex Pythagoræo.*] Varias opiniones ſequuntur poetę. alij enim dicunt ſcripſiſſe Pythagoram
ſe pauonem fuiſſe, deinde ex pauone animam ſuam in Euphorbum tranſiſſe, tum in Homerum,
eademq; ab Homero fertur in ipſum translata, tum demũ in Enniũ perueniſſe. ut ſic accipias En-
nium quintũ fuiſſe à pauone in cuius corpore habitauit anima Pythagorę. Heraclides uero pon
ticus auctore Plutar. refert hunc de ſe dicere ſolitũ, quod fuiſſet aliquãdo Ethalides, Mercurijq; fi
lium putatũ eſſe, Mercuriũq; monuiſſe illum ut peteret præter immortalitatẽ quod uellet. petijſſe
igitur ut uiuens & uita functus omnium quæ contingerent memoriã haberet. Itaq; in uita memi- C
niſſe omniũ eãdemq; memoriam & poſt mortẽ reſeruaſſe, longoq; poſt tẽpore in Euphorbũ ue-
niſſe atq; à Menelao fuiſſe uulneratũ. unde Oui. Panthoides Euphorbus erã, cui pectore quondã
Hæſit in aduerſo grauis haſta minoris Atridæ. Euphorbus aũt dixit ſe Ethalidẽ fuiſſe, atq; à Mer-
curio pro munere hoc accepiſſe, ut anima illius iugi circuitione uagaretur, & in quas uelit arbo-
res uel animantes cõmigraret. Poſtea uero ꝙ Euphorbus diẽ obijt, ingreſſa in Hermotimũ ipſius
anima: qui & ipſe cũ fidẽ uellet facere, Brãchidas petijt, ingreſſusq; Apollinis phanũ oſtẽdit clipeũ
quẽ illic Menelaus affixerat. Ait enim illũ cum ex Troia remeaſſet, Apollini ſacraſſe ſcutũ iam pu
trefactũ, ſolamq; perdurare eburneã faciẽ. Vbi aũt & Hermotimus uita functus eſt, rurſus in Pyr-
rhum Deliũ piſcatorẽ migraſſe, illumq; omnia memoraſſe, ut. ſ. primũ Ethalides fuerit poſtea Eu-
phorbus, deinde Hermotimus, ac poſtmodũ Pyrrhus effectus ſit: ac deinceps poſt Pyrrhũ factũ
eſſe Pythagorã, omniũq; meminiſſe quæ prædiximus. *Poſtquã deſtertuit eſſe M.*] Poſtquã excita-
tus è ſomno cœpit eſſe Homerus. hæc enim particula de in cõpoſitione plerũq; contrariũ ſignifi
cat. ut dediſco, deſueſco. cõtraria enim ſunt his uocibus diſco & aſſueſco. Deſtertere igitur eſt ceſſa
re à ſomno. *Mæonides.*] Homerus. patronymicũ eſt à Mœone patre, nõ aũt ut multi putauere à
Mœonia regione. Nam Ariſt. in iij. De poetica lib. dicit. In Ionia inſula quo tẽpore Heleus Codri fi
lius Coloniam in Ioniam deduxit, puellam quandam indigenã, à deo quicum muſarũ cõſuetudi D
ne utebatur, fuiſſe cõpreſſam. quæ cũ grauida facta eſſet, infamiã uerita in locũ abijt quę Aegina di
cebatur: ibi à latronibus capta, ac Smyrnam quæ tunc Lydorũ tenebatur imperio abducta, Mœo
ni Lydorũ regi amico ab ijs dono data eſt. ille uero puellæ uenuſtate captus eam duxit uxorem:
quæ cum poſtea iuxta Meletẽ forte ſpaciaretur, partus ſubitis occupata doloribus Homerũm a-
pud flumen enixa eſt, quem ſuſcipiens Mœon pro ſuo educauit, matre ſtatim poſt partum mor-
tua. Vel à Mœone qui auctore Euphorbo, Criteida filiam Apellis grauidã fecit, ex qua natus eſt
Homerus, ut latius à nobis dictum eſt in commentarijs Sta. Mœonidẽ igitur intelliges dictũ ſiue à
uitrico ſiue à patre. *Hic ego ſecurus uulgi.*] Satyrico more iam flectitur ad auaritiam ſuorũ tempo
rum carpendam. Senſus eſt. ego inquit huc concedens, & uulgi ſtrepitum fugi, & auſtrum inimi-
cum pecori non timeo, nec inuidia moueor felicitate uicini. ut ſic oſtendat ab omni animi affectu
ſe remotum eſſe. *Securus uulgi.*] Subaudi ſum. i. à ſtrepitu uulgi remotus. i. non anxius, non ſolli
citus de iudicio uulgi. ideo ſecurus. *Et quid præparet.*] Remotũ ſe eſſe oſtẽdit ab omni animi ſol
licitudine, quæ inimica ſolet eſſe ſcribentibus. Vnde Sapho. uacuæ carmina mentis opus. *Præ
paret.*] Virg. Georg. primo cogitet dixit. Quid cogitet humidus auſter. Infelix autem, noxius, leti
fer. ſic enim etiam à Virgilio uocatur, letifer auſter. Eſt enim is uentus calidus & humidus, idcirco

A ad ſoluenda corpora morboſq; inducendos aptus. Græce [illegible] dicitur. *Auſter.*] Ventus eſt Meridionalis, qui alio nomine Notus dicitur. eo flante decidũt imbres pecori maxime noxij. Virgil. Arboribusq; ſatisq; notus, pecoriq; ſiniſter. Hora. plũbeũ auſtrũ appellauit. Nec mala me ambitio perdit, nec plũbeus auſter. *Infelix*] Inimicus & nõ propitius, unde cõtra felix propitiũ. Virg. Sis felix noſtrũq; leues, quæcũq; laborẽ. *Securus & angulus ille uicini noſtro quia pinguior.*] Ordo eſt. Et ſum ſecurus, quia ille angulus uicini ſit pinguior noſtro. Inuidia ſe non moueri felicitate aliena oſtẽdit, quod eſt auari & improbiſſimi hominis. Iuue. Maiorq; uidetur, Et melior uicina ſeges. *Et ſi adeo o. diteſcant orti p.u.r.c.o.i.m.ſ.*] Nunquã inquit dolore ſeneſcã quod humili loco nati præcedant me opibus. *Adeo.*] Valde. Teren. Adoleſcentem adeo nobilem. *Diteſcant*] Locupletentur. *Orti p.*] Humilioribus nati. *Vſque.*] Particula hæc abſolute poſita cõtinuationem ſignat. i. ſemper. *Recuſem.*] Recuſauero. *Cœnare ſ.u.*] Sine delicijs, niſi adſint cibaria lauta & opipara. Magnum enim eſt inuidiæ ſignum, ita felicitatem alienã ęgre ferre, ut lautioribus cibis abſtineas. ut ſit ſenſus. Ego tanto dolore alienæ felicitatis non conficiar, ut nolim mihi parari lauta obſonia. i. non ita rumpar ut genium meum defraudem. *Et ſignum in uapida naſo tetigiſſe lagœna.*] i. recuſabo inquit bibere niſi pocula adſint capaciſſima, ut non facile uno hauſtu ſiccentur: nã naſo tetigiſſe ſignũ in poculo dum bibis, ſignũ eſt uas paruum eſſe ut facile totum bibas, idq; eſt auaritiæ indicium. *Signum.*] Fundum poculi deſignat ubi imagines ſculpi ſolent. *Vapida.*] Ni-
B mij uaporis ut alibi. Exhalet uapida læſum pice ſeſſilis obba.

IOANNES BAPTISTA.

Admonuit iam bruma.] Hanc ſatyram non minus iocundam quàm eruditam, cuius pabulo lectorum animi ſaginantur, ad quendam Baſſum ſuum familiarem, ſuæq; tempeſtatis celeberrimũ poetam, qui in Sabinos ſeceſſerat, ut hyemaret, ſcribit: mediocritatemque quam auream appellat Horat. ipſe ſeruaturus illos caſtigat, qui ut opulentiorem diuitijsq; offertiorem relinquant hæredem, ſordide, parce, miſereq; inedia prope ſe conficientes uitam agere, & geniũ crudeliter defraudare conſueuerunt. Commentationem ergo aggrediamur, qua mens noſtra reficitur, in qua pro uirili parte auribus lectorum ſatisfacere contendimus: nec imitabimur quoſdam noſtræ tempeſtatis nomen commentatoris ſibi uendicantes, qui in principio ita ample, ita magnifice, ita copioſe commentantur, ut nihil magis amplum, magis magnificũ, magiſq; copioſum uideri poſſe credatur: poſt peracto medio curſu ita langueſcunt, ita flacceſcit illorum commentatio ut quid dicerent ignoraſſe uideantur. Immo ſi priores ſatyræ fuerunt copioſæ, & luculentæ, hanc copioſiorẽ, & luculẽtiorem efficiemus. nam ſicut turpe eſt hiſtrioni in nouiſſimo fabulæ actu relenteſcere, ita indecorum eſt commentanti in extremo curſu peragendo laſſeſcere. Deridendi ſunt mediusfidi-
C us, qui interpretationes ſuas ideo ſe breui oratione complecti prædicant, ne lectoribus nauſeam cõcitent & bilem, quorum delicias, deſidiamq; quaſi iudicium reſpicere ridiculum eſt. nam ſi hos in conſilio, ut inquit Plin. habeas, non ſolum tutius eſt breuiter dicere, ſed omnino non dicere.

Admonuit iam bruma.] Senſus eſt. ô Baſſe amice mi amabiliſſime, ſeceſſiſti ne adhuc in Sabinos? ſcribis ne carmina lyrica ea grauitate, & ſtylo lepidiſſimo, quo Romæ ſcribere conſueuiſti? ſecedebãt enim & ſolitudines petebant, qui commentari & ſcribere aliquid meditabantur. quod Cornelius oſtendit. Adijce inquit, quod poetis ſi modo dignum aliquid elaborare & efficere uelint, relinquẽda conuerſatio amicorũ, & iucunditas urbis deſerẽda, cæteraq; officia, & (ut ipſi dicunt) in nemora & lucos, id eſt, in ſolitudinem recedendum eſt. *Admonuit.*] Appropinquauit. *Bruma.*] Temporibus Plinij, & auorum fiebat octaua in parte Capricorni ad octauũ calẽdas Ianuarij fere, qua pulegium floret in carnarijs, rumpuntur intentæ ſpiritu membranæ. hic eſt unus ex magnis anni cardinibus. Tunc pruinæ, niues, gelicidia, mortales infeſtant. Democritus talem futuram hyemẽ arbitratur, qualis fuerit brumæ dies, & circa eum terni. Bruma à breuitate dierum nomen accepit, ut auctor eſt Pompeius, quia ſol ueluti ſenio confectus & ad Capricornum atq; inferiores delapſus circulos, ad altiores incipit remeare, & quaſi enaſci. *Baſſe*] Fuit iſte Baſſus egregius poeta, uel ſi hoc honorificẽtius eſt præclariſſimus uates, ut inquit Tacitus. cuius meminit Quintilian. &
D Iuuen. illo uerſu: At Sarano tenuiq; Salcio. uocabatur enim Salcius Baſſus. fuit & alter Baſſus dictus Licanius de quo Plinius in xxvi. facit mentionem. & Dioſcorides in præfatione his uerbis. ὁ δὲ κράτιστος Λικίνιος Βάσσος [illegible], id eſt, optimi uiri Licanij Baſſi animum erga te, quem cognouimus cum unà uerſaremur, non exiguã ſignificationem ſingularis in te beneuolentiæ, dabat. quæ uerba eo libentius recitaui, ut peruicacia quorundam uinceretur, qui autumant Pliniũ à Dioſcoride multa excerpſiſſe, cum hos duos eodẽ tẽpore fuiſſe ex hoc appareat, quod uterq; Licaniũ Baſſum uiderit, & quidẽ prouecti iam, & commentantes. *Foco Sabino.*] Sabini in regione Italiæ quarta ſunt, à religione, & deorum cultu quaſi ſeuini appellati. σέβειν enim colere, & ſacrificare ſignificat. Portius Cato (teſte Dionyſio ait) Sabinos dictos eſſe à Sabino rege, & illum quidẽ filium fuiſſe Sangi cuiuſdam gentilis diui, qui à quibuſdam Piſtius ſit uocatus. Silius à Sabo auctore gentis Sabinos dici prodidit in octauo. hos Plinius Apœninis iugis uallatos utrinque ſcribit. Strabo Sabinos ait anguſtum incolere agrum in longitudinem protenſum à Tyberi uſq; Nomentum oppidum ſtad. mille uſq; ad Veſtinos. *Iam ne lyra.*] Senſus eſt. componis ne ad lyram carmina ut conſueuiſti? Lyra eſt inſtrumentum muſicum, in qua quot fides ſunt, tot reſonãt uoces. Gręci enim λῆρον, uocum uarietatẽ dicũt. uel dicta eſt lyra ἀπὸ τοῦ λύειν quod canere eſt. hinc poetæ lyrici dicti quod uarijs carminibus

uun-

uruntur,& ad lyram canunt,& carmen ipſum lyricum nominatur. hanc inuenit ex teſtudine Mer- A
curius,& Orpheo donauit, ut Eratoſthenes ſcribit. at Porphyrio & Acron aſſerunt primo in/
uentam lyram à Mercurio, datam Apollini accepto baculo, quem caduceum uocant. *Tetri-*
co pectine.] Graui,ſeuero,grandi,& cothurnato, ſiue Sabino. Seruius enarrans illud in ſeptimo;
Qui tetricæ horrentis rupes,inquit: Tetricus mons in Sabinis aſperrimus, unde triſtes homines
tetricos dicimus. *Mire opifex.*] Ordo eſt. Mire opifex intendiſſe numeris primordia. *Nume-*
ris.] Rythmis,uerſibus. Virgilius: numeros memini ſi uerba tenerem. *Primordia ueterum uocum*]
id eſt uerſus,& carmina. conſtat enim citius poetices quàm ſolutæ orationis fuiſſe originem. nam
deus ipſe ſtatim pene à condito mundo ſua myſteria per poetas celebrari uoluit, ſicuti in inui/
ctiſſimo illo duce Moſe,& Idumæo Iob,in Dauid patre,filioq; Solomone,in Eſaia,ac pleriſque a/
lijs Hebræis manifeſto deprehendimus,quorum opera in patria lingua uerſibus conſtant. teſta/
tur & hoc Strabo, primum inquiens ante omnia apparatu ipſa poetica proceſſit in medium &
approbata complacuit,de hinc illam imitati cum metrum ſoluiſſent reliquis poeticæ partibus
ſeruatis rem ſcriptis commendarunt, Cadmus uidelicet,Phere.& Heca. unde Tacitus Cæterum
inquit felix illud,&(ut more noſtro loquar)aureum ſeculum & oratorum, & criminum impos,
poetis & uatibus abundabat,qui benefacta canerent,non qui male admiſſa defenderent. *Inten-*
diſſe.] Neruorum intenſione inſeruiſſe. Vergilius. Cui carmina ſemper Et cytharæ cordi nume/ B
roſque intendere neruis. *Marem ſtrepitum.*] Fortem,& uirilem ſonum,non mollem,laſciuum,
eneruem,& effœminatum, ut multi,quos in prima ſatyra ſale ſatyrico perfricuit. Expreſſit autem
materiam Lyricorum qui & pugiles,& equorum certamina cantare conſueuerunt. Vergilius. Sē-
per equos,atq; arma uirū,pugnaſq; canebat. Horatius. Muſa dedit fidibus diuos, pueroſq; deo
rum: Et pugilem,uictorem & equum certamine primum: Et iuuenum curas,& libera uina referre;
Hinc dixit. *Mox iuuenes agitare iocos.*] id eſt, iuuenum amores deſcribere. *Fidis Latinæ.*] Fi/
des genus eſt citharæ, dicta quod tantum inter ſe chordæ eius,quantum inter homines fides con
cordet. nonnulli etymon Græcum habere uolunt. Ambroſius uero ſic ſcribit. Vbi autem fides ibi
exercitus,legiones ſuæ quotidiana uirtute martyriū conſequentur. Vnde arbitror quod fila chor
darum citharæ ideo fides dicantur, quoniam & mortua ſonum reddūt. *Agitare iocos iuue.*] Sol
licitudines,& tormenta expreſſit amatorum,qui iactantur,cruciantur,agitantur,ſtimulantur,ex
animantur,diripiuntur,diſtrahuntur,multaq; alia id genus incommoda(ut eſt apud Plautum)
patiuntur. *Pollice honeſto.*] Decenti, lepido & ornato ſcribendi charactere. *Luſiſſe.*] Deſcrip
ſiſſe. *Egregios ſenes.*] Mores,& facta ſenū egregia. *Mihi nunc Ligur.*] De loco,& ciuitate,in qua
ut liberiore animo det operam muſis,ſeceſſerit,amicum reddit certiorem dicens eſſe portum Lu-
næ,quæ ciuitas eſt in Liguria. *Ora ligur.*] Plinius Italiæ deſcriptionē orditur à Liguria, quæ eſt C
inter amnes Varrum & Macram, ab altero latere habens Apœninum, ab altero padum, Thuſciā
attingens,cuius caput eſt Genua. à qua liguſtica ora,& incola eius Ligur appellatur. Ligures,quo
rum teſt. Liuio,& Strab. duo ſunt genera,cis Alpes & ultra,fuerunt bellicoſi (ut teſtis eſt Plutar. in
Aemilio)& olim capillati nunc tonſi,ex quo illud eſt Lucani. Et nunc tonſe Ligur. Refert Liuius li
bro xxxvij. Liguriam prouinciam ante omnes alias acuiſſe Romanam uirtutem, cum liguſtinus
hoſtis uideretur eſſe natus ad continendam Romanis militarem diſciplinam. Verg. Aſſuetumq;
malis Ligurem. dicta aūt eſt Liguria à Ligye gigante, qui profligauit Herculem Marſiliam uſque,
poſt aduentum ab Gerione defraudatus illi armentis. de quo etiam Euſtathius in commentarijs
Dionyſij Lybici multa diſcutit. Ligus autem ſecūdum Probum declinatur hic,& hęc,& hoc Ligus
pro incola liguriæ qui etiam Ligur dicitur. *Temperat*] .i. aerem temperatum,& minus frigidum
mihi præbet,& æſtuum ſubminiſtrat hiberno tempore. Ouid. Cum tamen aura te.me. defen. hiſt.
Hibernat.] Hibernare eſt ſtationem hyeme facere. mare uero hibernat cum à procellis exagita/
tur tempore hyemali, ut nauigari & remis ſulcari nequeat. *Qua latus ingens.*] Deſcribit portum
Lunenſem qui maximus & pulcherrimus portus eſt multos intra ſe portus complectens magnæ
profunditatis uniuerſos, uſqueadeo ut omnium,qui maris teneāt imperium, facile fieret recep/
taculum. Celſis uero montibus portus ipſe circuncluditur,qui proſpectum longe pelagi præbe/ D
ant: nam & Sardiniæ & magna utriuſq; littoris pars cernitur. auctor Strabo. Plinius libro tertio
inquit: Primum oppidum Hetruriæ Luna portu nobile. Marmor quondam liguſticum lapidici
næ Lunenſium dederunt,quod candidum erat,& lucidum,ex quo columnæ, & inſignia Roma/
næ ciuitatis opera conficiebantur. namq; cum mari uicina incumbat effoſſio, facile lapides lunē
ſes euehebantur,quos è pelago ſubuehendos Tyberis excipiebat. hinc Luna metallifera à Statio
dicta in Syluis illo uerſu. Anne metalliferæ repetit iam mœnia Lunæ. *Scopuli.*] Montes,& ſaxa
quibus occluditur,& circūuallatur portus. *Receptat.*] Inſinuat,curuatur. *Lunai portum*] Car
men Ennianū,quod allegat, & ſuis inſerit poeta, ut uetuſtiſſimi poetę teſtimonio & auctoritate
Lunę portum pulcherrimum eſſe doceat. Et eſt ſenſus. O ciues Romani eſt pulchrum, & iucundi
tatis plenum,utileq; lunenſem portum cognoſcere. *Operæ.*] Deeſt precium,id eſt utile,fructuo
ſum,ſuaue,& ad rem pertinens. Iuue. Eſt operęprecium penitus cognoſcere toto Quid faciāt agi
tentq; die. *Lunai.*] Diſſolutio diphthongi more Gręco, qua elocutione poetę ueteres ſcaturi/
unt. Lucretius. Hinc iam noſſe licet quę ſit natura animai. Verg. Pictai ueſtis & auri. *Cor En-*
ni.] Ennius prudens,& cordatus. In corde enim(ut inquit Pli.)habitat mens, quod fontem uitę,
& radicem,necnon principium uirtutis uitalis eſſe autumant Auicenna & Galenus: à cuius inter

A prete fons uitæ & radix dicitur cor. ſecundum Ariſto. cor eſt fons uenarum, arteriarum, & ſenſu-
um. alijs (ut cum Cicerone loquar) cor ipſum animus uidetur ex quo excordes, uecordes, con-
cordesque dicuntur. & Naſica ille prudens bis conſul corculum appellatus, & egregie corda-
tus homo Catus Aelius Sextus. In uulpe (quod cœli ſidus eſt) habentes horoſcopum erunt corda
tiſſimi. Illud ſciendum, & memoratu dignum, quod Ennius tria corda habere ſeſe dicebat. quod
loqui Græce, & Oſce & Latine ſciret, auctor Gellius in xvij. Fuit autem Ennius Tarentinus (ut ſcri
bit Euſebius) Strabo uero & Pomponius Mela patriam Ennij dicunt eſſe Rudias in Apulia. Sili-
us libro duodecimo Puni. Miſerũt Calabri, Rudiæ genere uetuſtæ Hũc, Rudiæ ſolo memorabile
nomen alumno. Scripſit primus apud Latinos Annales uerſu heroico (ut Gellius refert) quibus
bella Italiæ cecinit, & ſecundum bellum Punicum in gratiam Scipionis carmine minus polito:
nam ingenio ualuit, ſed arte caruit, ut Ouidius cecinit. de hoc ait Lucretius. Ennius ut noſter ce-
cinit, qui primus amœno Detulit ex Helicone perenni fronde coronam. auctor eſt Quintilianus,
Ennium ſicut ſacros uetuſtate lucos adorandum. Poſt ſeptuageſimum annum (ut ſcribit Euſe-
bius) perijt morbo articulari, quem nimio uino contraxerat, ut docet Serenus. ſepultus fuit in
Scipionis monumento uia Appia, ut etiam teſtatur Cicero. Priorem Affricanum. Q. Ennij ſtatuã
ſuo ſepulcro poſuiſſe auctores ſunt Plinius & Solinus. *Poſtquam deſtertuit.*] Sunt quandoq; in-
B ter ſe probi ſcriptores in tantum diſſidentes, ut nulla fere parte conueniant, ſicut literarum inda-
gatores facile norunt, & nos non latet, qui ea quæ de Pythagora traduntur reuoluentes, auctorũ
pene omnium opiniones diſſentaneas eſſe reperimus. ſed ut quæ ſcribunt Heraclides Ponticus,
Lactantius Firmianus, Hieronymus, Philo, cæteri, ſilentio prætereamus, ne lector longa opinio
num ſerie & rerum à Pythagora geſtarum narratione prolixa ſuccumbat, quæ tradit Lactanti-
us interpres Papiniani ſubſcribemus. hæc enim cum Perſio magis conueniunt, & eius mentem
puram, limpidam, & defecatam legentibus præbent. tradit enim primum quod anima Pytha-
goræ in Euphorbũ migraſſe dicitur Troiano prælio, dum de clypeo ageretur Danai depoſitione
fixum, ſecundo in Pythagoram, tertio in pauonem, quarto in Homerum, quinto in Enni-
um poetam. qui in hoc ſolum à Perſio (ut quidam exiſtimant) diſſentit, quoniam primo Pythago-
ram fuiſſe Euphorbum dicit, quem pauonem primo fuiſſe Perſius aſſeuerat. aliter enim non eſſet
quintus á pauone, ſi pauo tertio, ut facit Lactantius numeraretur. Ego uero re diligenter perpen-
ſa Quintum prænomen Ennij eſſe contendo, non autem nomen numerum ſignificans, ut quidã
ſemieruditi arbitrati ſunt, qui cum aliquid ultra primas literas ſunt progreſſi, aliena pro ſuis e-
dunt, & propria edentes bipedum omnium nequiſſimi cauillationibus & maledictis inſectantur.
Demonſtrat hoc aperte Seneca, apud quem Ennius Quintus nuncupatur. *Deſtertuit eſse Mæo-*
C *nides.*] Poſtquam experrectus, & ex ſomno excitatus cœpit eſſe Homerus. Ennius enim in prin-
cipio Annalium ſuorum (ut ſcribit Porphyrio) faſſus eſt per ſomnium in corpus ſuum animam
Homeri intraſſe, quem Mæonidem appellant poetæ à Mæone, à quo loco filij educatus eſt. fuit
enim filius ſecundum quoſdam Maronis & Ornethus, ſecundum alios Meletis fluuij, & Erithei-
dos nymphæ, unde Meleteas chartas appellauit Tibullus Homericas. alij genus ipſius in Callio-
pen muſam referunt, & dicunt ipſum Meliſogenen, & Miliſian nominatum. Ariſto. uero libro
tertio De arte poetica (ut retulit Plutarchus) dæmonem quendam illius patrem fuiſse dixit. de pa
tria eius inter auctores non conſtat. cæcus fuit, ut tradunt Plutarchus & Herodotus, & ipſe teſta-
tur de ſeipſo ita loquens in hymno Apollinis τυφλὸς ἀνήρ, οἰκεῖ δὲ Χίῳ ἔνι παιπαλοέσσῃ, id eſt, cæcus uir ha-
bitat autem in Chio aſpera. ob quod nomẽ Homeri ſortitus eſt & à Martiano capella Cæcutiens
appellatus. hic eſt ille quem Ariſtophanes poeta Athenienſis ἐν βατράχοις, id eſt, in ranis θεῖον hoc eſt
diuinum appellat: Plato princeps philoſophorum τὸν ἄριστον καὶ θειότατον τῶν ποιητῶν hoc eſt opti-
mum ac diuiniſsimum poetarum dicit. Claudius iuriſcõſultus digeſt. de pœnis, præcipuum poe
tarum, Caius de uerborum ſignificatione ſummum poetarum nominant. propter quem Alci-
biades grammaticum eo carentem pugno percuſsit. Mortuus autem eſt cum non poſset hoc æ-
nigma à piſcatoribus propoſitum ſoluere ὅσ' ἕλομεν λιπόμεσθα, ὅσ' οὐχ ἕλομεν φερόμεσθα, id eſt, quæcun-
D que cepimus relinquimus, quæcunque non cepimus ferimus. eius genituram deſcribit Firmicus
in ſexto Mathemat. de quo nonnulla Quintilianus in decimo, & nos alibi. *Hic ego ſe.*] In hoc lo
co, inquit Perſius, nihil populum curans me contineo, nec ob uicini fructus uberiores rumpor
inuidia, quam iniuſtitiæ eſse magiſtram (ad mala enim facinora mentem, ac manum impellit) au
ctor eſt Philoſtratus. & ita latenter inſinuatione quadam decentiſsima ad Romanorũ auaritiam
carpendam more ſatyrico ſe deflectit. *Securus uulgi.*] Nihil curans. contemnens uulgum, & e-
ius uanum, & futile iudicium. nam (ut inquit Tullius in oratione pro Plantio) non eſt conſilium
in uulgo, non ratio, non diſcrimen, non diligentia: ſemperq; ſapientes ea quæ populus feciſset fe-
renda, non ſemper laudanda cenſuerũt. *Et quid præp.*] Se nullo auaritiæ ſtimulo ſollicitari, nul
laq; angi ſollicitudine, ſed ſumma frui animi tranquillitate oſtendit, quod omnium malorũ eſt re
quies, ut docet ille uerſiculus apud Græcos celebratus. ἀνάπαυσις ἐστὶ τῶν κακῶν ἀπραξία, i. Quies eſt ma-
lorũ uacuitas. Eſt aũt auſter uentus á meridionali plaga ſpirans, qui Græce notus appellatur, quo
niã eſt nebuloſus, atq; humectus. νοτὶς enim Græce humor dicitur, ut Gel. docet, de quo ſic Plin. in
ij. humidus eſt auſter præſertim Italiæ: nam Aphricæ ſerenus eſt, ſaluberrimus omniũ aquilo, noxi
us auſter, quo flante homines grauiores inualidioresq; ſe reddunt: ſiquidem naturæ uẽtus eſt ca
lidæ, & humidæ, quibus in corpore ſuperfluentibus animalium febris ſolet excitari. hæ enim
ſunt

ſunt febris qualitates, ut docet Ariſt. quod auſtro flante corpora corrumpantur, docent Horat. & A Iuuena. Infelix pecori. Virgil. Arboribus ſatisq; notus, pecoriq; ſiniſter. *Et angulus ille.*] Inuidia, qua nullum (ut inquit Baſilius) pernicioſius crimen eſt humanis ingenitum mentibus, ſe non laborare oſtendit, quia in uicini agris ſegetem pinguiorem, & lætiorem conſpiciat. Inuidus enim ſemper macreſcit alienis reb. opimis, ut inquit Hor. quod teſtatur & Baſilius de inuido ſic loquēs: Pudet eum inuulgare calamitatem ſuam, quod inuidus ſit, quod ſollicitus, quod ob fortunas amici concipiat animo dolorem, quod de fratris felicitate queratur, deniq; quod bonorū alterius aſpectum pati non poſſit, ſed proximi commoda ſuam faciat calamitatem. *Pinguior*] Ouid. Fertilior ſeges eſt alienis ſemper in agris: Vicinumq; pecus grandius uber habet. Iuuenalis. Maiorq; uidetur, Et melior uicina ſeges. Horatius De auaro. Quodque aliena capella gerat diſtentius uber Tabeſcat. *Vicini.*] Recte dixit uicini, cum inuidia ſit dolor ex proximi commodo prouenies. non enim Aegyptio inuidet Scytha, ſed gentilis ſui unuſquiſq; æmulus eſt, & ex gētilibus quidem ignotis nemo inuidet ſed notis. & his quidem uicinis, aut eodem quæſtu, alia ue ſimilitudine ſecū coniunctis. ex his uero coætaneis maxime, & propinquis, & fratribus. In quam ſententiam dixit Heſiodus *ζηλοῖ δέ τε γείτονα γείτων, εἰς ἄφενος σπεύδοντ' ἀγαθὴ δ' ἔρις ἥδε βροτοῖσι, καὶ κεραμεὺς κεραμεῖ κοτέει, καὶ τέκτονι τέκτων, καὶ πτωχὸς πτωχῷ φθονέει, καὶ ἀοιδὸς ἀοιδῷ*, id eſt, Alter ad artes Vicinus uicinū egit. Laudabilis hæc eſt Pugnandi ratio: fugienda ſed altera ſub qua Inuidet aut figulus figulo, uel egenus egeno: Siue B faber fabro, dulciſq; poeta poetæ. *Et ſi adeo om.*] Quāuis inquit Perſius homines facinoroſis & ſceleratis parentibus orti, & uitijs refertiſſimi me diuitijs ſuperent, & in dies fiant fortunatiores, non tamen rumpar inuidia, nec dolore præcordia uexante contabeſcam. quod inuidentibus accidere conſueuit, ut docet his uerbis Ariſtoteles. Inuidentia eſt quid peſſimum, ſed habet quiddam in ſe bonum: nam oculos corq; hominis facit intabeſcere. *Adeo.*] Valde. Terentius. Adoleſcentem adeo nobilem. *Diteſcant.*] Locupletes, & opulentiſſimi efficiantur. *Orti peioribus.*] Nati ex parentibus ſceleſtioribus, quos ſi quis ſcire uolet cur deus potentes, beatos, & diuites fieri ſinat, pios contra humiles miſeros, inopes eſſe patiatur, ſumat Senecæ librum cui titulus eſt, Quare bonis uiris mala accidant, cum ſit prouidentia: in quo ille multa non plane imperitia ſeculari, ſed ſapienter ac pene diuinitus locutus: Deus, inquit, homines pro liberis habet, ſed corruptos & uitioſos, luxurioſe ac delicate patitur uiuere, quia non putet emendatione ſua dignos. bonos autē, quos diligit, caſtigat ſæpius, & aſſiduis laboribus ad uſum uirtutis exercet, nec eos caducis ac mortalibus bonis corrumpi, ac deprauari ſinit, Ariſtoteles hoc tribuit fortunæ, quæ cū cæca ſit diſcernere ſibi atque eligere, quod melius ſit, non poteſt. Ariſtophanes uero in Pluto, ſcribit Iouem mortalibus inuidētem deum diuitiarum excæcaſſe ne bonos cognoſceret, cum ille adoleſcentulus ad ſolos bonos, iuſtos, & ſapientes ſe iturum iureiurando affirmaſſet. *Vſq;*] C Semper. *Minui ſenio.*] Dolore, triſtitia, mœrore, & inuidia. Cicero in Tuſculanis. Inq; ea urbe, ſenio, ægritudine dicitur confectus. *Sine uncto.*] Sine cibarijs ganeatis, lautis, & ſaliaribus. *Et ſignum in uapida.*] Meras nugas infantiſſimi, fatuiq; commentatores deblatterant, puerilia dicunt, & mortuaria loquuntur. quid enim ſtultius, quid dementius, & abſurdius quàm Perſium de uaſe potorio intellexiſſe ſuſpicari: illorum ergo ſenſum explode comes ſereniſſime, mihi portus, & aura, noſtrumq; puriorem, & lucidiorem accipe, qui talis eſt. Sordidi homines & *φιλαργυρώτατοι*, id eſt, omnium mortalium auariſſimi, lagœnas ſigillo notare ſoliti ſunt, ne aliquis ex ſeruis ipſis inſcientibus uinum interbibat: quod dum obſeruant, & diligenter intuentur, oculos miluinos adeo ſigillo admouent, ut naſo lagœnam tangant. & hoc eſt quod uoluit ſignificare Perſius, ut Romanorum intercutaneam & peſtilentem auaritiam demonſtraret. huic noſtro intellectui Horat. ſubſcribit. Poſſet qui ignoſcere ſeruis, Et ſigno læſo non inſanire lagœnæ. quod autem eſſet res ſignandi apud antiquos conſuetudo, docet Tullius in Epiſtolis his uerbis. Sicut olim matrem meā facere memini, quæ lagœnas etiam inanes obſignabat: ne dicerentur inanes aliquæ fuiſſe, quæ furtim eſſent exſiccatæ. Sic & Plautus in Perſa. Nam id demum lepidum eſt, triparcos homines uetulos, auidos bene admordere, qui allium ſeruo obſignant cum ſale. Iuuenalis. Nec non differre in tempora cœnæ Alterius conchem æſtiui cum parte lacerti Signatam. Seneca. Furem ſignata ſolli D citant. Plinius laudat priſcorum uitam tanquam innocētiſſimam, in qua nihil ſignabatur. at nūc inquit cibi ac potus uendicantur annulo à rapina, claues quoq; ipſas ſignare non eſt ſans. *Signum.*] Sigillum, impreſſionem ac notam anuli ſui ſignatorij. Seneca in Epiſtolis. Iam imprimebā epiſtolæ ſignum. Appellatione ornamenti anulus ſignatorius, ut inquit Paulus iuriſconſ. nō continetur. apud Babylonios teſte Herodoto, ſinguli geſtant anulum ſignatorium, & Policrati inquit Samiorum regi gemma erat ſignatoria ſmaragdus, quam geſtabat, opus Samij Theodori. Auguſtus initio imperij ſphinge ſignauit, mox Alexandri magni imagine, nouiſſime ſua, auctores Suet. & Plin. *Tetigiſſe naſo.*] Dum ſcrutatur an ſignum uiolatum ſit.

AELIVS ANTONIVS NEBRISSENSIS

Admouit iam bruma.] Ad Saleium Baſſum poetam, uel potius Cæſium, cuius Quintilianus libro decimo meminit, quem Horatio in carmine lyrico ſecundum facit. hic cum ab urbe ſeceſſiſſet in Sabinos, & Perſius in Liguriam, quid ille agat dubitans interrogat. deinde in illos inuehitur, qui ſuum Genium defraudant, ut hæredibus multa relinquant. Dicit igitur.

O Baſſe, bruma.] id eſt, tempus circa ſolſtitium hyemale, nonne admouit te, id eſt, appulit. *Foco Sabino.*] Quo te contuliſti. *Iam ne lyra & chordæ.*] Inſtrumenta quibus modulantur carmi

A na.i.nonne ſcribis carmina lyrica. *Viuunt tibi.*] Perſonant. *Pectine tetrico.*] Plectro graui & ſe
uero.quia in lyricis carminibus etiam res graues deſcribuntur.Baſſe,inquam. *Mire opifex inten-
diſſe.*] Ad intendendum. *Numeris.*] Chordis arte muſica tẽperatis ad certas conſonantias quæ
numeris conſtant. *Primordia ueterum uocum.*] Carmina quorum uſus antiquiſſimus eſt atq; mu
ſicæ coniunctus.nam primi carminum ſcriptores muſici iidemq; theologi fuerunt. ut Orpheus,
Linus,Muſæus,Amphion.Et mire opifex intendiſſe. *Marem ſtrepitum.*] Fortem & nõ effœmina
tũ ſonum,hoc eſt quo res fortiũ uirorum deſcribuntur.ſecundũ illud Hora.in Poetria. Muſa de-
dit fidibus diuos pueroſq; deorũ,Et pugilem uictorem,& equum certamine primum. *Fidis La-
tinæ.*] Quia Baſſus poeta lyricus fuit Latinus. *Mox.*] Deinde. *Mire opifex agitare.*] Ad agitan
dum. *Iocos iuuenes.*] Iuuenum,puta amores & conuiuia,quod etiam ad carmen Lyricum perti
net.Horat. Et iuuenum curas & libera uina referre. *Et mire opifex l.*] Ad ludendum hoc eſt ſcri-
bendum.Verg.in Buc.Ludere quæ uellem calamo permiſit agreſti. *Egregios ſ.*] Senectutas gra-
ues quales ſunt aut eſſe debent ſenum. *Pollice honeſto.*] Stylo graui,& quo res honeſtæ deſcribũ
tur.pollice aũt dixit,quia eo chordæ tanguntur in lyra. *Mihi nunc.*] Vbi tu ſis & quid agas dubi
to,& ſcire cupio,de mea aũt ſcias uelim quod. *Ora Ligus.*] .i. littus maris Liguſtici. *Intepet mi-
hi.*] Ad uſus meos eſt tepida & tẽperata . nam ora Liguriæ cum ad meridiem uergat per hyemes
B temperata eſt. *Et meum mare h.*] Per hyemem tempeſtatibus deſæuit . Sed cur mare Liguſticum
ſuum appellat,cum Hieronymus in Euſebiũ,dicat Perſium poetã fuiſſe Volaterranũ ex Ethruria.
ergo aut ſuum appellat,hoc tempore quo eſt Lunæ,aut Hier.neſciuit Perſio patriam reddere.Sed
in qua parte oræ Liguſticæ ſit , oſtendit dicens. *Qua ſcopuli dant ingens latus.*] .i.ea parte qua inter
ſcopulos ſiue promontoria intercipitur ſinuoſum ſinus quod eſt Italiæ latus ad meridiem. quod
magis exponit dicens. *Et littus receptat ſe.*] In receſſum colligit ſe. *Multa ualle.*] Magna & lon-
ga,quod ipſum eſt portum efficere.Portum aũt Lunæ ubi poeta erat,Enniano carmine commen
dat dicens. *O ciues operæ.*] Subaudi preciũ,hoc eſt utile & iucundũ eſt.nam id ſignificat operæ
preciũ. *Lunai.*] Quæ urbs eſt, & longe ab ea portus eiuſdẽ nominis. *Cor.*] .i.ſapientia.Mart.
Nec cor habes Papile nec geniũ. *Enni.*] Pro Ennij,poetæ cuius hoc eſt carmen. *Iubet hoc.*] .ſ.
cognoſcere portũ Lunæ. *Poſtquam deſtertuit.*] Stertere deſijt & à ſomno excitatus eſt, in quo ei ui
ſum eſt animã ſuam eſſe quæ fuerat Homeri,ut ſupra diximus in loco illo.nec in bicipiti ſomniaſ-
ſe Parnaſſo memini. *Mæonides quintus.*] .i.quintus ab Homero filio Mæonis aut uero aut opina
to. *Ex pauone Pythagoræo.*] .i.ſecundum Palingeneſiam Pythagoræ qui dicebat animas ex corpo
rib. in alia corpora migrare.& ſic ex pauone anima illa decedẽs per corpus Homeri uenit ad En-
nij corpus. *Hic ego.*] .ſ.Lunæ,uel in illius portu. *Securus uulgi.*] Quid uulgus de me opinetur.
C & incipit ad ſatyrę materiã accedere. *Et ſecurus quid auſter.*] Ventus à meridie ſpirans,q à Gręcis
appellatur notus. *Infelix pecori.*] Noxius.Verg.Quid potui infelix. *Quid præparet.*] Minetur,
quia gignit morbos.Verg.Arboribuſq; ſatiſq; notus pecoriq; ſiniſter. *Et ſecurus Quia angulus il-
le uicini.*] Qui agrum noſtrum contingit. *Pinguior.*] Subaudi eſt noſtro.hi namq; ſunt inuidiæ
mores.Ouidius.Fertilior ſeges eſt alieno ſemper in agro , Vicinumq; pecus grandius uber ha-
bet. *Etſi adeo omnes.*] Senſus eſt.non idcirco torquebor,ſi uidero alios deterioris cõditionis ho
mines ditari. *Etſi omnes orti peioribus.*] .i.ab inferioris conditionis maioribus procreati. *Dite-
ſcant adeo.*] .i.longe ditiores me ſint. *Recuſem.*] .i.negabo & deteſtabor. *Vſq;.*] .i.nimiũ & ſem
per & ubiq;. *Ob id.*] Propter eam cauſam. *Curuus.*] Laboribus incuruatus. *Minui ſenio*] De
fraudari in ætate ſenili cruciando me. *Aut recuſem cœnare ſine uncto.*] Cibo aliquo adipato & pin-
gui. *Et recuſem tetigiſſe ſignum naſo.*] Quod faciunt auari qui lagœnam uini anulo ſignant, ne à fa
mulis aut ſeruis uinum intercipiatur.Martialis.Nunc ſignat meus anulus lagœnam.Huius cõſue
tudinis etiam Cicero filius in quadam epiſtola ad Tyronem meminit.ſicut olim inquit matrẽ no
ſtram facere memini,quæ lagœnas etiam inanes obſignabat.ſic Perſij enarrator incognitus,ſic e-
go ſentio.nam quod quidam de ſigno quod eſt in fundo lagœnæ delirant,nõ placet,cũ neq; tan-
gi naſo,ſed neq; uideri facile poſſet,niſi forte putabant lagœnam eſſe pateram ſiue potorium uas.
D Quid quod Horatius,cuius metaphraſtes atq; imitator eſt hic noſter,eũdem ſenſum expreſſit li-
bro Epiſto.ij.dicens.Et ſigno læſo non inſanire lagœnæ. Sed uideo quid illos decepit, tetigiſſe ui-
delicet naſo:nam ſi ut exploraret an lagœnæ ſignum eſſet læſum auarus id faciebat , ut naſo tange
ret,multo minus uideret,cum uiſibile uiſui admotum niſi in certa diſtantia uideri nõ poſſit . Sed
uoluit ſignificare poeta auarum ſic intentum fuiſſe in explorando ſigno an eſſet læſum ut illud fe
re tangeret naſo.ſic Martia.de Sellio,qui de cœna cogitãs triſtis & cogitabundus atq; demiſſo ca-
pite incedebat . quod pene terram tangit indecens naſus . Itaq; id quod Martialis expreſſit pene
apud Perſium ſubintelligendũ eſt. *In lagœna uapida.*] Quæ plena erat uino uapido hoc eſt euani
do ſicut ſupra diximus.Eſt ergo ſenſus huius clauſulæ,quod poeta recuſabit & renuet curuus mi
nui ſenio,& cœnare ſine uncto,& tetigiſſe ſignum,quia omnia hæc ſunt auari.

ECPHRASIS MVRMELLII.

Num te Baſſe brumale frigus admouit iam foco Sabino? Mire artifex ad intendendum numeris antiquas , & quæ priſcis Italiæ gentibus in uſu fuerunt , uoces , ac uirilem , minimeque eneruatum Latinæ lyræ cantum: & ad agitandum mox iuueniles iocos , atque ad canendum perito pollice egregia ſenum facinora : num lyra , & fides reſonant iam tibi tetrico pectine? Mihi nunc Liguriæ extremitas aerẽ temperatũ præbet, Liguſticũ mare, prope quod natus ſum,hyber

nandi

nandi locum concedit, in ea parte, qua excelſi montes dant magnum latus, & littus multis uallibus recuruatur. O ciues cognoſcite portum Lunenſem, id eſt enim operæprecium. Ennius cordatus iubet hoc, poſtquam excitatus eſt è ſomno, quo ſibi uiſus eſt eſſe Homerus, quintus ex pauone Pythagoreo. Ego ſecurus uulgi hic, & quid noxius auſter præparet pecori, & ſecurus, quod ille angulus uicini ſit fertilior meo, tametſi omnes peiori genere nati multum diteſcant, tamen nolim incuruatus confici ſemper triſtitia ob id, aut cœnare ſine delicijs, & tangere naſo ſignum in uapida lagœna. A

SCHOLIA.

Admonit.] Cæſium Baſſum poetam lyricum Perſius interrogat, num in Sabinis hibernet, & ad lyram quippiam canat. atq; ſe apud Lunẽſem portum, quietam & ſecuram uitam agere. Mox auaros inſectatur, eorum irridens amentiam, qui, ut hæredibus ſuis plurima relinquãt, Genium ſuum defraudantes, ſordide uiuunt. *Tetrico Sabino.*] Triſti, ſeuero, à Sabinorum monte aſperrimo, cui nomen Tetricus. Licet autem coniungere tetrico tibi, uel tetrico pectine. *Numeris.*] Verſibus. *Veterum primordia uocum.*] Quidam accipiũt carmina. quæ oratione ſoluta ſunt antiquiora, ſed cum modo numeris diceret, malo antiquas Sabinorum, eorumq; qui Latiũ coluerunt, uoces accipere, quæ in hymnis deorũ & lyricis carminibus probantur. *Marem ſtrepitum.*] Maſculum & uirilem cantum, ſubſtantiuum pro adiectiuo poſuit, ut ſupra, Heroas ſenſus, & apud Hor. in ar. poe. idem factũ uidemus, Tyrtæuſq; mares animos in Martia bella Verſibus exacuit. B *Intendiſse.*] Intendere, hoc eſt intentis fidibus canere. *Meum mare.*] Liguſticũ. Videtur enim ſignificare ſe eſſe Lunẽſem, tametſi Euſebius & alij quidam Volaterranũ exiſtimẽt. *Lunai.*] Lunæ, ut aulai pro aulæ. Lunæ portus in Liguria eſt, cum oppidum eiuſdem nominis alto monte ſeparatum, ſit in Hetruria. Eſt autem hic uerſus Ennij in quo quidam legunt cognoſcere pro cognoſcite. *Cor iubet hoc Enni.*] Videtur alludere ad hoc, quod Gellio referente, Q. Ennius tria corda habere ſeſe dicebat, quod loqui Græce & Oſce, & Latine ſciret. *Mœonides.*] Homerus à Mœone uel patre, uel educatore. Ennius in principio annalium ſuorum, ut refert Porphyrio, ſomnio ſe ſcripſit admonitum, quod ſecundum Pythagoræ dogma, anima Homeri in ſuum corpus ueniſſet. Vnde Horatius in Epiſtolis. Ennius & ſapiens & fortis, & alter Homerus, Vt Critici dicunt, leuiter curare uidetur, Quo promiſſa cadant, & ſomnia Pythagorea. *Quintus.*] Obiter irridet opinionem Pythagoræ, qui dixit animas ex alijs corporibus in alia tranſmigrare. Quidam tradunt animam Euphorbi, in Homerum, Pythagoram, Pauonem & Ennium tranſijſſe, ut ita quintus ſit Ennius ex pauone Pythagoræo, hoc eſt in quo fuit anima Pythagoræ. Alij tradunt animam ex pauone in Euphorbum, ex hoc in Homerum, inde in Pythagoram, hinc in Ennium ueniſſe, ut ita quintus ſit Ennius. Quintus etiam eſt prænomen Ennij, undeq; quidam ſic hunc locum exponunt, C *Poſtquam Quintus.*] Ennius ipſe deſtertuit eſſe Mœonides, hoc eſt deſijt ſomniare ſe eſſe Homerum, & accepiſſe Homericam animam ex pauone Pythagoreo, id eſt, ex corporibus Pythagoræ, & pauonis.

Diſcrepet his alius, geminos horoſcope uaro
Producis genio: ſolis natalibus eſt qui
Tingat holus ſiccum muria uafer in calice empta,
Ipſe ſacrum irrorans patinæ piper. hic bona dente
Grandia magnanimus peragit puer. utar ego utar,
Nec rhombos ideo libertis ponere lautus,
Nec tenuem ſollers turdorum noſſe ſaliuam.
Meſſe tenus propria uiue. & granaria, fas eſt,
Emole. quid metuas? occa, en ſeges altera in herba ẽ.
Aſt uocat officium: trabe rupta, Brutia ſaxa
Prendit amicus inops, remq; omnem ſurdaq; uota
Condidit Ionio. iacet ipſe in littore, & una
Ingentes de puppe dei, iamq; obuia mergis
Coſta ratis laceræ. nunc & de ceſpite uiuo
Frange aliquid, largire inopi, ne pictus oberret
Cærulea in tabula. ſed cœnam funeris hæres
Negliget iratus, quod rem curtaueris, urnæ
Oſſa inodora dabit, ſeu ſpirent cinnama ſurdum,
Seu ceraſo peccent caſiæ neſcire paratus.
Tu ne bona incolumis minuas? ſed Beſtius urget
Doctores Graios. ita fit poſtquam ſapere urbi
Cũ pipere & palmis uenit noſtrũ hoc maris expers,
Fœniſecæ craſso uitiarunt unguine pultes.

ASCENSIVS.

Diſcrepet his alius.] Apte progreditur ad auaros reprehendendos, docẽs uaria eſſe hominum ſtudia, uſq; adeo ut uno horoſcopo nati (qđ & Auguſtinus approbat) non uno ſint ſtudio. Ordo igitur eſt, ſi ſup. diſquiratur, alius diſcrepet. i. inueniatur diſcrepare, & diuerſus eſſe. his. id eſt ab his animis & moribus noſtris (Plautius dicit diſcrepet. i. diſcrepabit, ut ſit modus pro modo aut à tertia coniugatione.) D O horoſcope. i. hora & punctũ in eadem facie cœli naſcentiũ, tu producis, geminos. i. duos uno ſatu genitos, genio. i. inclinatione naturali quæ ab genio dependet, uaro. i. intorto, & diſſimili. Nam ſup. eſt ſup. aliqs q, uafer. i. callidus & aſtutus, tingat. i. intingat holus ſiccũ. i. herbã nõ unctã nec decoctã, muria. i. in illo genere liquaminis ex thynno piſce, empta in calice. i. in modico uaſe, ne plus ſolito abſumat, & hoc nõ quotidie aut qbuslibet feſtis, ſed ſolis natalib. i. dieb. natiuitatis ſuæ. quib. uoluptati maxime indul-

A indulgere ſolebant,tingat inquam holus ſiccum irrorans ipſe, id eſt, non miniſterio alterius ne
plus quàm bonum uideatur iuſpergat,irrorans dico, id eſt, ſparſim per modum roris inſtillans
piper ſacrum.i.quo tam parce ut re ſacra utitur. hic. i. alius puer (cui tamen quia nihil peperit
adhuc maior ſobrietas conueniat) magnanimus.i.prodigi animi (ſatyrico autem riſu magnani/
mũ uocat) peragit dente,id eſt,deuorat & abſumit,grandia bona.ſ.à parentibus relicta. Et ita neu
ter medium quod deceret tenet,unde ſubdit poeta ex perſona ſua.Ego utar,id eſt, cũ utilitate ue/
ſcar,utar inquam (dicit poeta) ſup.rebus meis. Nec pro & non:& non exiſtens ideo lautus, id eſt,
ſplendidus & lauté affectans,ponere,id eſt anteponere,libertis ſup.meis,id eſt,iſs qui mihi aliquã
do ſerui fuerunt ideo,id eſt,propterea quia uti uolo, rhombos,id eſt,precioſos piſces quales ſunt
rhombi.Nec, id eſt & non, & non utar ſup.ens ſolers.id eſt ſolerter eductus, noſſe,id eſt, cogno/
ſcere tenuem,id eſt,ſubtilem ſaliuam,id eſt,ſaporem qui in ſaliua palati eſt,turdorum,id eſt, pre/
cioſiſſimarum auium.unde Martialis.Inter aues turdus, ſi quis me iudice certet,Inter quadrupe
des gloria prima lepus.Seruãda eſt menſura in ſumptibus, unde addit.uiue tenus propria meſ/
ſe,id eſt,ſecundum propriam meſſem,hoc eſt ſecundum lucrum & prouentum tuum,& emole.i.
molendo conſume,granaria.i.frumenta in granariſs repoſita.fas eſt.i.permiſſum etiam à deo eſt.
ut ſup.hoc facias. Videtur autem Perſius animo concepiſſe auarum ad quem loquitur,hæſitantẽ
B & dubium.unde ſubdit. Quid metuas.i.uerearis.occa.i.abrumpe & contere quod partũ eſt(quo
ſignificato dicitur, Atropos occat. i. abrumpit filum uitæ) en altera ſeges. i. meſſis & prouentus
frumenti eſt in herba,id eſt,creſcit in agro tuo ad futurum penum. Ad hoc reſpondet poeta loco
auari.quaſi diceret,forte dices non eſſe uiuendum ſecundum meſſem eo quod ſemper aliquid re
ſeruandum eſt ad ſubueniendum amicis,ſi qua illis ruina obueniat (hoc enim nomine auari cul/
pam ſuam prætegunt,dicentes uidelicet ſe,aut patriæ aut amicis,aut propinquis,aut deniq; libe/
ris comparare,cum tamen ſibi id faciant) Aſt.i.ſed ſup.forte dicas auare,officium.i.debitũ huma
ni generis munus,uocat.i.exigit à me beneficiũ.ſi igitur totũ prouentũ anni abſumpſero, quid fa
ciam quando officium humanitatis me uocabit ad beneficiũ impendendum? uerbi gratia, ami/
cus inops,prendit.i.accipit ſaxa brutia.i.ſcopulos & rupes maris Brutiſ, & hoc trabe.i.naui ru/
pta.hoc eſt poſt naufragium nudus & inops appulſus eſt ad ſaxũ aliquod ſupereminẽs aquis, &
condidit.i.immerſit,Ionio ſup.mari, omnẽ rem & uota ſurda. i. quæ uouit diſs quaſi ſurdis non
exaudientibus,quia mercibus iam obrutis uota fecerat,ipſe iacet in littore, appulſus. ſ. ab undis
ad ſaxum.& ingentes dei,quos habuit in ſumma ueneratione,forte Caſtor & Pollux, iacent ſup.
una,id eſt,pariter appulſi eo quod lignei ſint,de puppe,id eſt, ſicut deciderũt de ſumma parte na
uis etiam appulſæq; pro &,coſta.i.latus continere ſolitum merces,ratis.i. nauis, laceræ. i. diſru/
C ptæ & fractæ,eſt ſup.uel fertur.iam obuia mergis.i.auibus illis ſe mergentibus & urinantib.ac ſub
undis tenentibus.hoc eſt nauis eius fracta eſt.& plurima pars ſubmerſa eſt, ipſe autem nudus &
inops ſedet in ſaxo,quid igitur illi faciam,ſi ſecundũ conſilium tuum,totum prouentum anni ab
ſumpſerim? Reſpondet poeta.Frange.i.imminue,nunc.i.in hoc caſu,aliquid &.i.etiam de ceſpite
uiuo.i.de prædio tuo quod non araſti,eo quod ſuperſit tibi,aut uiuo.i.ad patrimonium ſic perti
nente,ut eo ablato mori.i.diminui incipiat.& largire inopi amico tuo.ne ipſe oberret.i.mendicãs
circumuagetur,pictus in tabula cærulea.i.ex mari cærulei coloris excepta, aut marinum colorẽ
eo quod naufragium in ea pictum eſt habente.Ad hoc aliam obiectionem ponit poeta dicens,ſed
ſup.tu forte dices,quod hæres tuus,negliget cœnam. i. epulum & uiſcerationem ac parentationẽ
funeris.i.quæ in funere ſolet dari,aut etiam in rogo abſumi.ens iratus.quod.i.quia, curtaueris.i.
imminueris,rem.i.poſſeſſiones ac prædia tua.& dabit urnæ.i. condet in urnam poſt cremationẽ
cadaueris tui,oſſa tua inodora.i.nullos odores,hoc eſt unguenta habentia.paratus neſcire.i.diſ/
ſimulare,ſeu.i.ſiue,cinnama.i.unguenta ex cinnamo ſpirent.i.ſpiritum,hoc eſt fragrationẽ emit/
tant,ſurdũ.i.ſurde,hoc eſt iam emortua & corrupta non pungant nares olfacientium, ſeu caſiæ,
alia.ſ.unguenta ex odoriferæ herbæ aut fruticis flore confecta, peccent.i.uitientur ceraſo.i.per ad
mixtionem ceraſi uilioris uidelicet unguenti aut gummi ceraſi arboris,ut Nebriſſen. interpreta/
D tur.Dixi aut fruticis.Nam Virg.dicens.Tum caſia atq; aliſs intexens ſuauibus herbis,herbam eſ/
ſe cenſet.Sicut diuus Hieronymus ſuper cãtica. aliſ fruticem altitudine trium cubitorum ſarmen
to craſſiorem dicunt.Poteſt fieri ut utrunq; ſignificet,ſicut balſamus herbam & arborem. Para/
tus inquam neſcire,ac ſup.dicens. Tu ne.i.decet ne ut incolumis.i.ſanus & ualens recte,imminu/
as bona tua? q.d.minime.Sed Beſtius.i.hæres auarus & inconſideratus ac philoſophiæ hoſtis,be
ſtiſ perquam ſimilis,urget.i.incuſat doctores Graios.i.philoſophos auaritiam deteſtantes & be/
neficentiam laudantes,reiſciens omnem culpam in eos ac dicens:Ita fit.i.ita modo uiuitur. poſt/
quam hoc noſtrum ſapere.i.hæc noſtra ſapientia olim ſup. expers maris. i. quæ ex tranſmarinis
non petebatur.uenit.i.aduecta eſt urbi.i.in urbem Romanam cum pipere & palmis.i.fructib.pal
marum,uidelicet dactylis,hoc eſt cum illis mercibus cum quibus philoſophi tranſuecti ſunt,fœ/
niſecæ.i.qui fœnum ſecant uiliſſimi ruſtici,uitiarunt.i.uitiauerunt, pultes unguine craſſo. i. pin/
gui immiſſo,hoc eſt etiam ruſtici cœperunt delicate & laute uiuere ne auari putentur ſi ſobriſ ſint.
Ad ea ergo quæ de pompa funebri negligenda dicta ſunt reſpondet poeta, metuas tu. i. nunquid
metuendum putes,tu ulterior cinere.i.qui conſumptior es quàm cinis,quia etiam cinis tuus cor
ruptus eſt,hæc.i.negligentiam pompæ funebris & corruptionem unguentorum cum nullum ha
beas ſenſum.q.d.tu quidem inſanus ſi id metuas,unde ſubdit. At tu meus hæres,quod ſtatim de/
claratu/

claraturus ſum. Poteſt etiam ſic exponi. Poſtquam hoc noſtrum ſapere ſicnit urbi. i. in urbē cum A pipere & palmis, expers maris. i. licet uenerit in authoribus ſuis per mare cum pipere & palmis cū quibus uenerunt philoſophi qui nos nunc ſic ſapere docent, tamen eſt maris expers, quia nō quęſiuimus illud trans mare, ſed ultro domi noſtræ accepimus, &c.

IOANNES BRITANNICVS.

Diſcrepet his alius.] Satis lepide deſcēdit ad reprehendēdos auaros. *Diſcrepet.*] Pro diſcrepabit. *His.*] Deeſt ab, ut ſit ab his quæ dixi. q. d. alius cōtra felicitate aliena mirū in modū augetur. *Geminos horoſcope uaro Producis genio.*] Mirandum oſtendit non eſſe, ſi in tanta hominum multitudine ſint diuerſæ uoluntates & ſtudia, cum ſæpe gemini diſſimillimi ſtudij generentur. *Horoſcope.*] Aſtrologiæ dediti id temporis momentum quo quiſq; naſcitur horoſcopū appellauere: quaſi horæ notationem & inſpectionē. ea enim hora à Mathematicis conſideratur, ab hora & ſcopos, quod eſt conſideratio ſiue notatio & inſpectio. hoc aūt Perſius dicit cōtra Poſidoniū Stoicū multum Aſtrologiæ deditū qui putauit eadem conſtitutione aſtrorum natos, eadēq; conceptos omnibus in rebus ſimiles eſſe, quod à diuo Augu. multis rationib. & facile cōfutatur. *Varo genio.*] Varia & diſſimili natura. Geniū naturam appellat, quia nobis naſcētibus putauit antiquitas deū dari ad noſtri cuſtodiā qui Genius nominatur. *Solis natalibus eſt qui Tingat h. ſ.*] Sui tēporis auaritiam notat. Aemulatio eſt Horatiana. Natales alios ue deorū Feſtus & albatus celebret, cornu ipſe bilibri Caulibus inſtillet. B *Muria.*] Erant tria genera liquaminis, quod ex piſcibus fiebat. ſed illud in primis laudatiſſimū habebatur, quod ex ſcōbris fiebat, garūq; appellabatur: eo Clazomenæ laudantur. Alterū erat Muria, quæ ex thynno cōficiebatur. Tertiū, quod alec dicebatur, uitiū gari habebatur, nec aliud ꝙ colata fex. Ait igitur Perſius auarum non garo ſed muria cibaria condire. Garū aūt precioſius fuiſſe muria docet Mar. Antipolitani fateor ſum filia Thynni, Eſſem ſi Scōbri non tibi miſſa forē. Et idem alibi. Expirantis adhuc ſcombri de ſanguine primo, Accipe faſtoſū munera cara garū. Muriā tamen Cato docet fieri hoc modo. Amphoram defracto collo puram impleto aquæ puræ, in ſole ponito, ibi fiſcellam ſale populari ſuſpendito & quaſſato ſuppletoq; identidem. Id aliquotiens in die facito uſq; adeo donec ſol deſierit tabeſcere. biduum id ſigni erit: mænam aridam uel ouum demittito, ſi natabit muries erit, uel carnem uel caſeos uel ſalſamenta quo condas. Porro muriam in labella uel in patina in ſole ponito, uſq; adeo in ſole habeto donec concreuerit. Inde flos ſalis fiet. *Ipſe.*] Emphaſim habet. i. non alius quiſquā. *Irrorās*] more roris infundens. *Sacrum piper.*] Ironice dictū. q. d. Tali geſtu piper infundit, ut res ſacras pertractare uideatur. Hora. de auaro inquit. Cōgeſtis undiq; ſaccis Indormis inhiās, & tanquam parcere ſacris Cogeris. *Patinæ.*] Vas eſt menſariū à patulo nomen accipiēs. unde & patella per diminutionē. *Hic bona dente grandia m. p. p.*] Hoc ait quoſdā contra eſſe, qui per prodigalitatē omnia prima iuuentute bona conſumant. C *Hic.*] i. alius. *Puer.*] i. prima iuuentute, adhuc pueritiā nō egreſſus. *Peragit.*] Abſumit laute uiuēdo. *Vtar ego u.*] Cū alij, inquit, auare, alij prodige uiuant, ego uero mediocritatē colam. *Vtar ego utar.*] Abſolute dictū. i. nō abutar, ſed moderate uiuā. uerbi conduplicatione ſiue iteratione rem auget. *Nec rhombos.*] Taciteę obiectioni occurrit. quaſi quis dixerit, nunquid rhōbos & turdos libertis tuis appones? & ipſe negat, monetq; ita uitandā eſſe auaritiā, ut in prodigalitatē non incurratur. Aemulatio eſt Horatiana. Nec ſic ut ſimplex Næuius unctā Conuiuis præbebit aquā. uitiū hoc quoq; magnū. *Nec ideo lautus.*] Nec tamē ob eam rem. i. quia auarus nolim eſſe, ero ita ſplendidus ut ponā rhōbos libertis. *Rhōbos*] Piſces ſunt peculiares maris plani, ut ſolea & paſſeres qui à rhōbis ſitu tantū corporū differūt. Dexter reſupinatus eſt illis, paſſeri læuus. Lautæ gulæ oſtendit eſſe Hora. Num eſuriēs faſtidis omnia præter Pauonē & rhōmbū. *Tenuem ſaliuam.*] Tenuē & optimū saporē, qui in deglutienda ſaliua ſentitur. nā luxurioſæ gulæ & artis coquinariæ habetur rerū ſapores cognoſcere. Vnde Horat. ex Catij ſententia. Nec ſibi cœnarū quiuis temere arroget artē, Ni prius exacta tenui ratione saporū. *Turdorum.*] Turdos primi ſaporis inter aues iudicauit Mar. Inter aues turdus, ſi quis me iudice certet: Inter quadrupedes gloria prima lepus. Hora. Cum ſit obeſo nil melius turdo. *Meſſe tenus propria uiue.*] Satyrica reprehenſione inſurgit in auarū, monēs ut pro qualitate rerū ſuarū uiuat. D *Tenus.*] Cum pluratiuo adiungitur numero, genitiuū requirit, ut crurū tenus. cū ſingulari, ablatiuū, ut Capulo tenus abdidit enſem: ſemperq; contra naturā præpoſitionis poſtponitur. ſignificatio aūt eſt. uſq; ad. ut mēto tenus uſq; ad mentū. Nilo tenus uſq; ad Nilū. Aliquando etiam pro nō ultra, ut geſſit conſulatū titulo tenus. i. non ultra ꝙ ad titulū. *Meſſe tenus propria uiue.*] i. pro qualitate & cōditione prouentus tui. *Fas eſt.*] Licitū quidem eſt quæ terra producit cōſumere. *Occa.*] Frāge conſume & utere. Sūpta metaphora ab agricolis, qui glebas frangunt, & bene ab agricolis. Nam de re agreſti loquitur cū ait. Meſſe tenus propria uiue. Occare & occator ab occidēdo ut tradit Varro, dicitur quod grandes terræ cædat globos. *En ſeges altera in herba eſt.*] Suadet auaro futura metui nō debere, cū iam altera frumenta reſurgant in agris. *Aſt uocat officium.*] Nō ſatis erat oſtendiſſe auaritiā fugiendā eſſe in uictu, niſi & in alios conferendā eſſe liberalitatē ſubdidiſſet. Senſus igitur eſt. Inopi & egenti ſi quē uideris ſubuenito. Vocat officiū pietans humanitatis liberalitatis exercendæ. *Trabe rupta.*] Naui. Iuue. Nocte cadet fractis trabibus. *Brutia ſaxa*] Scopulos. Brutij cōtermini ſunt Lucanorū infero mari appoſiti. *Surdaq; uota*] Dijs non exaudita Dicimus enim ſurdū qui nō audit & qui nō auditur. Iuue. Et ſurdo uerbere cædit. i. quod nō auditur. Conſtat nanq; in auctoribus multa inueniri per contrariū ſignificantia. Vnde eſt illud Virgi.

A Memorem Iunonis ob iram.i.non quæ meminit,ſed quæ eſt in memoria.Teren. Exprobratio eſt
immemoris beneficij.i.cuius nemo meminit.Sic dicimus hominem cæcum qui non uidet, & lo-
cum cæcum in quo quid occultatur.Virg.Includunt cæco lateri. *Ionio.*] Ionia Græcorum regio
atq; colonia in extremitate Aſiæ minoris,media(ut Plin.ſcribit) inter Cariam & Lydiam,quam à
Caria,ut ait Solinus Meander fluuius diuidit.Accepitq; nomen auctore Victruuio à duce Ionio,
quem Athenienſes cum ex Apollinis Delphici oraculo in Aſiam tredecim colonias uno tempore
miſiſſent,ijs ſingulos duces conſtituerunt,quos ſummam imperij habere iuſſerunt. Hinc appella
ti ſunt Iones populi,& inde mare Ionium.Alij uero ab Ione Inachi filia denominatã uolũt. Aliam
etiam Ioniam ſcribit Solinus eſſe in extremis Italiæ ab Ione Naulochi filia, quam procaciter inſi-
dentem uijs Hercules interemit. *Ingentes de puppe dei.*] Simulacra numinũ quæ in nauibus geſta
ri ſolent à nautis.Virg.Arma deoſq; parant comites. *Mergis.*] Mergus auis eſt aquatica, in ar-
boribus nidificat incipiente uere. *Nunc & de ceſpite uiuo frange al.*] Satyrica indignatione monet
pauperi ſubueniendum.Sic Hora.ad diuitẽ auarum. Cur eget indignus quiſquam te diuite: qua
re Templa ruunt antiqua deũ,cur improbe caræ Non aliquid patriæ tanto emetiris aceruo? *Ce
ſpite.*] Ceſpes proprie eſt herba cum terra euulſa,ſed hic metaphoricos pro cenſu domeſtico po-
ſuit. *Ne pictus oberret cærulea in tabula.*] Solebant naufragi,ut dictum eſt,à tabella pendente à col-
B lo naufragium pictum ferre mendicantes.Iuue.Merſa rate naufragus aſſem Dũ rogat,& picta ſe tẽ
peſtate tuetur. *Cærulea.*] Quod in ea mare ſit pictũ,quod coloris eſt cærulei. *Sed cœnam funeris
hæres.*] Irriſio eſt poetæ excuſantis auarũ.q.d.ei ignoſcendũ eſſe, quia ab hærede cœna feralis nõ
poneretur ſi pijs officijs rem imminuiſſet.Nam in mortuorũ ſolatium dijs manibus infertur cœ-
na,quæ ſilicerniũ appellatur,quod eam ſilentes cernant umbræ,hoc eſt poſſideant.auctor eſt Do
natus.Iuue.Ponitur exigua feralis cœna patella.Eiuſdem cœnæ meminit Plin.cũ ait de miluis.No
tatum in ijs rapaciſſimam & famelicã ſemper alitẽ nihil eſculenti rapere unquam ex funerũ fercu-
lis.Feſta aũt dijs manibus ſacrata feralia à ferendis epulis,uel à feriendis pecudibus ſunt appellata.
Curtaueris.] Minueris. *Oſſa inodora dabit.*] Hoc inuidioſe & ſatyrice.Corpora enim mortuorũ
ungebantur.Iuue.Et matutino ſudans Criſpinus amomo, Quantũ uix redolent duo funera.Pli.
in huius moris inuidiam de unguentis hæc ſcribit. Beatã Arabiã fecit hominũ etiam in morte lu-
xuria,quæ dijs intellexerat genita adhibens urendis defunctis.Et paulo inferius hoc adijcit. Aeſti
mentur poſtea toto orbe ſingulis annis tot funera aceruari,in quę cõgeſta honori cadauerũ,quæ
dijs per ſingulas micas dantur. *Spirent.*] Fragrent. *Cinnama*] Vnguẽta ex cinnamo facta.Cin
namũ,& cinnamomũ,idem eſt,naſcitur in Aethiopia Troglodytis cõnubio permixta. prodũtur
mercatores qui illud per maria uaſta uehunt,uix quinto anno reuerti, & multos interire.Qua de
C cauſa in precio maximo habetur. *Surdum.*] Sẽſus eſt.Hæres offenſus imminuta hæreditate,quã
expectabat paruifaciet unguenta bona ne ſint an uitiata. *Caſiæ.*] Caſia,ut cinnamomũ frutex eſt
iuxta cinnami campos naſcens.Fabuloſa tamen antiquitas princeps uc Herodotus, auctore Pli.
narrauit caſiã ut ſupra diximus circa paludes Arabiæ colligi, propugnãte unguibus diro ueſper
tilionũ genere,aligeriſq; ſerpentibus, quibus cõmentus augentur rerũ precia. *Peccent ceraſo.*]
Adulteratæ ſint.Multis enim modis ut ſcribit Pli.unguenta uitiabantur. *Tu ne bona incolumis m.*]
Verba hæredis. *Sed Beſtius urget Doctores Graios.*] Hæres ut Beſtius in philoſophos Græcos cul-
pam reijcit quaſi improbos,qui homines ad auaritiã fugiendã & liberalitatẽ exercendã inſtruãt.
nam tẽporibus poetæ inuiſi erant philoſophi & in contemptu,expellebãturq; ſæpe ex urbe. Vnde
ita ſcribit Seneca ad Albinam matrẽ. Apicius noſtra memoria uixit ea in urbe ex qua philoſophi
uelut corruptores iuuentutis abire iuſſi ſunt. Beſtius. imitatio eſt Hora. Diceret urendos corre-
ptus Beſtius idem. *Vrget.*] Accuſat,damnat. *Doctores Graios.*] Philoſophos. *Ita fit.*] Ordo
eſt.Ita fit,fœniſecæ uitiarunt pultes craſſo unguine,poſtquam hoc noſtrũ ſapere expers maris cũ
pipere & palmis uenit urbi. *Ita fit.*] Cũ indignatione leguntur,& in contemptũ diſciplinæ Græ
corũ,qui ita liberalitatẽ hominib.exercendã perſuaſere,ut non tantũ diues,ſed & uiliſſimus quiſ-
que laute & luxurioſe uiuat.Sicq; poeta luxũ epularũ ſui tẽporis notat. *Sapere.*] Sapientia, uer
D bũ pro nomine poſuit alibi.Noſtrũ iſtud uiuere triſte. *Hoc noſtrum.*] Cũ contẽptu philoſophiæ
dictũ, quaſi quæ male doceat,nouoſq; mores in urbem introduxerit. *Expers maris*] Hoc in in-
uidiã dicit Græcorum philoſophorũ.oſtendit enim mores urbis ita delicijs corruptos eſſe,ut ſpõ
te ſua Romani nõ peragrata Græcia, mores Græcorũ didicerint. *Ergo expers m.*] .i. quamuis in
Græciã non nauigauimus ad capeſſenda philoſophorũ præcepta,tamen hic ex philoſophorũ ſen
tentia uiuimus,qui nos docẽt ſordidã uitam fugiendã. Vnde illud.Indulge Genio,carpamus dul
cia,noſtrũ eſt Quod uiuis,cinis & manes & fabula fies. *Venit urbi.*] Pro in urbẽ. *Cum pipere &
palmis.*] Hic locus nõ ſimpliciter accipiendus eſt.Nam illos auctore Lactantio notat qui ſapientiã
à principio fuiſſe noluerunt,ſed nuper à philoſophis inuentã,ut Lucretius.Deniq; natura hæc re-
rum ratioq; reperta eſt Nuper,& hanc primũ cum primis ipſe repertus Nunc ego ſum in patrias
qui poſſum uertere uoces.Et Seneca Nondũ ſunt, inquit, mille anni ex quo initia ſapientiæ nata
ſunt.Quod Perſius irridet tanquã ſapientia cũ ſaporis mercibus ſit inuenta. *Cum p. & p.*] Hæc
ad luxum epularum pertinent.Pipere cibaria condire Catium primũ inueniſſe ſcribit Horat. Pri
mus & inueni piper album cum ſale nigro Incretum puris circumpoſuiſſe catillis. *Palmis.*] Du
plex eſt palma ut teſtatur Stra.Cariota & reliqua Thebaica durior, ſuauior guſtu, dicta cariota à
cara quod ſignificat caput,nam ex ea fiebant uina iniqua capiti.Ea dono mittebatur calendis Ia-
nuarij.

nuarij.Mar.Aurea porrigitur Iani cariota calendis.Oui.in Faſtis.Quid uult palma ſibi rugoſaq́ A
carica dixi. *Fœniſecæ.*] Exaggeratio eſt ſatyrica.q.d.Lautioribus epulis ne pauper quidē abſti-
net,ita Romanorum luxus increuit.Vnde Iuue.Ipſe focis breuibus ponebat holuſcula,quæ nunc
Squalidus in magna faſtidit compede foſſor:Qui meminit calidæ ſapiat quid uulua popinę. *Fœ
niſecæ.*] Compoſitum à fœno & ſeco. *Vitiarunt.*] Condiuerunt. *Pultes.*] Cibaria. Pultem in-
conditum panem fuiſſe ſcribit Plinius, qua Romani ante uſum panis diu uixerunt.Pultes præte-
rea excogitatæ ſunt multis condimentis. Cato punicam pultem condiri docet caſeo ouo uuo.
Craſſo unguine.] Hoc eſt lautis condimentis.

IOANNES BAPTISTA.

Diſcrepet hic alius.] Alius diſcors,& penitus à meis moribus alienus inuenietur, inquit Perſi-
us,qui uicini felicitate,& commodis maximo dolore & inuidia cruciabitur,ſicq́ deſcendit ad Ro
manorum auaritiam,& mores caſtigādos. *Diſcrepet.*] Diſcrepabit,diſſentiet. *His.*] Meis mo
ribus. *Geminos horoſcope.*] Ne miremur alium ab alio diſſentire,& in tanta hominum multitudi
ne diuerſas eſſe uoluntates & ſtudia,dicit geminos diuerſis moribus & ſtudijs generari. *Horoſco
pe.*] Horoſcopus ſignificat cæli particulam,in qua ponitur ab aſtrologis,horæ in qua aliquid ge
ſtum eſt,notatio.Auguſtinus lib.v.De ciuitate dei.Ac per hoc ſi tam celeriter alter poſt alterū na-
ſcitur,ut eadem pars horoſcopi maneat,paria cuncta quæro,quæ in nullis poſſunt geminis inue B
niri.ſi autem ſequentis tarditas horoſcopum mutat,parentes diuerſos quæro, quos gemini ha-
bere non poſſunt.hinc uerbum fit horoſcopare,quo utitur Manilius.Signa horoſcopantia dixit
Iulius Firmicus.Horoſcopos incōprehenſibiles fore oſtendit P.Nigidius argumento rotæ figula
ris circūductæ,& modo pari,modo impari ſpatio tēporis percuſſæ,unde & figuli cognomē ſorti-
tus eſt. *Varo Genio.*] Diuerſis morib. natura diſſimili, & cōtraria. *Geminos.*] Sunt gemini ſiue
gemelli qui uno die eodem utero editi ſunt,etiam ſi plures duobus ſint.Vnde apud Liuium,& Pli
nium Horatios tergeminos fuiſſe legimus. & apud Strabonem Aegyptias mulieres interdū qua-
tergeminos peperiſſe,& quandam ſeptemgeminos.. *Solis natalibus eſt qui.*] Romanorum inci-
pit auaritiam caſtigare,qui tanta laborabant, & premebantur auaritia,ut ſordide & parce etiam
natalibus diebus uiuerent,in quibus lautius,& abundantius uiuere eſt conſuetudo. & eſt Hora-
tij æmulatio.Natales aliosue deorum Feſtus & albatus celebret,cornu ipſe bilibri Caulibus inſtil
let. *Muria.*] Liquamina tres habebant gradus.Garum primum è ſcombris. Alterum Muria ex
Thynnis.Tertiū ex minutulis uel ſalgamarijs piſcibus alec, quod nihil aliud uidebatur q̃ fæx co-
lata.erat enim garum liquamen ſalſum,quod olim ex garo piſce fiebat,unde nomen accepit.didi
cit luxus è ſcombris facere tanta æſtimatione garum, ut ſingulis millibus nummûm uix ſinguli
congij emerentur.non tamen omnes ſcombri ad hoc erant apti,ſed qui ex Hiſpania mittebantur C
ab inſula Herculis,quæ Scombria nominabatur(ut refert Strabo)aut à Clazomenis Aſiæ palmā
obtinuerunt, aut à Pompeijs Italiæ, aut à Lepti Africæ. Forolitienſes uero ex lupo piſce garū con
ficiebant. cur autem garum ſociorum appellaretur in promptu cauſa eſt:faſtidiebant priſci Lati-
ni,& quidem ſcientiſſimi uocabula Græca,unde cum garo ſæpe utendum foret,& forte ex Hiſpa-
nia,& à ſocijs Po.Ro.mitteretur,ideo ſociorum garum appellatum eſt,ut uoce Latina adiuncta fa
ſtidium Græci nominis leuaretur.Muria uero erat & ipſa genus liquaminis dicta à mari. eſt enim
aqua ſalſamentorum.dicitur etiam muria aqua ſalſa, qua utebantur antiqui ad condienda uina:
cuius meminit in ultimo Columella.Muriam antiqui dicebant liquamen, & Syrorum lingua ſic
dicitur,inquit Acron,enarrans illud Horat.Quod pingui miſcere mero muriaq́ decebit.de mu-
ria Epigrammat.in Xenijs.Antipolitani fateor ſum filia Thynni, Eſſem ſi ſcombri nō tibi miſſa fo
rem.Sed(ut ad poetam redeam)Perſius ut hunc auaritię eſſe deditiſſimum demonſtret,ait ipſum
in die natali non garo cibo precioſiſſimo,ſed muria uiliſſima uti,nec large, ſed quàm parciſſime
poteſt.quæ tradit Cato de muria me non fugiunt. *Irrorans.*] Tenuiter,& leniter ad roris ſimili-
tudinem inſpergēs,& perfundens. *Sacrum piper.*] Sacrum appellat piper ex auari reſpectu, qui
tali geſtu piper infundebat, ut res ſacras & religioſas tractare uideretur. Horat. de auaro, primo
Sermo.congeſtis undiq́ ſaccis Indormis inhians & tanquam parcere ſacris Cogeris, aut pictis D
tanquam gaudere tabellis.Idem in ſecundo Sermo.Qui nummos aurumq́ recondit neſcius uti
Compoſitis,metuensq́ uelut contingere ſacrum. *Hic bona dente.*] Alius magnarū diuitiarum
hæres à ſuperiori penitus diſcors & diſſentaneus,in prima iuuentute agros,uillas,prædia,ueſtes,
gemmas,& omne ſuum patrimonium cum coquis,& fartoribus in luſtris, in cauponis & id ge-
nus locis prodigaliter dilapidabit: cui ſimiles Latini perditos, Græci ἀσώτους uocant: quo uerbo
Cicero quoq́,& pleriq́ alij ex Latinis uſi ſunt.Martialis.Viuis aſotos.hoc eſt laſciue,incontinen-
ter,diſſolute:aſotia incontinentia, & luxus. Gellius. Cedere equidem uobis debui ut in tali aſo-
tia, id eſt luxu, prodigalitate, atque nequitia artium nos uinceretis. *Bona grandia.*] Ingens
patrimonium, magnas diuitias. bona enim,ut iuriſconſultus titulo de uerborum ſignificatio-
ne refert, dicuntur diuitiæ ab eo quod beent, id eſt, beatos efficiant. *Magnanimus.*] Et ideo
prodigus. auaritia enim à puſillanimitate procedit, quam Græci μικροψυχίαν appellant. ſcribit
Ariſtoteles in œconomico peculiariter, & domeſtice auaritiam in ſenibus fœmineoque ſexu de-
bacchari & inualeſcere, quippe eo infirmiori,& ne res paruæ deficiant metuentiori. *Peragit.*]
Conſumit. *Vtar ego utar.*] Cum alij ſordide,alij laute & prodige uiuant,menſuram, quæ πάν-
των ἄριστον,id eſt,omnium optima eſt aureamq́ mediocritatem ſe ſeruaturum promittit, quæ in

A rebus humanis optimã eſt. unde Theognis Megareus μηδὲν ἄγαν σπεύδειν, πάντων μέσ' ἄριστα, καὶ οὕτως κύρν' ἕξεις ἀρετὴν, ἥν τε λαβεῖν χαλεπόν, id eſt, longe optimum eſt non nimis feſtinare. Ita enim Cyrne habebis uirtutem, quam conſequi difficile eſt. *Nec rhombos ideo.*] Vnicuiq; uirtuti uitium unum contrarium & alterum finitimum reperitur, aut certo nomine appellatũ, aut ſine ullo certo nomine, ut religioni contrarium uitium eſt irreligioſitas, finitimum ſuperſtitio, ut fortitudini contraria eſt ignauia, audacia uero appoſitum eſt, & propinquum uitium, ut liberalitati contraria eſt auaritia, propinquum prodigalitas. in quam multi incurrunt, dum auaritiam fugiunt, quod ſe facturum negat poeta cum ſequi mediocritatem propoſuerit, in qua uirtutes conſiſtunt, ut docet Ariſtoteles. Virtus certe eſt habitus uoluntarius in mediocritate conſiſtens, quo ad nos terminata ratione, & ut ſapiens terminaret. Ex qua ſententia ductus eſt Horatianus ille uerſiculus. Virtus eſt medium uitiorum & utrinq; reductum. Optimus eſt ubiq; modus, inquit Pelagius, & laudabilis ubiq; mẽſura, adeo ut in bonis quoq; rebus, quicquid modum exceſſerit, uitium ſit. *Ideo.*] Propter hoc, quod uelim auarus minime uideri: *Apponam rhombos la.*] Quod ſignũ & nota eſt prodigalitatis. eſt enim rhombus piſcis planus. cui auctore Plinio dextrũ latus reſupinatum eſt, quẽ lautæ gulæ fuiſſe oſtendit Horatius. Num eſuriens faſtidis omnia præter Pauonem, & rhombum eius magnitudinem innuit Iuue. & Epigram. Quamuis lata gerat patella rhombum, Rhõbus eſt

B latior tamen patella. aliàs rhombus eſt inſtrumentum magicum, quod tortis filis confectum ualet ad artem magicam exercendam, de quo frequens mentio fit apud poetas. Mart. Cum ſecta Colcho luna uapulat rhõbo. Ouidius in Amoribus. Quid torto concita rhombo Licia. Propertius. Staminea rhombi ducitur ille rota. Idem. Perficiunt magico torti ſub carmine rhombi. à Lucano deſcribitur illo uerſu, Traxerunt torti magica uertigine fili. Theocritus quoq; in Pharmaceutria ecloga mulieri ueneficæ inter cætera, quibus ſibi amantem alliceret, dedit rhombum, quem uidetur Horat. in Epodo ſub nomine turbinis ſignificaſſe illo uerſu, Et citum retro ſolue ſolue turbinem. Rhombum Apollonij interpres ſphæricum autumat, trochaliſtis figuræ accommodum ad eliciendam lunam. cuius hæc ſunt uerba, ῥόμβεια ἰδὲ τὰς ἰυγγᾶς τῆς σφαίρας τὰς περιδινοῦσι, καὶ σφαιρίδιον ἐν περιδινοῦσι, ἅπερ αὐτοφυῆ πάντων τύπον αἰθέρα ῥόμβου, τοῦ τε ἐν τῷ κινεῖσθαι καὶ τὸ κινούμενον βαχίσαιεν ὑπὸ τῶν φαρμακίδων ῥόμβον καλεῖται· οὕτω δὲ λέγουσι τὰς περιφορὰς κινήσεις καὶ παρὰ ... ὁ ῥόμβος κινήσει, id eſt, Rhõbus motum ſpheræ habet, & circuitus, Atq; Euripides in Pirithoo, ex auibus, inquit, aquilæ uolitant per æthera Rhombo: Natura hæc illis. Hinc rotulæ illæ quæ à ferulis uibratis fiunt, Rhombi uocãtur. hinc etiam motus, qui in orbem torquentur, nomen habent. Itaq; Eupolides, Rhombis, inquit, me uerberauit. Rhombus præterea eſt figura geometrica (ut inquit Martianus in Geomet.) tetrapleuros. i. quattuor laterum, non tamen recti anguli. *Lautus.*] Generoſus, honeſtus, liberalis,

C ſplendidus. *Libertus.*] Libertus is proprie dicitur, qui cum eſſet ſeruus, factus eſt liber: Vlpianus eum eſſe libertum diffinit, quem quis è ſeruitute ad ciuitatem Romanam perduxit. *Nec tenuem.*] Nec ero tam gulæ & popinæ deditus, ut turdorum ſaporem tenuem, qui in degluttiẽda ſaliua ſentitur, cognoſcere & diſcernere non ignorem. *Solers.*] Peritus, acutus. *Tenuem ſaliuã.*] Optimum, & dulciſſimum ſaporem. *Turdorum.*] Quos inter reliquas aues in cibis laudauit antiquitas, unde Horatius. Obeſo nil melius turdo. Epigram. poeta in Xenijs. Inter aues turdus, ſi quis me iudice certet, Inter quadrupedes gloria prima lepus. Turdorum Colum. M. Varro, Plinius, cęteri meminerunt. Agrippina coniunx Claudij principis turdum habuit, quod nunquam ante, inquit Plinius, imitantem ſermones humanos cum hæc proderem. *Meſſe tenus uiue.*] Auarum acerrime caſtigans, ut ſecũdum facultates, & rerum noſtrarum copiam uiuamus admonet, iuxta illud: pro re nitorem, & gloriam pro copia, & illud Iuuenalis ſatyra undecima. Buccæ Noſcẽda eſt menſura tuæ, ſpectandaq; rebus In ſummis minimisq;, etiam cum piſcis emetur. Nec cupias mullum cum ſit tibi gobio tantum In loculis. Horat. Metiri ſe quemq; ſuo modulo ac pede uerum eſt. Obſeruatum autem eſt ut tenus præpoſitio ſignificans uſq; ad, in ſingulari numero cum ablatiuo, in plurali uero magis cum genitiuo conſtruatur, ut apud Catullum. Vergil. Suetoniũ, Quintilianum, cæteros, ſubinde inuenies. Curtius. Pauci hoſtium tenus exacti penetrauere. Inter

D dum ponitur pro non ultra. Suetonius in Cæſare, Tertium, & quartum conſulatum titulo tenus geſſit, id eſt, non ultra titulum. Tenus etiam dicitur laqueus à tẽdicula dictus. Plautus in Bac. Turdus lubricum petit, pendebit hodie, ita pulchre intendit tenus. Seruius auctor eſt tenas appellari extremitatem arcus. *Meſſe tenus.*] Pro qualitate, & conditione prouentus tui. *Quid metuis.*] Quid times fruges tuas ſumptu honeſto diſtribuere? quaſi diceret, ſi times ſtultus es: nam frumentum iterum terra, & cultus ingenti fœnore reddet ager. *Occa.*] Frãge, id eſt, tuis facultatibus utere. metaph. eſt enim. occare glebas cõminuere, & quaſi occidere, unde occatio dicta, auctor. M. Varro. alij occationem quaſi occæcationem interpretantur, quod ſentire uidetur M. Tul. ſic ſcribens in Catone: quæ gremio mollito ac ſubacto ſemen ſparſum excepit, primum id occæcatum cohibet, ex quo occatio, quæ hoc efficit nominata eſt. A Sereno quoque dictum eſt, occatio occæcatio eſt. *En ſeges.*] Segetem alteram creſcentem demonſtrat, ut auaro large, & liberaliter eſſe uiuendum, & egenti donandum perſuadeat. *Aſt uocat officium.*] Poſtquam auaritiam ſatyrico morſu deteſtatus eſt, & auaro homini perſuaſit liberaliter eſſe in uictu diuitijs utendum, quia hoc ſatis non erat, ſubdit amicis inopia laborantibus non ſolum ex ſuperfluitatibus, ſed ex proprijs ſubſtantijs eſſe ſubueniendum, & merito. nam quicunq; bona à fortuna conceſſa excipiens ſolus illis utitur, ipſis bonis iniuriam affert, quod ipſis aufert, ut pluribus percepta uideantur iucũdio

ra

ra. *Officium.*] Liberalitatis,& pietatis,quam maxime in naufragos exercere debemus ἐπεὶ πλόον A
ἐστὶν ἄδηλον,id eſt,quoniam nauigatio eſt incerta,ut inquit Phocilides. *Prendit amicus inops.*] Quē
iuuare eſt debitum,unde Calicles apud Plautum.Si quid amicum erga beneſeci,aut conſului fi-
deliter,non uideor meruiſſe laudem,culpá caruiſſe arbitror. *Trabe rupta.*] Rupto & fracto na
uigio. *Saxa brutia.*] Brutij populi ſunt Italiæ Lucanis uicini: dicti quod quaſi bruti & obſcœnt
ſint.Hi bilingues uocitati ſunt,& Græce loqui dicti.à Brutijs Brutiani nuncupati, qui officia ſerui
lia magiſtratibus præſtabant,eo quod ij primi ſe Hannibali tradiderunt, & cum eo perſeuraue-
runt,quouſq; ex Italia recederet.Et Brutianæ parmæ dictæ ſunt ſcuta quibus Brutij utebantur.
Rem omnem.] Diuitias omnes. *Surda uota.*] Solent nauigantes à tempeſtate exagitati ad uota
confugere:nam tum præcipuus uotorum locus eſt,cum ſpei nullus eſt,ut inquit Plinius libro o-
ctauo.Ouid.Dij maris & cœli, quid enim niſi uota ſuperſunt? Soluere quaſſatæ parcite membra
ratis.Quæ uota quoties dij non exaudiunt eleganter ſurda nuncupantur. Surdus enim paſſiue
ponitur.Iuuenalis.Et ſurdo uerbere cædit,id eſt,quod nō auditur. *Ionio mari*] Mare quod pri
mo ſinu accipit Europa Aegeum dicitur,quod ſequēti,in ore Ionium:Adriaticum interius:quod
ultimo nos Thuſcum,Græci Tyrrhenum perhibent,ut docet Pomponius. Ab oriente Italiam al-
luit,ut docet Ptolem.Scribit Plinius,Græcos Ionium mare diuidere in Siculum & Creticum. Ser
uius quoque libro tertio Aeneidos enarrans illud Vergilij, Inſulæ Ionio in magno,ait Ionium ſi- B
num eſſe immenſum ab Ionia uſque ad Siciliam,& eius partes eſſe Adriaticum,Achaicum, Epiro
ticum,ut non immerito Vergilius Ionium magnum appellarit.Idem ab Ionia prouincia Ionium
appellari exiſtimat. Appianus uero ab Ionio Dyrrhachi filio,quem interfectum Hercules in ma-
re præcipitauit,at Solinus á rege. *Ingentes dei.*] Sub quorum tutela nauis illa erat conſtituta,
quos ſecum nautæ detulerant.Vergilius.Arma deoſq; parant comites.Ouid. Eſt mihi ſitque pre
cor flauæ tutela Mineruæ,Nauis & à picta caſſide nomen habet. Omnis enim nauis ſuum deum
habet,unde Argo Palladia dicta eſt,quoniam ſub eius erat tutela,quāuis nonnulli aliter tradant.
Mergit.] Mergus auis ex genere aquaticarum,ut docet Plinius in decimo, quæ in arboribus nī
dificat:parit plurimum terna uere incipiente.De qua libro quinto,talem fabulam refert Seruius.
Eſacus filius Priami fuit,hic ſe præcipitauit nec periſt,& cum ſæpius hoc faceret, deorum miſera-
tione in auem conuerſus eſt, quæ ad imitationem hoc facit. *Nunc & de ceſpite uiuo.*] De diuitijs
& de patrimonio tuo aliquid minuens pauperrimo homini condonabis. Contra illud Plauti-
num.Male meretur qui amico dat,quod edat.Nam & illud quod dat perijt,& illi producit uitam
ad miſeriam.In auarum ſic inuehitur Oratius in ſecundo Sermonum. Cur eget indignus quiſ-
quam te diuite? quare Templa ruunt antiqua deûm? cur improbe caræ Non aliquid patriæ tan-
to metiris aceruo? *Frange aliquid.*] Aliquid deme,mutila ex proprijs facultatibus, ut homini ſe C
ras auxilium, qui optimus labor iudicatur, ut teſtatur Sophocles in Oedipo ἄνδρα δ' ὠφελεῖν ἀφ' ὧν
ἔχοι καὶ δύναιτο κάλλιστος πόνος. *De ceſpite uiuo.*] Ceſpes eſt terra cum herba uiridi decisa in mo-
dum lateris,ut ait Feſtus,ex qua extruebantur aræ.Statius in Syl.Sed ſæpe deis hos inter honores
Ceſpes & exiguo placuerunt farra ſalino.Ob quod aræ ceſpititiæ dicuntur Iulio Capit.Ex ceſpiti-
bus caſtra circundantur,& aggeres caſtrenſes fiunt(ut docet Vegetius in tertio.)Hinc illud Plinia
num ex libro trigeſimoquinto. Ceſpitum natura caſtrorū uallis accommodata, contra fluminū
impetus aggeribus.Ceſpitium quoq; tribunal antiqui dixere, quod erat militare, atq; caſtrenſe,
quod ex ceſpitibus in caſtris milites factitabant, quod demonſtrat Luc. in quinto Pharſ. Stetit
aggere fulti Ceſpitis intrepidus uultu. Hic autem metaph. ceſpitem patrimonium uocat Perſius.
Largire inopi.] Auxilium fer pauperibus, & in illos diuinam exerce liberalitatem,quod qui facit
deos imitatur,ut docet Strabo εὖ μὲν γὰρ εἴρηται καὶ τοῦτο τοὺς ἀνθρώπους τότε μάλιστα μιμεῖσθαι τοὺς θεοὺς ὅταν εὐεργε-
τῶσιν,id eſt;benefici dicuntur,& propterea tum maxime imitari Deos,cum benigne faciunt. Præ-
ceptum eſt Phocilidis huic Perſiano conſimile πλοῦτον ἔχων σὴν χεῖρα πενητεύουσιν ὄρεξον· ὧν σοι ἔδωκε θεός,
τούτων χρήζουσι παράσχου,id eſt,diuitias habens tuam manum egenis oſtende, quæ tibi dedit deus ex
his indigentibus præbe.At contra ſtat M.Tul. in libro de Offic. qui perſuadet non eſſe omnibus
largiendum.In quam ſententiam acerrime inuehitur Lactantius libro ſexto Diui. inſt. & Plinius D
in epiſtola inquit.Volo eum qui ſit uere liberalis tribuere patriæ, propinquis, affinibus, amicis,
ſed his dico pauperibus,non ut iſti qui his potiſſimum donant,qui donare maxime poſſunt. At
contra dandum eſſe qui dederit,& non dandum qui non dederit,fratri ſuo præcepit Heſiodus.
Ne pictus oberret.] Mos erat eorum,qui maris periculum euaſiſſent depictum naufragium in ta-
bella appenſa humeris circumferre,ut infortunio cognito ab inſpectantibus ſtipem ſibi aliquam
compararēt.Iuuenalis.Merſa rate naufragus aſſem Dum rogat,& picta ſe tempeſtate tuetur. *Cæ
rulea.*] Propter mare,quod cærulei coloris eſt. *Sed cœnam funeris.*] Si,inquit Perſius ſub auari
perſona loquens tanquam illum uelit excuſare,& uenia dignum oſtendere,pijs officijs inter ami-
cos bona diuiſero,hæres indignatus parare cœnam feralem, & oſſa odoribus perfundere recu-
ſabit,quod floccipendendum eſt omnibus cum ad defunctum nihil ſepultura pertineat. Nam cō
ditio ſepulturæ,pompa exequiarum,magis ſunt uiuorum ſolatia,quàm ſubſidia mortuorum,in
quit Auguſtinus. Vnde Vergilianum illud non immerito laudatur, Facilis iactura ſepulcri. Me-
cœnas.Non tumulum curo,ſepelit natura relictos.Luca.Cælo tegitur qui non habet urnam. *Cæ
nam funeris.*] In funeribus cœnam delitioſam apparari ſolitam conſtat,quæ(ut Probus ait,) ad ro
gum delata cum ipſo defuncto cremaretur, ut illud Vergilij. Congeſta cremantur Thurea dona,

dapes,fuſo crateres olitio.De qua intellexit Apuleius libro quarto Flor. Exclamauit uiuere homi
A nem,procul ignes amolirentur,rogum demolirentur , cœnam feralem à tumulo ad menſam in-
ferrent.Eiuſdem meminit & Plinius cum loquitur de miluis.Silicernium uocatur , uel quod eam
ſilentes cernant umbræ,uel quod qui hæc inferunt cernant neque deguſtent . De iis enim quæ li-
bantur inferis quiſquis ederit aut biberit funeſtatur. Hinc Terentius in Adelp.appellat ſenem ſili
cernium,qui iamiam ſilentibus umbris cernendus ſit. *Iratus.*] Iuuenalis.Ducitur iratis plau-
dendum funus amicis.Oratius in Sermo.Adde iratum patruum,uicinos. Iraſcuntur enim cum
omnia per luxum ſint abſumpta,at cum opimam inueniunt hæreditatem,& ſi plorant,tamen læ-
tantur : nam hæredis fletus ſub perſona riſus eſt,ut dicebat Publius. *Rem.*] Diuitias, patrimo
nium. *Curtaueris.*] Minueris , mutilaueris . Propertius . Horruit algenti pergula curta foco.
Martialis . Nec curtus Chiones Antiopeſue calix.Ouidius in quarto Faſto . curtum equum uo-
cat incultum,& ob hoc quaſi mutilatum.Propertius . Qualia nunc curto luſtra nouantur equo.
Oratius libro primo Sermo.Nunc mihi curto Ire licet mulo. *Oſſa inodora dabit.*] Moris fuit a-
pud priſcos ne malus in funeribus odor obeuntis offenderet,odoribus multi aromatis cadauer
perfundere, quod docent Iuuenalis , Ennius , & Plinius , qui de unguentis ſcribens ait . Acerua-
tim congeſta ſunt honori cadauerum,quæ diis per ſingulas micas dantur.Refert Plutarchus in fu
nere Syllæ maximam odorum copiam matronis fuiſſe comportatam , ut ex illis imago Syllæ iu-
B ſtæ magnitudinis formaretur:Propertius.Deſit odoriferis ordo mihi lancibus. *Seu ſpirent cin-*
nama ſurdum.] Senſus eſt . Hęres ob diminutum patrimonium indignatus an bona an mala ſint
unguenta floccifaciet.Eſt cinnamum ſiue cinnamomum frutex odoratiſſimus duorum cubito-
rum altitudinis ampliſſimus, palmi minimus,craſſitudinis autem quatuor digitorum in Aethio
pia naſcens,ut ait Plinius in Naturæ hiſtoria,& in Sabæis. India quoque cinnamomum habet,ut
Diodorus,Philoſtratus, & Strabo ſcripſerunt . Id Arabes colligunt . Qua autem ratione legatur
docet Herodotus in Thalia . Et Ariſtoteles libro nono, De animalibus ait in Arabia cinnamum
auem ſurculis cinnami comportatis nidum ſibi facere , quos incolæ ſagittis plumbatis deiicien-
tes colligunt . Calidum eſt & ſiccum , ſtomacho prodeſt , capit humore purgat , ut eſt apud A-
uicennam . Ex cinnamo fit unguentum cinnaminum dictum inter cætera craſſiſſimum . Apud
Ariſtotelem auis eſt nomine Cinnamomus , quæ Plinio cynamulgus dicitur , niſi quis κινάμωλγον
non κινάμωμον in Ariſto.ſcribendum quoque cenſeat. *Spirent ſurdum.*] Odorem talem emittant,
oleant,fragrent ut uix ſentiatur.id enim eſt ſurde redolere. *Caſiæ ceraſo.*] Violatæ & adultera-
tæ ſint.Multis enim modis unguenta poſſunt corrumpi & adulterari,ut auctor eſt Plinius. Cæte-
rum ceraſa à L . Lucullo primum in Italiam aduecta ſunt è Ponto, anno urbis ſexcenteſimo . au-
C ctor Plinius & Tertullianus. *Te ne bona.*] Hæredis uerba auarum caſtigantis,qui incolumis &
bona fruens ualetudine minuat patrimonium. *Sed Beſtius urget.*] Beſtius hæres cum te uidet li
bertate patrimonium minuentem,philoſophos increpat,& in illos omnem culpam reiicit , quaſi
improbos & iuuentutis Romanæ corruptores,qui hominibus relicto auaritiæ crimine deteſtabi
li,liberalitatem eſſe exercendã perſuaſerint , quæ facit ut homo ab homine loco numinis habea-
tur. Vnde prouerbium apud Græcos ἄνθρωπος ἀνθρώπου δαιμόνιον homo homini eſt deus. *Beſtius.*]
Nomen ab Oratio ſumptum.Diceret urendos correptus Beſtius idem. *Vrget.*] Accuſat, caſti
gat,reprehendit,damnat Philoſophos Graios,quaſi improbos,& iuuentutis Romanæ corrupto
res,ob quod ſæpe ex urbe pulſi ſunt.Seneca ad Albinam matrem : Apinus noſtra memoria uixit
in ea urbe,ex qua philoſophi uelut corruptores iuuentutis abire iuſſi ſunt.Domitianum philoſo
phos expuliſſe auctores ſunt Suetonius , Euſebius in Chronicis,Gellius libro decimoquarto No
ct.& Philoſtratus in ſeptimo. *Ita fit poſt.*] Ordo eſt.Ita fit,fœniſecæ uitiarunt pultes craſſo un-
guine,poſtquam hoc noſtrum ſapere expers maris,uenit cum pipere & palmis urbi . Hoc autem
totum in philoſophorum inuidiam & contemptum dictum accipe,quorum perſuaſione non ſo-
lum locuples & nobilis,ſed uiliſſimus,& hominum (ut ita dicam) mendicabula laute , & geniali-
ter uiuerent,& liberalitatem exercerent,ne auarina peſtilenti,& philoſophorum inimica labora-
D re notarentur. *Ita fit.*] Ita omnes luxurioſe uiuunt , & genio indulgent , quod apud maiores
parco aſſuetos,agendiſque rebus magis quàm philoſophis intentos non contingebat. ſicque poe
ta luxum epularum ſui temporis notat , quod fecit & Iuuenalis. *Expers maris.*] Sapientia ue-
re ſimul & eleganter expers maris nuncupatur in Romanis, qui ut philoſophiam addiſcerent in
Græciam non nauigarunt.Eſt ergo ſenſus.quamuis in Græciam ut philoſophorum præceptis e-
rudiremur non nauigauerimus,hic tamen Romæ ex illorum ſententia uiuimus,id eſt, liberalita-
tem,auaritiam maximo odio proſequentes exercemus . ex quo oſtendit mores urbis ita deliciis
corruptos eſſe , ut ſponte ſua Romani non peragrata Græcia , mores tamen Græcorum didice-
rint,quos omnium uitiorum progenitores appellare ſcriptores idonei conſueuerunt. *Cum pi*
pere & palmis.] Tanquam ſapientia cum ſaporis mercibus fuerit inuecta.Illos uidetur notare Per
ſius,qui ſapientiam à philoſophis nuper inuentam cenſebant, ut Lucretius. Denique natura hæc
rerum ratioque reperta eſt Nuper , & hanc primum cum primis ipſe repertus Nunc ego ſum in
patrias qui poſſum uertere uoces.Seneca. Nondum inquit ſunt mille anni , ex quo initia ſapien-
tiæ nata ſunt.Multis ergo ſeculis mundus ſiue humanum genus ſine ratione uixit.contra quos in
ſurgit Lactãtius libro tertio cum ait. Vbi uerum eſt ſtultiſſimos fuiſſe qui putauiſſent ingeniis ſuis
perfectam eſſe ſapientiam,ſed ne ipſe quidem Ariſtoteles ſatis prudenter , qui ait à ueteribus co-
peam

ptam, aut à nouis auctam, aut mox à poſterioribus perfectam iri putauit. Nunquam enim poteſt inueſtigari, quod non per ſuam uiam quæritur. De pipere ſatis ſupra. Illud adde quod pipere cibaria condire Catium primum inueniſſe ſcribit Oratius. Palma uero hic eſt arbor, de qua plura Plinius libro xiiij. quæ uictoribus dari conſueuit, quod ea arbor ſemper uiret: uel quod ponderi non cedit, ſed quanto onuſtior eſt tanto magis nititur contra pondus, ut referunt Ariſt. A. Gellius, & Strabo. Hinc pro uictoria ponitur, à quo palmata ueſtis, quam triumphantium fuiſſe docent, Auſonius, Sidonius, Martialis, Liuius, cæteri. ſic dicta (ut quidam exiſtimãt) quod in ea pars palmæ hoc eſt uictoriæ intexeretur, ut ab Helena pictis ueſtibus apud Homerum acu certamina inſeruntur, quod & Plinius libro viij. indicare uidetur, cum ait pictas ueſtes iam apud Homerum fuiſſe, unde & triumphales tractæ. Quis autẽ primo uictores palma coronari ſtatuerit docet Plutarchus. *Fœniſecæ.*] Secãtes fœnum in pratis fœnarijs falcibus. & eſt ſatyrica exaggeratio. q. d. Ita Romanorum luxus increuit, ut pauperes homines & agreſtes nedum nobiles & diuites lautioribus epulis utantur. Vnde Iuue. Ipſe focis breuibus ponebat holuſcula quæ nunc Squalidus in magna faſtidit compede foſſor: Qui meminit calidæ ſapiat quid uulua popinæ. *Vitiarunt.*] Cõdiuerunt. *Craſſo unguine.*] Lauta, & pingui conditura. A

AELIVS ANTONIVS NEBRISSENSIS

Diſcrepet his alius.] .i. aliquis forte nolit ſic uiuere ut ego uolo, ſed id nihil eſt mirandum, cum etiam nati ſub eadem conſtellatione diuerſa ſequantur ſtudia. Ideo dicit. *O horoſcope.*] .i. Hora natalis, ex qua ſumitur morum ſignificatio naſcentibus. *Tu producis geminos.*] .i. generas & in lucem edis. *Varo genio.*] .i. uaria & diſtorta natura, quod oſtendit exemplo, quo taxat ſordidos auaroſq; homines. *Eſt.*] Subaudi aliquis. *Qui ſolis natalibus.*] Qui dies celebris & feſtus erat cuiq;. *Callidus.*] Aſtutus & cautus ſiue emendo ſiue diſpenſando. *Tingat holus ſ.*] .i. inũgat quaſi pingui aliquo holus quod erat ſine pingui. *Muria empta in c.*] .i. quam emit unciatim à ſalariolis, cum debuiſſet habere dolia & amphoras muria domi plenas. Eſt autem muria ſal tabidus ad ſolem maceratus multarum rerum condimentũ. Quomodo fiat, Cato, Columella, Pliniuſq; multis præcipiunt. *Ipſe.*] .i. non per mediũ diſpenſatorẽ: nam ipſe emphaſim habet. *Irrorans.*] Infrians & ſpargens in modũ roris. *Piper ſacrum.*] Quod quaſi rem ſacram parce miniſtrat. Hora. i. Sermo. Tanquam parcere ſacris cogeris. *Patinæ.*] .i. in patinã, datiuus pro accuſatiuo & præpoſitione. ut Verg. i. Aeneid. Inferretq; deos Latio. in Latiũ. *Hic puer.*] .i. alius adoleſcẽs. *Magnanimus.*] .i. prodigus, qui bona conſumendo uidetur magnanimus, cũ ſit reuera puſilli animi. Sic Mart. de aleatore. Non mea magnanimo depugnat teſſera talo. *Peragit bona.*] Conſumit patrimoniũ. *Dente.*] Gula, hoc eſt ganea. *Vtar ego utar.*] .i. neq; ſequar illũ auarũ, neq; hunc prodigũ, ſed utar rebus meis: nam illorũ uterq; abutitur diuitijs, potius q̃ utitur. Nec ideo, ſi uſus fuero incidam in illud uitiũ ut ſim. *Lautus ponere.*] .i. ad apponendũ in menſa. *Rhombos.*] Piſces ex genere planorũ. Hiſpani uocãt rodauallos. *Libertis.*] Non ſolũ mihi, ſed & libertis. Dicũtur autem lauti qui ſplendide & opipare cœnant. *Nec ſolers.*] Subaudi ero. i. diligens & ingenioſus. *Noſſe.*] .i. ad cognoſcendũ. *Saliuam i.*] Sapores guloſos, qualis eſt turdorũ, quę aues apud antiquiores magno in precio habebantur. Martialis. Inter aues turdus ſi quis me iudice certet, Inter quadrupedes gloria prima lepus. *Viue.*] q. d. omnibus uiuendum eſt. *Tenus meſſe propria.*] id eſt, pro quantitate meſſium, quas ex tuis agris percipis, ac ſi dicat ſecũdum facultates patrimonij. *Et emole granaria.*] .i. frumenta ex granarijs tuis. *Et fas eſt.*] q. d. id non facere nefas eſt. *Quid metuas?*] .i. nunquid times te fame periturum? *Occa.*] id eſt, frange. nam occare eſt glebas frangere. Hic uero pro grana ex ſpicis excludere accipitur, quod antiqui faciebant, atq; etiam nunc fit apud Aſtures & Callaicos, quoties frumento habent opus. Horatius. ij. Epiſt. Villicus orbi cum ſegetes occat tibi. *En ſeges altera.*] id eſt, anni inſequentis. *Eſt in herba.*] id eſt, uiridis, quaſi dicat, ſpes eſt de futuri anni fertilitate. Ouidius in Heroinis. Sed nimiũ properas, & adhuc tua meſſis in herba eſt. *Aſt uocat officium.*] Sed quia ut ait Iuuenalis multi ſunt ſibi diuites, & pauperes amici, dicit non ſatis eſſe ad nos ipſos uti liberalitate, niſi etiam hæc uirtus ad amicos uſq; perueniat. *Aſt officium.*] Quod proprie eſt uirtus illa, qua utimur erga amicos. Iuuenalis. Officium cras Primo à ſole mihi peragendum in ualle Quirini. Quæ cauſa officij? quid quæris? nubit amicus. Aliàs officium eſt hominis actio in quãtum homo. Vnde liber Ciceronis de Officijs. *Amicus inops.*] Pauper quia naufragium fecit. *Trabe rupta.*] id eſt, naue fracta: quia nauis trabibus conſtat. *Prendit ſaxa brutia.*] Tempeſtate eiectus ad Brutios Italiæ populos maritimos manibus prenſat ſcopulos. Vergilius. Vncis prenſantem manibus capita aſpera montis. *Et condidit.*] Obruit & perdidit. *Ionio.*] In mari quod eſt inter Italiam & Pelopoueſſum. *Rem omnem.*] id eſt, facultates. *Et uota ſurda.*] id eſt, non audita à dijs in tempeſtate. *Ipſe iacet in littore.*] id eſt, illuc proſtratus & deiectus. *Et dy ingentes de puppe.*] In quorum tutela nauis fuerat iacent. Eſt quale illud Vergilij. Ilium in Italiam portans uictoſque penates. *Et iam coſtaratis lacerae.*] id eſt, tabula naufragij quæ eſt coſta nauis ſiue latus. *Eſt obuia mergis.*] Auibus marinis quæ fragmentis incurſant. *Nunc.*] id eſt, in tali neceſſitate amici. *Frange aliquid.*] id eſt partire cum illo, quandoquidem amicorum omnia communia eſſe debent. *Et de ceſpite uiuo.*] id eſt, etiam de eo quod eſt patrimonij fundamentum, nedum utenſilia. Viuo autem dixit, quia ceſpes eſt gleba herbarum radicibus compacta, ſed intelligit debere dare amico aliquid etiam de ſubſtantia patrimonij. *Largire inopi.*] Et cur debeat largiri oſtendit dicens. *Ne*

B (margin, beside line beginning "Diſcrepet")
C (margin, beside line beginning "gũ, ſed utar")
D (margin, beside line beginning "perueniat")

A *pictus in tabella.*] Hoc faciebant naufragi ut emendicarent ſtipes. Horat. Quid hoc ſi fractis enatat expes Nauibus ære dato qui pingitur? Et Iuue. Et picta ſe tempeſtate tuetur. *Cærulea.*] Ad colorem maris pertinet qui cæruleus eſt. *Oberret.*] Vagetur & circumeat populum. *Sed cœnam.*] Pro hærede reſpondet auarus & ei qui illum hortatur ut det aliquid amico inopi. *Sed hæres.*] .ſ. tuus qui inopi largiris de ceſpite uiuo. *Iratus quod curtaueris rem.*] .i. diminueris patrimoniũ. *Negliget cœnam funeris.*] .i. inferias quæ dantur mortuis, & cœnam uiuis in funere. *Et hæres dabit urnæ.*] In quam cineres & reliquiæ colligebantur. *Oſſa inodora.*] Nullis odoribus concinnata. Hęres inquam *Paratus neſcire.*] Diſſimulare quaſi nõ intelligat rem. *Seu cinnama.*] Odoramentum eſt peregrinum. *Spirent.*] .i. odorem emittant & uaporem. *Surdum.*] Pro ſurde. i. nil oleant. ut ſit tranſlatio ſumpta ex ſenſibili auris ad nares. *Seu caſiæ.*] Arbuſculæ ſunt odoratæ. *Peccent ceraſo.*] .i. adulterentur gummi ex ceraſo arbore, quod præcipue in odoribus faciunt ſeplaſiarij. *Tu ne bona.*] Verba hæredis, aut pro hærede facientis cum auaro. *Incolumis.*] q.d. ſi pro ſalute tua faceres tolerabile eſſet, ſed facis pro amico. *Sed Beſtius urget.*] Superiora uerba poetę pertinebant ad auaritiæ reprehenſionem commendationemq́; liberalitatis tum ad ſeipſum tũ etiam ad amicos, nunc quid auarus dicat oſtendit dicens. *Sed Beſtius.*] Nomen eſt auari, ſed à poeta fictum quaſi beſtialis homo. Sic Hora. Ventresq́; nepotum Diceret urendos correptus Beſtius idẽ.

B *Vrget doctores graios.*] .i. inſectatur quod. ſ. induxerint in urbem philoſophiæ præcepta exhortantia ad liberalitatem, cum prius Romani illi ueteres parſimoniam obſeruauerint. dicit igitur Beſtius in philoſophos. *Ita fit.*] Sic uiuitur ut uos philoſophi præcipitis. ſ. laute & opipare. *Fœniſecæ.*] .i. Romani priſci qui fœnum ſecabant. Varro de re ruſtica. Falcibus conſectanda quæ fœniſecæ præterierunt. Et Columella. Fœniſecam meſſorem oportet inducere. *Vitiarunt.*] .i. corruperunt pultes. Nam ſimplices cibi & naturales corrumpi dicuntur, cum aliquid illis additur. ut ſupra. Hæc ſibi corrupto caſiam diſſoluit oliuo. *Vnguine craſſo.*] .i. pingui pultibus addito. *Poſtquam hoc noſtrum ſapere.*] .i. noſtra hæc ſapientia. uel potius ueſtra ô philoſophi. *Expers maris.*] .i. non tranſmarina & ex Græcia per mare aduecta, ſed facta iam domeſtica, Alcon chium maris expers. *Venit urbi.*] .i. in urbem. *Cum pipere & palmis.*] .i. eadem naui uenerunt philoſophi, qua piper & palmæ ſunt aduecta. Iuuenalis. Aduectus Romam quo pruna & coctana uento.

ECPHRASIS MVRMELLII.

Alius diſſentiat ab his moribus & ſtudijs noſtris. Nam & gemini ſub eodem horoſcopo nati diſſimiles ſunt ingenio. Eſt aliquis qui uafer tingat ſolis natalibus holus ſiccum uili liquaminis genere empto in calice, quæ muria dicitur, ipſe tanquam ſacrum, & non attingendum piper ad ſimilitudinem roris inſpergens patinæ. Alius audax puer dentibus conſumit grandia bona. Ego uero rebus meis utar, utar inquam, nec ideo lautus ero ad apponendum libertis meis rhombos piſces apprime precioſos, nec ſolers ad cognoſcendum tenuem turdorum ſaporem. Viue pro qualitate & conditione prouentus tui, & emole frumentum in granarijs repoſitum, fas eſt id facere, quid timeas? diminue rem, & egenis diſtribue, en altera ſeges eſt in herba. Amicus inops implorat officium tuum, naui enim fracta, apprehendit ſaxa Brutij littoris, & condidit in Ionio mari omnia bona, & uota ſuperis non exaudita. Ipſe iacet in litore, & ſimul cum eo magna deorum ſimulacra de puppe erepta, iamq́; pars fractæ nauis occurrit mergis & alijs auibus aquaticis. Diminue nunc aliquid, non ſolum de reditibus, ſed etiam de uirenti agro quem poſſides, largire inopi amico, ne ferens naufragium in tabula depictum, oberret ad ſtipem undiq́; corrogandam. Sed hæres iratus, quod diminueris rem, negliget epulum funebre, & committet urnæ oſſa tua unguento nõ perfuſa, paratus neſcire, ſiue cinnama ſpirent odorem, qui uix ſentiatur, ſiue caſiæ ceraſo ſint adulteratæ. An deceat te incolumem diminuere bona? Sed Beſtius accuſat philoſophos. Ita fit poſtquã hæc noſtra ſapientia, citra nauigationem, & maris periculum parta, inuecta eſt urbi cum ſaporis mercibus, pipere & palmis, fœniſecæ uitiarunt craſſo unguine pultes, ita ut ſuum uix ſaporem retineant.

SCHOLIA.

D *Horoſcope.*] Horoſcopus ab Aſtrologis dicitur id temporis momentum, quo quiſq́; naſcitur, quaſi horæ inſpectio & notatio. *Saliuam.*] Saporem, guſtum. Saliuam imbibere, eſt guſtui aſſueſcere. *Meſſe tenus propria uiue.*] .i. ſumptum facito pro modo facultatum tuarum. *Occa.*] Frange, diminue. Occare eſt glebam occidere & comminuere. *In herba eſt.*] .i. herbeſcit, ſurgit & ſpẽ frumenti oſtendit. Paulo aliter Ouidius in epiſtola Helenes ad Paridem dixit. Sed nimium properas, & adhuc tua meſſis in herba eſt. i. ſpes tua nondum certa eſt, ſed uarijs adhuc caſibus & periculis expoſita. *Surdum.*] Spirare ſurdum dicitur, cuius odor uix ſentitur. *Beſtius.*] Nomen inclinatum à beſtia. quo & Horatius utitur. *Fœniſecæ.*] Fœniſeca dicitur qui fœnum ſecat. C. *Geminos horoſcope uaro producis genio.*] In ueterũ monumẽtis obſeruatũ illud, uaſa diei horoſcopa, quibus commonſtrantur horæ, quæ & heliotropia uocitata interim comperiuntur, ſi ſolis & umbrarum ratione conſtent. Porrò notationem genitalis horæ, horoſcopon quoq́; uocant, quod quinto ciuitatis diuinæ Aurelius Auguſtinus ſcribit. Et uerbum horoſcopare, quo utitur Manilius, & ſigna horoſcopantia apud Firmicum.

ASCENSIVS.

Hæc cinere ulterior, &c.] Verba ſunt ut dixi poetę, in eos q metuũt

Hæc cinere ulterior metuas? at tu, meus hæres
Quiſquis eris, paulum à turba ſeductior audi.

ne

O bone num ignoras? miſſa eſt à Cæſare laurus,
Inſignem ob cladem Germanæ pubis, & aris
Frigidus excutitur cinis: ac iam poſtibus arma,
Iam chlamydas regum, iam lutea gauſapa captis,
Eſſedaq; ingenteſq; locat Cæſonia Rhenos.
Dijs igitur Genioq; ducis, centum paria, ob res
Egregie geſtas induco. quis uetat? aude.
Væh, niſi conniues. oleum, artocreaſq; popello
Largior, an prohibes? dic clare. non audeo, inquis.
Exoſſatus ager iuxta eſt. age, ſi mihi nulla
Iam reliqua ex amitis, patruelis nulla, proneptis
Nulla manet patrui, ſterilis matertera uixit,
Deq; auia nihilum ſupereſt: accedo Bouillas,
Cliuumq; ad Virbi. præſto eſt mihi Manius hæres,
Progenies terræ. quære ex me, quis mihi quartus
Sit pater, haud prompte, dicam tamē. adde etiā unū,
Vnum etiam. terræ eſt iam filius, & mihi ritu
Manius hic generis prope maior auunculus exit.
Qui prior es, cur me in decurſu lampada poſcis?

rie non pompoſe ſepeliantur ſi bona ſua amicis impertiuerint uiui, cum id metuendum non ſit, quia pompa illa ſolatiū affert uiuis non defunctis, potiſſimum quæ cadaueri exhibetur, quamuis non ignorem ſanctum eſſe pro defunctis orare & eleemoſynas impertiri, multaq; eſſe quæ cinere ulteriores metuamus merito. Nam inuenire aut excogitare aut facere, aut dicere aliquid, occaſione cuius uero ſimile eſt poſteros eſſe peccaturos, ſummopere metuere debemus, cuiuſmodi ſunt hæreſim aſſerere. unde Ariana pœna ſemper creſcet dum hæreſis eius durabit: laſciua ſcribere, uirgines ad lupanar mittere, uectigalia noua iniuſte imponere, & ſexcenta alia. Vnde ſignanter dicit poeta, hæc. ſ. ad pompam ſpectantia. Ordo eſt. Metuas tu ô fatue ulterior cinere. i. poſtquam fueris ultra cinerem, quia in urna poſitus, hæc quæ dicta ſunt? q. d. id ſtulte agis, quia ego id nō metuo, ne mihi ab hærede contingat. At. i. ſed tu quiſquis eris meus hæres. audi ſeductior. i. ſeorſum ductus. (Accipit enim comparatiuum pro abſoluto, nam aliter dixiſſet paulo) paulum. i. modicum à turba ut libere tecum agam. O bone. i. ô amice, num. i. nunquid ignoras? laurus. i. corona ex lauro, miſſa eſt à Cæſare. ſ. Caligula ad ſenatum in ſignum meriti à ſe triumphi, ob. i. propter inſignē cladem. i. cædem pubis. i. iuuentutis Germanæ, & cinis frigidus. i. ex priore ſacrificio illic derelictus, excutitur. i. reijcitur aris ut noua ſacrificia parentur, & Cæſonia uxor impudica Cæſaris, in armis aliquando conſpecta, & triumphalis moris perita, locat. i. affigit iam poſtibus arma. i. ſpolia & exuuias hoſtium, & chlamydas. i. ueſtes regum. i. Germanorum principum, & locat. i. diſponit captis ſcilicet Germanis in triumphum ducendis, gauſapa, id eſt, tapetia uilloſa, lutea. i. lutei, hoc eſt ſubruffi coloris, & locat eſſeda. i. captiua uehicula & ingentes rhenos, id eſt, accolas rheni proceris corporibus, aut locat. ſ. curatoribus triumphorum ut ea curent. igitur, id eſt, ob hanc uictoriam, ego induco, id eſt, ad ſacrificium duco, dijs & Genio, id eſt, deo ſpeciali. ducis ſcilicet Caligulæ qui per genium ſuum deierare detractantes multauit interdum capite, centum paria ſupple boum, id eſt, duplicem hecatōben, & hoc ob, id eſt, propter res bene, id eſt, feliciter geſtas. quis uetat. i. prohibet ne id faciam? Id cum uultu minaci dicit ad hæredem addens, aude ſupple uetare. ſed uæh tibi niſi conniues. i. annuas mihi. Præterea ego largior popello. i. uili uulgo oleum & artocreas. i. genus cibi ex pane & carne, uulgus paſtillos uocat, an prohibes? uidetur neſcio quid obmurmurare hæres, unde inſultans cōfidenter poeta dicit. Dic clare. tu inquis, ego nō auſim quia ager exoſſatus, id eſt cuius oſſa, id eſt, lapides iacent in ſuperficie eius, eſt iuxta, id eſt nimis prope, quaſi diceret, ſi clare dixero (ſum enim paulum ſeductus à turba) ita ut ſi turba audiat me negare uictimam Cæſari & largitionem populo, ſtatim lapidibus qui iacent parati me obruat. Hæc ſententia mea eſt. nec placet ut exoſſatum agrum bonum dicas, quia forte oſſatus præſtet. Bene tamen placet ut exoſſatus ager dicatur quia lapides ablati ſint, ſed fragmenta & rudera remanſerint, quæ facile in obmurmurantem à populo iaci poſſint. Videmus enim in lapidicinis & in faucibus cauernarum unde ſaxa eruta ſunt multa iacere fragmina. Sunt ergo uerba auari, dantis rationem quare non audeat negare, quia exoſſatus ager prope eſt. Præterea legendum uidetur, non auſim inquis, ut ſit uerſus ſpondaicus languidæ reſponſioni conueniens. Quia tamen omnes legunt non audeo, & Murmellius argute metrum defendit, legam ut cæteri, hoc addens poetam ingenioſiſſime effinxiſſe reſponſionem Beſtij aut alterius auari meticuloſi & infantis ſeu fandi imperiti ac per titubationem unam ſyllabam (ut fit) diuidentis, ac ſi dixerit non audeo, quæ uox protenſis labris, ut à ruſticis ſolet, effertur. Age, quaſi diceret, poeta uideo quid prætendis & uultu minitaris, nolis mihi hæres eſſe, ſed age fac quod lubet. ſi nulla patruelis, id eſt, conſanguinea ex amitis, id eſt, ex ſororibus patris mei manet mihi iam reliqua. & ſi nulla proneptis patrui, id eſt, ex patruo, hoc eſt patris mei fratre, manet mihi reliqua, ſi matertera, id eſt, ſoror matris meæ uixit ſterilis, & ſi nihilum, id eſt, nulla conſanguinitas ſupereſt, id eſt, ſuperſtes eſt mihi ex auia, id eſt, matre patris, aut matris, accedo Bouillas, id eſt, uicum illum inter Romam & Ariciam ubi mendici ſedent ad cliuum uirbi, pro uirbij, hoc eſt, uirbium qui prope cyprium uicum eſt, ubi etiam mendici ſedent. Manius progenies terræ, id eſt, ignobiliſſimus quiſque, qui cum parentum originem ignoret genus ſuum ad terram unde omnia manarunt refert, eſt mihi præſto, id eſt, paratus hæres, quia Ariciæ manij multi. Et ſi di-

cat

A cat ille qui recuſat eſſe hæres, quod Manius non ſit de genere poetæ, reſpondet poeta, nomine cu-
iuslibet cũ hærede diſputanns. Quære ex me quis ſit mihi quartus pater .i. proauus, ego haud .i.
nõ prompte dicam, tamen ſi dixero ſupple adde etiam .i. adhuc unũ ſupple patrẽ .i. quintũ, & etiã
unũ .i. ſextum, quia neſciã parentes eius, eſt .i. dicetur à me iam filius terræ, magnæ matris ſcilicet
& generalis omnium. Cum enim ſpecialia ignorantur ad generalia recurrimus. ergo ille quintus
aut ſextus pater eſt filius terræ, & hic Manius .i. homo ignobilis eſt è terra genitus, ſicut Mannus
olim Germanorum deus creditus eſt Teutonis ſeu Tuiſtionis & terræ filius, & ita ille magnus pa-
ter meus & hic Manius habuerãt unam matrem uidelicet terram. ergo hic Manius exit .i. clare oſtẽ
ditur, mihi prope .i. quaſi maior auunculus ritu generis mei, & ita non deerit mihi hæres etiam de
genere meo. Placet etiam quod Plautius citat, quia poeta præmiſit Accedo Bouillas Cliuumq; ad
Virbi, ut de Manio aricino exponatur: quia & illic Manij multi eſſe dicebantur, & ignobiles utpo
te mendici. Iuxta illud Iuue. Dignus aricinos qui mendicaret ad axes. Igitur præſto eſt mihi Mani-
us hæres .i. aliquis aricinus ignobilis à Manio tamen nomen ſortitus. Maior auunculus uidetur
potius auiæ frater quàm pater: nam uulgo dicitur maior auunculus matris auunculus, qui eſt a-
uiæ frater. Præterea cur à me petis cum nihil tibi debeam, & plus habeas quàm ego. quia enim mi
nor & fortior es, poteris plus lucrari quàm ego. Vtitur autem metaphora à currentibus in ſtadio,
B quorum primus tanquam cæteris curſu melior facem ferebat qua ſequentibus præluceret, qui ue
ro illum præuertere ac præterire poterat ab eo facem petebat, ſine qua non potuit uideri melior.
Moris ergo erat ut ſequens ubi præcedentem attingeret ab eo facem poſceret, ſed poeta dicit hære
dem ſuum eſſe priorem propter uires corporis, & ita nou debere petere à uetulo. Non autem lo-
quitur in ſua perſona poeta qui nondum trigenarius erat, ſed in perſona cuiuslibet à quo hæredi
tas expectatur. Placet etiam ut contra intelligatur hæredipeta & captator ſenior quàm is à quo pe
tat: nam id uſuuenit non raro. Vnde Horatius libro ij. Sermo. Foru nubet procera Corano filia
Naſicæ metuentis reddere ſoldum. Tum gener hoc faciet, tabulas ſocero dabit, atque Vt legat ora
bit, &c. Vbi generum captauit ſocer auarus, & ita ſeniorem iunior, quod poetæ conuenit ætati ſi à
ſeniore captabatur. Ordo eſt. Cur tu qui prior es in decurſu, poſcis me lampada .i. facem, hoc eſt
cur tu ditior ſaltem in potentia petis à minus diuite, aut cur tu ſenior qui merito prior decedere
debeas ut prior mundum ingreſſus es, poſcis me poſteriorem in decurſu uitæ, lampada .i. opem
uitæ, aut more currentium faculam, quam & tenes & retinere debes?

IOANNES BRITANNICVS.

Hæc cinere ulterior metuas.] Reprehendit eum qui ideo inopi largiri non audet, quia ueretur ne
ea ſibi poſt mortem non fiant ab hærede quæ alijs mortuis fieri ſolẽt. *Cinere ulterior.*] .i. ultra &
C poſt mortem, quod contrariũ eſt citra mortẽ .i. uiuens. *At tu meus hæres.*] Mira urbanitate dum
oſtendit quod ipſe ſit facturus, alijs uiam & modũ præſcribit uiuendi. *Miſſa eſt à Cæſare laurus.*]
Senſus eſt. O tu qui hæres meus eris, nunciatum quidem eſt à Cæſare ſuperatos eſſe Germanos,
quamobrẽ ſacrificium paro ducentorũ boum in tantæ uictoriæ gratulatione, nũquid hoc audes
uetare? *Miſſa laurus.*] Romani imperatores ſuperatis hoſtibus Romam laurũ ut uictorię nũci-
am mittebant, in cuius rei fidem ita ſcribit Plin. Laurus eſt pacifera, ut quã prętendi etiam inter ar
matos hoſtes quietis ſit indiciũ. Romanis pręcipue lętitię uictoriarum nuncia, additur literis &
militũ lanceis piliſq;, faſceſq; imperatorum decorat. *A Cæſare*] Dubitari poſſet de quo Cęſare
diceret, niſi de Cęſonia mentionem feciſſet. A Cęſare igitur intellige Caligula, qui ut ſcribit Tran-
quil. expeditionis Germanicę impetum cepit, neq; diſtulit, ſed legionibus & auxilijs undiq; exci
tis delectibus undiq; acerrime actis confecit tam feſtinanter & rapide, ut prętorianę cohortes con
tra morem ſigna iumentis imponere & ita ſubſequi cogerentur. Qua de re ſcripſit procuratorib.
triumphũ apparent q; minima ſumma ſed quantus nunquam fuiſſet, quando in omnium bona
ius haberent. quo tamen triumpho omiſſo uel dilato ouans urbem natali ſuo ingreſſus eſt, de ſe-
natu prius conqueſtus inter cętera fraudatum ſe dicens iuſto triumpho, quum ipſe paulo ante ne
quid de honoribus ſuis ageretur etiam ſub mortis pœna denunciaſſet. *Ac iam po. ar. Iam chlamy-*
D *des regum, iam lutea gauſapa captis.*] Hęc cum diſtinctione legenda ſunt, ut arma & chlamydes regũ
poſtibus adiungas, gauſapa uero captis. *Poſtibus.*] Scilicet templi, ubi hoſtium ſpolia ſuſpendi
ſolent. Virg. Captiui pendent currus curuęq; ſecures. *Lutea gauſapa.*] Genus ſtramenti uilloſi
diximus eſſe quo in caſtris uterentur. uilem autem fuiſſe ueſtem oſtendit, etiã Oui. Gauſapa ſi ſum
pſit, gauſapa ſumpta proba. *Lutea.*] Crocea, ſic enim captiui in põpa triũphi ducebãtur. *Ca-
ptis.*] In bello uidelicet .i. captiuis. *Eſſedaq;.*] Vehicula ex hoſtib. capta, quę in triũphi magnifi-
cẽtia uehebãtur, inde eſſedarius .i. auriga. *Ingentes rhenos.*] Germanos & Gallos, quos à Rheno
fluuio denominauit. Fluuius enim eſt qui ortũ habẽs ex Lepõtijs alpiũ incolis, Galliã diuidens à
Germanis in oceanũ Britãnicũ defluit. *Ingentes.*] Ex hiſtoria pẽdet. Nã Caligula cõuerſus ad cu
rã triũphi pręter captiuos ac trãsfugas barbaros, Galliarũ quoq; proceriſſimũ quęq;, ac nonnul
los ex principibus legit, ac ſepoſuit ad põpam. coegitq; nõ tantũ rutilare & ſummittere comã, ſed
& ſermonem Germanicũ addiſcere, & nomina barbarica ferre. *Cæſonia.*] Satyrice Cęſoniã dicit
triumphi pompam parare, tanquã talium rerum peritam. Nam ut ſcri. Tranquil. eam quãuis lu-
xurię & laſciuię perditę ita ardenter & conſtanter amauit Caligula, ut ſępe chlamyde peltaq; & ga
lea ornatam & iuxta adequitantem militibus oſtenderit. Cęſonia. Cęſones & Cęſares à cęſo cor-
pore matris ſunt nominati. *Locat.*] Diſponit & parat. *Dijs igitur genioq; ducis.*] Sacrificium
ducen-

ducẽtarum uictimarum promittit in honorem deorum, & principis adulationem ob uictoriam A
reportatam ex hoſtibus. ſic enim in principum granam multa fiebant. *Genioq; ducis.*] Hoc in in
uidiam magis ꝙ in principis laudem dictum eſt. Is enim ut tradit Tranquil. multos honeſti ordi-
nis deformatos prius ſtigmatum nons ad metalla & munitiones uiarum, aut ad beſtias condẽna
uit, aut beſtiarum more quadrupedes cauea coercuit, aut medios ſerra diſſecuit. Nec omnes gra-
uibus ex cauſis, uerum male de munere ſuo opinatos, uel quod nunquam per genium ſuum deie
raſſent. Perſius igitur ueluti principis genium uenerarurus in eius honorem ſacrificium ſe factu-
rum dicit. *Centum paria.*] Duplicem hecatomben. *Induco.*] Ad ſacrificandũ. ſ. *Quis uetat.*]
Minæ Perſij ad hæredem niſi aſſenſerit. *Aude.*] Superbe enuntia. i. audeto uetare ne hæc faciam.

Artocreas.] Genus cibi ex pane & carne, ut compoſitio docet ab artos quod eſt panis, & creas ꝙ
eſt caro. *Non audeo inquis.*] Verba hæredis quem ſecum inducit Perſius loquentem, & hoc dicit,
nõ audeo prohibere quo minus ex ſentẽtia tu uiuas, Vt innuat ſe ægre ferre. Quo dicto Perſius in
dignatus ſubijcit. *Exoſſatus ager.*] q. d. cũ iã te uideã nolle me uiuere meo modo, & iã mihi ager
ſit optimus & proximus urbi, aliũ mihi hæredem inueniã cui ipſe ager detur. *Exoſſatus ager*] E-
lapidatus, nam lapides oſſa terræ dicuntur. Exoſſare enim eſt oſſa eximere & purgare. unde Terẽ.
de piſce ait. Cum rediero exoſſabitur. *Iuxta eſt.*] Vicinus urbi. *Age ſi mihi nulla iam r. ex amitis.*]
Oſtendit autem eos ſtulte facere, qui hæredum metu timent arbitrio ſuo uiuere, cum liceat aliun- B
de hæredes inuenire. Senſus eſt igitur. Si mihi hæres meus obſtiterit, quo minus mihi liceat ex uo
luntate mea uiuere: eo certe ſpreto alium qui nullo generis uinculo, aut longinquo mihi coniun-
ctus ſit, rerum mearum hæredem relinquam. *Ex amitis.*] Amita patris mei ſoror, quia ſimiliter
tertia à me ſit, atq; auia uideri poteſt, dicta ex eo quod ab antiquioribus auita ſit uocitata. ſiue a-
mita dicta eſt, quia à patre amata eſt. Nam plus ſorores à fratribus quàm fratres diligi ſolent. uide
licet propter diſſimilitudinem perſonarum, quæ eo minus habent diſſenſionis, quo minus æmu
lationis. *Patruelis nulla.*] Patrueles filij dicuntur patrui mei. Proneptis, filia nepotis. Patrui ge-
nitiuus eſt caſus, ut ſit nulla patruelis & nulla proneptis patrui mei. patruus dicitur quod fratris
filiorum ſit tanquã pater, Matertera, mater matuta, mane, matrimoniũ, mater familiæ, matertera,
matrices, materiæ dictæ uidentur (auctore Verrio) quia ſunt bona qualia. ſ. ſunt quæ ſunt matura:
uel potius à matre quæ eſt originis Græcæ meter. Eſt igitur matertera ſoror matris meæ quaſi ma
ter altera. *Accedo bouillas*] Bouillę uicus inter urbem Romam & Ariciam in uia appia, Clodij cę
de nobilitatus. Cæci & mutilato corpore illic mendicabant. Mart. Debet aricino conuiua recũbe-
re cliuo. Iuue. Dignus aricinos qui mendicaret ad axes. *Cliuumq; ad uirbi.*] Cliuus uirbius proxi
mus eſt in urbe Cyprio uico ubi Dianiũ fuit. illic ut Liuius eſt auctor cum Tullia interfecto Seruio
patre Tarquiniũ maritum prima regem ſalutaſſet, domũq; ſe reciperet, uiſo patris corpore mulio C
nem euitantem ſuper ipſum corpus carpentũ agere præcepit. Illic mendici ſedebant. *Præſto eſt m.
M. h.*] Senſus eſt. Manius qui quidẽ progenies terræ dicitur à me ut maior auunculus hæres me-
us ſcribetur. Satis lepide oſtendit poeta iure originis omnes homines cognatos eſſe. *Manius.*]
Alluſio eſt ad illum Maniũ, quem Germani, ut ſcribit Tacitus, antiquis carminibus celebrãt (qđ
unum apud illos memorię & annaliũ genus eſt) filiũ fuiſſe Tuiſtionis dei terra editi, eumq; origi-
nẽ gentis & conditorẽ. Alterius Mannij equitis Romani meminit Varro, quẽ duorum tantũ cubi
torũ fuiſſe tradit. Manius aũt prænomẽ dictũ eſt ab eo quod mane quis natus ſit, ut Lucius qui Lu
ce. *Præſto eſt.*] Ad eſt. nã pręſto ſum. i. quod adſum, nec alteri fere uerbo cohęret. Cice. pro Mu
rena. Ius ciuile didicit. multũ uigilauit laborauit, pręſto multis fuit. *Quære ex me quis m. q. ſit p.*] Ta
citę obiectioni reſpõdet poeta. poſſet enim dicere hęres, per legem fieri nõ poſſe, aut ęquũ nõ eſſe
ue alium ꝙ iure conſanguinitatis coniunctum hęredem relinquas. ait igitur Perſius & Maniũ ire
conſanguinitatis & originis hęredem ſuum ſcribi poſſe: quando & ſui maiores originẽ habeant
à terra quemadmodum & Manius. *Quære ex me quis mihi quartus ſit pater, haud prompte dicã.*] Oſtẽ-
dit Perſius mira urbanitate ſexto generis gradu ſe quoq; à terra originem ducere. & ideo ſe Manij
iure generis & originis cognatum eſſe. Eſt enim ſenſus. Si uoles inquit quęrere ex me quis ſit mihi
proauus non facile tibi dicam, neq; enim nomina maiorum meorum poſſum recordari. illud ta- D
men certo ſcio, etiam ſi ad proauũ duos etiã addideris eũ originẽ à terra ducere, ut intelligas Perſi
um ſexto gradu genus ſuũ ducere à terra. nam uult illos duos priores à terra natos, ab his quartũ
patrẽ genitũ. i. proauũ ſuũ. *Haud prompte d.*] Quaſi difficile ſit lõgo tẽporis interuallo genus ſuũ
reminiſci. *Tamen adde etiam unum, u. e.*] Si duos addideris. Ita hęc intulit ut quamuis nõ teneat no
mina maiorũ ſuorũ, tamẽ certo ſciat originẽ ſuã ſexto gradu duci à terra. *Terræ etiã filius.*] Sub
audi pater quartus. *Exit.*] Bene exit quaſi ex terra oritur. *Et mihi ritu Manius hic generis pro-
pe maior auunculus exit.*] Ordo eſt. Et hic Manius exit mihi prope maior auunculus ritu generis.
Hic Manius quẽ dixi progeniẽ terrę. *Prope maior a. e.*] Eſt mihi habita ratione generis ueluti ma
ior auunculus. nam auctore Feſto maior auunculus dicitur aui & auię auunculus. *Qui prior es,
cur me in decurſu lampada poſcis.*] Inſultat auaro hęredi, quẽ curſoribus palęſtrę cõparat. nam in pa
lęſtra exhibebantur qui ad extremã uſq; laſſationẽ currerent cũ facibus ardentibus, qui primus
fuiſſet, ut defatigatus curſor integro facem dabat. hoc ſic Cicero in rhetoricis nouis ſcripſit. Non
enim quẽadmodũ in palęſtra qui tedas ardentes accipit, celerior eſt in curſu cõtinuo, ꝙ ille q tra
dit: ita melior imperator nouus qui accipit exercitũ ꝙ ille qui decedit: ꝑpterea ꝙ defatigatus cur
ſor dat integro facẽ. Senſus eſt igitur. Cũ tu auare & ętate & diuitijs me anteeedas cur eſt quod à
me

A me hæreditatem expectes, cum æquius ſit me à te hæreditatẽ accipere ut minus ætate grauatũ. quẽ
admodum curſor integer .i. non fatigatus in curſu à priore facem accipit ut laſſo.

IOANNES BAPTISTA.

Hæc cinere ulte.] Auarum timentem, ſi liberalitate utatur erga inopes, & patrimonium minu-
at, ne ab herede non fiant ſibi mortuo, quæ alijs fieri & præſtari conſueuerunt, caſtigat, & ſatyrico
morſu proſequitur, promittitq́ ſe, non quo deinde maiori pompa ſepeliatur ſordidius, & auari-
us uicturum. *Vlterior cinere.*] .i. mortuus, & in peculio & famulatu Plutonis connumeratus. ca
dauera enim in illo tempore comburebantur. *At tu meus.*] Ad eum ſermonem ſuum uertit, qui
ſuus futurus ſit hæres, & dum oſtendit quid ipſe facturus ſit, alijs modum, quo uitam ſuam gu-
bernare debeant, præſcribit. *Seductior.*] Magis ſeorſum ductus, & ſeuocatus. *O bone num igno-
raſc*] De expeditione Germanica C. Caligulæ ſic ait Tranquillus. Militiam resq́ bellicas ſemel at
tigit, neq́ ex deſtinato, ſed cum ad uiſendum nemus, flumenq́ Clitumni Meuaniam proceſſiſſet
admonitus de ſupplendo numero Batauorum, quos circa ſe habebat, expeditionis Germanicæ
impetum cœpit. nec diſtulit, ſed legionibus, & auxilijs undiq́ excitis, delectibus undiq́ acerbiſſi-
me actis, contracto & omnis generis commeatu, quantum nunquam ante, iter ingreſſus eſt: con-
fecitq́ modo tam feſtinanter, & rapide, ut prætorianæ cohortes contra morem ſigna iumentis im-
B ponere, & ita ſubſequi cogerentur: interdum adeo ſegniter & delicate, ut octophoro ueheretur, à
propinquarum urbium plebe uerri ſibi uias, & conſpergi propter puluerem exigeret. Qua de re
ſcripſit procuratoribus: triumphum appararent quàm minima ſumma, ſed quantus nunquam
fuiſſet, quando in omnium hominum bona ius haberent. Eſt autem ſenſus Perſij: ô tu qui mea bo
na hæreditate conſecutus es, propter uictoriam qua de Germanis potitus eſt Cæſar, uolo cen-
tum paria boum ſacrificare, in eius congratulationem, nunquid uetabis? ex quo oſtendit liberali
tatem ſuam quolibet hærede etiam iniquo, & nullo modo poſſe impediri. *Miſſa eſt à Cæſare lau
rus.*] Quæ pacifera eſt, ut quam prætendi etiam inter armatos hoſtes quietis ſit indicium. Roma
nis præcipue lætitiæ uictoriarum nuncia, additur literis, & militum lanceis piliſq́, faces impera-
torum decorat. Apollo, cui, ut refert Euſebius, laurus dicata eſt, ita ad laurum loquitur apud Oui
dium. Tu ducibus lætis aderis, cum læta triumphum Vox canet, & longas uiſent capitolia pom-
pas. Hac lauru literas coronatas re bene geſta imperatores Romam mittere ſolebant, uictoriarũ
& lætitiæ nuncias, quæ ob id laureatæ nuncupantur, de quibus Liuius in quinto, Amianus Mar-
cellinus in quintodecimo, Cæſar in tertio belli ciuilis commentar. & Plinius in decimoquinto me
minerunt, quas tabellas laureatas uocat Lampridius. de quo autem Cæſare intellexiſſet Perſius
dubitare potuiſſemus, niſi Cæſoniæ nomen ſubiunxiſſet, quæ uxor fuit Caligulæ, de quo ſic Sui-
C das. καλλιγύλας οὕτως ἐκαλεῖτο, γάϊος ὁ βασιλεὺς ῥωμαίων· ἐπειδὴ ἐν μικρᾷ ἡλικίᾳ τὰ πολλὰ ἐν τῷ στρατοπέδῳ ἐτέθραπτο, καὶ
τοῖς στρατιωτικοῖς ἐχρῆτο ὑποδήμασιν· ἐκ τῶν καλλιγῶν οὖν καλλιγύλαν αὐτὸν ὠνόμασαν. ἢ καλλιγύλας ὁ γάϊος, διὰ τὸ ἐν στρατο
πέδῳ γεννηθῆναι· ὥς φησιν αἰλιανὸς ἐν τῷ περὶ θείων ἐναργειῶν, id eſt, Calligula nominatus eſt Gaius Romanorũ
imperator. Nam cum in pueritia in exercitu aleretur, & militaribus uteretur caligis, ex his calli-
guiam uocauerunt. Siue Calligolas Gaius, quòd in caſtris natus eſſet, ut ait Aelianus in libro de
diuinis Energijs. *Germanæ pubis.*] Declarat nunc quorum fuerit hæc clades. Germania autem,
ut tradit Cornelius Tacitus, omnis à Gallijs, Rhetijsq́, & Pannonijs, Rheno & Danubio flumini
bus, à Sarmatis Dacisq́ mutuo metu, aut mõtibus ſeparatur. Cætera oceanus ambit, latos ſinus,
& inſularum immenſa ſpatia complectens. Germani indigenæ exiſtimantur, quoniam non eſt ue
riſimile aliquos Aſia, aut Africa, aut Italia relicta Germaniam petijſſe, informem terris, aſperã cœ
lo, triſtem cultu aſpectuq́, niſi patria ſit. antea Teutones nuncupabantur à Teutone deo eorum
quem terra ortum exiſtimabant. poſtea Alemanni ſunt dicti ab huius dei filio Manno. cur autem
dicuntur Germani docet Strabo in xvij. Capillos habent prolixos, nanq́ populi ſeptemtriona-
les, ut Victruuius, & Plinius tradiderunt, flauos habent crines, & promiſſos ex humoris copia, ſi-
cut econtrario Aethiopes uaporis efficacia capillos habent breues, & aduſtis ſimiles. De Germa-
nis etiam hoc non eſt prætereundum, quod his mos fuit ut capillos rutilarent adhibito ſapone.
D hinc pilæ ſaponis dictæ ſunt matiacæ à Matiacis Germaniæ populis, quorum meminit Tacitus in
libro de Germania. Martialis. Accipe matiacas quo tibi calua pilas. Idem mos conualuit apud Ro
manas matronas, ut capillos rutilarent, ſicuti tradit Valerius capite. de inſt. antiquis. *Frigidus ci
nis.*] Vetus. qui iamdiu flamma non concaluit. *Excutitur.*] Remouetur, ut parẽt ſacrificia. Ver-
gilius. Impoſitum cinerem, & ſopitos ſuſcitat ignes. *Ac iam poſtibus.*] .ſ. templi, ubi hoſtium pen
dent currus curuæq́ ſecures, quæ uetuſtate conſumpta nec reſarcire, nec reficere licebat. an idcir
co ut cum primis illis gloriam antiquatam eſſe ac deletam putent, nouum aliquod ac recens uir-
tutis monumentum conſequi ac parare ſtudeant. an iſtud uerius quod cum inimicitiæ aduerſus
hoſtes ſigna tempore obſcurentur, ipſos ea renouare inuidioſum & acerbum eſſe cenſent. non e-
nim qui primi apud Græcos æneum aut lapideum tropheum ſtatuerunt, magnopere probati
ſunt. auctor Plutarchus. *Iam chlamydas Regum.*] Chlamys, ut inquit Caſſiodorus in Epiſtolis, eſt
ueſtis militaris, quod & Plautus indicat. qui ad ornatum militis ait opus eſſe chlamyde, & machę
ra, & petaſo, cui ſuffragatur Iulius Pollux inter militares apparatus chlamyda dinumerans. Nu-
mam Pompilium Ro. regem primum uſum chlamydis intuliſſe Romanis, cum id genus ueſtimẽ-
ti à legato Iſaurorum accepiſſet, auctor eſt Suidas. Prouerbium eſt apud Græcos ἡ συλοσῶντος χλα-
μύς Syloſontis chlamys, quod de ijs dicitur, qui iactant ſe magnificentia ueſtimentorũ, quoniam
Syloſon

Syloſon Polycratis frater,cum in exilio eſſet,ueſtem babebat inſignem,ac ſumptuoſam.quam(te A
ſte Strabone libro decimoquarto)quum Dario nondum regi diu concupiſcenti dono miſiſſet,ia
poſtea regno potitus,ac beneficij memor natali ſolo eum reſtituit,& ea toparchia donauit. Iuriſc.
inter ueſtimenta puerilia numerãt chlamydea, tanquam nõ minus ad pueros quàm ad uiros per
tineant.Illud notandum,ueteres dixiſſe chlamyda recto caſu,ſicut auctore Feſto caſſida, qui citat
illud Vergilij in undecimo.Aureus ex humeris ſonat arcus, & aurea uati Caſſida.Apuleius lib.de
cimo De aſino: Adeſt luculentus puer nudus, niſi quod ephebica chlamyda ſiniſtrum tegebat
humerum. *Gauſapa lutea.*] Gauſapum uel gauſape genus eſſe ſtramenti uilloſi indicat Plin.quo
in caſtris utebantur.de quo eſt diſtichon apud Epigrammat. Optima fiebant gauſapa ex uellere
Patauino,auctore Strabo.declinatur autem hoc gauſape.antiquiſſimi hic gauſapes & hæc gauſa-
pa,& hoc gauſapum.unde in plurali hæc gauſapa.Caſius ad Mecœnatem.Gauſapo purpureo ſa-
lutatur. *Captis.*] Captiuis. *Eſſeda.*] Sunt currus, quibus peculiariter utebantur Britanni in
bello.Propertius.Eſſeda cælatis ſiſte Britanna iugis.Porphyr. uero dixit Eſſeda eſſe uehicula Gal
lorum exponens illud Orã.Eſſeda feſtinant,pilenta,petorita,nauis.quod idem ſenſit Seruius ſcri
bens uſum eſſedorum apud Belgas fuiſſe repertum, unde à Vergilio Belgica cognominantur illo
uerſu in tertio Georg.Belgica uel molli melius feret eſſeda collo.de eſſedarijs,id eſt,militibus Bri-
tannis,qui ex eſſedis pugnabant,& ex eſſedis interdum deſiliebant,& ſtrepitu rotarum plerunq; B
perturbabant ordines Cæſarianorum,longa eſt narratio apud Cæſarem in quarto,& quinto Cõ
ment. *Locat.*] Parat,diſponit. *Cæſonia.*] Vxor Caligulæ,quam,ut Tranquillus ait,neq; fa-
cie inſigni,neque integra ætate,matremq; iam ex alio uiro trium filiarum, ſed luxuriæ ac laſciuiæ
perditæ,ardentius,& conſtantius amauit,ut ſæpe chlamyde,pallaq;,& galea ornatam,ac iuxta ad
equitantem militibus oſtenderit,amicis uero etiam nudam, quam enixam uxorio nomine dig-
natus eſt.Quoties præterea uxoris uel amiculæ collum exoſcularetur,addebat. tam bona ceruix
ſimulac iuſſero demetur. quin & ſubinde iactabat,exquiſiturũ ſemel fidiculis de Cæſonia ſua,cur
eam tantopere diligeret.Ab hac creditur potionatus amatorio quidem medicamine,ſed quod in
furorem uerterit.quod tangit Iuuenalis in ſexto,ſic dicens.Et furere incipias ut auunculus ille Ne
ronis, Cui totam tremuli frontem Cæſonia pulli Infudit. *Ingentes Rhenos.*] Magna ſtatura, &
procera corporatura præditos,quales Auguſtinus ſtaturoſos appellat,quod ex hiſtoria ſumptũ
eſt.nam conuerſus ad curam triumphi,præter captiuos,ac transfugas barbaros, Galliarum quo
que proceriſſimum quemq;,ut ipſe dicebat ἀξιοθριάμβευτον ac nonnullos ex principibus legit,ac ſe-
poſuit ad pompam,coegitq; non tantum rutilare,& ſummittere comam, ſed & ſermonem Ger-
manicum addiſcere,& nomina barbarica ferre.auctor Tranquillus.alij per locat Rhenos,intelli-
gunt imperatoris uxorem ut pote egredientem modum fœmineum ob cæcum maritum locare C
Rhenanas prouincias,uectigalia,portoria & quæcunq; Germanorum ſubactorum erant.eſt au-
tem Rhenus,per quem intelligit Perſius accolas & prope eum habitantes, fluuius Rheticarum Al
pium uertice ortus,qui modico flexu in occidentem uerſus ſeptentrionali Oceano miſcetur, au-
thor Tacitus. *Dijs igitur genio.*] Ob uictoriam ex hoſtibus deuictis feliciter reportatam deorũ
numinibus,& principis Caligulæ genio duas hecatombas ſe ſacrificaturum promittit.Eſt autem
hecatombe ſacrificium centum boum,à numero, ἑκατὸν enim centum, βοῦς bouem ſignificat. uel
quia auctore Euſtathio,centum Peloponeſſi urbes id faciebant,& à numero ſacrificantium com-
poſita eſt dictio,quod teſtari uidetur & Strabo in octauo,dum Laconia inquit quum priſcis an-
nis centenis præeſſet urbibus Hecatompolin uocitatam memoriæ proditum eſt. Inde quotannis
per eas boues centenos immolari conſuetum fuerat,quod ſacrum hecatombas appellabãt,ut to-
tidem numero mactarentur boues quot eſſent ciuitates.cum ergo tale ſacrificium peragеretur,cẽ
tum aræ extruebantur,ut totidem eſſent & uictimæ. Vnde dixit Papinius. Centum Theſpiacis o-
dora lucis Stent altaria,uictimæq; centum.& licet aliæ etiam uictimæ non ſoli boues immolaren-
tur,ſacrificium tamen ueteri uocabulo appellatum eſt hecatõbe.ut docet Iulius. *Genioq; ducis.*]
Ad inuidiam Caligulæ hoc dictum eſt.is enim multos honeſti ordinis deformatos prius ſtigma-
tum notis ad metalla,& munitiones uiarum,aut beſtias condemnauit, aut beſtiarum more qua- D
drupedes cauea coercuit,aut medios ſerra diſſecuit, nec omnes grauibus ex cauſis. uerum male
de munere ſuo opinatos,uel quod nunquam per genium ſuum deieraſſent.auctor Tranquil.Vi-
debantur enim ſentire genium Caligulæ non eſſe adorandum,nec pro numine habẽdum, quod
ne ſentire uideatur Perſius, illi ſe ſacrificaturũ pollicetur.Maximũ iuſiurãdum apud priſcos erat
per genium principis,per quem ſi quis peieraſſet,puniebatur, ſicut eſt ſcriptum apud iuriſconſul
tos titulo de iureiuran.& ut inquit Tertullianus, citius per omnes deos quàm per unum genium
Cæſaris peieratur. *Centum paria boum.*] Duas hecatombas.centum enim boum ſacrificium he-
catombe dicitur, ut inquit Philoſtrat.Et Pythagoras(quod ſcitu & memoratu dignum eſt)cum in
uenisſet trianguli orthogonij ſubiectum latus tantum ualere,quantum latera illa duo quæ illud
continerent,Ioui hecatomben fecit,ſeu ſecundum alios,Muſis bouem ſacrificauit,quaſi rem mag
nam inueniſſet.quod tamen fabuloſum eſſe Cicero putauit. *Induco.*] Vt ſacrificem bobus cæ-
ſis,quod βουθυτεῖν Græci dicunt. *Quis uetat?*] Quis prohibet minatorie, & uultuoſe inquit Per-
ſius me lautum,tam ſumptuoſum,& ſplendidum ob Cæſaris uictoriam facere ſacrificium? *Au-
de.*] Ad hæredem uerbum ſuperbe pronunciandum,hoc ſenſu,facito ut in te tantum audaciæ in
ueniatur,ut audeas,ne hoc faciam,prohibere. *Vah.*] Interiectio dolentis, ut ſcribit Diomedes,

A quæ cum datiuo, & accuſatiuo iungitur, auctor Caper, & ſcribitur cum diphthongo, ut differat à
ue coniunctione, quæ ſine diphthongo exaratur. *Conniues.*] Aſſentiris annuis. eſt enim conni
uere oculos genis integere, quod ſæpius accidit annuētibus. Duo gladiatores in ludo Cæſaris ex
titerunt, qui ad nullum ictum conniuebant, ut ſcribit Plinius, & ob id euaſerunt inuicti. Grauio-
res alitum inferiore gena conniuent, columbæ & ſimilia utraq; conniuent: Qui non conniuent
aſcardamycti dicuntur. aduerbium Græcis eſt ἀσκαρδαμυκτί quod ſignificat, de ſubito, & ad oculi
motum. Conniuere deos, & homines dicimus eleganti translatione in delictis, quæ impunita præ
tereunt, & quaſi oculis clauſis ſeſe non uidere diſſimulant. Cæſar dictator in peccatis militaribus
conniuebat, inde conniuentia ſynodi uſurpatur in decretis decimęquartę, quęſt. prima, pro taci
ta erroris permiſſione à ſynodo conceſſa. E contrario inconniuens dicitur, qui oculis eſt uigilanti
bus, apertisq; ſine nictatione, & palpitatione. Aulus Gellius de Socrate memorat quod inconni-
uens immobilis iiſdem in ueſtigijs perſtabat. ſic & inconniua uigilia dicitur Apuleio pro inconni
uens, & exercita, oculis nuſquam ſomno ſuccumbentibus. *Artocreas.*] Cibos ex pane & car-
ne confectos. ἄρτος enim dicitur panis, & κρέας caro, inde artopta ab ἄρτος, ſ. & ὀπτάω aſſo torreo, co-
quo deriuatur, quod non mulierem quæ ſub clibano panem coquebat, ſed ipſum inſtrumentum
ſignificat, ſub quo panis coquebatur. In quo ſignificatu accipio illud Plautinum ex Aulularia. E-
B go hinc artoptam ex proximo utēdam peto. Artopticius panis uocatur libro uigeſimooctauo Pli
nio pro toſto, qui dicitur & artopticinus à Græcis. Athenæus ὁ ἀρτοπτίκιος φησὶν ἄρτος κλιβανίτου καὶ
φουρνιαίου διαφέρει, id eſt, Artopticinus, à pane qui in clibano & furno coctus eſt differt. Artotrogus
Plauto paraſitus ab ἄρτος & τρώγω comedo. *Non au. inquit.*] Verba repetit hæredis Perſius, quibus
hæres ſe ægre ferre oſtendit, quod Perſius patrimonium ſuum liberalitate, & ingenti ob principis
uictoriam ſacrificio minuendo hæreditatem faciat deteriorem. quo dicto indignabundus poeta
ſubdit, exoſſatus ager, quaſi diceret, cum ager fertilis urbi ſit uicinus, & ex omni parte laudabilis,
& mihi moleſtus ſis alium inueniam, cui omnia mea bona demandabo, & hæredem ſcribam, quē
nemo unquam interfecit, ut dicebat ille. *Non aud.*] ſcilicet prohibere quin ex animi tui ſenten-
tia uiuas. *Ex. a.*] ſcilicet expurgatus lapidibus, quæ terræ oſſa nuncupantur iuxta illud Oui-
dianum. Lapides in corpore terrę Oſſa reor dici. eſt autē exoſſare oſſa demere, & extrahere. Plaut.
in Amph. Exoſſatum eſſe oportet quem probe percuſſeris. Exos dicitur ſine oſſibus. exoſſam ſalta
tionem dixit Apuleius in primo. *Iuxta.*] Vrbem. ſ. propter quod maiori precio cenſetur. Iuue-
nalis. Iugera quot uicina foro. Plinius in xiiij. Eſt autem uſquequaq; nobilitas mercis per omnia
ſuburbana. *Si mihi nul.*] Tacitæ obiectioni reſpondet, quæ in hunc modum ſibi fieri potuiſſet. ô
Perſi, nullum ex propinquis ubi hæredem inuenies, ſi patrimonium tuum defraudare, & tuo mo
C do uiuere perſeuerabis. unde ait, ſi nullus ex propinquis, qui hæreditatem meam adeat, inuenie-
tur: quempiam alium ignotum, & nulla neceſſitudine mihi coniunctum hæredem inſtituā. ex quo
oſtendit illos eſſe ſtultiſſimis ſtultiores, qui ob hæredis timorem genium ſuum defraudant. *Ex
amitis.*] Amitam quam Græci modo θείαν modo τηθίδα appellāt patris mei ſororem dici nullus ig-
norat. *Patruelis nulla.*] Patrueles ſunt, qui ex duobus fratribus progenerantur, ſicut conſobri-
ni editi ex duabus ſororibus, ut tradit Nonius, & Caius iuriſcon. probat tit. de gradibus, Græci ἀ-
νεψιὰν patruelem dicunt. *Proneptis nulla.*] Nepotis filiam proneptē appellamus. *Matertera.*]
ſoror matris, quaſi mater altera, quæ Græcis μητροκασιγνήτη dicitur Deq; auia nihilum. ac ſi diceret,
ſi nullus ex meis propinquis & agnatis, cognatiſque inueniretur. auia eſt patris mater quæ μάμμη
Græcis dicitur. *Accedo Bouillas.*] Sunt Bouillæ in latio, ut meminit Plinius in tertio, haud procul
ab urbe Roma: dictæ, ut exiſtimat Nonius, quaſi bouis hillæ, ab eo quod bos illuc aduenerit inte-
ſtina ex uulnere trahens, quæ ueteres dixerunt hillas. Laberius Ne ue aliter hunc prædicabis, quo
modo uideo adoleſcenti noſtro cædis hillas. Pedianus Aſconius ſcribit paulo ultra, Bouillas Clo
dium redeuntem ab Aricia fuiſſe à Milone interfectum. Bouillum ſtabulum boum appellat Vi-
truuius libro ultimo, cuius debet eſſe latitudo nec minor pedum denûm, nec maior quinde-
nûm. *Cliuumq; ad uirbi.*] Ad ariciā, in qua à Diana Hippolytus à morte reuocatus Aegeriæ nym
D phæ commendatus fuit. ibi egeni ſtipem mendicabant ut docent Martialis, & poeta Satyricus. Eſt
autem Aricia in colle ſita, cui proxime ſubeſt uia Appia ultra Albam ad mille paſſus, quam maxi-
mopere laudat Tullius in tertia Philippica. *Virbi.*] Pro uirbij. i. hippolyti, de quo talis eſt fabu-
la. Theſeus compoſito fœdere cum amazonibus iuxta fanum, quod uocatur orchomoſion, du-
xit Hippolytā in delitijs, ſpectabili forma, ex qua Hippolytum habuit filium integerrimi atq; im-
pollutiſſimi corporis adoleſcentem, forma matri non degenerem. ex Antiopa enim genuit De-
mophoōtem, ut tradit Pindarus Thebanus. Seneca uero Antiopam Hippolyti matrem appellat
contra Euripidem, qui inducit uenerem indicantem Hippolytum filium extitiſſe Hippolytes a-
mazonis, cuius & interpretis opinionem ſequimur. Functa autem Hippolyta, Phędram in uxo-
rēm duxit infeliciſſimis auſpicijs, quæ in obſcœnos, ac nepharios amores formoſiſſimi Hippoly-
ti lapſa eſt. cuius forma adeo exarſit, adeo æſtuauit, ut negligenti ſcelus Hippolyto ſuſpectas adul-
terij inſidias ſtricti enſis expoſitione obtulerit. diſtractus itaq; inſons adoleſcens equis furibūdis
creduli parentis pœnas luit, unde nomen Hippolyti conſecutus eſt, ut autumat Auſonius, quem
Aeſculapij opera reformatum, atq; ſanatum ſecretis alma Diana recondit Sedibus, & nymphæ
Aegeriæ, nemoriq; relegat. Solus ubi in ſiluis Italis ignobilis æuum Exigeret, uerſoq; ibi nomine
Virbius eſſet, quaſi bis uir, ut interpretatur Ser. Vnde etiam templo Triuiæ (ut canit. Virg.) luciſq;
ſacra-

ſacratis Cornipedes arcentur equi.huius fabulæ meminit & Lactantius in primo. fabulam enim eſſe conſtat ut inquit Plato in Cratylo. A *Præſto mihi Mani.*] Senſus eſt.ſi nullus ex meis à me poterit hæres conſtitui cum ſcilicet nullum habuero,paratus mihi Manius erit terræ filius quem hæredem inſtituam. hic autem de Manio minime ocioſe mentio facta eſt, ut ex Feſto Pompeio colligere potuimus, apud quem in integris codicibus legimus Manium conſecraſſe Dianæ Aricinæ lucum aricinum, quem Suetonius in Cæſare nemorenſem appellat. à quo Manio multi & clari orti ſunt, & per multos annos fuerunt, unde uulgatum prouerbium eſt, multi Manij Ariciæ, ad quod adagium clanculum hoc in loco Perſius alluſit. Manij autem nomen ipſum Græcus auctor Sozimus Romanæ hiſtoriæ, libro tertio, non quia mane ſicut cæteri, ſed à manibus ait appellatum. *Progenies terræ.*] id eſt ignobilis, obſcurus, nullis maioribus ortus, quoniam cuius ignorabantur parentes eum uulgo appellare ueteres terræ filium conſueuiſſent. M. Tullius in primo Epiſtolarum ad Atticum. Sed hæc ad te ſcribam aliàs ſubtilius: nam neque adhuc mihi ſatis nota ſunt, & huic terræ filio (neſcio cui) committere epiſtolam tantis de rebus non audeo. Idem ad Trebatium. Gneus Octauius, an Gn. Cornelius quidem tuus familiaris ſummo genere natus terræ filius. Lactantius etiam diuinarum Inſtitutionum libro primo his utitur uerbis. Minutius Felix in eo libro, qui Octauius inſcribitur, ſic argumentatus eſt, Saturnum cum fugatus eſſet à fillo, in Italiamque ueniſſet, cœli filium dictum, quod ſoleamus eos, quorum uirtutem miremur ad quos repentine aduenerint de cœlo cecidiſſe dicere. B Terræ autem, quod ignotis parentibus natos terræ filios nominemus. hactenus Lactantius. Sed & Tertullianus in Apologetico, de eodem Satur. ſic ſcribit. Dictus autem terræ & cœli filius, quia ignoti uel ex inopinato apparentes de cœlo ſuperueniſſe dicuntur, ut terræ filios uulgus uocat, quorum genus incertum eſt. Gigantesque hac quoque ratione terræ filij dicti ſunt. Ad quod illud ſatyricum referre contra interpretum ſententias conſueui. Vnde fit ut malim fraterculus eſſe gigantis. hoc eſt terræ filius, id eſt, ignobilis, id enim ſignificat terræ filius ut docuimus. *Quære ex me.*] Si ſcire ex me cupies, quem abauum habeam, facile dixerim. quod ſi atauum, tritauumque addideris ad unum tandem deuenies, qui terræ filius ſit, id eſt, cuius parentes ignorentur. *Quartus pater.*] Abauus, quia Græce ἐπίπαππος nuncupantur, cum ἐπιμάμμη ſit abauia. *Adde unum.*] Abauo, id eſt, atauum quem Græci ἀπόπαππον dicunt. *Vnum etiam.*] Tritauum, qui à Græcis πάππος appellatur. *Eſt mihi.*] Ordo eſt, & hic Manius exit mihi prope maior auũculus ritu generis. maior autem auunculus dicitur aui & auiæ auunculus, auctor Feſtus. *Qui prior es cur me.*] Senſus eſt. cum tu auare ſis maior natu, & diuitijs opulentior, cur hæreditatem meam inhias, & ingenti expetis deſiderio. cum æquius, & iuſtius ſit, magisque conueniat me iuniorem, & pauperiorem tuam adire hæreditatem, & ita hæredem morſu ſatyrico lancinat, eiuſque cupiditatem deteſtatur, C ſumpta translatione à curſoribus, qui ex Promethei conſuetudine, ut docet Higinus, inſtituerunt currere lampadem iactantes. quam primus curſu defatigatus ſecundo integro tradebat, cuius rei mentio quoque fit libro quarto Rhetori. ad Herennium, ubi traditur. Non illum in palæſtra, qui tedas ardentes accipit celeriorem eſſe in curſu continuo, quàm ſit ille, qui tradit: propterea quod defatigatus curſu, integro facem tradit. hac translatione locutus eſt Lucretius libro ſecundo de rerum natura, cum ait: Et quaſi curſores uitai lampada tradunt. cum ſignificare uellet mortalium eſſe perpetuam ſucceſſionem, uiciſſimque primos à ſecundis, ſecundos à tertijs, & ita deinceps impelli, & urgeri. Marcus quoque Varro ſcitiſſime dixit in tertio de re ruſtica, non curſu lampada tibi trado, ſignificans prouerbialiter non tibi cedo, uel per contrarium non ſum te ſuperior. Herodotus libro octauo Hiſt. refert curſores Perſarum perniciſſimos primum ſecundo, ſecundum tertio, & ita deinceps alium alij mandata tradere ſolitos. Quemadmodum inquit apud Græcos fax traditur, quam Vulcano per uices ferre curſores perſeuerant. huius rei meminit Plato in primo de republica. *Qui prior es.*] Metaph. id eſt qui maior natu es, & magis opulentus. *Lampada.*] Hæreditatem per eandem metaphor. Plautus in primo ordine dixit lampadam, ut recognoſcit Priſcianus.

AELIVS ANTONIVS NEBRISSENSIS D

Hæc cinere ulterior metuas.] Ad illud reſpondet quod dixit. Sed cœnam funeris hæres negliget, &c. *Vlterior cinere.*] id eſt, ultra mortem & poſt cineres. *At tu meus hæres.*] Quod in auaris reprehendit ſe non facturum poeta pollicetur, hoc eſt non curare quid hæres ſuus de ſe ſentiat. dicit igitur. *O tu.*] Quiſquis es futurus, meus hęres. *Audi ſeductior.*] id eſt, paulum ſeductus & remotus à turba, ut ego libere poſſim quęrere & tu reſpondere. *O bone.*] O amice, Num ignoras, id eſt, nunquid hic nuncius latet te. *Miſſa eſt laurus.*] Romani imperatores bene re geſta in prouincia laurum mittebant, quæ eſſet nuncia futuri triumphi. auctor eſt Plinius. Martialis. Sarmaticę laurus nuncius ipſe ueni. *A Cæſare.*] Caio Calligula Germanici ex Agrippina filio qui poſt Tyberium imperauit. is expeditionem in Germanos ſuſcepit ut ſcribit Suetonius. ſed cum nihil dignum memoria feciſſet, die ſuo natali ouans urbem ingreſſus eſt. Ob cladem inſignem. quod reuera non fuit ſed nuncius ita dixerat. *Germanæ pubis.*] id eſt, iuuentutis Germanorum. *Et cinis frigidus excutitur aris.*] Vt fiant noui ignes ad ſacrificia propter principis uictoriam. *Et Cæſonia.*] Auguſta Caligulę uxor pro pompa & apparatu triumphi. *Iam locat.*] Scilicet redemptoribus qui ea opera facienda conducebant, uel locat, id eſt, parat & diſponit,

A nit. *Arma poſtibus.*] Vergilius. Captiui pendent curuæq; ſecures. *Chlamydes regum.*] Qui præmittendi erant in triumpho. *Et gauſapa lutea.*] Veſtes uilloſas crocei coloris. *Captis.*] Reliquis captiuis. *Eſſeda.*] Vehicula & currus. *Et Rhenos ingentes.*] id eſt, Germanos Rheni fluminis accolas, qui proceriſſimi ſunt inter reliquos mortales. Igitur ego induco. ſubaudi ad immolandum. *Centum paria.*] ſcilicet boum. hoc eſt duplicem hecatomben. *Dijs & genio ducis.*] Dijs quorum auſpicijs uictoria eſt parta. *Ob res egregie geſtas.*] ſcilicet à Cæſare. *Quis uetat.*] Subaudi me facere id. *Aude.*] ſcilicet uetare me, quaſi diceret non audebis quia eſſes læſę maieſtatis reus. *Væh niſi conniues.*] id eſt diſſimulas, nam conniuere eſt oculos claudere. *Oleũ.*] Alia uia hæredem aggreditur dicens. *Ego largior populo.*] id eſt, uiritim in populum diſtribuo.

Oleum & artocreas.] Huiuſmodi enim res conciliandi amoris gratia mittebantur. *An prohibes.*] Subaudi me id facere. ille autem quia res ad populum pertinebat, cœpit mutire, dicit igitur poeta. *Dic clare.*] Subaudi. an debeam facere quod dixi, & quia ille adhuc muſſat poeta pro illo reſpondet. *Inquis non audeo.*] id eſt, intelligo te dicere, quod non audes quid hac de re ſentias loqui, quoniam times populum de cuius utilitate agitur. Ideo ſubdit. *Ager exoſſatus.*] id eſt lapidibus purgatus. Ouidius primo Metamorphoſeos. Lapides in corpore terræ Oſſa reor dici.

Eſt iuxta.] Ergo ſi ager eſt exoſſatus lapidum aggeres prope erunt, quos iaciant in eum qui pro

B hibuerit facere quod ſit ex utilitate populi. *Age ſi mihi nulla.*] In eos qui ſe inſinuant hæredes familiæ alienę nullo propinquitatis iure: neq; id ſatis eſt, niſi etiam eos quorum hęreditatem captãt hortentur ad diuitias augendas. *Age.*] Auditorem attentum facit. nam hortantis eſt. *Si nulla ex amitis.*] id eſt, ſororibus patris mei. *Iam reliqua eſt.*] id eſt ſuperſtes. *Et nulla patruelis.*] id eſt, filia patrui hoc eſt fratris patris mei. *Et nulla proneptis.*] .i. filia neptis patrui. *Manet.*] Superuiuit. *Et matertera.*] id eſt, ſoror matris. *Vixit ſterilis. & nihilum ſupereſt.*] id eſt, reſtat de auia, id eſt, de auiæ poſteris. ac ſi dicat nullus eſt mihi certus hæres. *Accedo Bouillas.*] Locus eſt inter Romam & Ariciam. *Cliuumq; ad Virbi.*] Nõ longe ab Aricia fuit nemus aricinum, in quo Hippolytus poſteaquam Aeſculapij ope eſt uitæ reſtitutus mutato nomine in Virbium uitam egit. ut credibile ſit cliuum aliquem Virbij nomine appellatum. *Manius eſt mihi præſto hæres.*] .i. occurrit mihi. nomen autem Manij ex ea potiſſimum cauſa delegit, quod Feſto auctore prouerbium erat, multi Manij Ariciæ. fuerat enim propagata familia à Manio quodam, qui lucum Dianæ aricinæ cõſecrauit. Manius autẽ auctore Varrone dicitur, qui mane natus eſt, ſicut Lucius, qui luce: quanquam qui primus hoc nomine appellatus, Valerius Manius Terentius nõ à mane, ſed à manibus dictus eſt, quod à dijs manibus in terento liberorum ualetudinem impetraſſet. auctores ſunt Pedianus Sipinusq; Græcus. *Progenies terræ.*] id eſt, cuius parentes ignorantur. Cicero ad Atti

C cum. huic terræ filio (neſcio cui) committere epiſtolam tantis de rebus nõ audeo. *Quære ex me.*] Verba ſunt poetæ ad lectorem oſtendentis qua uia ſe Manius illi hæredem monitoremq; inſinuet. *Quære ex me.*] id eſt, ſi quæras. *Quis mihi quartus ſit pater.*] id eſt, atauus. *Haud prompte dicam.*] Quia uix tenemus nomina eorum quos non nouimus. unde appellationes ipſæ maiorum noſtrorum nomina non habent, ultra abauos. itaq; dicit: ſi atauo addas unum, id eſt, abauum.

Et item unum.] Qui nomine etiam communi & appellatiuo caret. *Iam eſt filius terræ.*] Ac ſi dicat perinde eſt ac ſi unus ex illis terrigenis ſit, quorum nomina uetuſtate obliterata ſunt. *Et ita hic Manius.*] Quem dixi terræ filium. *Exit mihi auunculus maior.*] id eſt, proauiæ meæ frater. *Prope.*] Fere uel quaſi. *Ritu generis.*] id eſt, ex ſerie maiorum meorum. *Qui prior es.*] In captatorem ſenem inuehitur poeta dicens. Tu qui es prior ætate cur à me petis ſcribi hæres, hoc enim ſignificat. *Cur poſcis me lampada in decurſu.*] Et eſt ſumptum ex Lucretio libro ſecundo, De rer m natura. ubi ſicait. Et quaſi curſores uitai lampada tradunt, ſignificans mortalium ſucceſſionem, ut quia idem homo, numero conſeruari non poteſt, conſeruetur in ſpecie filijs impellentibus parentes, atq; illis dantibus locum filijs, quemadmodũ auctore Hyginio ex Promethei conſetudine curſores lampada quatientes ſic currebant, ut primus defatigatus lampada ſecundo, ſecũdus tertio, & ita alij alijs traderent. huius quoq; cõſuetudinis Cicero. iiij. ad Herennium meminit, ad quod

D etiam alluſit Varro lib. iij. De re ruſtica: non curſu lampada tibi trado. i. non tibi cedo.

ECPHRASIS MVRMELLII.

O auare qui ſtudes hæredi plurimum relinquere, tu extendens cogitationem & curam tuã ultra mortem ac cinerem, in quem reſolueris, metuas hæc. ne hæres tibi iratus negligat cœnam, curamq; funeris, & ea quæ ad honorificas pertinent exequias. At quicunq; eris meus hæres, ſecrete paulum à turba audi, O bone num ignoras: laurus miſſa eſt à Cæſare ob inſignem cladem Germanorum, & frigidus cinis excuntur aris, ignis comparatur ad ſacrificandum. Cæſonia mulier Caligulæ imperatori chariſſima, diſponit iam poſtibus templi arma, & chlamydes regum & captiuis gauſapa crocei coloris & eſſeda proceroſque Rheni accolas. Solenni igitur ritu me ſacrificaturum profiteor ſacrificium ducentarum uictimarum dijs, & Genio imperatoris, ob res egregie geſtas. Quis prohibet: aude uetare mihi, ne hoc faciam. Væh tibi, niſi permittis. Largiri uolo plebi oleum, & artocreas, an prohibes: dic clara uoce, non audeo inquis prohibere, quo minus facias, ne ſaxis cædar, quorum plenus ager propinquus eſt. Age, ſi nulla ex amitis iam reliqua eſt mihi, nulla patruelis, nulla proneptis patrui manet, ſi matertera uixit ſterilis, & nihil de auia ſupereſt, accedo Bouillas, & ad cliuum Virbij. Manius terræ filius præſto eſt hæres mihi. Quære ex me quis abauus mihi ſit, haud prompte quidem, tamen dicam tibi. Quod ſi atauum, tritauumq; adideris,

dideris,ad eum tandem uenies,cuius parens ignoretur,atq; ob id terræ filius habeatur. Et ita hic A
Manius quem dixi terræ filium,euadit mihi prope maior auunculus ritu generis.Cur tu, me natu grandior,meam captas hæreditatem,cum tuam expectare potius debeam?

SCHOLIA.

Cinere ulterior.] Quantum pertinet ad curam & metum, qui extenditur ultra mortem & buſtum. *Gauſapa.*] Genus ſtramenti uilloſi quo milites in caſtris utuntur,& genus uilis indumenti. *Eſſeda.*] Eſſedum genus uehiculi gallici.Vergilius.Belgica uel molli melius feret eſſeda collo.
Rhenos.] Rheni accolas,Germanos & Gallos. *Indico.*] Legitur & induco.] id eſt,ſolenni ritu me ſacrificaturum profiteor.Si placet induco,ſubintellige ad ſacrificandum. *Artocreas.*] Artocrea eſt genus cibi ex pane & carne,quod compoſitio indicat,ἄρτος enim panis κρέας caro dicitur.
Dic clare.] Viſus eſt hæres ęgro animo id tuliſſe,ac propterea frontem aliquantulum contraxiſſe.Quare eum clarius atq; apertius loqui iubet. *Non audeo inquis.*] Bifariam hic uerſus bonus defenditur.aut enim in quinta ſede Pæan primus eſt, diphthongo in duas diuiſa ſyllabas, ut apud Catullum.Si linguam clauſo tenes in ore. aut dactylus,ut etiam e abijciatur, quemadmodum apud Vergilium:Pendent lychni laquearibus aureis.Et apud alios nonnunquam.Primum autem pæana in quinto loco uerſus hexametri inueniri docuimus in rudimentis artis uerſificatoriæ.
Age ſi mihi nulla.] Tacitæ obiectioni reſpondet.Nam dicere potuiſſet:Si patrimonium diſſolues, B
propinquum hæredem non inuenies.Ait ergo,qui ſuam hæreditatem adeant, non defuturos.
Bouillæ.] Bouillæ uicus inter urbem Romam & Ariciam in uia Appia, in quo cæci, & mutilati corporis homines mendicabant. *Cliuumq; ad Virbi.*] Alij cliuum uirbium in urbe accipiunt proximum Cyprio uico,alij cliuum Aricinum,ubi Virbius,id eſt,Hippolytus à Diana in uitam reuocatus,uerſari traditur. *Manius.*] Prænomen eſt eius qui mane natus eſt.Manius quidam conſecrauit Dianæ Aricinæ lucum Aricinum,à quo Manio multi & clari uiri orti ſunt, & per multos annos fuerunt,unde prouerbium inuulgatum eſt.Multi Manij Ariciæ.Ad hoc prouerbium nunc clanculum alludit Perſius,qui cum de cliuo Aricino loquitur, Manium potius quàm alium non temere dixit. *Progenies terræ.*] Olim homines obſcuro,ignotoq; genere prognati,terræ filij dicebantur,propterea quod terra ſit communis parens,uel quod iuxta quorundam etiam hiſtoriam primitus mortales è terra naſcebantur. M. Tullius ad Atticum.Et huic terræ filio neſcio cui, committere epiſtolam tantis de rebus non audebam.Maior auunculus, ut ſcribit Feſtus, dicitur aui & auiæ auunculus. *Qui prior es, cur me in decurſu lampada poſcis?*] Aſſiduæ ſunt hominum uices, & primus impellitur à ſecundo, non aliter, quàm in ludo Promethei, & Cereris, ut quidam uolunt,primus decurrens dat lampada ſecundo,ſecundus tertio, tertius quarto. & ita deinceps. Hæc decurſio ſignificabat humanæ uitæ mutationem, & uicem perpetuam eſſe. Lucre- C
tius libro ſecundo. Inque breui ſpacio mutantur ſecla animantum. Et quaſi curſores uitai lampada tradúnt. Hinc prouerbium, Curſu lampada trado, id eſt, partes quaſi ſucceſſione in alium,atque alium transfero.

Sum tibi Mercurius:uenio deus huc ego,ut ille
Pingitur.an renuis?uin tu gaudere relictis?
Deeſt aliquid ſummæ.minui mihi, ſed tibi totum eſt
Quicquid id eſt.ubi ſit fuge quęrere,quod mihi quondam
Legarat Staius.neu dicta repone paterna.
Fœnoris accedat merces,hinc exime ſumptus,
Quid reliquum eſt?reliquũ? nũc nũc impẽſius unge
Vnge puer caules.mihi feſta luce coquatur
Vrtica,& fiſſa fumoſum ſinciput aure?
Vt tuus iſte nepos olim ſatur anſeris extis,
Cum moroſa uago ſingultiet inguine uena,
Patritiæ immeiat uuluæ?mihi trama figuræ
Sit reliqua,aſt illi tremat omento popa uenter?
Vende animam lucro,mercare atq; excute ſollers
Omne latus mundi,ne ſit præſtantior alter
Cappadocas rigida pingues pauiſſe catasta.
Rem duplica.feci:iam duplex,iam mihi quarto,
Iam decies redit in rugam.depinge ubi ſiſtam
Inuentus,Chryſippe tui finitor acerui.

ASCENSIVS.

Sum tibi Mercurius,&c.] Iterum oſtendit ſibi licere ſuis honeſte uti inuito hærede,nec hæredi eſſe querelæ locum,cum quicquid acceperit gratis habeat. Et licet in prima perſona loquatur poeta, tamẽ nõ tam de ſe,quàm de quolibet alio præſertim diuite loquitur,ideo nõ acceptem nouam illam Murmellij de octoginta Satyræ huius uerſibus commentationem, quãquam eam ingenioſam & neutiquam cõ- D
temptibilem cenſeo, ut ad finem huius dicam.Ordo eſt,ut diues cuius ſucceſſio expectatur ab hærede dicat ad eum.Ego ſum,id eſt,perſuade quod ſim tibi Mercurius,id eſt,deus mercium lucrorum & diuitiarum, cuius munere (ut in fabulis Aeſopi & alitibi dicitur) multi ſubito diuites euaſerunt,ego uenio huc, id eſt, hũc in locũ ubi nos ſumus,hoc eſt ad te,ut, id eſt, talis qualis ille pingitur ſcilicet alatus & talaribus indutus. uin. id eſt, uiſne,gaudere,relictis,id eſt,iſs quæ per deceſſum meum erunt tibi relicta, hoc eſt ea accipere ita læte & gratanter ut acciperes à Mercurio collata?Et cum ille per fictionem poeticam nihil reſponderet, ſubinfert poeta nomine cuiuslibet diuitis:An renuis,id eſt,recuſas gaudere relictis.quaſi diceret ſi non uis,dabo alteri.Re-

A ſpondet tandem hęres auarus, quaſi diceret uolo quidem, ſed aliquid deeſt ſummę. ſ. ſperatę, aut
quam à maioribus tuis accepiſti. Reſpondet poeta nomine diuitis ut uero ſimile eſt ſenioris, & li-
beros non habentis, unde de ſe non loquitur poeta nondum trigeſimum agente annum, qua ęta-
te liberos ſe habiturum ſperaret, ego minui ſcilicet poſſeſſionem, mihi, id eſt, in detrimentum me-
um, non in fraudem creditorum qui nulli ſunt, nec in iniuriam hęredum quibus nihil debeo, ſed
quicquid. i. quodcunq; pro quantulumcunq; id eſt ſup. quod relinquam eſt ubi. fuge. i. caue & de
uita quęrere, ubi ſit qđ Stadius uir ille diues (ſic fere legitur, ſed meo iudicio melius legatur Stai-
us). ſ. Albius Oppianicus, uir diues quidem, ſed nequiſſimus & ſceleratiſſimus, ut in ſecundam ſa
tyram dixit Plautius. & quia ea abſumpta indicat, innuit poeta bona ab iniquis legata & male par
ta non eſſe ſeruanda, ſed lęſis reſtituenda, aut ſi lęſi ignorantur, in pios uſus eroganda, quia ut di-
citur, De male quęſitis non gaudet tertius hęres. legarat, id eſt, per teſtamentum reliquerat & do-
nauerat mihi quondam. quaſi diceret, nō debeo tibi de eo rationem reddere. unde certū eſt quod
de ſe non loquatur poeta ut qui non fuerat natus Staio uiuente. Neu, id eſt, neue hoc eſt uel non,
repone, id eſt, repete, & confirma mihi, dicta. i. monita & dictata paterna, id eſt, quę patres fere o-
mnes filijs ſuis dicere ſolent, aut (licet minus ſic placet) quę pater dixit mihi filio ſuo, ô fili, merces
fœnoris, id eſt, uſura & lucrum, accedat, id eſt accreſcat, patrimonio tuo, exime, id eſt, depromę ti
B bi hinc. i. ex lucro & uſura & non ex ſorte, ſumptus, id eſt, auge ſi potes rem tuam & noli imminue
re. Dicit auarus hęres uilipendens, quod reliquum uidet, quod tamen teſtatori ſatis erat. Quid re
liquum ſup. eſt? unde iratus teſtator dicit, quęris ſupple quid reliquum, id eſt, uidetur ne tibi tam
parum quod relinquam ut quęras quid reliquum ſit? quaſi diceret oſtendam id mihi ſatis eſſe, &
mox multo minus fore, unde per fictionem conuerſus ad puerum, id eſt, miniſtrum ſuum dicit,
ô puer unge. i. condi pingui nunc nunc, id eſt, maxime nunc aut ſine dilatione, caules. i. holera no
ſtra, impenſius. i. cum maiore impenſa & ſumptu quàm feciſſem ſi iſte non murmuraſſet. An ſup.
patiar, ut urtica, herba illa urens, unde in principio ueris cum meliores deſunt pauperes pulmen
taria conficiunt, coquatur mihi luce feſta, id eſt feſto, quo indulgentius uiuere ſolebant, ſicut &
nunc, neſcio an recte. & ſinciput, id eſt, pars illa capitis forte porcini, ſiue anterior, ut defenditur
à Calepino, ſiue media, ut ſentit Diomedes, & unde aures dependent, fumoſum, id eſt, ſuſpenſum
& aſſeruatum in fumo: Aure fiſſa, id eſt, perforata ut per eam ſuſpendatur, repete coquatur mihi
luce feſta, ut iſte, id eſt, contemptibilis nepos tuus, quo ſignificatur hæres ſenex & filios non ha-
bens, aut iſte tuus ſcilicet filius, nepos, id eſt, luxurioſus & nequam, ſatur, id eſt, ſaturatus olim, id
eſt, nobis ambobus defunctis, extis, id eſt, maioribus inteſtinis & præcipue iecore anſeris, de quo
Horatius. Pinguibus & ficis paſtum iecur anſeris albi, immeiat, id eſt, abunde ſemē infundat, uul
C uæ patritiæ, id eſt, uaſi genitali puellæ nobilis de genere primorum ſenatorum, abutens ea ut pelli
ce aut concubina, cum id eſt, quando aut quoties uena, id eſt, uirga uirilis aut mētula uenoſa, mo
roſa, id eſt, difficilis & curioſa nolens rem habere cum plebea aut equeſtri, ſingultet, id eſt, libidi-
ne quatietur, ut ſingultienti caput concutitur, inguine uago, id eſt, uagāte & locum unum prę ten
tigine & prurigine tenere nequeunte, ut ſup. trama, id eſt, ſimilitudo tramæ, id eſt, aut fili aut ueſtis
tramæ dictæ. ſit mihi reliqua, id eſt, reliquum figuræ, id eſt, ut nihil mihi ſit relictum corporis præ-
ter figuram tramæ. Non ſatis explicant commentarij quid ſit trama: Nebriſſen. uult ſubtegmē eſ-
ſe & per hypallagen dictum, ut in ipſo uidere eſt: Plautius filum quod tranſmittitur, & ueſtem ra-
ram quam frigus tranſmeat interpretatur. Mihi autem licet parum aſtipulentur commentarij,
uidetur trama pro ſtamine & non pro ſubtegmine poni: nam ſicut Trames eſt uia quam trāſmea
mus, ita trama ſtamen per quod ſubtegmen tranſmittitur & quod ſubtegitur & cooperitur à ſub-
tegmine. ſtamen aūt uiliori panno & quibuſdam tapetis ſolet eſſe de canabe aut groſſiore lino, &
ſubtegmen de lana, aut de filo ſubtiliore, unde ad Lucilium Seneca: deinde quemadmodum ſub-
tegmen incertum quod duritiam utrinq; comprimentis tramæ, remolliat. Quando uero tales de
tritæ ſunt & ueſtes & tramæ, id eſt, illa fila dura tantum ſunt reliqua, tunc homini macilēto & qua-
ſi euiſcerato ſimiles ſunt. apparent enim conſumpto corpore, aut (ut ille dicit) conſumptis carni-
D bus, tantum pellis pro cute & oſſa uenæ ac nerui, trahs pellem iſtam. unde tramam talem corpo-
ris contexturam uocat poeta, ut ſit trama, id eſt, neruorum uenarum & oſſium trans pellem appa
rentium. ut trama in ueſte attrita, ſit mihi reliqua figuræ, id eſt, tātum relicta pro figura hominis.
aſt id eſt ſed, econtrario, uenter popa, id eſt, diſtentus cibis pinguibus ut popa. i. uictimarius ſolet,
cœnis parētalibus & uiſcerationibus & uario epulo acceptus: tremat, ſicut res pinguis tremit nec
conſiſtere poteſt, illi ſcilicet nepoti tuo, omentum, id eſt, propter omentum præpingue. Quaſi di-
cat, id ego non committam ut fiat. Deinde inducit ſecundum quoſdam alium auarum omnino in
ſatiabilem, dicentem uende animam lucro. Mihi autem non placet ut tam abrupte introducatur
nouus interlocutor, neq; uidetur ſatis concinnus contextus carminis ut idem loquatur, niſi cau-
te legatur. Dicam ergo alterum, uel ut poeta in ſua aut alterius perſona hæc media muſſitando &
murmurando obloquatur, auaro hærede non animaduertente, & ideo inſtitutum ſic continuan
te: Quid reliquum eſt? quaſi diceret ſi uis ſatis ſit reliqui, uende animam lucro, &c. Sicut in prima
ſatyra contextus eſt perpetuus, uerū mihi dicito, de me Quis populi ſermo eſt, & tamen poeta ob
murmurans interſerit illos ſeptem uerſiculos. Qui pote, &c. Hoc ergo modo hic ordo ſit, quid re
liquum eſt? q. d. nihil. ac ſi uis reliquum eſſe, Vende animā lucro, &c. Vel ut ſint adhuc uerba aua-
ritiæ auarum aut poetam ad lucra immodica ſtimulantis, & ſic hic ordo & ſenſus erit, Dicit item

auari-

auaritia ad auarum.uende animam lucro.i.uitam impende lucro,uel ut catholice dicamus,da a- A
nimam tuam mammonæ ut hic habeas temporaneũ lucrum & ęternum damnum.mercare.ſ.per
fas & nefas,atq; excute.i.exquire quid intus habeat,omne latus mundi,ne alter(nam talis æmula
tio & inuidia multa ad auaritiã addit calcaria).ſ.quicunq; ſit præſtantior.i.potẽtior & præſentior
aut magis idoneus,pauiſſe ſup.in cataſta.i.expoſitorio ſeruorum uænalium,rigida,id eſt,duro &
immiti ac forti,Cappadocas.i.ſeruos à Cappadocia,pingues.i.bono corpore præditos,& ita du-
plica ex uenditione rem.i.ſubſtantiam tuam & diuitias tuas. Reſpondet quem ſic ſtimulat, feci.ſ.
quod ſuades,& moleſta ſit auaritia pergens ulterius urgere:pergit ipſe dicens,tum duplex ſup.eſt
res mea & ipſa redit mihi in rugam.i.in plicam iam quarto.i.quadruplicaui rem meam.iam redit
in rugam decies.i.ſi ſic dicam decuplaui eam,ſed uideo auaritiam adhuc non eſſe cõtentam, quia
ut dicit ille,auarus non ſatiabitur pecunia,ideo ut modum.i. finem præſcribat rogat non auari-
tiam ſed Chryſippum dicens,ô Chryſippe finitor tui acerui.i.qui tandem finem ſtatuiſti argumẽ
tis tuis de ſoritis.i.aceruis nomen trahentibus,depinge.i.præſcribe(quia & Græcis ſcribere & pin
gere confunduntur) ubi.i.in quantis diuitijs ego inuentus,ſiſtam,id eſt,deſiſtam accumulare. Di
xi rugam.i.plicam,quia ruga eſt pellis complicata,aut ſi in ſaccum diuerſis temporibus res inge-
ras rugas quaſdam niſi ſtipes in medio relinquas. Si auaritia ad poetam loquitur,placet ut ipſe re
ſpondeat ironicos & de alia re quàm prætendat auaritia,ut ingenioſe excogitauit Murmellius, ô B
Perſi duplica rem,reſpondet iam feci.i.duplicaui rem,id eſt,ſuppellectilem meam literariam,hos
ſatyræ huius uerſiculos,quæ diuitię meæ ſunt.iam duplex eſt,id eſt,iam duo ſunt,& redit,id eſt,re
digitur iam.i.in proximo eſt ut redacta ſit decies in rugam,id eſt,ut uerſus ſint decies octo, id eſt,
octoginta ſint uerſus huius ſatyræ,quia tot re uera ſunt,& ideo o Chryſippe,&c.ut iam dixi. Hæc
ſunt quæ in Perſianam explicationem olim collegimus & nuper utcunq; repoſuimus, quiſquis le
cturus es boni conſule.

IOANNES BRITANNICVS.

Sum tibi Mercurius.] Satyrice dictum in profundam hominum auaritiam,qui ad rem adeo an
xij ſunt ut hæreditatis quam expectant nihil minui omnino uelint cum cõtenti eſſe deberent, quã
tacunq; parte relicta. *Sum tibi Mer.*] Offero moriens tibi lucrum quantuncũq; fuerit. nam Mer
curium ut diximus ſupra,lucri deum fabulata eſt antiquitas. Huic idibus Maijs ſacrificabãt mer
catores,ut ſcribit Macrob.nam eo die natus dicitur. Martia. Maiæ Mercurium creaſtis idus. *Ve*
ille pingitur.] Nam & lucri & mercatorum deus pingebatur. De hoc lege Diodo.& Macrobium.
Deeſt aliquid ſummæ.] Conquæſtio eſt hæredis quod imminuta ſit hæreditas. *Minui mihi.*] Ver
ba Perſij. *Vbi ſit fuge quærere quod mihi quondam Legarat Stadius.*] Immoderatam hæredis libidi-
nem habendi reprehendit, qui etiam de alienis legatis & hæreditatibus rationem ſibi reddi po- C
ſtulat. *Neu dicta repone paterna.*] Noli inquit more paterno à me rei adminiſtratæ rationem po-
ſcere. Nam reponere cum in uarias accipiatur ſignificationes,hic pro reparare & ueluti renouare
ponitur. ut ſit,noli in me iiſdem uerbis uti quibus ſolet pater in filium,cum adminiſtratæ pecunię
rationem exigit. ſic enim reparantur uerba paterna. unde Mart. qui amiſſum ſomnum in urbe in
prouincia reparabat. Ingenti fruor improboq; ſomno. Et totum mihi nũc repono, quicquid Ter
denos uigilaueram per annós. Surgentem focus excipit. *Fœnoris accedat merces.*] Verba hæc hæ
redis qui rationem ſibi poſtulat reddi fœnoris. *Merces fœnoris.*] Fœnus proprie(auctore Fe-
ſto)appellatur naturalis terræ fœtus. ob quam cauſam & nummorum fœtus fœnus eſt uocatum,
& de ea re leges fœnebres. *Quid reliquum eſt?*] Cum interrogatione legendum & ſuperbe. Reli-
quum non interrogantis,ſed indignantis & iraſcentis. naturale enim eſt ut cum iraſcimur,ultima
aduerſarij uerba repetamus. *Nunc nunc impenſius unge.*] Indignatus & offenſus auiditate hæredis
computantis quod reliquum eſſet,exclamat minãs ſe lautius & ſumptuoſius uicturum. per quod
monet poeta neminem dum ſtudet poſteros hæreditate iuuare,ſordide uiuere debere. *Vnge puer*
caules] Aemulatio eſt Horatiana. Vngere ſi caules oleo meliore caputq; Cœperis impexa fœdum
prurigine. *Mihi feſta luce coquatur urtica.*] Senſus eſt autem. Ego inquit parce & ſordide uiuam ut
multa relinquam filio tuo nequiſſimo,qui omnia ad omnem libidinem profundat. cum indigna D
tione legenda ſunt. *Vrtica.*] Vrticam poſuit pro uiliſſima quaq; herba. *Sinciput.*] Pars eſt ca
pitis. Iuue. Comedam inquit flebile nati Sinciput elixi. Sincipitia autem uerrina lautæ gulæ ſcribit
Plinius fuiſſe. *Fumoſum.*] Ad fumum ſeruatum. *Fiſſa aure.*] Qua ſuſpenſum fuit. *Vt tuus iſte*
nepos.] id eſt,filius tuus nequiſſimus. nam nepotes luxurioſæ homines uitæ appellantur, quod
non magis iis rei ſuæ familiaris cura eſt,quàm iis quibus pater auusq; uiuunt. æmulatio eſt Hora
tiana. Filius aut etiam hæc libertus ut ebibat hæres Dijs inimice ſenex cuſtodis. *Anſeris extis.*] id
eſt,anſerino iecore. quod inter delicatas dapes habebatur. unde ita ſcribit Plinius. Noſtri ſapien-
tiores qui anſeris iecoris bonitatem nouere. fartilibus in magnam amplitudinem creſcit, exem-
ptum quoq; lacte mulſo augetur. nec ſine cauſa in quæſtione eſt,quis primus tantum donum in-
uenerit, Scipio,an Metellus uir conſularis,an. M. Seius eadem ætate eques Romanus. *Cum mo*
roſa.] Cum modo aduerbium eſt temporis,non autem præpoſitio. *Singultiet.*] Rem puden-
dam expreſſit. à ſingultiente ſumptum eſt,qui dum ſingultit toto corpore mouetur. *Patritiæ*
Immeiat uuluæ.] Horatius. ne Ditior aut formæ melioris meiat eodẽ. C. Immeiere dicuntur, qui
urinam continere nequeunt,quod Græci dicunt ἐνουρεῖν. Vlpianus Iuriſc. facere urinam dixit. Sed
ad rem obſcœnã ſignificandã tranſlatũ eſt,idq; è propinquo. S. Mihi trama figuræ. *Sit r.*] Lepi

A da translatio ſumpta à tela, cuius filum quod intra ſtamen currit trama appellatur à trameando. Terentius ſubtegmen dixit. Anus ſubtegmen nebat. erit igitur ſenſus. Ego eius macilentiæ fuero ut coſtæ & reliqua oſſa quæ corporis tantum texturam præbent mihi relinquantur, & is obeſiſſimo ſit uentre. *Figuræ.*] Formæ & ſpeciei corporis. *Aſt illi tremat omento popa uenter.*] Popa à Perſio accipitur pro pingui, à quo deducti ſunt popinones, id eſt, ij quos nunc dicimus tabernarios uel luxurioſos, qui ſe popinis dedunt. Nam popinæ dicuntur tabernæ ubi publica parantur obſonia. Tranquillus in Nerone. Interdictum ne quid in popinis cocti præter legumina aut olera uenirent, cum antea nullum non obſonij genus proponeretur. Horatius. Quin omnia malit, Quæcunque immundis feruent allata popinis. *Omento.*] De omento diximus ſuperius in ſecunda ſatyra. *Vende animam lucro.*] Nimia & immoderata hæredis concupiſcentia offenſus, ut pote quem uideat auaritiæ ſuæ finem nullum facere, exclamat, excandeſcit, iraſcitur. *Mundi.*] Quem coſmon Græci nomine ornamenti appellauere, eum & nos à perfecta abſolutaque elegantia mundum. *Ne ſit præſtantior alter.*] Horatius. Ne ſit te ditior alter. *Cappadocas rigida pingues pauiſſe cataſta.*] Diuites Romani auctore Plinio tot ſeruos alebant ut eorum iuſtos & integros prope exercitus domi haberent. Et quo plures alebant eo potentiores habebantur. unde Iuuenalis. Protinus ad cenſum, de moribus ultima fiet Quæſtio, quot paſcit ſeruos, quot poſ-
B ſidet agri iugera. *Cappadocas.*] Cappadocia finitima eſt Armeniæ. unde ſerui mittebantur uel è Syria. Martialis. Ciuis nõ Syriæ uel Parthiæ uel, Nec de Cappadocis eques cataſtis. *Cataſta.*] Cataſtæ loca ſunt ubi ſerui uenales exponebãtur. à καθιστάω quod eſt expono. Martialis. Inſpexit molles pueros, oculisq; comedit: Non quos patritiæ proſtituere caſæ: Sed quos arcanæ ſeruant tabulata cataſtæ. Tibullus. Regnum ipſe tenet quem ſæpe coegit Barbara gypſatos ferre cataſta pedes. Illic ſeruorum garritu ingens erat ſtrepitus. Martialis. heu quæ lingua ſilet, non illam mille cataſtæ Vincebant. *Pauiſſe.*] Aluiſſe. *Rem duplica.*] Satyrice iterum exclamat in auarum.

Feci, iam triplex iam mihi quarto: Iam redit in rugam decies.] Improbitas auari oſtenditur, qui coaceruandæ rei finem non inuenit. Iuxta illud Iuuenalis: Creſcit amor nummi quantum ipſa pecunia creſcit. Hoc enim dicit auarus. rem decies conduplicaui, nec tamen adhuc cupiditati modum inueni meæ. *Iam redit in rugam decies.*] Reſpexit ad illud opus Chryſippi quod ſcripſit de conduplicato uel connexo. nam ſequitur, *Depinge Chryſippe ubi ſiſtam.*] Satis enim lepide ipſum auarum inducit, ut neſcientem auaritiæ ſuæ terminum imponere, à Chryſippo petere ut ſibi modum quærendæ rei præfiniat. *Chryſippe tui finitor acerui.*] Chryſippus Solenſis, uel ut alij ſcribunt Tarſenſis fuit: Apollonij filius, Zenonis ſiue Cleantis diſcipulus, ut Valerius uero tradit, Cleantis præceptor, uir ingenioſus & acutiſſimus, in omni genere orationis & ſubtili-
C tate diſputandi adeo acer, ut non illepide quidam dicerent, ſi apud deos uſus eſſet dialecticæ, non temere aliam futuram quàm Chryſippeam. hunc ſcribit Valerius octogeſimo anno, uolumen ceptum quadrageſimo, exactiſſimæ ſubtilitatis abſoluiſſe. Conſtat enim ſeptuaginta & quinque uolumina ſcripſiſſe, adeo ut Valerius tradat ad ea quæ ſcripſit cognoſcenda longa uita opus eſſe. Eum tradit Hermippus à diſcipulis ad ſacrificium uocatum dulce merum hauſiſſe, ex quo quinta die defunctus eſt, cum ſeptuaginta & tres uixiſſet annos. In quo miror ab hoc Valerium maximum diſſentire de ætate, cum ſcribat octogeſimo anno uolumen perfeciſſe. Et ille ſeptuageſimo tertio anno mortem obijſſe. Sunt qui dicant riſu comprehenſum expiraſſe. Nam teſtatur Laertius, cum aſinus manducaret ficus, aniculæ dixiſſe, unum aſino ſorbendum daret, nimioque riſu detentum exhalaſſe animam. unde auarus ita eum alloquitur, ut dicat. *O Chryſippe finitor tui acerui.*] Hoc eſt tui libri in quo tanta cumulaſti, *Depinge ubi ſiſtam inuentus.*] Oſtende & deſigna mihi ubi, id eſt, in quo diuitiarum loco inuentus ſiſtam. hoc eſt pedem figam. ac ſi dicat tantam eſſe ſuam cupiditatem, ut nullo pacto ei finem ex ſe reperire queat. ſicque poeta cupiditatem auari inſatiabilem eſſe oſtendit.

IOANNES BAPTISTA.

D *Sum tibi Mercurius.*] In illos, qui adeo auari ſunt, adeo diuitiarum cupitores, ut nihil detrahi omnino uelint ex bonis, quę iure hæreditario ad eos peruentura ſunt. & eſt ſenſus. quantulacunque parte relicta in teſtamento debes lætari, & illam contentus adire, cum omnino tibi ſim Mercurius, id eſt emolumento, lucro, & utilitati. Mercurium enim deum eſſe lucri quis niſi infantiſſimus ignorat? *Vt ille pingitur.*] Deus enim lucri & mercatorum cum ſacculo pecunia pleno pingebatur. *Vis tu gaudere relictis.*] Cum tibi Mercurius ſim lucri deus & diuitiarum, uis ne lubens ſuſcipere quæcunq; à me tibi relicta ſunt? etiam ſi exigua. quaſi uelit dicere illum, ni hoc faciat, eſſe ſtultiſſimum. *Minui mibi.*] Quicquid deeſt, ſibi non autem hæredi eſſe imminutum, & defraudatũ reſpondet Perſius. *Vbi ſit fuge quærere.*] Noli eſſe tam importunus, & tanta habẽdi cupiditate ſollicitari, ut de legatis, & alienis hæreditatibus à me exigas rationem. æquo enim animo, & patiẽti non tolerabo ſed iraſcar, & bili ſuccenſus atra ſtomachabor. *Legarat Staius.*] id eſt, teſtamento reliquerat, unde dicitur legatũ, quod eſt, ut diffinit Modeſtinus, quædam donatio teſtamento relicta, & legator qui legat in teſtamento, legatarius, cui legatum eſt. ſicut mandatarius, cui mandatũ eſt. *Fœnoris accedat in.*] Hęredis uerba fœnoris rationes exigentis. Eſt autem fœnus nihil aliud q̃ fœtus hoc eſt partus pecunię, quapropter Gręci à pariẽdo fœnus τόκον uocant. Sidonius poſteriora nominat uſuras ipſas, q̃m qui fœnus agitãt, & in uſuras extendũt, uidentur aggregare poſterio

ra

ra prioribus,& ortis oritura connectere. Aulus Gellius Cloatium riſit in decimoſexto Noctiũ At A
ticarum qui fœneratorem appellatum dixit quaſi *φανεφάνοντα καὶ τὸ φαίνεσθαι ὡς τι χρηστότερον*,id eſt, fa
cile apparentem ab apparendo ad id quod melius, ac benignius eſt, quoniam id genus homi-
num ſpeciem oſtentent humanitatis,ut commodi eſſe uideantur inopibus nummos deſideran-
tibus.Leges de fœtiore priſci fœnebres appellauerunt,quarum ſæpiſſime meminit Liuius, cuius
codices mẽdoſi ſunt:nã pro fœneribus paſſim legitur fœnebribus. *Hinc.*] Ex fœnere, & uſuris.

Quid reliquum.] Hæres loquitur. *Reliquum.*] Hæc damus Perſio,qui ob hæredis inſolentiam læ
ſus,quid reliquum eſſet computantem ad copioſiorem,& magis opiparum uictum ſimulum ad
hortatur,per quod monet neminem debere ſordide uiuere,& genium defraudare,ut hæredes re-
linquat locupletiores. *Impenſius.*] Maiori impenſa,& ſumptu. *Vnge puer caules.*] Scilicet o-
leo.Plinius libro decimonono.Nec caules(ut nunc maxime)probabant,damnantes pulmenta-
ria, quæ egerent alio pulmentario. id erat oleo parcere. æmulatio eſt Oratij. Vngere ſi caules o-
leo meliore caputq́; Cœperis impexa fœdum prurigine.Puer autem(ut Paulus iuriſconſultus af-
firmat)tres ſignificationes habet. Vnam cum omnes ſeruos pueros appellamus.Alteram cũ pue
rum contrario nomine puellæ dicimus,hoc eſt cum marẽ ſignificamus. Tertiam cum ætatẽ pue-
rilem demonſtramus.ponitur interdum pro cinædo.Et eſt generis communis ſecundum Priſcia
nũ.Liui.in Odyſſ.Sãcta puer Saturni filia.Interdum pro filio more Græco.Verg.Aſcaniusq́; pu- B
er.unde puerpera quæ recens peperit,ſiue marem ſiue fœminam. *Mihi feſta luce coquatur.*] Ero
ne tanta inſania exſtimulatus,tanto percitus furore:ut uelim ſordidis cibarijs uitam degere mi-
ſerrimam,ut poſt mortem meam iſte tuus nepos meis bonis hæreditate conſecutus diues efficia-
tur,quæ nequitia ſua perdat,& breui temporis intercapedine luxuria, & libidine dilapidet. cum
indignatione pronũciandum.Eſt enim furor haud dubius(ut inquit Iuuenalis)& manifeſta phre
neſis Vt locuples moriaris egenti uiuere fato,& nimia parſimonia conſeruare,quæ prodigi hære
des abſumant,de quibus ſic Oratius.Abſumet hæres cæcuba dignior Seruata centum clauibus;
& mero Tinget pauimentum ſuperbo Pontificum potiore cœnis. *Luce feſta.*] Die feſto,in quo
lautiores in uictu eſſe conſueuimus.Tibullus.Non feſta luce madere Eſt rubor. Hieronymus lo-
quens de genere monachorum,quod Aegyptij remoboth dixerunt, inquit. Et ſi quando dies fe
ſtus uenerit ſaturantur ad uomitum. *Vrtica.*] Herba uiliſſima,quam hic pro omni genere her
barum uiliſſimo poſuit Perſius. aliàs urtica eſt animal marinum, quod Græci appellant *ἀκαλή-
φην*. Plutarchus in primo librorum, quos de Homero compoſuit. *ἀριστοτέλης δὲ μήτρας καὶ καρδίας καὶ
ἀκαλήφης καὶ τοιούτων τινῶν ἄλλων ἀπέχεσθαί φησι τοὺς πυθαγορικοὺς, χρῆσθαι δὲ τοῖς ἄλλοις*, id eſt, Ariſtoteles à
uulua,corde,& marina urtica atque id genus alijs quibuſdam abſtinuiſſe pythagoricos dicit,cæ-
terorum autem uſum habuiſſe. *Fumoſum ſinciput.*] Sinciput pars prior eſt capitis, in qua ce- C
rebrum prominet. Plautus in Menęchmis. Non ſanum eſt tibi adoleſcens ſinciput. Apollina-
ris. Diuidit ancipiti miſerabile ſinciput enſe. Cui opinioni quidam non aſtipulantur. nam oc-
cipitio opponitur frons non ſinciput. Apuleius in prima Apologia, loquens de quodam Thal-
lo morbo comitiali laborante ſic ait. Facie ulceroſus, fronte & occipitio conquaſſatus. Sin-
ciput etiam inter ganeata edulia numeratur. Macrobius ſinciput aprugnum, Plinius ſin-
cipitia uerrina lautæ gulę fuiſſe ſcribit. Mediam autem capitis partem ſignificare ſinciput an-
notat Diomedes in ſecundo. *Fumoſum.*] Quia appenſum aure fumo aſſeruatum erat. Orati-
us libro ſecundo Sermonum. Fumoſæ cum pede pernę. *Iſte tuus nepos.*] Pręter notam ſigni-
ficationem appellatione nepotum omnes inferiores gradus continentur (ut ſcribunt iuriſcon-
ſulti) & pro poſteris accipiuntur. Nepos etiam dicitur prodigus, & luxurioſus, ut ſcribit Fe-
ſtus. Oratius in Epodo. Diſcinctus aut perdam nepos. Quod enarrans Porphyrio tradit ue-
teres nepotem prodigum, ac luxurioſum dixiſſe, quia reuera ſolutiores, delicatiorisque uictus
ſoleant eſſe, qui ſub auo nutriuntur, in quo ſignificatu nepos hic accipitur, & apud Plinium,
quando Apitium omnium nepotum altiſſimum gurgitem appellat.inde nepotatus apud Tran-
quillum, & nepotalis luxus apud Apuleium in ſecundo de Aſino.Tertullianus in Apologia. A-
riſtippus inquit in purpura nepotatur,id eſt luxurioſe,& prodigaliter uiuit. *Anſeris extis.*] id D
eſt, iecore anſeris. quod apud ueteres in cibis commendabatur, & (ut inquit Plinius libro de-
cimo) fartilibus quibuſdam in uentre ut creſceret excogitatum eſt, exemptumq́; lacte, & mul-
ſo magis augeri. Oratius. Non ſine farre Pinguibus & ficis paſtum iecur anſeris albi. de hoc
diſtichon facit Martialis. Scipio an Metellus an M. Seius tantum bonum inuenerit incertum
eſt. *χὴν χηνός* dicitur anſer. inde locum ubi anſeres aluntur chenoboſcion Gręci appellauere.

Cum moroſa uena.] Tecta periphraſi coitum ſignificat. ſic Iuuenalis in tertio. Vt ſemel atque
iterum ſuper illam Palpitet. *Vena.*] Eleganti ſimilitudine uenam membrum uirile nuncu-
pauit. nam ſicut ex uena ſanguis, ita ex membro genitali genitura tranſcurrit. ſic Martialis
libro undecimo. O quotiens rigida pulſabis pallia uena. moroſam autem ob eius petulanti-
am, & procacitatem. *Singultiet.*] Singultus (ut in libris medicorum continetur) eſt mo-
tus ſtomachi ad expellendum rem lędentem, quem genitura fluente cum genitalia pati uide-
antur, recte & lepide ſingultiet dixit. hoc uerbo utitur & Hieronymus ad Ruſticum mona-
chum. *Vago inguine.*] Erranti. hoc expreſſius dixit auctor priapei carminis. Iam primum ſta
tor hic libidinoſus, Alternis & eundo & exeundo, Porta te faciet patentiorem. *Patritiæ im-
meiat uulua.*] Rem cum nobili matrona habeat. Oratius. ne Ditior aut formæ melioris meiat
eodem

A eodem. Illud obiter notandum & ſciendum eſt genitalia mulieris (auctore Alberto magno libro decimooctauo De animalibus) inter omnes fœminas animantes proportione corporis maxima eſſe, cum econtrario uir ſit minoribus genitalibus præditus quàm cætera maſcula animalia proportione corporis habita. quod ignorans Apuleius & Lucianus ſuſcepto aſini membro ne fœmina nobilis diſrumperetur metuebant. uerba Luciani hæc ſunt [illegible], metus me non mediocris inceſſit ne lepida fœmina diſrumperetur.

Mihi trama figuræ.] Senſus eſt: ego macer, tenuis, & curioſus, ille doliaris ſit & pinguiſſimus. Videtur intelligere hic Perſius non de trama filo, uerum de trama ueſtimento tenuiculo, leui, trans lucido, ita nuncupato, ex auctoritate Varronis, quod id ueſtimenti genus tranat frigus. figura mea ueſtimentum tenuiſſimum, ille doliaris eſt. Trama à tranando, & traijciendo uocatur. Seruius libro tertio Aeneidos. Subtegmen filum, quod inter ſtamen currit, quod tramam Perſius dixit. nam male quidam ſubtegmen ſtamen accipiunt, cum ſtamen de auro eſſe non poſſit. Vergilius. Fert picturatas auri ſubtegmine ueſtes. quid ſit trama docet & Seneca in Epiſtolis ad Lucillium his uerbis. Deinde quemadmodum ſubtegmen inſertum eſt, quod duritiam utrinque comprimenus tramæ remolliat. *Illi.*] Nepoti. *Popa uenter.*] Pinguis, & obeſus, & pinguedine promitulus. popa enim pinguedinem ſignificat. à qua popina deriuatur, diuer B ſorium guloſorum, in quo unctiora cibaria cocta uenduntur. Oratius. fornix ubi, & uncta popina Incutiunt urbis deſiderium. Manilius. Infamem fœdam, turpemque odiſſe popinam. Aliàs popæ dicebantur uictimarij, qui uictimas habebant uænales, & qui ligabant eas ad altare, feriebantque. Valerius: libros Numæ igne facto per uictimarios cremauit. Spartianus in Geta. percuſſit hoſtiam popa nomine Antonius. unde potuit Perſius (ut cum Hermolao ſentiam) popam uentrem dicere non pro pingui, & obeſo, ſed pro helluone, uoratoreque, ac phagone. ſed & interpretatio noſtra non eliminanda. Apud Propertium per ſuccinctos popas non minutas uictimas, paratasque ad ſacrificium, quarum adeps offertur ſuper altaribus (ut inquit Hieronymus) aut pinguiora exta, qualia antiqui luſtralia nuncupauerunt, accipio, ſed uictimarios. In quo ſignificatu dixit Suetonius, in Calig. Succinctus poparum habitu, id eſt, uictimariorum, qui cultro uictimant, hoc eſt immolant hoſtiam, unde cultrarij. Prius apud Suetonium ubique pomparum legebatur. Vnde omnes interpretes in illius loci interpretatione meras nugas effutientes ridiculi euaſerunt. Popinones antiqui dicebant, qui ſe popinis dediderunt, & popinatio, quæ alio uocabulo helluatio dicitur, & aſotia. *Vende animam lucro.*] Stomachabundus, & bili indignationeque non mediocri ſuccenſus in auarum hæredem, quem uidet auaritiæ ſuæ nullum finem impoſiturum exclamat. Vende animam lucro. *Excute omne latus.*] Ne permit C te aliquam orbis terrarum partem tibi inacceſſam, ſed uniuerſos mundi receſſus accede, ut omnium ſis ditiſſimus. Nam ut inquit Oratius, Impiger extremos currit mercator ad indos.

Pauiſse.] Hoc dicit quia (ut auctor eſt Plinius) tot ſeruos alebant Romani, ut eorum iuſtos, & integros prope exercitus domi haberent, eorumque cauſa nomenclator eſſet adhibendus, & quo plures alebant, eo potentiores habebantur. quod innuit Iuuenalis in tertio. Pudentilla uxor Apuleij (ut ipſe docet in ſecunda Apologia) ſeruos haud minus quadringentis donauit filijs ſuis. Rex Indorum uiginti millia ſeruorum habuit, ut refert Philoſtratus. *Cappadocas pingues.*] id eſt, ſeruos ex Cappadocia parte minoris Armeniæ, ut placet Appiano, Ptolomæus enim uult Cappadociam eſſe ipſam minorem Armeniam. In decem ſtratageas hoc eſt præfecturas olim (ut ſcribit Strabo in duodecimo) diuiſa erat, ex qua ſerui utiles, & boni uænales deportabantur, quos Cappadocas Martialis, Statius, cæteri, appellitant. Oratius. Eget æris Cappadocum rex. ubi rex Cappadocum dicitur famuloſus dominus, habensque Cappadocum, id eſt, mancipiorum legiones in famulitio. Olim (quod memoratu, & admiratione dignum eſt) Romani conceſſere libertatem Cappadocibus ob amicitiam, & ſocietatem ante contractam. quam principes recuſarunt dicentes ſe eam ferre non poſſe, & ut rex ſibi daretur orarunt: Romani admirati quod inuenirentur qui libertatem recuſarent permiſere, ut quem uellent regem D eligerent, illi Ariobarzanem regem elegerunt. Apud Græcos dicitur, τρία κάππα κάκιστα, id eſt, tria ccc. peſſima, uidelicet Cappadocia, Creta, Cilicia, tanquam homines indidem prouenientes ſint peſſimi mortalium. Quod Auguſtinus libro de Grammat. autumat dici de tribus Cornelijs, uidelicet Cornelio Sulla, Cornelio Cinna, Cornelio Lentulo, qui peſſimi pernicioſiſſimique extitere. *Rigida cataſta.*] Aſpera cataſta, quæ locus eſt ubi uænales pueri exponebantur pedibus cretatis, quod Plinius indicat cum de generibus terræ ſcribit, à uerbo Græco καθιστᾶν, quod ſignificat expono, conſtituo, quod illic conſtituti tenerentur. Martialis libro ſexto. Non de plebe domus nec auaræ uerna cataſtæ, Sed domini ſancto dignus amore puer. Tibullus libro ſecundo. Nota loquor, regnum ipſe tenet, quem ſæpe coegit Barbara gypſatos ferre cataſta pedes. Statius. Non te barbaricæ uerſabat turba cataſtæ. *Rem duplica.*] Iterum ſatyrico morſu in auarum inuehitur, & exclamat. Feci inquit auarus, ſed nihil profeci cum mea cupiditas nondum ſit expleta, cui (ut ſcribit Acron) nunquam tantum creſcit res, ut ſufficere uideatur. Oratius. Scilicet improbæ diuitiæ, tamen Curtæ neſcio quid ſemper abeſt rei. Expleri enim neſcit bonorum cupido, inquit Pelagius, quinimo auarus negociator de die in diem renouatur. & (ut ſcribit Hieronymus) decreſcere ſe putat niſi ſemper creuerit.

Iam mihi quarto.] Non ſolum duplicaui, ſed quadruplicaui, & decies duplicaui, nec tamen

finem

finem meæ inuenio cupiditati. Nam (ut ait Seneca) auarus animus nullo ſatiatur lucro. Ari- A
ſtoteles libro primo Politic. Deſiderium diuitiarum uadit in infinitum. Quod Iuuenalis u-
no uerſiculo elegantiſſime complexus eſt. Creſcit amor nummi, quantum ipſa pecunia creſcit.
Ouidius. Et cum poſſideant plurima, plura petunt. Salluſtius. Auaritia ſtudium habet pecu-
niæ, quam nemo ſapiens concupiuit. ea quaſi uenenis malis imbuta corpus animumque uirilem
effœminat, ſemper infinita, & inſatiabilis eſt, neque copia, neque inopia minuitur. Vnde ei qui
uelit eſſe diues non cumulandam pecuniam, ſed minuendam cupiditatem cenſeo. quare nunquã
is liber ab inopia erit, qui nullum conſtituens cupiditati modum, continuo diuitiarum exagite-
tur ardore. Auctor Plutarchus. *Iam redit in rugam.*] Sic Iuuenalis. Hæc quoque ſi rugam trahit,
extenditque libellum Sume duos equites, fac tertia quadringenta. *Depinge ubi ſiſtam Inuentus.*]
Non ad aceruum uoluminum quæ innumera condidit Chryſippus id referendum eſſe autumo,
ſed ad argumentationes, quas Græco uocabulo ſoritas uocant, Cicero aceruales interpretatur;
ſed (ut ipſe ait in ſecundo, De diuinatione) ſicut multa uerba Græcorum ſic ſorites ſatis Latino ſer
mone tritus eſt. Igitur Chryſippus ſolitus erat per ſoriten argumentari, & gradatim interrogare,
ex quo argumentatio fiebat numeroſior, & aceruus quaſi quidam gradatim cumulabatur pro-
poſitionum, & probationum, ut ita concluſio efficeretur ad probandum, quod moliebatur ultra
præſcriptum argumentationis, quæ ex præceptione dialecticorum tripertita eſt, & ex inſtitutione B
oratorum quincupertita fieri poteſt, ultra quem numerum progredi non licet. ſed ſorites, id eſt,
aceruus ſiue acerualis Chryſippeus in infinitum pene progrediebatur, diffuſus per multiplica-
tionem numerorum innumerabilem, cuius exemplum extat apud eundem Ciceronem, qui in
Hortenſio quoque ſoritas lubricos eſſe & periculoſos tradit. & poſt paulum, Placet inquit Chry-
ſippo cum gradatim interrogetur, uerbi cauſa, tria pauca ſint an multa, aliquanto priuſquam ad
multa perueniat. mox poſt multos ſoritas progrediẽdo tractata ſubiungit. Hæc Chryſippea ſunt,
nec ab eo quidem diſſoluta. Refert Laertius Chryſippum libros quatuor condidiſſe de ſoritis. ni
mirum ob hunc aceruum Chryſippeum, qui longius progrediebatur ita ut uix concludendi mo
dum inueniret, dixit ſcite, & eleganter Perſius noſter ex perſona auari, cuius cupiditates immo
dicæ nullo modo finiuntur, per apoſtropham ad Chryſippum. ô Chryſippe, ſaltem tu depinge
modum ultra quem non progrediatur aceruus diuitiarum interminabilis, qui inuentus es fini-
tor, terminatorq́ tui aceruí, hoc eſt illius argumenti ſoritæ, qui quamuis longo ordine produce-
retur, tamen aliquando cõcluſionis modo cludebatur, terminabaturq́. & hic eſt uerus poetæ ſen
ſus, hoc uerum interpretamentum, hic eſt ille aceruus Chryſippeus in quo cæcutientes commen
tatores hallucinantur, de quo eſt aſtipulatio illa Sidonij ex hendecaſyllabo. Chryſippi potuiſſet
ex aceruo. & Martialis. Chryſippus cumulet, proprium conſumat aceruum. qui alibi dixit Sori- C
tas cumuli acceſſibus aggerans. Fuit autẽ Chryſippus philoſophus Apollonij Solenſis filius, de
quo Cicero quædam, nonnulla Valerius, plurima Laertius tradiderunt.

AELIVS ANTONIVS NEBRISSENSIS.

Sum tibi Mercurius.] Verba ſunt captatoris inſinuantis ſe in alterius hæredem ſucceſſoremq́.
Dicit enim. *Ego ſum tibi Mercurius.*] id eſt, lucri tui auctor, quia ex mercatura lucrum in mer-
curium refertur. *Venio deus huc ego.*] id eſt, à te uenio deus uerus. *Vt ille pingitur.*] Quaſi
uelit dicere fingitur & non eſt uerus. *An renuis.*] Subaudi fauorem præſentis numinis, & qui
tibi demõſtret quemadmodũ debeas rem familiarem augere. *Vis tu gaudere.*] Verba ſunt Per
ſij ad captatorem ſuum. *Vin.*] Pro uis ne tu. *Gaudere relictis.*] Relinquendis à me poſt mor
tem, ac ſcribi hæres à me non debes exigere rationem rei familiaris, neq; præſcribere mihi quem
admodum debeam impenſas facere. *Deeſt aliquid ſummæ.*] id eſt, patrimonio à maioribus meis
accepto. *Sed minui mihi.*] id eſt, in uſus meos conſumpſi. *Sed quicquid.*] id eſt, ſubaudi quod
reliquum eſt mihi. *Id tibi totum eſt.*] id eſt, totum tibi relinquam. *Fuge quærere.*] id eſt, præterea
noli à me rationem exigere. *Vbi ſit.*] Subaudi legatum. *Quod Staius.*] De quo ſupra, Dic age-
dum Staio. *Legarat mihi.*] id eſt, reliquerat nomine legati. *Neu repone mihi dicta paterna.*] id eſt, D
ne repetas illa quibus pater meus ſolitus eſt me quondam monere. *Fœnoris accedat.*] Verba ca-
ptatoris, uel potius eius qui iam eſt deſignatus hæres. *Accedat inquit merces fœnoris.*] id eſt, quod
pro fœnoris mercede datur ueniat in rationem. Horatius. Quinas hic capiti mercedes exigit, id
eſt, uſuras. *Hinc.*] id eſt, ex hac mercede uſuraria. *Exime ſumptus.*] Subaudi quos facis quoti-
die. *Quid reliquum eſt?*] id eſt, reſtat quo patrimonium augeatur. Reliquum, uerba Perſij. pro in-
dignitate rei erumpentis in exclamationem contra ſuum hæredem. Dicit igitur repetens quod ille
dixit reliquum. *Reliquum.*] Ac ſi dicat, hoc expectabam à te, ut etiam ex eo quod ex uſuris mihi
prouenicbat, me admoneres patrimonium augere. *Nunc nunc.*] Ex eo quod futurus hæres di-
xerat indignatus Perſius, conuertit ſe ad ſeruum obſonatorem dicens. *O puer nunc nunc unge cau-
les.*] .i. unctũ, hoc eſt rem pinguẽ adde caulibus. Horatius. Vngere ſi caules oleo meliore caputq́
Cœperis. *Mihi feſta luce.*] Senſus eſt. Propterea debeo ego parce uiuere atq; genium meum de-
fraudare, ut hæres meus perdite ac luxurioſe aliquando uiuat, dicit igitur. *Vrtica.*] .i. parui pre
cij herba. nam & genus quoddã urticarũ inter edulia numeratur. *Coquatur mihi f. l.*] q. d. in die-
bus profeſtis uix eſſet id tolerabile, igitur multo minus in feſtis. *Et ſinciput fumoſum.*] .i. porcini
capitis fruſtum ad fumum ſeruatũ. *Fixa aure.*] Clauo. ſ. unde ad fumũ pendebat. *Vt tuus i. n.*]

A id eſt,luxurioſus & ganeo.& loquitur Perſius ad ſeipſum.aut tuus nepos.i.ſucceſſor & hæres. *O-*
lim ſatur anſeris extis.] .i.iecoribus anſerinis,quæ in delicijs apud antiquos habebantur.Iuuenalis.
Anſeris ante ipſum magni iecur.Et Horatius.Pinguibus & ficis paſtum iecur anſeris albi. De an-
ſeris iecore multa etiam Plinius. *Cum uenia inguine uago.*] id eſt,membrum genitale quod ueno-
ſum eſt.Horatius.Nam ſimul ac uenas inflammat tetra libido. *Inguine uago.*] id eſt, inguinis ua-
gi,id eſt,quod paſſim & indifferenter in concubitus uagos fertur. *Singultiet.*] Quoniam Ari-
ſtotele medicisq; auctoribus ſeminis effuſionem ſpiritus præcedit,quo genitalia turgeſcunt. *Im-*
meiat.] Semen quaſi urinam effundat.Horatius.Securus ne ditior aut formæ melioris meiat eo-
dem. *Vulua patritia.*] id eſt,in uuluam.Vergilius.It cœlo clamorq; uirûm.Patritiæ autem di-
cit,id eſt,nobili & à patribus hoc eſt ſenatoribus originem ducenti.Horatius ex uerbis mutonis.
Nunquid Magno prognatum depoſco conſule cunnum Velatumq; ſtola. *Mihi trama.*] Sen-
ſus eſt. Ego parſimonia macreſcã, ut ille nimio ſumptu pingueſcat? Tramam uero appellat oſſa,
neruos,cartilaginem & pellem,perinde ac ſi corpulentia ſit ſtamen. aptior tamen fuiſſet transla-
tio,ſi econtrario ſtamen dixiſſet pro eo quod tramam poſuit:nam eo modo ſe habent oſſa & ner-
ui ad corpulentiam,quo ſtamen ad tramam ſiue ſubtegmen.dicit igitur. *Trama figuræ.*] id eſt,
corporis ſpeciei ſit mihi reliqua,id eſt,relinquatur. Vel dicit per hypallagen. *Trama figuræ.*] id
B eſt figura tramæ,& non trama. Ac ſi dicat ſimilitudo corporis & non corpus,& hoc modo trans-
latio pulchre quadrarit. *Aſt illi.*] Scilicet hæredi meo. *Venter popa.*] id eſt, phago & gulo-
ſus & quales denique erant uictimarij,id eſt miniſtri ſacrorum mactandorum qui popæ diceban-
tur.Propertius lib. quarto.Succinctiq; calent ad noua ſacra popæ.Spartianus quoq; in uita Ge-
tæ.Percuſſit hoſtiam popa nomine Antonius.& Suetonius in Caligula.Admota inquit altaribus
uictima ſuccinctum Caligula poparum habitu elato alte malleo cultrarium mactauit. Pro quo
mendoſe legitur pomparum. *Tremat omento.*] id eſt,pingui palpitet.Ea enim quæ præpinguia
ſunt palpitant & tremunt.Eſt autem omentum (ut diximus) pingue illud quo inteſtina inuoluun-
tur,continenturq;. *Vende animam.*] Indignanter eos arguit qui ſe periculis & laboribus expo-
nunt,ut amplum hæredibus patrimonium relinquant. *Vende animam lucro.*] id eſt,obijce ui-
tam periclis propter lucrum. *Mercare.*] Mercaturam exerce. *Et ſolers.*] id eſt, diligens.
Excute.] Explora & inueſtiga. *Omne latus mundi.*] Mundi latera proprie ſunt ſeptentrio & me-
ridies,ſed & oriens & occidens latera quoq; dici poſſunt.& ſic omne latus. *Ne alter ſit præſtan-*
tior.] id eſt,melior & ditior. *Paniſſe.*] id eſt,ad paſcendum & alendũ. *Cappadoces pingues.*]
Seruos ex Cappadocia,qui grandes & proceri erant,aptiq; lecticis ferendis. Martialis. Quid te
Cappadocum ſex onus eſſe iuuat? Idem alibi.Nec de Cappadocũ eques cataſtis.Horatius quo-
C que.Diues mancipijs eget æris Cappadocum rex. *Cataſta rigida.*] Locus erat ubi ſerui expoſi-
ti erant uenditioni,à καθιστάω quod eſt expono.Martialis.Non de plebe domus nec auaræ uerna ca-
taſtæ.Idem alibi.Sed quos arcanæ ſeruant tabulata cataſtæ. Tibullus. Barbara gypſatos ferre ca-
taſta pedes.Eſt ergo cataſta ubi ſerui uænales cuſtodiuntur,ſicut ergaſtulum ubi ſerui operi faci-
ūndo includuntur.Quare illam Martialis auaram,Tibullus barbarã,id eſt crudelem, Perſius ri-
gidam id eſt duram appellauit. *Rem duplica.*] id eſt, patrimonium. *Feci iam triplex.*] Verba
ſunt auari,id eſt triplicaui. *Iam mihi quarto.*] id eſt,patrimonium quater multiplicatum. *Iam*
decies.] id eſt,decuplatum. *Redit in rugam.*] Sumptum à folle ſiue marſupio, quod cum non eſt
plenum rugas contrahit.ſic auarus,quia ut ait Iuuenalis,Creſcit amor nummi quantum ipſa pe-
cunia creſcit, ſemper habet aliquid uacuum quo pecunias receptet.Dicit igitur Perſius in perſo-
na auari ſatyram clauderis. *O Chryſippe depinge ubi ſiſtam.*] Hunc locum Philippus Beroaldus,
(hoc enim acceptum illi referendum eſt) primus præter aliorum opinionem enarrauit. Chryſip-
pus nanq; auctore Laertio,Pauli Apoſtoli conciuis,Cleantis diſcipulus, ſiue ut alij tradunt præ-
ceptor,dialecticus nobilis,quattuor ſcripſit libros,de ſoritis,hoc eſt (ut Cicero interpretatur) acer-
uis ſiue acerualibus argumẽtis,in quibus gradatim procedebatur in infinitum,id quod fieri pro-
hibent Dialectici & philoſophi.De his aceruis Sidonius in Hendecaſyllabo: Chryſippi potuiſſet
D ex aceruo.Et Martianus Capella.Chryſippus cumulet,proprium cõſumat aceruum. Dicit igitur
auarus qui nullo acquirendi fine ſatiatus eſt. *O Chryſippe depinge.*] id eſt,præſcribe mihi. *V-*
bi ſiſtam.] id eſt ceſſabo,& terminum faciam. Tu inquam. *Inuentus finitor tui acerui.*] id eſt, qui
in ſoritis illis argumentationibus,quæ uidebantur progredi in infinitum aliquem tamẽ modum
finemq; inueniſti.Modus autem diuitiarum,ut Seneca in Epiſtolis inquit, primus ſit habere quod
neceſſe eſt,proximus quod ſatis eſt.Nam cum ſint inſtrumenta,debent ex primo Politicorum A-
riſtotelis,eſſe proportionata fini.

ECPHRASIS MVRMELLII.

Sum Mercurius tibi,ego uenio deus huc,ſicut ille pingitur. An renuis accipere quæ tibi affe-
ro?uis ne tu gaudere bonis,quæ reliquero? Hæres. Aliquid deeſt ſummæ.Perſius. Minui mihi, no-
li quærere,ubi ſit id,quod Stadius legauerat mihi quondam,neue renoua mihi uerba patris.Mer-
ces fœnoris addatur ſorti & principali ſummæ, exime impẽſas tuas ex ipſo fœnore.Hæres. Quid
reliquum eſt? Perſius. Quæris quid ſit reliquum? ô famule unge nunc nunc ſumptuoſius caules,
unge inquam.An mihi urtica feriato die coquatur,& fumoſum ſinciput aure fiſſa,ut iſte tuus ne-
pos ſatur olim iecore anſerino,rem habeat cum fœmina patritij generis,quando uenerea libidi-
ne quatietur? An mihi macilentiſſima cutis ſit reliqua,at uenter conſumptor tremat illi pinguitu-
dine

dine? Hæres. Vende animã tuã lucro, mercaturã exerce: atq; ſolers diſquire omne latus mundi, A
ne alter ſit te præſtantior ad paſcendos pingues ſeruos in rigida cataſta. Duplica rem tuã. Perſius. feci. iam res mea eſt duplex, iam multiplicatur mihi quarto, iam decies. O Chryſippe qui es inuentus finitor tui acerui, depinge mihi, ubi ſiſtam.

SCHOLIA.

Sinciput.] Proprie eſt anterior pars capitis, cui cerebrum ſubditum eſt. Accipitur pro toto capite & hic, & apud Iuuenalem. Comedam, inquit, flebile nati Sinciput elixi. *Nepos.*] Cum filium filij dicere uideatur, alludit ad id quod nepos etiam conſumptorem & prodigum ſignificat. *Popa.*] Conſumptor, uorator. Popa dicitur uictimarius, id eſt qui uictimas ad altare ligat, & ferit. Helius Spartianus, Percuſſit hoſtiam popa nomine Antonius. Hic accipitur (autore Hermolao Barbaro) pro helluone, uoratoreq; ac phagone. Quidam hic pro illi legunt ille, ut ſit ordo & ſenſus. *Aſt ille popa.*] Id eſt pinguis, & uenter. i. helluo, ac guloſus tremat omento. *Vende animam lucro.*] Mihi pace aliorum uidẽtur hæc eſſe auari hæredis uerba ad Perſium. Dicit enim hoc, non ſolum corpus emacerandum eſt tibi propter lucrum, & opulentiæ famam, ſed & anima uendenda eſt. *Cappadocas.*] Seruos, qui ex Cappadocia multi aduehebãtur. Vnde Horatius, Mancipijs locuples, eget æris Cappadocum rex. *Cataſta.*] Locus eſt in quo ſerui uenales exponuntur. B *Rem duplica.*] Auarus hæres Perſij reprehenſione non deterritus, ſed eandem canens cantilenam, hortatur ut rem non ſolum non minuat, ſed etiam negociando geminet. Reſpondet Perſius illudendo ei, *Feci.*] hoc eſt rem meam. i. ſatyricum uerſum geminaui, & eſt iam duplex, & iam mihi quarto multiplicatur: hoc eſt fiũt octo. duo enim quater ſumpta, octo ſunt: & iam redit in rugam, id eſt multiplicatur decies, fiuntq; octoginta uerſus huius ſatyræ, qua taxantur auari. Octo enim decies multiplicata, ſunt octoginta, quot ſunt huius ſatyræ uerſus. Obiter cum aliud poeta dicere uideatur, auarum irridet, qui in infinitum opes ſuas augere ſtudet. *Depinge ubi ſiſtam.*] Latenter oſtendit in omnibus rebus modum eſſe ſeruandum. *Acerui.*] Aceruus hic dicitur argumentatio acerualis, græcè ſorites. Hunc peculiariter Chryſippus coluit & celebrauit. Eſt igitur ſenſus, O Chryſippe Stoicorum acutiſſime, qui aceruũ tuum, tametſi longius progrediendo uix concluſionis modum inueniret, aliquando tamen finijſti: depinge tu mihi modum rei meæ geminandæ, hoc eſt ſatyræ concludendæ. Recte autem utitur apoſtropha ad Chryſippum Stoicũ, cum ipſe in hoc opere maxime Stoicos imitetur. De aceruo meminit & Martianus Capella, Chryſippus cumulet, proprium conſumat aceruum.

Hæc ſunt lector humaniſſime, quæ in Iuuenalis Perſijq; Satyras illuſtrandas noſtris typis imprimenda duximus, magno quidem labore collecta atq; ſuis locis repoſita: ſed quanto iudicio, ipſe legendo, & ſingula expendendo, iudicabis.

ERRATA SIC CORRIGE

5.d.C. Item uſurpatur pro carere, &c. ego uaco culpa. S. 15.c. Laufella. 48.c. ut uere & breuiter. 41.a. deſcribebantur. 48.c. breuiter dicam. 54.d. decere. 76.c. appellat. 86.d. Auguſtus. 88.b. iuuenis. 101.c. & colum. 103.b. quales cunæ, quibus etiam. 125.d. non pro luteo, ſed pro cœno. 128.d. integumenta illa. Ibidem, ſolio temperato. 130.a. pro Q. Roſc. 144.b.C. Anudo tum Mithridatis, &c. uſq; quam hic fiat. S. 146.c. & ob id græcè, &c. 164.c. criſtati rupere. 168. in textu uerſ. 3. attritus. 181.d. oppetendam. 189.a. Amulius. item ibid. Lucanus. 192.d. Plin. lib. xiiij. cap. vi. & paulo poſt, Maſsica æque. 197.a. Verrij. 201.d. Sarrano dormiat oſtro. 206.d. Claudianus in Ruffinum. 207.d. appellat Paulus. 214.a. ſtigmate. 228.d. penult. uerſu coram. 231.d. fieri conſueuit. 232.c. magis propicius. 247.d. tamen ipſe. 255.c. Mauriſia pictis. 258.b. pro malis hominibus uſurpantur. 265.c. ac proinde eſſe. 299.c. τὰ φάλαρα. 329.a. ex lachrymis. 329.b. nec fictam.

IN IVNII IVVENALIS ET AVLI PERSII

COMMENTARIOS INDEX

A ET ab, earumq; uſus pag. 10.a
A uel ab pro poſt, pagina 164.c
Abacus quid 62.c & 424.b
Abdomen quid 35.b. 80.c
Abnoba mons 179.c
Abolla ueſtis 55.c
Abortiui qui dicantur 30.b
Abuſionis exemplum 260.c
Accuſatoris nomen uitandum 351.a
Acerra quid 434.c
Acerſecomes quid, & unde dicatur pag. 176.c
Acerualis in infinitum progreditur pag. 643.b
Aceſtis genus 164.d
Acetum peſti aduerſatur 528.d
Aceto rupti montes 211.a
Achaia ubi 50.a
Achilles ubi & à quo occiſus 25.d
Achillis præceptor 163.c
Achillis cũ Therſite cõparatio 188.c
Acies oculi, pro pupilla 193.c
Acœnitus quid, & unde dictus 164.a
Aconitum uenenum 25.b. 276.a
Aconitum quid 142.d. 200.c
Acta quæ dicantur 41.a. 153.d
Acta quæ ſint, & de actis ſcitu digna, pag. 194.c.d
Actio quid 53.c
Actor quis dicatur ibidem
Actuarij qui dicti 153.d
Adamas gemma unde dicatur 107.b
Adeo pro tandem 259.d
Adeo pro tantum uel itáne 100.c
Adipatus quid 142.b
Admirationem rara excitant 251.b
Admonitio ſeria ad magiſtratum & principes 173.c
Admonitio ſalubris ad poetas interpretandos 189.b
Adoleſcentis officium 251.b.c
Ad quid nati ſumus 426.b
Ad ſummam, in ſumma, & id genus alia 52.a
Aduerſaria orum, pro tabellis 129.d
Adulatio omnibus grata 77.d
Adytum unde dictum 261.c
Aeacus, & alij inferorum iudices 3.d
Aedes quid 443.c
Aedificandi ratio ueterum 161.c
Aediles minimi magiſtratus 206.d
Aedilium munus 59.b
Aedilium officium 424.a
Aegeum mare unde dictum 262.c & 591.c
Aegialos, id eſt Achaia unde dicta pag. 50.a
Aegiſtus Atreum interfecit 542.a
Aegyptij præputia circũcidũt 107.b
Aegyptiorum dij 284.c
Aeliorum paupertas Romæ 101.d
Aemilius pons, qui & Miluius 98.d
Aemilij Lepidi funus modeſtũ 115.c
Aeneæ Troiani mors 229.c
Aenigma quid, et unde dicatur 107.d
Aeolus uentorum rex 213.d
Aeoliæ inſulæ ſeptem 3.c
Aeoliæ rupes ubi ibidem
Aer ſiccior prudentiores gignit homines, craſsior hebetiores 202.d
Aerugo quid 251.d
Aes qs primus ſignauit Romæ 105.c
Aes Corinthium quid 69.d
Aes ſiue Aeſculanus deus, pro pecunia quæ Romæ colebatur 20.a
Aeſculapio medico quid ſacrificabant, pag. 517.a
Aeſopus fabulator 527.a
Aetas breuis 492.c
Aetas aurea quando 27.b
Aetas tenera quomodo formetur pagina 554.a
Aethiopes qui, & unde dicti 29.b
Aethiopes præputia circumcidunt, pagina 607.b
Aethiopiæ duæ 29.b
Aetolorum in pugnando mos 114.d
Aetna mons ubi 3.b.c
Affectare quid 38.a
Affectus quid 111.d
Aganippe fons 145.b
Agaſo quid proprie 569.a
Agelaſtos quis fuerit apud ueteres, pagina 351.b
Agere proprie quid 53.b
Agmen quid 59.c
Agricultura ueterib. in precio 231.a
Agrippinæ ueneficium in maritum, pag. 141.c
Agrippinæ Auguſtæ duæ 94.d
Ahenum quid 173.c
Aiacis caſus 205.b
Aiax procerus, ſtolidus 577.c
Aius Locutius deus 232.d
Alabanda oppidum ubi 51.b
Alabandenſis, Alabandeus, Alabandicus, ab Alabanda ibidem
Alapa, Græce colaphus 189.d
Alba longa quo fato condita, & à quo pag. 109.c
Albanus lacus 76.d
Album pro bono 47.c
Albus quid 429.c
Alceſtis pietas erga maritum 143.d
Alcibiades quis 514.a
Alcibiadis genus 515.c
De Alcibiade qui ſcribunt 517.b
Alea uetita 561.b
Alea pro ſorte & conditione 16.b
Aleatores ſordidi 561.c
Alemanni unde dicti 532.c
Alexander magnus non contẽtus uno mundo 211.d
Alexãder quo ueneno ſublatus 212.b
Alicariæ meretrices 9.c
Aliptes quis, & unde dictus 51.c. & 125.a
Allegare quid 195.a
Allobroges qui 163.d
Aloes natura 109.d
Aloes plus quàm mellis, prou. ibidem
Alteres qui, & unde dicti 125.a
Alteratio quid 69.c
Altilis gallina 92.d
Altum pro nobili, antiquo & illuſtri, pag. 170.c
Alueolus quid 150.c
Alueoli qui, & unde dicti 90.d
Alumnus quid 5.c
Aluta quid 162.b. & 280.c
Amantium inconſtantia 599.c
Amatoria uerba 110.c
Amatores quomodo cruciẽtur 598.d
Amatores patrimonij conſumptores, pag. 599.a
Ambitio 60.d. 177.b. 605.c
Ambroſius quid ſignificet 102.b
Amethyſus ſiue amethyſtus gẽma unde dicta 157.c
Amethyſinæ ueſtis qui color ibid.
Amici pauci aduerſa fortuna 204.b
Amicorum una anima 547.d
Amicitia uera quæ 554.c
Amicus uſq; ad aram 520.d
Amicus alter idem 546.d
Amita quid 634.c
Amido inſula & ciuitas 51.a
Amomum quid 80.c. & 178.d
Amomum genus herbæ 505.b

Amoris

Amoris definitio 553.a. & 598.d
Amor uiolentus 599.c
Amor turbator conſiliorum 600.a
Amor domari non poteſt 599.d
Amoris remedium 600.a
Amor nummi creſcit 643.a
Amphion cytharæ inuentor 109.b
Amuſitatum quid 553.c
Ἀναβαίνω quid 148.b
Anabathra quæ, & unde dicta ibid.
Ἀναδίπλωσις figura quæ 177.d
Anagliptices ars 450.b
Anagnoſtæ qui, & unde dicti 10.b
Anaglypta, uel anaglyptia uaſa quæ, pag. 266.d
Anaxagoras ad quid natus 492.c
Anaximenes conchæ hemicyclea inuentor 463.d
Anadiploſis, latine geminatio 116.d
Ancilia clypei eorũq; hiſtoria 40.b
Ancon urbs à quibus condita 75.c
Andros inſula 51.a
Anguis quid, & unde ductum 420.b
Anima quid 357.a
Anima qualis 562.a
Anima ab animo quid differat 134.a & 293.d
Animal ex quib. reb. cõpoſitũ 496.a
Animalia quæ ſint ſine neruis 535.b
Animi natura & excellentia 293.c
Animorum uis duplex 554.a
Animorum coniunctio fit ex aliquo ſidere ibid.d
Animum & ingenium ex deformitate corporis non metiendũ eſſe 518.d
Animus quid 134.a
Annales ab hiſtoria quid differãt 37.c
Anni longitudo 453.d
Annibal Romam terret 117.c
Annibalis deliberatio 159.c
Annibalis cupiditas ingens 210.c.d
Annibal luſcus 211.b.c
Annibalis interitus ibid.
Annonæ appellat. quæ ueniãt 195.d
Annus, orum, pro ſalarijs unius anni, pag. 129.c
Annulorum uſus Romæ 6.d
Annulorum uarius uſus 233.d
Annulus æſtiuus & hyemalis 6.d
Annulus ſponſæ ferreus 98.d
Annulus aureus equeſtris dignitatis inſigne 227.d
Annus uertens qui 165.b
Annus unde dictus 433.d
Anſer græce χὴν dicitur 641.d
Anſeres quibus ſaginentur 92.d
Anſeris iecur 92.c
Antæus quõ ab Hercule ſupatus 53.a
Anteambulones 56.c. & 158.a
Anticatones Cæſaris 121.a.b
Anticyra quid 515.b. & 519.a
Antiopæ hiſtoria 392.c
Antipelargin, prou. 20.b
Antiquarij qui dicantur 127.c
Antiquorum frugalitas 272.d
Antitheta quid 400.a
Antonius cur oderit Ciceronẽ 208.b
Antonius Solerius Carpenſis literatiſſimus 534.c
Anubis deorũ nũcius, de quo eadẽ ſcribuntur quæ de Mercurio 134.c
Anus unde dicta 520.a
Anxiridæ ueſtes Gallorum 185.c
Anytus & Lycon Socratem in iudicium traxerunt 516.d
Anytus comœdiam contra Socratem ſcripſit ibidem
Aonides muſæ unde dictæ 149.b
A pedibus, à libellis, et ſimilia 10.a.b
Apella pro Iudæo 113.a
Aper Thuſcus 6.a
Aperire pro frangere 195.d
Aphrica fertilis 176.a
Aphrica unde appellata 603.d
Aphricæ termini 210.c
Apicius coquus, & eius finis 74.b
Apluſtria quæ dicantur 209.b
Apœninus quid 407.d
Apodyterium quid 23.c
Apollo pro Auguſti foro 21.c.d
Ἀπόμαγμα quid 635.b
Ἀπόπατος quid ibidem
Apoſiopeſis figura quomodo latine dicatur, tum eius uſus 349.d
Aprica loca 609.a
Aprum integrum quis primus Romæ appoſuit 23.b
Apuleij locus reſtitutus 503.d
Apuleij locus emendatus 51.d
Aquam cribro haurire, prou. 509.c
Aquarioli qui dicti 120.d
Aquarius quid ibid.
Aquila inſigne Romanorũ cur 171.b & 202.a
Aquilifer qui 202.b
Aquilo omnium ſaluberrimus 616.d
Aquinum oppidum 71.c
Arabarches quis dictus 21.d. 22.a
Arachnes artificium 32.c
Aranea geſtata fœcunditatẽ conciliari 41.b
Aranei pro Armenis 179.c
Arbiter quis dicatur 172.d
Arbona ſiue Abnoba mons 179.c
Arbuſtum quid 272.a
Arcadici aſini præſtantiß. 159.c
Arcadius iuuenis, prouerbium 159.c & 474.d
Arcanæ preces 434.b
Arcera quid ibid.c
Archeſilas quis, & quo pacto obierit, 497.d. & 499.a
Archetypa quæ dicta 27.c
Archetypa pocula quæ 14.c
Archigenes medicus inſignis 112.d
Archimagirus quid 196.c
Archimedes quando interfectus fuerit pag. 424.c
Arctologus unde dictus 286.a
Areopagus quid, & de eo ſcitu digna, pag. 196.a
Argeſtes uentus 279.c
Argilla quid 82.d
Argumentum quid 113.c
Aricia ubi ſita 81.c. & 634.d
Artes quid 70.c
Arionis fabula 407.a
Ariſta quid 510.a
Ariſtoteles philoſophus 27.c
Ariſtotelis infamia 212.b
Armamentarium quid 253.b
Armarium quid 145.d
Armenia unde dicta 179.c
Armeniæ duæ, earumq; fines 135.d
Armigeri ſerui qui 16.d
Armilla quid 76.c
Armillatus unde dictus ibid.
Armillum quid ibidem
Ars pro uiatico, prou. 562.c
Artaxata, orũ, urbs Armeniæ 44.d
Articularis morbus 561.c
Artocopos panis 89.d
Artopta quid ibidem
Artoptitius panis 634.b
Ἄρτος quid ibidem
Arpinum oppidum ubi 185.d
Aruernorũ rex captus à Ro. 167.c
Aruiragus rex Britanniæ 82.c
Arunca Lucilij patria 5.c
Arx quid 83.c. & 220.d
Aſſeclæ unde dicti 192.a
Aſianorum fides 146.a
Aſiaticæ opes Romanos corruperunt, pag. 118.b
Aſilum animal 82.b
Aſini Arcadici optimi 159.c
Aſotia quid 623.d
Aſoti qui ibidem
Aſparagi unde dicti 90.c. 229.d
Aſpergines quib. ex rebus fierẽt 85.d
Aſſentatores corruptores principum, pag. 78.b
Aſſentatoris quãta pernicies 536.a
Aſſer quid 157.a
Aſſeres qui dicantur 66.d
Aßis partes omnes 8.d
Aßium uarietas 94.d
Aſtrea, i. iuſtitia unde dicta 98.b
Aſylum quid, & unde dictum 188.d
Aſſyria quæ 38.b

Ater quid ſignificet 121.d
Athenienſium de nobilitate contentio pag. 171.a
Athenienſes cur Thebanis & Bœotijs prudentiores 202.d
Athenienſium humanitas 269.d
Athenienſes oderũt calumniatores Socratis 516.d
Athletæ qui, & unde dicti 122.a
Athos mons, eiuſq́; declinatio 213.a
Atlas mons 226.d
Atrabaticæ ueſtes quæ 133.a
Atreus liberos epulandos apponit, pagina 542.a
Atrium quid, & unde dicatur 168.d
Attalica ueſtis quæ 129.d
Attalus rex primus aurum ſerico intexuit ibidem
Attegiæ pro mapalibus, caſis 274.c
Attellanæ comœdiæ 2.a
Attellanæ fabulæ 101.d
Attentio ad quid refertur 553.c
Attica lingua elegantiſſima 110.a
Attici ſales 190.b
Attilum eſſe ſturionem 271.c
Attonitus quid 473.d
Atys, & eius hiſtoria 406.c
Atys à Cybele amatus 39.b
Auari uultus & habitus 270.b
Auari inſatiabiles 271.d. & 643.a
Auari & infamiam & laudes iuxta contemnunt 272.c
Auari deſcriptio 623.d
Auaritiæ adagium 493.a
Auaritia cur fugienda ibidem
Auaritia quid 589.d
Auaritiã in ſenib. fœmineoq́; ſexu debacchari 623.d
Auaritiæ ſtudium 643.a
Auarorum inſania 271.d
Auarus qui dicitur 644.d
Auctio pro uenditione 245.c
Audacia muliebris 117.b
Auentinus collis unde dictus 52.d
Augur quis, & unde dictus 51.b
Auguſtæ Cæſarum uxores 104.b
Auia 576.d
Auiũ diuinatiõe q̃ excelluerint 138.d
Aula pro regia 78.d
Aula pro olla 55.b
Aulæa quæ 101.b. & 201.c
Αὐλεῖω quid 102.b
Aulis quõ dicatur à Græcis 528.c
Αὐλὸς quid 102.b
A. Gellij locus reſtit. 423.d. 458.b
Auratus pro pulchro 215.b
Aurea ætas ſub Saturno 97.b
Aures auro ornant orientales 18.c.d
Aures calentes cuius rei indices ſint, pag. 237.d
Auricularis quid 359.a
Aurigandi mos nobilibus Romæ 12.a
Auris unde dicta 359.a
Aurũ in aurib. geſtãt orientales 18.c
Auſter quid 616.d
Auſter noxius ibidem
Auſter uentus pernicioſus 76.d
Auſter humidus 616.d
Αὐτόχθονες. i. indigenæ 249.d
Autumnus cur lethifer 76.d
Autumnus unde dictus ibidem
Axis quid 563.b

B

Babylon urbs 38.b
Baccæ quæ dicãtur 52.d. 457.d
Bacchanalia quæ 27.a
Bacchanalia uiuunt, pro Bacchanaliter ibid.
Bacchanalium deſcriptio 119.d
Bacillus pro baculo ſcipione 47.c
Baiæ oppidum 45.c
Balanus quid 530.a
Balena quæ 199.c
Balnei magnifici deſcriptio 161.a
Baltheus quid 114.d. 196.d. 298.d 535.a. 537.c
Baptæ comœdia 36.a
Barbam conſecrabant ueteres 61.b
Barbæ nutritio ſignũ ſeueritat. 531.c
Barbæ ſedes ubi ibidem
Barbarus pro ueſano homine 213.d
Bardiacus cucullus 296.a
Bardi Galli cur nominati ibidem
Barrire quid 245.d
Baſcauda uas Britannicum 242.c
Baſſaris quid 408.d
Baſſarides unde dictæ ibidem
Batyllus quid 101.a. 581.a
Batylli plures 255.d
Beata uita in tranquillitate 223.c
Beatulus quis 505.b
Belidarum audax ſcelus 143.d
Belli ſocialis cauſæ 86.c
Belli ſtudium ſæpe damnoſum 208.d 209 per totum
Bellum Parthorum fugax 541.b
Bellona quæ ſit 82.c
Bellonæ ſacerdotes ſuo cruore ſacrificabant 131.d
Bellerophontis fabula 221.d
Beneuolentia refertur 553.c
Bene habet, an bene ſe habet, dicendũ pag. 204.a
Berecynthus mons 406.d
Berenices reginæ hiſtoria 107.c
Berylli qui probatiſſimi 87.d
Beta quid 509.d
Betarmones qui 85.d
Biclinium quid 52.c
Bidens quid 65.c
Bidental quid 139.a
Biga & triga in ſingulari numero, pagina 203.c
Bilibris, & à libra reliqua 122.a
Bilis quid 436.a
Bilis uitrea quid 464.c
Bilis indignationis ſedes 95.d
Bithyniæ prima et ſecunda ſyllaba in uerſu communes 211.d
Bithyniæ termini 146.c
Bituitus Auernorum rex 167.c
Blæſus quid 288.c
Bœotij ſtupidi 202.d
Βωλοκτυποτόμος quid 281.c
Boleti qui 94.d
Boleto Cl. Nero ſublatus 141.c
Bombices uermes qui 115.b
Bombus quid 408.c
Bona dea quæ dicta 35.a
Bona uera pauci norunt 198.d
Bona quæ dicantur 623.d
Bona ex prædonib. uindicata ad quos pertineant 173.d
Bonæ deæ ſacra ubi & quando 34.d. & 35.a
Bonæ deæ pudicitia 35.b
Boni ſæpius caſtigantur ac exercentur 617.b
Boni uiri rari 248.d
Bonorum tria genera quæ 169.b
Bonorum diuiſio 519.b
Bootes ſidus 85.c
Borcani ubi ſint 171.b
Boues in opere iũctos eſſe decet 530.d
Bouillæ dictæ 634.c
Brachati unde dicti 485.a
Bracha quid 44.c
Brachmanæ qui fuerint 138.d
Βρόχος quid 53.b
Braſicæ pallentes 90.d
Breue ſit quod turpiter audes 179.b
Brigantes populi 274.d
Britannia inſula 44.a
Britãni currib. in bello utebãtur 82.c
Βρόμος quid 122.d
Bromius cur dictus Bacchus ibidem
Bruma quid 107.a
Bruma unde nomen accepit 641.c
Bruma quando fiebat ibidem
Bruta terra 570.b
Brutij qui 625.a
Brutus ſtultitiam ſimulauit 79.d
Brutus amator & uindex libertatis (570.a
Bua pro potu 142.c
Bucca quid 48.c. 67.d
Bucca, buccea, & buccellatum 132.c
Buccinatorum munus 39.c
Buccina unde dicta 350.c
Bucula quid 209.b. & 542.d
Bulbus quid, eiuſq́; genera 155.d

Bulla

Bullæ quale geſtamen 550.d
Bullæ aureæ uſus qd ſibi uellet 96.b
Bullata quæ dicuntur 548.c
Bullare & ebullare quid 349.c
Bullare ſignificat bullas facere 546.b
Buſtrapus 51.d
Buſtum quid 47.d
Buxus quid 48.b

C

Cachinnus quid 500.a
Cachinno quis dicatur 54.a
Caci hiſtoria 93.c
Cacoethes quid 148.c
Cacozeli qui dicti 127.c
Cadauer unde dicatur 187.a
Cadauera in ſplendido lecto efferebantur 505.b
Cadauera aromatis perfuſa 626.b
Cadauerum unctio 506.c
Cadmi fabula explicata 277.b
Cadmus orationem proſaicam primus inuenit 356.d
Caduceum quid 195.b
Cadurci populi 134.c
Cadurcus quid 164.c
Cadurcus pro culcitra cur dicatur, pagina 134.c
Cædes hominũ memorabilis 167.c
Cædimus translatum unde 537.b
Cepa Græci quomodo uocant 528.c
Ceroma quid 50.d
Ceruleus color qui 36.d
Cæſaris interitus 207.b
Ceſius Baſſus poeta lyricus 612.a
Ceſonia uxor Caligulæ 633.b
Caieta ubi, & unde dicta 267.d
Caius princeps unguento corpus lauabat 529.a
Calamiſtrum quid 36.b
Calamus quid 471.c
Calami pro ſpiculis 253.a
Calathus quid 32.c
Calcei clauati 67.b
Calces unde dictæ 502.b
Calculus quid 191.d.234.a
Caldum pro calidum 89.c
Calendarium liber rationum fœneraticiarum 537.a
Calenum uinum 13.d
Calidum trientem porrigere 505.a
Caliga quid 71.d
Caligati milites 197.a
Caligo quid 141.a
Caligula multos honeſti ordinis condemnauit 633.d
Caligula unde dictus 71.d
Calleo ſignificat ſcio 543.a
Callidi unde dicantur 242.c
Calliditas 484.b
Calliope muſa unde dicta 75.a
Callimachus poeta elegiacus 380.a
Καλῶ quid 577.b
Καλῶς ἔχω, cui locutioni Latinæ reſpondet 204.b
Calor ſignum febricitantium 508.d
Calpe quid, & quanta eius ſit ultima contra quoſdam 280.b
Calui poetæ uerſiculus 197.c
Caluus quid 381.d
Calx 502.b
Camœnæ unde dictæ 46.d
Cameli oderunt genus equinũ 590.c
Camilli geſta 43.c
Caminus pro cupiditate 270.d
Cammarus piſcis 90.c
Campus pro materia 5.c
Campus Martius 561.a
Candelabra unde dicta 69.d
Cãdidati populo blãdiri debẽt 605.c
Candidi deorũ filij appellati 257.d
Canere quid 331.c
Canes cur laribus aſsiſtant 244.c
Canicula quid 464.a
Canis quid 382.d
Canicies tẽporis eſt ſignificatio, non prudentiæ: tum quæ caniciei cauſa pag. 350.b
Cannæ, & Cannenſis pugna 43.c
Canopus Aegypti ciuitas 6.c
Cantherium quid 70.c
Cantharus quid 62.d
Canthum quid 563.b. 565.b
Cantiones molliſsimæ 236.c
Cantu libido excitatur 119.c
Capena porta. i. Appia Romæ 46.b
Caperata frons 189.c
Capillamentum quid 104.d
Capilli defluuio quid medeatur 36.b
Capillus niger matronam, flauus meretricem decet 104.c
Capitalis cauſa quid 399.b
Capitolinus et Tarpeius idem 240.c
Capitolinorũ familia Romæ 42.b
Capitoliũ Capuæ & Beneuẽti 265.c
Cappadociæ fines 146.c
Cappadoces grãdes et proceri 644.b
Cappadoces libertatem recuſarunt
Capp. regẽ elegerũt ibid. (642.c
Cappadoces peſsimi mortaliũ ibid.
Caprearum genera 234.d
Capreæ inſulæ 204.a
Caprificus quid 359.c
Caprotinæ nonæ à caprifico dictæ ib.
Capſarius quid 207.d
Caput unde dictum 399.b
Carcer quid, & unde dictus 71.c
Cardiaci cor cremari nõ poſſe 86.d
Cardiacus morbus, eiusq́; cauſæ & remedia ibidem
Carmen pro incantamento 105.d
Carpendis 24.c
Carpentum quid 197.b
Carpere quid 196.c
Carpobalſamum quid 31.a
Carthaginis uictæ hiſtoria 108.d
Caſia unguentum 457.b
Caſia herba ibid.c
Caſeus quid 16.c
Caſtellum ab oppido quid differat, pagina 274.c
Caſtorẽ mulieres ſolæ iurant 345.d
Caſtor animal 241.d
Caſtores canes Pontici 590.a
Caſtorea quõ uocent medici ibid.
Caſtrorum portæ 295.c
Catana urbs Siciliæ 168.b
Cataſta locus 644.c
Cataſtæ unde dictæ 235.d
Cataſta quid 644.c
Καθάρσιον quid 132.d
Catilina coniurationis autor 29.d
Catilinæ & Ciceronis comparatio (185.c
Catina quid 509.b
Catinum quid 606.c
Catinum unde dictum 121.c.232.c
Cato unde dictus 483.b
Catonis mors ibidem
Catonis hiſtoria ibidem
Catti populi qui 83.c
Catuli Ro. duces, eorumq́; geſta 42.c
Catulire quid 383.a
Caudam iactare, translatio 518.d
Cauea quid 277.c
Caulis quid 22.c
Caupona quæ 139.d
Cauſa qd, eiusq́; genera 113.a. 159.a
Cauſidicis equeſtres ſtatuæ ponebantur 256.b
Cautio in poetis interp. 27.a. 99.a
Cecrops primus Athenien. rex 36.b
Cecropis pro Athenienſi 110.a
Cedri natura 146.d
Κελαινὸς quid latine 176.d
Celeno Harpyia unde dicta ibidem
Cenſor magiſter morum 39.d
Cenſores qui 33.b
Cenſura ibidem
Cenſus ſenatorius 19.a
Cenſus equeſtris qui 18.d
Cenſores quando mutarentur 472.d
Centauri qui 4.a.b
Centones qui dicerentur, eorumq́; uaria ſignificatio 104.d
Centuſſes quid 608.d
Ceparum mira natura 285.c
Cercopithecus quid ibidem a
Cerdo quis 536.b
Cerdones ſordidi artifices 537.a
Cerdones qui, & unde dicti 84.a
& 180.b

Cerebri præſtantia 266.c
Ceroma quid 113.d
Ceruix quid 408.b
Ceruorum uita 277.d
Ceſpes quid 237.d.625.c
Ceuere quid 29.a.120.a.400.a
Chaldæi qui dicti 135.d.205.d
Chaos pro Iano 123.d
Charybdis quæ, & ubi 91.c
Charybdis & Scyllæ fabula 286.b
Chilonis ſapientis tria dicta 227.a.
& 239.c
Chion, id eſt nix 56.d
Chirades morbus unde dictus 386.b
Chiragra lapidoſa cur 551.c
Chirographum quid 257.c
Chiron qui fuerit 62.d
Chiron Achillis magiſter 163.c
Chironomos qui, et unde dicatur 93.b
Χλαῖνα ueſtis 150.d
Chlœliæ Romanæ uirtus 188.b
Χολέρα, latine bilis 233.d
Choragium thymelicum quid 8.c
Choraules qui & unde dicatur 102.b
Χόρος quid ibidem
Chryſippus philoſophus 27.b.
& 643.c
Chryſippus libros quatuor fecit de ſoritis 643.b
Chryſippus per ſoritem argumentabatur ibid.
Chryſippus filius Apollonij Solenſis fuit ibid.
Chryſippus Cleanthis diſcip. 644.c
Chryſippus Pauli Apoſtoli concius ibidem
Chryſippus nobilis dialecticus ibid.
Cibus imperfectus, pro crudo & non cocto 65.d
Ciborum ingurgitatio pernicioſa ſtudioſis ſapientiæ 499.d
Cibos concoqui in balneis 504.d
Cicatrix quid 57
Cicero pater patriæ primus appellatus 186.b
Cicero arguitur à Donato 593.d
Ciceronis filius ſtrenuus 95.d
Ciceronis reprehenſores 163.d
Cicerõis acutus iocus in Verrẽ 175.a
Ciceronis genus 185.d
Ciceronis et Catilinæ cõparatio ibid.
Ciceronis & Octauij Auguſti comparatio 186.a
Ciceronis uerſus reprehenſus 208.b
Ciceronis interitus 207.d
Ciceronis locus reſtitutus 411.c
Ciceronis locus emendatus 483.c
Ciconia an pietatis & concordiæ ſymbolum 20.b.c
Ciconia ſacra 267.c
Ciconia auis pia 382.b
Cicutæ natura 163.b
Cicuta quale uenenum 260.c
Cicuta quid 513.d. & 517.a
Cicutam Dioſcorides conium appellat pag. 591.d
Cilindroides quid 424.c
Cimbrorum clades 186.d
Cinnamum ubi naſcitur 622.b
Cinnamũ cur in maximo precio ibid.
Cincinnum quid 387.a
Cincinnatus unde dictus ibidem
Cinerarius quid 368.b
Cinifio quid ibidem
Cippus quid ibidem
Circei oppidum ubi 83.a
Circẽſes ludi qui et unde dicti 164.c.d. & ſeq. a
Circumcidebantur qui 607.b
Circumſcribere, & circumſcriptor qd 215.c & 276.d
Circumſcriptor quis 292.d
Circus maximus Romæ, & quæ in eo fierent 138.b
Cirnus quæ & Corſica 91.a
Cirri capilli qui 366.a
Citreæ menſæ 14.c
Citreæ menſæ aureis pares 232.d
Citrus quid 380.b
Ciuitates molles quæ 118.a
Clamore in certando uires augeri, pagina 115.b
Chlamys quæ ueſtis 174.b.532.d
Claudius Nero boleto ſublatus 141.c
Claudij Cæſaris edictum de emittendo crepitu 547.b
Claudere latus ſiue tegere 56.d
Claudere ianuam, prou. 257.b
Claui caligares qui 67.a.b.71.d
Cleanthes philoſophus 27.c
Cleanthis labores 562.a
Cleanthes quamdiu uixit ibidem b
Cleanthis ingenium quale ibid.
Clanthes aquam traxit ibidem
Cleanthes Aſius pugil, profectus Athenas ibid.
Cleanthis ſtudium in literis ibidem
Clementia quid 5.b
Cleopatræ hiſtoria breuiſsima 38.c
Clientes qui dicantur, & unde 22.b
Clientes unde dicti 192.a
Clio Muſa 145.b
Clitumni amnis aqua candidos boues facit 240.d
Clodij flagitia 89.c
Cloſter fuſum inuenit 32.c
Clunis an maſc. generis etiã 236.c
Coa ueſtis quæ 174.c
Coccinæ ueſtes quæ, et unde 69.c
Κόκκος quid ibidem
Cocles pro Cyclops 188.b
Coclitis nomen unde factum ibidem
Codex quid 32.d
Cœna recta quæ 17.c
Cœna metonymicos quid 39.d
Cœna feralis 90.c
Cœnacula quæ dicantur 200.a
Cohors quota legionis pars 12.b
Coitus rarus excitat corpus 561.b
Coitus debilitat corpus ibidem
Colaphus, latine alapa 189.d
Colchi præputia circũcidunt 607.b
Collactea quæ dicatur 119.a
Colligere quid 570.b
Colliphia quæ, & unde dicta pagina 32.b
Collirces hiſtoria 425.a
Collirœ fons 425.b
Collyria quæ dicta 138.a
Colluere quid 358.a
Color rhetoricus quid 116.d.
& 158.a
Coloſſenſes non eſſe Rhodios à Paulo Apoſtolo uocatos 185.b
Coloſsi memorabiles ibidem
Coloſſus quid, & unde dictus pagina 185.a
Columbæ unde dictæ 62.b
Cometes quid 124.d
Comes nomen dignitatis 552.d
Comicus à comœdo quid differat, pagina 53.c
Comites qui dicantur 21.a
Commagena ubi 135.d
Commaſculare pro confirmare, pagina 255.b
Commentatores ſecedebant, & in ſolitudinem proficiſcebantur 614.c
Committere quid 25.c.126.b
Committere auctionem 145.c
Commodare & mutuo dare differunt pag. 147.d
Comœdi & tragœdi quid à comicis & tragicis differant 124.a
Comœdia à tragœdia quid differat, pag. 384.d
Comœdus à comico quid differat, pagina 53.c
Comœdiarum genera 1.d. & 2.a
Compages & compago 141.b
Compago unde dicta 70.d
Compendium quid 16.d
Compita quid 528.a
Compitalia dies ibidem
Compoſitus quid 505.b
Computandi ratio digitorum geſtu, pag. 216.c
Conceſsionis ironicæ exempla 118.d
Conche quid 271.b
Concipere quid 199.a

Conchylia

Conchylia, & cōchyliatæ ueſtes 52.b
Concordiæ ſignificatio 555.a
Concordiæ templum: tum ciconia ne an cornix inſigne concordiæ fuerit 20.b.c
Condere fulgura quid 139.a
Condire quid 226.c
Confiſcare quid 76.c.278.b
Confundi quid ſit 45.a
Confuſus, id eſt perturbatus ibidem
Coniector quid 450.d
Coniectura quid ibidem
Conniuere quid 634.a
Conopeum quid 102.c
Conſcientia à quibus uexetur 534.d
Conſcientiæ tormenta 535.a
Conſcientiæ malæ terrores 261.d
Conſcientiæ iudiciū nemo poteſt effugere 247.d
Conſtare, pro ſuppetere 198.b
Continuo, pro breuiter 260.c
Contraria duo conſiſtere non poſſunt 589.d
Cōtinentia uētris quidā periji 547.b
Conturbare pro decoquere, & dilapidare bona 156.c
Contum quid 43.a.200.b
Conuallis quid 298.a
Conuentus quid 98.c.& 176.d
Conuicium quid 66.b
Conuiuæ quid 368.d
Conuiuæ quot eſſe debeant 368.d
in Conuiuio nefas emittere crepitum (547.b
Cophinus quid 46.c
Cophinus corbis genus 135.b
Copia rerum mores corrumpi 118.b
Coqui in magno pretio 161.d
Cor quid 616.a
Cor, ſapientiæ ſedes 159.b
Coraces quid 583.d
Corbulo uir ingens 67.c
Corbes quid 386.a
Corcyra inſula unde dicta 95.a
Corinthiorum opes 175.c
Corium quid 275.b
Corn. Taciti locus reſtitutus 399.c
Corn. Celſus quando floruit, eiusq; libri 113.c
Cornix garrula 542.c
Cornix an ſit concordiæ ſymbolum (20.b.c
Cornicis uita 216.c
Cornicinum munus 39.c
Corniculoria ancilla mater Seruij Tullij regis 187.c
Cornutus præceptor 552.b
Cornutus ſtoicus philoſophus & magiſter Perſii 546.d
Coronati in conuiuijs Romani 87.b
Corrumpere, pro uitiare ſiue ſtuprare 14.d
Corſica inſula quæ & Cirnus 91.a
Coruina familia unde dicta 19.b
Corus uentus 279.c
Coruus impurum animal 33.b
Coruorum ingenium 331.b
Corybantes qui 85.d.& 86.a
Corybantes Cybelæ miniſtri 406.d
Cos inſula qualis 590.b
κόσκινον quid 509.c
Coſsi, pro rugoſis 214.d
Coſmeta quid 129.c
κοσμεῖν, & κόσμος quid 129.c
Cothurnus quid 142.c
κοττάβοις ludus conuiualis 55.a
Coturnix, quænam auis 245.b
Cotytto dea et Cotyttia ſacra quæ 35.c
Couini currus qui 82.c
Cous poeta Elegiacus 380.a
Crambe repetita, prou. 158.d
Crœſi opes & calamitas 218.c
Crapula fumi ualidiores 560.d
Craſſus quis fuerit 243.c
Craſsi patris & filij mors 297.a
Cratera quid 450.a
Craterus quis ille 496.a
Cratini audacia 422.d
κρέας quid 634.a
Crepida quid 423.c
Crepido quid 84.d
Creta argentaria quæ 19.d
Creta alba terra 578.d
Cretatus quid 293.d
Cretenſes mendaces 591.a
Creticus unde & qui dicatur 33.d
Cribra quæ ſunt 509.c
Cribrorum genera ibidem
Criminis translatio 117.a
Crinas Maſsilienſis aſtrologus 138.b
Criſpinos quatuor 589.a
Criſſari quid 120.a
Criſſare quid 400.b
Criticus primus breui unde dictus 33.d
Crocodili deſcriptio 284.d
Cruda quæ dicantur 23.c.d
Crudi qui dicantur 111.b
Cruditas quæ dicatur 23.d
Crudus quid 406.379.d
Cruſtum à cruſta quid 189.d
Crypta quid & unde dicta 92.a
Cryſtallum quomodo fiat, & unde dicatur 107.b
Cubitus quid 529.b
Cucullus genus ueſtis 104.c
Cucurbita pro uaſe quodam 266.c
Culcitra quid 85.b
Culina unde dicta 96.a
Culmus quid 97.c
Cum et tum, elegāter uſurpata 196.d
Cumæ urbs, ubi, & unde dicta 45.b
Cuna quid 442.c
Cunæ, & cunabula quæ 103.a
Cunei pro ſedibus 100.c
Cupiditatis nullum eſſe modum 283.d
Cur in æde Matutæ ingredi nefas eſſet ancillis 578.b
Cur nauſeant nauigantes 103.d
Cur extremæ ſemper pedum partes frigeſcere ſoleant 508.d
Cura quid propriè & trāſlatè 345.b
Curculio quid 530.a.& 531.c
Cures urbs qualis 532.a
Curetes qui 85.d
Curiæ Romæ 173.c
Curij Dentati abſtinentia 27.a.43.b 166.d
Curij Dentati frugalitas 230.b
Curruca auis quæ 116.c
Curſores cur pegaſi dicti 83.d
Curſores pennigeri ibidem
Curſores lampadem geſtabant in currendo 635.c
Curta fides 273.c
Cute perditus 559.a
Cutis à pelle diſtinguitur 214.d
Cyanos quid, et Cyaneus color 286.d
Cybele à cubo 406.d
Cybeles ſacra obſcœna 38.c.d
Cybeles deæ uaria cognomina 57.a
Cyclades inſulæ 115.b.137.a
Cyclas ueſtis quæ 115.a
Cyclopes qui 183.b
Cydones arcus 95.c.d
Cylindri qui & unde dicti 33.b
Cymba, lembus, ſcapha 43.a.75.d
Cymbrorum uirtus 291.d
Cynædi qui & unde dicti 28.a
Cynici qui, & eorum mores 256.b
Cyrrha oppidum ubi 149.d

D

DAci populi qui 111.c
Dalmatæ ſiue Illyrij bellicoſi 176.a
Dama quale nomen 268.d
Damaſippus unde dictus 177.d
Dapes albanæ 34.d
Dare aſſem elephanto, prou. 400.c
Dare uerba quid 471.c
Debiles qui dicantur 272.d
Decemuiralis lex 443.c
Decidere quid propriè 241.c
Decij ſe pro patria deuouerunt 187.a
Dedali caſus & opera 11.b.c
Deducere quid 148.d
Declamatio quid 80.d.158.c
Declamationis uox quando primum uſurpata ibidem
Declamationū audiendarū mos 159.d
Declamationum argumenta 160.a
Decoctores bonorum qua pœna afficiebantur 562.a

Decolor, & alia à colore compoſita 140.a
Decolorare quid ibidem
Deferre pro accuſare 112.b
Deformi occurriſſe, malum 88.d
Delatorum quorundam nomina 8.a.b
Delator qui dicatur 7.d
Deliciæ quæ, & unde dictæ 219.c
Delirio mediam uenā ſecandam 99.d
Delphica oracula cur ceſſarūt 136.b
Delphi oppidum ubi 136.c
Delphinorum columnæ quæ 139.c
Delubrum quid & unde dictum 46.d
Democriti riſus 200.d
Demonſtratiuum genus 521.c
Demoſthenes digito mōſtratus 365 d
Demoſthenis genus, & mors 208.c
Demoſthenes ad Laidem meretricem profectus 533.b
Denarius cur bonus 493.a
Dentalia quid 387.a
Dentes quando naſcātur pueris, quando mutentur 263.d
Depoſitum quid 248.c
Deſcēdere in cœlū feſtiue dictū 141.c
Deſtinare quid 45.b.75.d
Deſcendere tranſlatum 532.a
Deucalionis fabula 15.c
Deus quid 456.d
Deus unde dictus ibidem
Deus & natura an ſint idem 253.c
Deorum ira tarda 255.a
Deos eſſe uel non eſſe, curare uel non curare res humanas qui ſenſerint philoſophorum 253.c
Deunx undecim unciæ 596.c
Dextera ſiue ſiniſtra annos cōputare 216.c
Diobolare ſcortū unde dictū 424.d
Diadema quid & unde dictū 117.c
Dialecti Græcorum quinq; 110.a
Dialogus unde dicatur 345.b
Dica quid 113.b
Dicacitas quid 190.b
Dicendi genera tria 127.b
Dictare quid 112.a.113.c.173.a 380.a
Dictata quid 93.c.365.d
Dictator cur crearetur, quæ eius poteſtas: item unde diceretur 166.d & 167.a
Dictator unde dictus 387.c
Dictatura quid ibidem
Dido, uiraginem ſignificat 126.b
Didonis & ſimilium uaria inflexio
Dies ciuiles Romæ qui 9.d (172.b
Digito monſtrari 365.d
Digito caput ſcalpere, prou. 197.b
Digitū mediū oſtendere, prou. 202 d
Dij ſingularū ciuitatū in Italia 204 c
Dij prudenter rem gerentibus adſunt 224.b
Dij 12 agricolarum 273.d
Dij Penates unde dicti 449.b
Dijs quid utile, nobis quid inutile permittendum 223.a
Dimenſum quid 271.a
Diogenis Cynici mores 283.b.c
Diomedis caſus & errores 19.d
Dion Chryſoſtomus 149.c
Dionyſii hiſtoria 478.b
Diphilus unde dictus 56.a
Diphthongū, ai, græcā in, e, longam à latinis conuerti 19.d
Dirigere arcum 491.a
Diſcinctus quid 473.c
Diſcingere quid 176.b
Diſcipuli alliciendi ad literas 553.d
Diſcurſus quid 16.a
Diſpendium quid 16.d
Diſponere quid 529.b
Diſpumare quid 463.d
Diſtentum, pro pleno 125.b
Diuaricare quid 518.b
Diuerticulum quid 289.b
Diuinare quid 82.c
Diuinatio ex ſyderum aſpectu 162.b
Diuitiarum modus 644.d
Diuitum mores 85.a.b
Diuitijs nihil exitioſius 199.c
Diuites epitheton 493.b
Diurnum, pro Ephemeridis 129.d
Docilitas ad quid referatur 553.c
Doctrina ubi reponēda uidēdū 562 a
Dogma quid & unde dictum 256.c
Dolabella, C. Antonius, Verres, tres latrones 174.d
Dolia uini apud ueteres quomodo pararentur 192.d
Doloris definitio 195.c
Domitiani tempora infelicia 7.b
Domitiani inceſtum ſtuprū, eius item leges 29.d & 30.a
Domitianus deus appellatus 77.c.d
Domitianus ſolus muſcas configebat 78.b
Donaria quæ dicta 258.c
Doris marina nympha 53.c
Dormire & ſtertere quid diff. 11.d
Dormiendum quandiu 463.d
Doryphoros unde dictus 80.b
Dotem grandem qui capit, imperium uendit, & libertatem 106.b
Draconis monſtroſi deſcriptio 134 d
Draucus qui 27.d.& 31.d.191.d 192.a.236.a
Druſi tres rebus geſtis clari 169.a
Duas res nemo eodem tempore curare poteſt 149.d
Ducere, pro bibere 125.c
Ducere quid 436.c
Ducllium quid 16.c
Durare, & dura quæ dicantur 194.a

E

EBrij deſcriptio 118.d
Ebullire quid 435.b
Ebur pro elephanto 246.c
Echini qui piſces 83.c
Echo quid 409.c
Edamus & bib. cras moriem. 596.d
Educatio multum ualet 267.b
Edicere quid 425.c
Edulia ſimilib. literis cōcinnata 225 d
Efferri propriè quid 109.b
Electra fabula 541.a
Electri ratio explicata 87.c.d
Elegia quid 380.a
Ἔλεγχος quid 358.c
Elementa pro literis 125.d
Elementa unde dicta 126.a
Elementis quatuor oïa cōſtāt 264.b
Elementa uitiorum 270.d
Elenchi pro unionibus 128.a
Elephas, pro ebore 246.c
Elephantis dentes 233.c
Eleuare quid 349.a
Elixum unde dictum 70.c
Eloquentiæ periphraſis 199.b
Eloquentia interdum damnoſa 208.a
Eloquentiæ uis 518.b
Eluinus fons 71.d
Eluuies quid & unde dicta 47.d
Embolium quid 503.b
Emeriti qui dicantur 131.a
Emphaſis exemplum 177.d
Endromis ueſtis 54.a.b
Endromis ueſtis quæ 113.d
Endymionis fabula 221.b
Ennius ubi habitauit 613.b
Ennius quo morbo oppetijt ibidem
Ennij patria 616.a
Ennius tria corda habebat 616.a
Ennoſigeus cur dictus Neptun. 213 d & an duplici n ſcribendū 214.a
Enthymema quid 127.b
Epentheſis quæ figura 74.d
Ephebia ætas quæ 220.d
Ephebus qui & unde dictus 44.b
Ephemerides quæ dicantur 137.d
Epibatra nauis 68.c
Epictetus max. philoſophorū 562.a
Epicuri frugalitas 256.d
Epicuri ſententia de uoluptate 592.d
Ἐπιφώνημα quid 52.d.279.a
Epirhediū quid, et unde dictū 171.d
Epiſtomium quid 561.a
Epitogium quid 121.b
Eques duobus modis dicitur 206.b
Eques, pro equo ibidem
Equeſtris cenſus qui 18.d

Equeſtris

Equeſtria quæ 58.a
Erretinus 424.b
Erectum unde dictum 424.b
Ergaſtulū quid, & unde dictū 196.d
Erimanthus unde dictus 56.a
ἑρμηνεύω, quid latine 171.b.c
Eruca uenerem accendit 197.c
ἔρυθρος quid 196.c
Eſox, piſcis Rheni lautiſſimus 271.c
Eſſeda quid 633.a
Et particula indignationem ſæpe exprimit 190.c
Et, pro id eſt 206.b
Euganei, pro Venetis 168.b
Eumenides unde dictæ 280.d
Eunuchus unde dictus 5.d.220.d
Eunuchis cur uox acuta & exilis 132.b
Eunuchi cur barbā non habeāt 122.c
Euphrates flu. ubi 171.a
Euphratis ortus & curſus 18.c
Eupolides comœdiarū ſcriptor 422.d
Examen quid 349.b
Exaphorum quid 13.a
Excutere quid 378.a
Exemplum quid 39.a.247.d
Exempla mala quantum noceant adoleſcentibus 265.b
Exercitatio corporis quo tempore fiebat apud ueteres 515.b
Exigere, eiusq; ſignificationes 214.c
Eximius unde dicatur 234.d
Exodia quæ dicta 60.d.191.d
Exorbitare quid 265.c
Expungere quid 436.a
Exquiliæ collis, unde dictus 51.b
Exta quid 447.c

F

FAbæ natura, & cur Pythagoras ea ueſci prohibuerit 294.d
Fabiorum familia 42.c.167.d
Fabrateria, & Fabraternus 65.c
Facere ſacrificale uerbum 196.d
Facetū, pro exculto & elegāti 190.b
Facies quid 157.d
Facies à uultu quid differat 252.c
Facundia canina 419.c
Facundiæ certamen, tum præmia, tum pœnæ 9.a
Fagus quid 561.d
Falcarius quid 281.c
Falernus ager unde dictus 196.d
Famæ ſitis maior q̃ uirtutis 209.b.d
Fames & egeſtas magiſtræ 330.d
Familiæ aliquot ueteres 166.d
Famoſus quid 192.d
Farrago quid 16.b
Farrata, pro cibis ex farre 232.c
Farina unde tranſlata 579.d
Faſces uirgarum & ſecurium cur ligati magiſtratibus præferrētur 56.c
Fatum quid 28.c.139.b
Fati uis 191.c
de Fato qui tradiderunt 555.c
Fatui qui dicantur 189.
Fauces quid 503.c
Fauere linguis quid 244.a
Febris unde dicitur 508.d
Febricitantium ſigna 499.c
Felix quid 368.b
Felix nemo malus 72.c
Felices qui dicantur 248
Felicitatē in longa uita nō eſſe 216.d
Fera pro morte 90.c
Feralis cœna ibidem
Fercula quæ dicantur 17.b
Fermentum quid 359.c
Fermenteſcere quid ibidem
Fertum quid 449.d
Ferulæ deſcriptio 4.d
Feſtinata mors quæ 79.a
Feſtuca quid 600.c
Fibræ quid 378.d
Ficedula auis 263.c
Fici, idem quod mariſcæ 28.b
Ficus ubi optimus 91.d
Fidelia quid 471.d.493.c
Fides curta 273.c
Fides genus citharæ, & unde dicta 615.b
Fiſcus quid 76.c.278.b
Flagellum à flagro 44.d
Flammeum uelum 40.b
Flammeum quid 112.c
Flammearij qui flammea conficiunt 112.c
Flammeolum quid 222.b
Flaminia uia 12.c
Flauus color 92.d
Flauum pro pulchro 121.d
Flora dea florum 609.a
Flora meretrix in deas relata 114.b
Floræ meretricis hiſtoria 278.d
Flumina Syriæ 179.c
Foci molles cur dicti 244.b
Fœdifragus unde dictus 51.d
Fœmen quid 125.b
Fœmineæ calendæ 192.c
Fœmur quid 152.b
Fœneratores cui comparantur 536.a
Fœnus propriè quid 639.c
Fœniſeca, fœniſex, fœniſecium, & id genus 281.c
Foliata unguenta quæ 128.c
Folles quid 542.c
Follis quid 251.c
Fons unde dictus 325.b
Fons Pegaſeus ſiue Caballinus 327.d 328.a
Fora tria Romæ 32.a
Foricæ, id eſt latrinæ 48.d
Forma & pudicitia pugnant 220.b
Forma nocet 221.d.222.a
Formā non ſemper optandam 219.c
Forma donum dei 520.a
Forma corporis rapida 520.b
Formoſa & pudica mulier rarum miraculum 199.a
Formoſæ raro pudicæ 220.b
Formoſo occurriſſe bonum 88.d
Fornix pro lupanari 58.c
Fortitudinis effectus qui 223.c
Fortitudinis contrarium 624.a
Fortuna quid, & circa eam errores 232.d
Fortunæ temeritas 162.c
Fortunæ ludibrium mirum 203.a.b
Fortunam ſequitur uulgus 204.b
Fortuna nullum habet in ſapientē ius 224.b
Fortunæ templum ubi 268.b
Fracta uox, id eſt mollis 38.d
Fragor quid 238.a
Framea quid 252.d
Franciſcus Ruueris 434.b
Frangere paſsiue acceptum 129.c
Frigere quid 419.b
Fritillum quid 263.b
Friuola quæ dicantur 62.b.89.b
Frons lecti quæ 231.d pro pudore 239.b
Frons obducta & caperata 189.c
Frontem perfricare prouer. 180.d 262.c
Fronto Romanus 4.b
Frugalitas Pauli Aemilij 168.d
Frugalitas antiqua 231.b
Frugalitatis cōmoda 17.b
Frugalitas ueterum Rom. 272.d
Frumentum ubi optimum 91.d
Fulcra quæ dicantur 98.c
Fulgentij locus reſtitutus 424.b
Fulgur quid à fulmine differat 138.d
Fuligo quid 86.d
Fulmina condere quid 139.a
Funambulus, funerepus 51.d.279.b
Funerum mos antiquus 217.c
Funeta quid 580.b
Fungi periculoſi 94.d
Funus M. Aemilij Lepidi 115.c
Furiarum nomina 150.b
Furnos & balnea, prou. 145.a
Furuus color 245.d
Fuſcina telum 42.b
Fuſum Cloſter inuenit 32.c

G

GAbij ſimplices 61.d
Gabij, oppidum ubi 145.a
Gadaris Syriæ urbs 160.d
Gades inſula 198.d

Galatia eadē quæ Gallogræcia 146.c
Galbini mores, id eſt molles 37.a
Galbanum coloris genus 36.d
Galbanus arbor quæ 37.a
Galbula auis quæ 137.b
Galerita auis quæ & Alauda 104.c
Galerum ſiue Galerus quid 104.c
Gallia bellicoſa 175.d
Gallorum ſacerdotum ritus 39.b
Gallinaria ſylua & inſula 70.d
Galli ſacerdotes Cybeles cur dicti 131.d
Galli ſenatores Romæ 155.b
Gallorum ſacerdotum mores diſſoluti 132.a
Gallogræcia ubi ſita 146.c
Galli ſacerdotes 179.d
Gallorum ueſtitus 185.c
Galliæ narbonenſis fines 185.c
Galli Rhetores 290.d
Gallina altilis 92.d
Gallinæ numidicæ inſignes 235.a
Gallinæ albæ filius, prou. diligēter explicatur 257.d
Gallus nomen ambiguum 607.c
Ganeo & Ganea quæ 228.d
Ganges flu. ubi 198.d
Gannire quid proprie 577.c
Garus cibus pretioſiſſimus 623.c
Gaudium quid 16.a
Gaurus mons 173.b
Gauſape quid 530.a
Gauſape pro barba ponitur 530.a
Gauſapum genus ſtramenti 630.a 633.a
Gelaſinus qui & unde dictus 200.d
Geminatio quid 116.d
Gemini qui ſint 555.b. & 623.b
Gemini dentes unde dicti 421.a
Gemmæ appellatione quæ contineantur 7.b
Gemmarum nomina aliquot 257.c
Gemmis pocula ornata 87.d
Gemoniæ ſcalæ Romæ quæ 155.c
Genæ quæ dicantur 105.c. 214.d
Generoſus qs dicatur 170.a. 162.a
Generoſiſſimus quis 520.a
Geneſis quid 138.a
Genitalia mulieris omniū animalium maxima eſſe 642.a
Genitiui uſus 66.a
Genius quis 98.c. 136.d. 434.a
Genius malus qualis 532.b (595.a
Genio indulgere quid 77.c. 528.a
Genium ſingulis dari 37.a.b
Gentiles qui dicantur 50.c
Genuini dentes qui 89.c
Geometria quid 424.c
Geometriæ inuentores ibidem
Geometres quid ſit 51.c
Germania à quibus ſeparatur 532.c
Germanorum oculi, & comæ quales (259.c
Geſſa, quæ tela 206.a
Geſtatio quid 72.c. 161.b
Geſtire quid 423.c
Giaros inſula 14.b
Gibbus quid 103.d. 220.a
Gigantum filij qui 79.b
Gigantum hiſtoria 79.c
Gingiuæ unde nominatæ 214.d
Gladius bonus 518.d
Gladiatorū nomina & arma 182.b
Gloria duplex, uera, & adumbrata (211.c
Gluma quid 568.d
Gluto quid 579.b
γνῶθι σεαυτόν, eiusq; declaratio (227.a
Gobio piſcis 227.d
Gorgonum fabula 240.a
Gracchi quomodo perierint 29.c
Gradiuus Mars cur dictus 40.c
Græci mendaces 213.a. 277.a
Græci periurij autores 98.a
Græcorum quinq; linguæ 110.a
Græcum prouerbium 351.a
Grammatica regula 193.d
Grammatici triplex munus 51.c
Grammatici officium 164.d
Grammatici merces 165.c.d
Granarium unde dictum 579.a
Graſſari quid 70.d. 273.d
Gula taxatur 23.b.c
Gutta à ſtilla quid differat 163.d
Gutum uas olearium 236.b
Guttur quid 358.a
Gutur inflari uitio aquarum 259.b
Gymnoſophiſtæ qui 135.d
Gypſus quid 27.b

H

Aeres ſecundus quid 435.d
Hāmonis fons & templū 136.a
Hamus quid 593.c
Hannibalis hiſtoria 407.c
Harena pro theatro 298.d
Harenam metiri, prouer. 25.a
Haruga, id eſt uictima 40.a
Harundines ingentes 90.d
Haruſpex qui & unde dictus 124.b
Haruſpex quis 40.a
Haſta auctionis ſignum 48.a
Haſta pro auctione 48.b
Hebenum quid 590.b
Hecatōbe quid et unde dicatur 245.c
Hecatombe ſacrificium quale 633.c
Hecubæ luctus & fatum 218.a
Hederæ uſus 329.c
Hedymeles unde factum nomē 123.c
Heliconides muſæ cur dictæ 328.d
Helicon mons 539.d
Heliocaminum quid 542.b
Helleborus 521.d
Hellebori uires 38.d. 491.d
Hemina quid 424.a
Heracles unde conflatum nomen, & quid ſignificet 10.d
Heracliti lachrymæ 200.d
Hercæus Iupiter cur dictus 218.a
Hercules deus lucri 435
Herculis mors 229.c
Herculis templum Romæ 268.b
Hercule, uirorū iuſiurandum 345.c
Here, pro heri 47.b
Hermæ quæ dictæ 171.b.c
Hernia qui morbus 120.c
Herodes primus rex Iudæorū 606.c
Herodes præfectus Iudæorum 603.d
Herodes paruulos in Bethleem interfici iubet 604.b
Herod. ſororis ſuæ uirū interemit ib.
Heroici carminis inuētor quis 541.c
in Heroico carmine bella decātantur (539.c
Heros quid 385.a
Heſperides puellæ 270.c
Heſperus cur conſcendit cacumē montis Atlantis 578.b
Hiacynthus pro formoſo 103.d
Hiagnis inuētor muſici cantus 189.c
Hibernare quid 615.c
Hic pro illic 65.c
Hieroſolyma quo tempore fuit excisa 135.b
Himantopodæ qui 29.b
Hippo, dea quæ 178.b
Hippolyti fabula 221.d. 634.d
Hippomanes quid 105.d
Hirci cur libidinoſi 498.c
Hirus quis, & unde dictus 215.d
Hiſcere quid 93.d
Hiſtoria ab annalib. quid diff. 37.c
Hiſtoriæ ſcribendæ leges qui tradiderint 153.d
Hiſpania bellicoſa 175.d
Hiſtrionica infamis 181.c
Hiſtriones unde dicti 117.d
Holus quid 509.c
Homeri partus 613.d
Homeri mater 613.d
Homerus cæcus 616.c
Homeri laudes ibidem
Hom. mortuus propter ænigma 616 d
Homo de muliere 217.a
Homo ab humo 493.d
Homo arbori comparatur 561.c
Homo deo quàm ſibi charior 223.b
Hominis diminutiua 94.b
Homines ex luto ficti 97.d
Hominum ſtatura indies minor fit 289.a
Homines ubi immolarentur 291.b
Hominis munus 292.d
Homines cur naſcuntur 492.c

Hominem

Hominẽ quid à brutis diſtinguat 293
Homini crudelitas non eſt exercenda 493.b
Homines molles & delicati pilos euellunt 530.c
Homines conſcientia ſtimulati pallidi efficiuntur 543.a
Homines breuis ſtaturæ prudentiores reliquis 577.c
Homicidæ cuiuſdam hiſtoria 438.a
Honor ex cenſu 270.d
Honoris templum 20.b
Honore Italo 423.d
Hora comedendi Romæ 9.d
Horatij Coclitis uirtus 188.b
Horatius quando ſit mortuus 421.b
Horoſcopus quid ſignificat 623.b
Horti apud ueteres celebres 95.a.b
Hoſpes quid 435.a
Hoſtia & uictima quid diff. 240.c
Hoſtilius rex Romanorum 552.b
Humana omnia caduca 210.b
Humanæ uitæ fragilitatis deſcriptio 492.c.d
Hydropiſis ſpecies quot 491.d
Hyle pueri caſus 25.d
Hypallage 30.c
Hypallage Rhetorica 123.d
Hyperborei qui & ubi ſint 128.d
Hyſterologiæ exempla 141.c

I

Iactare ſe alicui quid 12.c
Ianus antiquiſsimus deorũ 123.d
Iano quo ritu ſacrificabant ruſtici 123.c
Iani cognomina 124.a
Ianthinus color 366.d
Ianthina ueſtis quid 366.d
Ianua à porta quid differat 148.a
Ianuæ ferratæ Romæ 147.d
Iaſonis mors 143.a.b
Iaſpis qui lapis & ubi reperitur 88.a
Ibis quale animal 284.d
Icari caſus 11.b.c
Icterus auis Galbula dicitur 137.b
Icterus morbus, & unde dictus ibid.
Idumea ubi 178.d
Iecur quid 359.d
Iecur anſeris 92.c
Ieiunum odium 288.d
Ignis conſeruandi mos unde 77.a
Ignotum hominem quomodo priſci ſalutarent 278.d
Ilia quæ dicantur 94.c
Ilia quomodo ſumantur 534.c
Ilias unde dictum 422.c
Imago à ſtatua quid differat 329.b
Imagines maiorum 166.b
Initiatio Vergiliana 9.a
Imperium quotuplex 205.a
Impiare quid 443.a
Imponere quid 79.d
Imprecatio dira ualde 247.c
Improbus pro auido 140.c. 193.c
Improbus,p inſatiabili & ſæuo 193.b
Impune quid 1.d
Imputo pro aſcribo 28.c
Inarimes mons & inſula 45.d
Incendium ingens Romæ 45.d
Inceſtus qui dicatur 72.d
Index quid 203.d
Indicium quid ibidem
Indigenæ qui dicantur 249.d
Indignatio multum poteſt 15.b
Induperator pro imperator 74.d
Infimus digitus 442.c (209.c
Inferi ubi ſint 43.a
Infibulandi ratio 123.a
Infibulatio penis cur fieret 102.c
Ingenium quid 293.c
Ingeniũ magnũ interdũ nocet 208.a
Ingenij acumen 518.a
Ingenui qui dicantur 474.543.a
Ingratus quis dicatur 273.c
Inguen quid 9.a.55.a
Inſaniæ genera 250.c
Inſanos poetas eſſe quomodo intelligendum 149.c
Inſignia quæ dicantur 184.d
Inſtitor qui ſit 164.b
Intẽperantiã quæ mala ſequãtur 23.d
Intendere quid 619.b
Interceptor, idem qui quadruplator uel delator 7.d
Interrogationis uſus 279.a
Interrogationis uis 350.d
Inteſtatus qui dicatur 24.a.& 69.a
Inuentor muſici cantus 189.c
Inueſtigare quid & unde 98.a
Inuidia quid 617.a
Inuidia pernicioſa 617.a
Inuidi deſcriptio ibidem
Inuidi quomodo torquentur 493.c
Inuidentib. quid accidere ſolet 617.b
Inuidus macreſcit 617.a
Io Oſiris uxor, eadem Iſis dea 133.c
Io mutata in bouem 607.d
Io à Ioue rapta ibidem
Ioca & ſeria opponuntur 554.b
Iocus quid 190.b
Iocus de penula 90.b
Ionia regio qualis 622.a
Ionium mare 625.a
Ipſe pronomen tribus iungitur perſonis 117.a
Ira quid 15.a
Ira deorum lenta 255.a
Ira animum perturbat 576.d
Irati ſtulti & dementes habẽtur ibid.
Ironiæ exempla 170.b
Irriguum unde dictum 560.d
Iſæus orator 51.c
Iſis dea Aegyptiorum 130.c
Iſis eadẽ quæ Bellona & Cybele 82.c
Iſidis templũ Romæ funditus euerſum 67.d
Iſter ſiue Danubius 179.c
Italiæ termini 10.c
Iudæorum uanitas 135.a
Iudæi nudo pede peragũt ſacra 107 d
Iudæi cur nebulas dicantur colere 268.d cur ſuilla abſtinẽt 269.b cur circumcidantur c
Iudæorum inhumanitas 269.d
Iudæi ſuperſtitioſi 606.b
Iudæi in ſabbato obſeruando ſuperſtitioſi 607.a
Iudæi in ieiunij die capti à Pompeio 607.a
Iudæi quo ſigno dignoſcuntur ibidem
Iudæi dicunt ſe ab Aegyptijs circuncisionem didiciſſe 607.b
Indicationis inueſtigandæ ratio 158.d
Iudicia hominum uaria 560.b
Iudiciorum ueterum forma 298.c
Iugula quid 80.d
Iuguli qui dicantur ibidem
Iulius Baſſus 611.d
Iumenta quæ dicantur iuriſconſ. 71.c
Iumẽti appellatiõe quæ ueniãt 267.c
Iunius quid 449.c
Iuno nubentium dea 99.d
Iupiter pro aere 90.a
Iupiter & Mars mœchi 100.c
Iouis Hammonis hiſtoria 136.a
Iupiter, Herceus cur dictus 213.a
Iupiter ſalutaris 555.d
Iouis ſepulchrum & antrum 591.a
Iuratus & iniuratus quid 84.d
Iurgia quæ, & iurgare 86.a
Iurgium à lite quid differat 116.a
Iuriſdictio quid 205.a
Ius ciuile quid 31.b.32.a
Iuſtitia & pudicitia ſorores 98.b
Iuuenalis Satyras ſuas non ſcripſit ſub Domitiano 75.b
Iuuenalis locus emendatus 26.b
Iuuen. locus reſtitutus 503.b.519.b
Iuuen. loci & Horatij cõtrarij 127.a
Iuuenalis locus diligenter explicatus 165.c (& 492.b
In iuuẽtute diſciplinæ & artes diſcen
Iuuerna inſula ubi 43.d
Ixionis fabula 250.d.

L

Labeõis iuriſperiti libertas 346.c
Labes quæ ſit 34.c.
Labor pudicitiæ cuſtos 117.b
Labores uoluptatib. anteponẽdi 223.d
Labrum quid 328.b
Labyrinthus quid, & quot, & ubi fuerint 11.a.b

Lacerna

Lacerna quid 381.a
Lacerna unde dicta ibidem
Lacernarum plura genera ibidem
Lacertus piſcis 271.c
Lacheſis parca 47.c
Lachrymæ mulierum 116.c
Laconica quæ 504.d
Laconica ſaltatio 236.d
Laconum puellarum mos 113.d
Lacus quid 438.c
Lacunar quid 11.d
Ladas qualis 529.b
Ladas pernicitate inſignis 254.c
Læna ueſtis quæ, et unde dicta 150.d 367.a
Leno quid 2.d.58.c.111.c
Lenis quid 392.d
Læuo pectore 450.b
Lagena quid 86.b.156.a
Lais meretrix 533.b
Lallare quid 471.b
Lambere quid 329.b
Lana ſuccida quæ 85.d
Lana hiſpanica cur rutila eſt 241.d
Lanæ in quibus locis optimæ 168.b
Lanæ Apulæ præſtantia 106.c
Lanitarum familia 84.a.123.c
Laniſtæ qui 112.a.225.c
Lanx quid 459.a
Lapides pro miliaribus 138.a
Laquear quid 11.d
Laquearium unde dictum 473.c
Lararium quid 552.d
Lares qui 97.b.552.d
Lares ſpretos & contemptos ibidem
Lares in domibus culti ibidem
Largitiones in petitione magiſtratuū Romæ 204.d
Laribus cur canes aſsiſtant 244.c
Laridum quid & unde dictum 230.d
Larua quæ ſit 197.d
Laruatus quid 38.d
Laſanum uas 54.d
Latro uel latrunculus in ludo quid 234.a
Latrones Romani tres 174.d
Latrones qui & unde dicti 200.b
Laurentum oppidum ubi 19.b
Laureolus tragœdiæ nomen 180.d
Laurus 630.c
Lauro nuptialis domus ornabatur 102.b
Laurum mordere, prouerbiū 146.d
Laurum Romani mittere Romam ſolebant ob rem bene geſtam 532.b
Laus, amicitiæ principum 346.b
Lautus quid 224.d
Lauti qui 13.c
Lectica quæ ſit 7.c
Lecticarij 13.a
Lectorum luxus 231.c
Legatus quis dictus 179.d
Legatum quid 195.a
Legirupa quis 51.d
Legitimus, finitimus, æditimus, æditimus unde dicta 111.a
Lembus quid 43.a
Lemures qui 42.d.197.d.607.b
Lemures unde dicti 609.b
Lentulus ſpinter primus uſus eſt dibapha 457.b
Leſtrigonum immanitas 264.c
Leucas inſula ubi 186.a
Leue quid dicatur 28.a
Leuitici locus reſtitutus 528.c
Lex quid 31.c
Lex Iulia in adulteros 30.d. 93.b
Lex Scatinia 31.b
Lex à iure ciuili quid differat 31.b
Lex Fannia de ſumptibus 92.d
Lex Papia 194.d
Lege inuenta, & fraus quoq; inuenta 11.d
Leges ab Athenienſibus qui Romam portarint 170.c
Legum capita minio notabant ueteres 274.c
Libellus quid 113.b
Liber qui dicatur 155.a
Liber homo non in ſeruitute diſcere debet diſciplinas 553.d
Liberales uiri 92.b.c.153.b
Liberalitatis contrarium 624.a
Libertini qui 28.c
Libertas philoſophica 568.b
Libertas ueterum in uitijs reprehendendis 24.b
Libertas uera quæ eſt 568.d.569.d
Libertas duplex 570.d
Libertus qualis proprie 624.c
Liberorū trium, uel ſeptē, ius 195.b
Libido quid 28.b
Libido nunquam ſatiatur 105.c
Libido ex ocio 523.c
Libido amaritudinum multarum cauſa 537.c
Libitina, pro morte 347.a
Libitinarius qui 47.d
Libra quid 555.a
Libraria, pro bibliotheca 129.b
Librarius & libraria qui libros ſcribit 129.b.196.c
Libri non ex uetuſtate, ſed ex doctrina conſiderandi 147.d
Libum qui cibus 61.b
λικμάω quid 509.c
Lictores unde dicti 56.c.517.a
Lictores quot pretorē, quot item conſulem præcedebant 56.c
Ligula quid 85.c
Ligures populi ſunt 612.d
Liguria unde dicta 615.c
Limen quid 418.d
Limen pro amicitia 56.a
Lingua qualis 514.d
Lingua mali ſerui peſsima 196.d
Linguæ quinq; græcorum 110.a
Linguis fauere quid 244.a
Linguam exertam educere irriſionis ſignum 382.d
Limum quid 531.b
Linendi gypſo dolia mos 192.d
Lintea inſcripta quæ 179.c
Lippa propago 459.a
Lippus qui dicatur 208.d.292.d
Lippitudo quomodo à græcis dicatur 569.b
Liquores corporibus gratiſsimi duo 529.a
Lis à iurgio quid differat 116.a
Litera de nare canina 419.b
Literæ auibus alligatæ 83.d
Literis ſimilib. prādia parata 225.d
Lituus quid 275.a
Liuij hiſtoria ingens 153.d
Liuij loca reſtituuntur 641.a
Liuor quid 296.a
Lixa quid 530.d
Locus in Euangelio de ſpicato unguento emendatus 128.c
Loci rhetorici qui 113.c
Loculi qui dicantur 16.c
Lodex quid 110.c
Longū pro antiquo & nobili 166.c
Lorarius ſeruus 264.d
Lorica unde dicta 200.a
Lorica ex corio fiebat 209.b
Loripedes qui & ubi 29.b
Lubricare uerbum 237.c
Lucanus poeta ditiſsimus 151.c
Lucani populi ubi 130.a
Lucernarum accenſio noctu 606.c
Lucifer quid 578.a
Lucifer quæ ſtella 167.c
Lucilius primus ſatyram ſcripſit 5.c
Lucretiæ forma nocuit 219.d
Lucrinus lacus 83.b
Lucri bonus odor, prou. 275.c
Luctationis artis primus inuentor 530.c
Lucus Martis, qui & ubi 3.a.c
Ludij & ludiones qui 226.c
102.c 103.d
Ludorum ſiue certaminum græcorum genera 184.b
Ludouicus Viues ubi de Sibyllis ſcripſit 176.c
Ludum literarium media nocte petebant pueri 164.c
Lugdunum ubi, & à quo conditū 9.b

Lugduni Caligula certamen facundiæ inſtituit 9.a
Luna oppidum Hetruriæ 613.a
Lunatos calceos cur geſtarint Romani 162.a
Lupa pro meretrice 50.c
Lupæ pro meretricibus 104.d
Lupercalia ludi 41.c
Lupanar quid 104.d
Lupus piſcis 91.d
Lupum auribus tenere prou. 350.d
Lupus quid 422.a
Luſciola luctuoſe canit 541.d
Luſcioſus quid 215.d
Luſcus quis dicatur 215.d
Luſtrantia ſiue expiantia quæ 43.d
Luſtrare quid 442.d
Lutatus quid 505.b
Lutum pro luteo 125.d.208.d
Lutum, primam habet comunẽ, cõtra quoſdam 265.c
Lyciſca meretricis nomen 105.b
Lymphare quid 39.a
Lymphatus ſiue lymphaticus qd 38.d
Lynx quid 409.a
Lyra quid 614.d

M

Macellũ quid 91.b.99.c.225.d
Machinarius 424.b
Macrinus quis fuerit 425.c
Madidus pro ebrio 213.d
Mæna quid 494.a.& 496.d
Mænades unde dictæ 119.d
Manius terræ filius 635.a
Mæotis palus 75.d
Mæſia regio ubi 198.a
Magi Perſarum ſacerdotes 135.d
Magicæ uanitas 140.d
Magiſter quid 516.c
Magiſtri ludi qui 365.d
Magiſtratuum Hetruſcorum inſignia 552.b
Magnus, pro maximus 167.d
Magnos montes, prouerbium 492.a
Magno, paruo, & ſimilia cum uerbis æſtimandi 59.c
Magus quis dicatur 51.d
Maialis qui porcus 70.c
Maieſtas quid 19.d
Malus nemo fœlix 72.c
Mali ſunt ſerui 95.d
Mali ingenij ſignum 117.b
Malorum omnium finis eſt requies 616.d
Μαλθακῶς quid 13.b
Mamma quid 471.b
Mamma pro matre 6.b.42.c
Mammillarum nomina 105.b
Mancus unde dictus 49.c
Mandra quid 66.b
Manes qui 42.d.369.a
Manium Dianæ Aricinæ conſecraſſe ferunt 635.a
Mangones, mangonium, mangonizare quid 235.b.c
Manicæ quæ dictæ 114.d
Manipulus quid 178.b
Manipularis miles unde dictus 178.b
Mantica quid 530.d
Manticæ duæ 527.a
Manus miſsio apud Romanos 600.c
Mappa quid 86.b
Mappa, cuius rei ſignum 238.a
Marcellus reprehenditur 528.a
Marcelli locus correctus 471.b
M. Curius abſtinẽtiæ exemplũ 166.d
Mare cœlo confundere prou. 117.a
Maria unde nomina ſortiantur 103.c
Maris incommoda 592.a
Margo quid 2.c
Marij Arpinatis laus 186.b
Marij calamitas 218.d
Mariſcæ idem quod fici 28.b
Maritus de brutis dictus 53.b
Marmora ubi præſtantiſsima 268.a
Marmoreis cruſtis parietes operire quis inuenit 4.c
Marra quid 71.a
Marſiæ cum Apolline certamẽ 189.c
Marſupiorum ſiue ſacculorum multa nomina 278.b
Martiæ calendæ mulieribus cur dicatæ 192.c
Martialis locus correctus 84.d
Martialis locus reſtitutus 348.d & 529.a
Martij campi admirabilis magnitudo 561.a
Martis lucus qui & ubi 3.a.c
Maſſurius quis 570.c
Maſsilienſium laudabilis lex 100.d item 110.d
Matertera quid 634.c
Mathematicæ artes quæ, & unde dictæ 136.d
Mathematici qui, & unde appellati 277.d
Matutam auroram eſſe 578.b
Matutinus unde dicatur 80.c
Mauri celeritate pedum ualent 233.c
Mauri & Indi cur gracili & macro corpore ſunt 128.d
Mecœnas homo delicatus 13.b
Medeæ caſus 143.a
Medi ubi ſiti 213.c
Medicina animorum tam neceſſaria quàm corporum 508.c
Meditari & meditatio quid 80.d
Meditatio mortis quid 593.a
Medium digitum ſiue mediũ unguem oſtendere prou. 202.d
Megalenſes ludi unde dicti 64.d 101.b.& 238.a
Mel ubi optimum 91.d
Melicerta Cadmi filia 578.b.582.a
Meliore lapillo 433.d
Mellarium quid 35.b
Melos quid, & an primã habere longam poſsit 146.c.331.d.338.d
Memnonium quid 285.a
Menalippe tragœdia 184.d
Mendaciũ dicere criminoſiſſ. 569.b
Menœcei in patriam pietas 277.a
Mens unde dicta 434.d.551.b
Mens in corde ſita 615.d
Mentis aciem reflectere quid 530.d
Menſæ citreæ 14.c
Mentor arte cælandi nobiliſſ. 174.d
Mephitis proprie quid 504.d.507.b
Meracas à mero 519.b
Mercator currit ad Indos 642.c
Mercaturæ inuentores qui 560.b
ex Mercatura lucrũ Mercuriũ 643.c
Mercatorum uituperatio 521.b
Mercium cõmutatio apud quos 520.d
Mercurius 529.d
Mercurius unde dictus 579.b
Mercurius cur Hermes uocatus 171.b
Merere quid 369.b
Mereri quid 65.d
Meret æra, & meret ære 299.b
Meretrix cur lupa dicta 50.c
Mergus quid 622.a.625.b
Meritoria loca 65.d
Merula ſurdum animal 519.b
Merula unde dicta 519.b
Merula ſurdior prouerbium 519.b
Meſis figura 534.c
Meſſalinæ libido 104.b.222.b
Meſſalarum familia 459.a
Meta quid 424.c.492.d
Meta uaſculi genus 52.d
Meta à metiendo 496.c
Metelli admonitio ad Mariũ 516.a
Μετεμψύχωσις quid 328.c
Metiri ſe ſuo quenq; pede 624.c
Metonymiæ exemplum 199.a
Metopoſcopi qui dicti 138.c
Metreta quid 67.a
Mi, pro mihi 205.b
Midæ fabula 421.d
Miletos ciuitas ubi 118.a
Miliaria numero lapidũ notata 138.a
Militiæ commoda numerantur 295.a
Milõis crotoniatæ robur, eiusq; mors 199.b
Miluius pons qui & Aemilius 98.d
Miluus auis prædatrix 524.b
Mimallones quæ fuerint 408.c
Mimi fabulæ 95.d

Mineruæ ſacra 207.c
Minutal quid 271.a
Mirmillones qui 58.d
Mirmillonis gladiatoris arma 182.b
Miſcellanea quæ, et unde dicta 226.c
Miſcelli ludi qui 226.c
Miſerabilis quis 28.d. 59.c
Miſsiõis militaris tria genera 274.d
Mithridatis regis mors 144.b
Mithridatis regis calamitas 218.b
Mithridatis uera compoſitio 144.b
Modius quid 64.b
Modò, pro paulo ante 34.a
Modus in muſicis quid 146.c
Modus pro menſura 71.a
Mola ex quibus conſtet 197.d
Molares dentes, molares lapides 95.d 421.a
Molle uinum quodnam dicatur 13.d
Molles ſoci cur dicti 244.b
Moloſſi populi 273.a
Moneta pro nota nummi 149.a
Monſtrum quid 42.a
Monſtra unde dicta 79.a
Monſtra marina 280.c
Monſtrari digito 365.d
Monychus unde dictus 4.b
Morbus à uitio quid differat 28.c
Morbi inueterati difficile curantur 492.a
Morbi concitantur ex nimia ſaturitate 504.c
Mors feſtinata quæ 79.a
Mors ſola fatetur quantula ſint hominum corpuſcula 212.c
Mors nigra & atra 513.a
Mortuorum pompa eſt ſolatium uiuorum 502.a
Mortui in domib. ſepeliebãtur 552.d
Mortuorũ corpora ungebãtur 622.b
Mos Romanorum in balneis ingrediundis 503.a
Mores tam boni ꝙ̃ mali dicũtur 24.b
Mores uocabulum medium 73.c
Morum, pro moribus 266.b
Mugil piſcis 221.a
Mulier bona, rara auis, prou. 108.b
Mulier pudica, rara 99.d. 100.a 109.c
Mulier ne ſit ambulatrix 124.c
Mulieres Romæ pugnare ſolitæ 6.a
Mulieres impudicæ quæ 21.d
Mulieres quæ cauſas egerunt 32.a
Mulieres, ſapientes non amant 102.a
Mulierum ſuperbia 107.d. 126.d
Mulieri octies nubere licebat 112.c
Mulieres Romanæ gladiatoriam exercebant 114.c
Mulieres ſtupri dãnatæ Romæ 115.d
Mulieres faciles ad lachrymas 116.c
Muliebris audacia 117.b
Mulierum inſignis libido 121.b.c
Mulieres cur leui carne & cuti ſint 122.a
Mulieris garrulitas deſcribitur 126.b
Mulieris inceſſus, & ornatus 131.b
Mulierum audax facinus 143.d
Mulierum Romanarũ ſcelera 143.d 144.a
Mulierum maior eſt quàm uirorũ uoluptas 262.d
Mulieroſitas quæ dicatur 111.c
Mulierarius quis 535.c
Mulio qui dicatur 71.c
Mulam peperiſſe 252.b
Mullei calcei 73.c
Mulli piſces 99.c
Mullus piſcis 73.c
Multiloquium leuitatis ſignum 28.b
Multitia ueſtis genus 33.c
Mundi iuuenis flagitioſi fucus 130.c
Mundus quid & unde dictus 129.c
Mundi latera 644.b
Municipes qui dicantur 279.d
Municipia quæ & unde dicta 48.c
Muræna piſcis 91.c.d
Murex quid 457.c
Muria triplicia 623.b
Muria quid & unde dicta 623.c
Murrhina uaſa 157.a
Murus quid 82.d
Muſarum loca 75.a. 145.c
Muſarum inuocatio in Helicone templo 541.d
Muſcas configebat Domitianus 78.b
Muſica animos corrumpit 100.d
Muſicam quis inuenit 615.a
Muſtacea ſiue muſtacei quomodo fiãt 111.a
Mutij Scæuolæ fortiſs. factum 188.a
Mutuũ & cõmodatũ differre 147.d
Mycenæ urbs ubi 543.b
Myopes qui dicti 215.d
Myron ſtatuarius 174.c
Myropolia quæ 31.a
Mytra quid 50.c

N

NAbathæi à Nabath Hiſmaelis filio appellati 233.c
Nacca quis fuerit 473.c
Naccæ quid 473.b
Næ, pro certe, & ualde 193.a
Næ aduerbium, à Græcis 345.d
Napuras quomodo priſci uocauerunt 580.b
Narbonenſis Galliæ fines 185.c
Naſſa quid 247.a
Natalis, & natalis dies 239.d
Natales pro nobilitate 120.b
Natalitia unde dicta 357.c
Nati ad quid ſimus 589.b
Natura quid 283.c
Natura poetam effici 15.b
Natura recurrit ad mores 262.b
Natura paucis cõtenta 282. 283.b.c
Natura docilis 492.b
Naturæ prima quæ 223.b
Nauis appellatio apud poetas uaria 591.c
Nauiculæ teſtaceæ 292.b
Naues ex internodijs harũdinis 90.d
Naues ex papyro & ſcyrpo 90.d
Nauigantes, quatuor digitis à morte abſunt 242.d
Nauigator primus quis 591.c
Naulum quid 174.b
Naulum perdere, prou. ibidem
Nauſea quid 125.d
Ne te teneam & id genus alia 89.a
Nemo poteſt duobus dominis ſeruire 149.d
Nemeſis iuxta pedes graditur, prou. 437.d
Nepos prodigus et luxurioſus 641.c
Nequam quis dicatur 110.c
Nequitia quid & unde dicta 110.c
Nero in qua ætate regnum occupauit 512.a. & 514.b
Nero perditiſsimis moribus præditus 516.a
Nero parum ualuit eloquentia 517.d
Neronis epulæ 82.d
Neronis crudelitatis hiſtoria 86.d & 87.a
Neronis immanitas 181.b
Neronis parricidia 183.b
Neronis flagitia 183.c.d
Neronis triumphus ridiculus 184.c
Neronis crudelitas 199.d
in interitu Nerõis cur exultauit plebs Romana 505.d
Neruus quid 448.c
Neruorum origo 535.b
Neruos intendere quid 535.b
Neſtoris ſenectus 216.b
Niceteria uictoriæ præmia 50.d
Nicolaus de Lira arguitur 563.b
Nidor quid 96.a
Niger quid 419.c
Niger pro malo 47.c
Niobes hiſtoria & fata 108.d
Niphates qui flu. 124.d
Niſibis Aſſyriæ urbs 38.b
Niues in æſtatem cuſtoditæ 88.c
Nobilitas uera quæ 166.a. 168.d
Nobilitatis cũ uirtute cõparatio 188.c
Nocte media in ſcholam ibant pueri 164.c
Nodus per translationẽ quid 170.d
Nomen pro aduerbio 130.a

Nominum

Nominum & cognominum Romanorũ origines 346.c.uſq; ad 348.c
Nomina pro debitoribus 154.b
Nomina 4. Romanis uſitata 568.c
Non omnibus dormio prouerbiũ unde natum 11.d
Nonaria quid 424.c
Noſce teipſum 516.a.536.b.349.c
Nota pro moneta 149.a
Notus uentus 614.a
Noualis quæ dicta 272.c
Noui homines qui 185.d
Nox in 4. uigilias diuiditur 554.b
Nucis natura, & ex ea prouerbia & alia 350.c
Nugæ unde dictæ 110.c.348.c
Nugiuendi qui dicti 348.d
Numæ cum Aegeria Nympha congreſſus 46.b
Numantiæ excidium 167.b
Numantinorum uirtus ibidem
Numen implorandum 541.c
Numerus quid 356.d
Numerus ternarius cur potentiſſimus omnium 608.b
Numeros omnes implere prou. 114.b
Numidia ubi & unde dicta 79.c
Numidici urſi præſtantiſſ. 79.d
Nummi doloſi cur dicti 331.a
Nummorum receptacula quæ 76.c
Nummorum uaria ſigna 281.a
Nuper de longiori & breuiori tempore 19.d
Nutrix quid 444.a
Nymbus quid 90.a
Nyſa urbs India 149.d
Nyſa uicus Heliconis 149.d
Nyſa antrum muſarum, ubi 149.d
O
Obbæ quid 592.c
Obducta frons 189.c
Obiter quid 66.d
Obiurgare quid 86.a
Obrizum quid 423.b
Obſcœnũ unde ductũ 598.a.599.a
Obſes qui & unde dictus 44.b
Obſonia triplex parandi ratio 263.d
Obſtipare quid 499.c
Occaſio quid 259.d.287.d
Occatio quid et unde nominata 624.d
Occiput quid 383.d
Oceanus quid 26.d
Ocium multorum flagitiorum cauſa 117.b
Ocium libidinem parit 523.c
Ocreæ quæ armaturæ 114.d
Octauius Auguſtus cum Cicerone confertur 186.a
Oculus cauſa omnis amoris 553.a
Oculi plerunq; mores hominum indicant 510.a
Oculi in ſenectute minores cur fiant 106.c
Ocymum quid 520.c.& 515.d & 523.b
Odium ieiunum 288.d
Oeconomus quis dicatur 78.a
Oenophorum quid 125.b.591.c
Oeſtrus quid 82.a
Offa quid 30.c
Offa quid appellatur 539.c
Offæ nomine quæ ueniant 129.a
Officium quid & unde dictum 40.d
Officium pro nuptijs 111.b
Obe, ſatietatis uox 149.c
Oleum ubi optimum 91.d
Oleum & opera, prou. 153.c
Oleum uenafranum 90.c
Oleo cum accuſat. & cum ablat. iungitur 125.d
Olere laternam 90.d
Olei natura 529.b
Olim tria tempora cõplectitur 121.d
Omentum quid 255.d.449.b 644.b
Onyx gemma 123.b
Onyx quid 158.a
Operari quid 244.d
Operæprecium quid 191.b.280.c
Opici qui dicantur 63.a
Opiſthographa quæ 2.d
Opobalſamum quid 31.a
ὀπτάω quid 634.a
Orandum quid 496.d
Orandum ut ſit mens ſana in corpore ſano 223.b
Oratio index animi 110.b
Orator qualis 521.b
Orator ab Rhetore quid differat 51.c
Oratoris ueſtitus 126.d
Orbus quid 56.d.437.b
Orca quid 434.a.494.a
Orcades inſulæ ubi 44.a
Orcheſtra unde dicta 60.c.148.b
Orcheſtra à ſcena quid differt 148.b
Oreſtes unde dicitur 510.c
Oreſtes tragœdia 2.b.c
Orexis quid & unde dicta 125.c 233.d
Oreſtis hiſtoria 510.b
Organum quid 123.b
Orgia quæ & unde dicta 36.a
Orientales gentes luxui deditæ 117.d
Orion ubi collocatus 555.b
ὄρνις ζητεῖς adagium 495.d
Ornus arbor 4.b
Orontes fl. ubi 50.b
Oſculo excipere propinquas cur ueteres ſolerent 100.b
Oſiris Aegypt. regis hiſtoria 169.d
Oſtenta unde dicta 79.a
Oſtia ſunt ora fluminum 75.d
Oſtrea qui piſces, & ubi optima 83.a b.c.118.d
Oſtrea uenerem excitant 118.d
Oua infelicia quæ dicta 258.b
Oua ad expiationes adhibita 132.d
Ouidij locus reſtitutus 542.a
Ouilia locus in campo Martio 133.d
P
Pacis templum Romæ 20.a
Pæan cur dictus Apollo 109.b
Paganus quis, & unde dictus 297.c
Pagani, pro ethnicis 329.d
Pagina unde dicta 153.d.546.b
Pagus quid 329.d
Palamedes Troiæ pugnauit 553.b
Palati ſenſus 225.d
Palatina domus quæ 38.a
Palatium quid & unde dictum 38.a
Palatium mons Romæ ſedes imperatorum 104.c
Palæmonis grãmat. arrogantia 127.c
Palæmonis grammatici annuum ſalarium 129.c
Palæſtrita quid 530.b
Palilia unde dicta 386.b
Palla ueſtis muliebris 217.c
Palliatæ comœdiæ 2.d
Palliolatus & Palliolatum 53.c
Palliolum quid 53.c
Pallor pro timore 78.a
Palma percuſſa ad fœcunditatẽ 41.d
Palmata tunica 201.b
Palpare quid 8.b.605.c
Paludamentum quid 124.c
Palum militare 114.a
Palumbus quid 471.a
Pangere quid 153.d
Panis madidus lacte aſinino nitorem faciei conciliat 38.b
Panis caninus 84.d
Panis ordeaceus canibus aptus 85.a
Panis ſiligineus 89.c
Panis cibarius ſiue ſecũdarius 191.c
Panos & maculas in facie quæ tollant 190.c
Pannoſus 206.d
Pannutius quid 520.b
Pantomimus hiſtrio nobiliſſ. & planè alter Roſcius 152.b
Papia lex 194.d
Papillæ pro mammis 105.b
Papirius cur prætextatus cognominatus 552.c
Pappare pro comedere 142.c
Pappa & bua pro cibo et potu 142.c
Pappare quid 471.a
Pappas quid 471.b
Papyrus quid 74.c.& 153.d

Paraſitus qui & unde dictus 22.d
Parcæ unde dictæ 555.a
Parcæ tres, earumq́; munus 216.d 554.d
Parcendum teneris 275.d
Pardus, animal 233.b
Parentū officium erga liberos 262.a
Parentū prauis exemplis liberos corrumpi 263.a
Parentum officium duplex 276.c
παρέργα quæ dicantur 66.d
Paries quid 82.d
Paris Pantomimus hiſtrio 152.b
Parnaſſus mons ubi 328.c
Paropſis unde dicta 56.c
Parrhaſius pictor 174.c
Parricida quis dicatur 183.b
Parricidarum ſupplicium ibidem
Parſimonia quid 270.c
Parſimonia Antipatris 518.c
Parſimonia antiquorum Romanorum 272.d
Parthenia inſula quæ 295.d
Parthi optimi ſagittarij 538.d
Parthi in fuga à tergo ſagittas emittunt 541.b
Parthorū gens pugnaciſſima 541.b
Partu uno tres 24.c
Paſſeres ſalaces, et ob id caduci 192.d
Paſſum uinum 279.c
Paſtinaca piſcis 99.c
Patella uas ſacrum 121.c
Patella quid 472.b.519.d
Paticus quid 197.a
Patina quid 440.a
Patres audiebant filios declamantes 159.d
Patricij qui 6.b
Patrum officium in liberis educandis 350.d
Patricij unde dicti 383.b
Patricij Senatoribus digniores 383.b
Patriæ et cognatis ſubueniēdū 493.b
Patrimonij mos apud ueteres 493.d
Patruus quomō græce dicatur 350.d
Paulus Aemilius unde dictus 42.c
Pauli Aemilij frugalitas 168.d
Paulus Iouius 271.c
Paupertas omnes docet artes 330.b
Pauper ubiq; iacet 270.d.591.a
Pauper ubiq; tutus 200.b
Pauperi dandum 625.c.& d
Pauperes contemnuntur 158.b
Paupertas pudicitiæ cuſtos 117.b
Pauimentum quid 266.d
Pauo auis Iunonia 147.b
Pauonē quis primus appoſuerit 23.d
Peccare eſt humanum 546.c
Peccata leuiora quæ perturbatione aliqua fiunt q̃ deliberatione 143.d
Pecten pro plectro 123.c
Pecten textoris quid 191.c
Pectus incoctum quid 459.c
Peculium quid 61.c
Pecunia unde dicta 19.d
Pecunia unde ducta 509.a
Pecunia multis exitio eſt 20.a
Pecuniā nemo cōcupiuit ſapiēs 643 a
Pedema quid 237.c
Pedis ſignificata omnia 233.d
Pedes albi ſeruorum, id eſt creta notati 19.d
Pede dextro ſiue ſiniſtro prou. 198.d
Pedes ferat prouerbium 495.d
Pedij Bleſi hiſtoria 399.c
Pegaſi qui 83.d
Pegaſus equus 55.d.331.d
Pegaſus iuriſconſultus 78.a
Peierare quid 254.a
Pelamides piſces unde dicti 155.d
Pellex quæ dicatur 116.b
Pellis à cute diſtinguitur 214.d
Pellibus ferarum ueſtiebantur 27.c
Pellucere ſiue perlucere quid & unde
Peluis quid 69.a (34.b
Penelopes artificium 32.c
Penis quid & unde dicatur 121.a
Penſio quid 193.b
Penſilia quæ dicantur 25.b
Pentateuchon quid 269.c
Penthei fabula 408.d
Penula quid, & ex ea iocus 90.b
Penus quomō proprie dicatur 493.c
Perduellis qui 26.c
Perfricare frontem prou. 180.d 262.c
Pergula quid 234.c
Pericles Anaxagoræ diſcipulus 517.b
Pericles quamdiu gubernauit Remp. Athenienſium 517.b
Perillus æris opifex 478.a
Periphraſis exemplū & uſus 237.d
Periſtromata 201.c
Periuri cuiuſdam pœna 260.d
Pernæ quid 495.a
Perna unde mutuatur 493.d
Pernoctare quid 266.a
Pero, calciamenti genus 274.a
Pero quid 578.a
Perſii ſcopus in procemio & in prima Satyra 334.a
Perſii locus reſtitutus 411.c.449.d 520.d.527.b.548.a
Perſona quid 53.d
Perſonæ ſcenicæ infames 381.c
Peſinuntum Phrygiæ locus unde dicatur 132.a
Petaminarij qui 407.b
Petaſo pro perna ſalita 155.d
Petauriſtæ qui 407.c
Petaurus ludus, & petauriſtæ 279.b
Petendum à deo quid 223.b
Petoritum uehiculi genus 46.a
Petoſiris inſignis aſtrologus 138.b
Petulans quid 351.a
Pexa ueſtis quid 357.b
Phalæ turres 139.c
Phalaris tyrannus 172.d
Phalaridis crudelitas 130.a
Phalanx quid 31.c
Phaleræ quæ & unde dictæ 232.a 299.c.473.a
Phanaticus quis 38.d.81.d
Pharos Hoſtienſis 243.d
Pharos inſula ubi 102.c
Phaſellus nauis 292.b
Phaſiani unde primum allati 234.d
Phaſma quid 180.c
Phecaſia calciamenti genus 64.b
Pherecides Syrius proſaicam orationem inſtituit 356.d
Pheretrum quid 506.c
Phidias ſtatuarius 174.d
Philippicæ Ciceronis cur ita dictæ 208.b
Philoſophia quid 248.d.260.c 561.d.567a.393.a
Philoſophia triplex 495.c
Philtra quæ dicta 140.d
Philoſophiam Pythagoras primus nominauit 248.d
Philoſophorum ſectæ 256.a
Philetas poeta Elegiacus 380.a
Philoſophi cuiuſdam hiſtoria 424.d
Philoſophorum uirtus 485.b
Philoſophi ſomniatores 429.c
Philoſophorum error de creatione mundi ibidem
Philoſophia cur inanis ibidem
Philoſophi cur ſunt pallidi 499.d
Philoſophi corruptores iuuentutis 626.c
Phœnicopterus auis 234.d
Phocæ quæ dicantur 66.c
Phreanthes cur Cleanthes dictus 27 c
Phrygia ueſtis 129.d
Phrygiones qui acu pingunt 129.d
Phryges ſero ſapiunt prou. 561.d
Phthiriaſis qui morbus 5.a
Phthiſis quid 254.b
Pierides muſæ unde dictæ 145.c
Pietatis coniugalis exemplum 143 d
Pignerare quid 150.d
Pila, Romanorum tela 206.a
Pileum libertatis ſignum 505.c
Pili cur decidant 170.c
Pilos reſina uellit 375.d
Pilos gignit calor 122.c
Pinacotheca quid 33.a
Pingere faciē et oculos an deceat 36 a

Pinna

Pinna piſcis 90.c
Pinnirapus 51.d
Pinſores qui nunc piſtores 382.c
Piper quid 560.c
πιπίσω quid:tum qui eius aoriſtus 132.a
Pirene fons, & alia 328.d
Pirorum genera generoſiſsima 230 a
Piſces Tyberini optimi 91.d
Piſtor quid 382.c
Piſtrinum unde dictum 200.a
Pittacus ſapiens 27.c
Pituita quid 451.a
Placere ſibi quid 201.d
Planipedæ comœdiæ 2.a
Plantaris quid 530.d
Plaſma quid 357.d
Platanus arbor 4.c
Plauti locus reſtitutus 212.c.434.a 510.a.534.d
Plectrum quid 123.c
Pleuritis quid 262.a
Plinij locus emendatus 472.d
Plus aloes quàm mellis prou. 109.d
Pluteus quid 27.c
Pocula archetypa 14.c
Podex quid 28.a
Podium locus in theatro 42.d
Poetam natura ualere 15.b.149.b
Poetæ contrarij inter ſe 127.a
Poetæ in Apollinis tutela ſunt 146.d
Poetæ ſolitudinem amant 149.a
Poetas inſanire, quomodo intelligendum 149.c
Poetarum Græcorum & latinorum mos in principijs operum 345.a
Poetæ ſcripturi tragœdiam quid optāt 543.c
Poetica ars omnium prima fuit 615 a
Polenta quid 485.c
Polentatum quid 485.c
Pollice utroq; laudare 48.d
Polliceri quid 605.b
Polinctores qui 47.d
Politiani error 70.c
Politianum arguit 435.d
Polycletus ſtatuarius 174.d
Polydamas & Pulydamas ſcribi poſſe: tū quid id nomē ſignificet 353 b
Polyphemi & Vlyſsis lepida fabella 193.c
Pomis primi homines ueſcebātur 97b
Pompa quid & unde dicta 218.d
Pompeij & filiorum interitus 207 b
Pompeij calamitas 219.a
Pompeius munitiones Iudæorum quo die cepit 607.a
Pons Aemilius qui & Miluius 98.d
Ponticus poeta 152.b
Pontifex quid 458.c
Pontifices unde dicti 76.a
Pontina Palus ubi 70.d
Pontus ubi 590.a
Popa quid 642.b
Popanum, placentæ ſine libi genus quoddam 135.a
Popina quid 178.c.& 604.a
Popinones qui 642.b
Poplites qui dicantur 115.b
Popiſma quid & unde dicatur 138.d
Popularia locus 58.b
Populariter quid 48.d
Pop. Rom. quandiu uixit ſine medicō 503.c
ποππύζειν quid 528.d
Porri genera 70.b
Porrigo qui morbus 34.c
Portæ caſtrorum duæ 295.c
Portentum unde dictum 79.a
Portitor & portorium quid 47.d
Portorium mortuorum 68.c
Portus Lunæ ciuitas Liguriæ 615.c
Poſt ætatem puerilem prætexta ſumebatur 552.b
Poſt exercitationem corporis quid ſequebatur 519.d
Poſt uoluptatem quid ſequatur 535.c
Poſtremi homines pro nequiſſ. 191 d
Pote quomodo declinetur poetis 381b
Potens matrona 13.c
Poteſtas quid 206.d
ποτήριον quid 503.d
Præceptores parentum loco colendos eſſe 163.c
Præceptum grammaticum 193.d
Præceptoris officium quale 553.d
Præcipere pro ante capere 276.c
Præclarum funus 435.b
Præco quis dictus 18.a.58.c.145.a
Præcordia quid 26.b.42.b.421.b
Prædia duplicia 527.c (547.a
Præfica quæ dicta 217.c
Prægustator quis dicatur 142.b
Præneſte urbs 61.c
Præputium quid 113.a
Præſens, pro ſubito 23.c
Prætexta ueſtis quæ & quorū 15.a.b 17.d.44.d.206.c.552.b
Prætexta ueſtis à quo inuēta primum 217.& 218
Prætextatæ comœdiæ 1.d (200.d
Prætextatus pro obſcœno 44.d
Prætor qui diceretur 18.a.b
Prætor unde dictus 570.b
Prætorē quō Cicero appellet 570.c
Prætorium quid 14.c
Pragmatici qui, & unde dicti 113.b
Prætoriani equites 206.b (158.b
Prece emaci 434.b
Precium in precio eſt 270.d
Priami filij quot 217.c eius fatum
Priapus utreus 36.c
Priapi genus & ſignificatio 122.d
Primus ſol, id eſt ortus 40.d
Princeps qualis eſſe debeat 517.d
Principū exempla imitari pulchrum putamus 141.a.181.d.182.a
Principijs obſtandum 492.a
Priſcorum uita innocentiſsima 617 d
Priuignus unde dictus 105.d
Probus unde dictus 358.c
Prochyta inſula 45.d
Procraſtinandum non eſt 562.d
Prodigia unde dicta 79.a.251.d
Prodigere quid 157.d.220.c
Profluuium quid 35.b
Progne crudelitas 143.b
Prometheus quis et unde dictus 177d 289.d
Prometheus hominem finxit 82.d
Proneptis quid 634.c
Pronomen ipſe, tribus iunctum perſonis 117.a
Proœmia unde nominata 69.d
Propinare quid 94.a
Propugnare quid 187.d
Prorſa an proſa 356.d
Proſeucha quid 70.c
Proſtare quid 50.c.191.a
Proſtare & proſtituere quid diff. 9.c
Proſtibulum quid 105.c
Proſtibulum unde dictum 9.c
Protogenes unde dictus 56.a
Protropon uinum 86.b
Prouerbialis ſententia 158.b
Prouincia q̄ et unde dicta 10.c.74.c
Pruna damaſcena 52.c
Pſaltria, id eſt fidicina 120.d
Pſittacus, & de eodem multa 330.b
Pubertas quando incipit 517.c
Pudicitia quando uiguit 27.a.b
Pudicitia cum forma raro coniuncta inuenitur 109.c
Pudor quid 30.d
Pudoris ſedes 578.c
Puer quid ſignificet 591.b
Pueris in multis uenia danda 179.b
Pueris maxima debetur reuerentia 266.a
Pugnare de imperio quid 187.d
Pulmentaria unde dicta 505.a
Pulmentaria pro obſonijs 161.d
Pulmo quid 357.a
Pulmo ubi collocatus 577.a
Pullulare quid 122.b
Pullus color, unde pullati 63.b
Pulpa quid 457.a
Puls quid, & quō conficiatur 228.d
Puluinaria quæ 58.b.105.c
Puluinus quid 59.b

Pulydamas, non Polydamas ſcribendum, & quis ille fuerit 346.a
Pumex lapis 168.b
Pupillus quid 522.d
Purpura piſcis & color, eiusq; nomina 29.b
Puſio, & puſus, & puſa, pro puero 99.a
Puteal quid 535.d.537.d
Puteal pretoris tribunal ſubſelliumq; eſt 537.d
Putet quid 495.a
Puteus breuis 65.c
Pygmæi ſtatura 259.c
Pygargus quid 234.d
Pygmæi cur Spithamæi dicti: tum ubi ſint 131.c
Pyrauſta quid 471.c
πυραύστου μόρος prouer. 471.c
Pythagoras per Y quid ſignificare uoluit 553.b
Pythagoreus cibus 65.d
Pythagoras animas ex alijs corporibus in alia trāſmigrare dixit 619.b
Pythagoræ opinio de animis: & cur à fabis abſtinendū putarit 294.c
Pythius Apollo cur dictus 261.c
Pyxis uas unguentarium 41.c

Q

Quadra quæ dicatur 84.c
Quadrās nummus, quāti 145.c
Quadrans balneatori Romæ dabatur 127.b
Quadriuium quid 13.a
Quadruplator qui 7.d
Quæſtio ſine colore quæ 116.d
Quæſtiões difficiles et inutiles 164.d
Qualis ictus apud Perſas 509.c
Quatinus & quatenus quid differant 245.d
Quinquatria quæ dicta 207.c
Quintilianus quando floruit 116.d
Quintilianus primus publico ſtipendio Romæ Rhetoricē docuit 161.d
Quirinus Romulus cur dictus 40.d
Quirites unde dicti 568.d
Quirites ſanctiſsimi 518.a
Quiritare quid 49.d
Quiritare unde dicitur 518.a
Quo, pro ad quid, uel quorſum 177.c
Quo natura ferat uidendum 553.d
Quotus pro minimo 49.d.259.a

R

Rabioſa unde ſumptum 500.d
Radere quid eſt 509.d
Ramex quid 214.d
Raſa ueſtis 36.d
Raſtra unde dicta 294.c
Raucus uox media 171.d
Rauci cur fiant 1.d
Rauola quid 189.d
Recens quid 357.c
Rechedipna ueſtis 50.d
Recidiua quæ dicantur 122.b
Recitandi mos Romæ 14.b
Recta cœna quæ 17.c
Rectum pro recte 54.b
Recutitus quid 269.d
Redimicula quæ dicta 34.d
Reditus ad propoſitum 289.b
Rediuiuus quid 122.b
Regem ignotum hominem ſalutabant priſci 178.d
Regius flu. Euphrates dictus 171.b
Regula unde tranſlatum 553.c
Rei, quomodo ad iudicium trahebantur 205.c
Releui à relino 86.d
Religioni contrarium quid 624.a
Relinere pro aperire 192.d
Remordere quid 30.d
Remus & Romulus unde dicti 386.c
Reponere quid 1.c
Reprehenſor qualis eſſe debeat 27.d
Reprehenſor carere debet omni uitio 356.c
Reſina pilos euelli 175.d
Reſpicere pro miſerari 145.a
Reticentiæ exemplum 189.a
Reticulum quid 36.c
Rex uaria ſignificat 22.c
Rex Indorum 20. millia ſeruorum habuit 642.c
Reges Aegypti infames 102.d
Regum ſeptē Romanorū nomina 71.b
Rheda uehiculi genus 46.a
Rhenus flu. ubi 179.c.630.d.633.c
Rheni præfectus, nomine Tutor 173.d
Rhetor qui & unde dicatur 9.b
Rhetor ab oratore quid differat 51.c
Rhinoceros animal 156.d
Rhodos inſula ubi et unde dicta 127.d
Rhombus quid 75.c.624.a
Rictus an in homine 215.d
Ringo quid 419.b
Riſus ſedes in liene 351.a
Riuales qui dicantur 247.b
Rixa quid 69.c
Robur arbor quæ 97.d
Roma ſepticollis 197.a
Romæ omnia uenalia 61.a
Romæ locus ubi fœneratores uſuras exercebant 537.a
Romanus mos exercendi & balneandi 23.d
Romani ubi ſepelirent 26.c
Romulus & Remus paſtores 40.c
Romani multos annos intonſi 80.a
Romulus et Remus ubi eruditi fuerint 100.c
Romani à paſtoribus oriundi 188.d
Romulus paſtor & parricida 189.a
Romanorū ueterū parſimonia 272.d
Romulus primus uſus ē trabea 473.a
Rom. pop. acclamauit in laudem Taciti Imperat. 517.d
Romanorum mos incognita cauſa 518.c
Romani togati 542.d
Romani auari 623.b
Romani progenitores uitiorū 626.d
Romani poſt uictoriam nunciam laurum mittebant 630.c
Romani multos ſeruos alebant 642.c
Romani conceſſere libertatem Cappadocibus ibidem.
Roſtra ubi & unde dicta 208.a
Rota quid 472.a
Rotā figularem quis inuenerit 82.d
Rubetæ ranæ uenenum 13.d
Rubor in ore, ſignum pudoris 228.c
Rubricatum quid 570.c
Rubricæ ſpecies 384.b
Rubrica ubi naſcatur 384.d
Rudentes unde dicti 203.d
Rudis uirga quæ 104.a
Runcare quid 529.c
Runcare tranſlatum 531.c
Runcina quid 529.c
Rus unde dictum 586.a
Ruſſatus color qui 154.c
Rusticus pro rudi 191.a
Rutupinum Britanniæ oppidum 83.b

S

Sabbatum quid, & cur à Moſe inſtitutum 268.d
Sabbatum Iudæorum cur inſtitutū fuerit, & à quo 107.c
Sabbatum unde appellatum 606.d
Sabbatum requiem ſignificat 604.b 606.d
Sabbatarij qui 268.d
Sabelli qui & unde dicti 59.d
Sabini qui & ubi ſint 59.d.614.d
Sabinæ mulieres pudicæ 220.c
Sabinorum frugalitas 59.d
Saccus quid 183.c
Sacer qui diceretur, id eſt execrandus 19.c
Sacramentum quid 297.d
Sacrarium quid 139.b
Sacroſanctum quid 19.c
Sacrum quid 35.b.420.b
Sæuus pro magno 45.d
Sagino & ſagina quid 77.d
Sagum, ſagulum, ſagarius 139.b
Saguntina uaſa 86.b
Saguntina fames 293.a.b
Sales pro iocis 190.b
Salictum quid 229.d
Salientes quid 261.a.b

Salij

Salij ſacerdotes 140.c
Salmon quid 472.b
Salina quid 242.d
Salſum quid 290.b
Saltationes fugiendæ 100.d
Saltuarij qui 161.d
Sambuca quid 577.a
Samia quid 383.c
Samiones qui, & unde dicti ibidem
Samos inſula 51.a.485.d
Samothracia inſula 57.d
Sandapila pro feretro 179.d
Sanctum quid dicatur 169.c
Sanctus quid 55.a
Sanna quid 118.d
Santones populi ubi 177.d
Sanus quid 483.c
Sapiens quis 579.c
Sapiens liber 540.d
Sapiens philoſophiæ præcepta cognoſcit 577.a
Sapientis proprium 518.a
Sapientes uiri à mulieribus cur contemnantur 102.a
Sapientes ubiq; naſci poſſe 202.c
Sapientiores in regione ſicciore gigni pag. 202.d
Sapientiæ ſedes cor 159.b
Sapientia ſub ſordido pallio 158.b
Sapientia ingenio adipiſcitur 517.b
Sapientiæ ſtudium ſolum liberale, pagina 561.d
Sapientia à philoſophis inuẽta 622.d
Sapientiam perfectam nõ eſſe 626.d
Sappho maſcula cur dicta 32.d
Sarcophagum quid, & unde dicatur, pag. 212.c
Sarculum quid, & unde dictũ 72.a
Sardanapalus quibus rebus fuit deditus 519.c
Sardanapali nequitia & mors 223.d
Sardanapali epitaphium ibid.
Sardoniche quid 357.d
Sardonyx quæ gemma 123.b
Sariſſe quæ tela 206.a
Sarmatæ qui 26.d
Sarpeda ſapiens dicitur 589.d
Sarpedã eſſe Ponticũ obſoniũ 596.d
Sarracum quid 67.d
Sarranum oſtrum 201.d
Sartago quid 203.d
Satelles quis 81.b
Saturnus qualis 555.c.d
Saturnus cur falcifer dictus 249.d
Saturni dies 269.d
Saturni ſidus quale 137.c
Satyra in humili dicendi genere uerſatur 542.b
Satyri dij ſylueſtres 581.b
Sauromatæ qui 26.d
Scabies quid 34.c
Scæuolæ nomen unde ductum 188.a
Scæuolæ fortiß. factum ibidem
Scapha quid 43.a
Scaphiũ uas unde dictũ 54.d.115.c
Scapulæ quæ ſint 193.d
Scatinia lex 31.b
Scaurus homo fictus 30.c
Sceleris magni nullus labor 276.a
Scena ab orcheſtra differt 148.b
Scenicæ perſonæ infames 181.c
Schemata quæ dicantur 400.a
Schœnobates quis, et unde dictus 51.d
Scilicet particula quid 90.a
Scilicet quõ accipiatur 517.c.521.a
Scindere, p cõtumelia afficere 160.d
Scipiadæ & Scipiones 43.b
Scipio Aemilianus 166.c.167.b
Scolus quid 408.d
Scombrus quid 369.d
Scrobs quid 421.d
Scrotum quid 120.c
Scurra quis 74.d
Scuta ex uimine 114.a
Scutica quid 589.c
Scutulata ueſtis 36.d
Scylla & Charybdis fabula 91.c. & 286.b.c
Sebaſtianus Caſtalio oracula Sibyllina è græco uertit 176.c
Secta unde dicta 270.d
Secula unde dicta 71.b
Seducere quid 434.b
Seges quid 272.a
Segmentum quid 40.a
Segnipedes, pigri 172.a
Seiani uolubilis fortuna 203.c
Sella pro lectica 157.d
Sella curulis unde dicta 205.d
Semen genitale ex ſanguine 8.d
Semeſtris tam de medio menſe, quàm de medio anno 152.c
Semipaganus quis 329.c
Semiramis regina Aſſyriorum, eiusq; geſta 38.b
Senecæ mors 183.a
Senecæ opes 199.d
Seneca præceptor Neronis 517.d
Seneca remp. Atheniẽſium uituperat propter mortem Socratis 516.d
Seneca morum ſeueriſsimus caſtigator 535.b
Senectus quid 448.d
Senes omnes inter ſe ſimiles 214.d
Senior pro ſacerdote 138.d
Senum incommoda 214.d.215.a
Senones populi 185.c
Senſus communis quid 172.c
Sententia corrupti ſeculi 57.c
Sententia de pauperũ fortuna 59.c
Sententia catholica 112.b.206.c
Sententia 149.d.200.b
Sententia omne animi uitium 177.c
Sententia de moribus 179.b.196.d
Sentẽtia de bonorũ paucitate 198.d
Sententia de auaris 271.d
Sentina quid 103.c
Sepeliendi cõſuetudo ueterũ 505.a
Septẽ ſapientes Græciæ cur ærumnoſi dicti 499.a
Septem liberorum ius 195.b
Sepulcra Romanorum ubi 26.c
Sepulcrorũ uanitas reprehẽſa 210.b
Quæ pœna ijs ſtatuta qui ſepulcrum in ciuitate facerent 505.c
Serapis & Oſiris idem 134.d
Seres quinam ſint, & ubi 124.c
Seria & iocoſa opponuntur 554.b
Serpentis mira deſcriptio 134.d
Seruilia Bruti mater adultera 221.c
Seruius grãm. reprehenditur 236.d
Seruij Tullij regis Romanorum genus pag. 187.b
Seruire & obſequi propter ſapiẽtiam non turpe eſt 546.d
Seruus quid à uerna differt 6.c
Serui qui 577.c
Seruorum liberandorum mos 96.c.d
Serui officium 196.d
Seruum manumittentis ritus 570.d
Serui animorum qui 589.d
Seruitus quid 568.b
Seruitus duplex 540.d
Seruitus miſera 570.b
Seruitus corporis mitior eſt q̃ animi, 589.b
Seryphus inſula 137.a
Seſtertia & ſeſtertij quid differant, et quãti noſtro tẽpore æſtimẽtur 17.a
Sextarius capit uncias xx 125.c
Sibylla quid, & unde dicta 45.c
Sibyllina oracula 176.c
Sicyon urbs 51.a
Siene inſula 233.b
Signare pro ſcribere 547.c
Signatores qui 13.b
Siligo, & ſiligineus panis 89.c
Siliqua quid 228.d.485.c
Silurus piſcis ubi reperiatur 74.d
Silurus an ſturio ſit 271.c
Simiæ ubi multæ ſunt 214.d
Similes habent labra lactucas, prouerbium unde natum 351.a
Simpuuium uas 121.c
Singultus quid 641.d
Siphones qui dicti 219.b
Sipparium quid 180.c
Siſtrum quid 254.b.608.a
Smaragdi uirides 128.a
Socrates Atheniẽſis philoſop. 514.a
Socratis patria 516.c

Socrates oratoriæ artis campos aperuit 516.c
Socrates illuſtrator & propagator philoſophiæ moralis 553.c
Socrates barbam nutriebat 521.a
Socratis dictum 223.a
Socratis calamitas 260.b
Socratis forma 516.b
Socratis apophthegma 516.c
Socrates ineptias Anyti irriſit 516.c
Socrates condemnatus 516.d
Socrati uenenum ad bibendum propinatur 517.a
Socratis mors deſcribitur ibid.
Socrates caſtigat Alcibiadem 518.a
Solea quid 140.d.599.d
Solis effectus, & nominum eius ratio, pag. 109.a.b
Solis ſtridor in occaſu 280.b
Solœciſmus quid 127.d
Solœciſmus uetus non eſſe uerbum, ſicut nec barbariſmus ibidem
Solon autor legum Athenienſium 498.a
Solones qui 497.b
Solonis dictum 218.c
Solſtitia quot & quando 78.a
Solyma, orum pro Hieroſolyma 135.b
Solymi populi Piſidiæ 135.c
Somnus quid 463.c
Ex ſomno homines & animalia pingueſcunt 560.d
Sonipedes, acres 172.a
Sophiſtæ ijdem qui rhetores 159.d
Sordes pro auaritia 23.a
Sordes propriè & translatè 270.d
Sorites, acerualis latine 643.a
Soritas lubricos & periculoſos eſſe Cicero tradit 643.b
Sors & ſortes quid 138.c
Spado quid, & unde dicatur 5.d
Species pro genere 213.d
Species pro colore & fuco 270.b
Specularia 73.d & 74.a
Speculum ingens 37.b
Sperare pro timere 76.d
Spes quid 144.d
Spes macra quid 443.a
Squalor quid 292.d
Squilla piſcis 90.c
Spicatum unguentum 128.c
Spiculum quid 252.d
Spira quid 182.d
Spiritus præcedit effuſionem ſeminis, pag. 144.a
Splen riſus ſedes, & cur 351.a
Sponſa & ſponſus unde dicti 98.c
Sponſalia quæ dicantur ibid.
Sponſio quid 238.d
Sportæ, ſportulæ, ſportellæ quæ 17.d
Sporus eunuchus à Nerone in matrimonium ductus 12.c
Spurius Caſsius primus magiſter equitum 387.b
Stationes unde dictæ, & quæ dicantur pag. 224.d
Statius poeta 151.d
Stellæ maleficæ & beneficæ 162.b
Stemma quid 166.b.472.c
Stentoris uox miranda 255.c
Steriles unde dicti 41.b
Stertere & dormire quid differant 11.d
Stigma quid, & unde dicatur 214.a
Stilla à gutta quid differat 163.d
Stimulus peccandi quid 434.c
Stipendium unde dictum 16.d
Stipulatio quid 569.c
Stlata nauigij genus 157.b
Stlataria quid ibid.
Stlatum pro lato ibidem
Stlis pro lite ibidem
Strages unde dicta 187.a
Strages Gallorum memorabilis 167.c
Stratiotæ equites 206.b
Stribligo unde dicta uox, quid item ſtriblita 127.d
Striblígo pro ſolœciſmo ueteres uſurpaſſe ibidem
Strigil quid 458.b
Structor quis 93.a.234.c
Struere quid 449.a
Struma quid 220.d
Strumæ aquarum uitio gignuntur 259.b
Stultitia quid 434.d
Stultitiæ proprium quid 257.a
Stultus ſeruus 546.d
Stultus cur male facit 577.d
Stupere quid 248.c
Stuppa quid 590.b
Stuprum in templo Iſidis commiſſum 130.c
Stygis aqua, uenenum 212.b
Stymma quid 472.d
Suaſoriæ cauſæ exempla quibus exercebantur in ſcholis rhetorum 4.d
Sub in compoſitione minuit 30.d
Sub aere, pro ſub dio 170.d
Sub ſordido palliolo latere ſapientiam, (518.d
Suber quid 408.a
Subligar & ſubligaculum quid 102.c
Subrumari quid 386.d
Subſannare quid, & unde 113.d
Subſellia quæ 202.b
Subſidere quid 124.d
Subueteribus locus Romæ 46.b
Suburra qualis regio 551.a
Suburra locus in urbe 45.d
Succida lana quæ 85.d
Succinum quid 137.c
Succinum pro electro 192.b
Suetonij locus mendoſus 624.b
Sufflamen quid 178.a
Sufflaminare quid 178.a
Sulmo oppidum ubi, & unde appellatum 110.a
Sumen quid 234.c
Sumen quomodo fiat 380.d
Summa ſalina 417.d
Supercilium quid 28.c.108.c
Superſtitio quid 606.c
Supinus pro molli & negligenti 13.b
Supparium uel ſiparium quid 180.c
Supplanto unde deductum 368.a
Suppoſitus qui dicatur 17.d
Surdus tam qui non audit, quàm qui non auditur 150.c
Surrentum oppidum quale 503.a
Surrentina uina quæ 503.d
Sutor quis dici poſsit 70.b
Sybaris oppidum ubi 117.d
Sybaritarum luxus ibidem
Sycalis auis 262.d
Symplegades inſulæ 286.c
Synecdoches exempla 241.c
Sylla primus tabulam proſcriptionis poſuit 19.d
Syllæ poteſtas maxima 204.d
Syllæ crudelitas & mors 5.a.b
Syllogiſmus & argumentatio ex quibus conſtat 569.d
Syrenarum fabula 198.b
Syria, quæ ante Aſſyria 38.b
Syriæ flumina 179.c
Syrma ueſtis unde dicta 184.d
Syrophœnix 178.d

T

TAbes quid 477.d
Taberna unde dicta 31.a
Tabernacula unde dicta 31.a
Tabernariæ comœdiæ 1.d
Tablinum quid 33.a
Tabulæ quæ dicantur 32.d.39.d. & 110.d
Tabularium quid 33.a.39.d
Tabularius pro notario 39.d
Tabullæ et tabellæ quomodo accipiantur 569.d
Tæda arbor 24.d
Tages aruſpicinæ inuentor, eiusq́; fabula 251.d
Tagus fl. aureas arenas trahit 49.c
Talentum quid, eiusq́; æſtimatio apud uarias gentes 279.d
Tanaquil mulier bona & induſtria, pag. 137.b
Tandem deſiderij particulam eſſe 273.a
Tanquam habeas tria nomina 93.d
Tapetia quæ 201.c
Tarentinorum mollicies 118.a
Tarpeius mons q & Capitolinus 99.d
Tarquinius Priſcus de quibus triumphum egit 552.b

Taba

Tatha pro patre 142.d
Taurea tormenti genus 130.d
Taurominium 91.a
Tectorium quid 128.d.548.a
Telamon digito monſtratus 365.d
Telephus tragœdia 2.b
Temetum cur uinum appellatum: tum quanta ſit eius prima & ſecunda ſyllaba 287.a
Temo qui & unde dictus 209.b. & 563.a
Tempeſtatis deſcriptio 240.d
Tempus lauandi 503.a
Temporis breuitas 593.b
Temporis iactura grauiſsima 563.a
Teneræ auriculæ quid 418.c
Teneris parcendum, prou. 275.d
Tentigo quid 105.c
Tentyra urbs, et ſyllabæ ſecũdæ quantitas 287.d
Tenus quid, & unde dictus 624.d
Teredines quæ 146.d
Tergeo & tergo 266.d
Terpſichore muſa unde dicta 147.b
Terræ filij qui 79.b
Tertianæ febres quando in quartanas mutantur 76.d
Tertius Cato, prouerbium 30.d
Teſſera quid 568.c
Teſſeræ quæ dicantur 160.c
Teſſerarij qui 568.d
Teſta quid 68.d. 492.b
Teſta muſicum inſtrumentũ 237.b
Teſtaceæ nauiculæ 292.b
Teſtamentum caducum 195.b
Teſtamentum militare 299.a
Teſticuli quid 417.c
Thalaßicus color 36.d
Thaletis philoſophi patria 118.a
Thalecis dictum 260.a
Theatrum quid 60.c
Theatri loca quæ 42.d
Thebani ſtupidi 202.d
Thebe Ægyptia 285.a
Themiſon medicus notatur 215.c
Theodorus Gadareus orator 160.d
Theodorus Gaza eruditiß. 517.b
Theophraſtus moriens cur accuſauit naturam 492.d
Thermæ quæ, & unde dictæ 164.d. & 224.d
Therſitis deſcriptio 188.c
Theſes & controuerſiæ pro declamationibus 158.c
Theſei res geſtæ 11.a
Theſmophoria Ceſaris ſacra unde dicta 100.a
Theſſalia ueneficiorum ferax 140.d
Theta nota mortis 523.a
Thorax quid 94.d
Thraces qui 52.b
Thracum mos 433.c
Thule inſula ubi 291.a
Thus unde deriuetur 369.d
Thyeſtes quis 542.a
Thymele nomen unde dictum 8.c
Thymelicum choragium quid ibid.
θυμελικὸς quid 101.a
Thynnus quid 609.b
Thyrſus quid 101.c
Thyrſum contingere, prou. 149.b
Tiara, uel tiaras quid 132.c
Tibi luditur 471.c
Tibicines in ædificijs & uerſibus qui, pag. 62.a
Tigillinus homo nequam 25.b
Tignũ quid, et unde dicatur 66.d
Tigris animal 117.b
Tinnire quale uerbum 578.d
Timon μισάνθρωπος cur dictus
Tinea quæ 146.d (247.c
Titi unde dicti 358.c
Tituli pro honoribus 92.c
Tityi fabula 251.b
Toga quorum ueſtis fuerit 44.d
Toga pro pace 539.b
Toga unde dicta 542.d
Toga depoſita quid ſumebant Romani ibidem
Toga armis opponitur 295.d
Toga pro rebus urbanis 199.a
Togatæ comœdiæ quæ 1.d
Tollere pro educare 99.b
Tomacula quid & unde dicta 223.c
Τόνος quid 146.c
Tophus qui lapis 47.a
Tori qui 499.d
Torques quæ ſint 299.c
Torrens pro eloquentia 199.b
Torus unde dictus 83.d
Toruum pro torue 30.d
Trabeatus quid 472.d
Trabea ueſtis regum 187.c
Traducere quid 146.b. 227.c
Traducere pro dedecorare 168.c
Tragœdia quid 541.a
Tragœdia unde dicta 384.d
Tragœd. altiloquo cõſtat ſtylo 539.d
Tragœ. res mœſta ac lugubris 543.d
Tragœdiarum nomina 150.d
Traiani uirtutes 144.c.d
Tralles urbs ubi 51.a
Trama quid 642.a
Tranſlatio criminis 117.a
Tranſtra quid 592.b
Tremulus unde prouenit 504.d
Trepidare quid 358.c
Tres de dijs opiniones 253.c
Tria nomina 93.d
Trium liberorum ius 195.b
Tribades mulieres quæ, & unde dictæ 119.c
Tribuni qui, & eorũ genera 18.b
Tribuni ſacroſancti 19.c
Tribuni militaris ſtipendium 69.c
Tribus urbanæ & ruſticæ 155.b
Triclinia quæ et unde dicta 22.d. & (52.c
Triens quid 505.a
Triens pro moneta & uaſe 68.d
Trifolinus ager ubi 192.d
Trifurcifer 181.a
Trigon piſcis, qui & paſtinaca et turtur 99.c
Triparcus, auarus 271.c
Tripherus Structor, ſcindendi in menſa ludum aperuit 234.c
Tripodes pro uaſis 145.d
Tripodes pro menſis ibidem
Tris uel ter pro ſuperlatiuo 181.a
Triſcurria quæ dicta 181.a
Triueneficus ibidem
Triuiale quid 148.d
Triumphãtes ritus moderatus 201.d & 202.a
Trophæũ quid, & unde dictũ 209.a
Tropi Latini 514.d
Trulla quid 54.c.d
Trutina quid 349.b
Trutina & ſtatera idem 126.b
Trutinor uerbum 126.b
Tubera quæ dicãtur, & ubi laudatiſsima 92.d
Tubera poma 95.b
Tubicines qui, eorum munus 39.c
Tullus Hoſtilius rex 200.d
Tumulus quid 369.a
Tunica ueſtis quæ 42.b
Tunica moleſta quæ 185.d
Tunica palmata 201.b
Tunica Iouis quæ ibid.
Tunica ſupplicij genus Neroni 24.d
Turdo obeſo nihil melius 624.c
Turpia in poetis prætereunda 99.a
Turpius eſſe latine neſcire, quàm græce (110.a
Turrim ſtruere unde cadas, prou. 206.d
Turtur & auis, & piſcis 99.b
Tutor quid 172.d
Tutor ripæ Rheni præfectus 173.d
Tutorum diuiſio 504.b
Tutoris definitio 205.d
Tyara pro calciamento 217.d
Tyberini piſces optimi 91.d
Tybur oppidum 61.d. 229.d
θυμέλη quid 101.a
Tyrannica uerba 112.c
Tyrannorũ exitus cruentus 207.c
Tyrocinium unde dicitur 553.a
Tyronũ ad palũ exercitatio 113.a
Tyrus, & Tyria purpura 6.d

Vacare

V

Vacare quid ſignificet 5.c
Vacuum quid 45.b
Vadari quid 63.c.d
Vadimonium diligenter explicatum, pag. 63.c
Vagitus quid 162.c
Valerij locus emendatus 424.c
Valuæ unde dictæ 77.c.195.d
Vanitatis omnia plena 345.c
Vanus qui dicatur 59.a
Vanus pro ſtulto 168.a
Vappa quid 569.a
Varicare quid 518.b
Varices qui morbus, & unde dicti 124.a 608.c
Varo metaphora 518.b
Varro porcus literarũ dictus 127.c
Varum quid 518.b
Vaſa Saguntina 86.b
Vaſa quomodo obturare ſolebant ueteres 528.b
Vaſconũ mira fides & fames 289.d
Vates unde dicitur 540.d
Vaticanus collis unde dictus 121.c
Velaria loca quæ 81.d
Velina tribus unde dicta 570.d
Vellere barbam cynico 424.d
Vellere barbam, irriſionis ſignum, pagina 438.c
Vellus quid, & unde dictum 32.b
Vellus aureum quid 4.a
Velocitas corporis 517.c
Vena media in delirio feriri ſolet, pagina 99.d
Venas pro arterijs 508.d
Venalicia, Venaliciarij quid 235.c
Venafranum oleum 90.c
Venafrum oppidum ibid.
Venetus color 36.d.60.a
Venia pueris danda 179.b
Venter cur in metu ſoluatur 274.d
Ventidius quis 527.c
Ventidius diues 226.d
Ventidij Baßi fortuna mira 162.d
Ventilare quid 6.c.67.c
Ventorum genera & naturæ 3.c.d
Venus 529.d
Venus unde dicta 561.b
Veneris ſidus quale 137.c
Veneris & Martis adulterium 30.a
Venerea res unde prouenit 498.c
Verba amatoria 110.c
Verba ſex in eo, primæ coniugationis pag. 126.a
Verba dare quid 535.a
Verba phalerata 473.b
Veretrum quid 121.a
Vergilij locus emendatus 77.a
Vergiliana imitatio 94.c
Veritas moleſta eſt 595.c
Vernas quid 520.c.525.d
Verna quid à ſeruo differt 6.c. & 190.a
Verna & uernaliter 190.a
Verpus quid 269.d
Verres accuſatus repetundarũ 29.c
Verris ſacrilegia 175.a
Verres qui porcus 70.c
Verriculum quid 266.d
Verruca quid 392.c
Vertere ſolum quid 228.a
Veruex quid 70.b
Veſper ſiue ueſperugo 167.c
Veſta dea 451.c
Veſtalis inceſtæ pœna 72.d
Veſtalium ritus 77.b
Veſtis tincta bis 457.c
Veſtes pictæ apud Homerum 627.a
Veſtitus ex ferarum pellibus 97.c
Veſtibulum quid, & unde dictũ 22.b
Veſtigia quæ 98.a
Vetuſtatem tantum in libris conſiderare, dementia eſt 147.d
Viæ ab urbe in diuerſa loca ducentes, pag. 26.c
Viator uacuus nihil timet 200.b
Viatici nomine uirtus intelligitur, pagina 562.c
Viaticum quale comparandũ 565.b
Vibex quid 536.a
Victoriæ templum 29.b
Victoria maxima qualis 554.a
Vicus quid, & quot in urbe fuerunt, pag. 27.d
Villicus, uillæ cuſtos 162.a.78.a. & 239.d
Viminalis collis unde dictus 51.b
Vindicta quid 570.b
Vindicta unde dicta 96.d.188.c
Vinum Calenum 13.d
Vinum protropum 86.b
Vinum ducentorum annorum 86.c
Vinum Albanum 86.d
Vinum Setinum ibidem
Vinum ubi optimum 91.d
Vinum ſeruorum quomodo uocatum, pag. 125.d
Vinum malum prouocat uomitum, optimum uomitum coercet 125.c
Vini uis 366.b
Vinum conſeruatur in Italia 524.b. & 527.c
Vinum multum nocet 499.a
Vinum quale bibendum æſtate & hyeme 577.d
Vires explicandæ 227.c
Virgæ lictorũ ex qua arbore 177.b
Virgines cur uiuæ defoderentur 73.d
Virginiæ pulchritudo obfuit 219.d
Virginij Ruffi modeſtia rara 184.a
Viri uiris nupti 39.c
Viriculum 591.a
Virtus quid 168.d.624.a
Virtus quo pacto acquiratur 499.b. & 541.c
Virtus unica ad beatitudinem uia, pagina 224.a
Virtus ſola nobiles facit 168.d
Virtutis templum 20.b
Vita duplex 173.d
Virtutem nemo ſine præmio colit, pagina 209.d
Vita concors quæ 495.d
Vita hæc undoſo freto comparata pag. 496.d
Vita uerbis reſpondere debet 589.a
Vitium à morbo quid differat 28.c
Vitia aliena cernimus, noſtra uero obliuiſcimur 527.a
Vitia fallunt uirtutis ſpecie 270.a
Vitis duo quæ homines decipiunt, pagina 519.c
Vitiorum elementa 270.d
Vitijs pauci renunciant 527.b
Vitta quid 73.b
Vituli marini ſomnus 66.c
Vituperatio odij principium 346.b
Viñaria quæ 70.d. & 76.a
Viuere pro uita 350.b
Viuere dupliciter homines dicuntur, pag. 173.a
Viuunt multi ut edant, non edunt ut uiuant 225.d
Viuendum ſine inuidia 493.b
Vlyſſes paruus ac prudens 577.c
Vlyſſis errores 285.d
Vlyſsis & Polyphemi fabula lepida, pag. 193.c
Vmbella pileus leuis ad ſolem arcendum 192.a
Vmbo quid 31.d.553.a
Vmbria ubi collocata 493.c
Vmbri unde dicti 493.d
Vncis naribus 369.a
Vnctores qui dicebantur 529.b
Vnguenti regalis confectio 128.c
Vnguento delibuti ſunt effœminati, pag. 329.a
Vnguenta multis modis uitiantur, pagina 622.c
Vocalis qui dicatur 249.c
Voleſorum familia antiqua 180.b
Volſci populi qui 185.d
Volſinij ubi 61.d
Volumen quid 2.d
Voluntas in criminib. punitur 261.c
Voluptates commendat rarior uſus, pag. 239.c
Vomica quid 254.b

Votum quomodo accipiatur 560.a
Vota pro liberis 140.b
Votorum locus ubi 625.a
Votiuæ tabellæ, uotiua iuuenca, & id genus alia 241.b.c
Vox quid 358.c
Vox in oratore damnata 53.b
Vrbanitas quid 190.c
Vrna quid 451.d
Vrſi ſeptem dormiunt dies 66.b
Vrſi Numidici quales 79.d
Vrtica quid 641.b
Vſura quid 592.c
Vt pro quamuis 196.c
Vuæ quomodo totum annum ſeruentur 229.d
Vulcani antrum ubi 3.b.c
Vulgi leuitas traducitur 348.d.349
Vulpinari aduerſus uulpem, prouerbium 580.a
Vultures ubi nidificent 267.d
Vulturis natura 267.c.d
Vulturum præſagium 81.a
Vultus & facies quid differãt 252.c
Vulua quid 30.b.230.c.380.d
Vulua a medicis quõ appell. 529.d

X

Xerampelinus color qui, & unde dictus 133.a
Xerxes rex præmium nouæ uoluptatis repertori conſtituit 519.d
Xerxis inſania in apparatu bellico, eiusq; fuga 212.d.& 213
Xylobalſamum quid 31.a
Xylon lini genus 133.b

Z

Zelotypia quid 88.b.116.d
Zelotypus unde dictus 88.b
Zizipha poma 95.b
Zona quid 281.b
Zonarius ſector 281.c

F I N I S

BASILEAE APVD HIER. FROBENIVM
ET NIC. EPISCOPIVM
ANNO M. D. LI

FRO BEN.